JACOBI GRETSERI
SOCIETATIS JESU THEOLOGI
OPERA OMNIA

ANTEHAC

AB IPSOMET AUCTORE ACCURATE RECOGNITA,
OPUSCULIS MULTIS, NOTIS, ET PARALIPOMENIS PLURIBUS,
PROPRIIS LOCIS IN HAC EDITIONE INSERTIS

AUCTA ET ILLUSTRATA

NUNC

SELECTO ORDINE AD CERTOS TITULOS REVOCATA.

TOMUS X.

DEFENSÆ ET ILLUSTRATÆ

SANCTORUM VITÆ.



Cum Privilegio Sac. Cæsareæ Majestatis, & Facultate Superiorum.

RATISBONÆ,
SUMPTIBUS JOANNIS CONRADI PEEZ, ET FELICIS BADER, SOCIORUM.
Ad Pedem Pontis Typis MARIÆ APOLLONIÆ HANCKIN, Anno M. DCC. XXXVII.


FRANC XAV
ZELADA

FACULTAS
R. P. PROVINCIALIS
CUM PRIVILEGIO CÆSAREO.

Cùm Domini Joannes Conradus Peez, & Felix Bader, Cives & Bibliopolæ Ratisbonenses, P. Jacobi Gretseri Opera omnia, quæ septendecim Tomos conficiunt, typis vulgare desiderent: Ego JOSEPHUS MAYR, Societatis Jesu, per Germaniam Superiorem Præpositus Provincialis, potestate ab admodum R. P. FRANCISCO RETZ, Societatis nostræ Præposito Generali, mihi concessa, eisdem ad hanc editionem facultatem impertio, simúlque communico Privilegium Cæsareum, quo aliis Bibliopolis, & Typographis interdicitur, ne dicta Opera aut omnia, aut aliqua, aut etiam unum ex illis, citra Consensum Superiorum vel recudere, vel intra fines Imperii & Hæreditarias S. C. M. Provincias inferre præsumant. In cujus Confirmationem has Litteras, Chirographo meo, & consueto officii mei Sigillo munitas dedi Straubingæ 21. Novembris 1732.

(L.S.) *Josephus Mayr.*

INDEX
LIBRORUM TOMI X.

VITA
D. MARIÆ
VIRGINIS DEIQUE
GENITRICIS.
IN
GRATIAM CONGREGATIONIS
D. VIRGINIS ANNUNTIATÆ
EDITA
à
JACOBO GRETSERO
SOCIETATIS JESU
THEOLOGO.



QUI ELUCIDANT ME,
VITAM ÆTERNAM HABEBUNT.
Ecclesiast. 24.

ILLUSTRI, MAGNIFICO
ET
GENEROSO DOMINO, DOMINO
NICOLAO CHRISTOPHORO KOMOROVVSCKHY
DE
KOMOROVV,
POLONO, COMITI LIPTOVIENSI, CASTALANIDI, SANDECENSI, &c.
ET
CONGREGATIONIS DIVÆ VIRGINIS ANNUNCIATÆ SODALI, DOMINO SUO MULTUM COLENDO.

VIx ullos gignit terra fructus, ILLUSTRIS DOMINE COMES, quibus suus non sit hostis, filices, tribuli, zizania, aut ex animalium genere bruchus, eruca, locusta, &, ùt ille ait, vermina sæva, quæ, nisi labor & industria coloni obviam eat, spem anni, fruges, sæpe suffocant, opprimunt, exedunt, depascuntur, naturæ non matris,sed novercæ invidia. Idem evenire videtur Cœlitibus, veris Spiritus S. fructibus, ortis ex terra viventium, plantatísque in domo Domini. Suos enim & ipsi bruchos, id est, fanniones, irrisores & contemptores eùm omnes communiter, tum singuli privatim & jam olim habuerunt, & nunc itidem proventu nimis quàm copioso habent, quibus id unum curæ cordíque est, SANCTOS cum Christo regnantes deprimere, nomen eorum & existimationem debitúmque cultum imminuere, imò &

 peni-

penitus abolere; lipſana, & ſi quod aliud in terris monumentum ſui reliquerint, infelicibus uſtulare lignis, cineres in auras & undas ſpargere, & ſimilia facinora planè barbara patrare, & quamvis nemo ex Divis ab iſtorum furore immunis ſit & intactus; ſemper tamen petulantiùs in Matrem Dei ſeſe intulerunt, ejúſque gloriam & dignitatem majoribus copiis oppugnârunt, rati fortaſſis, ſi hanc Davidis turrim, ex qua dependent mille clypei & omnis armatura fortium, obtinerent, fore, ut de reliquis non magno niſu triumpharent. Sed portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Neque video, quid vel olim Helvidius, Jovinianus, Neſtorius, & ſimiles Hæreſiarchæ, vel nunc Calvinus, Lutherus, Beza, Martyr, aliique antiqui ſerpentis adminiſtri effecerint, aut efficiant inconditis ſuis contra D. Virginem clamoribus, quàm quòd indies plures excitârunt & excitant ad Deiparam colendam, prædicandam, defendendámque Templis, Altaribus, Oratoriis, Congregationibus, Hymnis & Canticis, Libris & Diſputationibus. Hæc enim vera & ſalutaris eſt antiperiſtaſis, qua adverſario urgente & inſtante, altera pars, quæ forſan ſine hoſte torperet & langueret, ad propugnationem accenditur, & juſtas exſurgit in iras. Quod vel maximè hoc noſtro ſeculo videre licet; quo Hæretici calumniis ſuis tam vehementer Catholicos ad Caſtiſſimæ Matris defenſionem & venerationem impulerunt, ut vix videatur fuiſſe ætas, qua tam multa ad gloriam cultúmque peculiarem MARIÆ Virginis ſint inſtituta, prætermiſſis aliis, de Sodalitate noſtra dicam; quæ paucis annis adeò non modò coaluit, ſed & crevit, ut in illam verè conveniat Elogium illud: IMPLEVIT TERRAM. Et, EXTENDIT palmites ſuos uſque ad mare, & uſque ad flumen propagines ejus. Sed quo, bone Deus, emolumento & commodo, tum privatim uniuſcujuſque, tum publicè omnium? Quæ enim morum mutatio, quæ pietas in Deum, quæ in integerrimam Dei Genitricem, reliquóſque cœli cives obſervantia? Quis amor Catholicæ religionis, quis fervor tuendi ſacra & antiqua dogmata contra Novatores ex hoc Sodalitio extitit? Inimici noſtri ſunt Judices, quid verbis opus eſt? Cæterùm experimento cognitum eſt, ad D. Virginis cultum amplificandum Sodales mirificè adjutos eſſe, & etiamnum adjuvari lectione librorum ejuſdem D. Virginis vitam & res geſtas explicantium, & ab Hæreticorum impoſturis vindicantium; In quibus, præter præclarum illud PETRI CANISII Opus, & FRANCISCI COSTERI Meditationes, jure etiam numeraverim duas Diſputationes, quarum altera olim hic à P. LUCA PINELLO, altera non ita pridem Dilingæ à P. JOANNE PELECYO Profeſſoribus Theologiæ ex Societate JESU publicata eſt, quas, cùm Theſium forma, id eſt, conciſè & breviter, & plura inſinuando quàm exprimendo, Divinæ Matris vitam continerent, in unum quaſi corpus conflavimus, additíſque aliunde nonnullis denuo typis evulgare ſtatuimus, ut Sodales & alii nunquam ſatis laudatæ Dei Genitricis amatores ſemper in promptu Enchiridion habeant, ex quo velut ex armamentario arma in hoſtes depromant. Neque verò inutilis aut ſupervacaneus labor noſter cenſendus eſt, tum quia compendio hìc traduntur, quæ ab aliis fuſiùs diſputantur, tum quia nunquam ſatis dictum aut ſcriptum eſt de hac Regina cœli, & Angelorum Domina. Tibi porro ILLUSTRIS DOMINE COMES NICOLAE, libellum hunc multas ob cauſas inſcribere placuit, primò, ut eò gratior accidat partheniis Sodalibus, ubicunque tandem locorum degant; dubium enim nullum eſt, quin eum avidè ſint lecturi, cùm tanti COMITIS nomine inſignitum viderint. Deinde ut hæc noſtra Ingolſtadienſis Academica Congregatio benevolentiæ aliquod

erga

erga te documentum edat, simúlque lætitiam illam declaret, quam nuper percepit, cùm memorabili & Nobilibus imitando pietatis exemplo, in Album Sodalium relatus es, non tyro, sed veteranus sacri hujus cætus Sodalis; Jam enim dudum alibi in Congregationem adscriptus, non tam novam Societatem nobiscum Iniisti, quàm antiquam confirmâsti: quo quidem egregiè facto mirificam exspectationem concitâsti, fore, ut non tantùm nunc castissimæ Virginis cultor sis eximius, sed etiam aliquando propugnator fias strenuus, tum scilicet, cùm maturior ævi in patriam regressus, tot inter Hæreseon monstra, quibus illa mundi plaga scatet, versaberis; cupit enim LILIUM hoc inter spinas ornari & defendi à LILIIS inter spinas, hoc est, à familiis illustribus & potentibus, quæ in medio hostium Mariani nominis, Religionem antiquam colunt, & viam patrum suorum insistunt. Talem te labentibus annis cum ILLUSTRI FRATRE TUO DOMINO PETRO, MAGNÆ MATRIS totiúsque Catholicæ fidei assertorem futurum, non gravatè persuadebit sibi is, qui nunc in hac teneriore ætate, præclaros illos tuos ad omnem honestatem & probitatem & ad literarum laudem impetus & conatus noverit. Quos ut perpetuò magis atque magis in te augeat & confirmet Deus, suis nimirum efficacissimis precibus facile a filio suo impetrabit illa, quæ est Mater misericordiæ, Vita, Dulcedo, & Spes nostra. Vale Ingolstadii. Kalendis Junij. M.D.XCII.

Illustr. Dominat. tuæ addictissimus

M. ANDREAS GOPPELZRIEDER,
Congregationis Academicæ pro tempore Præfectus.

EPIGRAMMA
IN
D. VIRGINEM.

QUAM DEUS æterno matrem sibi legit ab ævo,
Hanc cur suppliciter non veneretur homo?
Quam Mens cœlestis jussit salvere beatam,
Huic cur nolit homo dicere? Mater ave.
Quam plenámque Deo plenámque favore Tonantis
Laudavit; spoliet cur homo laude data?
Denique cœlituum recinit quam læta caterva;
Hanc cur terrigenûm non canat usque cohors?
Invide rumparis dæmon, túque Hæresis atra
Bellua, stat Mariæ salvus avitus honor.

IN

✠ X ◦ X ✠

IN HÆRETICOS DE CULTU D. VIRGINIS.

AD EUNDEM ILLUSTREM ATQUE GENEROSUM

DOMINUM COMITEM

NICOLAUM CHRISTOPHORUM, &c.

Sodalem Congreg. D. Virginis.

ODISSE *Hæreticos* MARIAM, *linguásque veneno*
Vipereo tumidas vibrare in amabile nomen
Virgineæ Matris, eatúsque hoc nomine claros,
Compita per vulgi magno lacerare boatu,
Non miror. Faciunt, Genitor quod fugerit ore
Tartareo. Nati dociles facilésque capessunt
Jussa patris, junctisque operis fucialibus, ausu
Unanimi invadunt sacra Genitricis honorem,
Núncque hinc núncque istinc captiva immittere DIVÆ
Brachia conantur, celsóque ex culmine in imum
Pea:ipitare gravi lapsu, sed nescia vinci
Viego immota loco stat, & omnia tela remittit
Irrita, sæpe suis nocitura auctoribus. Ipsa
Conterit, & quondam contetvit, Numine amico,
Oppugnatorum capita. Haud impunè lacessit
Hanc MATREM *quisquam. Sed quis vos abstulit error,*
Hæretici, ut justos MARIÆ *invideatis honores;*
Et meritos titulos, & tot cognomina tanto
Parta favore DEI? *Nymphæ quid spicula vestra,*
Verbera quid linguæ, quid laudes fraude negatæ
Impoetant damni? vobis malesana caterva
Officitis, vobis incommoda mille, crucémque
Innumeram, & certum exitium impietate paratis.
Æquoreis eurgens scopulis illiditur unda;
Stat scopulus stabitque tenax, at frangitur unda
Allisu damnosa suo sibi. Creber in ornos
Africus annosas incurrit, ut impete magno
Antiquæ resonent sylvæ, stabula alta ferarum,
Venti abeunt in fumum, altis radicibus hæret
Tuta arbor, spernens loca fœta furentibus austris.
Et vos spes subiit sternendi flamine vestro
Cocyti veniente locis, hanc vertice cœlum
Tangentem CEDRUM, *tam firmo robore septam,*
Conspicuam præ aliis, Lybanus quas gignit alitque?
Ecquis vos furor occupat? aspicite, oro, vetustos,
Nestorium, Helvidium, Photinum, Ebiona, Cherinthum,
Et similes MARIÆ *Momos, quibus unica quondam*
Cura fuit celsis detrudere sedibus axis
Christiparam, frustra. Solio manet illa supremo
Insignita, licèt styx & stygis assecla turba
Frendeat. Interea Hæretici sub tartara rapti
Promeritas pendunt pœnas, nunc æthere in alto
Quàm vellent MARIÆ *nobiscum impendere cultum;*
Fata obstant, & lata semel sententia, quæ vos
Ne feriat, date vela retrorsum, & solvite linguas
Vreginis in laudes, quas ubertim ipsa ministrat,
Suscipiet reduces, maternáque viscera pandet.
Felicem, tanta quisquis sub tegmine Matris,
Teausmittit spatium vitæ, tutissimus ibit
Per medios hostes, furvi nec præda Tyranni
Pascet inexpletas humano sanguine fauces.
Te quoque MAGNE COMES, *quem stirps, & candida virtus*
Stirpe magis decorat, meritò ter & ampliùs ausim
Dicere felicem, qui Virginis hujus amore
A parvis captus, non expugnabile vallum
Hæreticos contra MARIÆ *pro nomine surgis,*
Dives opum, proavisque potens; tuearc valentem
Defendi; quacunque potes ratione, rependet
Alma vicem genitrix, tandémque poli annuet arcem,
Et dabit Illustri illustres per sæcula sedes.

INDEX CAPITUM
VITÆ D. MARIÆ VIRGINIS.

D. MA-

D. MARIÆ VIRGINIS DEIQUE GENITRICIS VITA.

CAPUT I.

De Parentibus D. Virginis.

A VIRGO MARIA è protoplastorum Adæ & Evæ carne simul & sanguine, ùt reliqui hominum, per majorum suorum fibi succedentium seriem, contra quam Philippus Paracelsus, in Medicina & Theologia hæreticus, insulsè sensit, propagata fuit.

Majores deinde, à quibus propinquius aliquanto principium, originémque illa suam habuit, Hebræi fuerunt, adeóque Deipara virgo Hebræa fuit.

B Genus item ejusdem ad tribum Juda referri debet, non ad Levi, ùt Faustus *a*) Manichæorum princeps, egregio mendaciorum concinnatori, Seleuco consodali, ùt videtur, obsecutus, & Julianus Apostata, *b*) Cyrillo teste, voluerunt. Quanquam illa quoque in tribu Levi, *c*) per Elizabetham Aaronis filiam & Zachariæ Sacerdotis uxorem, Joannis Baptistæ matrem, cognatam seu consanguineam suam, censeri numerarique potuit.

C Ad inclytam deinde Davidis domum ac stirpem, eius prosapia, Scriptura *d*) & *e*) Patribus suffragantibus, revocatur, & in atavis suis XIV. Reges atque Duces, & Heroas Israëlis gloriosè numerat, Regináque adeò exstitit.

D Progenitores tandem proximos, licèt perperam Pomeranus *f*) ambigat, ineptè Centuriatores *g*) quærant, & perfidè Lutherus *h*) neget, regali principalíque ex nobilitate conspicuos, eosdémque clarissimos Joachimum & Annam habuit.

Joachimus Matethæ filius & Zorobabelis nepos; Anna Isachar, vel secundùm alios, Mathan Sacerdotis & Mariæ filia, & Elizabethæ, quæ Joannem præcursorem Domini procreavit, cognata fuit. E

Domus paterna ex Galilæa & civitate Nazareth; maternum autem genus ex Bethleem erat.

Parentes porrò, XX. annorum curriculo in sterilitate decurso, ardentibus votis & precibus, *i*) (reclament licet centuriatores) XL. dierum adjuncto jejunio, Deiparam, quam Domini servicio jam Hierosolymis, voto nuncupato, mancipaverant, Angelo revelante, non tam bonorum, quàm virtutum hæredem læti felicésque impetrârunt. F

De quo ita scribit Damascenus lib. 4. de fide Orthod. cap. 15. *Joachim venerandam & laude dignam Annam in Matrimonium ducit: sed quemadmodum vetus illa Anna 1. Reg. 1. sterilis facta per votum & repromissionem genuit Samuelem; ita & hæc per preces & repromissionem à Deo Deiparam impetrat, ut in hac quoque re nulli illustrium fœminarum inferior esset. Quocirca parit gratia (sic enim Annæ nomen interpretandum est,) Dominam; hoc enim nomen Mariæ significat; Nam revera Domina facta est omnium creaturarum, quæ omnium conditoris facta est mater.* His similia scribit D. Gregorius Nyssenus Homil. de nativitate Christi, & alii Patres. G

CAPUT II.

De Conceptione D. Virginis.

QUæri solet utrum D. Virgo fuerit in peccato originali concepta; & licèt id nonnulli affirment, nos tamen, si non ùt fidei dogma, certè ùt magis piam & communi Ecclesiæ sensui consonam, plerisque H

a) Apud August. contra Faustum, lib. 23. c. 9.
b) Cyrill. Alex. cont. Julian. lib. 1.
c) Vide Damasc. lib. 4. cap. 15.
d) Matth. 1. & 22. Marc. 12. Lucæ 1. Psal. 86. 109. 131. 2. Tim. 2.
e) Hilar. in 1. cap. Matth. Ambros. in 3. cap. Luc. Tertull. adversus Jud. August. lib. 23. contra Faust. cap. 9. Bern. hom. 2. de B. Virg.
f) In expos. 44. c. Hier.
g) Cent. 1. cap. 10.
h) In Postilla circa explic. Evang. in festo Annunciat. Mariæ.
i) Cent. 1. cap. 10.

A que denique Patribus ac ipsi rationi conformem illam sententiam tuebimur, quæ eam à communi illa lege, qua omnes in peccatis concipimur, divino munere exemptam fuisse, dicit.

B Ac potuisse quidem illud Deum efficere, modò voluerit, extra controversiam est; decuisse verò ut faceret, & voluisse (in quo omnis hæc disceptatio posita est) certum quoque est. Nam quis non videt, DEI filium planè decuisse, ut talem Matrem haberet in terris, quæ neque Deo aliquando fuisset inimica, neque spurcissimi dæmonis imperio subjecta? Quæ dum tamen omnino de sacratissima Virgine fatenda essent, si quam originalis culpæ maculam contraxisset. Jam verò ingratissimus fuerit piæ Matri, ac tantùm non filii nomine indignus, qui cùm facilè possit eam aliquo malo liberare, nolit tamen. Liquet autem ingrati animi vitium quantopere DEUS detestetur. Quare DEUS si potuit, & cùm decuerit, ergo voluit etiam Matrem suam liberare tanto dedecore, ita igitur fecisse existimandus est.

C Probare hanc nostram sententiam ex eo quoque possumus, quòd in Catholica Ecclesia celebremus festum diem Conceptionis Deiparæ. Ex quo consequitur, sanctam fuisse eam conceptionem, & Ecclesiastica laude dignam, ac omnis peccati labis expertem. Nam si ejus expers non fuit, execranda potiùs fuisset & maledicenda, quemadmodum Job & Hieremias *a*) fecerunt. *Pereat*, inquit ille, *dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est, conceptus est homo.* Et paulò pòst: *Sit nox illa*, inquit, *solitaria nec laude digna.* Hæc autem propter peccatum originale dicta sunt, in quo Job & Hieremias fuerant concepti; Deinde qui nam scimus, ejusdem Virginis nativitatem sanctam fuisse & absque peccato, nisi quòd illam celebrat Ecclesia? At pari honore celebrat conceptionem & vocat sanctam; omnia denique, quæ nativitati tribuit, conceptioni accommodat. Fuit igitur etiam conceptio absque peccato.

D Accedunt Basileensis Concilii Patres, *b*) qui hanc sententiam non modò probant ùt magis piam & rectæ rationi congruentem; verùm etiam omnes hortantur ad eam amplectendam ac retinendam. Ac fuerit sanè illa sessio non nisi post schisma edita, non id facit, quò minùs omnes illi Patres ejus fuerint sententiæ. Idem Tridentinæ *c*) Synodi Patres significàrunt, cùm de peccato originali sermonem facientes, dicerent, *sua intentionis non esse B. & Immaculatam Virginem Mariam eo decreto complecti.* Augustinus *d*) *de peccatis dum loquimur*, inquit, *de Maria nullam habere volo quæstionem.* D. Hieronymus *e*) scribit, B. Virginem *nunquam fuisse in tenebris*; fuisset autem, si aliquando incurrisset originale. D. Anselmus *f*)

a) Job. cap. 3. Hierem. cap. 20. *b*) Sessione 36.
c) Sess. 5. cap. 1. *d*) De Natura & Gratia, cap. 36.
e) In Psal. 77. *f*) Lib. de Concept. Virg. cap 18.

eam puritatem tribuit Mariæ, *qua major sub cælo intelligi non possit.* In eandem sententiam scribunt alii, ùt Origenes, *g*) Ambrosius, *h*) Richardus de S. Victore, *i*) Rupertus *k*). Et si lubet, ipse *l*) Lutherus infestus alioqui Mariæ & aliis Sanctis, nescio qua pietate victus dixit: *Dignum & justum erat, Mariæ personam ab originali peccato præservari.* E

Sapientia, inquit Scriptura, *m*) *ædificavit sibi domum.* Quem locum communiter de Filio DEI, qui est sapientia Patris, & de D. Virgine intelligunt. At si hæc à peccato præservata non fuisset, sed sanctificata tantùm (ùt dicunt) refecta potiùs & instaurata, quàm recens exædificata domus foret. Imò verò, priùs illam, licèt ad breve tempus, dæmon inhabitâsset fœdâssétque, quàm eam Patris sapientia expurgaret. Rursus si post peccatum tantùm fuit sanctificata, prolapsa est igitur priùs in peccatum, deinde per gratiam surrexit; atque ita Mater DEI dignitate & gratia non erit Superior Joan. Baptista, dicente Christo: *n*) *Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista* (comparat enim Christus ibi Joannem cum iis omnibus, qui per gratiam surrexerunt à peccato originali) at cujus aures hoc ferant, ut præferatur servus Matri? F

Præterea omnes causæ cur B. Virgo liberanda sit ab omni peccato actuali, valent ad hoc etiam, ut immunis pronuncietur à noxa originali. *o*) Primùm enim indecorum & quodammodo ignominiosum Christo esset, si tanti Filii Matrem actionis vitio pollui fateremur. Sed quantò majorem & Christo & Matri conflabit ignominiam, si originale piaculum, quod hominem DEO inimicum Satbanæque mancipium efficit, in Mariam derivemus? cùm hoc peccatum quodammodo præponderet actuali, longéque sit existimandum gravius sive infectionis, sive turpitudinis, sive magnitudinis ratio habeatur. Deinde si Christi consulamus honori, quid minùs congruit, obsecro, quàm talem illi assignare parentem, quæ peccati serva, maledicto obnoxia, ipsique dæmoni aliquando subjecta fuisse credatur quantumvis unico momento? G

Adhæc non decuit D. Virginem ne venialiter quidem delinquere, ne ullam cum Belial conventionem vel societatem habere videretur illa, quæ Christo semper debuit esse conjunctissima. Sed enim multò minùs decuit illam originis macula fœdissima conspurcari, ne summa illius cum Christo affinitas perfectáque conjunctio hoc infami crimine, per quod Adæ filii omnes in Dei odium incurrunt, & Diabolo conjunguntur, vel labefactaretur vel obfuscaretur. H

Ter-

g) Hom. 1. ex variis locis collecta. *h*) In Psal. 118.
i) Super Cant. cap. 4. *k*) Lib. 6. in Cant.
l) In Postilla majori. *m*) Proverb. cap. 9.
n) Math. cap. 11. *o*) Ex Canis. lib. 1. c. 6.

A Tertiò oon decebat D. Virginem actuale committere peccatum, quia æternæ Sapientiæ & Sancto sanctorum non nisi purum sanctúmque domicilium instruendum erat. Atqui eandem ob causam credere par est, illam originalis quoque labis penitus fuisse expertem; Nam Christi Majestati multò convenientius est, ut habitet in tabernaculo non expurgato, sed semper immaculato, quod nulla unquam veteris fermenti labes vel modicè aspserserit, atque vitiârit. Hoc nisi MARIÆ donemus, nun video sanè, quàm rectè perfectéque dicat illi spunsus ille cœlestis: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Quomodo enim in oculis Dei hæc verba loquentis tota pulchra & immaculata censeatur, quæ tam enormis peccati velut cœno oblita & defœdata, suum primævum debitúmque nitorem amisit, & quasi sub nequissimi serpentis pedibus devicta jacuit atque prostrata!

B Verùm cùm dicimus B. Virginem non incurrisse peccatum originale, id non perinde accipi volumus, *atque si vel natura sua fuerit libera à peccato.* Id enim uni Christo competit, ùt optimè Eusebius Emissenus *a*) significavit, cùm dixit: Ab hoc nexu nec ipsa genitrix redemptoris est per se immunis; *vel materia*, ex qua fuit generata, fuerit in Adam præservata à peccato, & transfusa per paternam generationem, usque ad Joachim, *b*) ùt aliqui non absque temeritate asseruerunt: Sed dicimus siogulari privilegio & præveniente gratia, ipso conceptionis momento fuisse præservatam, ne contaminaretur ùt cæteri; sive enim naturam Virginis spectes, sive modum generationis, originalem labem erat contractura.

C Neque verò nos turbare debet, si aliquando Scriptura *c*) dicit, omnes in Adam peccavisse, & natura esse filios iræ: Sensus enim est. Si naturam filiorum Adæ & communem generationis modum spectemus, omnes incurrere peccatum origiuale, nisi aliunde quis eximatur à communi illa & ordinaria lege: Quemadmodum illud, D. Pauli: *d*) *Omnes, quæ sua sunt, quærunt non quæ JEsu Christi:* Apostolos minimè comprehendit, qui certè non sua, sed quæ Christi erant, quæsiverunt; ex gratia tamen, noo ex vi oaturæ.

D Hoc etiam ii, qui in contraria sunt sententia, fateri coguntur. Scriptura enim loquens de actualibus peccatis, geoeratim dicit: *e*) *In multis offendimus omnes.* Et alibi: *f*) *Non est homo, qui non peccet*; & tamen certum est, B. Virginem nullum actuale crimen patrâsse, ùt Patres Concilii Tridentini *g*) affirmâruot. Deinde Scriptura de omnibus fœminis absolutè dicit: *In dolore paries. h*) Nihilominus B. Virgo peperit absque dolore, ùt ipsemet D. Thomas *i*) & Sectatores ejus concedunt. Quòd si universali illa lege exempta fuit, pariendi cum dolore, cur non item illa eximeretur, incurrendi peccatum originale?

E Ex his satis coostare putamus, D. Virginem alio & loogè inferiori modo liberam extitisse ab hac labe, atque Christum, qui oon ex privilegio & gratia, sicut Mater, sed sua natura & vi suæ generationis, quæ semen virile non aguovit, liber fuit. Quare timendum non est, ne nos Matrem parem filiu statuamus. Nihil enim minùs facimus, sed dicimus, quod Christus habuit per se & ex sua natura, id Matri datum ex privilegio & gratia. Obvia sunt hujus rei exempla in humanis. Gaudet enim Mater Regis regia dignitate, non quòd ea illi conveniat aut debeatur ex officio, sicut convenit & debetur ipsimet Regi, sed gratia quadam & privilegio, & propter ipsum Regem.

F Unde quod nonnulli concludunt, ex hac nostra sententia sequi, Christum non fuisse omnium redemptorem: Cùm enim D. Virgo caruerit originali, caruisse etiam actuali peccato, atque adeò non eguisse redemptione, falsissimum est; neque ex nostra sententia hoc sic rectè deducitur; ùt etiam, qui in contraria suot sententia, animadverterunt *k*). Sequitur potiùs contrarium: Nam dicimus, B. Virginem divino munere per Christum & propter Christum fuisse præservatam ab originali peccato, quo alioqui erat contaminanda. Ex quo mox sequitur, verè & propriè posse dici redemptam. Ita enim legimus: *l*) *Redemisti David servum tuum à gladio maligno.* Ubi Propheta se redemptum dicit, cùm præservatus tantùm & custoditus à malo sibi imminente fuisset.

G His adde, quòd tantum abest, ut aliquem asseramus non à Christo fuisse redemptum, ut eum & liberatorem omnium dicamus, & iis omnibus modis, quibus possibile erat homines liberari ac redimi à peccatis. Liberavit enim DEUS Virginem à contrahendis; reliquos omnes à peccatis jam antè cootractis.

H Ac fuerit sanè D. Virgo morti obnoxia; non fuit tamen illa signum contracti peccati originalis. Nam præterquam quòd DEus *m*) mortem statuit pœnam esse peccati, est etiam naturalis & internus defectus naturæ coagmentatæ ex contrariis elementis. Itaque mors non tam fuit pœna peccati tum in Christo, tum in Virgine, quàm defectus ejusmodi; qui idcirco quoque nobis post Baptismum relinquitur, ut sit materia meriti, & exercitatio virtutum.

His

a) Homil. 1. de nativitate Domini.
b) Galat. lib. 7. de arcan. Cathol. veritatis.
c) Ad Rom. cap. 3. & cap. 5. 1 Corinth. c. 15. Ad Ephes. cap. 2. *d*) Ad Philip. cap. 2.
e) Jacob. cap. 3. *f*) 3. Reg. c. 8. *g*) Sess. 6. Can. 23. D. Thomas in 3. parte quæst. 27. artic. 4.
h) Genes. cap. 3. *i*) In 3. part. quæst. 35. artic. 6.
k) Durandus in tertio Sentent. distin. 3. quæst. 1. Et Cajetanus in 3. part. quæst. 27. artic. 2.
l) Psal. 143. Ps. 102. *m*) Genes. cap. 2.

A His ita confirmata nostra sententia, fatemur nihilominus aliquos sanctorum Patrum *a*) contrà sensisse. Verùm hoc minùs mirum nobis videri debet, si consideremus eo tempore sensisse, quo Ecclesia festum immaculatæ Conceptionis diem non agebat, neque adhuc declarârat, se in hanc nostram sententiam propendere: Qui profectò nunc longè aliter sentirent, si tam illustre Ecclesiæ testimonium & fidelium animos nobiscum cernerent sentientes: Atque hoc de illis paucis Patribus dictum sit, qui apertè nobis adversantur. Nam reliquos etiam adversarii fateri debent generatim hac de re locutos, neque sigillatim quicquam pro alterutra parte definivisse.

B Sanctificatam tamen priùs fuisse D. Virginem, quàm natam, fatentur omnes orthodoxi. Colit enim Ecclesia & celebrat ejus nativitatem, ùt sanctam: Atque cùm hoc privilegium legamus in sacris literis Hieremiæ *b*) & Joanni Baptistæ *c*) concessum, optimè hinc deducit pietas Christiana, idem etiam ei datum fuisse, quæ genuit fontem omnis sanctitatis, & auctorem sanctificationis Christum.

C Ridet Joannes Pomeranus *d*) Doctores Scholasticos *e*) ex Hieremiæ & Joannis Baptistæ sanctificatione Virginis sanctificationem colligentes: Nec, inquit, Hieremiæ alia fuit sanctificatio, quàm quòd fuerit in utero Matris suæ electus ad annuntiandum verbum DEI. Eidem, quod ad Hieremiam attinet, adstipulatur Joan. Calvinus *f*). Sed uterque clara in luce cæcutit. DEus enim tria distincta munera se Hieremiæ largitum esse ostendit; primùm cùm inquit: *Priusquàm te formarem in utero, novi te;* alterum: *Antequam exires de vulva, sanctificavi te;* tertium denique, cùm dicit: *Et Prophetam in gentibus dedi te.* Unde liquet, distinctum fuisse beneficium sanctificationis, quod secundo loco ponitur, à ministerio verbi Dei, quod tertio. Jam Joannis Baptistæ sanctificationem ita clarè significavit Angelus Zachariæ, ut, etiamsi inficiari velint, non possint: *g*) *Spiritu sancto*, inquit, *replebitur adhuc ex utero Matris suæ:* Idem de B. Virgine cum Scholasticis, *h*) Bernardus, *i*) Ildefonsus ac universalis Ecclesia sentiunt.

D Quod verò nonnulli sanctorum Patrum *k*) affirmant, Virginem in Christi conceptione fuisse sanctificatam, non eo sensu accipiendum est, quasi antè non fuerit sancta; sed quoniam, cùm Christum concepit omnis gratiæ fontem & datorem, sanctior facta est, & pluribus donis spiritualibus donata ac locupletata.

a) S. Thomas in 3. part. quæst. 27. artic. 2. D. Bernardus in Epist. 174. ad Canon. Lugdunenses.
b) Hieremiæ cap. 1. *c*) Lucæ cap. 1.
d) In Explicat. 1. c. Hierem.
e) S. Thom. in 3. parte quæst. 27. artic. 1.
f) In prælect. 1. cap. Hier. *g*) Lucæ cap. 1.
h) In Epist. citat. 174.
i) In lib. de Virginitate B. Mariæ.
k) Cyrill. Hierosolym. Catech. 12.

Maneat ergo, D. Virginem sanctificatam divinitus, eáque sanctificatione ab originali peccato præservatam esse; illud inquiramus, an in D. Virgine fomes peccati extinctus penitùs, an verò ligatus tantùm fuerit & compressus. Latet enim naturâ in omnibus nobis fomes peccati, & malorum omnium quasi incentivum, quod nihil aliud est, quàm immoderata & intemperans concupiscentia appetitus sensitivi, quæ repugnando rationi, proclives ad malum, ad bonum desides & inertes facit. De qua est illud Apostoli: *l*) *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.* E

Hic igitur fomes, cùm divina gratia vel tolli possit omnino vel cohiberi saltem, ne contra rationem violenter insurgat (ùt D. Paulus *m*) testatur, cùm sibi ipsi lamentabiliter conquerenti: *Infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis hujus?* mox respondet: Gratia DEI per JEsum Christum) quærimus, quid sanctificationis gratia Virgini contulerit: Sustuleritne fomitem an represserit. Et respondemus breviter, sustulisse. Neque enim decuit carnem, ex qua Christi caro assumenda erat, fomiti subjectam esse. Atque cùm hoc datum sit Virgini propter Christum, nullo modo derogat dignitati Christi. F

Restat tantùm explicandum, quid intelligamus, cùm dicimus fomitem sublatum. Neque enim volumus, appetitum sensitivum, vel ejus inclinationem in sua objecta, quæ naturalis est, ablatam esse: Utrumque enim horum mansit: Sed eatenus dicimus fuisse sublatum aut extinctum, quatenus Deipara copiosa illa gratia roborata nunquam sensit in se inclinationem aliquam appetitus sensitivi in malum, vel rebellantem rectæ rationi. Poterit hoc commodè exemplo declarari; naturalis nostra vis intelligendi, si nudè & in se tantummodò consideretur, facilè & frequenter inclinat in falsum, eique assentitur; at habitu scientiæ adveniente tollitur facilitas illa judicandi falsò de rebus: Unde fit, ut intellectus veris tantùm assentiatur. Pari ratione B. Virginis appetitus sensitivus post gratiam acceptam nunquam in malum inclinavit, sed semper in id, quod ratio illuminata dictabat. Itaque cùm, ùt diximus, fomes sit inclinatio sensus in malum, & hæc, ùt etiam jam vidimus, non fuerit in Virgine, meritò fomes dicitur fuisse sublatus. G

Et licèt gratia sanctificans D. Virgini in utero collata maxima fuerit, dubitandum tamen non est, quin eam postea Virgo in lucem edita miris accessionibus indies auxerit, per ardentia desideria & pia opera: Potissimùm tunc, cùm VERBUM Caro factum est, cúmque, ùt Angelus prædixit, jam antè in gratia plenam Spiritus sanctus denuo descendit. H

l) Ad Rom. cap. 7. *m*) Ad Rom. cap. 7.

A dit. Ex quo planum fit, MARIAM (quippe Christo donorum omnium spirituali fonti, & per quem gratia & veritas facta est, maximè conjunctam) gratiæ magnitudine omnem creaturam superâsse; Hoc quò minùs dubitandum putemus, adducimur ipsius Ecclesiæ auctoritate, quæ illam super omnes choros Angelorum in gloria exaltatam esse canit; Quare si gloria, etiam gratia omnibus superiorem fuisse fatendum est.

B Eadem gratia, particulari assistentia divinique spiritus custodia non exclusa, sic illam adhuc in utero confirmavit in bono, ut peccare non posset ullo modo. Quæ duo illi cum cæteris in utero sanctificatis, hoc est, cum Joanne Baptista & Hieremia communia non fuerunt.

Quòd si Joannes Baptista, ùt Ecclesia canit, *ventris abstruso recubans cubili.* Regem thalamo manentem sensit, & gestiens exultavit in gaudio, Virginem Mariam in utero etiamnum constitutam, rationis aliquem usum, per modum transitus, ùt dici solet, habuisse, dubitari rectè non posse videtur.

C Neque verò Maria Virgo gratiam illam justificantem tunc accepit solùm, sed & illis etiam gratiis, quæ ad aliorum magis, quàm propriam utilitatem faciunt, gratiæque gratis datæ à Theologis dicuntur, aucta fuit. Quòd autem quidam negant, Deiparam in vita ulla fecisse miracula, non est valde certum. Nam licèt probabile sit, eam ante Ascensionem filii sui nulla edidisse, Christo tamen in cœlum recepto, id animus ut credat difficulter adduci potest; maximè cùm ejus videndæ gratia ex variis mundi partibus fideles confluerent, à quibus habebatur suo quodam modo pro Religionis Magistra. Quare ad eorum devotionem & fidem firmandam corroborandámque, credibile est, eam, prout necessitas exigebat, varia patrasse miracula; Neque enim temerè ab aliquibus Patribus miraculorum effectrix imò abyssus nominatur. Prophetissam fuisse liquet vel ex uno illo vaticinio: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Quam prophetiam & præsensionem verissimam esse, testantur omnes ætates: semper enim à solis ortu usque ad occasum, laudabile fuit nomen Beatissimæ Virginis Mariæ.

CAPUT III.

De Nativitate B. Virginis.

D ANNA post conceptionem mense nono, filiam sanctam, a) ab æterno ordinatam, in paradiso promissam, priscis patribus desideratam, sæculis multis expectatam, suæ virtutis constantisque pietatis fructum & præmium amplissimum, universo orbi læta in lucem, non sine miraculo edidit.

a) Prov. 8. Genes. 3. Isaiæ 6. & 11. Jerem. 31. Ezech. 44.

Nata fuit ùt Cæsar Baronius b) colligit, E Anno ab urbe condita 737. Augusti Imperatoris à Triumviratu. 26. olympiade. 190. anno 3. consulibus Furnio Nepote & Junio Silano, Nazarethi Galileæ, in ædium Joachimi & Annæ parentum domicilio eo, quod post Christi in cœlos ascensionem (quicquid Paulus Vergerius in suo ea de re impiè edito tractatu obganniat) ob singularia in eo peracta mysteria, ab Apostolis, sanctis usibus dedicatum, Eucharistiæ sacrificiis ab illis oblatis nobilitatum, & ejusdem Virginis imagine à D. Luca Evangelista affabrè depicta, decoratum fuit, & Laureti in hunc usque diem, magna religionis & pietatis significatione, miraculorúmque patratione, celeberrimum in orbe est.

In lucem sanctè suscepta, Mariæ nomen, F Angeli præscriptione accepit, & rectè; c) nam si vis verbi spectanda est, Maria Syro sermone Dominam, Hebraicè stellam maris significat, & Sacrosancta Virgo totius mundi Dominum & lucem seculis meruit generare perennem.

Porro gaudium nativitas illa sancta mun- G do nunciavit universo, totam illustravit Ecclesiam. Quare diem ejus natalem lætitia celebri & celebritate læta, adversante licèt Luthero, d) festivè quotannis veneratur. Diem verò hujus Nativitatis festum antiquum esse, Petrus Damianus, e) & ante eum D. Gregorius, f) luculenter testantur; Ad quem magna lætitia celebrandum his verbis nos invitat Sergius Hierapolitanus: g) *In hac festa celebrique luce resonemus spirituali cithara: Nam quæ præsenti die ex Davidico semine nascitur, vitæ Mater est, tenebrarum expultrix, Adæ reparatrix, Evæ revocatrix, immortalitatis fons, corruptionis interitus ac liberatio, per quam nos quidem in divinæ naturæ participationem translati sumus, atque à morte ipsa liberati, acclamemus ipsi omnes fideles cum Gabriele: Ave gratia plena, Dominus tecum, qui nobis per te suam magnam largitur misericordiam. Adeste omnes* H *fideles. Ad hanc curramus Virginem. Ecce enim nascitur, quæ ante ortum Mater DEI nostri præordinata est, Virginitatis decus unicum, Virga Aaronis germinans, ex radice Jesse, prophetarum præconium, justorúmque Joachimi & Annæ Soboles. Nascitur ergo, & cum illa pariter mundus renovatur. Nascitur & Ecclesia, suóque ipsius decore circumdatur atque ornatur templum sanctum, receptaculum divinitatis, organum virginale, regius Thalamus, in quo admirandum illud mysterium unionis naturarum in Christo ineffabili modo inter se coëuntium perfectum est.*

b) Cæsar. Baron. tom. 1. annal.
c) Hier. lib. de nom. Heb. Epiph. serm. de laud. Vir. Chrysol. serm. 146. Damasc. lib. 4. fid. Ortho. cap. 15. Beda Hom. in festo Annunc.
d) Circa Evang. in festo Nativ. Mariæ. Et in lib. de piis ceremon. observand.
e) In 3. serm. de eo festo. f) In Antiph. & Sacram.
g) Apud Canis. lib. 1. cap. 11.

Hunc proinde Christum adorantes omnis reprehensionis expertem immaculatæ Virginis Nativitatem hoc elogio celebremus: Nativitas tua DEI genitrix gaudium annunciavit universo mundo.

CAPUT IV.

De Præsentatione D. Virginis.

A TRiennii spatium vix dum puella sacratissima in domo paterna exegerat, cùm (ùt veneranda antiquitas *a*) testatur, Centuriatorúmque *b*) adeò, sicut & aliorum ejusdem non farinæ, sed furfuris hæreticorum, prophanas novitates condemnat) à parentibus in templum Hierosolymitanum, ut DEO ejúsque temporis Sacerdotibus ex voto offerretur, solenniter & reverenter adducta fuit. *c*)

B Sacerdotes eam tanquam sanctius quoddam donarium, ritè latéque suscipientes, in sacrarium sacrosanctum, ab aliis chorum virilem expertis sejunctum, exemplo Samuelis, instituendam, educandámque deduxerunt, hoc est, in templi sanctiore loco & adytis seu penetralibus ipsis tanquam aureis thalamis, in illo intervallo, quod templum inter & altare intercedebat, collocárunt.

DEO porro dicata Virgo totam se ejus cultui mancipavit, & in pueritia primáque ætate, procedente præsertim tempore, Domini jugum, Angelo etiam docente, voluntatémque per se aliàs spontéque sua promptam inflammante magis, sic portavit, ut, cùm esset parvula, placeret altissimo.

C Laboravit sine victus solicitudine (hic enim ab Angelis, quantum ad frugalitatem satis erat, præbebatur, ut plerísque *d*) antiquioribus visum est) ut acceptum ingentem gratiæ & sanctitatis innocentiæque thesaurum sedulò non conservaret modò, sed & virtutis ac perfectionis omnis accessione, suis meritis (per fidem enim ambulavit, & non per speciem) confirmaret augerétque, repugnet licèt Petrus, *e*) Martyr non Christi, sed Diaboli.

D Ac licèt in hæreditatem bonorum paternorum nonnullam vel tenuem admodum, ùt Lutherus *f*) imperitè judicat, sola successura esset, nihil tamen proprii, in hoc mundo possidere, verùm se omniáque sua DEO & divinæ voluntati dedicare religiosè ac sponte decrevit. Ad summam virtutum omnium præsidiis instructissima, *g*) divitiis universas filias supergressa est.

a) Niceph. lib. 1. Eccl. hist. cap. 7. Metaphrast. de ortu & educat. Deip. Cedren. in comp. hist.
b) Cent. 1. l. 1. cap. 10.
c) Evod. apud Niceph. hist lib. 2. cap. 3. Greg. Nyss. orat. de S. Christ. nat. Jo. Damasc. lib. 4. de Ortho. fid. cap. 15. Germanus Episc. Constantin. & Gregorius Nicomed. serm. de præs. Andreas Cretensis & alii.
d) Gregor. Nicomed. hom. de oblatione in templo. Cedren. in compendio historiæ, Pantaleon apud Metaph. alii. Vide Canisium operis Mariani lib. 1. cap. 13.
e) In Scripto contra Smithæum & c. 4. Ep. ad Rom.
f) In Postilla circa explic. Evang. in festo Annunciat. B. Virg.

E Neque erat divinarum etiam revelationum expers; nam, si Cedreno *h*) credimus, cùm ad annum ætatis suæ 12. pervenisset, cùm media nocte venturi Messiæ desiderio piísque precibus, quarum semper fuit studiosissima, incumberet, vocem divinitus audivit, Matrem se DEI futuram. Quid quòd non desint etiam, *i*) qui eam, ne D. Paulo inferiorem faciant, Deum trinum & unum clarè, per modum transitus, vidisse asserant?

Jam vitæ hujus omnis, ab illa in templo illo institutæ & servatæ, ratio, ùt & præsentatio, cùm DEO opt. max. pergrata, Angelis jucunda, hominibus ad memorandum & imitandum opportuna extiterit, rectissimè à plerísque majoribus nostris, stato festóque die celebrata fuit. Qui ut toti deinde Ecclesiæ festivus magis esset, solenniúsque servaretur, Sixt. V. Pontifex Maximus nova Bulla de hac re edita constituit.

F Cæterùm de præsentatione & oblatione D. Virginis in templo, ita scribit Damascenus lib. 4. cap. 15. *Adducitur* (D. Virgo trimula, ùt alii tradunt) *in templum, deinde in domo DEI plantata & impinguata spiritu, veluti oliva fructifera, omnis virtutis habitaculum facta est, ab omni seculari vita & carnali concupiscentia procul mentem abjungens; & sic Virginem animam cum corpore conservans, ùt decebat eam, quæ in utero DEUM susceptura erat. Sanctus enim cùm sit, in Sanctis requiescit.*

G Ejusdem præsentationis meminit D. Gregorius Nyssenus Homil. De Nativitate Christi, his verbis: *Illam, cùm jam grandiuscula esset, nec ubere Matris amplius indigeret, ducens ad templum DEO reddidit Mater, & studiose promissum exsolvit* (voverat enim, se Deo dedicaturam eam, quam pareret prolem more veteris illius Annæ, ùt ibidem dicit Nyssenus) *Sacerdotes autem quamdiu parvula fuit, ad Samuelis similitudinem in sanctis ædibus educárunt.*

CAPUT V.

De Desponsatione D. Virginis.

H ANnis undecim in templo piè sanctéque transactis, ex loco illo sacratiore, in quo, gentis illius consuetudine Deíque voluntate diutiùs manere non poterat, à sacerdotibus educitur, & cui Virgo sancta collocanda sit, quæritur. *k*)

Ac cùm ipsi ex Esaiæ *l*) vaticinatione, quæ sic habet: *Egreditur Virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet*, perspicuè postea cognovissent, sponsum familiæ Davideæ esse debere, & illius eum quidem, cujus Virga germinatura, & in cujus capite Spiritus sanctus columbæ specie consessurus esset; Josepho, non viduo, ùt veteres nonnulli sensisse

g) Proverb. 31. *h*) In Compend. histor.
i) Rupert. lib. 3. in Cantic. Canisius ubi suprà.
k) Nyssen. Homil. de Nativit. Christi. *l*) Esaiæ 11.

A fisse leguntur, sed Virgini, ùt alii DD. rectiùs judicant, Josepho inquam, qui referente Africano, Theologo antiquissimo patrem naturalem Jacob, & legalem Heli habuerat, ex eadem familia ac tribu, imò & regia Davidis stirpe oriundo, sortibus ita postulantibus Virginem XIV. annorum Hierosolymis desponderunt.

B Verùm fuerintne in ea desponsatione consensus iis verbis expressus, quæ præsentis temporis significationem habuerint; an quæ futurum tempus indicaverint, cùm exploratum non sit, utrumque affirmari rectè poterit. Quanquam si sponsalium tantùm rationem habuerunt, nuptiarum fœdera sequuta illa postea fuerunt, ùt sacræ Scripturæ conforme magis est, & à D. Augustino, a) & aliis asseritur. Licèt ex Sanctis Patribus non pauci contrarium senserint, ùt D. Gregorius Nyssenus, qui in oratione de Nativitate Christi ait: *Conjunctio hæc sponsalia non est egressa.* Cujus sententiæ etiam fuit D. Epiphanius Hær. 78. & Cyrillus Hierosol. Catech. 12. & D. Hieronymus in cap. 2. Matth. qui desponsationem hanc ad nutritionem tantùm Virginis ordinatam esse putat, sicut Euthymius, Theophylactus, & Hilarius, in 1. caput Matth. ad tutelam & custodiam.

C Matrimonium verò sic illa cum Josepho iniit, ut vel ante, vel post illud statim perpetuo se etiam Virginitatis conservandæ voto astrinxerit. Id quod ex illis ejus verbis: b) *Quomodo fiet illud, quoniam virum non cognosco?* c) Gregorius Nyssenus, d) D. Augustinus, e) Beda, f) Anselmus, g) Rupertus, h) Bernardus, Abdias, Nicolaus Pontifex i) & alii rectè concluserunt. Sensus enim illorum (nisi cum Calvino k) & Petro l) Martyre responsionem D. Virginis, vel supervacaneam, vel stultam facere velimus) hic duntaxat esse potest; *Virum non cognosco*, hoc est, virum cognoscere prohibeor, non quia impotens vel sterilis ille sit (hoc enim ipsa, cùm ad illum nondum pervenisset, scire non poterat, neque quia lege aliqua communi (talis enim tunc nulla erat) prohibebatur, sed quia lege privata voti, quò minùs virum cognoscere possim, impedior.

D Quòd si, quemadmodum D. Augustinus, m) Gregorius Nyssenus, n) Alb. Mag. o) & Scotus p) voluerunt, votum illud ante Matrimonii vinculum nuncupavit, non ideo cum Calvino q) blasphemante putandum est, lusisse potiùs virum, quàm cum eo seriò contraxisse; Tradidit enim absolutam in Josephum sui corporis potestatem, sic, ut, si ille voluisset, matrimonium quoque cum illa consummare potuisset. Id quod ad rationem matrimonii requiritur & sufficit.

Neque verò vice versa traditio hujusmodi voto illius etiam virginitatis obstitit, quandoquidem in usum conjugii, cùm illud contraheret, deliberata expressáque voluntate non consensit, ùt perfide Calvinus, r) Beza, s) Bucerus, t) Martyr, u) & Centuriatores x) virginem corpore, non mente, facientes mentiuntur, & revelatione præterea divina edocta, futurum sciebat, ut Josephus debitum suum nunquam exigeret. E

Et quando copula carnalis sola; ejúsque voluntas explicata virginitati obstat, eam viro Josepho, salvo virginitatis voto, nubere potuisse exploratè constat. F

Quòd si cum D. Thoma y) censeamus, eam post matrimonium, antè tamen quàm illa ab Angelo salutaretur, votum emisisse, non ideo tamen perfidè (ùt impius Calvinus z) asseruit) conjugium, quia ejus usui obicem posuit, sprevisse, sed minori tantùm bono, salvo tamen illo, majus Virginitatis perpetuæ ex voto servandæ adjunxisse credendum est. G

Matrimonium autem ideo Dei voluntate inter illos initum est, ne vel incarnati verbi mysterium Cacodæmon tam facilè resciret, a) vel Sacræ Virgini lapidationis & infamiæ periculum b) crearetur, utpote cui gravis alvus, quemadmodum D. Ambrosius c) loquitur, corruptelæ videretur insigne præferre.

CAPUT VI.

De Annuntiatione B. Virginis.

Quatuor vix dum menses ab egressu templi in sua, Virgo exegerat, cùm ei soli sine comite, soli sine teste, ùt habet Ambrosius, d) in conclavi illius, clauso ostiolo, sacris studiis vacanti, Angelus apparuit. Is fuit Gabriel, qui, si nominis Etymon spectes, cum Proculo e) Archi-Episcopo Constantinopolitano, in Homilia quadam, assidente Nestorio Constantinopoli dicta, & cum Theophylacto, f) DEUM & hominem rectè significat; eum enim annuntiaturus venit, qui & DEUS erat, & carnem ex Virgine, quam salutavit, ut etiam homo esset, sumpturus erat. Secundùm Hieronymum g) verò & Bernardum h) virtutem & fortitudinem Dei etiam significat, quia eum venturum annuntiavit, qui virtutum Dominus est & potens in prælio. H

Hic

a) In 1. cap. Matth. b) Lucæ 1. cap.
c) In orat. de Nativitate Domini.
d) Lib. de S. Virgin. c. 4. e) In cap. 1. Luc.
f) Lib. de Excell. virg. cap. 4.
g) Lib. 3. in Cantic.
h) Serm. 4. super Missus est, Et in serm. signum magnum.
i) 27. q. 2. cap. sufficiat.
k) In com. hujus loci apud Marl.
l) Lib. 1. de cælib. & votis. m) Loco cit.
n) Loco cit. o) Lib. de Laud. Virg.
p) 4. de 30. q. 2. q) Loco cit.

r) In cap. 1. Lucæ. s) Ibidem.
t) In cap. 1. Matth.
u) In Lib. de cælib. & votis mona.
x) Cent. 1. lib. 2. c. 1.
y) 3. part. quæst. 28. artic. 4. z) Loco citato.
a) Ex Ignat. Hieron. super 1. cap. Matth. tomo 9. & Beda in 3. Lucæ. b) Hieron. ibid.
c) Ambros. lib. 7. in Luc. d) Lib. 2. de Virg.
e) In Synod. Ephes. f) In 1. Lucæ.
g) Lib. de Nom. Hebr. h) Homil. de laud. Virg.

A Hic Gabriel DEI pronubus, juxta D. Ambrosium *a)* & D. Augustin. *b)* Archangelus, &, quando (ùt D. Thomas *c)* sensit) multis sui ordinis collegis imperat ac præsidet, summus in eo ordine est. Apparuit verò illi non secundùm species imaginarias, sed in vera aspectabilíque viri figura & forma, & ùt D. Augustinus ait, *d)* facie rutilante, veste coruscante, incessu mirabili.

B Idem Gabriel, suæ ut legationis initium faceret, singulari eam honorificentiæ privilegio his verbis: AVE GRATIA PLENA, DOMINUS TECUM, BENEDICTA TU IN MULIERIBUS, insolita ratione salutat, attentámque adeò & defixam ejus mentem ad tantæ rei mysteriíque considerationem facit.

C Hic porrò Grammatici malæ fidei diem dicunt antiquo Interpreti, & græca illa χαῖρε κεχαριτωμένη, parùm fideliter his latinis: *Ave gratia plena;* conqueruntur esse reddita. Quid ita verò? Quia κεχαριτωμένη *gratificatam* seu *gratam factam*, non *gratia plenam* significat. Primum, quod dicunt, facilè damus. Neque id fugit Interpretem nostrum, ut proinde his monitoribus & Doctoribus minimè eguerit. Sententiam enim illam, ad Ephes. 1. ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ, ita vertit: *Gratificavit nos in dilecto.* Si scivit χαριτοῦν esse *gratificare* seu *gratum facere*, proculdubio scivit etiam passivum ejus χαριτοῦσθαι *gratificari* seu *gratum fieri*, & quod hinc sequitur, κεχαριτωμένην *esse gratificatam* seu *gratam factam.* Cur ergo isti λάβροι παγγλωσσίᾳ κόρακες ὡς ἄκραντα γαρύετον Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον?

D Alterum, quod dicunt, rejicimus ùt falsum, imò asserimus rectissimè & appositissimè, Interpretem vocibus illis: GRATIA PLENA: Græcam dictionem expressisse: Gratificamur enim à DEO per gratiæ infusionem; & quò quis majorem accipit gratiam, eò magis gratificatus, & consequenter eò plenior est gratia; Cùm igitur D. Virgo super omnes mortales gratificata fuerit (id enim dignitas officii Matris DEI, ad quod ab æterno destinata erat, exigebat,) sequitur, quòd omnibus aliis hominibus, imò & Angelis, plenior gratia fuerit. Jure igitur Interpres noster, respiciens ad causam bujus gratificationis, posita causa loco effectus, vel potiùs vocabulo causæ loco vocabuli effectus, κεχαριτωμένην, *plenam gratia* vertit, quia per plenitudinem gratiæ tanquam per causam κεχαριτωμένη & *gratificata* Deipara fuit. Quis autem nescit causas per effecta & ipsa effecta per causas tropo satis trito & noto describi & intelligi solere? Quod mirum est, istos grammatices tam studiosos non advertisse: Sed nolunt videlicet, *gratia plenam*, cum Antiquitate; quæ sola ad hanc E tuendam Interpretationem nobis sufficere deberet; *gratificatam*, vel quod minùs adhuc aptum est, *gratiosam* volunt; ut suum illud de favore DEI externo, & justitia imputativa falsum dogma meliùs velent. Nam si quis D. Virginem plenam gratia celebrari audiat, statim aliquid intra & non extra Virginem mente & cogitatione efformat; quam notionem vox illa altera tam distinctè animo nequaquam subjicit, ac proinde fraudi hæreticorum aptior est.

F Scimus alios quoque plenos gratia dici, neque tamen quoad gratiæ magnitudinem cum hac nostra Virgine comparari posse. Plenitudinum enim una est plenior altera, ùt rectè dixit D. Thomas. 3. p. q. 7. a. 10. secundùm quod aliquis divinitus præordinatus est ad altiorem vel inferiorem statum. Nam & mare plenum est aqua & fluvius & fons. At quis nesciat, quantum mare excedat copia & abundantia aquarum fluvium vel fontem? Eodem modo sanctus Stephanus act. 6. dicitur *plenus fide & Spiritu sancto*, id est, donis sancti Spiritus, inter quæ haud postremum est gratia sanctificans. Et paulò pòst in eodem cap. secundùm vulgatam editionem, appellatur *plenus gratia & fortitudine*, licèt in græco textu sit: πλήρης πίστεως, id est, *plenus fide.* Verùm plenitudo G hæc gratiæ in Stephano tantò minor fuit, quàm in B. Virgine, quantò minor & inferior est Diaconus Matre Dei, & dignitas Diaconi dignitate Matris Dei. Quæ Mariæ peculiaris plenitudo gratiæ, satis ab ipso quoque Angelo expressa est verbis illis amplissimis: *Dominus tecum.* Et, *benedicta tu in mulieribus.* Hæc enim quid aliud significant, quàm summam gratiæ plenitudinem, qua D. Virgo perfusa fuit? Quid quòd Franciscus Turrianus in Epist. de peccato originali, ex ista ipsa Angeli salutatione & gratiæ plenitudine non improbabiliter colligit immaculatam D. Virginis conceptionem? Nam si Evangelista Lucas Virginem κεχαριτωμένην, id est, *gratia plenam* ab aliis, qui secundùm scripturam dicuntur & sunt κεχαριτωμένοι, id est, *gratia pleni* tanquam excellentius *gratia plenam* distinguere voluisset, ídque vis Angelicæ salutationis postulâsset, omnino articulum participio addidisset, ùt regula grammaticæ constructionis requirebat, quam non ignorabat Lucas. Sed quia sic erat Virgo H κεχαριτωμένη, id est, *gratia plena*, ut nunquam ea caruisset, erátque sola ac singularis, quæ nunquam peccaverat, non erat ab aliis gratia plenis distinguenda, nec apponendus articulus participio; quia participium sine articulo τὸ μοναδικὸν, id est, *singulare* significat, ùt tradit Apollonius, qui ante mille quadringentos annos floruit lib. 1. de syntaxi cap. 27. & 28.

Idem ex illis verbis colligitur: *Benedicta tu in mulieribus.* Sunt quidem & dicuntur in

a) Lib. de Spiritu S. *b)* Serm. 14. in Natal. Domini.
c) 3. p. q. 30. a. 2. *d)* Serm. 14 de Nativit.

A in novo testamento benedicti omnes, qui Christi participes facti remissionem peccatorum consecuti sunt. In remissione enim peccatorum consistere inprimis hanc benedictionem colligitur ex Isaiæ cap. 27. *Propterea aufevetur iniquitas Jacob: Et hac est benedictio ejus, cùm abstulero ejus peccatum.*

Quòd si Virginem hoc modo benedictam Angelus vocâsset, & eam Lucas Evangelista secundùm vim salutationis Angelicæ, ab aliis eodem modo, licèt non æqualiter benedictis, tanquam magis benedictam distinguere voluisset, articulum planè hic quoque apposuisset, sermone ad usum articuli accommodato: Sed quia sola erat Virgo alio modo benedicta, scilicet nulla antegressa maledictione propter peccatum, quod remissione opus haberet, dixit simpliciter: ἐυλογημένη σύ.

B Jam vero illud: *Dominus tecum:* cùm positum sit inter illa duo: *Gratia plena;* &, *Benedicta:* quæ singulari modo Deiparæ conveniunt, consequens est, ut hoc quoque soli Virgini congruat. Ut enim sola fuit semper κεχαριτωμένη, id est, pulchra & gratia plena ac benedicta, nulla fœditate aut inimicitia aut maledictione antegressa, sic cum ea fuit semper Dominus ab ipso puncto conceptionis, id est, semper fuit in ea, quod Domino placebat & gratum atque acceptum erat.

C Quæ omnia ipsa etiam Virgo satis confirmat. Nisi enim novum & inauditum genus gratiæ & benedictionis ei nuntiatum esset, non fuisset causa, cur salutationem Angeli tantopere miraretur: Nam illud, *Dominus tecum;* non erat insolitum, ùt patet in multis scripturæ locis. Neque illud κεχαριτωμένη penitus erat insuetum; cùm alii etiam sint & verè vocentur κεχαριτωμένοι, id est, *gratia pleni.* Sed & illud: ἐυλογημένη σύ; *benedicta tu;* jam antea David tribuerat Abigail uxori Nabal: Cur igitur turbata & mirata est? Quia intelligebat, se solam plenam gratia, se solam benedictam; & cùm se sola Dominum esse, novo modo benedictionis, gratiæ, & præsentiæ divinæ, eo scilicet, in quo non fuisset antegressa maledictio, nec peccatum; nec alienatio à gratia; nec à Deo aversio; quæ benedictio soli Virgini obtigit. Quod ipsum ab Angelo quoque significatum est, cùm dixit: *Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum,* Græcè χάριν sine articulo; quia singularis erat gratia & soli Virgini data; conceptam & natam esse sine peccato originali: sed de his fusiùs Turrianus, nos ad propositum revertamur.

D Hæc solito splendidior Angeli apparitio, salutatióque laudes eas continens, quas Virgo modestissima simul ac humillima non agnosceret, eam nonnihil turbârunt. Et quoniam bonorum Angelorum est terrere initio, deinde solari, illam Gabriel nomine appellans, ne timeret, non hortatur modò, sed & in ap-

paritione & genere salutationis exquirendo E
occupatam, adeóque sollicitam, omni illa curâ liberat. Quod facit dum legationis suæ, cujus initium ab officio salutationis desumpserat, finem, quem antea illa etiam aliquo modo cognoverat, clariùs exponit, tempus videlicet adesse, quo æterno DEI consilio Messias mundíque Redemptor Christus JEsus ex illa conciperetur & pareretur.

Et rectè, si quidem personam spectes, Annuntiatio hæc facta est, ut ita servaretur ordo divinus, quo mediis Angelis divina ad homines pervenire solent.

MARIA, cui nihil erat charius pudicitia, F
nihil virginitate antiquius, quo modo, juxta promissionem Angeli, Mater fieret, quæ Deo virginitatem suam voto dicâsset, admiratur, & admirando percunctatur. Quæ percunctatio, si Augustino, Ambrosio, Bernardo, Bedæ aliísque credimus, non fuit dubitantis, sed quærentis & discere cupientis modum, quo res illa futura erat, quæ cum ipsius voto pugnare videbatur.

Malignantis igitur naturæ est Calvinus *a*) cùm Virginem non minùs malignè, quàm priùs Zacharias fecerat, Dei potentiam restrinxisse, illúdque adeò, quia cum communi naturæ ordine pugnabat, judicio ipsius fieri non posse, temerè asserit.

D. Augustinus *b*) inter Mariam & Zacha- G
riam, quod ad fidem attinet, sic distinguit; Zacharias quando ait: *Unde hoc sciam?* vel per quid hoc cognoscam, qui sum adeò cum uxore senex: desperando dixit, non inquirendo: Maria verò cùm interrogat: *Quomodo fiet istud; quia virum non cognosco?* inquirendo dixit, non desperando. Propterea illi (Zachariæ) dicitur tacebis, quia non credis; huic verò causa exponitur, quia dum interrogaret, de promissione non dubitavit.

Sarcerius *c*) verò, quoniam animalem, infirmam, dubitantem, infidelem, & se verbo Dei, rationis & humanæ sapientiæ argumentis opponentem, illam fuisse, affirmat, irrationabile se pecus esse demonstrat. Quomodo enim illa, quæ *gratia plena* erat, *d*) & cum qua Deus singulari ratione, juxta Angeli dictum, semper aderat, talis, qualem Sarcerius blasphemè describit, esse potuit?

Interrogationi illi Virginis Angelus sic re- H
spondet, ut conceptum illum non viri conjunctione, sed Spiritus sancti opere virtutísque altissimi obumbratione procuratum iri significaret. Deinde id à Deo fieri posse exemplo Elizabethæ illius propinquæ, quæ senex & sterilis contra præscripta naturæ, Joannem sexto abhinc mense concepit, aliqua ratione docet.

Et quando hæc omnia eò spectabant, ut Virginis assensus ad summum illud nobísque

C maxi-

a) In Com. hujus loci apud Marloratum.
b) Lib. 16. de civitat. cap. 24
c) In Evang. de Annunciat. B. Virg.
d) Lucæ cap. 1.

A maximè necessarium Dominicæ incarnationis mysterium perficiendum accederet, consensit, ancillam Domini ad omnia ea, ad quæ ipsam Angelus delectam esse dixisset, paratam se ostendit.

B Orationem Virgo assentiens vix compleverit, & Filium Dei Patris, in uterum suum infusum, atque hominem, divinitate retenta, virginitate illæsa, matris pudicitia salva, Spiritus sancti opere factum, persensit.

Errârunt igitur Ethnici & Judæi, cùm, ut Virgo pariat, stultè & perfidè fieri posse negaverunt. Exorbitârunt etiam impuri Ebionitæ, Cerinthiani, & Photiniani, ùt D. Augustinus autor est, *a*) cùm id factum fuisse inficiati sunt, adeóque Josephum Christi verum parentem fecerunt, & Mariæ Virginitatem ante partum ademerunt. Non longè ab illis, in gloriam Dei omnipotenós blasphemi Centuriatores *b*) discedunt, cùm eam corpore magis, quàm animo & affectu Virginem faciunt.

C Et quanquam illud sanctissimæ Trinitati ratione aliqua adscribi possit, propriè tamen personæ tertiæ in divinis, hoc est, Spiritui sancto attribuitur propter summum Dei in nos amorem, qui vel maximè in hoc incarnationis mysterio elucet. Opera autem amoris Spiritui sancto attribui, nemo nescit. Sic autem illud ei attribuitur, ut non propterea tamen rectè ille Christi pater, vel illius Christus filius diei possit, quemadmodum rectè D. Augustinus notavit. *c*)

Neque verò vel ex substantia Dei, ùt horrendæ impietatis architectus Servetus, *d*) vel ex substanda patris, ùt Valentinus verè gentilis; *e*) vel ex ejus semine, ùt Mennon Simonis Anabaptistarum Coryphæus insanè docuerunt, *f*) Christi corpus Spiritus sanctus efformavit.

D Corpus item illud, quod Spiritus sancti opere perfectum affirmavimus, neque secundùm insanum Manetem *g*) phantasticum; neque juxta Valentinum cœleste; neque juxta Appellis *h*) opinionem ex elementis compactum; sed ùt Orthodoxi verissimè docent, ex purissimo castissimóque D. Virginis sanguine, ad ampliorem digestionem, à virtute ejus generativa, sine voluptatis aliquo æstu (obumbravit enim eam Spiritus sanctus) perducto, & non in cor (ùt stultè nonnulli putârunt *i*) sed in locum à natura constitutum coacto, coagmentatum fuit.

Corporis illi animam rationis participem tanquam formam infudit Deus, contra quàm Ariani *k*) & Apollinaris *l*) falsò senserunt, existimantes divinitatem ejus formam extitisse.

Antequam autem propria ab illis subsistentia efflueret emanarétque, verbum, non sensibile illud Angeli in aëre formatum, quo locutus est B. Virgini, quod transiit, ùt quidam, quorum Athanasius *m*) meminit, arbitrabantur, sed verbum, quod erat Deus, per quod omnia facta sunt, seu in divinis persona secunda, naturam illam hypostaticè, communicata propria personalitate (non verò plenitudine omnis Deitatis, & proprietatum essentialium, ùt Eutychetis posthumi Brentius *n*) & Schmidelinus *o*) cum Symmystis *p*) fingunt, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant) assumpsit, incommunicabilémque reddidit. E

Ita Spiritus sancti Beatæque Virginis opus (efficientis enim ille architectíque rationem habuit, sicut & illa materiam ad fœtum præparavit) fuit Christus, hoc est, Deus & homo, seu verbi divini persona unica, ùt in duabus naturis diversis divina & humana existit, non quandoque quidem in hac, quandoque verò in illa, sed in utraque natura indivisibiliter & inseparabiliter manens hypostasis; tota hujus & tota illius impartibiliter & plenissimè, ait S. Damascenus. *q*) F

Falsò igitur vel Eutyches *r*) unam in Christo duntaxat naturam, & Monothelitæ *s*) unam voluntatem ac intellectum, vel Nestorius *t*) Christi hominis & Dei personas duas esse asseruit. G

Opus porrò hoc, cùm ejus, qui infinita H præditus est virtute, præcipuè extiterit, quicquid Bucerus *u*) contrarium sentiens, garriat, eodem temporis momento numeris omnibus perfectum absolutúmque fuit, hoc est, corpus nulla temporis mora intercedente coagulatum, tenui membrana vestitum, in masculum formatum, rationali anima informatum, verbi divinæ personæ, quæ in principio apud Deum adeóque Deus erat, arctissimè, seu hypostaticè conjunctum copulatúmque fuit, sicque Verbum caro factum in utero clausum habitavit in nobis.

Ex hactenus dictis sequitur, Mariam primò in hac conceptione veram naturalémque hominis

a) Lib. de Hæresibus hær. 8. 10. & 45. Irenæus lib. 1. cap. 25. & 26.
b) Cent. 1. lib. 1. cap. 10.
c) Enchirid. cap. 40. *d*) Lib. 2. de Trin.
e) Iren. lib. 3. cap. 4. Tertull. de carne Christi. Aug. hær. 11.
f) Ut patet ex colloq. Wismarien.
g) Epiphan. hær. 66. in Ep. Manichæi ad Marcellum August. hær. 46.
h) August. hæref. 23. Euseb. lib. 5. hist. Eccles. cap. 13.
i) Quos citat Cajet. in 3. p. q. 31. artic. 5.

k) Ambrof. lib. de incar. dom. sac. c. 7. Euseb. lib. 11. hist. cap. 20 Gregor. Naz. ep. 1. ad Cledon. August. lib. de hær. hæref. 49.
l) August. hær. 55. & D. Thom. 3. p. q. 5. art. 3.
m) In hom. in Evang. Missus est.
n) Brent. in Apolog. confess. Wittemb. & lib. de majestate Christi hom.
o) Schmidel. in lib. Concord. & Thes. Tub. de hominis Christi majestate & Wittemb. de persona Christi.
p) Hunn. lib. de persona Christi. Selnec. & Kemnit. in Apol. Concord. Gerlach. lib. de majest. Christi.
q) Lib 3. c. 9.
r) Theodoret. lib. 4. hær. fab. B. Leo Ep. 97.
s) Damasc. hær 99. Euthym. p. 2. panopliæ tit. 18.
t) Gregor. lib. 4. Ep. 32. Theodoret. lib. 4. hær fab. Cyrill. Alexand. Ep. 2. ad Successum & ep. ad Achat. & ep. ad Eulogium.
u) Vide August. de fide ad Petrum, c. 18 sex. Synod. act. 12. ex Ep. Sophr. approbata in actione 13. Damasc. lib. 3. de fide cap. 5. & 2.

A minis matrem fuisse; tum sic matrem hominis eam fuisse, ut simul etiam Virgo esset; tertiò, repugnet licet Nestorius, *a*) matrem etiam Dei fuisse, Dei non Patris, Dei non Spiritus sancti (quemadmodum Sabellius cum essentia in divinis hypostasin confundens desipuisse convincitur) sed Dei Filii solius. Illius enim mater fuit, quod Virgo concepit; id autem concepit, quod in instanti conceptionis fuit natura concepta, cujusmodi est solum verbum seu Filius Dei:

B Audiamus Damascenum, qui, quòd D. Virgo sit Dei genitrix, præclarè docet adversùs Nestorianos lib. 3. de fide orthodox. cap. 12. *Dei autem genitricem*, inquit, *propriè ac verè sanctam Virginem prædicamus. Quemadmodum enim verus Deus est, qui ex ipsa natus est; ìta vera Dei Mater, quæ verum Deum ex sè incarnatum genuit.* Et infrà: *Meritò ac verè sanctam Mariam Dei genitricem appellamus. Hoc enim nomen totum Humanitatis assumptæ mysterium astruit. Nam si Dei Mater est ea, quæ genuit, profectò Deus est, qui ex ipsa genitus est: Profectò etiam homo. Nam qui fieri potuisset, ut Deus, qui ævum omne antecedit, ex muliere nasceretur, nisi homo exstitisset? Qui enim hominis filius est, homo etiam ipse sit necesse est, quòd si ille ipse, qui ex muliere natus est, Deus est, unus nimirum atque idem est, qui, quantum ad divinam principiique expertem essentiam attinet, ex Deo patre genitus est, & qui extremis temporibus secundùm eam substantiam, quæ initium habuit, temporique subjecta est, hoc est, humanam, ex Virgine natus est.* Et serm. 1. de Nativitate D. Virginis ait: *Pudore afficiatur Nestorius, ac manum ori imponat. Puer hic Deus est; quonam igitur modo ea Dei genitrix non sit, quæ peperit? Si quis Virginem sanctam Dei genitricem non confitetur, a Deitate remotus est.*

C Quòd autem loco suprà notato D. Damascenus ait, B. Virginem non debere dici Christiparam, id factum est odio Nestorii Hæretici, qui hac voce suam hæresin velabat. *Christiparam sanctam Virginem neutiquam dicimus*, inquit Damascenus, *propterea quòd ad tollendum Deiparæ vocabulum nefarius ille & exsecrandus, & cum Judæis sentiens Nestorius, illud, inquam, vas ignominiæ, in contemptum solius verè supra res omnes conditas honoratæ Dei genitricis (disrumpatur ille licet, unà cum patre suo Sathana) hoc nomen excogitavit.*

D Volebant autem sancti Patres cum Hæreticis ne nomina quidem habere communia, ne illorum errori favere viderentur, quod faciendum esse prudenter quoque monet D. Thomas 3. p. q. 16. a. 8. Nam ex verbis inordinatè prolatis incurritur hæresis, ùt dicit ibidem D. Thomas ex sententia D. Hieronymi.

Quando tamen periculum erroris nullum, & fraus nulla subest, non est, cur Christiparæ nomen fugiamus, aut illos, qui id bono & catholico sensu usurpant, condemnemus, cùm illis unum idémque significet Christipara & Deipara, & utroque, prout sors fert, sine discrimine utantur.

E Quanquam autem Christi Dei, ùt & hominis parens matérque illa fuerit, & verò sit, nequaquam tamen inde rectè Mahometani Deam eam quoque esse concludunt.

Neque verò conceptione Christi illud duntaxat factum est, ut mater Dei rectè diceretur, sed & sanctitatis gratiæque suæ, quæ augeri non posse videbatur, magnum cumulum accepit, pluribúsque donis spiritualibus donata ac locupletata fuit.

F Ac quia in sapientia absconsa, ùt Ecclesiasticus *b*) ait, & thesauro inviso utilitas nulla est, dubitari rectè à Luthero *c*) & Erasmo *d*) non potuit, quin Maria sciverit vel crediderit, filium suum ùt verum hominem, ita verum Deum etiam esse; rursum magno se gratiæ munere auctam fuisse.

Utrumque porro illa ut fieret, meruit quoque, non ex justitia quidem, sed posito, quòd Deus semel naturam humanam assumere decrevit, ex congruo tantùm, ùt Scholæ Doctores loquuntur; *e*) conveniebat enim, ut, quæ ex stirpe Adæ, & sanctitate eximia, heroicísque virtutibus prædita erat, Mater illa Dei fieret, & amplioris gratiæ dignitatísque accessione ornaretur.

G Quæ omnia, etsi per se magna atque illustria sunt, ut majora tamen atque illustriora illa redderentur, festiva lætitia lætáque festivitate cumulavit Ecclesia; id quod jam olim etiam fiebat, ùt vel ex Athanasii oratione de D. Virgine, in qua hujus diei festi mentionem facit, luculenter constare potest.

CAPUT VII.

De Visitatione D. Virginis.

H POst Angeli Gabrielis in cœlum discessum, nuncio Elizabethæ cognatæ seu consanguineæ suæ excitata Maria, ejus invisendæ consilium prudens salutaréque cœpit.

Consilii *f*) illius ea non fuit ratio, quasi incredula de oraculo, incerta de nuncio, dubia de exemplo, fidei confirmationem quæreret, quemadmodum nequiter Calvinus *g*) & Brentius *h*) interpretantur; sed ut læta pro voto, religiosa pro officio, festinans præ gaudio, cognatam suam salutaret, gaudiúmque suum cum illa communicaret.

a) In expos. fidei, quæ habetur tomo ult. operum Cyrilli.

b) Cap. 20.
c) In majore Postill. circa Domin. 3. ab Epiphan.
d) Vide Canisium lib. 4. cap. 9.
e) In 3. d. 4. q. 3. & p. 3. D. Thom. q. 3. art. 11. Vide Basil. de hum. Christi gener. Hieron. ep. ad Eustoch. de custodia Virg. Ambros. ep. 82. Chrys. serm. in domini hypopante & hom. 49. in 25. cap. Gen. August. lib. de gratia & natura cap. 36. Bern. in festo nativ. & assumpt. & in adventu Domini serm. 2. Ita canit etiam Eccles. in hymno Regina coeli.
f) Vide Bedam lib. 1. in 1. cap. Luc. 1. expos.
g) *h*) Apud Canis. lib. 4. Cap. 4.

A Quod cùm fecit, Mariæ vocem Joannes Matris utero conclusus sentiens, & redemptorem Christum præsentem ejúsque Matrem cognoscens, quos potest gaudii, reverentiæ & venerationis motus (ùt plurimi Patres docent *a*) exultando edit, simúlque in ventre Matris sanctificatur.

Hic in Joanne rationis voluntatísque usus acceleratus Lutheranis tantum favet, ut fidei motum parvulis, cùm baptizantur, inesse, contra Anabaptistas asserant, *b*) quantum, quòd asina *c*) semel locuta fuit, asinina deinceps nos consilia in deliberationibus expectare debere. *d*)

B Ut primùm etiam salutantis Mariæ vocem audivit cognata, completa sancto Spiritu, prophetiæque dono instructa, sacra mysteria incœpit eructare, magna voce benedictam inter mulieres exclamare, benedictum fructum ventris illius pronunciare, admirari, cui virtuti suæ tantæ aut dignitati tantum bonoris deberetur, ut illa, quæ Mater Domini sui esset, ad se venire non gravaretur, beatam tandem illam affirmare, quæ Angeli orationi fidem habuisset, quòd perficerentur omnia, quæ à Domino illi nunciata fuissent. Ex quo gratiæ Christi & bonorum operum, quorum fructu exciderunt inimici Lutheristæ, falsò concludunt *e*) fidem solam ad salutem sufficere.

C Has Elisabethæ vel Spiritus sancti potiùs sibi delatas laudes non agnovit Virgo, sed eas sui suæque dignitatis oblita, in bonorum omnium fontem & autorem retulit, ac veluti psaltria quædam prophetissa (teste D. Basilio *f*) hymnum *Magnificat* modulans, alios itidem ad Deum laudibus celebrandum invitavit. Quod & Ecclesia instituto etiam die festo huic visitationi sacro, cumulatè fecit.

Hymni illius hæc verba: *Respexit humilitatem ancillæ suæ*, Calvinus *g*) nefariè, non ad ejus sanctitatem & humilitatem, sed ad ejus contemptionem & despicientiam refert. Unde illius sententia perinde est, atque si dixisset, ignobilem se & contemptam, seu vilis & abjectæ conditionis ac nullius coram mundo pretii esse.

D Morata *h*) fuit cum Elisabetha tres ferè menses, indéque priùs, quàm propinquæ suæ tempus partus appeteret, Joannémque in lucem ederet, repugnantibus licèt Centuriatoribus *i*), ad sponsum suum Nazaretham reversa est.

a) Bern. serm. 1. de assumpt. Leo M. serm. 5. de Epiph. Cyrillus de recta fide ad Reg. Hieron. epist. ad Lætam. Ambr. lib. de instit. Virg. cap. 7. Orig. homil. 7. in Luc. & Tom. 9. in Joan. Cæsar. Naz. fr. lib. 3. dialog.
b) Lutherus in lib. cont. Cochlæum, & in cap. 3. ad Gal. Cen. cen. 2. & 5. cap. 4. Synod. Witemb. anno 1536. Schmid. in refut. lib. 5. D. Hosii, Chytræus, Oepinus, alii. *c*) Num. 22.
d) Ita Augustinus ep. 57. ad Dardan.
e) Brentius homil. 7. in Luc. Sarcerius in Evang. Luc. atque alii in Explicat. Evangel. de festo visitat.
f) In Isaiæ cap. 8. Vide Bullas Urbani VI. & Bonifacii IX. part. 2. legendæ.
g) In Harm. Evang.
h) Rupert. lib. 1. in Cant. Euthy. & Theophyl. in Lucam.
i) Lib. 1. cap. 10.

Ille intumescentem sponsæ conjugisque suæ uterum animadvertens, déque faciendo jam divortio solicitè cogitans, ab Angelo in somnis, ut eam acciperet, graviter monetur. *k*) E

CAPUT VIII.

De Nativitate Christi.

INterea exiit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. Ascendit autem & Joseph à Galilæa de civitate Nazareth in civitatem David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante, & cùm illis in diversorio aliquo locus non esset, suburbii stabulum, quod necessitas facere compulit, ingrediuntur, ibique Virgo, ùt Cassiodorum *l*) secutus Cæsar Baron. *m*) annotat. 8. Kal. Januar. C. Cornelio Lentulo & M. Valerio Messalino Coss. August. Imp. ab initio triumviratu. 41. Olymp. 194. anno 2. media nocte, cùm medium silentium tenerent omnia, *n*) & nox in suo cursu medium iter perageret, primogenitum suum DEUM & hominem peperit. F

G Partus ille admirabilis refellit Valentinum veterem hæreticum, de quo Irenæus *o*) & August. *p*) qui Christum per Virginem, ceu per canalem & fistulam, sine ulla carne ex illa assumpta transiisse impiè, & imperitè asseruit. Sancta Virgo, inquit Damascenus lib. 3. cap. 12. purum hominem non genuit, sed Deum verum, non nudum, sed carne convestitum: nec ita, ut corpus è cœlo devexerit, ac per eam non secus ac per canalem transierit, sed carnem ejusdem nobiscum essentiæ ex ipsa assumpserit, atque in seipso ut subsisteret, effecerit.

H Idem partus refutat quoque Apollinarem, & alios, qui putârunt, divinitatem fuisse Christo loco animæ. Impium esse hoc commentum declarant illa verba Lucæ 2. *Et peperit filium suum primogenitum.* Quomodo Christus filius Mariæ est, si caruit anima? Nam quod generatur ex vivente, filius ejus dici non potest, nisi sit ejusdem cum generante speciei, ùt rectè argumentatur D. Thomas lib. 4. contra gentes cap. 32. vermis enim, qui ex animali nascitur, non dicitur filius animalis. At Christus ejusdem speciei ambitu cum D. Virgine minimè continebitur, si rationalis animæ sit expers; quæ enim secundùm formam differunt, specie differunt. Filius igitur D. Virginis non erit. Sed filium esse D. Virginis docet Evangelium; ducet igitur illud ipsum Evangelium: Christum anima intellectuali præditum, & omnes, qui hoc vel impugnent vel negent, inimicos Christi censendos esse.

Idem

k) Matth. 1. *l*) In Chronico.
m) In apparatu annal. Eccles. *n*) Sap. 18.
o) Lib. 3. cap. 4. *p*) Hær. 11.

A Idem partus aliorum *a*) etiam errorem stultissimum profligat, qui illam ea corporis parte peperisse negant, qua vera generatio ex muliere fieri aliàs ordinariè consuevit. Nativitas per eam partem contigit, inquit Damascenus lib. 4. cap. 15. qua fœtus in lucem exire consueverunt, tametsi non desint, qui cum per Dei Genitricis latus fluxisse fabulentur. Neque enim impossibile hoc ipsi erat, ut & per portam transiret, & illius tamen signaculum minimè labefactaret. Etsi verò (ùt ait Concil. Ephesinum *b*) natura post partum Virginem ulteriùs nesciat, gratia tamen, quemadmodum Esaias *c*) significat, Ecclesia canit, Symbolum Apostolorum testatur, clausa porta indicat, sancti Patres, *d*) quibus sanè, si ullus in contradictoribus nostris vel Dei timor, vel hominum pudor esset, cedere & acquiescere deberent, uno eodémque sensu manifestè, frequenter, perseveranter, velut quodam sibi consentiente magistrorum concilio, accipiendo, tenendo, tradendo hoc fidei Catholicæ dogma firmantes, pro indubitato passim habent, illam sic parientem ostendit, matrémqe fecit, ut virginitati ejus partus non nocuerit. Et certè, ut cum D. Augustino loquar, fas non erat, ut per ejus adventum violaretur integritas, qui venerat sanare corrupta.

B Refert D. Basilius, *e*) aliíque Patres, *f*) memoriæ commendatum, Zachariam propterea à Judæis fuisse inter templum & altare occisum, quòd ab eo templi loco, qui virginibus ex lege designatus erat, cùm mysterium Virginis de eximio partu probè intelligeret, incontaminatam purissimámque Matrem (sic enim Cyrillus loquitur) prophetico spiritu ad occultorum cognitionem deductus, non arcuisset.

C Uteri igitur ostio intacto, integris atque intemeratis claustris, pudicitiæ virginitatis laude salva, doloris omnis expers, parens parentis, summo DEI, Angelorum, hominúmque gaudio effecta est.

D Et nimiùm impudentes sunt non pauci ex Calvini Schola, qui dicunt, Virginem parere esse eam parere, quæ non cognoverit virum, licèt aperto claustro Virginali pariat: Nam scriptura Isaiæ 7. loquitur de hoc partu Virginis tanquam de novo & insolito & distincto à conceptione Virginea miraculo. At quod, obsecro, miraculum erit in ipso partu, si ruptis claustris D. Virgo peperit. Deinde Patres una voce Calvinistico huic commento repugnant; ex quibus suffecerit, D. Augustinum & D. Ambrosium producera.

Sic igitur ille in Enchir. cap. 34. *De Virgine nasci oportebat, quem fides Matris, non libido conceperat. Quòd si vel per nascentem corrumperetur ejus integritas, non jam ille de Virgine nasceretur, eúmque falsò, quod absit, de Virgine Maria natum tota confiteretur Ecclesia, quæ imitans ejus matrem, quotidie parit membra eius, & Virgo est.* D. verò Ambrosius lib. de Institut. Virginis cap. 7. ita scribit in verba illa Ezechiel. cap. 44. Hæc porta clausa erit, & non aperietur. *Quæ est hæc porta, nisi Maria? Ideo clausa, quia Virgo. Porta igitur Maria, per quam Christus intravit in hunc mundum, quando Virginali fusus est partu, & genitalia Virginitatis claustra non solvit; mansit intemeratum claustrum pudoris, & inviolata integritatis duravère signacula, cùm exiret ex Virgine, cujus altitudinem mundus sustinere non posset. Et cap. 8. ait idem: Bona porta Maria, quæ clausa erat, & non aperiebatur, transivit per eam Christus, sed non aperuit.* Quid clarius in Calvinistas sanctissimus hic Pater dicere potuisset? E

Valeant etiam fictitiæ Suidæ *g*) obstetrices. Hic enim, ait *h*) magnus ille Theologus orientis, & S. Hieronymi præceptor, Gregorius Nazianzenus, nullas partes & suam manum obstetrix deprædicavit, partus hic divinus est. Quæ enim sine dolore aliquo Mater fuit, eadem & obstetricis munere functa est, cùm à nulla muliere didicisset; illa per se eum, qui ab ipsa & pro ipsa genitus est, suscepit, pannis involvit, & in præsepio reclinavit, ùt jam olim S. Athanasius *i*) rectè scriptum reliquit. Facessat & pariter Erasmi *k*) nixus, dolor & sordes. Facessat denique Joviniani, *l*) Martyris, *m*) Buceri *n*) & Bezæ *o*) introducta corruptio. Qui enim à mortuis exurgendo signaculum sepulturæ non solvit, quomodo nascendo virginale claustrum violavit? An qui pepercit lapidi, non pepercit Matri? F

Ac cùm D. Ambrosius *p*) Scripturæ divinæ conformiter, Christum Matris vulvam aperuisse docet, idem non est, atque sigillum seu claustrum maternæ Virginitatis rupisse, sed phrasi in Hebraico præsertim sermone usitata, natum primo ex utero Matris fuisse, adeóque fructum prolis in hanc lucem exisse. G

Primogenitus *q*) porrò filius non ideo dicitur, quasi postea alium vel alios (ùt Helvidio, *r*) imò & nostra ætate Lucæ Sternbergero, verbis malignis garrire libuit,) sed quia juxta Scripturæ phrasin, ante illum neminem H

a) Vide Barthol. Medin 3. p. q. 28. artic. 2.
b) Tom. 6. ex hom. Theodoti Ancyrorum Episc. de B. Virg.
c) Cap. 7.
d) Vide Gregorium de Valentia lib. 3. contra Fortun. cap. 2. & lib. 3. Examinis.
e) Serm. de hum. Christi generatione.
f) Leo Pont. ep. 11. Hieron. contra Helvid. Hugo in lib. de perpetua virgin. Mar. Nyss. de Nativ. Christi. Cyrill. Alex. cont. Antropom. cap. 27. Origen. in Matth. tract. 26. Theophil. in Matth. c. 13.

g) In lexico. *h*) In tragœd. Christus patiens.
i) Serm. de Nativ. Christi apud Lipo. tom. 8.
k) In annotat. super Luc. cap. 2.
l) Apud August. hær. 82. Ambros. ep. 80. & 81. & Hier. lib. 1. & 2. contra in 3. union.
m) In ep. ad Rom. cap. 4.
n) In 3. unionis Evang. parte.
o) Lib. de omnipræsent. carnis.
p) Lib. 2. in Luc. cap. 7. *q*) Rom. 8.
r) Epiphan. 28. & 78. Hier. contra Helvidium. August. de hæres. ad Quodvultdeum hær. 56. & 82.

A peperic. Nam primogenitus eſt, ùt inquit Damaſcenus *a*) lib. 4. cap. 8. qui primus genitus eſt, ſive unigenitus, ſive ante alios Fratres.

CAPUT IX.

De Purificatione D. Virginis.

B QUadraginta dierum ſpatio poſt partum exacto, Mater & Virgo, *b*) juxta Moſaicum ritum, Joſepho Viro comitata, ut luſtraretur, puerúmque unigenitum & primogenitum Domino ſanctum vocatum ſiſteret, & pro eo, ad Dei laudem peccatíque expiationem; hoſtias, non quæ divitum, ſed quæ pauperum eranr, par ſcilicet turturum aut duos pullos columbarum offerret, *c*) puerúmque quinque ſiclis de manu ſacerdotis redimeret, redemptúmque ſibi pleno jure vendicaret, in templum Hieroſolymitanum, Simeone & Anna lætantibus, ingreditur.

C Luſtrari verò ooo ideo voluit, quaſi cæterarum puerperarum inſtar ſordidata, ritu ceremoniáque illa purificationis indigeret, quemadmodum falſò Ariani, referente Cyrillo Alexandrino *d*) voluerunt; ſed ut legem unà cum filio ſuo, qui peccatoris imaginem præ ſe tulit, ſervaret, calumniæ occaſionem Judæis adimeret, humilitatis ac obedientiæ exemplum præberet, multáque rectè fieri vel exemplo boc ſuo palàm doceret, non jubente lege, ut Auguſtini verbis utamur, *e*) ſed libera charitate. Quin imò ea in officiis noſtris gratio. a eſſe, quæ quum liceret non impendere, volentes ooo differimus. In hypocriſi ergo loquuntur mendacium, qui omnem voluntarium cultum hoc ipſo vitioſum eſſe, aut diſplicere Deo fingunt, quòd lege præſcriptus oon ſit; faciunt autem id Novatores noſtri.

D Colit autem hanc D. Virginis purificationem Eccleſia feſti quotannis diei ſolennitate, quam ſub Juſtiniano Imper. Conſtantinopoli celebrari cœptam eſſe, docet Baronius Notat. ad Martyrol. Romanum, adductis Græcis & Latinis auctoribus. Nec eſt, quòd quenquam moveat D. Gregorii Nazianzeni oratio, ad ſancta Lumina, hæc enim die Epiphaniæ, quo etiam Græci celebrare conſueverunt Chriſti Baptiſmum, habita eſt, ùt docet idem auctor, cùm de Epiphania agit. *Neque quiſquam vel Latinorum vel Græcorum Patrum, qui ante Juſtinianum vixerunt*, ait Baronius, *ſermonem in feſto die occurſus Domini ſcriptum reliquit, niſi quis accipiat Patrum Commentarios in ſecundum caput Lucæ, quo rei geſtæ Hiſtoria enarratur, quæ vel ab illis explicata eſt in ſuis ipſorum Commentariis, vel certè de ea ad populum verba fecerunt; ùt apud Latinos ſanctus Auguſtinus feciſſe videtur, qui in*

E *ſermone quodam habito in die Natalis Domini, multa de Simeone Domino occurrente recenſet, quem laudabiliter Dei Eccleſia huic aptavit ſolennitati; ejuſmodi generis ferè ſunt Homiliæ Patrum, quæ referuntur à Surio & Lipomanno. Sed aliud prorſus eſt Chriſti Domini facta laudibus prædicare, aliud eorum cauſa feſtos dies indicere & celebrare.* Hæc Baronius.

F Cæterùm nihil magis offendit Hæreticos, quàm cerei, quos populus Chriſtianus magno oumero hoc die accenſos ferre ſolet. Sed nil mirum. Qui malè agit, odit lucem. Noctuæ iſtæ & veſpertiliones, Nocte Erebóque ſaó, non à Patre luminum profecti, affines ſibi tenebras diligunt, ut jam nunc perſpicuè indicent, ſe aliquando in tenebras exteriores amandatum iri. Quorum item Deus venter eſt, qui geſtarent cereos, opus Virgineæ & innubæ apis, & ſymbolum caſtitatis? Chamum & Frenum dato his, qui ſunt ſicut equus & mulus, quibus ooo eſt intellectus. Hæc vera & legitima horum inſignia. Oderat etiam olim cereos Vigilantius, horum avus, eaſdem ob cauſas, quia caligo mera, & totus caro & ſanguis erat; indoctus & hoſtis omnis pudicitiæ. Nec ovum ovo, nec lac lacti tam ſimile eſt, quàm iſti illius. Quòd ſi qua antiquitatis reverentia moverentur adverſarii, viderent utique morem ferendorum luminum, & accendendorum cereorum in templis, ſive hoc purificationis, ſive alio quocunque die, neque novum, neque impium & ſuperſtitioſum, oeque myſterii vacuum eſſe.

G Non novum, quia ab antiquiſſimis; noo impium, quia à ſanctiſſimis; non myſterii vacuum, quia à doctiſſimis rerúmque cœleſtium ſcientiſſimis Patribus teſtimonium habet; quos oportet, ut populi Chriſtiani Hæreticorum profanis novitatibus anteponant, eíſque potiùs eligant adhærere, quàm his tam novis, tam improbis, tam indoctis. Certè olim oon tantùm in celebritate purificationis, ſed & in cæteris D. Virginis feſtivitatibus Chriſtianos cereos geſtare fuiſſe ſolitos, teſtatur Beda lib. de temp. ratione cap. 10. *Luſtrandi conſuetudinem*, inquit, *bene mutavit chriſtiana Religio, cùm in menſe eodem* (in Februario) *die ſanctæ Mariæ plebs univerſa cum ſacerdotibus ac miniſtris hymnis modulatæ vocis per Eccleſias pérque congrua urbis loca procedit, datóſque à pontifice cunctis cereos in manibus geſtat ardentes. Et augeſcente bona conſuetudine, id ipſum in cæteris quoque ejuſdem Beatæ Matris & perpetuæ Virginis feſtivitatibus agere didicit.*

H Ecce, quantum diſtent à Beda Evangelici, qui cùm ipſiſſimi ſint Luperci, neſcio tamen quæ Lupercalia nobis exprobrent, quando purificationis diem cereis accenſis lxó agimus. Verùm enimverò nos lucifugis iſtis, qui in tenebris & in umbra mortis ſedent, valere juſſis, cereos libenter ferimus, ut nos filios lucis, & ab eo, qui lumen eſt ad revelationem gentium, illuminatos eſſe palàm profiteamur.

CAPUT

a) Damaſcen. de hær. *b*) Levit. 12.
c) Vide O. Thom. 3. p. q. 37. a. 3.
d) Lib. ad religioſ. Regin.
e) Lib. de adulterino conjugiis. cap. 14.

CAPUT X.

De Actis D. Virginis usque ad mortem.

A NOn longo post purificationem tempore Herode *a*) ad necem Christum infaotem quærente, migravit in Ægyptum cum Josepbo & Filio Diva Virgo, ibique usque ad obitum Herodis, Angeli admonitu, substitit. Scribunt veteres Athanas. lib. de Incarnat. Origen. Hom. 3. diverf. Eusebius lib. 6. de demonst. cap. 10. & alii, tanti bospitis ingressu simulacra Ægypti non tantùm contremuisse, sed & corruisse, & buc
B applicant illud Isaiæ vaticinium cap. 19. *Ecce Dominus ascendet super nubem levem, & ingredietur Ægyptum, & commovebuntur simulacra Ægypti à facie ejus, & cor Ægypti tabescet in medio ejus:* putat tamen Baronius *b*) bæc veterum dicta non ita esse accipienda, quasi cuncta, quæ tunc erant in Ægypto, simulacra corruerint, sed quòd aliqua, in signum, tempus aliquando affore, quo omnia funditus evertantur. Rediit autem ex Ægypto D. Virgo, anno ætatis filii sui jam nono ineunte, prout modò nominatus auctor docet; Christúsque septima die Januarii in palæstinam reductus, ac in Galilæam perductus, Nazareth babitavit. Memorabilis fuit antiquitus in Ecclesia ea dies, quæ cùm in Martyrologio Romaoo, tum in cæteris anniversaria commemoratione recolitur.

C Deipara porrò ex civitate Nazarena in singulos annos, *c*) ad ferias Paschatis obeundas unà cum Josepbo profecta fuit. An ergo ad loca saucta piè ac religiosè peregrinationes institutas insolentissimæ insaoiæ bomines hæretici contemnere audent? an adorare, ubi steterunt pedes Domini, partem impietatis esse, scelerata vox concrepare non formidat? An receptum Ecclesiæ morem, sive in celebrandis feriis, sive in publicis bonorum cœtibus cohonestandis, idololatriæ superstitionísve condemnare?

D Cúmque eò, pro more, JEsum, tum, cùm anoos duodecim natus esset, parentes duxissent, paschalésque ferias solenni Judæorum ritu peregissent, domum ipsi sine illo (cum enim in comitatu tribulum esse putabant) tediéruor, atque adeò Christum amiserunt.

Propter eam amissionem, Centuriatores *d*) Mariomastiges, Evæ Virginem & Matrem comparant, quæ salutem hominum initio pervertit & amisit. Quanquam eam aliquanto minùs, quàm Evam peccavisse affirment.

Lutherus *e*) verò & Brentius *f*) sic hanc amissionem accipiunt, ut D. Virginem non vulgaris negligentiæ, sed damoandæ potiùs cujusdam incuriæ accusent; sic enim ait Lutherus. *Et quis inter homines fuit major peccator quàm bic est Mater Dei?* At quantò rectiùs quispiam hìc dixerit? Si nemo est, ùt E verè ac sapienter sanctus Hieronymus jam olim scripserat, *g*) quem Hæreticus impietate non vincat, quaotum ergo scelus fuit infamis bæresiarcha Lutherus, cum complicibus blasphemis, in tabernaculum sanctum Dei, qui in cœlo habitat?

a) Matth. 2. b) Tomo 1. anno Christi 1.
c) Lucæ 2.
d) Cent. 7. lib. 1. in Evang. Domin. 1. post Epiphan.
e) Dom. 3. post Nativit. f) In Luc, hom. 19. cap. 2.

Dolor Matris, quo filium quærebat, moderatus rationíque conformis fuit, & minimè ejusmodi, quo vel suam in hac parte negligentiam deploraret, ùt fabulatur Philippus; *h*) vel fidem amitteret, ùt Corvinus, *i*) ore scelerato evomuit; vel desperaret, ùt Brennius *k*) calumniatur; vel gratia divina orbaretur, ùt fingit Lutherus; *l*) vel pœnam inferni mereretur, ùt blasphemat Spangenbergius. *m*)

F Verba porro illa, quibus Mater inventum in templo filium, post finem disputationis, soluto cætu, remotísque arbitris compellavit: *Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus & ego dolentes quærebamus te, n*) Novatores, homines scilicet corrupti mente, reprobi circa fidem, ùt Apostolus *o*) de Hæreticis loquitur, falsò ad objurgationis gravis & commoti animi vitium, Orthodoxi *p*) verò enutriti verbis fidei & bonæ doctrinæ, quam Domioo dante intellectum, assecuti sunt, ad interrogationem blandam, ex mœstitia admirationéque profectam, verè referunt.

G Cùm filius, nihil fuisse, cur se quærerent, modestissimè respoodit, quod scire eos oportuisset, ipsi ea curanda & gerenda esse, quæ Patris voluntatem coocernerent, Sectarii duram gravémque reprehensionem fuisse censent, *q*) multúmque adeò ea re Matris dignitati detractum iueptè clamitaor; non enim cum illa expostulavit, sed in illa alios parentes docuit, qui piam filiorum institutionem negligunt.

H Indignè etiam à Luthero *r*) illa, unà cum Josepbo, culpatur, velut reprehensibili, rudi, turpíque ignorantia & errore laborans, ex iis verbis *s*): *Et ipsi non intellexerunt Verbum, quod locutus est ad eos;* intellexerunr enim, quanquam oon perfectè omnino, vel si perfectè, pro ignorantibus certè se gesserunt, agnitúmque mysterium sapienter celárunt.

Sicut autem illud ad Christi commendationem facit, quòd Nazaræam rediens, Matris sicut & Josepbi imperio paruit; ita & illud ad coodemnationem Sectariorum pertinet, quòd neque Virginem Mariam agnoscunt, neque io illa Ecclesiæ Matri obtemperant, quo ipso oeque Patrem habent, ùt D. Augustinus ait, *t*) infernum autem paratum.

Por-

g) Lib. 7. in Esa. h) Conc. in Domin. 1. post Epiph.
i) Dom. 1. post Epiph. k) Hom. 19. in Luc.
l) In eandem Dom. m) Supra Evang. ejusdem Dom.
n) Bullingerus & Pellicanus in 2. Luc. Brent. hom. 10. in eundem, Centur. cent. 1. lib. 1. Major & Spangenberg. in Dominica 1. post Epiph.
o) 2. Timoth. 3. p) In hunc locum. q) Suprà cit.
r) Dom. 1. post Epiphan.
s) Lucæ 2. t) Tom. 9. de Symbolo lib. 4. cap. 10.

A Porrò memoriæ monumentísque proditum non est, quid ipsa ab hoc usque ad 30. filii annum egerit; existimare tamen piè possumus, & verò debemus, eam illi eximiæ sanctissimæque Matris officia præstitisse, quæ talis filii Matrem tantámque erga illum charitatem decebant.

In nuptiis Canæ Galilææ, *a*) quibus unà cum JEsu interfuit, magna sanè B. Virg. erga filium reverentia & fides, eximia prudentia, ac perfecta erga inopes charitas perspicuè elucet. Quamvis enim nondum Christus miracula edidisset, omnia tamen, Cyrillo judice *b*) cùm filium posse crederet, defectum tantùm vini nunciâsse contenta, *vinum*, inquit, *non habent*.

B Frustra proinde Oecolampadii *c*) & Brentii *d*) agrestis ululatus orthodoxorum aures circumsonat; cùm docent, muliebrem & nescio quem carnis affectum illam ad hæc verba: *Vinum non habent*; Et, *quodcunque dixerit vobis facite*; dicenda impulisse: ut ea ratione æqui omnis & decori oblita se se per filii miraculum ostentare, & hominum vanam gloriam aucupari studeret. *e*) Nec verò fidem ullam tetrici illi censores merentur, qui pari impietate addunt, pœnam illi peccato eam Christum definivisse, ut non pluris illam, utpote prærogativis omnibus à se spoliatam, quàm vel mulierem peccatricem, vel Syrophœnissam postea facere vellet.

C Et quando eos, qui impudentiæ fines semel transiêrunt, gnaviter impudentes esse, & mensuram iniquitatum implere oportet, scelus scelere majore cumulantes affirmare pergunt, B. Virginem illo Christi responso: *Quid mihi & tibi est mulier?* fuisse contemptam, pudefactam, publicéque abjectam. Nihilo ergo sapientiores sunt, Christiano nomine dealbati Neoterici nostri, paganis illis, quos similiter delirâsse, his verbis Christi abusos, Justinus *f*) & Cyrillus *g*) prodiderunt.

D Verùm, certi Sacramenti gratia, *h*) Aug. teste, illa sunt dicta verba, irascentísque offensam non prætendunt, ùt Maximus *i*) ait, sed miserantis portant mysterium; Se enim Christus non illius solùm, sed Dei filium esse demonstrat, & circumstantes potiùs, ùt Bernardus sentit *k*), ac eos, qui audituri erant, quàm Matrem docet (neque enim in divinitatis operibus filium sibi illa esse subjectum existimavit, neque jure materno aut humano quicquam petiit, neque denique modum aut tempus in subsidio ferendo præscripsit) se, inquam, docet non jure carnis aut sanguinis permotum, ad redemptionis opera descendere, adeóque prudenter cavet, ne quis fortè miracula ob humanos officii aut obsequii, amicitiæ aut consanguinitatis ullius respectus facta aut facienda esse arbitraretur.

E Incivilitatis deinde, ambitionis & importunitatis Brentius *l*) & Calvinus, *m*) immeritò eam etiam accusant, quòd cognatos secum adducens, filium Judæos docentem voluit accedere, compellaréque. Doctrinæ siquidem illa cursum abrumpere non tentavit, sed cupere se duntaxat, quando ei placeret, finémque dicendi fecisset, illum alloqui, per alios indicavit.

Neque his quoque verbis: *Quæ est Mater mea?* à filio, qui legem (illam etiam procul dubio de honorandis parentibus) non venit solvere, sed adimplere, *n*) negligitur, pudefit, rejicitur, abnegatur, ùt præter cæteros Melanchton *o*) temerè comminiscitur; sed majoribus duntaxat officiis, minora pro loco & tempore concedere oportere, rectè docuit.

F Mulieris porrò Evangelicam vocem in turba sublatam, *p*) qua beatum illa ventrem, qui Christum portâsset, beatáque ubera, quæ ipse suxisset, professa est, non correxit filius, ùt Calvinus somniavit, *q*) sed approbavit, & beatos præterea illos, qui verbum Dei audirent & servarent, graviter pronunciavit.

Neque verò venter ejus solùm & ubera beata fuerunt, sed & manus & brachia, quibus ad tantæ prolis partum & educationem sanctissimè usa est, imò & ipsam totam (frendeant licèt hæretici) beatam fuisse meritò affirmare possumus, cui ex illa cum filio familiaritate & conjunctione mirificus quidam sensus sanctissimi gaudii, maximæ dulcedinis, incredibilis virtutis, sapientissimæ cognitionis & præsentissimæ voluptatis accessit.

G Dolor illius de morte filii sui non fuit vel infidelitatis, vel scandali, vel ei persimilis, quem damnati in inferno patiuntur, ùt damnatæ memoriæ Brentius *r*) affirmat; sed naturæ testis, sed amoris index, sed rationi conformis.

Neque rursus eam sic ille affecit, ut juxta crucem *s*) collapsam, syncopi stupefactam, & propemodum exanimatam in terram affligeret, aut certè in ea id efficeret, quod cum sancta modestia debitáque gravitate illius pugnaret.

H Eam in cruce filius consolatur, Joannique virgini virginem augustissimam & matrem commendat, atque committit; imò verò Joannem filium pro se ei relinquit, quam ille ùt matrem coleret atque servaret.

Non adiit, secundùm D. Bernardum *t*) ùt aliæ mulieres, ad sepulchrum Domini, quia frustra putabat eum inungi, quem resurrecturum sciebat.

Chri-

a) Joan. 2. *b*) Lib. 2. in Joan. cap. 22.
c) In 2. Joan. *d*) Homil. 21. in eund.
e) Philip. Melanch. in annotat ad 2. Joan.
f) Justin. Mart. lib. quæst. gent. respon. 136.
g) Cyrillus lib. 2. cap. 23. *h*) Tract. 8. in Joan.
i) Homil. 1. in festo Epiphan.
k) Serm. 2. in Domin. 1. post octav. Epiph.

l) Hom. 78. in Luc. cap. 8.
m) In harm. Evang. in cap. 12. Matth.
n) Matth. 5. *o*) In cap. 12. Matth.
p) Luc. 11. *q*) In harm. Evang.
r) Hom. 17. in Luc. *s*) Joan. 19.
t) Cap. 2. in tract. de passione Domini.

A Christus resurgens primùm Matri suæ apparuit, gloriæque & consciam & sociam illam reddidit. Id autem etsi Evangelistæ non retulerint, quòd ad confirmandam filii resurrectionem inefficax esset Matris testimonium, vetus tamen ac nova Patrum *a*) Traditio, per manus majorum ac per subsequentia secula ad posteros delapsa, cuilibet facilè fidem facit.

Evodius D. Petri successor in Episcopatu Antiocheno in Epistola, quæ inscribitur τὸ Φῶς, à Christo ex mulieribus solam Matrem suam Baptismo tinctam fuisse graviter pronunciat, idque, ut & auctiorem gratiam perciperet, & charactere insigniretur.

B In cœlum, ex monte Oliveti ascendentem cum Apostolis spectavit, & gaudio adorationéque prosecuta est; à Christi verò in cœlum ascensu, Hierosolymam rediit, ibidémque promissum Spiritum sanctum 10. dies in precibus consumptos expectavit, & in linguæ quoque igneæ specie accepit.

Post festum diem Pentecostes, ad sanctam Sion in ædibus Joannis, mortuo Josepbo, habitare cœpit, vitámque, ùt & antea, ab omni labe remotam egit. Nunquam enim vel minimum peccatum actuale commisit, ùt etiam Patres Concil. Trident. Sess. 6. Can. 23. docent, & D. Augustinus quoque, cùm de peccatis agitur, nullam prorsus quæstionem haberi voluit de D. Virgine propter honorem Domini.

C Impiæ ergo hæ Calvini sunt voces: *b*) *Magno opere laborandum non est, ut Mariam purgemus ab omni vitio.* Impius Lossius, *c*) cùm in ea peccati reliquias mansisse garrit. Sceleratus Brentius, *d*) cùm à Maria humani nihil alienum fuisse blaterat. Sectariorum Magister Lutherus, *e*) insigniter blasphemus, in impias has voces prorupit; *Tam nos sumus sancti atque Maria, & alii Divi, quantumvis magni, si modò in Christum credamus.*

Neque verò solùm non aliquando peccavit, sed ne primum quidem voluntatis motum ad malum, vel appetitum minùs ordinatum habuit. *Legem mentis*, ait Cyprianus, *lex carnis non infestabat, rebellio nulla quietem spiritus affligebat.*

D Virginitatem post partum, quicquid contra vetustissimos sanctissimósque Patres, *f*) Helvidius, Auxentii discipulus, & Lucas Sternberger somnient, perpetuò conservavit. Rectè ad id confirmandum D. Aug. cæterísque Patres, ei accommodârunt illud Ezech. *Porta hac clausa erit, & non aperietur, & vir non transiet per eam, quoniam Dominus Deus Israël ingressus est per eam, eritque clausa.* D. Ansel-

a) Ambros. in Luc. lib. 10. cap. 24. Anselmus lib. de excellen. Virg. cap. 6. Sedulius de abjectione Synagogæ lib. 5. carm. Rupertus 7. de divin. offic. cap. 25.
b) In 1. Luc. *c*) In explic. 90. Matth.
d) In 2. cap. Joan. *e*) In serm. de natali B. Mariæ, & in comment. 1. ep. Petri.
f) Vide Canis. lib. 2. c. 10.

mus eam etiam illi puritatem rectè tribuit, qua major sub cœlo intelligi nequeat. D. Ambros. sententia gravissima non solùm virginitatem illa in se servavit, sed & his, quos inviseret, integritatis insigne contulit. Rectè ergo velut vitis fructificâsse suavitatem odoris, & quasi Cedrus in Libano exaltata dicitur, ad cujus aspectum malæ cogitationes aliorum evanescebant non secus ac virtutem Cedri & floris vinearum serpentes, ùt primùm odore perceperunt, fugere physici memorant. E

F Mulieris nomen, quo virginitatis ejus osores in patrocinium sui erroris utuntur, pro sexu fœmineo generatim, more locutionis Hebræorum ponitur, sive Virgo illa, sive viro cognita fuerit. Quid quòd virginitas primùm hoc nomen accepit? Nam cùm tulisset Deus costam de Adam, ædificavit, ait Moys. eam in mulierem. Utique adhuc virum non cognoverat, & mulier vocabatur.

Insanit ergo Lutherus, *g*) cùm D. Paulum asserit, per contumeliam D. Virginem, mulierem appellare; nomen enim hoc sexus est, non contumeliæ, non corruptelæ.

Qui porrò fratres *h*) Domini in scripturis dicuntur, non ii ex eodem Patre & Matre erant geniti, neque natura, sed tum amicitia & societate, cum adoptionis ac gentis privilegio, & cognatione atque consanguinitate denique, Christi fratres sunt appellati.

Non etiam primus inter fratres genitus duntaxat, sed primus solúsque genitus etiam, primogenitus appellatur, *i*) ùt patet ex Apostolo *k*) ad Heb. ubi Christum primogenitum patris appellat.

G Neque cùm Scriptura sacra *l*) dicit: *Antequam convenirent*, &c. Et: *Non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum;* postea convenisse cognitámque à Josepho illam fuisse, intelligendum est, ùt ineptè Helvidius collegit. *Donec* enim, *usque, antequam*, generísque ejusdem adverbia alia, etsi tempus aliquando determinatum significant, quo transacto aliquid fiat; sæpe tamen quoque in S. literis pro *nunquam*, sive pro *in perpetuum* accipi passim solent.

H Præclarè Damascenus lib. 4. cap. 15. *Manet*, inquit, *Maria & post partum Virgo & semper Virgo: Nullo enim modo usque ad mortem viri admisit contactum: etsi scriptum est; & non cognovit eam, donec peperit filium suum primogenitum. Sciendum autem est, quòd primogenitus est, qui primus genitus est, etiamsi unigenitus fuerit. Illud enim, PRIMUM, significat quidem natum esse, sed non significat necessariò aliorum quoque generationem. Illud autem, DONEC, determinati temporis præfinitionem significat; non autem indicat quod postea. Dicit enim Dominus: Ecce ego vobiscum sum*

g) In cap. 4. ad Galatas.
h) Matth. 12. Marc. 3. Luca 8. Psalm. 91. Galat. 1.
i) Matth. 1. *k*) Ad Hebr. 1. *l*) Matth. 1.

A *usque ad consummationem sæculi, non quòd post consummationem seculi separandus sit. Nam Apostolus ait: & sic semper cum Christo erimus, post communem resurrectionem intelligens. Quomodo enim quæ genuit Deum & ex consequentium experientia miraculum agnovit, viri consortium agnovit. Absit hoc. Non modestiæ cogitationis est talia cogitare, nedum agere.* Hæc Damascenus.

B Simili notione usurpatur vocabulum, *Donec*, Gen. 8. dimisit enim Noë ex arca corvum, *qui egrediebatur, & non revertebatur, donec siccarentur aquæ super terram*, ait scriptura. An siccatis aquis ad arcam revolavit? Similiter illud: *Antequam convenirent;* Non significat postea convenisse. Nam cùm alibi dicit: *Antequam clament, exaudiam eos;* num rectè inferes, postea clamâsse, cùm jam essent exauditi? pugnat hæc interpretatio cum communi etiam & recepto usu loquendi: Nam cùm divitem aliquem dicimus pauperi eleemosynam impertiisse, antequam peteret, nemo rectè concludet, petiisse illum, pusteaquam eleemosynam acceperit.

C Ad Virginitatis laudem cæteras virtutes sic adjunxit, ut, *a*) cùm multæ filiæ sibi divitias congregârint, ipsa sit supergressa universas. Magnum revera, ait Chrysostomus *b*) mundi miraculum illa est, sacratissimúmque spectaculum. Dionysius Areopagita, *c*) Dionysio Carthus: & Utberto *d*) testibus, cùm ad Mariam venisset, atque tam formam corporis formosissimam, quàm morum sanctitatem, & fermè divinum in ea fulgorem spectâsset, hoc dixisse fertur: *Nisi mihi de filio tuo esset revelatum, facilè crederem, alium præter te non esse Deum.*

CAPUT XI.

De Morte D. Virginis.

D UT mors ejus honoratior esset, divino spiritu afflati Apostoli, & primarii recentis Ecclesiæ viri spectabili corona (Divo Dionysio, *e*) Damasceno, Andrea Cretensi, Epipbanio, Metaphraste, Nicephoro, Glyca, Michaële Syngelo, Maximo Abbate, aliísque pluribus, tam Græcis quàm Latinis, attestantibus) non adfuerunt solùm; (sive hierarchæ illi eodem momento è diversis orbis regionibus Hierosolymam per aëra in sublime delati, haud aliter ac Habacuc Propheta, *f*) & Philippus Diaconus, *g*) Angelorum ministerio, ùt quibusdam visum est; sive sponte divino quodam impulsu exciti, & aliam quasi ob causam ad Virginem pervenerint; neque enim scire interest) sed & illam luctu simul & gaudio prosecuti fuère.

E Etsi autem de tempore obitus non una sit omnium constánsque sententia, & alii *h*) quidem ætatem Mariæ annis 49. definiant, eámque post ascensionem filii annum duntaxat unum, & nescio quot menses in humanis fuisse opinentur; alii vero *i*) eam quatuordecim natam annos peperisse Dominum redemptorem arbitrati, post passionem Christi novem annis vixisse, eámque suæ ætatis quinquagesimo septimo decessisse tradant; alii *k*) porrò totum vitæ illius tempus 58. alii tursum *l*) 59 annis circumscribant; alii *m*) 62. alii 63. *n*) numerent, ac denique 82. *o*) nobis tamen non immeritò amplectenda videtur eorum opinio, quam post Epiphanium, *p*) & Cedrenum *q*) ac alios, Canisius *r*) atque Baronius *s*) defendunt, qui Beatam Matrem annum septuagesimum attigisse, vel etiam excessisse arbitrantur.

F Mortua est autem non quidem martyrio functa, ùt quidam Simeonis *t*) oraculo malè intellecto inducti, asseruisse reperiuntur, neque ex morbo propriè corporis, sed vi amoris, ardentissimíque desideril vehementia *u*) ad Dei divinæque essentiæ claram visionem & cognitionem, in pulchritudine pacis & requie opulenta per omnes seculorum æternitates obtinendam retinendámque, ídque Hierosolymis, ut formosa filia Hierusalem à terrestri ad cœlestem Hierusalem rectà proficisceretur.

G Corpus, quod Deum suscepit, cum Angelica & Apostolica hymnodia, cereis ardentibus, floribúsque sparsis, ex Sion elatum, exequiis ei factis (quidquid Centuriatores *x*) obganniant) Gethsemane in valle Josaphat, ut hac etiam ratione filio Mater couformaretur, in loculo depositum conditúmque fuit.

H Quoniam verò moris est hominum sanctitate & miraculis illustrium, cùm ex hac vita discesserint, mores & indolem, staturam & totius corporis constitutionem describere, &, quoad fieri potest, ad vivum repræsentare, ideo non est hic prætermittenda descriptio & delineatio D. Virginis, quam Nicephorus lib. 2. cap. 23. ex Epiphanio affert, ut sodales Parthenii hoc tam præclarum vivendi agendique exemplar indesinenter intuentes, omnes actiones suas ad illud exigant & componant. Sic igitur ille: *Mores formaque & statura D. Virginis modus talis*, ùt inquit

a) Proverb. ult. *b*) Homil. in Hypop. Domini.
c) In elucidatione 3. c. Dion. Areopag. de divinis nominib. *d*) Lib. de vita Salvatoris.
e) Dionys. lib. de divin. nom. cap. 4. Serm. de obdorm. virg. Damascen. Andr. Cretens. Epiph. Metaph. die 15. August. & serm. de obdorm. B. Virgin. Niceph. lib. 15. cap. 4. Glycas p. 3. annal. Mich. & Max. in Dionys.
f) Dan. 14. *g*) Actor. 8.

h) Vide Antonin. p. 3. hist. tit. 19. c. 12. Belet. cap. 147. & Mussum lib. 3. & 8. Chron.
i) Hyppolitus Thebanus apud Epiph. serm. de Deip.
k) Apud Cedren. in compend.
l) Evod. apud Niceph. lib. 2. cap. 3. & 21.
m) Vincent. in spec. hist. & Euseb. in Chron.
n) Niceph. l. 2. hist. c. 21. & 22. *o*) Ansel.
p) Epiph. serm. de Deip. *q*) Cedren. in compend. in Tib.
r) Operis Mariani lib. 5. c. 1. *s*) Annal. Eccl. f. 352.
t) Apud Isidor. de vita & obitu Sanct. cap. 68.
u) Ambros. & Bed. in 2. Luc. *x*) Centur. 1. lib. 2. cap. 10.

A quit Epiphanius, *fuit.* Erat in rebus omnibus hooesta, & gravis, *pauca admodum, eáque necessaria loquens, ad audiendum facilis, & perquàm affabilis, honorem suum & venerationem omnibus exhibens. Statura mediocri, quamvis sint, qui eam aliquantulum mediocrem longitudinem excessisse dicant* ἀπαῤῥησίαστος, *id est, non audax & libera erga quenquam, sine risu, sine perturbatione, & sine iracundia maximè: colore fuit triticum referente, capillo flavo, oculis acribus, subflavum, tanquam olea colores, pupillas in eis habens: supercilia erant ei inflexa, & decenter nigra; nasus longior, labia florida, & verborum suavitate plena, facies non rotunda & acuta, sed aliquanto longior, manus simul*
B *& digiti longiores. Erat denique fastus omnis expers, simplex, minimèque vultum fingens, nihil mollitiei secum trahens, sed humanitatem præcellentem colens: Vestimentis, quæ ipsa gestavit, coloris nativi contenta fuit: id quod etiamnum sanctum capitis ejus velamen ostendit, & ut paucis dicam, in rebus ejus omnibus multa divinitus inerat gratia.*

CAPUT XII.

De D. Virginis Assumptione.

C Post mortem anima Deiparæ diu exoptatam libertatem io cœlis, quam terrestris domus inhabitatio præpediverat, Christo filio, sanctorum Angelorum grege, iooumerabili cœlitum exercitu læto, festúmque diem agente, consecuta est.

Carne deinde vestitam illam iterum fuisse, beata immortalitate indutam, in cœlum evectam, super omnem creaturam (rideat licèt aliquando in interitum suum Lutherus, a) ac nescio qui Sexti & Pyrrhones etiamoum perperam ambigere malint) exaltatam, in thronum regium deductam, in aula Regis æterni corona ornatam, à dextris filii Dei in vestitu deaurato, circundata varietate, assistentem & triumphantem, meritò gaudent Angeli, lætantur Archangeli, constanter credit, & festo die, jam ex antiquo, quotannis Ecclesia, repugnantibus etiam sectariis, propensissimis animis atque obsequiis colit & veneratur, lætisque vocibus divinæ Matri accinit: *Exaltata est sancta Dei genitrix super choros Angelorum ad cœlestia regna.*

D Nominat autem festum hoc Ecclesia Romaoa non Natalitium, non Dormitionem, non Migrationem, sed Assumptionem D. Virginis, significare volens, non solius animæ ad Deum transitionem, sed & corporis simul subvectionem. Sicut enim cùm Christi anima, verà cum carne sua cœlos propria, non aliena virtute conscendit, Ascensiooem vocat; ita Dei genitricis migrationem, quòd non suapte virtute, sed filii gratia à mortuis resurrexerit, & in cœlum evecta fuerit, proprietate loquendi maluit assumptionem ap- E
pellare. Et quamvis Græci Patres conciones suas, quæ extant apud Surium & Lipomanum, de dormitiooe D. Virginis inscripserint, non negant tamen, illam anima & corpore io cœlum esse translatam; quod cùm ex aliis, tum ex utraque oratione Damasceni de hoc argumento clarè colligitur: In prima enim sub finem hæc habet verba Damascenus: *Non enim anima tua in infernum descendit, nec caro tua corruptionem vidit. Nec corpus illud tuum immaculatum ac labis omnis expers in terra relictum est: verùm in cælo ac regiis sedibus, tu Regina, Hera, Domina, ac verè Mater & Genitrix, deposita es.* Et de sepulchro D. Virginis ita scribit: *Hoc est monumentum illud augustum & adorandum, quod etiamnum Angeli, non sine magna quadam reverentia & metu astantes, complectuntur, Dæmones pertimescunt, homines per fidem accurrunt, honorantes, oculis & labris atque animi cupiditate exosculantes, uberrimúmque bonorum copiam haurientes. Quemadmodum enim si quis* F
ingentis pretii unguentum vestibus aut loco alicui imponat, ac rursus eximat, suavitatis reliquia abstracto etiam unguento restant; eodem modo nunc quoque divinum tuum & sanctum ac maculæ prorsus omnis expers, divináque fragrantia refertum corpus, fons inquam ille gratiæ perennis, in sepulchro collocatum, ac deinde rursus ad præstantiorem & sublimiorem regionem abreptum, haudquaquam ita sepulchrum reliquit, ut honoris expers esset; sed divinam fragrantiam & gratiam ipsi impertit; & sanationum ac bonorum omnium fontem iis, qui cum fide ad monumentum accedunt, reliquit.

Sic verò virgo Deipara in cœlum anima G
& corpore assumpta est, adeóque à terris reipsa abest, ut cultu nihilominus verissimo, ejúsque fructu uberrimo lætissimóque, oobiscum omnino præsentem illam habeamus.

CAPUT XIII.

De Cultu D. Virginis & primùm de honore.

Cultus hic decem generatim officiis con- H
tinetur, honore, salutatione, invocatione, festis statísque diebus, templorum extructione, sacrificiorum oblatione, promissionibus, imaginibus, peregrinationibus & piorum cœtibus seu sodalitiis.

Honor illius internus in actu eo reverentiæ voluntatis nostræ consistit, quo ex sua natura, cum debita submissione, subjectionn[illegible]que recognitione, de Mariæ dignitate & excellentia, convenienter & accommodatè opinionem existimationémque gignimus.

Conveniens erit & accommodata illa existimatio, uti & debita submissionis subjectionísque recognitio, si majori perfectiorique eam dignitate & excellentia præditam esse significemus, quàm quævis alia ornata sit, &

a) In postill. circa Evang. de festo Nativ. Mariæ & in festo Assumpt.

minori imperfectiorique, quàm in divinam majestatem convenire possit, & verò debeat.

A Externus D. Virginis honor ejusmodi est, quo de ejus dignitate & excellentia id, quod in voluntate factum est, corpore etiam, hoc est, verbo vel officio exteriùs testificamur & protestamur; vocatur autem honor D. Virgini debitus Hyperdulia.

Cum ea testificatione protestationéque conjuncta est prædicatio dignitatis & excellentiæ, adeóque laus illius, ab ea, qua cæteræ creaturæ & Deus ipse, cui *a*) omnis laus & gloria debetur, prædicantur & laudantur, omnino diversa & alia.

B Jam uti hoc honoris laudísque genere dignissimam eam judicamus; ita penitus Constantini Copronymi errorem, agnomine suo dignum, horremus, *b*) cùm Mariam quoad usque Christum in utero gestavit, honore dignam fuisse, eum porro ubi enixa fuit, nihil fœminis aliis dignitate præstare impiè asseruit.

Idem ferè est Centuriatorum *c*) Magdeburgensium judicium. Quò namque in honoribus deferendis, pio quodam studio veteres Patres certâsse videntur magis, eò illi ingenii sui nervos contenderunt studiosiùs, argumentis ut undique conquisitis, vilissimis eam ancillis nullóque honore dignis vel parem vel inferiorem facerent.

C Cur ita, si quæras? In promptu causa est; Aurora consurgens, effera pecora campi, fures ac latrones, B. inquam, Virgo hæreticos non solùm abigit, sed & ipsa *d*) caput serpentis (Diaboli) ipsorum parentis conterit, & hæreses cunctas in universo mundo interimit. *e*)

D Lutherus horrendo, ut cum Basilio *f*) loquamur, sacrilegio sponsæ Christi adulter effectus, vel hoc nomine in secula seculorum *g*) de vino iræ Dei bibit, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius, cruciandúsque igne ac sulphure in conspectu Angelorum & ante conspectum agni non habebit requiem die ac nocte, quòd vino fornicationis ebrius meretricem impuram, quæ, *h*) relicto duce pubertatis suæ, pacti Dei oblita, quia *i*) primam fidem irritam fecit, damnationem & ipsa habet, Beatissimæ Virgini ac Matri Dei, sanctitate & gratia parem esse, vociferari sit ausus.

a) 1. Timoth. 1.
b) Vide Suidam, Zonaram in Chron. lib. 15. & Paulum Diaconum in vita illius. Niceph. lib. 18. hist. Eccl. in [illegible] Glycam. p. 4. annal. Constant.
c) Centur. 1. de vita Mariæ.
d) Genes. 3. Quomodo legunt Chrysost. homil. 17. in Genes. August. lib. 2. de Gen. contra Manich. cap. 15. & lib. 11. de Gen. ad lit. cap. 36. Ambros. lib. de fuga seculi cap. 7. Gregor. lib. 1. Moral. cap. 38. Alcimus Avitus lib. 3. carm. Claudius Marius Victor, lib. 1. in Gen. Eucherius, Rupertus, Beda, Rabanus, Strabus & Lyranus in hunc locum.
e) Bernard. in sermone de verbis Apocal. & Ecclesia in respon. festi Nativit. B. Mariæ.
f) Lib. de virginitate. *g*) Apocalyp. 14.
h) Proverb 2. *i*) 1. Timoth. 5.

E Rectiùs D. Jacobus Apostolus *k*) beatam vocat Deiparam, irreprehensam Matrem Dei nostri, honorabiliorem Cherubin, gloriosiorem Seraphin, corruptionis expertem, gratia plenam, templum sanctificatum, paradisum spiritualem, Virginum denique gloriam, cui universa gratulatur Ecclesia. Veriùs etiam eam D. Damascenus *l*) appellat cœlum verè animatum, vitæque thesaurum, atque abyssum gratiæ, quæ creatas res omnes longissimè superet, omnibúsque dominetur, cùm illius sit Mater, qui omne cœlum omnémque naturam molitus est.

F Ad laudem prædicationémque D. Virginis pertinent etiam, præter hymnos & cantica, Litaniæ, quæ ab eadem Virgine nomen habent; in illis enim non tantùm imploramus opem, sed & præconia encomiáque divinæ Matris celebramus, quantumvis licet Hæretici ringantur, titulósque illos, quibus D. Virginem cohonestamus, iniquis auribus accipiant. Quod illis condonandum esset, si D. Virginem absque Sanctorum Patrum exemplo laudibus, & iis quidem amplissimis extolleremus. Cùm verò nihil gloriæ Virgini tribuamus, quod non jam dudum ab antiquis Ecclesiæ Doctoribus eidem verbis honorificentissimis sit tributum, non est, cur istos Mariani nominis hostes moremur, & à laudibus D. Virginis hymnisque & canticis spiritualibus desistamus. Ausim dicere, nullum encomium in Litaniis, quas Lauretanas vocant, vel in aliis quoque, quas pii magno cum fructu usurpant, reperiri, quo non sit jam dudum à Patribus insignita Deipara. Di-

G citur ibi: *Causa nostræ lætitiæ*, & *Regina Sanctorum omnium.* Quid aliud voluit Gregorius Nazianz. in Tragœd. de Christo patiente, cùm illam vocat: χάρμα τοῦ γένους Lætitiam generis humani. παντάνασσαν Omnium Reginam. οὐρανίων ταγμάτων ὑπερτέραν. Superiorem cœlestibus ordinibus. Quid aliud voluit Damascenus, cùm illam lib. 4. de fide cap. 15. appellat, Dominam omnium rerum conditarum; provectam supra Cherubim, & elatam supra Seraphim; & orat. 2. de

H dormitione D. Virginis; Inexhaustum gaudii pelagus, unicam mœroris obliterationem, Pharmacum ex omni pectore dolorem propulsans. Quid aliud voluit Andreas Cretensis, cùm in oratione de dormitione, nominat illam, Reginam omnis naturæ, quæ excepto solo Deo, omnibus altior sit; sanctam sanctis sanctiorem, & omnis sanctitatis sanctissimum Thesaurum. Dicitur in Litaniis: *Mater divinæ gratiæ, Mater purissima, Mater castissima, Mater intemerata, Mater creatoris, Salvatoris, Dei.* At hæc eadem & longè plura laudis & dignitatis nomina millies à Patribus D. Virgo audiit. Damasceno est Deipara, Gratiarum pelagus, vitæ porta, & fons lucis; Tota Spiritus sancti Thalamus; porta Dei perpetua Virginitate prædita; Desidera-

k) In Liturgia sua. *l*) De dormit. Virg.

A siderabilis & ter beata fœmina. Gregorio Nazianzeno est nostra Virgo; κόρη πάγχαρτος. Virgo plena gratia. Andreæ Cretensi; porta cœli, & Christianorum fidei propugnaculum, & vitæ suppeditatrix, & vita viventium, & causa vitæ. Dicitur D. Virgo in Litaniis: *Paradisus voluptatis, vellus Gedeonis, Thronus Salomonis, Rubus ardens incombustus, Scala Jacob:* Hos omnes titulos inveniet Lector, cùm apud alios eruditione & sanctitate clarissimos Doctores, tum apud Damasceoum. *Excelsi*, inquit orat. 1. de Nativit. Virg. *brachium, vivam scalam sibi ipsi condidit, cujus ima pars in terra firmata est, summa autem ad* B *cælum usque porrigitur. In qua Deus requievit; spiritualis scala, hoc est, Virgo, in terra firmata est. (Ex terra enim ortum habet, caput autem ipsius ad cælum pertinet.* Sed quid ex Patribus titulos Mariæ conquirimus? Nescio quis major D. Virginis laudator extiterit, quàm ipse Gabriel Archangelus, cùm eam sic affatus est: AVE GRATIA PLENA, *Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus.* Et, *Invenisti gratiam apud Deum*, &, *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.*

C Ex hac certè laudatione Angelica D. Virginis, omnes illæ laudes, quæ in Patrum libris leguntur, manârunt tanquam rivuli quidam ex immenso mari: Et audent adbuc conqueri Hæretici, quasi in Litaniis nostris nimiùm laudemus & extollamus D. Virginem? qui si adfuissent in cooclavi, cùm cœlestis ille nuntius Mariam laudando salutavit, & salutando laudavit; admonuissent procul dubio Angelum veteris illius: NE QUID NIMIS. EST MODUS IN REBUS. CAVE, ne divinos honores tribuas creaturæ. Et multò magis officii admonuissent sanctissimam Elisabetham Matrem Bapti- D stæ; cùm magna voce exclamavit: *Benedicta tu inter mulieres & benedictus fructus ventris tui.* Et, *unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* Noo se continere potuissent pro suo divinam gloriam asserendi ardore, quin æquè elata voce exclamâssent: Quæ te dementia cæpit? ô mulier. Non huic, sed soli Deo honor & gloria. Sed valeant isti Mariæ obtrectatores; Nos cum Damasceno noo modò palàm dicamus. *Qui te Genitricem Dei confitentur, ô Virgo, benedicti sunt: & qui inficiantur, maledicti;* sed illud etiam adjiciamus: Qui Litanias, qui odas & hymnos, & cantica tua spernunt, non ex Deo, sed ex Diabolo sunt; quia te, ô Virgo, mendacem facête conantur, cùm prophetico afflata spiritu oraculum illud protulisti: *Beatam me dicent omnes generationes.* Quomodo enim id vero consentiret, si oemo tuas laudes prædicaret; si, ùt Hæretici faciunt, in aliarum mulierum classem & ordinem te conjiceremus? *Si hæc verba sunt implenda*, inquit Lutheranus Spangenbergius, *necesse est profectò esse homines, qui Mariam laudibus vehant ac ornent.*

E Ex dictis item colligimus mendicum in caput suum fuisse Lutherum, *a*) cùm illam nos Deam omnipotentem, vel idolum facere, (ne, opinor, quisquam ambigeret os hominis apostatæ, cui tam *b*) suavis erat panis mendacii, in inferno, ubi nulla est redemptio, implendum fore calculo ardenti) adoraréque confinxit.

F Æquè impudentes sunt posteri illius Lutherani, cùm idololatriam nos; sive velimus, sive nolimus, in D. Virgine honoranda, admittere clamitant. Servi enim Dei extremistis æternum valere jussis, Catholici, inquam filii (Epiphanii *c*) verbis utimur) sanctæ Dei Ecclesiæ, qui certam regulam novetunt, nec ad dextram, nec ad sinistram declinant, sed via regia, via veritatis incedunt. Itaque cum eodem alibi, *d*) esse habendam in honore Mariam, Dominum adorandum sentiunt, scribunt, dicunt, docent.

G At Gregorius Nazianz. in Tragœd. de Christo patieote Deam appellat D. Virginem. Quid tum? Ergo Deam fecit? Malus certè non tantùm Theologus, sed & Philosophus fuerit is, qui ob cœlestis doctrioæ præstantiam Theologi nomen consecutus est, si credidit mulierem natam, mortuam, ex corpore & animo concretam Deum vel Deam esse. Vocavit igitur Deam primò ùt poëta, cui Dea idem est, quod Diva, virtutibus cæterisque animi & corporis dotibus insigniter exculta & supra reliquorum mortalium sortem conditionémque evecta; qualem Deam esse sanctissimam nostram Virginem nemo jure negaverit. Vocavit secundò Deam eo sensu, quo ipse olim Deus Exod. 7. Moysem Deum Pharaonis constituit. Moyses certè Deus erat non naturâ & essentiâ, sed metaphoricè, portentis, quæ edebat, & prodigiis. Vocavit tertiò Deam ea notione, qua sancti omnes Dei nomen sibi vendicant. Etenim si, ùt præclarè ratiocinatur Damascenus lib. 4. cap. 16. *Omnium Conditor & Dominus, Rex Regum & Dominus Dominantium, & Deus Deorum dicitur, omnino & sancti Dii & Domini & Reges erunt.* H *Horum & est & dicitur Deus, & Rex, & Dominus, & Deus. Deos autem dico & Reges & Dominos non natura, sed quòd affectibus imperent & dominentur, divinæque imaginis similitudinem, qua geniti sunt, integram custodiant, uniti Deo per voluntatem, quem etiam inhabitatorem habent, facti hujus communione per gratiam, quod ipse est natura.* Vocavit quartò Deam eo modo, quo ii omnes, ad quos sermo Dei factus est, Dii appellantur, Psal. 81. *Ego dixi, Dii estis.* Quo ipso Prophetæ dicto defendit se etiam Christus Dominus, Joan. 10. qui licèt naturalis filius Dei esset & Deus de Deo, ídque verissimè prædicaret, mirantibus tamen incredu-

 lis

a) In Postill. circa Evang. de Nativit. Mariæ.
b) Proverb. 20. *c*) Lib. 2. advers. Hær. hær. 59.
d) Hær. 75. & 78.

A lis Judæis, eúmque blaſphemiæ arguentibus, objecit illud Pſalmi: *Ego dixi, Dii eſtis*. Quaſi diceret, etiamſi non eſſem filius Dei naturalis, non tamen blaſphemâſſem appellando me Deum; quia ſi illos Propheta dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt: & non poteſt ſolvi Scriptura, quantò magis nomen hoc tribuendum erit ei, quem Pater ſanctificavit, & in mundum miſit, & qui talia opera in omnium conſpectu quotidie facit. Vocavit quintù Deam ea ratione, qua ipſe Chriſtus Matth. 6. ſuos Apoſtolos Deos cenſuit, teſte D. Hieronymo: *prudens Lector attende*, inquit D. Hieronymus lib. 3. in Matth. *quòd ex conſequentibus textúque ſermonis, Apoſtoli nequaquam homines, ſed Dii appellantur. Cùm enim dixiſſet: Quem dicunt homines eſſe filium* B *hominis? ſubjecit: Vos autem quem me eſſe dicitis? Illis, quia homines ſunt humana opinantibus, vos qui eſtis Dii, quem me eſſe exiſtimatis?* Cùm igitur Dei nomen ſanctis & electis Dei tot modis, non proprio (ſic enim incommunicabile eſt) ſed metaphorico ſignificatu tribuatur, quid mirum, ſi ad Virginem Sanctorum omnium Reginam nomen hoc interdum transferatur? Illud magis mirum eſt, reperiri tam effrontes, qui dicant, nos propriè & Dei nomen, & rem nomine ſignificatam Deiparæ adſcribere, quod Catholicorum nemini unquam in mentem venit.

C Nugantur etiam Hæretici neſcio quid de Collyridianis, quaſi ejuſdem cum illis ſimus ſententiæ, eodémque cultu, quo illi D. Virginem honoremus. At mera calumnia eſt. Nam Collyridiani putabant ſtolidè & inſipienter D. Virginem eſſe divinæ naturæ & Deam, & non humanæ & hominem, teſte Epiphanio Hær. 79. & Damaſceno de Hæreſ. At quis Catholicorum hoc unquam ſomniavit? Quis non cum Epiphanio profitetur; *B. Virginem eſſe creaturam, Joachimi & Annæ filiam, ſecundùm Dei promiſſionem patri & matri datam; ita tamen honoratam à Deo, ut ipſis ſanctis honorabilior, adeóque pulcherrima fuerit, digna etiam facta ſummi myſterii diſpenſatione.* D *Ad hunc modum Dei matrem Virginem hanc agnoſcimus*, ait Damaſcenus orat. ſecunda de dormit. D. Virg. *ejúſque dormitionem* (& alia feſta) *celebramus; non Deam hanc eſſe prædicantes, abſit, Græcarum præſtigiarum ſunt hujusmodi figmenta, quippe cum ipſius etiam mortem narremus, ſed Incarnati Dei Matrem agnoſcentes.* Sacrificabant quoque Collyridiani D. Virgini tanquam Deæ. Quos ea de cauſa idem Epiphanius acriter, & meritò, objurgat & refutat. An nos ferit Epipbanius? tum id fatebimur, cùm Adverſarii demonſtrârint, nos D. Virgini ſacrificare, & non ſoli Deo in honorem & memoriam D. Virginis, &c. ſi, ùt antea dicebamus, D. Virginem pro Dea minimè habemus, quomodo illi ſacrificamus? Quis enim ſacrificandum cenſuit, niſi ei, quem Deum aut ſcivit, aut putavit, aut finxit? ait alicubi D. Auguſtinus.

E Sed invenerunt etiam Hæretici apud Hieremiam cap. 7. & 44. Reginam quandam cœli, cujus cultum cum D. Virginis cultu, quam itidem Reginam cœli nominamus, comparant. Sed planè impudenter; Nam Judæi ſuæ Reginæ cœli (ſive luna fuerit, ſive quid aliud) libabant libamina, & offerebant ſacrificia tanquam Deæ. Num ita colimus nos D. Virginem? Num illi hoſtias immolamus? *Quis audivit aliquando fidelium ſtantem ſacerdotem ad altare etiam ſuper ſanctum corpus Martyris, ad Dei honorem cultúmque conſtructum, dicere in precibus: offero tibi ſacrificium Petre vel Paule vel Cypriane*, inquit D. Auguſtinus lib. 8. de civit. cap. 28. Quis audivit catbolicum Sacerdotem dicentem? offero tibi hoc ſacrificium Deipara. F Quòd ſi Antidicomarianitæ noſtri putant D. Virginem non appellandam eſſe Reginam cœli; eò quòd nomen hoc à Judæis datum ſit Lunæ aut alicui alteri ſeu ſideri ſeu idolo; pari ratione colligant, ne Deo quidem vero tribuendum eſſe nomen Dei; quia 3. Reg. 11. dicitur Chamos Deus Moabitarum, & Moloch Deus Ammonitarum. Adde, Judæos non reprehendi, quòd lunam, ſive quid aliud, Reginam cœli vocaverint; ſed quòd divinis honoribus affecerint, relicto Deo vero & unico. Multo igitur minùs nos objurgandi ſumus, cùm non rem inanimem aut fictitiam, ſed ſanctiſſimam Virginem Mariam, quæ Regem Regum, cœlíque terræque Monarcham genuit, Reginæ cœli titulo cohoneſtamus; maximè cùm divinos honores nullo modo illi largiamur; ſed eos ſolummodo, qui in tantæ dignitatis perſonam conveniunt.

G Vanum autem eſt quod Calvinus *a*) ſomniat, detrahi aliquid de divino honore, & transferri ad D. Virginem, etiamſi honore illa afficiatur minimè divino, adeóque injurioſos nos quoque eſſe Deo, & illi, quod ſuum eſt, eripere. Rectiùs D. Bernardus, *b*) *Totis*, inquit, *præcordiorum affectibus & votis omnibus Mariam hanc veneremur, quia ſic eſt voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam.*

CAPUT XIV.

De Salutatione D. Virginis.

H PORrò honori, quem Virgini Mariæ habemus, ſalutationem illam, *c*) pro veteri Eccleſiæ Catholicæ inſtituto conſuetudinéque, rectiſſimè adjungimus, quæ verbis Angeli & Eliſabethæ ſalutantium continetur. Reginam item illam, matrem miſericordiæ, dulcedinem, ſpem, advocatam noſtram meritiſſimò ſalutamus.

In

a) In cap. 9. Joan.
b) Serm. de Nativit. D. Mariæ.
c) Lucæ cap. 1.

A In his encomiis teretes religiosæque hæreticorum aures, minimè omnium ferre possunt, cùm eam spem nostram, veterum Patrum *a*) exemplo, appellamus; & non intelligunt miserrimi omnium mortalium, nos in Deipara Virgine non aliter spem nostram collocare, quàm ùt in causa efficiente secundaria, & instrumentali, qua ad ea consequenda juvamur, quæ ad æternam beatitudinem obtinendam conferunt; a Christo verò perenni veluti largissimóque fonte scimus principaliter ea in nos manare, quæcunque nobis divino munere beneficia conferuntur. Erravítne D. Paulus, cùm Thessalonicenses *b*) Christianos, spem suam, gaudium & coronam gloriæ appellavit? Injuriámne Deo salutari nostro, injuriámne Christo, qui spes nostra est, *spes omnium finium terræ & in mari longè c*) intulit? minimè gentium: nec nos igitur, qui D. Virginem, spem nostram appellamus.

B Iteramus autem illam salutationem, ut sæpius etiam memoriam redemptoris nostri, perdito mundo tam lætè annunciati, refricemus; officium deinde sæpius declaremus, quod tantæ matri à nobis jure debetur. Et ut à pluribus idem fiat, æris campani signo admonemus.

Certo item numero repetimus, ut in divinis de Christo & Maria mysteriis rectiùs dirigendis, utiliúsque contemplandis mentem, quæ variis cæteroquin cogitationibus distrahitur, habeamus attentiorem.

C Nostri porrò majores, quorum intuentes exitum conversationis imitari oportet fidem, ut commodiùs id præstarent, globulos precarios in usu habuêre, sertáque quodammodo spiritualia ex illis, ceu mysticis floribus contexuêre, capitíque quasi Virginis in fide non ficta imposuêre.

D Hinc ROSARIUM ejúsque precandi ritus, quem ritum jam olim à Christianis Catholicis receptum, non esse vel Blasphemum & Sathanicum, vel superstitiosum, ùt fabulantur Sectarii, sed pium & religiosum, brevi hoc epicheremate demonstramus. In Rosario quinque sunt: Nomen, Orationes, Repetitio, Numerúsque earundem, & calculi precarii: quæ constat omni superstitione vacare: Ritus igitur precandi Rosarium, non est superstitiosus.

Nomen Rosarii suavissimum est: nec enim aliud significat, uti vox quoque Germanica Rosenkrantz indicat, quàm sertum quoddam spirituale, mysticis vocibus ex Evangelio depromptis, tanquam rosis contextum, quod Virgini Virginum Dei Matri offerimus. Serta enim Virginum capitibus ornandis propriè adhibentur.

a) August. serm. de Annunc. Domini, qui est 18. de SS. Epiphan. & Ephrem. orat. de laudib. Virginis Mariæ, Damasc. & Bernard. orat. de Nativ. B. Mariæ.
b) 1. cap. 2. *c*) Psal. 64.

E Orationes verò sine controversia sunt sanctissimæ. Nam Dominicæ orationis auctor est Christus. Salutationis Angelicæ Gabriel Angelus, & S. Elisabeth. Quam Ecclesia Catholica, ut formam quoque precandi haberet, hac clausit oratiuncula à veteribus usurpata: *Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora mortis nostræ, Amen.*

Repetitio quoque orationum, quia maximè valet ad excitandum, inflammandúmque precantis affectum, non potest non esse religiosissima. Legimus tres Pueros in fornace hemistychium quoddam singulis in collaudando Deo repetivisse versibus. Et religiosissimus Orator David in Psalmis suis sæpe repetit, nunc verbum unum, nunc plura, nunc versum integrum. Certè in Psal. 118. qui 176. carminibus absolvitur, & quotidie in Ecclesia legitur, verbis tantùm immutatis idem ferè repetivit.

F Dominus quoque alicubi non obscurè hanc repetitionem in orante postulavit. Nam Lucæ 11. cùm orandi modum suis traderet, parabolam mox subjecit de eo, qui ab amico tres panes extorquere non potuit, nisi identidem ejus fores pulsando. Et in cap. 18. cùm docuisset, suos oportere semper orare, & non deficere, etiam parabolam addidit de Vidua, quæ quoniam idem sæpius petendo etiam molesta fuerat, judicem tandem in suam sententiam traxit.

G Dices: Parabolas illas non aliud efficere, quàm perseverantiam in oratione inprimis esse necessariam. Non diffiteor; at efficiunt quoque illud: repetitione fieri, ut perseveremus, & non deficiamus. Si enim, cùm orandum est, Oratio Dominica dicenda est: *Cùm oratis*, inquit Christus, *dicite, Pater sanctificetur nomen tuum:* quomodo in tam brevi orandi formula perseverare possumus, nisi orationem Dominicam identidem iteremus?

H Rursus dices: Dominum in ea ipsa institutione, Matth. 6. monuisse, *ne orantes multum loquerentur:* ubi Græca vox est *βαττολογεῖν*, inaniter idem repetentium propria. Respondeo, Christum ibi tantùm reprehendere vanam loquacitatem Ethnicorum, qui existimabant, Deum æquè ac homines capi verborum copia & lenociniis; nam addit: *Sicut Ethnici faciunt; putant enim, quòd in multiloquio suo exaudiantur.*

Locus illustris pro vindicanda hac repetitione ab omni superstitione est apud LACTANTIUM in lib. 4. divin. Instit. cap. 28. ubi discrimen inter superstitiosos & religiosos (quòd illi totos dies precarentur Deos, hi moderatè id facerent) à M. TULLIO allatum, his verbis refellit: *Quid causæ est*, inquit, *cur precari pro salute filiorum semel, religiosi, & idem decies facere, sit superstitiosi? Si enim semel facere optimum est, quanto magis sæpius? Si hora prima, ergo & tota die. Si una*

hostia

A *hostia placabilis, placabiliores utique hostiæ plures; quia multiplicata obsequia demerentur potiùs, quàm offendant. Non enim nobis odiosi videntur ii famuli, qui assidui & frequentes ad obsequium fuerint; sed magis chari.* Et iterum: *Quod argumentum etiam ex contrario valet. Si enim totos dies precari & immolare criminis est, ergo & semel. Aut cur vitii nomen sit ex eo tractum, quo nihil honestius, nihil justius optari potest? Nam quòd ait Cicero, religiosos à relegendo appellatos, qui retractent ea diligenter, quæ ad cultum Deorum pertineant: cur ergo illi, qui hoc in die sæpe faciunt, religiosorum nomen amittant? cum multò utique diligentiùs ex assiduitate ipsa relegant ea, quibus Dii coluntur.* Hæc ille.

B Ex qua oratione perspicuè efficitur, non modò superstitiosos noo esse, qui crebriùs easdem preces in Rosario iterant, verùm eòam melius esse, Deóque gratius, sæpius quàm semel eas iterare. Adhæc, repetitione ea nibil esse justius aut booestius. Denique Rosarii oratores propriè esse religiosos, ut qui diligentissimè ex assiduitate relegant retracténtque ea, quæ ad cultum Dei pertinent.

C Numerus sequitur orationum Rosarii, ab eadem nota superstitionis immunis. Nam Angeli apud Isaiam, & in Apocalypsi animalia, quæ requiem oon habebant, nec nocte nec die, tertiò eandem vocem in laudibus Dei iterant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabbaoth. David Propheta septies in die laudem dixit Deo. Cujus exemplum secuta Ecclesia divinum Officium septem diurnis nocturnísque horis absolvit. Christus in horto orans, tertiò eundem sermonem repetivit. Paulus ter Dominum rogavit, ut Angelus Sathanæ ab eo discederet. D. Bartholomæum nixum genibus centies noctu diúque orâsse, testis est ejus auditor ABDIAS Babylonius. Ex vetustissimis Anachoretis apud Palladium & Socratem, S. Macarius centum, Paulus Ægyptius trecentas, Virgo quædam septingentas quotidie fundebat ad Deum orationes.

D Jam si pia mysticáve significatio à numero non absit, ùt certè non abest, nec in oumero Rosarii, nec in allatis exemplis (Ternarius enim SS. Trinitatis, Septenarius donorum Spiritus sancti Symbolum est) nihil erit in numero, quod probari non possit. Nam quinquies oraoonem Dominicam repetimus, ut quinque Christi vulnerum memoriam refricemus. Salutationem verò Angelicam cuique orationi decies subjicimus, ut in mentem nobis veniat decem Dei mandatorum. Eandem quinquagies toto Rosario iteramus, ut plenam peccatorum remissionem, quæ quinquagenario numero Jubilæi in Scripturis divinis significatur, intercessione beatissimæ Virginis per merita passionis Dominicæ consequamur.

Calculi Precarii restant, in quibus aliquid superstitioois hærere imperitis fortasse videatur, sed revera nibil hæret. Licèt enim illis Christi fideles nunc laudabiliter utantur tanquam Symbolo manifesto Romanæ religionis, usus tamen eorum Patrum memoria in Ecclesiam non alia de causa primùm inductus est, quàm ut oe in numero orationum persolvendo sensili tactu aspectúque calculorum facilè aberraremus. E

Scribunt veteres historici, Palladius, Sozomenus, Cassiodorus, celeberrimum Anachoretam Paulum de Lybia quingentorum Monachorum Patrem, solitum indies. 300. orationes Deo quasi tributum persolvere: &, ne numero delioqueret, lapillum ad singulas oraoones in sinum jactare. CLARAM quoque sanctissimam fœminam Oraoones Dominicas cohgerie lapillorum Domino annumerâsse, res ab ea gestæ testantur. Breviter, quàm vetus calculorum sit usus, saxa sepulchrorum antiquissima loquuntur.

Non alio igitur fine primùm usurpati videntur calculi illi, quàm ab Oratoribus olim loci & imagines ad retinendam verborum rerúmque memoriam; quàm à mercatoribus nummi ærei ad annumerandas ingentes pecuniarum summas; quàm ab Ecclesia Catholica cruces imaginésque Christi & Sanctorum, ad conservandam vitæ Christi Sanctorúmque recordationem. F

Quòd autem postea in certum numerum sint redacti ad commonefaciendum, quòd Pontificis summi benedictio cum amplissimis indulgentüs accesserit, quòd nummis crucibúsve argenteis, æreis, ligneis ornentur, ea non superstitionem, ùt quidam calumniantur, auxerunt, sed religionem.

Nam sicut Josue sacri dux exercitus, filiis Israël Jordaoem sicco vestigio transeuntibus, duodecim lapides grandes ex alveo in castra piè & religiosè deferri mandavit, ut nempe apud posteros percontantes: *Quid sibi velint lapides isti?* perpetua miraculosi transitus extaret memoria; sic majores nostri piè & religiosè quinque grandiores calculos Rosariis inseruerunt, ut hæreticis ea ridenóbus, percontantibúsque, *Quid sibi velint quinque calculi isti?* Quid Rosarium totum? respondeatur, esse Symbola quinque vulnerum, quæ Christo pro nostra ipsorúmque salute fuoe inflicta: Rosarium verò esse compendium quoddam novi testamenti, doctrinæque Christianæ. G

Nam qui multiplicem Rosarii usum nôrunt, sciunt eundem calculorum numerum servire ad renovandam memoriam omnium mysteriorum vitæ Christi, & B. Virginis, capitúmque præcipuorum fidei Catholicæ, ùt SS. Trinitatis, Incarnationis, Passionísque Christi, cultus Dei & Sanctorum, præceptorum Decalogi, justificationis & vitæ æternæ. Quod sanè compendium eò utilius est in vulgus, H

vulgus, quò laiiùs ejus usus patet, quàm librorum. Legi enim potest etiam ab literarum imperitis, à cæcis, in equis & curribus, in tenebris densissimis.

A Benedictio verò Pontificis calculos alioquin profanos solennibus precationis verbis, in pium & salutarem usum fidelium destinat; sicut ritu Ecclesiæ pervetusto, aqua, sal, calices, cerei, herbæ, templa ipsa, benedictione sacerdotis ad sacrum usum destinantur; *Sanctificatur enim*, inquit Apostolus, *omnis creatura per verba DEI & orationem.*

B Indulgentias benedictioni conjunctas fructum afferre maximum, certum est: his enim allecta plebs fidelis, numero majore, studio ardentiore ad orandum Deum concurrit, pro rebus maximis, pro Ecclesiæ Catholicæ incremento, pro concordia Christianorum Principum, pro extirpatione hæresum; Horum enim capitum ferè indulgentiarum formulæ meminerunt.

C Imagines verò aureæ, argenteæ, ligneæ, Rosariis appensæ, nec mysticum significatum, nec usum habent alium, quàm imagines in templis, ut videlicet memoriam nobis renovent rerum à Christo Sanctisque gestarum, & ut in, vel coram illis prototypum veneremur & invocemus. Et hæc de Rosario.

CAPUT XV.

Morem Salutandi D. Virginem veteribus fuisse usitatum.

D ETsi non desunt ex Hæreticis, qui salutationem Angelicam magno cum fructu recitari posse concedant, a) alii tamen pertinacissimè id negant, quibus quàm bene conveniat cum priscis Ecclesiæ Doctoribus, hoc capite breviter demonstrandum est, hoc velut fundamento jacto, videlicet, D. Virginem posse salutari cùm iisdem verbis, quibus eam Angelus salutavit, cum aliis, ùt hymnis, odis, litaniis & canticis, quarum omnium salutationum illa Angelica exemplar & prototypus est. Ad utrumque salutationis genus invitant nos Sancti Patres, & utroque ipsi etiam utuntur. Ad salutationem Angelicam pronunciandam atque adeò sæpius iterandam, cohortatur nos Andreas Cretensis orat. de dormitione D. Virginis, his verbis: *Omnis lingua choros ducat, & Deipara occinat, AVE. Hoc Gabriel priùs sumpsit exordium mysterii. Et nos quoque rursus oportet hoc tanquam comparatum ad agendas gratias offerre Reginæ generis. Illi enim etiam post excessum convenit dicere illud χαῖρε. Sola enim nobis introducto gaudio, expulit dolorem primæ parentis.* Et Damascenus oratione 2. de Assumptione D. Virginis. *Cum Gabriele*, inquit, *Angelorum Antesignano, exclamemus: Ave gratia plena, Dominus tecum*, & in oratione de annunciatione D. Virginis, sic ait: E *Verè piorum labia Dei genitrici vocem Angeli sine ulla intermissione modulantes, cum exultatione clament: Ave gratia plena, Dominus tecum.* Et Sergius Hierapolitanus suprà cap. 3. citatus ita scribit: *Quotquot hic adsumus fideles, cum Gabriele acclamemus Virgini. Ave gratia plena: Dominus tecum.* Chrysippus quoque presbyter Hierosolymitanus sic alloquitur auditores serm. de S. Deipara: *Agite ergo & nos, si munera digna offerre nequimus, pro viribus tamen bonam voluntatem adferamus. Mox verò sumamus initium à verbis, quæ Gabriel apud Mariam fecit; Ave gratia plena, Dominus tecum.*

F Ecce, quomodo veteres ad D. Virginem iisdem verbis, quibus Angelus usus est, salutandam, nos cohortentur. An obedient monentibus sectarii? Quomodo audient, nisi sine PRÆDICANTE? Quomodo audient, quibus hoc tam frequenter in ore? b) *Qui D. Virginem salutant, temerè sibi officium alienum usurpant; quod Deus non nisi Angelo injunxit. Bis autem stulta æmulatio, quòd absentem salutant.* Sed quærendum est ex istis primò; unde sciant, soli Angelo mandatum, ut illam salutet; cæteris verò omnibus id genus honoris & officii esse vetitum. Fortè aderant, cùm Angelus mittebatur. Ita credo. Ipsi post carecta latebant, multùm latrante Lycisca. Secundò quærendum est, unde sciant, Angelum esse jussum salutare B. Virginem; & quidem hac verborum formula: *Ave gratia plena.* Certè Scriptura id G non dicit. *In mense sexto missus est Gabriel Angelus à Deo in civitatem Galilææ*, ait Evangelista: de mandato salutandi Virginem, verbísque illis conceptis altum est silentium. Sed colligitur id ex officio Angeli: jam tu igitur tuas mihi obtrudis collectiones incertas & frivolas. Quid enim? An putas, semper speciale mandatum edendum esse Legato, ut salvere jubeat illum, ad quem allegatur? Quasi verò tam hebes quis sit, ut non intelligat etiam sine præcepto, quid sui sit muneris. Deinde cùm Regum quispiam ministerio Legati aliquem salutat, non prohibet, quò minùs ab aliis iisdem verbis salutetur. Ut igitur maximè Deus præceptum Angelo dedisset, non tamen hoc ipso idem faciendi potestatem nobis ademisset. Neque id unquam credemus Hæreticis, donec hujus interdicti ex scriptura tabulas attulerint.

H Quid, quòd non tantùm Angelus, sed & Elisabetha D. Virginem salutavit. (Neque enim tam omnis humanitatis expers fuit, ut salutantem non resalutaret) & fortè iisdem verbis usa est, quibus Angelus, id ut credamus, adducimur Elogio: *Benedicta tu inter mulieres.* Quod est pars salutationis Angelicæ. Sed sive eandem salutandi formulam, sive aliquo modo diversam usurpaverit,

a) Vide Canisium lib. 3. cap. 3.

b) Calvin. in Harm.

A hoc conſtat, Virginem eſſe ſalutatam ab Eliſabetha, ſine peculiari id faciendi præcepto. Sed dicent: Salutationem illam fuiſſe civilem, qualis quotidie inter obvios. At reclamat tota ſeries rei geſtæ. Salutavit enim illam, ùt Matrem Domini; ùt Beatam; ùt benedictam inter mulieres; ùt benedicti fructus feracem; ùt illam, quæ adventu ſuo Joannem gaudio, Matrémque ejus Spiritu ſancto perfuderit. Quid tu hic ſomnias civile & politicum? Quid eſt hic niſi cœleſte & ſanctum, dignúmque honore & ſalutatione talibus prærogativis competente?

B Deinde negare nemo poteſt, laudatam eſſe ab Eliſabetha ſine ſpeciali præcepto. Ubi enim illud extat? Si igitur illam laudavit, & licitè & jure, cur id nobis datur vitio? Fortè nunc caret illa laudis materia D. Virgo. Rumpere Hæretice. Stat ſtabítque illud: *Beatam me dicent omnes generationes.* Cujus mox addit cauſam: *Quia fecit mihi magna, qui potens eſt:* Illud verò quàm lepidum eſt, quod nobis occinunt Hæretici: Abſentem non poſſe, vel non ſolere ſalutari. Certè Calvini ſucceſſor Beza ſæpe feſtivis admodum & planè Catullianis Epigrammatis ſalutavit Candidam & Audobertum, animas ſuas, quantumvis licèt abſentes. Nec videntur iſti ullas unquam aut legiſſe aut ſcripſiſſe Epiſtolas, aliàs haud abſurdum indicarent abſentibus ſalutem dicere. At neſcit D. Virgo, etiamſi
C ſalutetur. Ita enim, ſaltem tacitè, ratiocinantur hæ pecora campi. Sed quid non ſciat & videat illa, quæ ſcit, & facie ad faciem videt cuncta videntem, in quo & per quem ſunt omnia? Quod Pſalmus de DEO: *propè eſt omnibus invocantibus eum:* idem nos & verè de D. Virgine: propè eſt omnibus ſalutantibus eam, propè, non corpore, ſed amore, benevolentia, & juvandi deſiderio.

D Cæterùm ex his, quæ hactenus diximus, perſpicuè colligi poteſt, ſanctos Patres non tantùm aliis fuiſſe auctores, ut D. Virginem ſalutarent; ſed ipſos etiam idem religioſè factitâſſe. Quis enim credat, viros omni ſanctitatis genere præcellentes, excitâſſe ad id populum, quod ipſi negligerent. Si vis me flere, dolendum eſt primùm ipſi tibi; Efficacius ducendi genus eſt exemplo & opere, quàm verbis & cohortatione. Quòd ſi Hæretici adhuc averſantur ſalutationem Angelicam, ne videantur facere, quod fecit Angelus, (malunt enim aliis, quàm Gabrieli eſſe ſimiles) ſalutent eam cum Patribus aliis verbis: Dicant cum Bernardo: a) *Salve Regina miſericordiæ, Domina mundi, Regina cœlorum, Virgo virginum, Sancta Sanctorum, Lumen cæcorum, juſtorum gloria, peccatorum venia, Deſperatorum reparatio, deficientium fortitudo, ſalus orbis, ſpeculum totius integritatis, ſit pietatis tuæ ipſam, quam apud Deum gratiam inveniſti, notam facere mundo, reis veniam, medelam ægris, puſillis corde robur, afflictis conſolationem, periclitantibus adjutorium obtinendo ſanctis tuis precibus.* Dicant cum Gregor. Nazian. b) E

Aveto plena gratia Virgo & parens,
Longè omnium caſtiſſima ac pulcherrima
Exercitibus præſtantior cæleſtibus
Regina mundi, gaudium mortalium.

Dicant cum Damaſceno: c) *Salve fons perennis fluenti: Salve paradiſi deliciæ, ſalve turris fidelium, ſalve intemerata omnium lætitia, ſalve tu, per quam nobis exortus eſt laudabilis patrum Deus atque ſupergloriosus.* Et alibi: *Ave inclyte Dei throne, ave piorum turris, per quam lux Chriſtus iis fulſit, qui erant in tenebris.*

Dicant cum Sedulio. d)

Salve ſancta parens, enixa puerpera Regem, F
Qui cælum terrámque tenet per ſecula, cujus
Numen & æterno complectens omnia gyro,
Imperium ſine fine manet, quæ ventre beato
Gaudia matris habens, cum virginitatis honore,
Nec primam ſimilem viſa es nec habere ſequentem,
Sola ſine exemplo placuiſti fœmina Chriſto.

Dicant cum Methodio antiquitate, doctrina, G
& Martyrii laude clariſſimo. e) *Salve perpetuò ineffabile gaudium noſtrum. Tu feſtivitatis noſtra principium, tu medium, tu finis. Tu pretioſa cæleſtis regni margarita, tu verè es uber omnis ſanctitatis, tu verum altare, panis vitæ. Salve divinæ Charitatis theſaure, ſalve humanitatis filii fons. Salve ſancti Spiritus umbroſe mons.* Dicant denique cum Eccleſia & cum toto mundo chriſtiano ante ortum novi Evangelii: *Salve Regina, Mater miſericordiæ, vita, dulcedo, & ſpes noſtra ſalve. Ave maris ſtella, Dei mater alma, atque ſemper Virgo felix cœli porta. Ave Regina cælorum. Ave Domina Angelorum, ſalve radix ſancta, ex qua mundo lux eſt orta.*

Quòd ſi volent, novos hymnos, novas odas novásque ſalutationes, quibus D. Virginem cohoneſtent, priſcis illis adjiciant. Nunquam inutiliter ſcribitur, cùm de D. Virgine ſcribitur.

CAPUT XVI.

De Invocatione D. Virginis.

SAlutationi Angelicæ provida mater Eccleſia coronidem eam adjecit, quæ, ùt dictum eſt ſuperiùs, apertam continet precationem, qua utimur, cùm illam laborum omnium ac ſolicitudinum perfugium in neceſſitatibus ea fiducia, quæ nullam vereatur repulſam, invocamus, opémque illius & ſuffragia nobis neceſſaria ſupplices imploramus. H

Neque verò (ùt hæretici impudenter objectant)

a) Serm. 1. ſuper Salve Reg.

b) Tragœd. de Chriſto pat. c) In hym.
d) Lib. 1. Carm. e) Apud Caniſ. lib. 3. cap. 9.

A jectant) sic eam invocamus, ut ejus virtute propria, ab omni tribulatione liberemur, pietásque omnis, velut suavissima nardus, nostris mentibus innascatur, sed ab ea duntaxat petimus, ut ipsa deprecante à Deo ipsius & nostro Domino, qui *a)* attingit quidem à fine usque ad finem fortiter, sed & omnia, tamen suaviter disponit, quod petimus, faciliùs impetremus. Non enim plus favoris & gratiæ, ùt insanit Lutherus, ab ea, quàm à Christo sperant Catholici, sed reverentur meritò in Christo (inquit B. Bernardus *b)* divinam majestatem, ut opus sit mediatore ad mediatorem istum; Neque alter nobis utilior, quàm Maria.

B Precationis hujus vim miracula undequaque verissima, urbísque orbíque notissima, demonstrant; utilitas divinitus consecuta multipliciter probat & confirmat. Quis enim dubitet, Mariam, quicquid à filio petierit, impetrare? aut quis eam aliud petere posse existimet, quàm quod Deo gratissimum, & iis, pro quibus postulat, salutare futurum sit? Augustino certè si credimus, *c)* beati is nomen propriè meretur, qui habet, quicquid vult, & nihil mali vult.

C Sancti certè Patres non tantùm monent Christianos, ut D. Virginem invocent; Sed & ipsi suppliciter illius suffragia implorant; Nescio autem, quis majori & ardentiori Spiritus fervore ad opem Deiparæ poscendam mortales excitet, quàm germanus ille divæ Mariæ alumnus Bernardus; *d)* cujus hæc sunt melle dulciora verba: *Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum; respice stellam, voca Mariam. Si jactaris superbiæ undis, si ambitionis, si detractionis, si æmulationis: respice stellam, voca Mariam, si iracundia, aut avaritia, aut carnis illecebra naviculam concusserit mentis, respice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conscientia fœditate confusus, judicii horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitia, desperationis abysso, cogita Mariam. In periculis, in angustiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde: Et ut impetres ejus orationis suffragium, non deseras conversationis exemplum. Ipsam sequens, non devias: ipsam rogans, non desperas: ipsam cogitans, non erras. Ipsa tenente non corruis: ipsa protegente non metuis, ipsa duce non fatigaris: ipsa propitia pervenis.*

D Audisti virum sanctissimum, qui nos ad invocationem D. Virginis cohortatur. Audi nunc alium, qui Deiparam supplex invocat; Is est Gregorius Nazianzenus, magnus ille Theologus, qui in Tragœd. *de Christo patiente.* Postquam rogârat Christum, ut pro advocata admitteret Deiparam: πρέσβιν δέδεξο μητέρα σὴν ὦ λόγε: hos subjungit versus ad D. Virginem:

O ter beata Mater, ô lux Virginum. E
Quæ templa cœli lucidissima incolis,
Mortalitatis liberata sordibus
Ornata jam immortalitatis es stola:
Meis benignam ab alto aurem exhibe verbis,
Meásque Virgo suscipe, obsecro, preces.
Nam solus est honor hic tibi à mortalibus.
Quæ facta Verbi Mater es divinitùs,
Confisus unde verba persolvo tibi,
Plexámque de prato coronam florido
Tibi offero Regina, quòd me plurimis
Dignata quondam gratiis, variis ad hæc
Me liberas semper calamitatibus,
Multisque defensas ab adversariis,
Tam qui videntur, quàm videri qui haud queunt.
Me flecte tandem, quomodo in vita auctior F
Virtute fiam, téque semper præsidem
Vita mea, ac demum benignam ac sedulam
Habeam advocatam filio coram tuo,
Cum cæteris charis Deo virgunculis.
Ne me ergo tradier finas tortoribus,
Aut perditori hominum fieri ludibrio:
Adsiste, & à tenebris & igne libera:
Fac, ut fide tuáque salver gratia.
Quare hunc tibi hymnum pango charisterion.

Salve puella gratiosa, Mater &
Virgo omnium castissima ac pulcherrima
Exercitibus præstantior cœlestibus,
Regina mundi, gaudium mortalium,
Semper benignam te exhibe mortalibus
Mihique sis salus ubique maxima.

G Accedat quoque Damascenus, & sua auctoritate invocationem D. Virginis comprobet: sic igitur ille ad finem orat. primæ de Nativitate D. Virginis: *O Joachimi & Annæ filia ac Domina, peccatoris orationem accipe, ardenter tamen amantis, ac colentis, téque solam gaudii spem habentis, vitæ antistitem, in gratia cum filio me reducentem firmámque salutis arram, peccatorum sarcinam discute; idque quod menti meæ tenebras offundit, ac terrenam crassitiem dissipa. Tentationes comprime, piéque ac sanctè vitam meam guberna, atque ad cœlestem beatitudinem fac te duce perveniam, pacem mundo atque omnibus hujusce urbis incolis rectè de religione sentientibus absolutam numeris omnibus lætitiam ac sempiternam salutem per tuorum parentum ac totius Ecclesiæ complementi preces concilia. Fiat, fiat. Ave gratia plena,* H *Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* Ubi vides, D. Damascenum, non tantùm pro se, sed & pro aliis D. Virginis auxilium implorare, eundémque ad extremum Deiparam iisdem verbis salutare, quibus ab Angelo olim fuit salutata; nec tamen eam ob causam in Angeli officium involâsse. Unum adhuc addemus, eúmque gravissimum, Doctorem, nempe D. Augustinum, qui ita orat in suis Meditationibus cap. 35. *Pie & misericordissime Domine, ne efficiaris mihi inexorabilis propter peccata mea. Sed propter bonitatem tuam susci-*

a) Sap. 8. *b)* Serm. ult. de Assumpt. B. Virg.
c) Lib. 13. de Trinit. cap. 5. *d)* Hom. 2. super missus.

A *pe preces servi tui, & da mihi effectum petitionis meæ & desiderii mei, intercedente, & orante & impetrante gloriosa Virgine Genitrice tua Maria, Domina mea, cum omnibus Sanctis tuis.* Alii quoque Patres, sua quique ætate, D. Virginem invocârunt, & invocandam docuerunt, ùt in extremo libro operis Mariani fusè demonstrat Canisius, ad quem lectorem remittimus.

B Quàm vero D. Virginis invocatio mortalibus salutaris olim fuerit, & etiamnum sit, declaratum est non rarò miraculis. Nos omissis recentioribus unum atque alterum ex antiquitate afferemus. Et primum quidem illustre atque notabile illud est, quod de D. Damasceno scribit Joannes Patriarcha Hierosolymitanus in vita ejusdem Damasceni, in hæc verba: Leo Isaurus Iconoclastarum patronus imperabat, & ad tuendam sectam Pseudosynodum celebrari jusserat, ingentes motus excitans, ut sacras imagines ferro & igne deleret, prorsúsque aboleret C in Ecclesia. His rugientis leonis furoribus, si quis alius, certè Damascenus sese fortiter opposuit, & in patria degens, tres libros pro sacrarum imaginum defensione conscriptos edidit, eóque opere animos Iconomachorum vehementer offendit. Qui cùm dolerent, suas artes & fraudes tanti viri industria detegi, atque labefactari, falsò illum apud Saracenum in Arabia principem proditionis accusârunt, quòd ad rumpenda Principum fœdera literas manu sua consignatas subdolè misisset, ac pacem publicam perturbare aggrederetur: Hinc Princeps Barbarus accusatorum querelis nimiùm credens, Damascenum quamlibet innocentem de proditione suspectum habet, eúmque in judicio damnat, pœna illi in amputatio- D ne manus dexteræ constituta. Quæ res à Saraceno Principe perpetrata, sed absenóum Iconomachorum dolo nequissimo procurata, feliciorem, quàm illi sperabant, exitum habuit, & Maria quidem duce catholicis lætam victoriam impetravit. Damascenus igitur post vulnus acceptum, (manum enim dextram illi amputârunt) suum oratorium ingreditur, ante Virginis Deiparæ imaginem sese prosternit, lachrymas fundit, suam calamitatem deplorat, multísque precibus sese Virgini Matri commendat, ac supplex his verbis clementissimam implorat: Domina & sanctissima mater, quæ Deum meum peperisti, amputata est dextera mea, ob sanctas & divinas imagines. Tu, qua de causa Leo sæviat, non ignoras: proinde quantocius succurre. Dextera enim altissimi, quæ de te incarnata est, per tuas intercessiones multas habet virtutes. Sanet, oro, & hanc meam dexteram tuis precibus: ut tuas & ejus, qui ex te incarnatus est, laudes, sicut dederis, numeris rythmicis & melodiis perscribat, & orthodoxi cultus sit cooperatrix, ô Deipara. Hæc orans Joan- E nes & lachrymans in somnum vertitur, vidétque sanctam Dei genitricis imaginem misericordibus & lætis oculis ad se respicientem, & ita dicentem audit: Ecce sana facta est manus tua, cave posthac, ne segnior fueris, sed calamum eam fac scribæ velociter scribentis, (Psal. 44.) quemadmodum nunc pollicitus es. Ut autem restitutus evigilavit, & manum curiosè contemplans, curatam vidit, tum exultare cœpit spiritu in Deo salutari suo, & matre ejus, quia fecit secum magnalia, qui potens est.

F Refert Gregorius Nazianzenus sequentem historiam: a) Cùm Cyprianus à fide Christi adhuc alienus, ac rebus magicis omnino deditus esset, amore Christianæ Virginis exarsit, & in illius expugnanda pudicitia plurimùm laborans, ùt cæcus & insanus est amor, etiam Dæmonem adjutorem sibi adscivit. Virgo etsi turpem ejusmodi amorem omnem detestaretur, (Christo enim sponso se totam consecraverat) tamen præsentes Sathanæ technas & ardentes libidinis faces non potuit non persentiscere, multùm his ac graviter exagitata. Proinde ùt par erat, ad pudicitiæ suæ custodem & tutorem Deum, sese convertit, simúlque Mariam supplex obsecravit, ut sibi periclitanti auxilium ferret, corpus interim jejunio atque humi cubatione, quæ sunt continentiæ arma, castigans, ut in hoc certamine hostem impurum vinceret, suámque pudicitiam sal- G vam tueretur. Neque irrita fuit Mariæ invocatio, per quam propitius afflictæ Virgini adfuit Deus, ut & hostis devictus abscederet; & Cyprianus ex Mago & stulto amatore Christianus & Martyr efficeretur. An non vel ex hoc unico exemplo tanti Doctoris auctoritate comprobato, satis liquet, D. Virginem etiam olim in gravibus periculis invocatam, eámque invocationem hominibus utilem & efficacem extitisse, talémque invocandi formam licèt Cypriano vivo factam, nec ipsi Gregorio, qui eam publicè recenset, ac recensendo laudat, nec Doctoribus id genus aliis displicuisse, quin potiùs ut in Ecclesia jam antè receptam, illis probatam esse? Sed erravit Grrgorius, judicio Novatorum. At satius erit, ùt arbitror, ita errare cum Cypriano & Justina sanctissimis Christi Martyribus; & cum Gregorio tali ac tanto Theologo, quàm cum Melanchthone, & similibus sectariis, qui Gregorium impudenter erroris arguunt, bene, ùt ipsi sibi persuadent, sentire.

H Quid de Theophilo œconomo, quid de Andrea Chio, aliísque innumeris dicemus, qui D. Virginis invocato auxilio ex gravissimis animi corporísque periculis emersêrunt singulari sanctissimæ Matris beneficio, quorum catalogus texunt Canisius lib. 5. & Tilmannus Bredenbachius lib. 2. sacrarum collationum. Quos adeat, qui volet.

CA-

a) Orat. in Cyprian.

A
CAPUT XVII.

De Festis, Templis, & Oratoriis, imaginibus & reliquiis D. Virginis.

STatis diebus rectè in memoriam & con-
gruentem veoerariooem D. Virginis se-
riamur, adeóque ferias illas ad Deum,
non ad ipsam referimus. Beneficiorum
enim, quæ à Deo ipsi & per ipsam donata
sunt nobis, donorúmque omnium seu gra-
tiæ seu gloriæ, quæ à patre luminum de-
scenderunt, solennitatibus, festis, & diebus
statutis, dicamus, sacramúsque memoriam,
ne volumine temporum ingrata surrepat
B oblivio. Hujusmodi feriæ septem præci-
puè numerantur, Conceptionis, Nativita-
tis, Præsentationis, Annunciationis, Visita-
tionis, Purificationis & Assumptionis, de
quibus jam actum est, contra bas autem fe-
rias nihil aliud objiciunt Hæretici, præter
id, quod generatim in omnes ferias objici-
unt; quorum omnium argumenta accura-
rè solvit Bellarminus Tomo 1. lib. 3. de cul-
tu Sanctorum cap. 10. Citra cultum verò
divinum, piæ & sanctæ antiquitatis exem-
plo, templa, oratoria, Ecclesias & altaria D.
Virgini extrui & religiosa solennitate dedi-
cari asserimus; quandoquidem ad Deum
duntaxat, & non ad illam referimus, nisi
quatenus in illis locis peculiaris ejus memo-
C ria, & veneratio rectè exercetur. Quam-
vis non desint graves auctores, qui conce-
dant, etiam ipsi D. Virgini verè & propriè
sacras ædes exædificari ùt & aliis Sanctis,
non tamen sub ratione templi, sed sub ra-
tione memoriæ, vel Basilicæ, vel oratorii.
Nam templum propriè domus sacra dici-
tur, quateous erigitur ad sacrificia, Basilica
autem vel memoria vel oraturium, quate-
nus Reliquiæ vel imagines vel quid aliud D.
Virginis aut alterius Sancti in illa asservatur,
vel quateous fideles in illa conveniunt, ut
eo, quo par est, cultu D. Virginem hono-
rent, invocent, & præclaras illius actiooes
vel palàm vel tacitè secum commemorent.
D Sicut autem D. Virgini nullo modo sacrifica-
mus, ita nullo modo templa illi erigimus, sed
tantùm Deo; *a*) quia D. August. lib. 1. con-
tra Maxim. clarissimè testatur, templi erectio-
nem esse cultum latriæ soli Deo debitum;
Et idem D. Augustinus conjungit templum
cum altari & sacrificio lib. 8. de civitat.
Dei cap. ult. docens, cui unum convenit eo-
rum, convenire itidem alia. Fatetur tamen,
semper Martyribus memorias rectè extrui;
& præcipuè notandus est locus lib. 22. de
civitate Dei cap. 10. ubi sic ait: *Nos autem
Martyribus nostris, non templa sicut Diis, sed
memorias sicut hominibus mortuis, quorum a-
pud Deum vivunt spiritus, fabricamus.* Pa-
ri modo cùm altaria destinentur sacrificiis,
non possunt propriè sub ratione altarium
Deiparæ aut alteri Sancto extrui: sic enim
ad divinum cultum solummodo pertinent, E
sicut & sacrificia: possunt tamen extrui,
quatenus io illis altaribus memoria D. Vir-
ginis peculiariter colitur; vel Reliquiæ illius,
si quæ habentur, custodiuntur, vel imagi-
nes in iis depictæ aut sculptæ collocantur, ut,
qui altaria aspiciunt, admoniti imagine ibi
effictà recordentur Deiparæ, eámque in iis
altaribus tanquam patronam colant & de-
precentur. Posse autem idem opus fieri in
gratiam duorum vel plurium & quidem
primariò ratione cujuslibet, experientia
quotidiana docet; dum idem opus ad plu-
res & prioeipales fines destinamus, vel dum
eodem officio plurium voluntates nobis
conciliare conamur. Idem contingit in
proposito. Deo extruuntur sacræ ædes F
ad sacrificia, & ad summum illum cultum,
qui soli Deo competit, in illis exercendum;
& vocantur templa: Et eædem ædes ex-
truuntur, ut ibi quoque Deipara debito
cultu colatur, vel alius ex Sanctorum nu-
mero, & vocantur Basilicæ seu memoriæ.
Neque tamen ab eadem virtute utrumque
obsequium proficiscitur, sed templi quidem
ædificatio, quatenus templum est, à Latria
& Religiooe; ejusdem verò ædificatio & ob-
latio, quatenus est Basilica vel Memoria, ab
alia quadam virtute, quæ Hyperdulia dicitur,
vel Dulia, si non D. Virgini, sed alteri Sancto
domus illa dedicetur.

Quòd autem sacras ædes in bonorem D. G
Virginis conditas communi jam loquendi
consuetudine templa appellamus, impro-
priè loquimur; Materialiter enim templum
accipimus, nihil aliud significare volentes,
quàm domum illam, quæ templum dicitur,
exædificatam quoque esse D. Virgini, non
sub ratione templi ad sacrificia, sed sub ra-
tione Basilicæ vel Memoriæ, ad ornandam
conservandámque Memoriam recentem in
fidelium animis, & ad invocandum auxilium
sanctissimæ Deiparæ; quo sensu vocatur
etiam à D. Basilio in Psal. 114. Martyrum H
Basilica, templum. Porrò gratum esse Deo,
ut ea loca, quæ illi tanquam primo principio
& supremo omnium rerum Domino dedi-
cantur ad suum cultum, simul etiam depu-
tentur ad cultum alicujus Sancti, & potis-
simùm Dei Genitricis MARIÆ, testan-
tur frequentissima & celeberrima miracula,
quæ vel olim edita, vel etiam hac ætate in
templis D. Virginis eduntur; quorum tem-
plorum, multa ubique reperiuntur, & magna
pietatis significatinne à piis adeuntur, víxque
est ulla naoo, cui non sit unum præ reliquis
religione & beneficentia D. Virginis in mor-
tales insigne. *b*) Quis nescit veterem Oettin-
gam, & templum Duntenbusanum in Ba-
varia? Quis non audivit de eremo D. Vir-
ginis, seu de sacello Einsidlensi apud Helveti-

a) Vide Bellarm. loco citat. cap. 4.

b) Vide Canis. lib. 5. cap. 24. Et Costerum epist. in Institut.

A os? Apud Hiſpanos celeberrimus eſt divinæ Matris patrocinio mons Serratus; apud alios loca alia: ſed omnibus ſanctitate & antiquitate longè præſtat templum Lauretanum, ſacrum illud Virginis cubiculum, in quo Nazarethi, Angelo Gabriele internuntio, Verbum caro factum eſt, quod Angelorum miniſterio ex Palæſtina in Italiam translatum, magnam affert Chriſti fidelibus voluptatem.

Hic Virgo genitura Deum genitricis ab alvo
Prodiit & blandis mulſit vagitibus auras.
Hic quoque Virginei ſervata laude pudoris
Sancta ſalutifero tumuerunt viſcera fœtu,
Ille opifex cunctorum, illa æterna unica proles
Æqua Patri, ille homini primæva ab origine lapſo
Spem cœlo vitámque ferens, hac luſit in aula
Parvulus, & ſancta blanda obtulit oſcula Matri.

Ut Poëta & Orator graviſſimus M. Anto-
B nius Muretus cecinit. Extitit quidem non ante multos annos perfidus Apoſtata Petrus Vergerius, qui, ùt ſuprà diximus cap. 3. hanc ſacratiſſimam domum omnibus machinis latinè & Italicè oppugnavit. Sed obviam itum eſt à Turriano, qui leviſſimi hominis impiam veſaniam fortiter contudit, argumentis ejus ſigillatim omnibus diſſolutis & confutatis, ex quibus hoc eſt præcipuum: *Maria,*
C *quando ſalutata ab Angelo Chriſtum concepit, habitabat in domo Joſephi: falſum igitur eſt, quod fertur, domum Lauretanam eſſe illam ipſam, in qua Virgo ipſa nata & educata, & deinceps ab Angelo ſalutata, Chriſtus conceptus, & multis annis educatus eſt; Quis enim non videt, Mariam fuiſſe adductam in domum Joſephi viri ſui, ùt mos eſt maritis, & non Joſephum fuiſſe receptum unà cum ſponſa in domum Joachimi & Annæ. Quod etiam Nicephorus lib. 1. cap. 8. comprobat, cum ait: Illam Nazarethi cum Joſeph domicilium habuiſſe, & ibidem ab Angelo lætum nuntium accepiſſe. Et cap. 12. ubi ait: Chriſtum in domo Joſeph circumciſum eſſe. Non ergo nutritus eſt in illo ipſo cubiculo, in quo fuerat nata Mater, ſed partim in domo Joſeph, partim in Ægypto.* Verùm quàm levis momenti hæc ſint, haud magni laboris fuerit demonſtrare. Primò, quia falſum eſt,
D uxorem ſemper in domum mariti ſuiſſe translatam. Quid ſi domum non haberet? Quid ſi ſponſa ſit hæres paternorum bonorum, aut domum accipiat in dotem; an maritus dedignabitur in domo uxoris ſuæ habitare? An id vel jam inſuetum eſt, vel olim fuit? Certè nihil minùs. Relinquamus quotidiana. Sacra videamus. Jacob viginti annis in domo uxorum ſuarum habitavit, & diu etiam Moyſes in domo ſoceri cum uxore. Idem hic accidiſſe dicimus, rectéque ac ordine factum, ut domus illa, in qua Virgo nata fuit & educata, appellaretur domus Joſephi; quia ſicut D. Virgo
Joſephi erat, tanquam viri ſui & capitis, quia E
uxor ejus: Sic etiam rectè domus B. Mariæ domus Joſeph nominabatur à capite. In domo itaque Joſeph habitabat Maria, cùm in domo ſua paterna habitabat; in qua nata & ab Angelo ſalutata eſt; & puerum JEſum nutrivit. Ex quibus evaneſcunt omnes Hæretici illius nebulæ.

Ad altare quoque Dei, ad menſam Do- F
mini, unde, ùt S. Auguſtinus loquitur, diſpenſatur victima ſancta, qua deletum eſt Chirographum, quod erat contrarium nobis: beatiſſimæ Deiparæ cum veneratione meminiſſe, cùm ut propoſitis virtutum exemplis ad imitationem accendamur, tum ut ejus patrocinio ac meritis apud Deum adjuvemur, religioſum eſt officium. Et quanquam Sacrificium illi nullum immolemus, ùt ſuprà quoque diximus; novam tamen novi teſtamenti & verè mundam oblationem Eccleſia ab Apoſtolis accipiens, interdum pro ejus gloria & in ejus honorem, in univerſo mundo ſoli Deo offert. Cæca igitur mentiendi libido miſolitùrgos transverſos agit, cùm Catholicis contrarium vulgò impingunt; Et licèt ſacra quædam dicantur Miſſæ D. Virginis, nolumus tamen hoc loquendi modo ſignificare, quòd ipſum ſacrificium offeratur D. Virgini, ſed quòd offeratur Deo in gratiarum actionem pro gloria D. Virgini collata, & ſimul interpelletur D. Virgo tanquam patrona & advocata apud Deum.

Voti honorem eatenus tribuunt ortho- G
doxi Deiparæ, quatenus Deo vovent ex illius amore & reverentia, tanquam ſit illi etiam ùt Dei parenti, id obſequium divini cultus placiturum; teſtémque deinde illam eſſe volunt obligationis, qua ſe aliquis Deo obſtringit; denique illius glorioſa interceſſione freti, quod Deo promittunt, adimplere ſtatuunt. a) Rectè tamen alii addunt, D. Virgini & cuivis alteri Sancto, non tantùm his titulis aliquid voveri poſſe; ſed etiam ita, ut votum ad ipſam Deiparam, alióſve Sanctos terminetur: Ut, cùm quis in hæc verba promittit: Voveo B. Virgini peregrina-
tionem, vel altare, vel quid ſimile. Neque H
votum hoc actus eſt latriæ (ſic enim votum ſoli Deo fit) ſed Duliæ; & quod hinc ſequitur, ſpecie diſtinctum ab illo altero, quod Deo nuncupatur; ſicut cultus, quo Deus colitur, ſpecie differt ab illo, quo colitur aliquis cœlitum, vovemúſque Deo in ſignum gratitudinis tanquam erga primum principium omnium bonorum, & in recognitionem beneficii ab ipſo tanquam à primo auctore accepti. At Sanctis promittitur aliquid in ſignum gratitudinis tanquam erga patronos, advocatos & interceſſores, per quos à Deo beneficia accepimus. Neque repugnat Eccleſiæ & Doctorum conſuetu-

a) Vide Bellarm. loc. cit. cap. 9.

A ſuetudo, ut promiſſio facta Deiparæ aliísve Sanctis dicatur votum: Ex quo fit, ut votum ſit nomen generale ad promiſſionem factam Deo & Sanctis; ſicut honor, oratio, & ſimilia.

B Imaginem D. Virginis cur non aſſervemus, quam tanto ſtudio ad vivum D. Lucas Evangeliſta, referente Theodoro, *a*) expreſſit? Aſſervemus autem? imò & hanc atque alias id generis omnes, ſeu pictas, ſeu ſculptas, ſeu in templis, ſeu in compitis & triviis, ſive alibi in locis publicis & conſpicuis conſueto ſolenníque Eccleſiæ more collocatas, honoremus etiam propter prototypum. Quàm porrò veteres religioſè cùm alias, tùm præcipuè D. Virginis imagines coluerint, & quanto ſæpe bono & commodo, nemo neſcit, qui antiquitatem non ignorat. *b*) Cùm Bizantini ſuam urbem à Saracenis aliquando graviter obſeſſam cernerent, non ſine jejunio & oratione, Virginíſque Matris patrocinio felicem belli ſucceſſum & exitum ſibi auſi ſunt polliceri. Itum eſt igitur ad ſacram ædem, quæ prope S. Sophiam extabat; illinc Deiparæ imago, quam D. Lucas depinxerat, reverenter accepta, & in publicam ſupplicationem adducta, ſed & in ſingulas hebdomadas per totam urbem feria tertia religioſè admodum circumgeſtata eſt. Ita demum optata de Saracenis hoſtibus victoria lætè ſucceſſit, haud dubiè Maria patrocinante.

C Simile exemplum refert Nicetas Choniates lib. 5. Annalium de Manuele Commeno Imperatore Conſtantinopolitano, qui cùm ingenti prælio contra Hungaros feliciter dimicâſſet, Deóque gratiis actis triumpharet, Imperatorem ipſum, inquit Nicetas, quadrigæ argenteæ auratæ, cum equis nive candidioribus præcedebant; quibus impoſita erat imago invictæ adjutricis & inſuperabilis commilitonis Matris Dei; Neque verò axis graviter ſonuit; quia non vehebat acrem Deam Minervam, quæ falsò Virgo dicitur: Sed veram Virginem, quæ Verbum inexplicabili
D ratione per verbum peperit. Eódem ſpectat, quòd Conſtantinus palæologus Imperator, cùm urbem amiſſam recuperâſſet, ut primùm Conſtantinopolim venit, coram eadem imagine primùm gratias egit, illámque religioſè præferri voluit, ac deinde pedes ipſe comitatus atque ſtipatus in urbem proceſſit. Et Gregorius quoque Magnus *c*) cùm ſæviſſima peſtis Romæ ſæviret, ac multæ ſimul aliæ calamitates accederent, religioſam in die Reſurrectionis ſupplicationem inſtituit, & D. Virginis imaginem in publicum efferri curavit, piámque circumgeſtationem Deus præſenti miraculo comprobavit, etenim quácunque ferretur imago, peſtilentis cœli gravitas depulſa, & optata ſalubritas in urbe conſecuta eſt. Ubi gratulantibus omnibus
E Deo, ecce tibi Angelus, qui ſanctam Virginem his vocibus alloqueretur: *Regina cœli lætare, Alleluja: Quia quem meruiſti portare, Alleluja; Reſurrexit, ſicut dixit, Alleluja.* Quam orationem ſimul atque Gregorius coràm audivit, divino ſpiritu ſtatim excitatus, eam in hunc modum explevit: *Ora pro nobis Deum, Alleluja.*

F Non eſt verò, quòd quis miretur, cùm audit Conſtantinopoli & Romæ fuiſſe imaginem à D. Luca depictam; Nemo enim dicit, à D. Luca unam tantùm imaginem Deiparæ eſſe factam. Nam ejuſdem quoque prototypi plures effigies effingi, nihil penitus vetat: & fortè quædam dicebantur imagines à D. Luca depictæ; quòd ad vivum expreſſæ eſſent ex illa, quam D. Lucas depinxerat. Cæterùm veteres non tantùm illas Deiparæ imagines, quas ſanctus ille pictor fecerat, convenienter honorabant, ſed alias etiam quaſcunque, quarum cultum gratum fuiſſe Deo, declaratum eſt non rarò miraculis planè ſtupendis; Joannes Anachoreta vir magni nominis, inquit Joannes Moſcus Eviratus in prato ſpirituali cap. 180. qui ſenex in ſpelunca quadam vixit circa villam, quæ dicitur Sochus, viginti propemodum miliaribus diſtans ab Hieroſolymis, habebat in ſua ſpelunca Deiparæ ac Dominæ noſtræ Mariæ imaginem, eáque matrem Chriſti filii
G geſtatricem exprimebat. Qui ſenex, ſi quando religionis cauſa vellet aliò proficiſci, & loca reverenda petere, quod illi erat perquam uſitatum, de more candelam coram eadem imagine accendebat, & precatione facta Deo ſeſe, itérque ſuum commendabat, ſimúlque in ipſam Deiparæ imaginem intuens, his verbis utebatur. *Sancta domina Dei genitrix, quia longum iter facere ſtatui, ac multis diebus abeſſe cogor, tu candelæ hujus habe curam, eámque, ne extinguatur, juxta meum deſiderium ſerva. Te quidem comite & juvante hoc ingredior*
H *iter.* Hæc ubi dixiſſet imagini, in viam ſe dedit, & itinere confecto domum poſtea rediit, ita, ut aliquando unum, ſæpe duos, etiam tres, imò quinque & ſex menſes abeſſet. Semper autem in reditu candelam invenit integram & ardentem, ſicut illam ante iter ſuum accenſam reliquerat, nec unquam vidit extingui. Id quod citra evidens miraculum fieri neutiquam poterat, Deo haud dubiè per Deiparam hoc prodigium operante, ac piam ſancti ſenis fiduciam corroborante. Refert idem auctor aliam quandam his verbis hiſtoriam cap. 45. Monachus quidam ſolitarius, & inſignis Chriſti pugil, jámque grandævus in monte olivarum habitabat, & ab impuro fornicationis ſpiritu acriter impugnabatur; Qui cùm vehementer infeſtaretur, ejulare demum cœpit, ac dicere infeſtanti Dæmoni. Quouſque tandem miſſum me non facies? recede à me, qui mecum quaſi conſenuiſti: Dæmon verò viſibilem

a) In collect. lib. 1. Niceph. lib. 14. cap. 2. & lib. 15. cap. 14. & alii.
b) Vide Caniſ. lib. 5. cap. 24.
c) Vide Caniſ. cap. 22. & Sigon. lib. 1. de regno Italiæ.

A sibilem illi sese exhibens hoc modo respondit: Jura mihi, te nemini mea verba, quæ dicam, renuntiaturum, ac deinceps te oppugnare desinam. Juravit senex de servanda fide silentii, ac dixit: per illum, qui in altissimis habitat, ea, quæ dixeris mihi, nemini revelabo: Tum ille, noli, inquit, hanc imaginem adorare, & ego à te oppugnando desistam. Habebat enim senex eo in loco imaginem, quæ dominæ nostræ sanctæ Dei genitricis Mariæ Christum circumgestantis figuram exprimeret, quam & solitus erat venerari. Hoc audito, senex deliberandi tempus postulavit, rémque omnem die sequenti exposuit Abbati Theodoro Æliotæ. Is monacho respondit, verè delusus es, & peccâsti B jurando Dæmoni, sed quòd arcanum aperueris, rectè fecisti. Verùm satius est tibi, ut nullum omittas in urbe prostibulum, in quod non ingrediaris, quàm ut Dominum Deum nostrum Jesum Christum, & Matrem ejus adoraturum te neges. His illum ac multis aliis verbis confirmans, ad proprium reversus est locum; at Dæmon rursus incluso sese conspicuum præbuit, & cur, inquit, male senex, cùm verba mea te nemini affirmaveris patefacturum, ei, qui venit ad te, cuncta dixisti? te igitur pejerâsse scito, & in C die judicii damnatum iri. Respondit Monachus, me quidem jurâsse scio, & contra, quàm juravi, fecisse non ignoro, te tamen non audio. Refert hanc historiam etiam D. Damascenus sub finem libri primi de imaginibus. Unde de ejus fide minimè dubitandum est, cùm Prati spiritualis honorifica quoque mentio fiat à Patribus septimæ Synodi. Subdit autem Damascenus: *Vides hic imaginis adorationem ad id, cujus imago est, referri? & quantum sit malum eam non adorare, cùm eo potiùs Dæmon, quàm libidinis crimine hominem obstrictum voluerit.*

D Quàm autem Deus graviter puniverit eversores & contemptores imaginum D. Virginis, colligitur cùm ex aliis, tum ex hac historia, quam in Concilio Nicæno 2. act. 4. coram toto consessu Patrum narravit Constantinus Episcopus. Fuit vir Cyprius in urbe Constantia armentarius, qui orandi causa in Virginis Deiparæ sacellum concessit, eúmque inter orandum imaginem Virginis ex coloribus in pariete expressam adverteret, indignabundus dixit, quorsum hæc? statímque stimulo, quo boves agebat, sublato, eidem imagini Virginis dextrum oculum eruit; egressus porrò dum fortè pecus ad maturandum iter pungit, ecce stimulus confringitur, & ea pars, cui ferrum erat infixum, in dextrum hominis oculum rectà involat, ac miserum oculo privat. Neque solùm imagines D. Virginis studiosè colebant veteres Christiani; sed etiam ejusdem Reliquias; Intelligimus autem hîc Reliquiarum nomine ea, quæ D. Virgo tactu suo vel usu consecravit; ùt sepulchrum, velamen illud, de quo suprà cap. 12. ex Nicephoro, vestis E item & Zona, & fasciæ, quibus Christum Salvatorem involvit, nec non linteum, quo sacrum Virginis corpus in monumento tectum erat. Et de Sepulchro quidem jam superiùs cap. 32. ex Damasceno docuimus, quanto in pretio fuerit Christianis; quin idem sepulchrum orat. 2. *de Assumptione*, vocat, medicinam morborum, sanitatum fontem perennem, Dæmonum profligationem & civitatem refugii: in Zonam verò & fascias extant apud Lipomanum orationes Germani Patriarchæ Constantinopolitani, & Euthymii, quibus honorandis & debito cultu colendis proprius dies apud Græcos dicatus erat. Hinc Euthymius inter cætera sic suos F alloquitur auditores: *Hodie à nobis honoretur Zona, quæ est à Deo maximè illustrata, & summè admirabilis, & valde veneranda: Hodie honoretur Zona, qua succincta fuit laudatissima Deipara, & fraudulentissimum Draconem per eam suffocavit, & nostri generis auctores à gravi revocavit exilio. Hodie honoretur Zona, quæ ipsum quoque unigenitum Dei Verbum ineffabiliter ex ipsa carne tectum, quomodo ipse solus novit, tenuit. Hodie ipsi quoque primi Dei ministri, licèt non videantur, eam adorant, & maxima colunt veneratione, & arcanè unà nobiscum lætantur.* Et tandem converso sermone ad ipsam Zonam, vides, inquit, *ante pedes pulcherrimæ tuæ capsæ nos omnes ardenter volutari, & tuum postulare auxilium, exspectantes tuam defensionem, & tuum in omnibus invocantes auxilium.* G Quomodo autem vestis D. Virginis ex Palæstina Constantinopolim translata fuerit à duobus fratribus Galbio & Candido, & quanta cum religione asservata, narrat Metaphrastes apud Lipomanum orat. *de ortu & educatione D. Virginis.* De linteo & pannis, quibus corpus D. Virginis exanime tectum erat, scribit Damascenus oratione. 2. *de dormitione D. Virginis.* Singulis porrò his Reliquiis custodiendis & venerandis condita sunt Constantinopoli magnifica & sumptuosa templa; pro Zona & fasciis à Pulcheria Imperatrice in Chalcopratejo; pro linteo & pannis sepulchralibus, ab eadem in Blachernis: pro veste ex Judæa in Thraciam allata, à Leone Magno; Nec mirum, veteres ita coluisse & ornâsse Reliquias D. Virginis. H Frequentia enim per illas operabatur Deus miracula. Narrat Gregorius Turonensis lib. *de gloria Martyrum* cap. 10. Se cruce, in qua erant Reliquiæ D. Virginis, & sanctorum Apostolorum, & B. Martini, opposita incendio, quo domus pauperis cujusdam correpta erat, incendium extinxisse. Currebat miser cum liberis & uxore, aquam deportans, inquit Gregorius, sed flammæ non mitigabantur. Tunc extractam à pectore crucem elevo contra ignem: Mox in aspectu sanctarum Reliquiarum ita cunctus ignis obstupuit, ac si non fuisset accensus.

Acci-

A Accidit etiam, ùt idem refert capit. 18. ut quidam Hierosolymis in Gallias Reliquias D. Virginis ferens, in latrones incideret: qui hominem malè acceptum spoliant, & capsulam Reliquiarum, plenam aureis rati, cùm effregissent, spéque sua falsi essent, in ignem abjiciunt. Tunc ille semivivus exurgens, inquit Gregorius, ut vel cineres exustorum colligeret pignorum, invenit super carbones accensos illæsas jacere Reliquias, ipsúmque linteum, quo involutæ erant, ita admiratur integrum, ut non putaretur prunis injectum, sed ex aquis collectum, colligitque cuncta cum gaudio, & in Gallias pervenit incolumis.

CAPUT XVIII.

De Peregrinationibus ad loca sacra D. Virgini, & de ejusdem sodalitiis.

B AD certa loca & sacrosancta Virgini dicata templa religionis ergo decurrere, nihil habet criminis. Etenim usu experientiáque exploratum habemus, opportuno tempore misericordem Dominum per benedictæ Matris merita, hìc, illic, non alibi, ad casus nostros ac pericula tam corporis, quàm animæ firmissima sæpe & sæpiùs præsidia offerre. An ergo, cùm Deus ipse quasi edita voce, vel commodi temporalis spiritualísve emolumenti fructu, vel calamitatis depulsione ad peregrinandum invitet, ut sibi deesse velint homines, meritò postulant sectarii? An non vel ipsæ tabulæ, quæ in variis Deiparæ templis tanquam acceptæ monumenta salutis, pendent, apertè loquuntur, quàm utiles & salutares sint peregrinationes ad templa D. Virginis.

C *Certè equidem tota pendentes æde tabellas*
Adspicio, quæ te miseris præsto esse loquuntur,
Hic te animo spectans, torrentem viscera febrim
Depulit, ille hyadas tristes, hædúmque cadentem
Spectavit tutus, verrentibus æquora ventis,
Et duce te patrias enavit salvus ad oras.
Criminis ille reus falsi; sub judice duro,
Dum mortem exspectat, tenebroso carcere clausus,
Munere Diva tuo detecta fraude, revisit
Uxorem & natos exoptatúmque parentem.

D Ut canit Muretus verissimè simul & elegantissimè de domo Lauretana. Sed Hæretici aures habent, & non audiunt. Simúlque solenne illud suum ingerunt: non esse credendum hujusmodi miraculis, quippe falsis & fictitiis. Huc enim confugiunt isti præposteri, qui lucem vocant tenebras, & tenebras lucem. Sed quis nisi tribus Anticyris caput insanabile habens, rebus tam testatis, tam planis & perspicuis fidem abroget?

Ecquis autem eos ferat, qui quasi nihil divinorum operum ita obstructum & obdu-

ctum esse velint, aut Deum ab ipsis tanquam E honorariis arbitris præcepta agendi accipere oporteat, finem sciscitandi vix faciunt, cur benedicendus in omni loco dominationis, suæ bonitatis divitias largiùs & copiosiùs effundat, cur qui non procul abest ab unoquoque nostrûm a) (*ipsius enim genus sumus, & in ipso movemur, vivimus, & sumus*) uno magis quàm alio loco suæ potentiæ opera manifestet. Quis enim, ait non in dissimili argumento D. Augustinus b) potest perscrutari, quare in aliis locis hæc miracula fiant, in aliis non fiant? In cœlum ergo curiosi isti homines, si possunt, avolent, ab eóque, qui omnia in mensura & numero & pondere disposuit, causas pervestigent. At enim piis & simplicibus non est necessarium, quæ abscondita sunt, videre oculis suis: c) *Plurima enim supra sensum ostensa sunt homini*, ùt inquit scriptura.

F Urit tandem & illud Hæreticos, quòd ex his, qui Mariæ cœli terræque Reginæ pii esse velint cultores, sub augustissimo sacratissimæ Virginis nomine, cœtus aut sodalitium quoddam, divini cultus, laudis Virgineæ, salutísque propriæ amore ac desiderio, piè constituatur. Verùm sanniones illos, qui cùm in Ecclesia habitare in unum cum fratribus nollent, sequentes Lutherum, aut Calvinum, segregaverunt semetipsos, Christóque cum Matre dimisso, in via Cain, & in contradictione Core abiêrunt, non moramur; cùm unitatem Spiritus & morum in vinculo pacis, Deo ejúsque Matri, quæ salutis nostræ cœlestis est præses & custos, placere sciamus; quibus quisquis sese in agone probat, ei bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur; confundentur autem & convertentur retrorsum omnes, qui oderunt Sion. *Quicunque honorificaverit me, glorificabo eum*: G ait Deus 1. Reg. 2. qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Idem omnino contigit & continget cultoribus & contemptoribus D. Virginis. Illi à B. Virgine exaltantur, & variis donis exornantur; ùt demonstrant exempla superiùs commemorata: Isti, justo Dei judicio ignobiles & contempti fiunt; quid enim Nestorio nunc abjectius, quid vilius? qui audaciam & petulantiam, qua D. Virginem impugnavit, adeò non impunè tulit, ut à toto Concilio Ephesino anathematizatus, dirísque devotus fuerit; Ab H Imperatore quoque Theodosio in exilium actus & Episcopatu Constantinopolitano spoliatus, in exilio vitam miserè finiit. Sed & blasphemam ejus linguam corroserunt vermes, & si non corpus, nefandæ novæ impietatis organum, à terra dehiscente absorptum, certè anima ejus ad inferos usque detrusa, meritas blasphemiæ pœnas luit, quod de illo cùm alii, tum Nicephorus lib. 14. cap. 36. scribit.

a) Actor 17. b) Epist. 137. ad pop. Hipp.
c) Ecclesiast. 3.

A Constantinus Copronymus Imperator
adeò in D. Virgioem procax & injuriosus
fuit, ut illius bonori publicè detraheret,
eámque tam imbecillam esse diceret, ut nul-
li mortalium opitulari possit. Quid præmii
retulit ex hac sua vesania? Cùm jam Deo
hominibúsque esset invisus, sub tempus
mortis pedes ejus invaserunt carbunculi, si-
múlque ardentissimis urebatur febribus, qui-
bus nullum à Medicis reperiri poterat reme-
dium. Accessit etiam elephantiæ morbus,
ita, ut in extremam desperationem inductus,
identidem clamaret: Se viventem adhuc
propter Mariam Deiparam igni inextingui-
bili esse traditum. Refert boc Zonaras to-
mo 3. Annal. & Eutrop. lib. 22. in vita Co-
pronymi. In prato spirituali cap. 47. nar-
B ratur accidisse sequens historia, Heliopoli,
quæ est civitas Phœnicis. Mimus quidam
erat Gajanus nomine, qui in Theatro Sanctam
Dei genitricem blaspbemans populo specta-
culum blaspbemiæ præbebat. Apparuit au-
tem ei Saocta Dei genitrix corripiens eum
ac dicens: Noli, quæso, noli ita lædere ani-
mam tuam. Ille verò rursum deteriùs illam
blasphemabat. Unde ipsa tertiò eidem ap-
parens, eadem repetebat. Cùm autem se
ille non corrigeret, sed plus quoque blas-
pbemiis adjiceret, meridie dormienti appa-
ruit, nihilque dicens, digito solo signavit
ejus manus ac pedes. Evigilans autem in-
venit se truncatum manibus & pedibus.
Atque ita infelix, ùt truncus inutilis jacens,
confitebatur omnibus, cujus rei gratia, &
quomodo hoc passus esset. Similia multa C
divinæ severitatis exempla in Deiparæ con-
temptores, literarum monumenus consigoa-
ta leguntur; ut oon immeritò, qui nunc
maledicas linguas in D. Virgioem ejúsque
sodalitates exerunt, similem exitum formi-
dare possint; Et utinam formidarent; for-
san formidine pœnæ consilia in melius re-
ferrent. Quia verò diligeotibus Deum
omnia cooperantur in bonum, fit, ut his
ipsis obtrectationibus, & in sanctissimam
Virginem convitiis, Sodales Congregatio-
nis & alii Deiparæ cultores, magis ad lau-
dem & gloriam ejus amplificandam, & con-
servandam incitentur, & nihil non prom-
ptè suscipiant, quod ad cultum Dei geni-
tricis spectet; vitam illius Angelicam, &
in nos miseros benevolentiam planè mater-
nam semper ob oculos habentes. *Fit au-* D
tem, largiente Domino, inquit venerabilis Be-
da in Evangel. visit. *ut si D. Virginis actus &
dicta semper recolamus, semper in nobis & ob-
servantia castitatis, & virtutis opera perseve-
rent. Nam & optimus & saluberrimus in san-
cta Ecclesia mos inolevit, ut hymnus ipsius quo-
tidie cum psalmodia vespertina laudis ab omni-
bus canatur, quatenus ex hoc animos fidelium
& frequentior Dominica Incarnationis memoria
ad affectum devotionis accendat, & recogitata
sæpius exempla genitricis illius in virtu-
tum soliditate confirment.*

Laus DEO Virginique Matri.

Quia S. Scripturæ & SS. Patrum doctrinæ respondet hæc succincta & elegans admodum Deiparæ Virg. vita, typis mandata, magna cum utilitate publicari potest & debet: Oculis enim legentium breviter objicit, quæ magnis voluminibus sunt à SS. & doctiss. viris de eadem Virgine Matre conscripta & disputata.

PETRUS STEVARTIUS LEODIUS
SS. literarum Profess. Colleg. Theolog.
hoc tempore Decanus & Academiæ
Rector.

JACOBI GRETSERI
SOCIETATIS JESU THEOLOGI,

LIBRI QUINQUE APOLOGETICI,

PRO VITA
IGNATII
LOYOLÆ,

SOCIETATIS JESU FUNDATORIS,
EDITA

à PETRO RIBADENEIRA:
CONTRA

CALUMNIAS CUJUSDAM
CHRISTIANI SIMONIS LITHI
MISENI CALVINISTÆ.



SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO,
DOMINO
MAXIMILIANO,
COMITI PALATINO RHENI,
UTRIUSQUE BAVARIÆ
DUCI, &c.
JACOBUS GRETSERUS
SOCIETATIS JESU,
Gratiam & felicitatem à Deo precatur.

APOLOGIAS ſcribere, Sereniſſime Princeps, res tam trita jam olim fuit, & hac etiam eſt ætate, ut omnia apologiis redundent. Cauſam aliam non reperio, quàm multitudinem calumniatorum, qui omnibus ſeculis fœcundo proventu extiterunt; & vel veram doctrinam, vel hac relicta, veræ doctrinæ profeſſores & propugnatores falſis criminationibus oppreſſum ierunt. Nam, ut præclarè ait S. Cyrillus Alexandrinus: *Quando iniquitatis pater Satanas, Eccleſiis, & iis, qui rectam fidem habent, laqueum ſubſtruere conatur, & Apoſtolicæ & Evangelicæ fidei traditionem per ſuos ſatellites adulterare audet: Ubi qui ſervantes ſunt rectæ fidei; veritatem illi opponunt, & iis reſiſtunt, qui, quæ recta ſunt, pervertunt, Chriſtum habentes belli ſocium & auxiliatorem, qui ipſa veritas eſt, tum ſcilicet omnis menda-*

S. Cyrill. Apolog. ad Theodoſ.

mendacii pater multos, qui mentiantur, excitat; tum ferox illa sycophantarum copia illis, qui piè vivere volunt, adversatur: quibus proinde præter fas júsque furentibus, & ad veritatis eversionem grassantibus necessarium est, apologias opponere, ut earum objectu, quasi clypeo, repellantur & disjiciantur accusationes & sycophantiæ. Hoc consilio pro Christianis generatim apologias ediderunt Tertullianus, Justinus Martyr, & Athenagoras. Pro se nominisque sui fama & existimatione, tres apologias contra Arianorum perpetuas obtrectationes publicavit S. Athanasius, quarum primam ad Imperatorem Constantium misit. Totidem scripsit S. Hieronymus, ut se à Ruffini maledictis purgaret. Eodem scribendi genere se nominéque suum defendere coactus est apud Theodosium juniorem S. Cyrillus Alexandrinus, cùm à Nestorio & Nestorianis gravissimis calumniis passim traduceretur, ut prætercam duas alias, quas pro sua, vel potiùs Catholicæ fidei doctrina adversùs procaces hæreticorum linguas idem evulgavit. Eadem causa, quæ veteribus illis ad apologias scribendas occasionem dedit, impulit itidem Societatis nostræ homines, ut varias apologias in lucem darent, quibus partim Orthodoxa dogmata, partim ipsum Societatis nostræ institutum à maledicis hæreticorum vocibus vindicarent. Hactenus enim rectæ fidei adversarii vel scripta Nostrorum, vel totum Ordinem variis mendaciis exagitârunt, & infamare conati sunt, impulsu ejus, à quo originem ducunt. *Unaquæque enim hæresis*, ait sanctus Athanasius, *commenti sui parentem habet eum, qui ab initio perversus, & homicida, & mendax fuit.* At verò nuper tertiam rationem contra nos pugnandi excogitârunt. Extitit enim de numero Calvinistarum quidam Simon Lithus, qui relicta doctrina & Societate, vitam beatæ memoriæ Patris nostri Ignatii calumniis proscindendam sibi delegit: ratus fortassis, fore, ut si basin & quasi fundamentum instituti nostri subrueret, cætera sponte sua corruerent. Nec admodum miratus sum hominis hujus impudentiam. *Si namque Christo contradixerunt,* inquit sanctus Cyrillus, *quæ nostri habenda erit ratio? Et si contra quemvis Sanctum structæ sunt calumniæ, quomodo minimi nos effugeremus? Nihil non audent*, ait idem Cyrillus, *qui hæretici sunt. Consuetam enim malitiam habent, nec alicujus faciunt, etiamsi calumniæ arguantur; ac sæpenumero contra quosvis mentiti deprehendantur; licèt sit præclarus quisquam inter eos, quos accusant.* Expertus hæc scripsit sanctus Cyrillus. Experiuntur idem quoti-

S. Athan. orat. 1. contra Arianos.

S. Cyrill. loc. cit.

quotidie, qui cum hæreticis agunt. Quòd si ullus est, à quo nihil candoris & ruboris expectandum sit, si mendacii redarguatur, & convincatur, is iste Lithus est. Cujus criminationes non propter ipsum, sed propter alios refellendas suscepi hac apologia: quam cur ad Serenitatem vestram, Serenissime Princeps, mittam, longa oratione non eget. Plures causæ suppetunt, sive Academiam, in qua doceo, sive Societatem, in qua vivo, spectem. Academia Serenitati vestræ, tanquam ei, à qua, cùm hîc litteris operam daret, plurimum ornamenti & splendoris accepit, nunc verò ùt Principi & Mæcenati suo benignissimo, omnes ingenii & laborum fructus jure offert & consecrat. At nostra hæc Societas eidem ùt patrono eximio, meritò omnia in acceptis refert, & quibuscunque modis potest, grati animi significationem edit, ob tot in nostram familiam Serenitatis vestræ merita; quæ cum amplissimo Principatu hanc etiam provinciam sibi demandatam credit, ut exemplo Serenissimorum Majorum Proavi, Avi, & Parentis Ordinem nostrum ornet ac tueatur. Et quamvis munus, quod Serenitati vestræ offero, impar sit tantis beneficiis à Serenitate vestra in nos plena manu collatis, non dubito tamen, gratum fore, cùm aliis nominibus, tum quia ejus defensionem continet, à quo Proavus & Avus Serenitatis vestræ, pro Academia Ingolstadiensi Professores datis literis postulàrunt. Extant adhuc literæ Serenissimi Avi ALBERTI ad IGNATIUM, & vicissim IGNATII ad Principem ALBERTUM, paucis hebdomadibus ante obitum IGNATII datæ. Ex quibus liquidò apparet, quodnam fuerit maximi Principis de IGNATIO judicium, & quæ reverentia & observantia IGNATII erga ALBERTUM, totámque stirpem Bavaricam. Mihi quidem Ignatius suis illis literis tam exiguo tempore ante decessum ex hac vita scriptis, curam Societatis, præsertim Collegii Ingolstadiensis, de quo instituendo in epistolis illis ultro citróque missis agebatur, Serenissimo ALBERTO ejúsque Posteris, quasi testamento, reliquisse videtur; nec vana spe, ùt eventus hucusque docuit, & futuris itidem docebit temporibus, vestra quoque Serenitate adnitente, & ut ultima IGNATII voluntas perficiatur, elaborante, ita vivat & floreat S. V. ditionésque suas veteri religione illustres, & pace publica quietas multos annos feliciter gubernet. Ingolstadii, Calendis Februarii, ipso Sancti & Magni Martyris IGNATII festo.

Anno Domini 1599.

AD

AD
CHRISTIANUM LECTOREM.

SUnt nonnulli, *inquit Theodoretus*, qui cùm nec ex genere, nec ex eruditione, nec ex rebus præclarè gestis ulla laude dignam claritatem habeant, improbis studiis insignes evadere contendunt. Theodor. præfat. in suos Dialo. gos. Talis erat ille Alexander ærarius, qui cùm nihil in se egregium & suspiciendum haberet, non generis nobilitatem, non dicendi facultatem, non regendi populi artem, non ducendi exercitus scientiam, non rerum in bello fortiter gestarum commendationem, sed solummodo sordidam & illiberalem exerceret artem, ex sola sua adversùs divinissimum Paulum insania notus extitit 2. Tim. 4. Semei quoque homo planè obscurus, & omnino illiberalis, ex sua adversùs divinum Davidem insolentia, celeberrimus evasit. 2. Reg. 16. *His si annumerem, amice Lector, Christianum quendam Simonem Lithum Misenum Calvinistam; nemo, ùt opinor, æquus rerum æstimator factum meum mihi vitio vertet: Cùm enim antehac ne fando quidem mundus audiisset; quisnam esset iste multorum nominum sine Christo Christianus Misenus: Ecce tibi derepentè ex tenebris & contemptibus in lucem exiit: adversariúmque non aliquem de trivio, sed Jesuitarum parentem Ignatium Loyolam sibi depoposcit, in quem mendaciis, calumniis & criminationibus armatus incurreret, famámque, quam benefactis non posset, maledictis sibi compararet. Edidit ergo Scholia in vitam Ignatii, scriptam aliquot abhinc annis à Petro Ribadeneira Societatis nostræ Presbytero; & ut omnibus constaret, non Scholiasten, sed calumniatorem esse, nec nomen urbis, nec typographi, nec officinæ typographicæ apposuit, ut prudens lector ex ipso libri aspectu statim colligere queat, quidnam sibi de ipsis notis & Scholiis polliceri debeat; in quibus refellendis num temporis & otii aliquid collocarem, diu multúmque hæsitavi: Occurrebat exemplum Servatoris nostri*, qui, *ùt ait Origenes*, falsis gravatus testimoniis obticuit, & ad crimina objecta nihil respondit, sciens tota sua vita & actis inter Judæos spectatis, meliùs falsitatem delationis coargui, quàm ullis verbis, aut defensionibus. Orig. lib. 1. contra Celsum. Et cùm ex Pilato audiisset illud: Non audis, quàm multa adversùm te dicant testimonia; non respondit ei ad ullum verbum; ita, ut miraretur Præses vehementer. Erat enim revera dignum, *inquit Origenes*, quod quivis vel mediocriter prudens miraretur, eum, qui criminibus & falsis testimoniis argueretur, cùm posset se defendere, & approbare suam innocentiam, atque etiam totius vitæ facta, & divinas virtutes denarrare, quò Judici viam ad mitiorem sententiam faceret; adeò nihil horum curâsse, ut strenuè accusatores contempserit.

Occurrebat deinde, animóque obversabatur ipse Misenus, homo ad convicia factus, nihilque credere solitus, præterquam, quod lubet, & quoad lubet; qui vitæ religiosæ prima elementa è medio tollit, & sannis excipit, & ad ea, quæ spiritus sunt, pecudis instar sese habet, ut meo quidem judicio Parmenides & Melissus rerum naturalium principia inficiantes, non videantur tantum desipuisse, quantum desipit iste, qui Ribadeneiræ de Ignatio historias aliter non refutat, quàm his

vel

vel similibus verbis: Fabella est, mendacium est. O Impudens mendacium. O nebulones, O Thrasones: O Impostores: Credat, qui volet. Hoc ex lugendis petitum est (*ita enim Hæreticus historias Sanctorum nominat*) quomodo hoc fieri posset? Ethnici idem fecerunt. Hoc nullo teste firmatur: *Si testis proferatur; statim exclamat*: nescimus, quis fuerit, mendax est, Hispanus est. Adducatur Italus. *Si Italus veniat, Germanum poscit. Si Germanus compareat, in promptu est illud:* Jesuita est, *aut* fautor Jesuitarum; *aures obturat, testimonium repudiat. Quid cum*
S. Cyprian. ad Demetrianum. *hoc homine agas?* Certè & labor irritus, & nullus effectus est, *inquit præclarè S. Cyprianus*, offerre lumen cæco; sermonem surdo; sapientiam bruto: cùm nec sentire brutus possit, nec cæcus lumen admittere, nec surdus audire. *Quid cum hoc homine agas, cui seu canas, seu lamenteris: semper parata est calumnia, quæ sublatis Ignatii & Ribadeneiræ nominibus, & pauculis quibusdam circumstantiis, quæ ad nos propriè spectant, in quosvis alios ab impudente quopiam Sycophanta conici possit. Quis enimunquam scriptor tam probatæ fidei fuit, quis Sanctus tanta sanctitatis laude claruit, in cujus monumenta & vitam nequeat maledicus quispiam, virtutisque osor talia edere Scholia, qualia evomuit Misenus in vitam Ignatii? Scripsit sanctus Hieronymus vitam sancti Pauli Eremitæ, sancti Hilarionis, sanctæ Paulæ Romanæ; sanctus Athanasius vitam sancti Antonii, Theodoretus vitam Iacobi, Iuliani, Simeonis, pluriùmque miraculis & virtutibus clarissimorum Anachoretarum. Quid expeditius, quàm ut prodeat vel ipse Misenus; vel Miseno similis calumniator, arguátque Auctores istos mendacii*, impostores & seductores *appellet tam eos, qui scribunt, quàm qui scribuntur; quid factu proclivius, quàm ut rideat miracula*, fabellas *vocet*, superstitiones *ingeminet*, Idololatriam *crepet. Exiguus sanè labor iste erit homini perfrictæ frontis & impudentis oris, cui totus cordis thesaurus in lingua situs est: quique in animum nihil induxit credere, nisi quod velit. Quo fit, ut ne ipse Sanctus Sanctorum Christus, Salvator noster, horum maledicas linguas vitare potuerit, nec Apostoli; nec vetustiores illi Moyses & reliqui Prophetæ: quorum res gestas, quantis conviciis prosciderint, contumeliisque affecerint Celsus, Porphyrius, Julianus, Hierocles, & id genus alii, non ignorant illi, qui antiquorum Patrum Lucubrationes non ignorant.*

Verumenimverò licèt hæc me ambiguum redderent; num pro veritatis defensione cum isto Miseno manus conserendæ essent, aliæ tamen non paucæ rationes omnem dubitationem mihi exemerunt, & ut adversarii petulantiam & vanitatem quàm primùm detegerem, penitus perpulerunt. Quarum prima antiquorum exemplum, qui nullum adversarium responso sunt dedignati, qui quoquo modo detrimenti aliquid orthodoxis procreare posset. Hac causa permotus Origenes refutavit Commentarios Celsi, refutatione alioqui indignos. Quia fieri potest, *inquit ille*, ut in vulgo fidelium reperiantur aliquot, quibus periculum immineat à scriptis Celsi, nisi in veritate fulciantur, apologia petulantiæ ejus confutatoria, decrevi tua jussa capessere, transmissoque ad nos commentario respondere. *Altera, pietas & observantia in parentem optimum Ignatium, cujus in disciplina, cùm Dei beneficio verser, omnino putavi, hoc ei à me præstandum, quale quale, reverentiæ & amoris argumentum. Quis enim est incircumcisus iste Philistæus, qui tanto supercilio, nulla probabili ratione instructus, evertere contendit totam illam Ignatii vitam tot annis sanctissimè actam, tot rebus supra naturæ cursum & ordinem nobilitatam, nec ab hominum memoria remotam, sed hoc nostro seculo ante quadraginta tres annos felice fine terminatam? cujus testes non pauci hodieque supersint in Italia & alibi: qui Ignatium familiariter noverunt, & multos annos cum eo vixerunt; ex quibus & ego nonnullos vidi, & in his P. Paulum Hoffæum, & eum, qui non ita pridem ex hac vita migravit, P. Petrum Canisium. Tertia; quia ipsemet Misenus refelli optat, imò & Thrasonicis vocibus efflagitat. Provocat enim omnes* Bellarminos, Fonsecas, Posse-

vinos,

vinos, Busæos, Gregorios de Valentia; ut respondeant, notationésque in vitam Ignatii falsitatis redarguant. *At opus non est, ut magni illi viri in arenam cum tam vili antagonista descendant, obscurior est Misenus, quàm ut congressu suo eum illustrare debeant. Mecum igitur contentus sit, faciam, ut Dares iste Entellum non desideret, adjutus cumprimis divina ope, ipsiúsque apud Deum precibus Ignatii.*

Quia verò ex Sanctorum Historiis, quas ipse lugendas *vocat, nihil adversus se afferri cupit, quamvis hosti mos gerendus non sit, si præscribat, quibus armis vinci, aut interfici velit; Parebimus tamen cupienti; & ex inferioris ævi scriptoribus nihil promemus; sed tantùm ex antiquioribus, ùt ex S. Gregorio Nysseno, ex S. Athanasio, S. Hieronymo, S. Ambrosio, Possidonio, S. Gregorio Magno & Theodoreto: quorum historias si itidem Lugendas vocare voluerit, tum quod de se & Helvidio dixit Hieronymus, dicam ego de Miseno & Ignatio.* Miseni convicia gloriæ fore Ignatio; cùm eodem ore, quo sanctissimis illis viris detrahit, Ignatium laceret, & caninam facundiam recentior servus Domini patiatur, quàm antiquiores illi patiuntur. *Extra historiam potissimùm usi sumus testimoniis Origenis & Tertulliani, ut ostenderemus, novum istum calumniatorem simillimum esse vetustis illis Christianæ religionis criminatoribus; Celso videlicet Epicureo, quem Origenes doctissimè refutat; & aliis Ethnicis, quorum criminationes generatim in suo Apologetico refellit Tertullianus, à quibus iste noster bonam partem suarum calumniarum seu sciens seu ignorans accepit, ut proinde in priscis illis impostoribus novellus iste jam dudum non modo sit depictus, sed & egregiè refutatus.*

S. Hier. in fine libri contra Helvid.

EPIGRAMMATA MISENI
NONNIHIL PER PARODIAM IMMUTATA, ET AD AUCTOREM REMISSA.

I.

In Urbem Romam.

Roma caput mundi fuit olim fortibus armis.
Nunc populos vera relligione regit.
Non hoc signavit veterum successio Regum:
Marticolæ primi sacricolæque Numæ.
Sed Superûm nutu, quidquid non possidet armis
Roma nova, id totum Relligione tenet.

II.

Ordo Calvinistarum loquitur.

Me fundat & firmat perustus stigmatis
Calvus, Cinædus ornat, ex his æstima,
Bez. *Quantum boni sperare de me debeas.*
Si forsan ambigis, licet Gallos roges.

Auctor in sectam Calvinisticam.

Errorum foveat quantum chaos impia secta hæc
Demonstrent alii, mî docuisse sat est:
Quòd nihil in terris existat vanius isto,
Nec magis insulsi pectoris Hæretico.

Ad Lithum.

Hoc Lapidis nomen tibi si imposuêre parentes
Præ tibi saga fuit mater & ipse pater.
Et metamorphosin præcognovêre futuram
Ut lapidem indueres Gorgonis ore λίθος.
Qui nullo prodit mendacia mille rubore,
Hic riget infami Gorgonis ore Lapis.

APPROBATIO D. VICE-DECANI FACULTATIS THEOLOGICÆ INGOLSTADII.

HI quinque libri Apologetici B. m. P. IGNATII LOYOLÆ Societatis JEsu pareotis vitam, à R. P. PETRO RIBADENEIRA editam, oon minùs graviter & eruditè defendunt, quàm à mendacibus Simonis Lithi Sacramentarii Calvinistæ calumoiis vindicant. Cùm itaque præter historiæ veritatem, quam solidis argumentis asserunt ac probant, variam eruditionem luculentámque orthodoxorum dogmatum doctrinam contineant, magoo Reipublicæ Christianæ commodo in lucem prodibunt.

PETRUS STEVARTIUS LEODIUS, Theolog. D.
& Professor Ordin. Collegii Theologici Ingolstadii hoc tempore Prodecanus.

INDEX CAPITUM

Libri Primi.

Libri secundi.

Libri tertii.

Libri quarti.

Libri quinti.

APO-

APOLOGIÆ PRO VITA IGNATII LOYOLÆ

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Quæ fuerit causa scribendi Miseno.

A CUm viri prudentis, imò hominis, sit, nihil temerè & sine ratione aggredi; prudenter admodum Misenus facit, quòd Lectori causam explicat, cur ad has in vitam Ignatii nostri notas scribendas accesserit. *Ante annos quatuor*, inquit, *cùm verba fierent de atrocissimo facinore, in ipsum Galliarum Regem admisso, ab adolescentulo quodam Gallo, Jesuiticæ scholæ discipulo, non potui non dubitare, quòd suspicarer, conflandæ invidiæ causa ejusmodi confingi in Sodalitium illud.* B Meritò dubitâsti, si dubitâsti, assensúmque cohibuisti, cùm quotidiana experientia discamus, famam non tam veri, quàm falsi esse nunciam; *Natura famæ omnibus nota est: Vestrum est*, inquit Tertullianus, alloquens Ethnicos; *Fama malum, quo non aliud velo-* C *cius ullum. Cur fama malum? Quia velox? quia index? an quia plurimùm mendax? quæ ne tum quidem, cùm aliquid veri adfert, sine mendacii vitiò est, detrahens, adjiciens, demutans de veritate*, ut proinde levi ingenio eum esse oporteat, qui quosvis rumusculos pronis auribus captat, & proniore adhuc animo approbat. Ignosces tamen, si, ùt tu de Gallicana illa fama dubitâsti, ita ego de dubitationis tuæ causâ dubitem. Ais, *te dubitâsse, quòd suspicareris, hæc confingi invidiæ so-* D *dalitiô huic conflandæ causâ.* Suspicor, te non causam, ùt causam assignâsse, Sophistarum more; nolo enim dicere, more mendacium: nôrunt omnes, quàm fecundos & faciles auditores habeant inter Calvinistas & Lutheranos omnes illæ fabellæ, quæ Jesuitas, Jesuitarúmque Ordinem traducunt, &, ut nullam penitus verisimilitudinis speciem habeant, verisimillimæ tamen, imò verissimæ vobis videntur vel hoc nomine, quòd ad infamiam Jesuitis, vestro judicio, conciliandam faciant. Dabis ergo veniam: si hoc

Tertull. Apolog. c. 8.

loco improbabilia & vestræ naturæ adversa E narranti, vel fidem derogem: vel inter utrumque compresso assensu, vel dissensu pendeam; præsertim cùm videam, te, te ipso teste, ita dubitâsse, ut ad dubitationem eximendam, non multis argumentis, sed eadem fama duntaxat iterata opus fuerit: *Vix*, inquis, *Museum ingressus fueram, cùm ex amicis quidam ad me venit cum chartulis nonnullis continentibus promulgationem sententiæ à supremo Regio judicio, quod Parisiis est, latæ, tum de Sicarii illius ultimo supplicio, tum de Jesuitis toto regno exterminandis, propter* F *gravissimas causas in acerrima accusatione, quæ addita erat, expressas.* Magnas certè gratias debes illi tuo amico, qui te ejuscemodi dubitatione liberavit, quæ fortassis te non minùs exercuisset, quàm Aristotelem exercuit dubitatio de reciprocis Euripi fluctibus; vel Homerum cura illa de grypho à piscatoribus proposito. An non Pythagoram imitatus Hecatomben immolâsti, ob tam abditam veritatem tam feliciter exploratam? Sed cedo Misene; an credis omnia, quæ G quoquo modo chartis illinuntur? An nulla figmenta & mendacia scriptis, vel jam prodita fuisse, vel in dies singulos prodi existimas? An pro certo veritatis argumento hanc collectionem habes? *Scriptum est, typò expressum: ergò verum est, ergo credendum sine ulteriore disquisitione.* Utinam id ita esset; quàm multa figmentorum millia, imò hæc tua in vitam P. Ignatii commenta, apud inferos, unde exiverunt, sepulta remansissent.

H Sed esto, te non esse deceptum, postquam decretum illud Curiæ Parisiensis legisti; illud ex te scire cupio, quænam sint illæ gravissimæ causæ in acerrima accusatione, quæ addita erat, expressæ? Si *Philippicam* Antonii Arnaldi intelligis, quasi decretum Parisiense mentionem ejus fecerit, & propter illam nos ejecerit, parùm bona fide agis: Non enim propter Arnaldi invectivam Parisiensis

A Curia nostros emigrare jussit; sed propter factum Schatelii: Provoco ad illud decretum; ne verbum quidem de Arnaldi criminationibus in eo reperies; notúmque est,
1594. Arnaldum in Julio in nostros debacchatum, tanquam calumniatorem repulsum, & à dementissima actione jussum desistere. Si per acerrimam accusationem non ipsum decretum Parisiense; sed Arnaldi invectivam, simul cum illo decreto ab hæreticis excusam significare velis; fateor, Invectivam illam Arnaldi esse acerrimam; non solidis & veris argumentis, sed mendaciis, calumniis & criminationibus; in quo uno acrimoniæ genere vos cumprimis excellitis. Sed de Arnaldi Philippica nunc non est dicendi locus:
B Et ut esset; actum agere nollem. Qualis sit Arnaldus cum sua declamatione, satis demonstravit jam dudum Franciscus Montanus, Gallicè editus Tolosæ, latinè Ingolstadii. Refuta, si potes, & tum demùm tuum Machiavellicum Arnaldum laudibus extolle. Fortassis per acerrimam accusationem ipsum *decretum Parisiense* indicare voluisti: At decretum & sententia judicis, etiam vehementissims & acerbissima, non est accusatio; nisi fortè apud te sententia lata & accusatio nihil differunt; Deinde, ut sententiam cum accusatione te confundere sinamus; Quænam, oro, est illa acerrima in illo decreto accusatio? Ait decretum: *Quendam ex Jesuitarum discipulis Regi necem machinatum esse.*
C Hæc accusatio, si accusatio est, quomodo magis ad nos pertineat, quàm ad te pertineret, si verè dicerem; quod fortassis verè diceretur, quendam ex Miseni discipulis ob latrocinia in rotam, vel ob furta in crucem actum esse; equidem non intelligo. Quòd si ulteriùs contenderem, te ob discipulum furem, latronem, incendiarium, aut sicarium, totius juventutis corruptorem, quietísque publicæ perturbatorem esse, tum tu verò grandem injuriam tibi fieri conquereris; professorem bonarum liberalium artium te esse dictitans, non magistrum improbitatis & scelerum. Patiaris ergo eadem nos uti defensione, qua tu, vel tua conscientia teste, utereris, si hujusmodi calumnia in te conjiceretur.

D Et quæ tandem tua impudentia est, tuíque similis Calvinistæ, qui Arnaldicæ invectivæ, in Germania excusæ, appendicem ad Principes Germaniæ appendit, hoc unico argumento de nobis quasi prostratis & devictis tropbæum erigere & triumphare velle? *Jesuitarum discipulus Regem occidere voluit: Jesuitæ igitur tanquam corruptores juventutis, perturbatores quietis publicæ, inimici Regis, ejúsque Imperii, ex Gallia ejiciendi sunt.* Bone DEUS, quis securus erit, & extra teli jactum, si hoc genus argumentandi semel introducatur in orbem? Iisdem enim verbis tibi respondebo, quibus olim alteri Calvinistæ ad omnia tibi gemello quidam respondit. Primùm enim quo jure Magistri & Doctores E luere coguntur malefacta suorum auditorum? Difficilem sanè sustinent provinciam, ne dicam omnino intolerandam, si crimina discipulorum in ipsos expetant. Deinde cur præceptores Jesuitæ soli in crimine? An non aliis præceptorihus usus est Schatelius proximè, antequam facinus aggrederetur, & quidem per semestre & amplius: quid, quæso, incommodi subiêrunt propter discipuli delictum? *Cursum Philosophicum*, inquiunt isti, *confecit in collegio Parisiensi.* At apud alios jurisprudentiæ studium jam inchoârat: & quid in hoc vel in illo piaculi? aut si quid in illo, cur non etiam in hoc? cùm æquè aliis Professoribus ac Jesuitis operam dederit? In cursu Philosophico nusquam doce- F tur, jus fásque esse trucidare Reges: multò minùs Reges Christianissimos: si Joannes Gueretus præceptor Schatelii alicubi in cursu hoc asseruisset, utique laqueum & rogum non effugisset, cùm Joannes Guinardus Professor Theologiæ sanguine suo quæstionem illam solvere debuerit: *Utrum privato liceat interficere tyrannum;* quam hactenus impunè Theologicæ & Juridicæ scholæ omnes, variis argumentis in utramque partem propositis, posuerunt & discusserunt, & in posterum quoque ponent & discutient sine cujusquam injuria, cùm quæstio versetur in thesi, non in hypothesi.

At prodiit Schatelius ex Jesuitarum discipli- G *na.* Quid tum postea? Dummodo facinus meditatum in Jesuitarum disciplina non didicerit, vel dicant isti, in qua schola, in qua parte Philosophiæ à suo Magistro audiérit, licere violentas manus afferre Galliarum Regi Christianissimo? Dum distinctè & partitè loca & nomina Professorum, qui isthæc tradiderint, non edunt, satis ostendunt isti, se veritati non lucem, sed mendacio & calumniæ latebram quærere. Prodiit Judas ex disciplina Christi; sed in disciplina Christi non didicit prodere Christum. Hæretici prodeunt ex disciplina Ecclesiæ; sed in disciplins Ecclesiæ impietatem & perfidiam non discunt. Ut igitur disciplina Christi scelerata non fuit H propter proditorem Judam; nec disciplina Ecclesiæ propter tot transfugas & desertores; ita nec disciplina Jesuitarum execranda & abominanda est, quòd unus disciplinæ illius alumnus extiterit, qui tam audax facinus tentârit. Nullúsne unquam latro, homicida, parricida, sicarius, Assasinus ex disciplina Academiæ Parisiensis prodiit; ex disciplina, inquam, illius scholæ, quæ tut millium juvenum ab aliquot annorum centuriis mater & instituttrix fuit? An non ipse Schatelius ex disciplina Parisiensis Academiæ extitit, eo ipso tempote, quo Regem designavit ad cædem? Num propterea disciplina & institutio Universitatis illius latrones, homicidas, parricidas, sicarios, Assasinos format & parit? Num propterea exterminantur & proscribun-

A ſcribuntur, & equuleis & cataſtis diſtenduntur & diſcruciantur Profeſſores, & horum talium Magiſtri? ne fando quidem tale quid antea ctis temporibus auditum eſt: Cur ergo ſolis Jeſuitis crimini datur, de quo alii ne appeliantur quidem? Quid enim ad profeſſorem publicum & Academicum, ſi diſcipulus ſceleratus aut in rotam, aut in rogum, aut in crucem agatur? Quos clamores ſuſtuliſſent hæretici Germani & alii, ſi aliquis ex Jeſuitarum Societate inſidias Regi ſtruxiſſet, cùm propter diſcipulum Jeſuitis adeò inſultent?

B Ob factum fratris Clementis pulſi non ſunt ex Gallia, Ordinis D. Dominici Patres, nec violatæ Majeſtatis rei proclamati. Si Jeſuitarum quiſpiam tale quid deſignâſſet, non ſibi tantùm, ſed univerſis, quotquot in Gallia degebant, periculum creâſſet. Certè adverſarii ſolo exilio contenti & ſatiati non fuiſſent. Cur igitur Jeſuitarum conditio deterior eſt ob diſcipuli culpam, quàm aliorum, ob factum non ab externo, ſed à domeſtico; non ab auditore, ſed ab ordinis conſorte ſuſceptum? Aut ſi jure omnes puniri neque poſſunt, neque debent unius ob noxam, ùt certè non poſſunt: cur Jeſuitis idem jus, majore jure non obtingat?

C *At Jeſuita conſcii fuerunt futuri facinoris*, inquit iſte hæreticus: *imò à confeſſario jaſſus eſt ſcelus hoc aggredi:* Sed mentiri more ſuo iſtum hæreticum, teſtatur inprimis ipſe Schatelius, qui ad extremum uſque ſpiritum, inter graviſſima tormenta, conſtantiſſimè ſemper confeſſus eſt, ſe à nemine ad hoc inductum, ſed ſponte ſua, nemine conſcio, ſolo Deo teſte, hoc conſilium ſuſcepiſſe, in qua confeſſione vitam quoque per acerbiſſima ſupplicia finiit: ùt quivis legere poterit in hiſtorica narratione, quæ hac de re Auguſtæ Vindelicorum Anno M.D.XCV. edita eſt, excerpta ex ſcriptis & ſermonibus eorum,
D qui hæc omnia coram ſpectârunt. Secundò, calumniam hanc & mendacium redarguunt ipſi quæſitores, & rerum capitalium vindices, qui præceptorem Schattelii, & Rectorem Pariſien. & alios liberos abire permiſerunt: quod certè non feciſſent, ſi vel leviter facti hujus Jeſuitæ fuiſſent conſcii, præſertim cùm Joannem Gueretum, Magiſtrum Schattelii, ita excarnificârint, ut ex tormentorum immanitate mortuo ſimilis videretur. Itaque non clementia Judicum, ſed innocentia eos abſolvit, & ex vinculis diriſque quæſtionibus eripuit. Tertiò, mendacium hoc refellit ipſum Senatuſconſultum ſeu *Arreſtum*, ſupremæ Curiæ contra Schattelium recitatum ab iſto hæretico: Ubi enim in eo arguuntur Jeſuitæ, tanquam conſcii vel auctores & ſuaſores facinoris? Quis verò credat, Judices in ſuo decreto non expreſſuros fuiſſe ſpeciatim, & quidem litteris majuſculis, ſi Jeſuitæ vel conſcii vel ſuaſores fuiſſent?

Nam quòd initio *Arreſti* dicitur, Schattelium E damnatum, auditis etiam interrogationibus & confeſſionibus Joannis Guereti, Præceptoris dicti Schattelii; id non obſtat: quia ex Guereto nihil aliud, quantumvis ſummis cruciatibus adhibitis, extundere potuerunt, quàm ſe fuiſſe in Philoſophia Magiſtrum Schattelii, & omnium illius machinationum penitùs ignarum; id quod verum erat: ſi quod volebant & quærebant, quæſitores exſculpſiſſent; Gueretus utique crudeliore ſupplicio, quàm Guinardus, vitam terminâſſet.

Hæc ille biennium abhinc, & eo ampliùs, F cuidam Calviniſtæ. Eadem tibi nunc dicta exiſtimes licet. Quòd autem ſub finem libri, irriſus cauſa ais, *te Chriſtianiſſimo Galliarum Regi ſupplicem libellum oblaturum, ut nos revocet;* agimus inprimis gratias pro benevolentia: Deinde, quò minùs tuo beneficio utamur, obſtat nominis tui obſcuritas. Quis enim tu; qui tanto Regi pro aliis ſupplices? Qui à Rege quopiam aliquid pro aliis in re gravi impetrare ſtudet, eum auctoritate cumprimis oportet eſſe conſpicuum. At tu, terræ filius, tam ignotus es, ut albus an ater ſis, vix familiaribus tuis conſtet: Verè *lithos*, hoc eſt, *lapis;* & Miſenus Æolides, non tam mente & ratione, quàm oris inconditi tuba pollens. Quid, quòd forte ſub iſto *Chriſtiano Simone Litho Miſeno:* tanquam ſub larva, alius alterius nominis latitat: Nihil aſſevero, quid ſuſpicer, memoro. Nam qui libro ſuo G nec nomen Civitatis, nec typographi, nec officinæ typographicæ adſcripſit, eum haud temerè credimus, ſuppoſititium itidem auctoris nomen præpoſuiſſe; tanta claritudine fulget ille, qui ſeſe per ſuas litteras, Societatem Jeſu in Galliam reductum jactat. Interim noveris, nos & reditum in Galliam, & exitum ex Gallia, Deo commendare, cui Societatem curæ cordique ſemper fore credimus; *qui cor Regis in ſua manu habet*, illúdque, cùm divinæ ſuæ majeſtati placuerit, ſine tuis litteris, ad id, quod è re Chriſtianiſſimi regni erit, inflectet. Si vitam Ignatii diſcendi & non calumniandi libidine evolviſſes, H cognoviſſes utique, Societati noſtræ perſecutiones neque novas, neque inſuetas eſſe; cognoviſſes & illud, eam, ùt & alios Catholicos Ordines, more nimirum Catholicæ Eccleſiæ, premi quidem hujusmodi exagitationibus, ſed non opprimi; probari, non peſſumdari; mergi, ſed non ſubmergi. Quod Tertullianus olim Ethnicis, id ego Calviniſtis & Lutheranis: *Cruciate, torquete, damnate, atterite nos: probatio eſt enim innocentiæ noſtræ, iniquitas veſtra; nec quidquam tamen proficit exquiſitior quæque crudelitas veſtra; illecebra eſt magis ſecta, plures efficimur, quoties metimur à vobis, ſemen eſt ſanguis* (& perſecutio) *Chriſtianorum; cùm damnamur à vobis* (Calvinianis & Lutheranis) *à Deo abſolvimur.* Et cum hoc finio negotium iſtud Gallicanum: quod niſi hic importunè ingeſſiſſes,

In appendice addita ad Apologiam Montani.

Tertul. Apolog. cap. 49.

 periculum-

periculum erat, ne nnn satis multas criminationes & calumnias afferres.

A Ais, *te facto illo Schattelii excitatum, ut accuratiùs cogitares de tota nostra Sodalitate; & diligentiùs inquireres in auctorem ordinis hujus novelli, qui à despicatissimo progressus initio eas vires adquisivit eundo, ut immensum auctus omnes propemodum totius orbis terrarum angulos compleverit:* Videlicet, ao animo excitatus es, ut inquirares in auctorem bujus Societatis, quo olim Celsus Epicureus Philosophus, & Porphyrius, & Julianus Apostata, ut inquirerent in Christum, Christianæ religionis auctorem: ùt enim isti vitam Christi, résque ab eo gestas tantùm consilio calumniandi & criminandi excusserunt, ita & tu vitam résque gestas Ignatii; & ùt illi ex Evangeliis tantum credebant, quantum volebant, éaque duntaxat excerpebant, quæ calumniis obnoxia videbantur, ita & tu agis, ut nec lac lacti sit tam simile, quàm tu tribus illis calumniatoribus; ùt in progressu bujus Apologetici operis sæpius demonstrabitur. B Quid quòd Celsus de initiis Christianorum loquens, iisdem fermè, quibus tu verbis, usus est. Vocavit enim *institutum è nullius momenti initiis coalitum:* Sed tamen, ùt olim Ethnicis hæc à tam exiguis initiis, in immensum Christianæ religionis multiplicatio, latentis divinitatis, cujus vi gubernabatur, argumentum esse poterat; ita & Miseno tam longè latéqua diffusa Societatis propagatio, altiores quosdam sensus ingenerare poterat; si non *Lithus*, vel *Lithinus* esset; nisi fortè putat, à tali & tanta propagatione, quantam ipse agnoscit, intra tam paucos annos, non satis perspicuè ostendi, rem aliquam à Deo esse, & à Deo C provabi; Atqui, ut concedam, non omnem multiplicationem indicem divini præsidii & approbationis esse; hanc tamen talem ac tantam, toto terrarum orbe diffusam, Ordinis, non ad blanditias voluptatum, ùt hæreses faciunt, sed ad virtutum disciplinam & severitatem invitantis & incitantis, quantumvis licèt gravissimis & potentissimis adversariis obsistentibus, millenísque nnn uniusmodi perruptis difficultatibus, pro argumento certissimo divini favoris babeo, & juxtà mecum habet, quicunque rem attentiùs considerat; agnoscit enim in germine D Ecclesiæ Catholicæ eundem propagationis modum, quem olim Ecclesia (quæ & ipsa non pro carne, sed adversùs carnem pugnat) in sua per omnes orbis terrarum fines diffusione tenuit, qui sanè modus nulli hæresi competit, quæ facilè augescit; tum quia pravis cupiditatibus non adversatur, tum quia ei proprium, non orbem terrarum, sed orbis terræ certas partes, & comparatione totius mundi quasi angulos, occupara, & in illis delitescere sensímque evanescere; Ecclesia ordinésque Ecclesiæ solem imitari, totum orbem lustrant & circumeunt, certísque terræ limitibus circumscribi nequeunt.

Orig. lib. 3. contra Celsum.

E Sed penitiùs introspicere libet, cur tandem iste à *despicatissimo initio* Societatem ortam dicat: Si convicium nobis hoc loquendi modo facere vis, ùt certè vis, poteris sanè, tanquam alter Celsus, convicium boc in totam Christianam religionem jacere, quæ revera *à despicatissimo principio* originem trabit. Quid despicabilius & contemptius cruce & crucifixo, quippe cùm illa, & bic, Judæis quidem sit *scandalum*, gentibus autem *stultitia?* Atqui in cruce & crucifixo Christiana religio ortum habet. Quid contemptius Apostolis, quos ipse Apostolus, *infirma & contemptibilia mundi* appellat. Atqui ab his tanquam à *fundamentis*, totius Christianismi ædificium exsurgit. F At fortasse peculiares causæ Miseno suppetunt, cur Societatem à *despicatissimo initio* exortam affirmet. Sed quæ illæ? An quia prodiit ab uno? Atqui & Religio Christiana unum Servatorem nostrum auctorem habet: tota bæc rerum moles & universitas unum conditorem agnoscit. Quid multa? Omnis numerus, omnísque multiplicatio ab uno procedit, nisi fortè unitas apud istum Misenum non sit *principium numeri.* An à despicatissimo initio Societas procedit; Quia caruit institutore nobili, copioso, opulento, & qui in aliquo pretio esset? Atqui si hæc causa despicatissimi ortus est; multò magis tribuetur Religioni Christianæ, quæ à Christo & Apostolis fundata & instituta. G Quisquis enim Christus fuerit à majoribus remotioribus; certè si proximos spectara velimus, inveniemus D. Virginem, veram Dei matrem, & Josephum putatitium patrem, hic fabrilem artem factitavit, & cum desponsata sibi conjuge vitam planè inopem duxit; ut ipsi etiam Judæi, & postea Celsus, Porphyrius, & Julianus, Christum, ludibrii gratia, *filium fabri* nominarent, & D. Virginem *puellam vix sua vicinia notam: exosam & ejectam à fabro lignario, fœminam paupertulam; operis manuariis victum parantem.* Apostolos præcipuos fuisse piscatores, nemo Christianus ignorat. Si igitur egestas & tenuitas fundatorum non redundat in Christianæ Religionis dedecus, sed potiùs in laudem & commendationem cedit, cur ignobilitas nostri Parentis in ordinem nostrum redundaret, & non potiùs laudis materiam præberet; quòd homo nullis vel generis vel fortunæ vel ingenii dotibus præ cæteris eximius, potuerit eum ordinem in mundum introducere, quem hæretici vel ideo potissimùm oderunt, quia nimis prudenter, & ad hæresin oppugnandam nimis sapienter institutum cernunt.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1. Ephes. 2.

Matth. 13. Orig. lib. 1. contra Celsum.

H Deinde memineris, Misene, quæ paulò infrà scribas: Ais, *te vera credere, quæ de familia & stirpe Ignatii Ribadeneira in primo capite tradit, exceptis pauculis*, de quibus

suo

A suo loco. Fateris ergo, fuisse Ignatium nobilem, & ex Hispaniæ Dynastis. Fateris, fuisse sagi togæque artibus clarum; fateris, manu & consilio fuisse promptum; Qui ergo à *despicatissimo initio* Societas hæc exiitit? Sed mittamus generis claritudinem. Fuerit *despicatissimum* Societatis *initium*; An nescis ex despicatissimis initiis maxima quæque nasci? Ex tenui fonte oriuntur ingentia flumina; ex grano sinapis omnium minimo existit ingens arbor, ita, ut & *volucres cœli* in ea nidos suos constituant. An non, ipso Domino docente, Regnum cœlorum, hoc est, *Ecclesia* ad grani hujus similitudinem accedit? An tenuitas ortus quidquam de magnitudine & præstantia Ecclesiæ detrahit? Fuerit granum Sinapis nostri Ordinis principium, quid tum? Ut de Angelorum corporúmque cœlestium excellentia nihil decerpit, quòd ex principio despicatissimo, nempe *ex nihilo*, quo nihil ignobilius, condita sunt; ita de Religionis præstantia, auctoris ignobilitas nihil imminuit, sed potentiam & majestatem Dei potiùs ob oculos ponit. Elegant Tertullianus: *Ejus est nihilum ipsum, cujus & totum.*

Marci 4. Lucæ 13.

Tertull. Apolog. cap. 48.

B Ais, *te olim quasi per nebulam audisse de nescio quo Hispano milite, unde Societas ista primordium suum duceret.* Rectè addis, *per nebulam*; Quia quidquid de nostra Societate, rebúsque nostris auditis vel scribitis, id non nisi per nebulam mendaciorum & calumniarum audiris vel scribitis, additis, demitis, fingitis, refingitis, arbitratu vestro, & quidquid capitale odium suggerit, id creditis, & ut alii vobiscum credant, elaboratis. Mirum verò, te, ùt & alios tui similes, Ignatio semper objectare *militiam*; ánne ignominiosum est esse militem: an non militaris ars tam ingenua & liberalis est, ut ne ipsos quidem Imperatores, Reges & Principes dedeceat? Quid

C autem dedeceat? imò adeò deceat, ut vel in prima Principis laude numerari soleat rei militaris peritia. Dic, Misene, utrum honestius est, esse *piscatorem*, an *militem*. Publicanum, an militem, persecutorem Ecclesiæ, an militem? Atqui Petrus Apostolus piscator fuit; Ignatius miles: Matthæus Publicanus fuit, Ignatius miles: Paulus persecutor Ecclesiæ fuit, Ignatius miles: non dico hæc, quòd Ignatium vel comparem, vel præferam Apostolis; sed ut ostendam, te injuria Ignatio militiam objicere, quasi ex militia illa cruenta Martis, arma sua quis transferre nequeat ad militiam spiritualem; aut si Ignatio militiam pergis obtrudere, obtrude etiam Petro artem piscatoriam; telonium, Matthæo; persecutionem Paulo.

D Addis, *desiderium tuum cognoscendi auctorem Jesuitarum, tum demùm expletum esse, cùm in librum de vita & moribus Ignatii à Petro Ribadeneira scriptum, & Ingolstadii editum incidisti.* Poterat certè Auctor iste desiderium tuum explere, sitímque restinguere, tam copiosè vitam Ignatii litteris consignavit. Sed exitus docet, te non tam discendi, quàm criminandi sitim ad libri hujus lectionem attulisse, præsertim cùm ejus perlegendi aptius tempus non repereris, quàm *Bacchanalia*, ùt ais. Parùm cautè Bacchanalium mentionem fecisti: Cùm enim extra Bacchanalia parùm sapias, cerebrúmque potiùs *in calcaneo*, quàm *in capite* feras, ægrè profectò nobis persuademus, te eo, quo par erat, judicio, volumen hoc evolvisse in Bacchanalibus, quo tempore apud te tuósque fratres, Orgiis Bacchi impeditos, major solito, recti & integri judicii inopia esse solet. Deinde minùs jam miramur, tuum notarum fœtum tam informem, fœdum & inconditum in lucis oras exiisse, quippe conceptum sub infelici Bacchi sidere. Minùs denique miramur, tantum furoris, vesaniæ & insaniæ, in tuis notis

E

F passim apparere: Afflatæ sunt enim & instinctæ à Baccho, furoris præside; cujus rei testimonium en vel ipsa, quæ proximè subjungis, verba. *Non solùm*, inquis, *mendaciorum vanitas mihi risum; sed etiam impudentia assertionis indignationem, superstitionis cæcitas commiserationem movit.* Mutuatus videris hæc verba à Celso Epicureo, qui cùm Evangelia, résque à Christo gestas perlegisset, tuo more, in *Bacchanalibus* (ita loquor; Quia quid aliud est Epicurei vita, quàm perpetuum Bacchanal) simile quiddam effutiit, ùt auctor est Origenes; Cur verò tibi mendacia vel vera, vel quæ vera credis, risum movent? Bonis viris peccata non movent risum; sed dolorem & gemitum. Atqui mendacia

G esse peccata, non inficiabitur, opinor, Calvinistica Schola. Et quænam sunt illa mendacia, quæ tibi tam suaviter ridendi materiam præbuerunt? Videlicet quidquid in libro Ribadeneiræ ad tuum gustum non facit, id, tuo judicio, mendacium est: sed nôsse debes, mendacium non fieri ab opinione legentis vel audientis, sed a mente & proposito scribentis vel loquentis; nisi fortè suspicio & opinio tua tam efficax est, ut, velut Circe quædam, quidquid tangit, ex vero in falsum transformet. Quocirca quidquid tu opineris, quidquid suspiceris, nunquam efficies, ut verum desinat esse verum: alioquin veritas omnis non modò ab hac Ribadeneiræ historia, sed & ab omnibus illis monumentis, quæ Divorum vitas continent, jam dudum recessisset, pulsa opinionibus vestris, quibus solemne, lucem, tenebras; & tenebras, lucem reputare, & quidquid non lubet credere, mendaciis annumerare, ea solùm de causa; quia non lubet credere.

H Idem tibi de impudentia & superstitione responsum esto, utramque non rebus ipsis, sed vestris persuasionibus æstimatis, ut proinde vobis impudentem & superstitiosum esse oporteat omnem illum, cui vestræ sectæ placita non arrident. Sed de his suo loco, cùm planum faciemus, quinam sit mendacior & impudentior, Tu, an Ribadeneira:

Nam

A Nam ut quæram, quis sit superstitiosior, tu, an Ribadeneira, non est, quòd exspectes; Quia ab illo superstitionem excludit summa religio, à te summa impietas, omnis religionis expers. Nullus Epicureus superstitiosus est. Ais, *te nonnulla in vitam Ignatii annotare voluisse: tum ne videreris obiter tantum perlegisse libellum istum, tum ut ea eum adolescentibus, præsertim Germaniæ, communicares.* Non nego, satis bonum specimen tuæ diligentiæ edidisti: Sed quam laudem meretur diligentia posita in solis calumniis excogitandis, qualis est tua ista, quam nobis hic prædicas. Itaque non video, quas tibi grates persoluturi sint, sive juvenes, sive senes, qui hæc tua legent.

B Quid enim emolumenti capient, si, te Doctore, mentiri, conviciari & saluberrima quæque dicta, facta & instituta criminari, & Lucianico ritu irridere discant; nisi quòd desperandum non est, multos itidem repertum iri, quibus hæc tua petulantia, & quidvis effutiendi tam projecta libido, incitamento sit ad contraria studia, ad veritatis, modestiæ & candoris Christiani amorem.

C Hactenus de scriptionis tuæ consilio; proximè jam notationes tuas examinare volebam; sed alia, vel invito, materia tractanda est, quando tu aliam immisces. Ais enim: *antequam ad notationes illas perveniamus, pauca præmittenda sunt de ordinibus illis Monasticis, quo primùm tempore, & à quibus, & quibus de causis putentur instituti:* Si præteriisses hanc disputationem, ignoravissemus, magno sanè dispendio, te bonas horas legendis Peuceri commentis & Polydori Vergilii seu Pseudopolydori, à tui similibus suppositi, inventis, malè consumpsisse. Si verè de his scribere institueras; non isti nudius tertius nati; sed veterum Patrum libri tibi pervolutandi erant; qui longè meliùs religiosorum Ordinum primordia te docuissent, quàm Peucerus, capitalis omnium religiosorum Ordinum hostis, & Polydorus seu Pseudopolydorus maledicentia in Monachos non ignotus.

CAPUT II.

Refellitur ignorantia Miseni circa Religiosorum Ordinum ortum.

D A *Vero*, inquis, *non multum aberraverit, qui putet, introductos Ordines Religiosos partim Judaica Essæorum, partim Ethnica Philosophorum, quos spontè bonis cessisse legimus, κακοζηλίᾳ, cum neutris studio virtutis, tolerantia paupertatis, observatione castitatis cedere vellent, imo ab utrisque vinci turpe ducerent.* Qui non multum a vero aberrat; is tamen aberrat. Si ergo ille, qui eadem, qua tu, de Religiosorum Ordinum initiis opinione imbutus est, à vero non multum aberrat; aberrat tamen; si aberrat: ergo falsa persuasione tenetur, & si, quod persuasum habet, scripto vel voce proferat, non nisi falsitatem & errorem proferet.

E Deinde quid si demonstrem, Ordines religiosos non à Jessæis (seu Essæis, seu Essenis, tot enim nomina habent) vel ab Ethnicis Philosophis originem ducere; an non fateberis magno errore labi, quisquis ad hos fontes religiosa instituta tecum revocare volet? Dicis, *Christianos, infelici Judæorum Jessæorum æmulatione, hos ordines excogitâsse.* Nego, quod tu sine probatione cum tuis Centuriatoribus, & Polydoro sumis, Jessæos fuisse Judæos; si non fuerunt Judæi, falsum est ergo, Christianos in introducendis religiosis Ordinibus Judæos imitatos esse, etiamsi Jessæos imitati fuissent. Non fuisse Judæos, sed Christianos, probo inprimis auctoritate S. Epiphanii, cujus testimonium si tu contemnas, levius non efficies, sed gravius.

Cent. 1. lib. 1. cap. 5. Cent. 1. lib. 2. cap. 2. Polyd. lib. 7. cap. 7.

Epiphan. hæres. 29.

F Ita ergo ille: *Omnes Christiani Nazaræi similiter vocabantur; Contigit autem, ut modico tempore appellati sint Jessæi, priusquam Antiochia initium sumerent, discipuli ut appellarentur Christiani. Vocabantur autem Jessæi propter Jesse, opinor, quandoquidem David ex Jesse, ex David autem per successionem semiun Maria, ita impleta divina scriptura in veteri testamento, dicente Domino ad David: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Et post pluscula in eandem sententiam, addit S. Epiphanius: *Veruntamen quando ad locum deveni, ut dicerem, ob quam causam Jessæi appellabantur, priusquam vocarentur Christiani, qui in Christum crediderunt, ea de causa diximus, quòd Jesse Pater fuit David.*

G *Et sive ex Jesse, sive ex nomine JEsu Domini nostri appellati sunt Jessæi, propterea quòd ex JEsu procederent, cùm discipuli ejus essent, aut propter nominis Domini Etymologiam; nihilominus hoc nomen habuerunt, priusquam ipsi Christiani vocarentur. Ab Antiochia autem, velut suprà meminimus, & sicut veritatis ratio habet, discipuli & universa Ecclesia Dei Christiani vocari cœperunt. Reperies autem etiam hoc argumentum in commentariis Philonis, in libro de Jessæis ab ipso inscripto. Qui horum conversationem & laudes horum exequens, & Monasteria eorum in vicinia circa Mariam paludem recensens: non de aliis quibusdam narravit, quàm de Christianis. Hic enim cùm esset in regione (Mareotin locum appellant) & deductus esset ab ipsis ad Monasteria ejus loci, magnam*

H *utilitatem assecutus est. In diebus enim Paschatis illic versatus, & vitam ipsorum vidit, & quomodo quidam per sanctam Paschatis hebdomadem omni esu dilato degebant, alii verò interpositis duobus diebus edebant, alii etiam in vesperam. Fuerunt autem hæc omnia à viro peracta ad tractationem argumenti de fide & conversatione Christianorum. Tunc igitur vocabantur Jessæi per modicum tempus post assumptionem Salvatoris, & Marco in Ægyptiorum regione Evangelium prædicante.* Hæc S. Epiphanius, ex cujus verbis habes, non modò illos ex Christianis, qui sanctiorem, & ab hominum societate remotiorem vitam agebant,

Jessæ-

Jessæos appellatos esse; sed omnes communiter Christianos.

A Quod etiam S. Hierooymus docet, dum de Philone ista: *Philo Judæus Alexandrinus de genere Sacerdotum, idcirco à nobis inter scriptores Ecclesiasticos ponitur, quia librum de prima Marci Evangelistæ apud Alexandriam scribens Ecclesia, in nostrorum laude versatus est, non solùm eos ibi, sed in multis quoque provinciis esse commemorans, & habitacula eorum dicens Monasteria. Ex quo apparet, talem primùm Christo credentium fuisse Ecclesiam, quales nunc Monachi esse nituntur & cupiunt, ut nihil cujusquam proprium sit, nullus inter eos dives, nullus pauper, patrimonia egentibus dividantur, orationi vacetur & Psalmis, doctrinæ quoque & continentiæ, quales & Lucas refert primùm Hierosolymis fuisse credentes* Hæc S. Hieronymus, quem similiter vides Jessæos, seu Essæos noo ioter Judæos, sed inter Christianos posuisse.

Hieron. in Philone.

B Duobus prædictis testem addo antiquiorem Eusebium, quem & tu hìc adducis, sed ex Polydoro, ut in ore trium testium stet omnis hæc de Jessæis assertio. Eusebius ergo post nonoulla de Philone commemorata, ista subdit. *Jam verò cùm eorum vivendi rationem, qui apud nos* ἀσκηταὶ, id est, *Monachi, religiosique, virtutis studio & exercitationi maximè dediti, appellati sunt; quàm accuratissimè percenseat Philo, cumque eos viros, qui ejus ætate tam piam, tàmque Apostolicam vitam agerent, quique ab Hebræis, ut videtur, originem ducerent, & propterea permulta veterum instituta, propiùs ad Judæorum consuetudinem accedentia observarent, divina laude & prædicatione efferat; satis constare poterit, illum eandem non oculis vidisse solùm, sed sententia &*

Euseb lib. 2. Hist. Eccles. cap. 16.

C *opinione vehementer approbâsse.* Hactenus Eusebius: cujus judicio sub Essæorum nomine, Philo Christianos Monachos descripsit: Non fuère igitur Judæi, ùt tu hallucinaris, cum tuo Polydoro, sed Christiani; quamvis multi eorum à Judaicis sacris ad Christiana sese transtulissent. Ejusdem sententiæ fuit Sozomeous, Cedrenus, Nicephorus, Beda, alii. Idem liquet ex ipsis verbis Philonis, qui Essæorum sæpius meminit, quin & iisdem proprium librum dicavit, librum videlicet *de vita nostrorum;* ùt inquit S. Hieronymus, id est, *de Apostolicis viris, quem & inscripsit,* περὶ βίου θεωρητικοῦ ἱκετῶν, *quod nimirum cælestia semper contemplentur, & semper Deum*

Sozom. lib. 1. cap. 12. Cedr. compend. Hist. Niceph. lib. 2. cap. 15. Beda præfat. in Marcum.

D *orent;* additque, duo eorum fuisse genera; & alterum in vita activa; alterum in contemplativa sese exercuisse. *Nec deest,* inquit, *Palæstina, Syriaque hoc genus hominum, qui cum naturali philosophia moralem conjungunt, honestatis, probitatisque amorem totâ vita præ se ferendo; in his quidam nominantur Jessæi, circiter quatuor millia, pietatis ergà Deum argumenta præ se ferunt plurima, castitatem in tota vita perpetuam servant, &c. pecunias, honores, voluptates contemnunt fortiter, &c. mira dictu æquabilitas, omnium rerum societas, &c. patent eorum collegia hominibus etiam advenis idem institutum servantibus: omnibus unum est promptuarium, unde vestitus & mensa communis sumitur, &c. Quidquid lucrantur è quotidianis operis mercedibus, non sibi quisque servat, sed in medium conferens cuique volenti, potestatem fruendi faciunt, &c. Tales virtutis athletas reddit Philosophia absque omnibus curiosis & ambitiosis Græcorum vocabulis.*

Philo lib. Quod omnis probus sit liber.

E

F De aliis alio in libro hæc Philo. *Huic vitæ instituto, qui se addicunt, seu ex more, aut rogati id faciunt, sed amore correpti rerum cælestium & quasi furore divino perciti præ immortalis beatæque vitæ cupidine, quasi jam hac mortali defuncti, facultates suas relinquunt. Singuli habent sacras ædiculas, quæ Semnea vocant sive monasteria, ubi solitarii, sanctæ vitæ mysteriis dant operam, &c.*

Philo lib. de vita contempl.

G De Jessæorum conviviis hæc habet: *Ubi convenère, læti cum summa gravitate ad signum datum à quopiam Ephemereuta (sic hujusmodi ministros nominant) priusquam discumbant, stantes una serie decentes, sublatisque ad cælum manibus & oculis precantur, ut Deo placeat id convivium, absolutis precibus seniores discumbunt. Vinum per illos dies non præbetur, sed aqua limpidissima, ceteris frigida, calida verò his, qui inter Seniores tractantur delicatius, mensa pura est à cruentis dapibus: pro cibo panis apponitur: Sal pro obsonio, pro condimento hyssopus in delicatorum gratiam. Cœnam sequitur sacrum pervigilium his ritibus. Ubi omnes consurrexère, duo chori fiunt in medio, &c. cantant hymnos in laudem Dei, &c. nunc ore uno, nunc alternis, non sine decoris & religiosis gestibus atque accentibus, modò stantes, modò prorsum retrorsùmve gradum moventes, utcunque res postulat, &c. Postquam uterque chorus seorsim explevit se his delitiis, velut amore divino ebrii, unum chorum faciunt promiscuum, &c.*

H *concentu suavissimo, verèque musico, &c. Itaque producta usque ad auroram hac comessatione honestissima, neque gravati crapula, neque nutantes, sed excitatiores, quàm cùm venirent ad convivium, verso ad auroram vultu, totóque corpore, quàm primum solem orientem aspiciunt, felicem perspicacémque diem sibi comprecantur, atque ita precationibus absolutis ad suum quisque Semneum succedit, & ad negociationem culturámque consuetæ philosophiæ.* Hæc de Jessæis Philo, & plurima alia, ex cujus verbis convincam, fuisse Christianos descripros. I. Cùm ait, Jessæos conversos ad Orientem orâsse; Demonstratio est fuisse Christianos. Nam Judæi Hierosolymis cooversi ad Occidentem orabant, teste S. Hieronymo, & patet ex templi situ, quem describit Aristeas. Si verò alibi erant, conversi ad Hierosolymam & situm templi orabant, ùt ibidem testatur Aristeas, & sic etiam Daniel oravit. Et apud Ezechielem vitio datur illis viginti quinque viris,

Hier. in 8. cap. Ezech. Arist. lib. de 72. Interp. Daniel. 6. Ezech. 8. S. Epiphan. hær. 19.

A viris, *qui dorsa habebant contra templum Domini, & facies ad orientem, & adorabant ad ortum solis.* Elxai hæreticus, Trajani temporibus, persuadere voluit Christianis, ut ad Hierosolymitani templi situm conversi, ubicunque essent, orarent, more Judæorum. Christiani verò ab Apostolis docti ad Orientem respicientes orabant, quia Christus facie in Occidentem versa fuit crucifixus, eóque *nomine adoramus*, inquit S. Damascenus, *ad orientem versi*, quasi Christum obtueremur in cruce pendentem. Et hinc fluxit ille mos, qui & hodie servatur, ut altaria solemnium templorum Orientem spectent. II. Agapas Christianorum examussim describit Philo. III. Pervigilia item Christianorum, quibus solemne fuit olim noctes, quas festum, maximè eam, quam Dominica dies excepit, pervigiles in Ecclesia ducere, unde & hodie nomen vigiliæ in Ecclesiis, de quo more Tertullianus, Hieronymus, alii, ut taceam, Philonem non quævis pervigilia descripsisse videri, sed Monachorum; quibus semper in more, vel totam vel potissimam noctis partem divinis laudibus decantandis insumere.

Damasc. lib. 4. c. 13. Vide lib. 1. de S. Cruce, cap. 25. Clemens Alex. lib. 2. pædagog. cap. 4. Tertull. Apol. c. 39.

Tertul. lib. 2. ad uxor. Hier. cont. Vigilant.

B IV. Observa, Essæos tam viros, quàm fœminas perpetuò castitatem coluisse; & si matrimonio priùs juncti fuissent, ab omni ejus usu abstinuisse; item nullas victimas immolâsse. Neutrum certè ex Judaica consuetudine; quia apud illam gentem rara virginitas, frequentissima apud Christianos, & inter Ascetas & Ascetrias, seu ùt Philo vocat, Therapeutas, & Therapeutidas, etiam votiva, & Religionis Sacramento firmata. Porrò victimæ ab ipsa lege imperatæ erant; Quomodo igitur contra expressum legis in-

C terdictum nullas hostias immolâssent? V. Dicit Philo, fuisse dictos *Sanctos* & *Fratres*. At hæc duo nomina olim propria Christianorum; Ethnici ob hoc infamabant Christianos, quasi fratris nomen ex Platonis Republica sumpsissent, de quo turpi fratrum nomine, & contra quam calumniam Clemens Alexan. & Lactant. Unde etiam Tertullianus. *Quòd fratres nos vocamus, infamant nos Ethnici, &c.* Ubi copiosè reddit rationem hujus nominis, sicut & Athenagoras, Justinus, Minutius. Porrò *Sanctos* fuisse olim appellatos, communi nomine omnes Christianos, notissimum est vel ex eo, quòd S. Paulus ad Romanos ita scribit: *Omnibus, qui sunt Romæ, vocatis Sanctis.* Imò Philo in Græcorum Ethnicorum scriptis doctissimus, sciens à Græcis omnes Sacerdotes, *Hosios*, id est, *Sanctos*, appellari, inflexit nomen Essæi ad Græcum etymon, vocans Essæos, quasi

Clem. lib. 5. Stromat. Lactan. lib. 5. cap. 21. Tertull. Apolog. c. 39. Athenag. orat. pro Christ. Justin. orat. ad Ant. Pium. Minut. in Octav. Roman. 1. Plutarch de defectu Oracul.

D Hosios. VI. Dicit Philo, Jessæos nec blanditiis delinitos, nec honoribus invitatos, nec minis aut periculis territos potuisse à tyrannis eò adigi, ut propositum desererent, & aliquid contra jus fásque admitterent, concluditque his verbis: *Nemo vel è crudelibus illis, vel ex alteris fucatis ac subdolis valuit cœtus Jessæorum in culpam inducere: Sed omnes* E *discesserunt, victi virtute horum virorum, laudantes eos, ùt liberos cives, prædicantes eorum sodalitia, societatémque inenarrabilem, in qua exemplum felicis, & perfectæ vitæ videre liceat.* Hæc Philo, quibus verbis describit Christianos Martyres. VII. Ait, Jessæos in multis orbis regionibus, meritò, tanquam absolutæ probitatis sectatores, receptos à Græcis & barbaris. Hæc de Judæis ne per somnium quidem fingi posse, ut vera fuerint tempore Philonis, patet legenti Judæorum legationem ad Cajum Imp. quam ipse Philo obivit, qui testatur, ita miserè imminutos ubique, ut dici nequeat; exosi enim toti orbi tum erant, ut tum vulgò *fætentes* appellarentur, & ita illos Marcus Imp. vocavit, teste Marcellino. Imò postea nec advenarum jure Hierosolymæ eversæ rudera vestigio salutare poterant, ùt inquit Tertullianus, quod eleganter S. Hieronymus & fusè explicat. *Usque* F *in præsentem diem*, inquit S. Hieron. in 1. cap. Sophon. *excepto planctu prohibentur ingredi Hierusalem, & ut ruinam suæ iis flere liceat civitatis, pretio redimunt: ut, qui quondam emerant sanguinem Christi, emant lachrymas suas, & ne fletus quidem eis gratuitus sit. Videas in die, quo capta est à Romanis & diruta Hierusalem, venire populum lugubrem: confluere decrepitas mulierculas, & senes pannis annisque obsitos, & in corporibus, & in habitu suo iram Domini demonstrantes. Congregatur turba miserorum, plangere ruinas templi sui, &c. Adhuc fletus in genis, & livida brachia, & sparsi crines, & ecce miles mercedem postulat, ut illis flere plus liceat.*

Marcel. lib. 2.

G Occurres fortè, Plinium & Solinum Essæos appellare Judæos. At scire debes; solemne fuisse Ethnicis, ut Christianos *Judæorum* nomine appellarent. Extant Juliani Imp. blasphemiæ in Christum apud Cyrillum Alexandrinum. In his Christiani vix semel atque iterum *Christiani*, sed semper Judæi vel Galilæi appellantur, & inter alia sic ait Impiissimus Imperator: *Quis non odio habeat Judæos hos, qui spretis Diis Deabúsque omnium gentium ad mortuum Judæum transeunt.* Per *mortuum Judæum* blasphemè Christum intelligit. Flavius Clemens & Flavia Domitilla uxor ejus, propinqua Domitiani Imperatoris, Christiani fuerunt; Dio tamen Judæo- H rum nomine afficit: *Multi*, inquit Dio, *qui in mores Judæorum transierant, damnati sunt, quorum pars occisa est, pars spoliata facultatibus: Domitilla in Pandatariam relegata.* Forsan te decepit, quòd etiam Philo Essæos vocat *Judæos*. At nec hoc sententiæ veræ officit: fecit enim id multas justásque ob causas. Primò, cùm Philo Alexandriæ in patria, & alibi in Ægypto tam laudatam vitam Jessæorum vidisset, quos converterat S. Marcus discipulus S. Petri, cum quo Romæ quoque Philo familiariter collocutus fuerat, teste Eusebio & Hieronymo, vocavit eos Judæos, quòd

Plin. lib. 5. cap. 17. Solin. c. 36.

Dio in Domitiano.

Euseb. lib. 2. cap. 15. Hieron. in Philone.

A quòd à Judæis hominibus essent conversi, & Christum in Judæa natum, passúmque colerent. II. Sciebat Philo, à Græcis omnibúsque Ethnicis Judæos vocari: quare ipse quoque iis libris, quos ad Græcos græcè scripsit, Jessæos Christianos voluit vocare in laudem gentis suæ Judæos. III. Quia illi ipsi Christiani in Judæa adbuc, etiam Apostolis permittentibus, in multis judaizabant, teste S. Luca in Actis cap. 21. Ubi S. Jacobus ita S. Paulum alloquitur. *Vides frater, quot millia sunt in Judæis, qui crediderunt, & omnes æmulatores sunt legis.* Hanc causam ultimam tangit S. Hieronymus his verbis: *Philo disertissimus Judæorum videns Alexandriæ primam Christianorum Ecclesiam adhuc Judaizantem, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conversatione scripsit: & quomodo Lucas narrat Hierosolymæ credentes omnia habuisse communia. Sic ille, quod Alexandriæ sub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit.* Quocirca nihil etiam mirum, quòd Philo asserat, Essæos septimum diem præ cæteris habuisse festum: id enim licebat & fiebat, donec synagoga cum honore sepeliretur.

Hieron. in Marco.

B Sed hic fortassis te defendes auctoritate Josephi, qui Essenos Judæis annumerat. Addes & Suidam, qui ex stirpe Rechabitarum prognatos arbitratur. Possum, quod ad Josephum attinet, respondere, quod multi non improbabiliter respondent; alios esse Josephi Essenos, alios Philonis, cui responso probabilitatem non deesse, facilè cognoscet, quisquis Josephi verba cum verbis Philonis

Joseph. lib. 18. Antiq. cap. 2. & lib. 2. Bell. c. 7.

C conferre volet. Sed quia S. Hieronymus & Eusebius, & alii, Philonis & Josephi Essenos seu Essæos eosdem fuisse sentiunt, responderi potest secundò; Josephum Christianis non satis æquum, id, quod Christianorum erat, parùm bona fide transtulisse ad Judæos, ídque nec tempore nec loco opportuno, utpotè sub Herode majore, eísque errores quosdam affinxisse, ùt Judæum, non satis omnia Christianorum mysteria assecutum. Si enim hæc professio Essenorum apud Judæos ante Christum tam celebris erat, quî fit, quòd nulla ejus mentio in Evangeliis, vel in Actis & scriptis Apostolicis, quæ alias Judæorum sectas, illa ætate notas, silentio non

Hier. lib. 2. cont. Jovi. Euseb. l. 8. de præpar. cap. 5.

D præteriêrunt? Cur tam altum de illa silentium apud Josephum calumnias Apionis refellentem, & undequaque arma contra petulantem adversarium accersentem; præsertim, cùm tam grave, tam sanctum Essenorum institutum vel solum, Apionis criminationes dissipare potuerit? nam quòd Plinius antiquissimos facit, id neminem movere debet; quia non nescitur, qua fide Ethnici scriptores res Judaicas & Christianas tractârint. Nec valet illa responsio; Essæos non in urbibus, sed in solitudine versatos esse, ac proinde non habuisse cum Christo & discipulis agendi occasionem, eáque de causa nullam illorum mentionem in sacris literis

E fieri; nam nec Christus; nec discipuli in urbibus tantùm versati sunt, sed & extra urbes, & in solitudine. Tertiò, ut maximè verum esset, Essæos Christo antiquiores fuisse, attamen ad Christum postea conversos esse, necessariò affirmare cogimur, si vera sunt, quæ Philo de Essæis narrat; cùm Judæis Judaicísque institutis nullo pacto competere possint, sed Christianis.

F Quod verò de Rechabitis additur, id facilè refellitur; Rechabitæ enim, ùt sacræ literæ tradunt, ab omni agrorum cultura abstinebant, contenti iis, quæ terra inarata & inculta ferebat: At Essæi serebant & metebant, ùt Philo docet. Testatur item S. Hieronymus Rechabitas, temporibus Sedechiæ, cùm Chaldæi Hierosolymam obsiderent, coactos fuisse urbem ingredi, & à cœpta vivendi norma desistere, nec ulla deinceps illorum in divina Scriptura mentio habetur. Fuerunt ergo Essæi Christiani, Et si posteriores Monachi & Religiosi Essæos imitati sunt; non Judæos, sed Christianos imitati sunt, & tam hi, quàm illi Apostolos, duces & quasi religiosæ vitæ antecessores habuerunt, & adhuc habent. Nam Apostolorum exemplo cœpisse religiones, restantut veterum non pauci; ùt Eusebius, Hieronymus, Augustinus, Possidius, Isidorus & Cassianus, cujus hæc verba: *Cœnobitarum disciplina à tempore prædicationis Apostolicæ, sumpsit exordium.* Nec immeritò dixeris primos Christianæ Religionis Religiosos fuisse Apostolos. Quòd enim vitam Religiosam instituerint, ubi omnia essent communia, planum fit ex Actuum Apostolicorum historia. Quòd autem ea vivendi ratio non fuerit omnibus Christianis communis sed illis tantùm, quibus major perfectio in votis erat; id ex eadem historia liquet, ubi cùm Ananias fraudâsset de pretio

Philo. lib. quod probus sit lib. Hier. epist. 13.

Euseb. l. 2. Hist. c. 16. Hier. in Philone. Aug. serm. 9. de vita com. Cler. Posthd. in vita S. Augusti. Isid. lib. 2. de off. c. 15. Cass. colla. 18. c. 5. Act. 5. Aug. l. 17. de civ. c. 4.

G agri, & decipere voluisset Apostolos, audivit à S. Petro: *Nónne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate?* Quòd Apostoli etiam voto se ad eam perfectionem obligârint, docet S. Augustinus. Habes igitur, quorumnam vestigiis Monachi & Religiosi Christiani insistant. Quare si neque multum, neque non multum à vero aberrare velis, Polydorum tuum deseres, præsertim quod ad Philosophos Ethnicos attinet; Nam hos Monachos & Religiosos fuisse, nemini unquam, cui mens mota loco non esset, in mentem venit.

H At pauperes erant, opibus & fortunis sese abdicabant, & observatione castitatis, vitæque asperitate aliquando egregiè excellebant: Tantùm hinc colliges, Philosophos istos non fuisse Lutheranos aut Calvinistas; non autem, fuisse Monachos aut Monachorum Patres: plus enim ad Monachum requiritur. Quòd si posteriores religiosi, professione durioris vitæ, per malam æmulationem Judæos & Ethnicos Philosophos perperam imitati sunt, ùt tu dicis; non video, quomodo in idem crimen cacoze-

A cacozeliæ oon inciderint Apoſtoli, & primi Chriſtiani, qui ſtudio virtutis, tolerantia paupertatis, & obſervatione caſtitatis, nec Judæis, nec Philoſophis cedebant, imò ab utriſque vinci turpe ducebant. Sed animadverto, hæreticorum proprium eſſe, veteres calumnias repetendo facere novas. Quod olim Ethnici de tota Chriſtiana religione, hoc vos hodie de vita religioſa & Monaſtica. *Chriſtiana Profeſſio*, ajebant criminatores priſci, *non utique divinum negotium eſt; ſed Philoſophiæ genus: Eadem & Philoſophi monent, & profitentur innocentiam, juſtitiam, patientiam, ſobrietatem.* B Eadem vos de Monachis: Sed quod illis reſpondit Tertullianus, hoc & vos à me accipite: *Mimicè Philoſophi affectant veritatem, & affectando corrumpunt, ùt qui gloriam captant; Chriſtiani* (& Chriſtianorum Religioſi) *eam neceſſariò appetunt, & integrè præſtant, ùt qui ſaluti ſuæ curant. Adeò neque de conſcientia, neque de diſciplina, ùt putatis, æquamur. Quid adeò ſimile, Philoſophus & Chriſtianus* (Religioſus) *Græciæ diſcipulus & cæli, famæ negotiator & vitæ: verborum & factorum operator: rerum ædificator & deſtructor, amicus & inimicus erroris; veritatis interpolator & integrator; furator ejus & cuſtos.*

Tertull. Apolog. c. 46.

C Verumenimverò faciamus, quod tu fingis, verum eſſe, Monachos & Religioſos Chriſtianos imitatos eſſe Judæos & Philoſophos virtutis ſtudio, & perfectioris vitæ deſiderio; Ao ooo virtus amanda eſt in quocunque demùm inſit? Si amanda, ergo & imitanda; ùt enim ſolis radius non deſinit eſſe puriſſimi aſtri, ut ita dicam, propago & germen; licèt locum cœno oblitum attingat; ita virtus ſplendorem ſuum oon amittit, licèt in obſcuro Judæi aut Ethnici pectoris latibulo luceat. An Cacozeliam & pravum imitandi ſtudium objicies ei, qui fidem Abrahæ & manſuetudinem Davidis imitabitur: quia uterque Judæus fuit. An patientiam improbabis io eo, qui patiendo ſeſe ad patientiſſimi illius Jobi exemplum componet? Imitationis cauſa mittit nos ſapientiſſimus Rex ad formicam: Servator noſter ad volucres cœli, & lilia agri, ut ab illis diligentiam, ab his ſuperfluæ ſolicitudinis neglectum diſcamus. Cur ſi ad bruta & ſenſus expertia exemplaria meritò oos conformamus, melioréſque eorum imitatione efficimur; non item meliores efficeremur imitatione illarum virtutum, quæ in vivis & ſpirantibus exemplaribus relucent.

Proverb. 6. Matth. 6. Luc. 12.

D Sed ad te Miſene redeo: qui poſtquam pleraque Eſſæorum inſtituta & facta ex Euſebio recitâſti; hæc ex tuo Virgilio adjungis: *Si quispiam ex noſtris Monachis, qui regifico menſarum apparatu vivunt, qui voluptates peritè libare nôrunt, qui honores naviter ambiunt, qui pecuniæ ſtudium immodicum habent, hoc aliquando legerit, nónne eos pudebit, quòd Juſtitia ſua non modò plus, quàm Eſſæorum non abundet, ſed longè magis flaceſcat, & langueat.* E *Verba*, inquis, *Catholici hæc ſunt, non hæretici.* Quis Polydorus iſte, ſeu potiùs is, qui Polydorum depravavit, fuerit, Deus novit; hoc novi, Monachis & Religioſis Ordinibus non valde æquum fuiſſe; quo minùs mirum, ſi à conviciis in Ordines religioſos ſibi non temperârit. Quòd ſi ipſe Catholicus fuit, ùt tu dicis; utique te, vel tuo teſtimonio, oportet eſſe hæreticum, quia non es, quod Polydorus tuo judicio fuit: Addo & hoc; ſi qui tales ſunt, quales Polydorus deſcribit, verbo Monachos eſſe, non re: ſicut verbo Chriſtiani ſunt, qui Chriſti nomine inſigniti, vitam à Chriſti legibus abhorrentem ducunt. Præclarè Tertullianus: *Dicet aliquis, etiam de noſtris excedere quoſdam à regula diſciplinæ, deſinunt tum Chriſtiani haberi penes nos.* Idem per me accommodare tibi licet ad Monachos. F Cùm Celſus Epicureus quorundam hæreticorum ſcelera Chriſtianis objeciſſet, Reſpondit Origenes; *Crimen hoc non eſt Evangelii, ſed eorum, qui id auſi ſunt depravare temerè: Et quemadmodum nihil ad Philoſophiam crimen Sophiſtarum, Epicureorum, Peripateticorum aut quorumcunque falſa dogmata profitentium, ita in verum Chriſtianiſmum non cadit crimen depravantis Evangelia.* G Transfer hæc Origenis verba à doctrina ad mores, à tota Chriſtiana profeſſione ad profeſſionem religioſam & monaſticam, reſponſúmque ad tuam tuíque Vergilii calumniam non deſiderabis. Interim noveris, non modò plurimos in religioſis ordinibus degere, qui Eſſæos ab Epiphanio, Hieronymo, Euſebio, & ante hos omnes à Philone tantis laudibus prædicatos, ſtrenuè imiteotur, ſed & ad eos proximè accedant; ut noo dubitem, Philonem Judæum, ſi reviviſceret, hos, quos vos Calviniani & Lutherani conviciis proſcinditis, æquè illuſtribus præconiis proſecuturum, ac priſcos illos virtutis ſectatores Eſſæos.

Tertul. Apolog. c. 46.

Orig. lib. 2. cont. Celſ.

H Addis, *veriſimile eſt Eſſæorum imitatores extitiſſe Ægyptios Paulum Thebanum & Antonium, & in Syria Hilarionem.* Libenter tibi aſſentior, ſi, quod jam probavi, Eſſæos fatearis fuiſſe Chriſtianos. Solent enim poſteriores Chriſtiani priorum imitatores eſſe; & utrique Chriſti, dum agunt, quod vel Chriſtus egit, vel agendum præcepit aut ſuaſit. *Vixit*, inquis, *Antonius in ſolitudine Thebaica, ſanctitate adeò celebris, ut Helena Conſtantini mater ſe & filium per litteras illi commendârit.* Gaudeo, te Antonii ſanctitatem non modò agnoſcere; ſed & publico teſtimonio celebrare. Sed cur nullus Calviniſtarum aut Lutheranorum in tam ſancti viri veſtigiis veſtigia ſua ponit? Cur nemo ex grege veſtro ſolitudinem petit, procul negotiis conſortióque mortalium? Cum Tertulliano dicam: *Laudatis antiquitatem, & novè de die vivitis.* Laudatis Antonium, de cujus fide nec volam nec veſtigium, nec guttam, nec micam habetis, *per quod oſtenditur*, quod idem Tertullianus

Tertull. Apolog. c.

A lianus ait; *dum à bonis majorum institutis decedit is, ea vos retinere & custodire, quæ non debuistis, cùm quæ debuistis, non custodistis.* An fortè Calvinianum aut Lutheranum Antonium fuisse censes? Ipse Calvinianus aut Lutheranus sim, si Antonius Calvinianus aut Lutheranus.

B *Exemplum Antonii secutus est*, inquis, *Basilius, doctrina & pietate excellens.* Hic etiam laudatis veteres, sed vestris utimini annis. Basilius Monachus fuit, cur ergo Monasticen, ùt infructuosam & impiam, exterminandam esse clamatis, quæ Basilium, virum, vestro judicio, pietate & doctrina præstantem ad duplex hoc decus cultura sua formavit? Basilius Monachus sanctitate & eruditione floruit: mirum ergo, neminem ex Calvinistis, ab ortu Calviniani Evangelii, extitisse, qui Basilium sibi imitandum proponeret, & cum Basilio Monasticam vitam amplecteretur. *Ubi religio?* Loquar enim & hic cum Tertulliano: *Ubi veneratio majoribus debita à vobis? habitu, victu, instructu, sensu, ipso denique sermone proavis renunciâstis.* *Basilius*, inquis, *primus omnium votis illis tribus paupertatis, castitatis, obedientiæ Monachos obligavit.*

C Falsum est. Monachos & Religiosos mundus habuit, & coluit aliquot seculis ante Basilium; ùt supra ostendimus. Verè enim Chrysostomus: *Apostoli hujus philosophiæ* (vitæ religiosæ) *documenta dederunt.* Atqui nullus verè & propriè religiosus est sine voto paupertatis, castitatis & obedientiæ. Oportet igitur, ut ante Basilii ætatem tria hæc Deo per voti obligationem à Religiosis fuerint oblata. Deinde, licèt S. Basilius his votis Monachos primus obligâsset; cur non potiùs sequimini Basilium his tribus vinculis Deo homines obligantem, quàm Lutherum eosdem iisdem vinculis exsolvere conantem? cùm prior ille, tua itidem sententia, pietate & doctrina unicè claruerit; quod encomium Luthero non tribues: aut si tribues, verè non tribues. Ais, *de his votis breviter aliquid addendum est, quòd Jesuitica secta iisdem teneatur.* Audiamus ergo, quid ex commentariis recentium Jovinianorum & Vigilantiorum sis allaturus.

S. Chrysostom. lib. 3. contra vitup. vitæ Monast. Vide Gregor. de Valent. tom. 3. d. 10. q. 4. p. 2.

CAPUT III.

De Voto Castitatis.

D VOtum, inquis, *castitatis seu virginitatis ex præcepto concipi non potest; sed ex consilio.* Rectè omnino. Perge, qua cœpisti via; nec te abripi sine à recto tramite: *At hic*, inquis, *magna cautione opus: in vovendo inquam.* Neque hoc malè. Nemo enim in votis concipiendis, Deóque nuncupandis temeritatem probat. Sed jam paulatim in Jovinianum, ùt ille in Euphorbum, transformaris. Addis; *consultum non erit, ut, si per unum atque alterum annum continentiæ periculum factum sit, perpetuæ castitatis votum inde extruatur.* E Metuebas, opinor, ne Jovem Gamelium aut Genethlium violares, si hoc consultum esse scripsisses: Atqui, meo judicio, consultum est, ut quis Paulo similis fiat. Nihil enim inconsultum voluit, cùm hæc verba protulit: *Volo autem omnes homines esse, sicut meipsum. Quia utique ipse ab omni concubitu continebat*, inquit S. Augustinus. *Beatus qui Pauli similis erit*, ait S. Hieronymus: *Felix, qui audit Apostolum, volentem, non ignoscentem. Hoc, inquit, volo, hoc desidero, ut imitatores mei sitis, sicut & ego Christi; ille virgo de virgine, de incorrupta incorruptus; nos quia homines sumus, & nativitatem Salvatoris non possumus imitari, imitemur saltem conversationem. Illud divinitatis est, & beatitudinis, hoc humanæ conditionis est & laboris. Volo omnes homines similes mei esse, ut, dum mei similes sunt, similes fiant & Christi, cujus ego similis sum.* Hæc S. Hieronymus.

1. Cor. 7.

S. August. lib. de gratia & lib. arb. cap. 4. S. Hieron. lib. 1. cont. Jovin.

F Aliud ergo tu vis, aliud Apostolus: quod tu inconsultum arbitraris, id arbitratur ille omnibus consultum, testibus S. Augustino & S. Hieronymo. Dices fortassis, Apostolum voto castitatis non fuisse obstrictum; sed dices tantùm, non probabis; Quia omni probatione destitueris. Patres tradunt, Apostolos primos fuisse apud Christianos Religiosos; si hoc: ergo & votis fuerunt obstricti, sine quibus nullus verè & propriè Religiosus. De voto paupertatis suprà testem laudavi S. Augustinum: cujus hæc verba: *Dixerant potentes illi* (Apostoli) *ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te; Hoc votum potentissimi voverant.* Quod attinet ad votum castitatis, commendat Christus: *Eunuchos, qui se castraverunt propter regnum cælorum*, hoc est, eos, qui sibi ex privata lege, G seu ex voto continentiæ castitatem indixerunt: hinc ait S. Fulgentius, *Illos, qui corde suo continentiam Deo vovent*, sese castrare propter regnum Dei. Inter hos etiam fuisse Apostolos, testatur inprimis S. Epiphanius: *Quinam*, inquit, *hi fuerunt, qui se castraverunt propter regnum cælorum, quàm generosi Apostoli ac monasticam vitam degentes, & deinceps virgines?* Secundò votum castitatis habuisse Apostolos, asserit S. August. verbis paulò antè citatis: *Hoc votum*, inquit, *potentissimi voverant.* Quodnam votum? dimittere H omnia, inter quæ non modò agri & domus, & aliæ opes; sed & uxores vel jam olim ductæ, vel ducendæ: nam inter res relictas ab Apostolis, & relinquendas ab aliis numerat Dominus etiam uxores; *hoc votum dimittendi tam opes, quàm uxores, potentissimi voverant.* Votum obedientiæ satis colligitur ex illis itidem verbis: *Et secuti sumus te. Hoc votum potentissimi voverant*, inquit S. August. Quod? *Et secuti sumus te*; seu perfectam sequelam Christi, quæ nihil aliud est, quàm obedientia. Habes ergo, Misene, Apostolos

S. August. lib. 17. de civit. Dei, cap. 4.

Matth. 19.

Fulgent. lib. de fide ad Petrum cap. 3.

S. Epiph. hær. 58.

A vocis obligatos fuisse ex sententia SS. Patrum; Sed ne inconsulto tibi excidisse videatur, cùm ais, consultum oon esse vovere; causam hanc reddis; *quòd multos noveris, qui castè vixerint: nec tamen perpetua castitatis votum edere vel voluerint, vel ausi fuerint:* Bene feceruot, quòd castè vixerunt; sed meliùs fecissent, si castitatem voto firmâssent, præsertim in Religiooe. *Sed id*, inquis, *non fecerunt, ne sibi ad remedium, quod Dominus omnibus paratum esse voluit, aditum præcluderent, si fortè aliquas libidinis flammas sensissent:* Fallis nos. Vera causa est; Quia Calvinistæ aut Lutherani erant, quibus non modò vovere, B sed & vovisse ludus est & jocus. Et quodnam est illud remedium omnibus paratum? Matrimonium, dicis. Non nego, conjugium remedium esse libidini restinguendæ: & omoibus quidem concessum, quibus voti religio non obstat. At his, qui sese Deo coosecrârunt, voto castitatis ouncupato, Apostolus, S. August. in Psal. 75. interprete S. August. matrimonium illicitum, & perpetuæ damnationis causam esse pronuociat. *Nescio qua castimonialis nubere voluit*, ioquit S. August. *Quid voluit? Quod & virgo qualibet. Quid voluit? Quod & mater ipsius. Aliquid mali voluit? mali planè. Quare? jam voverat Domino DEO suo.* 1. Cor. 7. *Quid enim dixit de talibus Apostolus Paulus, cùm dicat, viduas adolescentulas nubere, si ve-* 1. Tim. 5. *lint? Sed tamen ait quodam loco: Beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum consilium: ostendit beatiorem si sic permanserit, non tamen damnandam, si nubere voluerit. Quid autem ait, de quibusdam, quæ voverunt, & non reddiderunt? habentes, inquit, damnationem,* C *quia primam fidem irritam fecerunt. Quid est, peimam fidem irritam fecerunt? Voverunt & non reddiderunt.* Ita August. Transfer, Misene, hæc S. Apostoli & Augustini verba à fœdifraga fœmina ad virum votifragum: est enim utriusque eadem ratio & conditio. Sed quia fortè transferre noles, audi eun-S. August. in Psal. 83. dem August. idem asserentem de viro: *Alius ex munere Dei majus aliquid vovit; statuit nec nuptias pati, qui non damnaretur, si duxisset uxorem; post votum, quod Deo promisit, si duxerit, damnabitur, cùm hoc faciat, quod ille, qui non promiserat, tamen ille non damnatur. Quare? nisi quia ipse respexit retrò.*

D Sed hic objicies illud apud veteres & novos hæreticos, omnium vocibus decanta-1. Cor. 7. tum: *Qui se non continent, nubant: Melius* S. Ambr. ad virg. lapsam cap. 5. *est nubere, quàm uri.* Respondet S. Ambrosius: *Hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad nondum velatam, cæterùm, quæ se spopondit Christo, & sanctum velamen accepit, jam nupsit, jam immortali juncta est viro. Etiamsi voluerit nubere, communi lege connubii, adulterium perpe-*S. Aug. lib. de adulte. in conjug. cap. 15. *trat, ancilla mortis efficitur.* Et S. Augustinus; *illis, qui se non continent, utique expedit nubere, & quod licet, expedit, quæ autem voverint continentiam, nec licet, nec expedit.* Ergo, inquies, istis nullum comprimendæ cupiditatis remedium suppetet? Imò verò non E unum: attamen nec Lutheranum, nec Calviniânum: Sed Apostolicum; istud videlicet: 1. Cor. 9. *Castigo corpus meum:* Et illud, quod nobis idem Apostolus præscribit; qui cùm 2. Cor. 12. ab *Angelo Satanæ colaphizaretur, ter Dominum rogavit*, ut abs se recederet, cui Dominus respondit: *Sufficit tibi gratia mea.* Idoneum igitur huic morbo medicamentum est oratio cum gratia Dei, quæ nemini deest; ùt & illud S. Hilarioois suprà à te laudari, sanctísque Antonio & Paulo eremitis annumerati, de quo hæc S. Hieronymus: S. Hieron. vit. Hilarionis. *Titillabat* (Diabolus) *sensus ejus, & pubescenti corpori solita voluptatum incendia suggerebat. Cogebatur tirunculus Christi cogitare, quod nesciebat, & ejus rei animo pompam volvere, cuius experimenta non noverat. Iratus itaque sibi & pectus pugnis* F *verberans, quasi cogitationes cæde manus posset excludere: ego, inquit, aselle, faciam, ut non calcitres, nec te hordeo alam, sed paleis: fame te conficiam & siti, gravi onerabo pondere, per æstus indagabo & frigora, ut cibum potiùs, quàm lasciviam cogites.* Similibus pharmacis alii hunc morbum depulerunt, & depellendum esse verbo & exemplo suaserunt omnibus illis, quos jam voti religio obstrictos tenebat: non autem conjugio. *Non suasit hoc Apostolus*, inquit S. Hieronymus; *non electionis vas: Virgilianum consilium est: conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.*

G Sed priora illa medicamenta nimis aspera sunt *nuptiatoribus* nostris, ùt à S. Hieron. appellantur, *qui*, ùt idem Hieronymus loqui-S. Hier. lib. 1. contra Jovin. tur, *non habent Regem nisi Cæsarem*, id est, *vitia sequuntur, non virtutes; Epicurum, non Christum: Jovinianum, non Apostolum Paulum.* Subjungit. *Quod Jesuitæ ajunt, continentiam cuique volenti & petenti dari, id pro axiomate Ecclesiastico nequaquam admittitur*, nimirum à Calvinistis non admittitur, at certè ab omnibus illis admittitur, qui illud Christi ùt verum admittunt. *Petite & dabitur vobis.* Luc. 11. Et illud: *Petite & accipietis:* Joan. 16. Et illud Apostoli de Deo: *qui dat omnibus affluenter.* Jacobi 1. At, inquies, *non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.* Ita est: *quibus autem non est datum; aut nolunt*, inquit S. Augustinus, S. August. de gratia & lib. arb. cap. 4. *aut non implent, quod volunt; quibus autem datum est, sic volunt, ut impleant, quod volunt. Itaque, ut hoc verbum, quod non ab omnibus capitur, ab aliquibus capiatur, & Dei donum est, & liberum arbitrium.* H *Elige*, inquit Tertullianus, Tertull. lib. de Monogam. *quod bonum est, si non potes, est, quia non vis; posse enim, si velis, ostendit, quia tuo arbitrio utrumque reliquit.* Et Hieronymus; Hier. in cap. 19. Matth. *His datum est, qui petierunt, qui voluerunt, qui, ut acciperent, laboraverunt, omni enim petenti dabitur, & quærens inveniet, & pulsanti aperietur.*

Maris & fœmina conjunctio, inquis, *tantum abest, ut legi Dei adversetur, ut etiam à Deo ipso & instituta & præcepta sit.* Matrimonium

A um institutum fuisse à Deo, nemo inficiatur, ùt & illud, præceptum esse; at non singulis, sed generatim toti hominum societati: multò minùs illis, qui jam, sanctioris vitæ desiderio, voluptatibus omnibus sese sponte per votum abdicârunt; aut si omnibus nuptiæ præceptæ sunt; cur tui illi præstantes viri, qui à primis pubertatis annis, ad senectutem usque, castissimè vixerunt, & adhuc vivunt, hanc legem à Deo latam violant? Cur à nuptiis abstineot non absque prævaricatione divini mandati? *Qui uri se sentiunt, à Paulo,* inquis, *discant, quid sibi faciendum sit.* Utinam id à Paulo, non à Calvino & Luthero discerent: non ad nuptias volitarent, sed ad preces, ad corporis castigationem, ad jejunia, cilicia & flagella sese reciperent. *At periculosa est lucta carnis & spiritus.* Sed fidelis 1. Cor. 10. itidem Deus, qui neminem patitur tentari supra id, quod potest, sed *facit cum tentatio-* B *ne proventum.* Periculnsa lucta, sed gloriosa victoria, *quæ*, ut Tertulliani verbis utar, Tertull. Apolog. cap. 50. *habet & gloriam placendi Deo, & prædam vivendi in æternum.* Tendit in ardua virtus, præsertim castitas. Memineris triti illius: Difficilia, quæ pulchra. At Misenus oblitus moniti illius: Lucæ 6. *nolite judicare, & non judicabimini,* etiam conscientias nostras temerè judicat, quas tamen perspectas non habet: neque enim aut Deus, aut Confessarius noster est. *Bonis,* inquit, *Jesuitis interdum humanitus aliquid accidere, ex ipsorum confessionibus, si cui* C *audire liceat, fortasse intelligi possit.* Testatur Suet. Ner. cap. 31. Suetonius, Neronem Imperatorem existimâsse, neminem posse esse pudicum, neminem castum; quia ipse impudicissimus & libidinosissimus omnes ex suo ingenio æstimabat. Neronem imitantur hæretici, qui de omnibus hac in re malè suspicantur. Quo ipso ostendunt, *quàm sanctè ipsi vivant*, ut de horum similibus suspicatoribus verissimè S. Hieron. contra Vigilant. scripsit S. Hieronymus. Sed bene habet: Ego cum eodem Hieronymo elata voce cla- Hier. lib. 2. contra Jovinian. mo: *Nos carpe, hæretice, disjice nos, objice crimina, quæ volueris, argue luxuriæ & delitiarum, magis nos amabis, si tales fuerimus. Erimus enim de armento tuo.*

D *Axiomati Jesuitico,* inquis, *apertè respondsat filius Dei, cùm ait: Non omnes capiunt verbum istud, sed ii, quibus datum est; qui potest capere, capiat:* Dictum hoc Domini non contra nos, sed pro nobis facere, jam suprà audivimus ex Hieronymo & Augustino, quibus Naz. orat. 31. nunc addo Gregorium Nazianzenum, cujus hæc verba: *cùm audis; Quibus datum est, adde, datum esse iis, qui volunt & assentiuntur.* Malè ergo tu *datum* hoc, seu *donum extraordinarium* appellas: Extraordinarium non est, quod omnibus volentibus & petentibus quotidie donatur: quamquam fateor, donum hoc apud vos planè extraordinarium esse, apud quos nihil aut ordinatum aut ordinarium reperitur. Malè & illud: *donum hoc liberrima Dei voluntate dispensari:* Si velis donum hoc dari, aut non dari, nulla voluntatis nostræ habita ratione; nam cui non datur; ideò non datur, quia non vult: & cui datur, ideo datur, quia vult, quamvis ipsa etiam voluntas castè vivendi donum sit, sed tamen omnibus parabile. E *Utique dares continentiam* (inquit S. Augustinus Deum alloquens) *si gemitu interno pulsarem aures tuas, & fide solida in te jactarem curam meam.* August. lib. 6. confess. cap. 11.

F Mirabile est, quod sequitur Ais, *Ne fides quidem omnibus datur, nedum castitas:* Si fides non datur alicui volenti & petenti: Ergo falsum est, Deum lucem illam veram & inaccessam, *illuminare omnem hominem venientem in hunc mundum*, utique volentem; Si Joan. 1. fides alicui volenti denegatur à Deo, ùt tu asseris, quo jure imputat Deus tali homini infidelitatem ad culpam? an tu vitio verteres alicui ignorantiam; Si nullo studio, nulla industria & opera scientiam sibi comparare posset? An tu tali ignnrantiæ pœnas, & quidem æternas decerneres? Si fides non datur omnibus: ergo non dantur à Deo omnibus omnia necessaria ad salutem, nisi fortè apud vos Calvinistas fides non sit ad salutem necessaria.

G Sed jam definis nobis virginitatem, valde scilicet accommodatè Dialecticorum præceptionibus. *Vera virginitas*, inquis, *non est ea, qua corpus solum à scortationis impuritate immune est, sed qua mens etiam ita impolluta servatur, ut flammis illicitis nunquam exardescat.* Paucis verbis, non pauca vitia. Nam primùm, virginitas non modò est immunitas & *ἀπειρία*, & ut ita dicam, *inexperientia* fornicationis, sed cujuscunque alterius actus venerei voluntarii seu liciti seu illiciti. Deinde ad virginitatis integritatem non pertinet, ut mens nullis illicitis flammis inardescat: id enim in hoc mortali statu nulli conceditur, sed ut ad ardores illos nullus voluntatis consensus accedat, cum firmo proposito conservandi illibatam corporis puritatem & integritatem, vel semper continuato, vel si interruptum sit, denuò instaurato. H Hanc virginitatem, quòd Jesuitis *non invides*, sed potiùs gratularis, est, quòd grates tibi agant. Mallent tamen te tuósque tanti boni etiam participes esse, nullo suo damno, magno tuo, tuorúmque emolumento: Bonum enim virtutis, diffusione non imminuitur, sed crescit: Rogas Jesuitas, *ne castitatis Deo per votum consecratæ singularem aliquam prærogativam esse statuant, Chrysostomum reveriti, qui, utere,* inquit, *cum moderatione nuptiis, & primus eris in regno, & bonis frueris omnibus.* Quid? an tu nos Joviniani, damnati jam olim ab omnibus orthodoxis hæretici, discipulos fieri cupis? *Iste enim virginitatem sanctimonialium,* verba sunt Augustini, *& continentiam sexus virilis in sanctis eligentibus cælibem vitam, conjugiorum castorum atque fidelium meritis adequabat.* Aug lib. de Hæres. cap. 82. *Cui monstro,* ait alibi D. Au-

gusti-

A gustinus, *sanctæ Ecclesiæ fidelissimè & fortissimè restitit.* Abi igitur cum tuo postulato, nunquam impetrabis à Jesuitis, ut votivam castitatem & nuptias æquent, ne monstra fiant. Nam si gravissimo Augustini judicio, Jovinianus monstrum est, quia ita sensit, necesse est, ut & tu & tui similes ejusdem Augustini judicio, monstra sitis. Quia ejusdem ac Jovinianus Hæreseos estis. Chrysostomi locum si notâsses, dubitare non cogerer de tua fide; Ex antecedentibus vel consequentibus vel utrísque simul, vel ex scopo disputationis Chrysostomi demonstrâssem, Chrysostomum nihil minùs velle, quàm nuptias castitati vel pares esse, vel præstare. Nunc nolo laborare in hoc dicto interpretando, quamvis possem, ne fortè tuum mendacium, non dictum S. Chrysostomi interpretari coner.

S. Aug. lib. 2. Retract. cap. 22.

B Quomodo enim hoc voluisset, qui integro libro virginitatis supra matrimonium, præstantiam decantavit? qui tribus libris de vita Monastica adversus ejus vituperatores; nihil aliud totis eloquentiæ viribus, egit, quàm ut ad decus & palmam castitatis quàm plurimos evocaret, qui in suis commentariis in Matthæum, & in epistolas sancti Pauli, toties luculentissimè virginitatis & castitatis præconia commemorat. Dicis: *Virginitatem non tantopere extollendam censemus, ut in illa sitam salutem ac beatitudinem contendamus, quam nequeant habere ii, qui in conjugio degunt.*

C Quis Catholicorum docet, castos beatitudinem consecuturos, quam conjuges non possint adipisci? Una est vita æterna, una beatitudo omnibus proposita, tam virginibus & cœlibem vitam professis, quàm conjugibus & viduis: Sed hæc beatitudo gradus habet; &, ùt Christus appellat, varias *mansiones*, quæ ad felicissimam illam vitam evectis, assignantur secundùm fructum, quem hîc tulerunt, vel *tricesimum*, vel *sexagesimum*, vel *centesimum*. Porro num verum sit, quod sequitur, prudentis lectoris arbitrio permittam. Ais, *voto castitatis obstringi posse aliquos, unico dicto Paulino probant, quod extat 1. Tim. 5. Adolescentiores viduas devita, cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* At id non ita esse, testabitur vel unus ex nostris scriptoribus Bellarminus, qui votum hoc ex pluribus sacrarum litterarum locis rectè contra hæreticorum levitatem astruit.

Joan. 14.

Matth. 13.

Bell. lib. 2. de Monac. cap. 22. 23.

D *Primam fidem*, inquis, *plerique ex nostris eam interpretantur, quæ in Baptismo data sit: Pontificii votum castitatis esse asserunt:* Multum debeo tibi ob hæc paucula verba, mecúmque debent omnes Pontificii. *Pontificii*, inquis, *votum castitatis esse asserunt.* Pontificii ergo sunt ducenti illi & tredecim Patres Concilii Carthaginensis quarti; inter quos & Augustinus: Pontificius erit ipse August. in aliis scriptis extra hoc Concilium. Pontificius erit Hieronymus & Basilius, & alii plurimi, qui hunc locum in hunc sensum interpretantur; ùt intelliges, si loca à me notata ipse digneris inspicere, sepositis nonnihil Institutionibus Calvini aut Locis Philippi.

Conc. Carthag. 4. can. 104. Aug. lib. de virg. c. 23. & lib. de bono viduit. cap. 8. & 9. Hier. lib. 1. cont. Jovin. Basil. lib. de virginit.

E Tuorum interpretationem non refello; tum quia jam refellit Bellarminus, tum quia tu ipse, doctior tuis magistris, eam non probas: novam ergo affers, eámque ineptiarum plenam; *Viduæ illæ*, inquis, *non voverant Deo castitatem, sed presbyterio promiserant, fide data, se perpetuo viduas mansuras, & pauperibus ministraturas. Hanc fidem non raro fallebant, & ad novas nuptias respectabant, cujus levitatis graves pœnas dabant damnatæ ab omnibus.* Egregia profectò loci Apostolici expositio, cui præter veritatem nihil deesse video: nam quòd nova sit & antiquitati ignota, id tibi laudi, non vitio dandum arbitraberis. Affirmat Apostolus, tales *viduas habere damnationem*; & *converti retro post Satanam.*

Bell. lib. 2. de Monac. cap. 24.

F At hoc non est infamem apud homines fieri, aut in omnium factum nostrum improbantium & reprehendentium ora incurrere; alioqui eidem locutioni apud eundem Apostolum idem sensus subjectus erit: ùt, cùm ait de impiis quibusdam calumniatoribus suis: *Quorum damnatio manifesta est*, & alibi. *Qui autem resistunt Dei ordinationi, ipsi sibi damnationem adquirunt.* Si in his locis damnationis vocabulum accipitur pro pœna coram Deo; non coram hominibus, cur in supradicto loco eodem sensu non acciperetur vox eadem tam græca, quàm latina, præsertim cùm paulò pòst sui ipsius explanator sit Apostolus, quo sensu pronunciârit tales viduas damnationem habere, cùm dixit: *eas converti retro post Satanam.* Quid enim hoc aliud est, quàm, relicto Christo, suam operam Diabolo addicere, eúmque ùt ducem sequi, & quod hinc est consequens, pœnis æterni supplicii obnoxium reddi?

Rom. 3.
Rom. 13.

G Sed tu ad extremum inauditam tuam interpretationem gravissimo scilicet argumento confirmas: *propter conjugii repetitionem*, inquis, *pro condemnatis habitas fuisse, ne Apostolus quidem mihi persuaserit, nisi a se ipse dissentire velit.* Ergo si Apostolus à se dissentiat, sibique contradicat, tum demum fidem apud te merebitur? Nollem tibi excidisse hæc verba, ferrei & inflexibilis tui cerebri perspicua argumenta: Quis tecum de continentiæ voto disseret, si tam pervicax & cerebrosus es, ut ne ab Apostolo quidem persuaderi velis; nisi Apostolus velit, quod tu velis.

H Par esse videbatur, ut tu te Apostolo, non Apostolus tibi sese conformaret. Ais, *Jesuitas non debere adeò effusè gloriari castitate; cùm etiam Idololatræ abstineant à certis cibis & rebus venereis:* Idque probas testimonio Clementis Alexandrini. Cùm olim Jovinianus castitatem oppugnaret, præter cætera argumenta, etiam isto est usus, teste S. Hieronymo; quòd *nunquam hoc genus* (cœlibem vitam ducentium) *in seculo sit probatum:*

Hier. lib. 1. contra Jovinian.

A *batum: & novum dogma contra naturam religio Christiana prodiderit.* Hac calumnia excitatus Hieronymus, contexuit ex omni antiquitatis memoria longissimum catalogum, tam mulierum, quàm virorum, qui in tantis illis ethnicæ superstitionis tenebris cœlibem vitam vel coluerint; vel summis laudibus celebrârint. At bodierni hæretici contraria via incedunt, ut castitatis decus eleveut, & extenuent. Jovinianus ita argumentabatur. Nulli ex Ethnicis hoc vivendi institutum amplexi sunt: ergo repudiandum est, tanquam id, quod à oatura prorsus abborreat. At isti ita ratiocinantur. Ethnici itidem castè vixeruot: nihil ergo præ cæteris eximium præstant Christiani, cùm vitam nupriarum expertem ducunt. Nutavi suprà veterem hanc B Ethnicorum calumniam. Addo nunc, perinde esse, quasi ita argumentarentur, constantiæ Christianorum Martyrum & tolerantiæ deprimendæ gratia. *Mutius dextram suam in ara reliquit. Empedocles totum se Catanensium Ætneis incendiis donavit. Regulus, ne unus pro multis hostibus viveret, toto corpore cruces patitur; Anaxarchus cùm in exitium ptissanæ pilo contanderetur, tunde, tunde, ajebat, Anaxarchi follem; Anaxarchum enim non tundis. Attica meretrix, carnifice jam fatigato, postremò linguam suam comestam in faciem tyranni sævientis expuit, ut expueret & vocem, ne conjuratos confiteri posset, si etiam victa voluisset. Zeno Eleates consultus à Dionysio, quidnam Philosophia præstaret, cùm respondisset, contemptum mortis, impassibilis flagellis tyranni objectus, sententiam suam usque ad mor-* C *tem signabat. Laconum flagella sub oculis etiam hortantium propinquorum acerbata, tantum honorem tolerantiæ domui conferunt, quantum sanguinis fuderint:* Similia constantiæ, patientiæ & invicti animi exempla, noo pauci Ethnicorum edidère. Quid magni ergo præstiterunt Machabæi cum suis illis suppliciis, quid Apostoli, quid alii, qui, ùt ait sanctus Paulus, *ludibria & verbera experti sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt;* omnium enim horum cruciatuum paradigmata, magnanimitatis & imperterritæ mentis plenissima, suppeditabunt tibi Ethni- D ci, veri numinis ignari. Si hoc argumento uti non audes, ne pleraque Apostolorum, Martyrum, imò & ipsius CHRISTI præclarè facta & decora alta funditus è medio tollas, quæ dementia est, collectione planè simili, castitatis laudem imminutum & depressum ire, cùm si saperes, potiùs inde concluderes, mirabilem castitatis pulchritudinem esse, quæ ad sui amorem etiam Idololatras pellicere potuerit: Deinde mirandam vel potiùs miserandam esse improbitatem & perversitatem vestram; qui neque exemplo Ethnicorum; neque Christi & Christianorum, ad hujus virtutis studium excitari potestis, ùt proinde contra hanc generationem pravam & adulteram, Ethnici in judicio sint surrecturi & vos condemnaturi. Quo enim E ardore castitatem coluissent, si Christi & Christianorum, tot præclarissima exempla ad imitationem proposita habuissent, & divina illa præmia castis decreta cognovissent, cùm solo rationis lumine ducti, voluptates corporis fortissimo animo repudiârint; vósque nondum ex stygia palude exortos, cum vestris Epicureis de castitate placitis confutârint. Itaque desine quærere; *quid magni præstant Jesuitæ castitatem professi, idem facientes, quod Magi?* aliàs ego vicissim quæram; Quid magni præstiterit Christus & Apostoli, castam vitam amplexi, idem facientes, quod Magi, quorum aliqui castam vitam degerunt? Quid magni præstant Christiani, unum Deum cognoscendo, idem facientes, quod & aliqui Magi, quibus unus Deus non fuit ignotus? Dixi jam suprà, virtutem non desinere esse virtutem in quocunque demùm insit. F Quare si castitas inveniatur in Mago, laudanda & imitanda est; nam castitas non facit Magum, sed Magia, nec fugiendus & execrandus est Magus, quà castus, quà unius Dei gnarus, quà temperans, & abstinens, sed quà veneficus. Finis hic disputationem tuam contra castitatem; finio & ego defensionem pro castitate, simúlque adjungo, Luthero & Calvino magnas gratias deberi ab omnibus Apostatis, & Ordinum suorum desertoribus: Nisi enim isti duo venissent, fœdifragi scortatores *Paradisum intrare non poterant*, ùt de Joviniano scitè dixit S. Hieronymus.

Tertull. Apolog. cap. 50.

2. Mach. 7.

Hebr. 11.

S. Hier. lib. 2. contra Jovin.

CAPUT IV.

De voto paupertatis & obedientiæ.

G *Votum paupertatis*, ais, *à Jesuitis elici ex speciali illo vel personali præcepto; quod dabatur homini propriæ justitiæ persuasione inflato, & opinione singularis cujusdam perfectionis. Si vis*, inquit Christus: *esse perfectus, vade, vende omnia, quæ possides, & da pauperibus.* Solent ex hoc loco orthodoxi paupertatis votum elicere, ùt dicis, sed non ex hoc solo, ùt te Bellarminus docebit, si docenti patientem aurem accommodes. Cur tu verò istum, qui perfectionis adipiscendæ consilium à CHRISTO exquisivit, tot conviciis H oneras? Non enim tibi satis est; eum à te appellatum *hominem propriæ justitiæ opinione inflatum*, sed ne parùm intemperantis linguæ esse videreris, nominâsti & *hypocritam. Quo audito*, inquis, *hypocrita ille tristis abibat.* Atqui à tuis criminationibus eum absolvit ipse CHRISTUS; melior, nisi fallor, cordium inspector & cognitor, quàm tu: cùm enim dixisset ille princeps, ùt à sancto Luca nominatur, se ab ineunte ætate mandata DEI custodiisse, JESUS *intuitus eum, dilexit eum*, ùt ait sanctus Marcus: Nec hoc tantùm: Sed & addidit. *Adhuc unum tibi deest.* Si ergo Dominus Principem hunc amavit;

Bell. lib. 2. de Monac. cap. 10.

Lucæ 18.

Marci 10.

A vit; alterum, si tibi constare velis, fatearis necesse est; aut CHRISTUM hypocritam amâsse: aut hypocritam esse ignorâsse: Si utrumque plenum absurditatis est & impietatis, tute cogita; quomodo non etiam, quod tu asseveras, ab omni ratione sit alienum. Quòd si bypocrita erat; non verè à Christo audiit: *adhuc unum tibi deest.* Hypocritæ profectò ooo uoum, sed omnia desunt. Quòd autem *contristatus in verbo hoc, mœrens abiit*, id oon est hypocriseos indicium, sed argumentum ejus difficultatis, qua via ad perfectionem Evangelicorum consi-**B** liorum obsepta est. Nec verum est, quod addis, *hanc recusationem facilè indicâsse, falsò eum de legis observatione gloriatum esse:* Potest enim quis mandata Dei verè & integrè servare; & tamen nolle ad hunc perfectionis gradum pertingere, quocirca noo dixit Christus: *Si vis ad vitam ingredi, vende omnia, quæ possides;* Sed, *serva mandata;* vendidioni autem & distriburinni facultarum in egenos præposuit perfectionem. *Si vis*, inquit, *perfectus esse, vade & vende omnia, quæ possides, & da pauperibus. Ne grave onus nolenti videretur imponere*, inquit Hierooymus, **Hier. lib. 2. contra Jovinian.** *in proprio audientis voluntate dimisit, dicens: si vis perfectus esse.*

C Tu duplicem paupertatem statuis; alteram, *spiritualem*, communem omnibus Christianis, ooo tam in rerum penuria, quàm in animo rebus caducis non affixo sitam; ex **Psal. 61.** Prophetæ mooito: *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere;* banc noo consilii, sed præcepti esse, nescivissemus scilicet, nisi tu ea de re nos monuisses. Alteram paupertatem statuis ad corpus pertinentem, positam in penuria rerum ad vitæ sustentationem necessariarum. *Hanc*, inquis, *cupidè vovisse novimus Monachos.* Monachi non hanc præcisè paupertatem vovent, quæ etiam nolenti obtingere potest; sed illam, qua quis sese spoote omnium rerum dominio & possessione privat, ita, ut in particulari, vel etiam in commuoi, pro varietate religionum, nec velit, oec licitè possit quidquam possidere, abdicato à se, per paupertatis votum, omni illo jure, quod alioquin ad rem suam faciendam vel conservandam vel amplificandam **D** babebat. Haoc paupertatem Monachi cupidè voverunt; & verò adhuc vovent. *Sed quæ est illa paupertas*, ioquis, *nihil habere proprii, & interim frui lautitiis omnibus? Quis pauperes dicat opulentorum hominum liberos, qui, ut nihil proprii possideant, omnibus tamen necessariis abundant; quod haud scio, an Jesuitis etiam contingat.* Talis videlicet paupertas est, qualis primævæ illius & Apostolicæ Ecclesiæ, **Act. 2. & 4.** de qua S. Lucas. *Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una, nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat:* **E** Quære & hic, quænam hæc paupertas, ubi singulis dividebatur, prout cuique opus erat? imò, quod mirabilius; io qua paupertate nullus egens erat. Ita enim S. Lucas: *Neque enim quisquam egens erat inter illos;* si tam facilis & suavis hæc paupertas est, qui fit, quòd apud Calvinistas & Lutheranos adeò oullus ejus usus est: nihil enim dicam de illa, quæ oec in particulari, nec in communi aliquid possidet: hanc enim citiùs apud Ethnicos, quàm apud Hæreticos repereris. Sed quàm suavis sit hæc religiosa paupertas, docui jam olim Hasenmüllerum, vel potiùs Polycarpum Leiserum. **In Refut. hist. Ord. Jesuit. fol. 96.** Tu, Misene, inde pete, & simul ad alteram, de liberis opulentorum parentum calumniam, boc habe responsum: Discrimen esse inter hos & religiosos; quia filii jus habent ad bona paterna, utpote parentis bæredes. **F** At religiosi nihil in bona communia particularis Juris habent; non enim sunt singulorum; sed communitatis. Quòd si copiosorum hominum liberi splendidè habentur & tractantur, id non mirum; nulla enim in tali domo paupertatis professio. At religiosi habentes victum & vestitum, Apostoli exemplo, his contenti vivunt, **1. Tim. 6. S. Hieron. lib. 2. cont. Jovinian.** citò expletur naturæ necessitas: *frigus & fames simplici vestitu & cibo expelli potest.* Hoc S. Hieronymi dictum omnes Religiosi, qui instituto suo convenienter sese gerunt, & verbo & facto verum esse docent: ne tu victum & vestitum lautum & magnificum somnies.

G Nugas tuas de paupertate Religiosorum cooocludis fabella digna ougis coronide. *Nuper in celebri quodam Germaniæ oppido*, inquis, *hospes quidam tenuitatem apparatus apud peregrinos excusans, non mea, inquit, culpa parùm lautè tractamini, sed Jesuitarum, qui emunt, quidquid avicularum, perdicum & gallinarum affertur.* An non pudet te facere, quod toties criminis loco Ribadeneiræ objicis? Si ille dicat: *quadam die: quadam vice hoc vel illud accidit:* tu statim advolans, *& cur non nominas diem*, inquis, *cur non designas certum tempus?* Cur? *Quia mendacio latebram quæris.* **H** Meliore jure hæc ego tibi. Cur non nominas diem? Quid sibi vult illud *nuper?* Cur non nominas celebre illud oppidum? cur non bospitem? cur noo peregrinos illos culpa Jesuitarum tam miserè acceptos? cur noo collegium ipsum? Cur? nisi quia metuis, ne hnc tuum, vel tui illius hospitis mendacium in luminis oras extrahatur. Mirum dictu, bunc Calvinistam cum suis gregalibus, meliùs nôsse, quid esiremus, quàm nos, qui quotidie mensæ nostræ assidemus. Perdices profectò & aves triclinium nostrum oullas novit, oisi tu boves & oves & vitulos pro ficedulis & perdicibus habeas, quia, ùt alicubi scitè ratiocinaris, si boves alas haberent, volare possent, quo ipso aves essent. Sed forcassis

A taſſis ne harum quidem pecudum carne nos veſci æquo animo pateris. Quid ergo? Ao vis, ut cum *Arabibus & Saracenis, & cum omni eremi Barbaria camelorum lacte & carnibus vivamus, aut ut cum Ponticis vermes, aut cum Afris locuſtas comedamus, ignarus, unamquámque gentem;* ùt rectè ait S. Hieron. *Non communi lege naturæ, ſed iis, quorum apud ſe copia eſt, veſci ſolitam.* Sed ſive boc ſive illud manducemus & bibamus, nunquam Calviniſtis, & Lutheranis ſatisfaciemus. Joann. Baptiſta comedit locuſtas, & mel ſilveſtre; Chriſtus quidquid apponebatur, nec hic nec ille calumniatorum morſus effugit. *Venit Joannes,* inquit Chriſtus, *neque manducans, neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet: Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax & potator vini.*

S. Hieron. lib. 2. cont. Jovin.

Matth. 11.

B Illud obſervatione dignum eſt, calumniam hanc de ſumptuoſis dapibus, quam nobis & aliis religioſis Ordioibus hæretici toties objiciunt, ſumptam eſſe, ut & alias ab Ethnicis, qui inter cætera Chriſtianis lautitias & menſarum exquiſitas cupedias objectare ſolebant. Ita enim Tertullianus ad Ethnicos: *Cænulas noſtras ùt prodigas quoque ſugillatis. De nobis ſcilicet Diogenis dictum eſt; Megarenſes obſonant, quaſi craſtina die morituri.* Ad hanc calumniam reſpondens Tertullianus oſtendit; quanta frugalitate & temperantia Chriſtiani cœnare conſueverint: *Non prius,* inquit, *diſcumbitur, quàm oratio ad Deum prægustetur: Editur, quantum eſurientes capiunt:* C *Bibitur, quantum pudicis eſt utile: ita ſaturantur, ut qui meminerint, etiam per noctem adorandum Deum ſibi eſſe: Æquè oratio convivium dirimit, inde diſceditur non in catervas cæſionum, neque in claſſes diſcurſationum, nec in eruptiones laſciviarum, ſed ad eandem curam modeſtiæ & pudicitiæ, ut qui non tam cœnam cœnaverint; quàm diſciplinam:* Quæ de cœnis Tertullianus, ea & ad prandia, Miſene, accommoda: & ad tuas de noſtris lautitiis reſponſum, non meum, ſed antiquiſſimi Tertulliani habebis: nam in lautitiis non eſt diſciplina, ſed diſciplinæ ſolutio: *Sapientiæ operam dare non poſſumus,* inquit S. Hieronymus, *ſi menſæ abundantiam cogitemus.* Hæc de paupertate.

Tertull. Apolog. c. 38.

D Ab obedientia paucis te expedis, homo, ùt apparet, non admodum amans obedientiæ. *Obedientiam,* ioquis, *ſi eam intelligant, quæ ſit præceptis Dei ſervandis conſecrata, nemo hanc piorum improbabit.* Hanc non intelligimus, cùm de tribus Religioſorum votis diſſerimus: oam hæc ad omnes Chriſtianos pertioet. *Si de alia,* inquis, *loquuntur, qua ſervi non Dei, ſed hominis redduntur mancipia; illam ſibi retineant, quam nos ſcimus Apoſtolico præcepto vetitam.* Obedientiam Religioſam, etiam ſine tuo admonitu, retinere parati ſumus, qua tamen non maocipia bomioum, ſed ſervi Dei, & bomioum propter Deum efficimur: aut ſi mancipia hominum; certè E & mancipia Dei; niſi fortè tu ne mancipium quidem Dei eſſe velis. Qui igitur cum Propheta jumentum Dei fies? niſi fortè vilior ſit apud te conditio mancipii, quàm jumeoti. At probibuit Apoſtolus, ne quis ſervus hominum fiat: *Pretio,* inquit, *empti eſtis, nolite fieri ſervi hominum.* In promptu eſt reſponſio. Prohibuit, oe quis ſerviat hominibus potiſſimùm propter ipſos homines, vel etiam in malis perpetrandis, ſed non prohibuit, ne quis ſerviat hominibus propter Deum, & io rebus honeſtis & laudabilibus exequendis, quod obedientia facit: alioqui alio io loeo ſecum ipſe Apoſtolus pugnaret: cùm his verbis ſervos alloquitur: *Servi obe-* F *dite per omnia Dominis carnalibus; non ad oculum ſervientes, quaſi hominibus placentes, ſed in ſimplicitate cordis timentes Dominum, quodcunque facitis, ex animo operamini, ſicut Domino, & non hominibus. Scientes, quòd à Domino recipietis retributionem hæreditatis. Domino Chriſto ſervite.*

Pſal. 72.

1. Cor. 7.

Coloſſ. 3.

CAPUT V.

Mendacia & calumniæ Miſeni in varios religioſorum Ordines.

ABſolutis votis redit Miſenus noſter G cum ſua tuba ad Religioſos Ordines; quorum ortus & incrementa fusè nobis denarrat ex Pſeudopolydoro & Peucero, fideliſſimis ſcilicet Hiſtoricis, qui tanto veritatis ſtudio, animíque candore poſteris Religioſorum Ordinum initia prodiderunt; quanto Apion ille Alexandrinus Grammaticus, primordia Judæorum: & Celſus Epicureus incunabula Chriſtianorum. Ait; *Benedictinos à Benedicto ſic appellatos tria vovere, morum converſionem, obedientiam & ſtabilitatem.* Suſpicari quis poſſet, te fuiſſe aliquando Benedictinum, cùm tam probè teneas, quæ ſint Benedictinorum vota, quæ tamen tuam quoque ceoſuram ſubire debent; cùm dicis, *hæc ineptè ad peculiarem quendam Ordinem trahi, cùm ad omnes pertineant Chriſtianos.* Si converſio morum ſecundùm regulam S. H Benedicti, quam vovent in ſua profeſſione Benedictini, ùt ex S. Thoma liquet, ad omnes omoino Chriſtianos pertinet, ſequitur, omnes omnino Chriſtianos eſſe Benedictinos. Pari modo, ſi obedientiam præſtare ex præſcripto regulæ S. Beoedicti, & ad extremum uſque ſpiritum in Religione S. Benedicti, & in loco, ubi profeſſiooem ſeceris, perſeverare (quæ duo tu à Benedictinis voveri tradis) omoes Chriſtianos concernunt: omnes Chriſtiani Benedictini erunt: quòd ſi verum eſſet; nulli Calviniani, nulli Lutherani, nulli alterius vel nominis vel opinionis Sectarii eſſent; quàm verum igitur eſt, Calvinianos, Lutheranos, & aliarum claſſium novatores eſſe; tam verum eſt, tria hæc ad omnes Chriſtianos non pertinere; quamvis mo-

S. Thom. Quodlib. 2. q. 9. ar. 20.

A morum emendatio, obedientia, & in bene cœptis constantia & perseverantia ab omnibus exigatur: at non ad normam illam, quam D. Benedictus suis seu filiis, seu fratribus præscripsit.

B Cæterùm ut tuam nobis in Monasticis votis interpretaodis solertiam declares, ingenioaè profectò explanas; quisnam his tribus Benedictinorum votis subjiciatur sensus. *Morum conversio*, inquis, *est abdicatio vitæ civilis. Obedientia refertur non ad Deum; sed ad Abbates & Priores: Stabilitas intelligitur de perseverantia usque ad mortem in exequendis iis, quæ à superioribus mandantur.* Meritò obi hic acclamatur vetus illud: *Non potest melius: pulchrè, benè, rectè.* Acu meotem & seotentiam S. Benedicti atógisti. Nimirum tot regulis & statutis, tot sanctissimæ & laudatissimæ vitæ exemplis, nibil aliud voluit S. Benedictus, quàm ut sui posteri non sint politici; ut superioribus, non Deo obtemperent, ut superiorum non Dei jussa coostanter, dum spirant, faciant. Confirmabit tuam explicationem mirum io modum sanctus Gregorius Magnus, & ipse Benedictinus libro secundo Dialogorum, quem totum vitæ sancti Benedicti consecravit. Cui evolveodo, ut diligentem operam naves, oro, baud te pœnitebit operæ, præsertim, si adjungas epistolam sepoimam sancti Bernardi, ubi de his Benedictinorum votis accuratè disserit. Libenter monerem, ut & sancti Tbomæ Quodlibeti primi, quæstionis nonæ articulum vigesimum consuleres. At vereor non modò, ne ego molestus sim; sed ne ipsa *Quodlibeti, quæstionis, & articuli* oomina tibi bilem moveant. Es enim, ùt Pan ille apud poëtam, *acer; Et in summis naribus tibi semper bilis recubat acris.*

C Post tuam operam tam feliciter exponendis Benedictioorum votis impensam, resumis cum tuo Polydoro & Peucero narrationem de ortu Ordinum, tandémque ad Franciscanos delaberis, quos Peucerus ait, credo non sioe gemitu, oon *multorum annorum spatio, proventu penè incredibili, in omnes occidentis partes sese dissemiuâsse, atque in aulis, gynæceis & urbibus ferè solos dominatos esse.* Tu utrobíque apponis hanc notam: *Notent hoc Jesuitæ.* Idem salutis bumanæ bostis, qui olim Ethnicorum ore conquerebatur de multiplicatione Christianorum; is etiam bac ætate lamentatur ore & calamo hæreticorum felices & celeres religiosorum Ordinum progressus.

D *Obsessam vociferantur civitatem*, inquit de Ethnicis Tertullianus, *in agris, in castellis, in insulis Christianos, omnem sexum, ætatem, conditionem, etiam dignitatem transgredi ad hoc nomen, quasi detrimento mœrent. Nec tamen hoc ipso* (Ethnici & Hæretici) *ad æstimationem alicujus latentis boni promovent animos, non licet rectiùs suspicari, non licet propiùs experiri, hic tantùm humana curiositas torpescit, amant*

Tertull. Apolog. c. 1.

E *ignorare, cùm alii gaudeant coguovisse.* Quare non est, quòd Jesuitas moneat Misenus, ut notent celerem illum, & tam longè latéque se se diffundentem Ordinis saocti Francisci progressum: Agnoscimus libenter & prædicamus in propagatione bujus Ordinis divinam potentiam: Fatemur non nisi cœlesti virtute tot millenos, unum io cœtum, severissimis legibus astrictum colligi, collectósque in omnes Christiani orbis partes diffundi potuisse. Illud de gynæcejs ad Prædicantes pertinet, *quibus favent*, ùt de Joviniano veteri Prædicante dixit S. Hieronymus, *crassi, nitidi, dealbati, adde, si vis, juxta Socraticam irrisionem, omnes sues & canes, & quia carnem amant, vultures quoque, aquilæ, accipitres & bubones, quoscunque formosos, quoscunque calamistratos, quos crine composito, quos rubentibus buccis viderimus:* de Prædicantium *armento sunt:*

S. Hieron. lib. 2. cont. Jovin.

F de grege Monachorum, *tristes, pallidi, sordidati, & quasi peregrini hujus seculi; licèt sermone taceant, habitu loquuntur & gestu: Hei mihi quia peregrinatio mea prolongata est: Hirci*, quales Prædicantes: non Agni, quales Monachi, *plurimas post se capras trahunt.* Alterum de dominatione in urbibus similiter Prædicantium, non Franciscanorum est; qui, ùt & alii Religiosi, probè sciunt, nemioem, qui militet Deo, implicare se negotiis secularibus. Addis ex Polydoro: *Ob hanc tam subitam Franciscani instituti multiplicationem vulgus jam olim stupefactum, suspicari cœpisse, non tam pietatem, quam otium & ignaviam interdum multis cordi esse.*

G Ubi tu iterum cum illa tua glossà accurris: *Notent boc Jesuitæ.* Idem, quod Polydorus de Franciscano; & tu de Jesuitico Instituto, suspicamini, suspicatus est jam olim Celsus Epicureus de Christianæ Religionis Instituto; ad boc enim ajebat solos *fatuos, ignavos, stupidos & mancipia, mulierculas & pueros advolare*, spe videlicet otii & desidiæ; cujus calumniam quomodo refellat Origeoes; intelliges, si relicto Polydoro & Peucero, percurrere velis tertium Origenis librum, quem in eundem Celsum edidit. Ego vel boc unico argumeoto vaoitatis vos arguam. Si Ordo Franciscanus, vel noster, otii & ignaviæ causa institutus esset; utique Calviniani & Lutherani fuci, Ordines istos amplecterentur & foverent, & nomina sua eis darent. At tantum abest, ut boc faciant, ut & Franciscanos & Jesuitas, ubicunque possunt, exterminent, & ex finibus suis ejiciant: Signum ergo est, ordioes hos noo otio & desidiæ, sed labori & operæ iodesinenti consecratos esse; quod & Apostatæ testatum faciunt, qui ad Lutberanos & Calvioianos transfugiunt: non otium pertæsi, sed laborem religiosum; non ut otiari desinant, sed ut otiari incipiant.

Orig. lib. 3. cont. Cels.

H Ab Ordine Minorum venis ad Ordinem Minimorum: quem describis ex Polydoro: *Novissimè*, inquis cum supposititio Polydoro,

quando

A *quando ignavissimo cuique (notent hoc Jesuitæ) jam novæ religionis introducendæ libido incessit; Franciscus quidam, homo Siculus, D. Francisci summissionem æmulatus Minimorum sectam instituit:* Hæc verba Polydori, quisquis Polydorus fuerit; non Catholico, sed Hæretico spiritu effusa sunt. Nam primùm tantum abest, ut ignavissimo cuique liceat novam Religiooem instituere, ut ne strenuissimo cuique id sine summi Pontificis potestate liceat; Deinde quis iste Polydorus, qui Francíscum de Paula, virum sanctissimum plurimísque miraculis clarissimum, Regibus & Principibus Galliæ gratissimum, & ab iisdem, dum viveret, summo honore cultum (quem Siculum nominat, cùm Calaber fuerit) *ignavissimi* probroso cognomento afficiat, cum cujus industria & tam patiendo, quàm faciendo pro Christi nomine indefessâ opera; si Polydori vel Miseni supinam negligentiam conferam, summa profectò injuria summum
B ævi nostri ornameotum onerem: Itaque quòd tu Misene nos Jesuitas hæc Polydori coovicia notare jubes, bene quidem facis; sed ea jam antè sine tuo monitu ootaveramus; & non nisi convicia esse videramus, ut proinde mihi aliquando subeat suspicari, Polydorum hunc, ùt olim illum Trojanum, matre aliqua Hecuba (quam Poëtæ ob maledicentiam in canem conversam ajunt) esse progeneratum, à qua tantam conviciandi libidinem cum vita acceperit. Sed quid mirum, Franciscum de Paula maledicam linguam istorum non effugere; ob novum ordinem abs se institutum; cùm ne ipse quidem Augustinus virulentum Petiliani Donatistæ Episcopi dentem vitare potuerit; eò quòd parens fuodatórque Monastici cujus-
C dam Ordinis esset? *Deinceps perrexit*, ait de Petiliano S. Augustinus, *ore maledico in vituperationem Monasteriorum & Monachorum, arguens etiam me, quòd hoc genus vitæ à me fuerit institutum.* Petilianum strenuè imitantur Misenus & Polydorus, cui Jacobus Homo Cremonensis, *tam est laboris fugiens, quàm ignaviæ amator:* non alia de causa, quàm quia ordiuem quendam instituit, tempore Polydori, inconsulto Polydoro. Quare ùt in istum pro sua modestia Polydorus, vel Hæreticus sub Polydori nomine latitans, amara convitia jecit, ita eadem jecisset in S. Augustinum, & in S. Basilium; si illis vixisset temporibus, quibus duo ista Ecclesiæ lumina, certos ordines instituerunt, institutísque
D certis legibus temperârunt. Addis ex Polydoro; *Hinc cognoscere licet, quàm conducibile esset (lætare Gallia) hasce hominum feces tanquam membra Christianæ Religionis agnata conterere, abscindere, cremare, ne suis sordibus (notent hoc Jesuitæ) cultus divini nitorem, & mundiciem diutiùs conspurcarent.* Si Polydorus hæc Propheticè & per præsensionem scripsit de Calvinistis & Lutheranis, omnino assentior; & è re Christianæ Reipublicæ vel maximè fore confiteor; si fiat, quod Poly-
E dorus faciendum monet. Quòd si hæc de Monachis & Religiosis scripsit; agnosco veterem Donaristam & circumcellionem in novo Polydoro, ac proinde non pluris æstimo has & tuas & Polydori in Religiosos Ordines criminationes; quàm olim Orthodoxi easdem æstimârunt projectas à circumcellionibus in Monachos: unus & idem Diabolus, & per apertos hæreticos, & per fictitios, politicósque Christianos Religiosam vitam insectatur & infestat. Quòd Galliam ob exilium nostris decretum ad lætitiam cohortaris; nescio, num tibi sit obtemperatura. Sed de hac jam suprà. Hic verba sancti
F Hieronymi accipe, quæ scripsit cum impulsu hæreticorum, quorum ipse domitor & invictissimus triumphator erat, proscriptus esset cum suo monasterio: *Fundendo sanguinem, & patiendo magis, quàm faciendo contumelias fundata est Ecclesia, persecutionibus crevit, Martyriis coronata est; aut si isti soli juxta quod legimus, amant rigorem, & non noverunt persecutionem sustinere, sed facere; sunt & hic Judæi: sunt variorum dogmatum Hæretici, & maximè impurissimi Manichæi, cur eorum, ne verbo quidem quempiam audent lædere,*

Hieron. epist 62. ad Theoph. Alex.

G *nos solos expellere cupiunt: Nos soli, qui Ecclesiæ communicamus, Ecclesiam scindere dicimur: Oro te, nónne æqua est ista postulatio? ut aut illos nobiscum expellant, aut nos cum illis teneant: nisi quòd in eo nos magis honorant, quos saltem exilio ab hæreticis separant.* Hæc pro se & suis Hieronymus. Hactenus de Pseudopolydoro, homine, qui, ùt de Hermogene dixit Tertullianus; & de Helvidio S. Hieronymus: *Loquacitatem facundiam existimat, & impudentiam, constantiam deputat; & maledicere singulis officium bonæ conscientiæ judicat.*

Tertul lib. cont. Hermog.
Hier. lib. cont. Helvid.

S. Aug. lib. 3. cont. lit. Petilian. cap. 40.

H Nunc te denuò audiamus Misene, *Jam tandem*, inquis, *temporum series nos ad societatem illam augustam deduxit; quæ ut ritibus quibusdam & regulis discrepet à superioribus ordinibus, in idololatria tamen, & superstitione reliquos omnes post se reliquit.* Quòd Societas proprias quasdam regulas & consuetudines habeat: id omniuo necessarium est, aliàs non diversa ab aliis; sed eadem cum aliis religio esset. Idololatriam, quam cæteris ferventiùs defendamus, oos oullam peoitus novimus. Hoc scimus; Jesuitas in India & Japonia multa millia idololatrarum ad Christianam fidem traduxisse, destructis idolis, idolorúmque delubris funditùs eversis: Vetus est & hæc Vigilantii & Iconoclastarum in Orthodoxos calumnia, quos ob id pia antiquitas χριστιανοκατηγόρους, *Christianorum accusatores* nominavit. At vobis videtur id, quod nos propugnamus, Idololatria esse. Etiam Vigilantio videbatur Idololatria esse id, quod faciebat & defendebat S. Hieronymus, & cum illo totus Catholicus orbis. Et tamen ob hanc hæretici opinioaem, Hiero-

Hier. cont. Vigilant. Vide Concilium II. Nicen.

A nymus, & cum illo totus Catholicus orbis idololatricus non erat. Quia verò in libro vitæ P. Ignatii, sæpe fit mentio Catholicæ fidei, non abs re fore censuisti, si contra speciosum Catholicæ fidei titulum & vocabulum, antidotum parares, ostenderésque, quidnam Jesuitæ fidei Catholicæ nomine significent, ne quis ex simplicioribus seducatur. At cùm medicamentorum, ùt apparet, valde sis inops; ea depromis ex pharmacopolio Peuceri; longúmque catalogum verbis Peuceri texis, quidnam mente & cogitatione concipiendum sit, cùm Jesuitæ Catholicam fidem nominant, in quo catalogo tot fermè sunt mendacia Peuceri, & tua; quot verba: Tua voco; quia tua fecisti

B transcriptione & recitatione. Dicit: *Monasticos ordines introductos ea occasione; quòd in collegiis opulentioribus Sacerdotum & Monachorum jam regnarent luxus & helluationes, studia verò doctrinæ jam exolevissent.* Mendacium hoc redarguunt ea, quæ de Jessæis Monachis ex Epiphanio, Philone, & aliis, & de totius Monasticæ vitæ initiis attulimus. Quid, quòd hoc mendacium sibi non constat. Ex helluationibus opulentiorum Monachorum, Monasticos ordines exortos fingit: Ergo Monachi erant, antequam erant? Et Monastici ordines erant, antequam instituerentur, cùm instituti sint occasione Monachorum helluantium. Ab his Ordinibus ex hoc commentitio ortu prognatis comminiscitur Peucerus excogitata, & mundo obtrusa esse omnia illa, quæ nobis hodie cum Sectariis controversa

C sunt: Quidquid fides Catholica de peccato originis, quidquid de sacrificio Missæ, quidquid de bonis operibus, quidquid de Christi persona, quidquid de nostra justificatione, quidquid de discrimine novæ legis, & veteris, quidquid de votis, quidquid denique tradit, quod Calvinianis & Lutheranis non placeat; id totum ab istis Monachis inventum est; & contra expressum Dei verbum in orbem Christianum, sub Catholicæ fidei velo, invectum; *Quoties igitur adolescentes*, inquit Misenus, *audient fidem Catholicam nominari, toties ad ea, quæ modò commemorata sunt* ex Peucero, tanquam ad gnomonem, vel si mavis, tanquam ad acum nauticam respicient; ne fortè à mendaciorum portu aberrent;

D *Atque ita*, inquis, *splendor nominis aciem mentis parùm hebetabit*; quo enim pacto sol veritatis penetraret ad mentes, tanta mendaciorum & criminationum caligine obseptas? Quia tamen Vincentius Lirinensis meliùs novit, quid sit Catholicum, quàm Peucerus & Misenus, vicissim rogo & ego adolescentes, ut quoties audiêrint fidem Catholicam nominari, toties ad hæc verissima Vincentii verba respiciant: *In ipsa item Catholica Ecclesia magnoperè curandum est, ut id teneamus, quod ab omnibus creditum est; hoc est etenim verè propriéque Catholicum (quod ipsa vis nominis ratióque declarat, quæ omnia vere universaliter comprehendit) sed hoc ita demùm fit,* E *si sequamur universitatem, antiquitatem, consensionem: Sequemur autem universitatem hoc modo, si hanc unam fidem veram esse fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Ecclesia: Antiquitatem verò ita, si ab his nullatenus sensibus recedamus, quos sanctos Majores ac Patres nostros celebrâsse manifestum est: Consensionem quoque itidem, si in ipsa vetustate omnium Sacerdotum pariter & Magistrorum definitiones sententiásque sectemur.* Hæc ille. Sed jam, quod bene vertat, ad *Hispanum militem, patrem Jesuitarum Ignatium* accedis, eo supercilio, quo olim Goliath ad Bethlehemiticum militem, vel potiùs pastorem Davidem: Utinam pari etiam eventu.

CAPUT VI.

Refutatio calumniarum, quas Misenus in præfationem Ribadeneiræ effudit.

Primùm, inquis, *percurremus præfationem.* Metuebam, ne primùm percurreres perorationem seu Epilogum. F *Quia*, ùt rectè ait Origenes, contra Celsum, *nihil ordinatum habet furor & odium, sed his affectibus occupati, conviciis appetunt, quos prosequuntur odio, non permissi consideratè atque ordine accusationem texere.* (Orig. lib. 1. cont. Cels.) *In præfatione*, inquis, *non pudet Auctorem Societatis infelicis Generalem præpositum parem Christo facere, & ipsius vocem, vocem Christi putare, quasi miser ille Borgia unus ex Apostolis fuerit, quos, qui audiunt, Christum audiunt:* Verba Christi hæc sunt: G *Qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit.* (Lucæ 10.) Hæc verba non modò ad Apostolos & septuaginta duos Christi discipulos, sed ad omnes omninò superiores pertinere, docet S. Basilius, & alii Patres; (S. Basilius constitut. Monastic. cap. 22.) & ex Apostolo item liquet, eum, cujus est jussa exequi, in imperantis persona considerare debere non hominem, sed Deum; ita enim Apostolus; *Quodcunque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus:* (Coloss. 3.) Si igitur mandatum illud Christi ad omnes pertinet, qui præsunt; Et similiter mandatum Apostoli ad omnes, qui subsunt; non video, quid culpæ admiserit Ribadeneira, qui suberat, si Borgiæ, qui legitimè præerat, jubenti, ut vitam Ignatii literis mandaret, parendum putavit, ùt Deo, non ùt homini; H *At hoc est hominem parem Deo facere;* sed eò usque tantùm hominem parem Christo facimus, quatenus ipse Christus voluit hominem sibi parem fieri. Certè discipuli Christi homines erant; & tamen sine scelere eos sibi pares constituit Christus, pares, inquam, eo modo, quo vicarii pares sunt iis, quorum vices gerunt: pares sunt: sed longo intervallo pares. Sine scelere itidem, ùt pares Christo agnoscebantur & honorabantur ab aliis: propter illa verba: *qui vos audit, me audit*: quibus Chri-

A Christus suam personam in Apostolorum personam quasi transtulerat: sicut Rex transfert persunam suam in personam vicarii; ut vicatius non quidem sit Rex, sed Vicerex. Si ergo in omoem illum, qui legitima potestate præditus est, Christus suam personam transfert, necesse est, ut, quisquis præest, honoretur & colatur tanquam vicarius Christi, & ut sio dixerim, quasi Vicechristus.

B Sed hoc studium obedientiæ, tu *brutum* vocas: Quo nomine appellabis obsequium illud Davidis, quod Deo præstare solebat, (Psal. 72.) quódque ipse his verbis exposuit; *ut jumentum factus sum apud te.* Idem videlicet dices, quod uxor ejus Michol; cùm Regem coram arca Domini saltantem & psalleotem, (2.Reg. 6.) *accinctum ephod lineo*, ex edito superbiæ loco iotueretur: *Quàm gloriosus fuit hodie Rex Israël, discooperiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est, quasi nudetur unus de scurris;* quàm gloriosus Rex Israël, qui bestiæ locum apud Deum sibi deposcit? Quo nomine afficies illam obedientiam, quam S. Basilius eruditione & pietate tam tuo testimonio, quàm sioe tuo testimonio excellens, à Religiosis & Monachis exigit, quemad- C modum, inquit S. Basilius; (S. Bas. loc. cit.) *Faber lignarius aut architectus, unoquoque artis instrumento utitur ad propriam voluntatem, & non dixerit instrumentum, quod non impleturum sit usum, ad quem artifex ipsum usurpat, sed paret manui ducentis: Sic convenit, Asectam seu Monachum, velut instrumentum serviens artifici, ad spiritualis ædificii complementum in omnibus obedire, in quibus Præfectus ministerium ipsius requisiverit, ne spiritualis operis perfectionem corrumpat, proprium sui usum non conferens; & quemadmodum instrumentum non sibi ipsi eligit, quod agendum est ad artis collationem; sic etiam convenit Monachum non sibi ipsi opera eligere, sed cedere prudentia ac gubernationi artificis,* D *ut de se ipse statuat, quod velit.* Hæc S. Basilius, quæ Calviniani & Lutherani bruti non capiunt: si caperent, bruti non essent; ex quibus libenter quærerem, si obedientia ideò *bruta* dicenda est, *quia quemadmodum oves pastori obediunt* (utar verbis S. Basilii) *ea pergentes, quà duxerit eas Pastor: Sic pietatis Asceta obediunt præfectis; non curiosè investigando præcepta, ubi à peccato fuerint pura, sed cum omni alacritate & studio explendo ea, quæ fuerint demandata;* Cur non magis fides Christiana sit vocanda bruta, cujus maximè proprium est omissis rationibus, *in captivitatem redigere omnem intellectum in obsequium Christi?* Quòd si ideò vobis *bruta* videtur obedientia, quæ causam mandatorum non postulat, quia imitatur brutorum quorundam obsecundandi promptum morem; bruta itidem erit prudentia & simplicitas Christianorum; quia utraque harum imitatur ex præscripto Christi bruta; altera quidem *serpentem*, altera *columbam*; nisi fortè (Matth. 10.) apud istos non Romanos, sed Germanos Bestias *serpens & columba* non sint bruta. At E quòd Borgiam *miserum* oomioas eo solùm nomioe; quia orthodoxus & Jesuita fuit; agoosco in te calumniam ejus, qui olim (S. Cyril. lib. 6 contra Julianum.) omoes Christianos ore Juliani & aliorum Ethnicorum appellabat miseros, ea solùm de causa, quòd Christiana religione initiati essent. *O miseros Christianos, qui crucem adoratis*, ajebat ille Apostata; Et Ethnicus ille (Tertul. ad Scapulam.) Præses ad circumfusam Christianorum coronam: *O miseri, si mori lubet, præcipitia vel laqueos habetis.*

Sed propiùs jam ad rem. Reddit Riba- F deneira suæ scriptionis varias causas, exemplo videlicet plurium tam profanorum, quàm Ecclesiasticorum Scriptorum, qui res vel unius vel plurium litteris consignârunt. Mitto profanos: Theodoretus aggressurus (Theodor. præfat. Relig. Histor.) historiam Ecclesiasticam consilii sui rationem exponit, cur opus illud susceperit. Idem facit Eusebius initio suæ Ecclesiasticæ historiæ. Idem Athanasius initio historiæ, quam de S. Antooio conscripsit. Idem S. Hieroymus vitam S. Pauli primi Eremitæ & S. Hilarionis ad posteros transmissurus. Idem S. Lucas initio sui Evangelii. Idem, ut paucis dicam, alii quàm plurimi. Prima causa Ribadeneiræ est mandatum superioris, quod G hactenus exagitâsti; altera laus Dei. Hic tu; *quasi verò ex mendaciis putidissimis laus emanet ad Deum.* Planè ex mendaciis oulla laus ad Deum redundat. Sed unde probas hæc, quæ Auctor de Ignatio percensebit, mendacia esse; & quidem *putidissima.* Accusare quidpiam mendacii, ooo est ostendere illud esse mendacium, alioqui veritas sæpe mendacium esset; quia sæpe mendacii accusatur, sed nunquam coovincitur. Si contra historiam Religiosam Theodoreti, aut contra Dialogos S. Gregorii, aut contra vitas quoruodam Sanctorum à D. Hieronymo editas, scribere instituisses, eandémque notam apposuisses, an omnia illa, quæ Patres illi referuot, mendacia fuissent, ea tantùm de causa, quia id ita tibi collibuisset? Sed ad hanc tuam calumniam loco Auctoris nostri respoodeat tibi non ego, sed Theodoretus; qui qualis sis, jam dudum demonstravit, depingendo te in tui simili- H bus calumniatoribus. *Qui non est credituris iis*, inquit Theodoretus; (Theodor. præfat. hist. Relig.) *quæ à me dicenda sunt* (de sanctis Patribus) *clarum est, eum, ne iis quidem credere, tanquam veris, quæ per Moysen, & JEsum, & Heliam, & Helisæum facta sunt. Habere autem etiam pro fabulis miracula, quæ facta sunt à sanctis Apostolis. Sin autem illa esse vera testetur, hæc quoque credat esse à falso aliena. Quæ enim in illis operata est gratia, ea per illos quoque fecit ea, quæ fecit. Perennis enim gratia & eos, qui digni sunt, eligens, veluti per quosdam salientes, per hos effundit fluenta suæ operationis.* Utrum Theodoretus à mente tua aberrârit, tu videris: cum aberrâsse ego certè mihi non per-

persuadeo, cùm biblicis scriptoribus tantùm humana fide assentiaris, ac proinde tantum credas, quantum lubet, quæ est humanæ fidei conditio. A

B Ais, *Auctorem causam addere, cur ex hac de Ignatii rebus scriptione laus ad Deum sit redundatura, quòd*, ùt inquis, *Deus institutum istius sectæ Religiosæ stabiliërit; & viam arctam & portam angustam ad beatitudinem esse docuerit.* Parùm bona fide agis. Ribadeneira non de nostro tantùm, sed de omnibus Religiosis institutis dixit, *ea à Deo esse stabilita*, nec ob id etiam viæ arctæ & angustæ portæ mentionem fecit; quasi soli Jesuitæ per angustam portam in cœlum contendant, ùt tu fingis; Sed quia omnibus religiosis hoc propositum esse debet; ut, cùm, Christo docente, sciant, viam ad salutem arctam, & portam angustam esse, non insistant viam illam latiorem, quæ ducit ad perditionem, à qua eò magis recedunt, quò magis ab illecebris hujus mundi sese avocant, non quòd illi, qui extra religionem vivunt, si convenienter divinis præceptis vitam instituant, via illa latiore incedant, & à porta angusta, atque adeò ab aditu cœli aberrent; sed quia certum est, Religiosos, ex vitæ suæ præscripto, magis remotos esse à via illa lata, quæ ad interitum ducit; cùm abdicent se per Religiosæ vitæ professionem omnibus illis, quæ aliquem in via lata vel retinere, vel in eam revocare possunt. Scommata de Palatiis Regum & aulis Principum, *in quibus Jesuitas conspici* ais, prætereo; quia *supervacaneum est*; ùt rectè ait Origenes, *respondere verbis, quæ nihil docent, sed tantùm vituperant* & irrident. Interim noveris, etiam illos Religiosos, qui officii, vel boni communis causa, aliquando in aulis versantur, non desinere esse Religiosos; Quia verus Religiosus non est, qui non ubique, sed in cœnobio tantùm Religiosus est. Itaque sive Religiosus sit in aula, sive in cella, viam arctam non deserit, sed eò ardentiùs eam insistit, quò videt præsentius periculum sibi imminere, ne fortassis deliciis captus viam illam latiorem ingrediatur.

Matth. 7.

C

Orig. lib. 1. contra Celsum.

D *Memorata*, inquis, *dignum est, quòd Hispanum illum militem facem cœlestem nominat.* Primùm, Auctor non dicit speciatim de Ignatio, eum *facem cœlestem* esse, sed generatim de omnibus viris sanctimonia præstantibus affirmat, eos tanquam faces quasdam cœlestes in terram mitti: cur ergo tu verba & sensum Auctoris depraves? Deinde Auctor non sine veterum Patrum exemplo ita locutus est: Nam, ut alios taceam, D. Gregorius Nyssenus, vitam & res gestas D. Gregorii Thaumaturgi *facem animis nostris affulgentem, viamq; ad bonum patefacientem* appellavit: Et Christus suos Apostolos, & in Apostolis omnes Apostolicè, labentibus annis, victuros, *lucem* vocavit. *Facem*, inquis, *rectè crediderim Ignatium appellari posse. Quot enim rogos, quibus pii homines & innocentes conflagrârunt, Ignatius cum maledicta sua familia in Italia, Hispania, Gallia, Belgio incendit?* Scilicet, ubicunque cerebrosus, pertinax & turbulentus Hæreticus in cineres vertitur, culpam ejus supplicii sustinet Ignatius cum sua Societate. Quis combussit Hæreticos, antequam Ignatius nasceretur, & antequam Societas institueretur? Fortè fax hæc pyras incendit, antequam esset. Fortè Servetum Genevæ, & Valentinum Gentilem Bernæ eadem fax per flammas ad flammas demisit. Sancti viri non sunt faces, quæ urant corpora, sed pectora; non igne isto corporeo, sed illo spirituali divini amoris. Corpora, tecta, urbes urunt & exurunt faces Hæreticæ, quales Calvinus, Lutherus & similes Furiæ, tædis ardentibus mundum pervolitantes; & in obvia quæque ignem injicientes. *Ab igne*, inquis, *non absurdè Ignatium dictum esse, suspicari aliquis posset.* Ita est; at non eam ob causam, quam tu comminisceris; sed tum ob eam, quam paulò antè attuli; tum quia Ignatius cum sua Societate te tuique similes urit; Et ob hanc item, quam poëta hoc suo anagrammatismo complexus est. E

S. Gregor. Nyss. orat. in Gregor. Thaumat.

Matth. 5.

F

G

Ne misera horrendam paterentur secula noctem,
Et fœdus obcæcet nigror:
Insignem virtute virum, & præstantibus ausis
E bellicosa Iberia
Extulit; hic dudum sopitos suscitat ignes,
Et nomen eventa probat.
Namque putem instincta superûm monitûque parentes
Nomen dedisse Ignatio:
Ut priùs astrifera conceptum mente vaporem
Lumenque terris dividat,
Magnáque de tenui veniant incendia flamma
Ac multa inardescant face:
Eque Mari Hesperio, rubicundi solis ad ortum
Lucémque & ignem differant.
O magnum decus hoc ævi. Tu Ignatius ille es
Illatus ignis à Deo.

H Ait Ribadeneira; *à Deo profecta esse opera, quæ de Ignatio sit scripturus.* Tu, *mendacia*, inquis, *à Diabolo, non à Deo proficiscuntur*; Rectè dicis; sed necdum probâsti, nec probaturus etiam es, mendacia esse, quæ Ribadeneira scribit. Tu ais, esse mendacia; sed affirmatio tua, ut maximè mendacium sit, sicut revera est, non tamen tam efficax est, ut id, quod non est mendacium, transmutet in mendacium.

Tertia scriptionis causa Ribadeneiræ fuit incensum fratrum desiderium cognoscendi res ab Ignatio gestas. Eadem causa impulit olim S. Athanasium, ut vitam S. Antonii literis

[A] teris consignaret; ùt ipsemet Athanasius testatur: [S. Athan. præfat. in vitam S. Antonii.] Desiderium hoc, ait Ribadeneira, ortum ex admiratione tam longè latéque, brevissimo tempore, propagatæ Societatis. Hic tu: *Quasi verò res admirabilis sit, multos homines, præsertim egeates, & propter flagitia exulantes sectari otium & lautas culinas.* Quod ad egestatem attinet; non tam nos, quàm Christianam religionem feris; quæ & ipsa ab egenis, & in hoc mundo abjectis fundata & propagata est. Audi Apostolum: [1. Cor. 1.] *Videte vocationem vestram, fratres. Quia non multi sapientes secundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia; & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, ut ea, quæ sunt, de-* [B] *strueret.* Secundò, omitto dicere, te & hic Celsi egregium imitatorem esse; qui eodem convicio Christianos non semel appetiit: istud assero, te invidorum Pharisæorum vestigiis insistere; qui cùm Christi gloriam aliter obscurare non possent; nec haberent, quod dicerent vel facerent, ob ingentem hominum multitudinem quotidie ad ipsum magis atque magis confluentem, in hæc convicia eruperunt; *Nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? Sed* [Joan. 7.] *turba hæc, quæ non novit legem, maledicti sunt.* Tertiò ex hoc ipso, si probæ mentis esses, colligere deberes, Societatis institutum non humana, sed divina ope repertum, confirmatum, & tam latè diffusum esse; ut ad similem criminationem de Apostolis, Christianæ religionis propagatoribus, Celso Origenes respondit. [Orig. lib. 1. contra Celsum.] *Respondeo*, inquit Origenes, *eos, qui prudenter & candidè possunt res Apostolorum examinare, facilè perspicere, quòd divina virtute Religionem Christianam docuerint, tantóque successu verbo Dei subjecerint homines;* [C] id quod ipse deinceps pluribus ostendit. Ad extremum, licèt homo Religiosus, *qui superam civitatem respicit; cui*, ùt inquit Gregorius Nyssenus: [Nyss. Orat. in Gregor. Thaumat.] *divitiæ, inopia; cui patria, virtus: cui civitas, ipsa Regia Dei;* cui omnis *pulchritudo & ornamentum animi puritas est, magnificentiam & ostentationem in rebus terrenis, sibi probro atque dedecori esse ducat;* noveris tamen, in hac minima Societate & vivere & vixisse Principes, Comites, Barones, Nobiles, & plurimos alios opulentis majoribus prognatos; qui, audeo dicere, amore Christi, patrimonia plurium aureorum spreverunt, quàm Misenus ex toto suo patrimonio conficere possit nummos, licèt [D] id sub hasta, auctione instituta, vendat. Calumniam *de exulibus & flagitiosis* refellunt nostræ Constitutiones; quæ vel inprimis boni nominis rationem haberi volunt in iis, qui in hanc Societatem alleguntur. Et quomodo exules sumus à patria? Germani docent, concionantur, alia munia obeunt in Germania; Itali in Italia, Hispani in Hispania, palàm, in omnium conspectu; in Scho- [E] lis, in Academiis, in templis, & cùm fert occasio, in natali loco, in quo quis usuram hujus lucis primitus accepit. Deinde animadverto, & hic animum Celsi Epicurei cum calumniandi libidine in te immigrâsse. Nam & iste solos flagiriosos ad Christum confluxisse blasphemabat: cujus mendacium cùm Origenes refutâsset, ponit tandem Origenes, [Orig. lib. 1. contra Celsum.] id ita esse, ùt calumniabatur Celsus, addítque: *Quid absurdi, si JEsus ostendere volens humano generi, quantum ejus medicina contra pestes animarum polleat; infames & nequissimos elegit, eósque eò provexit, ut morum purissimorum exemplum fierent, amplectentibus ipsius Evangelium. Quòd si par est, ut jam mutatis exprobremus vitam pristinam, accusandus erit, & Phædon jam Philosophus. Quia, ùt habetur in historia, è meritoria cella in scholam philosophicam traduxerat eum Socrates. Sed & Polemoni, Xenocratis in professione Philosophiæ successori, luxum exprobrabimus pristinum, cùm potiùs deberemus ejus vim & in illis admirari, quòd tantis vitiis occupatos valuerit efficacibus suasionibus ad bonam mentem traducere.* Idem tibi responderem, licèt tua de flagitiosis calumnia, non esset calumnia.

De otio & luculenta culina suprà egi. Alii [Cap. 4.] [F] Hæretici objiciunt nobis nimium negotium; hic orium: Fortè ipse etiam Misenus minùs nos odisset; si nobis minus negotii, præserrim Scholastici & Concionatorii; & plus otii ab hujusmodi occupationibus esset. De sumptuosis epulis mirum te non obmutescere: *tot tribubus & curiis & decuriis* (Prædicantium) *ructantibus acescit aër*, & tam à te, quàm à Peucero *tacetur; de sola* Monachorum & Jesuitarum culina & *triclinio retractatur.* Hoc non à me, sed à Tertulliano habe. [Tertull. Apol. c. 39.]

Quarta causa scriptionis Ribadeneiræ fuit [G] invitatio ad imitationem Ignatii. Eadem causa fuit sancto Athanasio scribendi vitam S. Antonii; Nysseno narrandi laudes & præclarè facta D. Gregorii Thaumaturgi. Hic tu: *Atqui Paulus: Estote imitatores mei, sicut & ego* CHRISTI. *Ita iterum sit Ignatius Apostolus, sed non* CHRISTI *Apostolus.* Si nemo ad imitationem proponi aut potest, aut debet; nisi sit aut Paulus; aut alius Apostolus: cur eodem loco monet Christia- [Philip. 3.] nos, ut observent eos, *qui ita ambulant, sicut*, inquit, *habetis formam nostram?* Cur invitat ad alia imitationis exempla; præterquam ad se & ad Apostolos, si imitari nefas est illos, qui Apostolorum vestigia secuti Apostolicam vitam sectantur? Cur laudat [H] Thessalonicenses; *quòd facti sint forma omni-* [1. Thess. 1.] *bus credentibus in Macedonia & Achaia?* Certè Macedones & Achivi, si Misenum consuluissent, non Thessalonicenses Christianos, sed ipsum Apostolum imitari debebant, relictis illis Thessalonicensibus. Atqui ab imitatione Apostolorum non aberrat, qui imitatur imita-

A imitatores Apostolorum: Sicut ab imitatione Christi non excidit, qui sibi propooit Apostolos imitandos: Alioquio minimè dixisset Thessalonicensibus Apostolus: *Vos imitatores nostri facti estis & Christi.* Sicut ergo, qui Apostolum imitantur, Christum imitantur: ita qui imitatorem Apostolorum (Qualis Ignatius) imitatur, is & Apostolos & Christum imitatur. Si non licet imitari, nisi Apostolos, cur vult S. Petrus, ut illi, qui præsunt, *fiant forma gregis ex animo?* Quid est *forma gregis;* nisi exempla virtutum à sapientibus edita, & ad imitationem subditis proposita, ut ea ipsi itidem vita & actione exprimant?

1. Petr. 5.

B Quinta causa est *voluptas ex scriptione oritura. Quam rationem probo & ego,* inquis: Sed qua de causa? *Quia,* inquis, *liber ille vix evolvi potest sine singulari animi oblectatione ab iis, qui se jucundis fabellis exhilarare volunt.* Vita Ignatii non est hos in usus parata: Si te fabellæ juvant, habes Æsopum, habes Metamorphos. Ovidii, habes Lucianum & Apulejum. Ex his bujusmodi voluptatem haurias licet, non ex vita Ignatii, ex qua nemo talem oblectationem capit, nisi is, qui & cœlum & cœlites pro fabulis habet. Enimverò planè similem tuæ oblectationi oblectationem percipiebant olim Apion, Celsus, Julianus, Porphyrius ex lectione Moysis & Prophetarum, Christi & Apostolorum. Et tu quoque eandem percipis, si aliquando legas vitas Sanctorum à S. Gregorio in dialogis, aut à Theodoreto in historia Religiosa descriptas; aut si evolvas vitam S. Antonii ab Athanasio editam, aut res gestas Pauli primi Eremitæ, aut S. Hilarionis, aut Malchi Monachi à Hieronymo litteris commendatas; Tanti enim omnes istos facis, quanti Ignatium & Ribadeneiram.

C Sexta causa est animi pietas, *ut gratus,* inquit, *videatur erga bene meritum Ignatium;* non quòd, ùt tu mentiris; *ab ipso impudenter mentiri didicerit;* sed quia pietas & reverentia in parentem jubet, ut filius quoquo modo, præclara patris sui facinora ab oblivione vindicet, posterorúmque memoriæ prodat. *Quomodo enim non est absurdum,* ait Theodoretus; cùm historiam Religiosam aggrederetur, *ut poëtæ quidem & scriptores ea conscribant, quæ in bello fortiter & præclarè gesta sunt:* D *Tragici autem eas, quæ rectè cælabantur, calamitates tragædiis in publicum proferant, & earum scriptis mandatam relinquant memoriam: aliqui autem alii in Comædiis & rebus ridiculis consumant orationes: nos autem sinamus eos viros tradi oblivioni, qui in corpore mortali & patibili ostenderunt impatibilitatem, & incorpoream æmulati sunt naturam.* Addis; *Jesuitis suis laborem ominatur fructuosum futurum:* nec vanus augur fuit; fructuosissimus enim toti Societati, Dei beneficio, Ribadeneiræ labor extitit. *De aliis,* inquis, *non audet hoc*

Theodor. præfat. hist. Relig.

E *dicere:* Unde hoc nôsti? An quia hoc non dixit Ribadeoeira? Atqui multa sæpe non dicimus, non quia non audeamus, sed quia non velimus. Porrò aliis itidem Ribadeneiræ industriam multum emolumenti attulisse, testantur cùm alia, tum quòd liber hic non semel in Germania, Flandria, Italia & Hispania laioè sit excusus, & in Germanicam, Italicam & Hispanicam quoque linguam translatus; & à tam latinè doctis, quam à latinè ignaris cupidè lectus, non sine admiratione rerum ab Ignatio gestarum. Pergis: *Quàm ridiculum autem est, quod scribit, primam legem historiæ esse veritatem, quam profitetur se scripturum.* Quid tu hic ridiculum vocas? An tritum illud dictum: *Prima historiæ lex est veritas?* At tu citiùs ridiculus B fueris, quàm hoc omnium approbatione firmatum verbum. An ridiculum ducis, quod Ribadeneira profitetur veritatis studium? Si præstare veritatem ridiculum non est; cur ridiculum sit veritatem promittere? Verba Ribadeneiræ hæc sunt: *Quoniam historiæ prima lex veritas est, hoc in primis profiteor, me nihil inexplorati scripturum, sed res mihi notas, certas, testatasque litteris proditurum.* G An nullus unquam Historicus veritatis pollicitationem historiæ suæ præmisit? *Testor JEsum & sanctos Angelos ejus,* inquit S. Hieronymus scripturus vitam S. Paulæ Romanæ; *ipsumque proprium Angelum, qui custos fuit & comes admirabilis fœminæ, me nihil in gratiam, nihil more blandientium loqui; sed quidquid dicturus sum pro testimonio dicere.* Et S. Athanasius initio vitæ S. Antonii profitetur, se inprimis veritatis rationem habiturum, ut alios prætereàm, ne rem probationis minimè indigam, videar probando facere improbabiliorem. Ais, *protestationem facto esse contrariam.* At cujus judicio? Tuo videlicet, quod tam sanum est, ut tribus anticyris vix persanari queat.

S. Hieron. in Epitaph. S. Paulæ.

H *Ne dubitemus,* inquis, *affert locupletes testes se & Ignatium ipsum:* Nec se dat testem, nec Ignatium; sed ait, se scripturum ea, quorum partem non exiguam ipse viderit, plurimorúmque annorum cum Ignatio convictu notaverit. An non hoc ad historiæ humanæ veritatem facit, scribere, quæ videris, quæque ipse sis expertus? Nec hoc facit Ribadeneira absque veterum exemplo: Possidius scriptor vitæ D. Augustini, vel maximè narrationi suæ fidem inde conciliare nititur; quòd ea litterarum muuumentis cousigoanda susceperit, *quæ,* ùt inquit, *per eum* (Augustinum) *didici & expertus sum, quàm plurimis annis ejus inhærens charitati:* fuisse autem annos ferme quadraginta, quibus cum Augustino, *familiariter* ac *dulciter* Possidius vixit, testatur ipse extremis propemodum suæ historiæ verbis: Theodoretus ita præfatur in suam de vita Sanctorum Patrum historiam. *Ex iis, quæ sunt dicenda; ipse quidem vidi nonnulla; quæ autem non vidi,*

audivi

A *audivi ab illis, qui viderunt.* S. Athanasius præfatione in vitam S. Antonii ait, se de Antonio commemoraturum ea, quorum ipsemet non pauca *proprio experimento* didicerit: *frequenter enim*, inquit, *eum visitavi.* Idem alii tam sacri, quàm profani scriptores non rarò faciunt. An & isti se ipsos testes laudant? An & Possidius Augustinum ipsum testem veritatis affert; cùm ait, se ea percensere statuisse, quorum partem ex ipso Augustino cognoverit? Quæso te, unde cognovit S. Hieronymus totam illam de Malcho Monacho historiam? An non ex eo ipso, de quo historiam texit? Quid ergo mirum, si & Auctor noster referat nonnulla, quæ B ex Ignatii ore intellexerit? Nec his duobus, quamvis maximi ponderis, ad veritatis persuasionem, contentus fuit Ribadeneira: quò majorem suæ historiæ fidem conciliet, addit testes, qui Ignatium noverunt; hac item in re veteres Historicos imitatus, nominatim Theodoretum, qui, ùt paulò antè dicebamus; ita scribit: *Ex iis autem, quæ dicenda sunt, ipse quidem vidi nonnulla, quæ autem non vidi, audivi ab illis, qui viderunt; viris virtutis amantibus, & qui digni sunt habiti, ut & eos viderent, & eorum doctrina fruerentur.* Quæ res tanti momenti est ad auctoritatem historiæ, ut ne D. quidem Lucas initio sui Evangelii eam præterire voluerit; professus, se, quæ scripturus erat, accepisse ab iis, qui ab *initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis.* Tu tamen testes, ab auctore productos, non sinis à tuis calumniis intactos abire. *Addit*, inquis, *nescio quem Gonzali, quem* C *nemo nostrûm, qui mortalis esset, audivit.* At quis P. Ludovicus Gonzalez fuerit, novit Italia, Hispania & Lusitania; fuit enim & genere nobilissimus, & virtute & doctrina insignis, & est ille ipse, quem Didacus Payua, Luisium Gonzalez à Camera non sine religiosissimi & doctissimi titulo nominat. Deinde num nullius, nisi quem noveris, testimonium fide dignum arbitraris? Novistine testes, quorum testimoniis utitur in sua Ecclesiastica historia Eusebius, aut Socrates, aut Sozomenus, aut Evagrius? fortè, ùt illa apud poëtam, *oculos in manu* habebat; ita tu fidem habes in oculis. Quod cernis, credis; & nihil præterea. Adhæc, si Ribadeneira, Theodoreti exemplo, nullum testem nominatim expressisset; nihil certè ampliùs ab eo exigere potuisses; sicut neque ab aliis Historicis exigis; si nomina testium speciatim non designent. Nunc cùm plus præstiterit Ribadeneira, quàm tu vel meritò desideràsses, vel leges historiæ requirant, quæ criminandi impotentia est, hoc solo nomine in testes invehi; quòd eos non noveris; quia contentus esse debuisses, vel invitus; si tacitis nominibus hos testes Auctor noster laudâsset.

Didac. Payua Præfat. in explic. Orth. cont. Kemnitium.

D *Adjungitur*, inquis, *alius testis, Ludovicus Consalvus, qui omnia ex ore Ignatii accepit;* Hallucinaris: abreptus fortassis nimio calumniandi calore. P. Ludovicus Gonzalez & E P. Ludovicus Consalvus unus & idem est; non duo; ne tu nobis conduplices, quem *simplicem* & *rectum*, non duplicem & fallacem novimus. Quòd autem Ignatius patri Consalvo quædam de vita sua, & beneficiis à Deo acceptis exposuit; id non sine exemplo plurium sanctissimorum virorum fecit. Exposuit D. Augustinus vitam & conversionem suam non uni Possidio, sed toti mundo, in pulcherrimis illis confessionum libris. *Tandem, ut veritati cedamus, accedit*, inquis, *Jacobus Laines Societatis præpositus; qui, ùt Ignatii filius, multa vidit, multa notavit.* Cederes veritati, si ulla veritatis cura te tangeret: Sed cereus in mendacium es; plumbeus in veritatem, fidem non metiris rebus; sed arbitratu tuo; vel potiùs libidine. *Ex* F *his fontibus*, inquis, *Auctoris historia manavit.* Omnino ex his fontibus, quorum nos eò minùs pœnitet, quò magis vobis displicere videmus: Quod Tertullianus de Nerone, hoc nos de vobis, paululùm immutatis verbis. Talibus *damnatoribus nostris etiam gloriamur. Qui enim scit vos: intelligere potest, non nisi grande aliquod bonum à vobis damnari.*

Tertull. Apolog. c. 5.

Subjungis. *Auctor, ut mendaciorum parcus* G *videretur, ea scribere noluit, quæ incertis auctoribus, aut non satis locupletibus dici poterant.* Quid tu hic habes, quod calumnieris; præter tuam calumniandi effrenem cupiditatem? An non laudi datur cuivis scriptori, in quocunque argumento versetur; si incertis & fabulosis abstineat: certa & testata secutus? Cur igitur in Ribadeneira reprehendis, quod alteri, in quem odio & furore non sis inflammatus, necessariò laudi dabis? An non laus vel potissima Historici est, ut non tam scribat, quàm vera scribat? *Pulcherrimam*, inquis, *rationem addit; quòd cùm in omni re mentiri turpe sit, tum in Sanctorum vita referenda turpissimum.* Rides hoc dictum; ideo, quia tantum abest, ut mentiri apud te sit turpissimum, ut ne turpe quidem sit; nam si vel turpe esset, nunquam tot mendaciis singulas libri tui pagellas respersisses. Et qui, oro, turpissimum non est, mendaciis velle cœlitum gloriam illustrare; perinde sanè ac si quis tenebris vellet splendorem Solis adaugere? Dicis, *Auctorem his verbis tectè indi-* H *care, Ignatium nec esse, nec fuisse sanctum, quando impudentissimè mentitus est de eo.* Tu quidem, more tuo, Ribadeneiram de Ignatio mentitum asseveras, sed non probas. Accusari potest mendacii etiam innocens, convinci non potest nisi nocens. Interim innocens hoc quasi privilegio fruitur, quòd mendacii non sine mendacio accusatur: Quod num hoc loco Ribadeneiræ acciderit, candido lectori arbitrium permitto. *Audet*, inquis, *reliquas legendas mendacii arguere.* Quas verò *Legendas?* Vide, oro, mi Misene, ne dum cæco nimis impetu, nimis mendacem reddere vis Ribadeneiram, tu ipse mendax

 effica-

A efficiaris. Quo enim vel minimo verbulo Sanctorum historias mendacii arguit? Deinde, si *Legendas* Divorum mendacii, quod absit, argueret; idem, quod tu, faceret. Quo igitur jure tibi hanc culpam donas, eodem & Ribadeneiræ eandem ignoscere deberes, ne videaris tibi clemens & mitis; aliis durus & immitis. *Hoc*, inquit, *falsum, de iis, qui vivunt, ait, se parciùs locuturum: de mortuis paulò pleniùs, hoc est, paulò impudentiùs.* Monitum Sapientis est: *Ante mortem ne laudes quenquam:* Idem præcipiunt poëtæ. Quid igitur peccavit Ribadeneira, cùm id se facturum promisit, quod & sacri & profani scriptores faciendum esse monent? Nam quòd illud *paulò pleniùs* interpretaris, *paulò impudentiùs;* satis animadverto, te reliquis Calvinistis non paulò, sed longo intervallo impudentiorem esse.

Ecclef. 11.

CAPUT VII.

Calumniæ Miseni in caput primum & secundum libri primi vitæ Ignatii.

B IN *primo capite*, inquis, *nihil sanè notatu dignum occurrit. Nam facilè credimus, rem ita habere, ùt narratur.* Si credis, quæ auctor scribit de familia, ortu, educatione, rebúsque Ignatii in militia gestis; cur fidem aliis derogas? *Perabsurdum est*, ùt rectè ait Origenes, *ejusdem commentarii lectioni, prout odium dictaverit, vel credere, vel non credere.* Imitaris hoc etiam loco Celsum; qui, ubi commodum videbatur, veteri & novæ legi fidem commodabat; ubi incommodum, fidem denegabat. In quem Origenes (cujus verbis & ego in te) *Quòd si Celsus credet Evangeliis, quoties ei videntur* C *contra Christianos facere; iisdem asserentibus Jesu divinitatem nolet credere:* dicemus ei: *heus tu, aut in universum eis non crede, & criminari desine: aut si credis omnibus, quæ continent, admirare verbum Dei factum hominem eo consilio, ut prodesset universo humano generi.* Addis: *Sed de superstitione monendum aliquid.* Quæ verò hæc superstitio? Ait Auctor, Ignatium ex periculoso morbo convaluisse deprecatione S. Petri, quem præcipua quadam religione coluerit; quémque adesse, sanitatémque afferre sibi visus sit. *Multiplex*, inquis, *hic latet superstitio. Unde enim scire potuit, se, deprecante Petro, convaluisse?* Quæro ego vicissim ex te. Unde D scire potuerit Constantia Constantini Magni filia, se, ope beatæ Agnetis Virginis, ab incurabili propemodum morbo curatam esse? Ita enim sanctus Ambrosius. *Constantia Regina, Virgo prudentissima, sed ita obsessa vulneribus, ut à capite usque ad pedes, nulla membrorum pars libera remansisset. Accepto autem consilio, spe recuperandæ salutis, venit ad tumulum Martyris nocte, & licèt pagana, tamen credula animi intentione preces fideliter fundebat: Quod dum faceret, repentina somni suavitate corripitur. Et vidit per visum beatissimam Agnem talia sibi monita præferentem: Constanter age Constantia, & crede Dominum Jesum Christum filium Dei esse Salvatorem tuum, per quem modò consequeris omnium vulnerum tuorum, quæ in corpore tuo pateris, sanitatem. Ad hanc vocem Constantia evigilat sana; & sic sana, ut nec signum in ejus membris alicujus vulneris remaneret.* E

Orig. lib. 2. cont. Cels.

S. Ambrof. Serm. 90.

F Dices, ei apparuisse D. Agnetem. At Ignatio apparuit itidem S. Petrus. Hic tu, *unde Ignatius Petrum noverat sibi adesse, & sanitatem afferre?* Quæram & ego; Unde Constantia Agnetem noverat sibi adesse, & sanitatem afferre? Tu de Ignatio: *Fortasse miles ille ad statuam Petri procubuerat pridie; quæ per quietem illi visa est adesse.* Fortassis Constantia itidem ad statuam Agnetis vigilans procubuerat, quæ per quietem visa est ei adesse. Sed ut propiùs interrogationes tuas excutiamus, unde scire potuit Dorcas illa, se deprecatione D. Petri adhuc viventis à mortuis excitatam esse; cùm, ùt tu loqueris, *Christiani unicum habeant μεσίτην καὶ ἱκέτην, mediatorem & Advocatum filium Dei?* Unde G Æneas ille Paralyticus precibus & beneficio beati Petri persanatus, nôsse potuit; se, deprecante Petro, convaluisse; cùm Christianis sit unicus *Mediator filius Dei?* Si dicas, experimento ipso hos ista cognovisse. Dicam & ego; Ignatium ipsa experientia depulsæ infirmitatis intellexisse, se interventu beati Petri ex mortis faucibus ereptum esse; Quia pervigilium Festi Apostolici agebatur: quia ex intimis animi sensibus ad patronum suum divum Petrum preces emiserat; Quia denique D. Petri species divinitùs ei oblata fuerat.

Actor. 9. ibid.

Hic tu; *Unde novit, Petrum esse?* Cedo & H tu: Unde novit Paulus, CHRISTUM esse eum, qui apparuit in via eunti Damascum? Nónne interrogavit, *Domine tu quis es?* Nónne simile quid potuit facere Ignatius, ut maximè ex aliis circumstantiis non cognovisset, quis ille esset, qui sibi apparuerat. Cùm Joannes Evangelista & Philippus Apostolus, Theodosio Magno, secundùm quietem apparuissent; simul etiam aperuerunt, quinam essent, & cujus gratia venissent; ùt scribit Theodoretus. An non & hic idem accidisse credibile est; ut proinde stulta sit illa tua sciscitatio: *Petrum qui nunquam viderat, quo pacto certus esse potuit de Petri præsentia?* Quæso, quid diceres; si quis ex te quæreret de Paulo, Christum qui nunquam viderat, quo pacto certus esse potuit de Christi præsentia? Aut de Manue patre Sampsonis: Angelum qui nunquam viderat, quo pacto certus esse potuit de Angeli præsentia? Quod responderes alteri proponenti tibi has quæstiones de Paulo & Manue; idem responde tibi ad quæstionem à te

Actor. 9.

Theod. lib. 5. hist. Eccles. c. 24.

Judic. 13.

de

A de Ignatio propositam : & aliam solutionem non desiderabis. Nam quod addis de *recalvastro*, quasi calvitiei nota ab Ignatio sit agnitus, vide, ne non tam jocus sit, quàm blasphemia; nam ùt in cœlo nullus Calvinista reperitur, ita etiam nullus calvaster. At non prætereunda est illa tua quæstio, quam secundo loco ponis, his verbis concepta: *Cujus jussu præcipua Religione coluit Ignatius Petrum, cùm Deum colere debuisset?* Solvam & banc quæstionem alia quæstiona, imitatus Salvatorem, qui Pharisæorum interrogationes solvit aliquando interrogationibus. Dic ergo, cujus jussu coluerunt veteres Christiani Martyres omni honoris genere, templis, diebus fastis & celebritaobus; ita ut, Theodoreto teste, *qui prospera erant valetudine, conservari sibi eam à Martyribus peterent, qui verò ægritudinem aliquam paterentur, sanitatem exposcerent; qui peregrè aliquò proficiscebantur, peterent Martyres sibi comites esse in via, vel potiùs itineris duces; qui verò jam sospites redierant, gratias agerent, acceptum beneficium confitentes. Piè verò fideliterque precatos, ea maximè consequi, quæ desiderant,* inquit Theodoretus, *testantur illa, quæ votorum rei dona persolvunt, manifesta nimirum adepta sanitatis indicia. Nam alii quidem oculorum, alii verò pedum, alii porrò manuum simulacra suspendunt ex argento, auróve confecta. Gratissimè namque accipit eorum Dominus, qualiacunque sint dona, nec exigua, nec vilia dedignatur; quippe qui ea pro ferentis facultate metitur. Hæc itaque omnium spectaculo proposita testantur morborum depulsionem, cujus ipsa certissima signa sunt.* Ad hanc quæstionem ex Theodoreto cùm responderis, tum etiam à me responsum ad tuam de Ignatio quæstionem expecta.

Theod. lib. 8. ad Græcos.

B

C In secundo capite tractatur, inquis, *qua ratione à seculi vanitate ad Deum conversus sit Ignatius.* Ita est: aut ergo vera fatere, quæ percenseotur, aut contrà accingere. *In hoc capite*, inquis, *diligenter observandum initium conversionis istius, quod deductum est non à lectione Scripturæ sacræ, sed legendarum, vulgo lugendarum vocatarum.* Ait Ribadeneira: Ignatio duos libros oblatos terendi temporis causa: alterum, qui vitam Christi; alterum, qui vitas Sanctorum continebat. Si tibi historiæ Sanctorum sunt *lugendæ*; cur, oro, saltem hoc nomine non perhorrescis dedecorare historiam Salvatoris nostri, collectam ex Evangelistis, veterúmque Patrum monumentis? Deinde an nulla ad meliorem sanctiorémque vitæ rationem conversio, laudabilis erit; nisi quæ ex ipsa sacrarum litterarum lectione *immediatè*, ut sic dicam, hauriatur? Laudat sanctus Augustinus, & quidem summoperè laudat duos milites in aula Imperatoris militantes, qui, cùm casu in vitam sancti Antonii à beato Athanasio scriptam incidissent, ita imitandi desiderio exarserunt, ut ab illo temporis momento, aulæ & mundo multam salutem dicere; & sponsas nuper sibi desponsas deserere cogitàrint; nec cogitàrint modù, sed & re ipsa deseruerint. Quo exemplo; cùm id Augustinus, ex familiari quodam suo intellexisset, quantoperè ad vitam in melius commutandam sit exstimulatus, nemo accuratiùs te docebit, quàm ipsemet Augustinus, qui etiam auditis rebus gestis sancti Antonii, moras omnes abrupit, & à seculi vanitate ad vitam castam & integram, imò & ad monasticam sese transtulit. Num & Augustino objicies conversionem ejus à *Lugendis* initium duxisse? Hæreticus quidam Jurisperitus, cùm alium quendam non infimi nominis Jurisconsultum Calvinistam, funebri oratione laudandum suscepisset, non inter postrema ejus encomia hoc ponit, quòd ad lumen illud admirabile Evangelii conversus sit lectione colloquiorum Erasmi. Egregium profectò melioris vitæ initium; & dignum Calvinistica patella operculum: Tu tamen hic non rides: at cùm ex Divorum monumentis, Ignatium nostrum ad sanctiora consilia capessenda excitatum legis, rides; quasi verò ex Sanctorum historiis melior spiritus non spiret, quàm ex novis ac priscis Lucianis.

D

S. August. l. 8. Confes. c. 6.

E

F

G Ais, *in conversione Ignatii apparuisse luctam militis & Monachi, tandem Monachum vicisse, frustrà mundo militem retinere conante.* Totum hoc dicere licet de conversione sancti Augustini; qualis enim lucta in eo extiterit, in mundóne maneret, an mundo valediceret: & quomodo tandem Monachus vicerit (utar enim hoc vocabulo, quandoquidem te eo oblectari video) frustrà mundo Augustinum, Rhetoricæ professorem, retinere conante; intelliges ex octavo Confessionum libro.

H Scribit Ribadeneira, Ignatium quodam die divinitùs illustratum, animum intendere cœpisse; & tum demùm intellexisse, quantum intersit inter cogitationes de Deo, de Hierosolymitana profectione, de vitæ asperitate sectanda, de virtutis dignitate complectenda: & inter alias de mundo, iísque rebus, quæ in mundo regnant. Hic tu, quid credas, nobis patefacis; *Diem hunc*, inquis, *credo fuisse Calendas Maji apud Græcos.* Libenter credo, te hoc credere; imò & hoc credo: cùm legis vel audis illud, quod in lib. Job. scriptum est. *Quadam die cùm venissent filii Dei, ut assisterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan:* te credere, diem hanc fuisse Calendas Maji apud Græcos, aut certè apud Hebræos, aut apud Arabes. Sed quod ad Ignatium attinet, probabilius mihi videtur *diem illum quendam*, fuisse Calendas Julii apud Latinos. Acciderunt enim hæc circa diem illum, qui Apostolorum Petri & Pauli anniversariæ memoriæ dedicatus est, quem scis, circa Calendas Julii apud Latinos celebrari; sicut & in Calvinisticis syna-

Job. 1.

A fynagogis celebratur circa Calendas Julii apud Græcos, id eft, nunquam. *Quòd addit*, inquis, *Ignatium nefcio quæ præcepiffe de fpirituum diverfitate, nullius momenti funt: Quis enim nefcit diverfos effe fpiritus; fpiritum Dei & fpiritum mundi:* Si oefcis, ùt verè oefcis, quid Ignatius de fpirituum varietate interoofcenda tradiderit; cur vituperas? Tertul. Apolog. c. 1. *non potes* oullius momenti *dicere, qui revinceris ignorare.* At omnes fciunt, effe diverfos fpiritus. Rectè, omnes id fciunt, aut faltem fcire debent, fed generatim id fciunt; ficut omnes Chriftiani generatim fciunt, effe Angelos & Dæmooes; at eum, qui hoc loco, hac vel illa forma, huic vel illi apparet, Angelum aut Dæmonem effe, non omnes æquè nôrunt, quo fit, ut, quia Aogelus Satanæ B 2.Cor. 11. in Angelum lucis fefe *transfigurare* folet; regulis opus fit, difcernendi caufa. Quod accidit in externa fpirituum apparitione, idem fit io illa interna, & quæ fola mente perficitur; nam & in hac fæpe Angelus Satanæ in Angelum lucis fefe transformat, & eò faciliùs, quò eft fubtilior, & à communi fenfu remotior. Quare & hic difcreoonis dono opus eft. Quòd fi dooum hoc aut nullum eft, aut omnibus commune, cur Apo- 1.Cor. 12. ftolus *difcretionem fpirituum* inter dona fpiritus, & inter divifiooes gratiarum numerat, quæ uni obtingant, alteri oon obtingant? Omnes fciunt, effe bonum, & effe malum; Attamen ùt folidus cibus non nifi perfectorum eft, ita difcretio boni & mali, non nifi eorum eft, *qui pro confuetudine exercitatos habent fenfus*, ùt ait Apoftoius. Hebr. 5. Et ille Emmanuel *butyrum & mel comedit, ut fciat reprobare malum, & eligere bonum:* non ignarus utique generaòm bonum & malum effe. Ifai 7.

C Dicit Ribadeoeira: Ignaóum lectione librorum piorum fefe confirmâffe. Quid tu? *Qui fuerint libri illi, fuprà dictum: Quid enim præter Lugendas legeret miles ille barbarus?* Ergo judicio tuo, *Lugendæ* fuot vitæ à S. Hieronymo defcriptæ, vita, inquam, S. Hilarionis, S. Pauli, S. Paulæ: Vita S. Antonii à S. Athanafio, Vita S. Auguftini à Poffidio, Vita S. Agnetis ab Ambrofio, Vita S. Gregorii Thaumaturgi à Gregorio Nyffeno, tot vitæ à Theodoreto & à S. Gregorio Magno fcriptæ? Nam quò minùs ad alios auctores, his vel ævo pares, vel fuppares, vel inferiores defcendam, facit tua incredibilis improbitas; quam tamen lugere vel in perpetuum jubebo; fi hiftorias Sanctorum ab his tantis & talibus viris memoriæ commendatas D pro fabulis habueris. Quid enim? Fortè Ignatius vitam Hilarionis lectitabat. Fortè dialogos fancti Gregorii; fortè alias vitas à probatiffimis & antiquiffimis auctoribus defcriptas; quorum tantum abeft ut vita fit *Lugenda;* five à Latino, five à Germanico Etymo, hanc vocem derivare velis; ut tua tuorúmque fimilium crimioatorum petulantia, non nifi lugendis illis orci fuppliciis, ob hoc tam lugendum mendacium, expiari poffe videatur. E Si barbarus miles eft, quisquis Sanctorum hiftorias evolvit: ergo etiam duo illi milites in aula Imperatoris, tantoperè à fancto Auguftino laudati, barbari fuêre milites, quippe qui vitam S. Antooii à S. Athaoafio fcriptam fedulò lectitârint? ejúsque lectione ita incenfi fuerint, ut de mundo deferendo confeftim falutaria confilia cœperint, oec tam in confultando, quàm in exequendo promptiores.

F Ait Ribadeneira: Ignatium cœpiffe cogitare, quibus fuppliciis maculas fuorum peccatorum deleret. Hic tu: *Si legiffet Joannis epiftolam, potuiffet difcere, fanguine Chrifti emundari noftra peccata, non noftris caftigationibus.* Miferum Ignatium, qui ooo viderit Joannis epiftolam, cùm Lutherani aut Calviniani alicujus commentis: ut difceret, fanguine Chrifti, oon fuis caftigationibus peccata deleri. Emuodat nos fanguis CHRISTI ab omnibus inquinamentis ooftris, fed applicatur oobis per certa media: ficut & aqua abluit maculas corporis, fed applicata corpori: At media, quibus fanguis Chrifti nobis applicatur, funt opera pœnitentiæ, & alia virtutum exercitamenta: his tanquam manibus quibusdam fanguis Chrifti apprehendendus, & fordibus animi admoveodus eft, ut eas expurget & emaculet. G Sciebat utique etiam fanctus Paulus faoguine Chrifti emundari peccata: Nihilominus *caftigabat corpus, & in fervitutem redigebat: & mortificationem Jefu in corpore fuo circumferebat:* 2. Cor. 4. vel peccatis expiandis, vel meritis adaugendis. Adjuogis: *Societatem hanc in fuperftitione natam & educatam effe, & in eadem finitum iri.* Quid ita verò? Quia Ignatius fub inioum converfionis fuæ coram D. Virginis imagine in genua provolutus, preces fudit. Si id facere *Superftitio* eft, imò *Idololatria;* ùt tu itidem vocas, oportet profectò beatam Paulam Romanam fuiffe idolorum cultricem & fuperftitiofam; H *quæ proftrata ante crucem, quafi pendentem Dominum cerneret, adorabat;* S.Hier. Epitaph. S. Paulæ. ùt non aliquis è trivio, fed S. Hierooymus tantus ac talis vir, memoriæ prodidit. Sophron. cap. 45. Narrat Sophronius in prato fpirituali, Diabolum à quodam Eremita nihil aliud petiiffe, quàm ut imaginem divæ Virginis, puerum Jefu geftantis, ex coociavi fuo ejiceret, & ab ejus honore in pofterum abftioeret: ut proinde neceffe fit, Diabolum ab idololatria & fuperftitione admodum alienum effe: fi cultus imagioum beatæ Virginis fuperftitiofus eft, & Idololatricus. Hic tu vociferaberis, exemplum hoc ex *Lugenda* petitum effe. At treceno quinquaginta Patres Concilii fecundi Nicæni librum hunc minimè pro *Lugenda* habuerunt. Quibus igitur potiùs credendum, obi uni & foli. At quali? An trecentis & quinquaginta doctiffimis & fanctiffimis Patribus?

Scribit

A Scribit Ribadeneira: Orante Ignatio co-
ram divæ Virgiois imagine, terræ motu fa-
cto, totam domum contremuisse. Hic tu:
*terræ motus semper aliquid mali portendit; ut
historiæ testantur.* Quàm peritè hoc dicas,
nolo curiosiùs disquirere: Tantùm quæro,
Actor.16. Act. 4. utrum motus ille terræ, quo carcer con-
cussus est, orantibus Paulo & Sila; & ille,
quo concussus est locus, in quo, tempore
persecutioois, Christiani simul precabantur,
Psal. 113. Psal. 67. aliquid mali portenderit: item *cùm à facie
Domini mota est terra, à facie Dei Jacob.* Et
cùm, *egrediente illo in conspectu populi sui;
terra mota est;* an aliquid infaustum motus
ille portenderit; vel an ab aliquo, quod in-
fausti & mali ominis esset, Propheta mo-
dum loquendi petiverit, ut lætitiam diei il-
lius explicaret, quo populus ex Ægyptia
B servitute evasit? Addis. *Procul dubio ipsa ter-
ra cohorruit ad ea mala, quæ ex hac secta pro-
ventura essent:* Si terræ motus extitisset Lu-
thero à Catholicis castris, ad perfidiæ castra
desciscente; non malus sanè vates esset, qui
hanc tuam explicationem, ad illum terræ
motum accommodaret. Nunc quo jure tu
dicis, terram ad Ignatii conversionem, ob
mala inde enascitura cohorruisse, eodem sa-
nè diceret Celsus, Christo mortuo, trepi-
dâsse terram, perculsam quasi formidine eo-
rum malorum, quæ ex Christiana religione
essent oritura: Quod tu igitur calumniatori
Celso responderes, hoc tibi calumniatori à
C me responsum puta. At conversio Ignatii
videtur tibi mala, & causa malorum. An
ideo mala est, quia malo videtur mala? imò
malo videri malum, non obscurum bonita-
tis est argumentum: Et qui sunt illi, quo-
rum judicio conversio Ignatii, & Societas
ab eo instituta mala & perniciosa est? Di-
Tertul. Apolog. cap. 43. cam cum Tertulliano; *Lenones, perductores,
aquarioli, sicarii, venenarii, Magi, arioli, aru-
spices,* Hæretici, Prædicantes Lutherani, mi-
nistri Calviniani. *His infructuosos esse ma-
gnus fructus est.* Addo ego: his malum es-
se; magnum bonum est; Quia talia mon-
stra noo nisi ab ingenti booo domari & ex-
cindi queunt. Sed quid ego hanc tuam terræ
motus interpretatiooem refello, cùm tu ipse
illam egregiè refutes: *Erro,* inquis, *hic tur-
D piter.* Tandem ascendisti tripodem, vix quid-
quam verius toto libro prolocutus es: Erras,
& turpiter erras: nam si Ignatii conversio
mala fuit, & pestifera; etiam Augustini, etiam
Antooii, etiam Hilarionis, etiam eorum, quos
tantis laudibus celebrat Theodoretus, con-
versio mala & pestifera fuit: Quia sicut Igna-
tius, ita & isti ex Ægypto, hoc est, à secu-
li vanitate ad Deum cooversi sunt: Et quem-
admodum tu jam conversionem Ignatii cri-
minaris; ita tunc, tui majores, Dooatistæ,
& alii criminabantur conversiooem Augusti-
ni, Antonii, Hilarionis & aliorum.

Sed jam à terræ motu transilis ad Dei-
param Virginem: nescio quo impetu abre-
ptus. *Orabant,* inquis, *Apostoli cum Maria;* E
*non adorabant Mariam præsentem tum & vi-
ventem:* Uode scis, Apostolos oon adorâs-
se, hoc est, non coluisse divam Virginem
cultu & honore religioso; & ea adoratione
affecisse, quæ & in hominem convenire
potest? Ex Scriptura profectò mihi id nun-
quam demonstrabis; nisi per solemne illud
vestrum argumentum: *Non scriptum est;
ergo non factum est:* Túne arbitraris Aposto-
los fuisse Calvinistas, hoc est, adeò omnis
religiosæ observantiæ expertes, ut nescirent,
quo loco matrem Dei ponere: quantum
spei & fiduciæ in ipsius ad filium precibus
collocare deberent? probabilissimum certè
est, Apostolos unicè à matre Dei efflagitâs-
se, ut suis precibus nihil oon effecturis, pro-
missi Spiritus sancti adventum maturaret.
Pergis: *Ignatius non præsentem sed absentem;
non ipsam, sed statuam ejus adoravit, ut idolo-* F
latra: Graode crimen. Igoatius invocavit B.
Virginem jam receptam io cœlum: An tu
nunquam invocas Christum in cœlum jam
secundùm humanitatem receptum? An non
sapis ea, *quæ sursum sunt, ubi Christus est in
dextra Dei sedens?* Deinde falsum est, Igna-
tium, noo coluisse & invocâsse ipsam Vir-
ginem, sed statuam; Nam qui imaginem
colit, is colit primariò Prototypum; cùm
honor imaginis ad Prototypum transeat; si-
cut cùm tu civili honore imaginem tui Prin-
cipis colis (neque enim opinor, conspues,
aut pedibus conculcabis) cultus ille perma-
nat ad ipsum Principem. Nec qui D. Vir-
ginem coram imagine invocat, invocat
ipsam imaginem: sed coram imagine, tan-
quam Virginis repræsentatrice, ipsam Virgi-
nem: quod tam alienum est ab Idololatria,
quàm non aliena à te est calumniandi im-
potentia.

Nunc solita levitate revolas ad terræ G
motum: Dicit Ribadeneira; hac domûs, in
qua Ignatius erat, concussione, Deum for-
tassis voluisse significare, Ignatii preces sibi
fuisse gratas, & ad impetrandum efficaces.
Hîc tu: *Fortasse noluit, & voluit significare
id, de quo ego dixi;* At jam ostendi, Deum
nec voluisse, nec potuisse significare hoc
terræ motu, quod tu significas; Quia quod
significas, calumnia est, criminatio est, men-
dacium est. Addit Ribadeneira aliam si-
gnificationem; Fortè, inquit, quod in aliis
Sanctorum historiis legimus: Dæmon vi-
ctus ab Ignatio aufugit, & frendens non ob-
scura suæ iodignationis signa dedit. *Exem-
pla,* inquis, *illa, ubi scripta, ficta, aut picta
sint, me latet: Fortè in lugendis.* Non mi- H
rum, ignota tibi esse hæc exempla. Quid
non fugit, quem ratio & veritas fugit? Plu-
ribus exemplis possem id, quod Ribadeneira
asserit, non ex *lugendis*, sed ex probatissimis
historiis confirmare, sed satis erit duo non
tam attulisse, quàm attigisse. Primum sit
ex D. Athanasio: apud quem sanctus An-
tonius

A tonius ita loquitur de Dæmonibus: *Concusserunt aliquando Monasterium meum, & ego mente immobili Dominum deprecabar;* (S. Athan. in vita S. Antonii.) Cur domum Antonii concusserunt; nisi quia ab Antonio sese devictos ægrè ferebant? Alterum sit ex D. Gregorio Nysseno in vita Gregorii Thaumaturgi; ubi refert, quomodo Dæmones signo sanctæ Crucis à Diacono superati; cùm aliud non possent, totum conclave, ingenti terræ motu excitato quassârint. Ais, *Quid si Diabolus lætus ex Orco emisit aliquot legiones, quæ in Hispania & Italia Jesuitas colligerent, quorum opera etiam, si*
B *opus esset, in regibus necandis uti posset.* Jesuitas à Diabolo collectos esse, non fit verisimile; quia haud tanto conatu conaretur nunc eosdem dissipare & perdere, tua & similium hæreticorum opera: longè verisimiliùs affirmares, Dæmonem Ignatii conversione territum, evocâsse ex Orco aliquot suorum legiones, quæ Martinum Lutherum jam insanientem (contigerunt enim hæc circa annum Domini 1522.) ut porrò insanire pergeret, incitarent, aliósque plures partim flagitiosos Monachos, ùt Oecolampadium, Bucerum, Munsterum, Martyrem, Pellicanum, Capitonem, & similes; partim improbos Sacerdotes & Clericos eidem adjungerent, qui, velut agmine facto,
C Ignatio, posterísque Ignatii sese objectu suo opponerent: jam enim tunc Diabolum præsensisse; & qua est solertia, divinâsse, quorsum conversio Ignatii evasura esset. *Sanè ea de causa Spiritus ille Dæmoniaca & Angelica paratura*, (Tertul. Apolog. c. 27.) ut verbis Tertulliani utar, *qui noster ob divortium æmulus, & ob Dei gratiam invidus est, de mentibus vestris adversùs nos præliatur, occulta inspiratione, modulatis & subornatis ad omnem & judicandi perversitatem & sæviendi iniquitatem.* Jesuitam, qui Regi interitum machinatus sit, aut sua, aut aliena manu; nullum mihi monstrabis: At Calvinistas, qui Reges & Principes trucidârint, tam facilè tibi nominabo, quàm facilè vulpes comest pirum.

D Ait Ribadeneira: Ignatium generosa quadam indignatione statuisse, sese flagellis & jejuniis priùs conficere, quàm iter Hierosolymitanum iniret. *Quis non rideret*, inquis, *legens Ignatium generosa quadam indignatione se confecisse:* Vis scire, quis legendo hæc non rideat? Paucis dicam. Quisquis tui dissimilis est. Quisquis Calvinista non est. Ais, *eum hoc fecisse more Lacedæmoniorum;* Non est ita: Christiani non sunt imitatores Lacedæmoniorum; sed Christi, Apostolorum, & eorum Christianorum, qui anteactis seculis piè & sanctè vitam egerunt. At Lacedæmonii flagellis sese concidebant. Primùm non soli Lacedæmonii; sed & alii. Secundò, hoc agendo malè non egerunt; quin potiùs naturalis rationis instinctu, id egisse censendi sunt, docentis & monentis, corpus flagris domandum, & spiritui tanquam no-

E biliori parti subjiciendum, ejúsque immoderatas cupiditates, ne honestatis limites transcendant, frangendas. Quòd si castigationem istam naturâ suâ bonam, bono itidem fine ornâssent, & non ad gloriam vel suam vel suorum numinum retulissent: dicerem, quod de anima Ethnici Deum unum agnoscentis ait Tertullianus, *Lacedæmonios naturaliter fuisse Christianos.* Sed ut videamus, te non frustra Lacedæmonem profectum esse, græcari incipis: *Quasi verò*, inquis, *γενναῖόν τι* sit in servili illa castigatione, qua olim in mancipia uti solebant: Si nihil generosum est in hac castigatione; Quia, ùt tu dicis, servilis est: Ergo nihil generosi fuit in flagellatione & morte Christi; quia utraque servilis fuit; nihil generosum fuit in illis suppliciis Pauli, cùm ter virgis cæsus est: & (2. Cor. 11.) cùm quinquies à Judæis quadragenas, una
F minùs plagas accepit; quia fuerunt supplicia servilia. *Lepidè Demonax*, inquis, *conspicatus aliquando servum ab hero Spartano flagris cædi, cessa*, inquit, *servum tibi honore parem efficere.* Idem, opinor, dixisses tu, & quidem lepidè, Pilato, si adfuisses, quando Christum flagellavit. Idem dixisses, & quidem lepidè, tribuno, qui Paulum flagellare volebat. *Si hæc*, inquis, *est generositas Hispanica*, (Act. 22.) *næ viles animas oportet esse καὶ δουλοπρεπεῖς:* pari modo dices; si hæc est generositas Christi & Pauli, constanti & forti animo ferre plagas, næ viles animas fuisse oportet. Quòd
G autem Hispanos *viles & serviles animas* vocas; agnosco convicium ex odio Catholicæ religionis, quæ apud Hispanos maximè floret, depromptum. Interim istæ viles & serviles animæ bonam partem mundi ditione tenent, & veteri orbi novum adjecerunt, & indies magis adjiciunt; dum vos illustres Calvini animæ, nescio quibus in latebris antiqui orbis hæretis & latetis.

H Memorat deinceps Ribadeneira, quomodo B. Virgo unà cum puero JESU, Ignatio, & quidem vigilanti apparuerit. Quid Misenus? *O impudentem*, inquit, *& ineptum scriptorem! Hæc poteras occultare intra cellas Jesuiticas & adolescentibus obtrudere credulis, stupidis, fanaticis: Quæ insania te coëgit, putidas hasce ineptias publici juris facere?* Exclamare & conviciari, Misene, non est historiam Auctoris nostri refutare. Dic ergo sine conviciis, quid neges. An factum esse, quod Auctor scribit? an fieri potuisse? Si hoc, tunc tolle omnes visiones piis hominibus vel in veteri vel nova lege oblatas, & vel in sacris Litteris, vel in Ecclesiasticis probatorum Scriptorum monumentis consignatas. Si enim hæc in divinam potentiam non cadit, non video, quomodo aliæ sive Dei, sive Angelorum, sive aliorum cœlitum apparitiones, à divina potentia effici potuerint: Si concedas, fieri potuisse; sed negas factum esse, oportet, ut hujus tuæ negationis aliquam causam

A causam probabilem reddas: Nam si ea tantùm de causa neges, apparitionem illam esse factam; quia non lubet credere; non Ribadeneiræ, sed tibi fidem derogabis. Quid enim certum, quid verum ex tota antiquitatis memoria remanebit; si hoc tantùm nomine repudiandum sit: quòd huic vel illi calumniatori non videatur vero consentaneum? Refert D. Gregorius Nyssenus, D. Virginem & D. Joannem Evangelistam apparuisse sancto Gregorio Thaumaturgo, eíque multa fidei nostræ mysteria explicâsse. Fac, Misene, me tui similem calumniatorem esse; & vitam illam Thaumaturgi à Nysseno scriptam, exagitandam & lacerandam suscepisse, eo modo, quo tu vitam Ignatii calumniis proscindendam tibi delegisti; si ad historiam illam Nysseni apponam tua verba: *O* B *impudentem & ineptum scriptorem! Hæc poteras*, Nyssene, *occultare intra cellas monasticas, & adolescentibus obtrudere credulis, stupidis, fanaticis; quæ insania te coëgit, putidas hasce ineptias publici juris facere?* An ob id orationi Nysseni fidem detraxero? Cùm Celsus Epicureus visiones illas Angelorum, tempore Resurrectionis Christi tanquam fictitias rejiceret; Respondit Origenes. *Oblatas sæpe miraculosas visiones hominibus legitur & in Græcorum historiis, non eorum tantum, quorum scripta vanitatis suspecta sunt, ut fabulis similia, sed in illorum quoque, qui inter graves ac veraces Philosophos habiti, res compertas mandârunt* C *litteris. In hoc genere quædam legimus apud Chrysippum Solensem de Pythagora, & apud quosdam recentiores, qui heri & nudius tertius commentati sunt, ut Plutarchus Chæronensis in commentariis de anima; & Pythagoricus Numenius in secundo de Immortalitate animæ, nisi fortè quoties Græci talia narrant; præsertim Philosophi, non libet ridere, carpere, pro figmentis habere ac fabulis: dum vero homines Deo sacrati, quibus piaculare est vel in tormentis adigi, ut de Deo mentiantur, dicunt, se vidisse visiones Angelorum, vani habendi sunt, & indigni fide, nec sermones eorum in veris censendi sunt.* Hæc Origenes. Nescio, quæ tua sit de visionibus, aliis interdum divinitus objectis, sententia, nisi quòd fortè parùm abertavero, si te de omnibus parùm honorificè vel sentire, vel loqui dixero; hoc mihi liquet, te Ignatii visiones ideo tantùm numerare in fabulis, quia sint Ignatio Jesuitarum parenti oblatæ, & ab auctore Jesuita scriptis proditæ. Sic Celsus cœlestes visiones Christianis factas, eo solo titulo respuebat, ùt commentitias, quòd Christianis dicerentur factæ, & a Christianis scriptoribus litteris mandatæ.

Nyss. in vita S. Greg. Thaumat.

Orig. lib. 5. contra Celsum.

D Sed ut tuæ in Philosophia peritiæ specimen nobis aliquod edas, causam naturalem hujus visionis Ignatio oblatæ patefacis. *Interdiu*, inquis, *miles ille proculdubio adorabundus procubuerat ad idolum Mariæ gestantis puerum. Hujus species per quietem illi oblata est;* Sed huic tuæ tam acutæ rationi obstat; quòd E visio hæc Ignatio vigilanti sit ostensa: Vigilanti, inquit, Ribadeneira: non ergo dormienti & somnianti, ùt tu vigilans somnias, nisi fortè & hîc Magistrum tuum Epicureum Celsum sequeris; qui negâsse videtur, homini vigilanti ullas visiones offerri posse: In quem Origenes ista: *Quemadmodum in somnis creditur multis obversatas visiones divinas vel palàm, vel per ænigmata, præmonentes de quibusdam futuris ad vitam pertinentibus, idque in confesso est apud omnes, qui admittunt providentiam: Ita consentaneum est, vim illam, quæ format intellectum in somnis, vigilanti quoque posse easdem formas imprimere ad ipsius utilitatem, aut eorum, qui visionem audituri sunt;* quod pluribus deinceps confirmat Origenes. Deinde licèt visio hæc obtigisset Ignatio secundùm quietem, an ideo falsa esset? Ange- F lus Domini apparuit Joseph *in somnis*. Theodosio Magno dormienti apparuerunt duo Apostoli Philippus & Joannes Evangelista. Fortè & isti interdiu ad idolum procubuerant: Joseph quidem ad idolum alicujus Angeli; Theodosius ad idola Philippi & Joannis. Aliud est, mi Misene, somniare, aliud cœlestibus visionibus illustrari, hoc nunquam, illud tibi perpetuò contingit, nisi fortè sis ex stirpe Neronis, qui nunquam somniâsse fertur.

Orig. lib. 1. contra Celsum.

Matth. 2. Theodos. lib. 5 Hist. Ecclesiast.

G Ab hac visione, ait Ribadeneira, Ignatium castitatis integritatem usque ad extremum spiritum, divino beneficio, conservâsse; *Quod nos*, inquis, *credimus factum, si modò factum est; non ex visione, sed fortassè aliis ex causis, medicorum collegio notis:* Cur non crederes factum; cùm tu ipse suprà scripseris, te novisse quosdam, qui ad extremam usque senectutem castissimè vixerint. Si hoc, te teste, potuerunt præstare quidam seu Calvinistæ, seu Lutherani; sine ulla corporis afflictatione, sine ciliciis, flagellis & jejuniis; qui id non potuisset Ignatius, tot corporis castigationibus propemodum confectus? Præterea cur hoc fieri non potuit vi & munere cœlestis illius visionis, hoc est, divino beneficio, quia & hæc ipsa visio divinum beneficium erat? an putas Christum, qui sub imagine infantis Ignatio cum sua matre apparuit, tam potentem non esse, ut possit per sua dona aliquem castum efficere, nisi à medicorum collegio opem & subsidium petat? Num illi castissimi, quos suprà laudâsti, H Medicorum herbis & succis castitatem obtinuerunt? Inter cætera argumenta virtutis & efficaciæ, qua Christiana religio pollet, numerat Origenes etiam hoc, quòd quidam ex Christianis, amore eximiæ puritatis, & quò puriores ad divinum cultum accedant, *ne consorta quidem & legitima utantur venere.* Et Tertullianus, cùm flagitia Christianis ab Ethnicorum vulgo objecta amolitur, ostendit, quosdam tam senes, quàm pueros ex Christianis, adeò procul ab omni luxuriæ specie

Orig. lib. 1. contra Celsum.

Tertull. Apol. cap. 9.

A specie remotos esse, ut omnem impuritatis
suspicionem *virgineæ continentia* depellant.
Quæro ex te; utrum istos, de quibus Ori-
genes & Tertullianus, arbitreris, concessu
Dei, & vi Christianæ gratiæ; an verò bene-
ficio alicujus Æsculapii, aut Podalirii castam
vitam exegisse?

B Ait Ribadeneira, Ignatium illustria CHRI-
STI & D. Virginis tum facta, tum dicta, me-
moriæ causa, in librum huic usui paratum
retulisse, & CHRISTI quidem dicta vel fa-
cta, aureis, Deiparæ puniceis, reliquorum
Sanctorum variis coloribus exarâsse. Quid
ad hæc calumniator? CHRISTI *facta, Bea-
ta Virginis, & Sanctorum ex sacris litteris mi-
les ille prophanus discere haud potuit. Unde igi-
tur illa sumpta? Quis facta MARIÆ descrip-
sit?* Cur verò non potuit ex sacris litteris?
Unde hoc nôsti? An quia tunc historia E-
vangelica in Hispanicum sermonem non erat
translata? At quo auctore hoc tibi constat?
An quia ne Evangelia quidem diebus festis
prælegi & explanari solita, vulgari lingua ex-
tabant? At ne hoc quidem perspectum ha-
bes, nisi malè sano tuo cerebro indice. An
non Ignatius adhibere potuit, qui Evangeli-
cam historiam ex latino, vernaculâ linguâ,
redderet, cujus ille insigniora dicta & facta
C scripto exciperet? An nusquam quidquam
de CHRISTO, diva Virgine & Sanctis ex-
tat, nisi in sacris litteris, vel in commenta-
riis Græcis & Latinis? An nescis etiam com-
muni lingua de CHRISTO, diva Virgine
& cœlitibus varia variis ætatibus conscripta
esse, & etiamnum conscribi, consentanea sa-
cræ Evangeliorum historiæ, & priscis patrum
monumentis? Subjungis. *De aureis litteris,
quæ addit, de puniceis & aliis, tam puerilia
sunt, ut mirer, chartas fuisse oppletas ejusmodi
nugis.* Maluisses videlicet fabulas Æsopi, aut
Dialogos Luciani, aut colloquia Erasmi, aut
nænias Amadisii ejusmodi characterum va-
rio ornatu, & ornata varietate ab Ignatio
descriptas esse, & hoc, tuo judicio, non pue-
rile, sed planè virile factum fuisset. An nescis,
multis in Bibliothecis, hodie quoque exta-
re, ab Imperatoribus olim & Principibus ca-
lamo exaratos libros facta CHRISTI & D.
Virginis & Sanctorum continentes, aureis
& omni colorum varietate collucentibus lit-
teris insignitos?

CAPUT VIII.

Refelluntur calumniæ Miseni in tertium, quartum & quintum caput.

D IN tertio capite recenset Auctor profectio-
nem Ignatii in montem Serratum. Hic
Misenus: *In tertio capite nihil admodum
ἀξιόλογον*, hoc est, ùt quis meritò interpre-
tari potest; nihil admodum calumniis ob-
noxium, vel ipsius calumniatoris testimo-
nio, alioquin planè falsum est, quod asserit:
Plurima enim in eo capite sunt *ἀξιόλογα*, E
hoc est, memoratu & observatu dignissima.
Addis; *nisi fortasse alicui lubeat audire enco-
mium, quo Ignatium frater ornat:* Omnia in
te, inquit, magna sunt: Ingenium, judici-
um, animus, nobilitas, gratia Principum,
civium benevolentia, rei militaris usus, pru-
dentia: ad hæc florens & firma ætas, magna
exspectatio omnium. Hæc & alia Auctor.
Adjicit hanc censuram criminator. *Egregiæ
laudes & fide digna, quippe à fratre, quem ho-
minem nullius coloris novimus, profectæ.* Memi- Cap. 7.
neris, Misene; quid suprà sponte tua con-
cesseris. Fassus es, vera esse, quæ Auctor
scribit de vita rebúsque Ignatii ante conver-
sionem; cùm adhuc Regi militaret & mun-
do. Si ea vera sunt, ùt certè vera sunt, tuo
itidem concessu, confiteri cogeris vel invi-
tus, has etiam laudes, quantumvis à fratre
profectas, verissimas esse. Deinde, quo in- F
genio, quo judicio, quo animo, qua pru-
dentia Ignatius fuerit, testatur & testabitur
seculis innumerabilibus Societas, quam in-
stituit, & tempus, quo instituit, & adversa-
rii, quibus obluctantibus, instituit, & ad eam,
quam videtis & lugetis, magnitudinem pro-
vexit; ut proinde alio testimonio non ege-
ant istæ laudes, quàm illo, quod vestris ocu-
lis, propalàm, ingenti cum dolore vestro,
obversatur. Tertiò, an nullæ laudes genui- G
næ, quæ à germano profectæ? Mihi certè
vel eò veriores videntur, quò fratrum quo-
que gratia rarior, cujus gratiæ absentia facit,
ut non rarò citiùs extranei agnoscant, qui-
bus quis dotibus excellat, quàm consangui-
nei. Laudat S. Ambrosius fratrem suum Sa-
tyrum, & quidem largiter. S. Gregorius
Nyssenus æquè pleno ore prædicat S. Basili-
um fratrem, & sororem suam Macrinam. S.
Gregorius Nazianzenus celebrat fratrem su-
um Cæsarium. An & istæ laudes falsæ erunt,
ea de causa, quòd sint à fratribus profectæ?

In monte Serrato, inquit Ribadeneira, H
singulis noctibus verberibus graviter sese af-
ficiebat. *Verbera illa, credo, tolerabilia fue-
runt*, inquis. Omnino, tolerabilia fuerunt;
quia Ignatius amore DEI, & vitæ melioris,
patientissimè illa tolerabat, paratus graviora
adhuc & atrociora subire: *Si me adhibuisset*,
inquis, *ita tractâssem hominem, ut deinceps
ejusmodi castigationibus facilè abstineret.* Af-
firmanti hoc libentissimè credo, imò hoc
etiam credo (& ut credam, ingenium geni-
úsque tuus efficit) si Pilatus te adhibuisset,
quando flagellavit Christum, te non defutu-
rum fuisse tuo officio, pronus in verbera
pependisses. Et multò libentiùs cum carni-
ficibus Christum flagellâsses, quàm cum Si-
mone crucem bajulâsses, licèt Simon voce-
tis: Et si Judæi, cùm S. Paulum flagris con-
ciderunt, tua opera & ministerio uti vel vo-
luissent, vel potuissent; tu supra plagas trigin-
ta novem vel quadraginta, quas lex præscri- Deut. 25.
bebat,

A bebat, addidisses non unam vel alteram congiarii seu auctarii loco, sed ad centesimam usque ascendisses, ut, quàm egregius lictor & validus virgator esses, planum testatúmque faceres. Menoris autem, cùm addis; *Fateri Ribadeneiram, nescivisse Iguatium eo tempore, quid charitas, quid humilitas, quid patientia, quid sui contemptio esset, sed hoc tantùm optimum illi visum, ut corpus affligeret;* ooo dicit boc Ribadeneira, sed, minimè investigâsse eum, quid cbaritas, &c. esset; quod non est nescire, quid sit charitas, quid humilitas, quid cætera; sed his aliud quiddam præponere, usu saltem & exercitatione, nempe corporis per inediam & flagra afflictationem, quòd putaret à tyrone potissimùm exigi, ut in hac palæstra desudet & algeat; Id enim ab aliis itidem Sanctis, sub primordia
B cooversioois, factitatum videbat. Hic tu, *unnquam legimus in scriptura sacra, sponte sua sibi elegisse tales afflictationes homines sanctos, sed à Deo immissas patienter tulisse.* Quid er-
1. Cor. 9. go sibi vult Apostolus, cùm ait: *Castigo corpus meum, & iu servitutem redigo.* Non ait: *Deus castigat*, ídque patienter tolero; sed: *ego castigo corpus meum:* Quid sibi vult Bea-
Psal. 34. tus David, cùm ait: *Humiliabam iu jejunio*
Psal. 68. *animam meam:* Et, *cùm mibi molesti essent, induebar cilicio: & posui vestimentum meum*
Psal. 6. *cilicium.* Et, *lachrymis meis strâtum meum rigabo;* oum & isti *voluntarium quoddam malum sibi elegerunt; quod fascinati superstitione ad maximam Dei gloriam fore judicârint;* ùt tu de Ignatio ais? Nolo hio, oe longum faciam, tepetere, quæ de Antonio in boc afflictationis genere Athanasius: de Hilariooe, & Paulo, Hieronymus: déque aliis sanctis patribus Eremitis & Stylitis tradat Theodoretus: cum quibus, opinor, satius erit, esse, te judice, superstiriosum, quàm tecum Cal-
C vinisticè religiosum. *Dei honor*, inquis, *nou augetur nostris pœnis, sed rectè factis & exercitiis pietatis:* quasi verò pœnæ ultrò susceptæ non sint exercitia pietatis. Si pœnæ noo sint exercitia pietatis; cur jubet Apostolus, ut minister Dei exhibeat sese, præter cætera, insigoem *in plagis, iu vigiliis, iu jejuniis?* nisi
2. Cor. 6. fortè Apostolus velit, ut minister Dei in iis sese exerceat, quæ noo sunt pietaós exercitia: aut nisi *plagæ, vigilia, & jejunia* apud te oon siot pœnæ.

D *Sed pergamus*, inquit Misenus, *cum Ignatio; qui cum Mauro quodam iu itinere disputavit de Maria Virgine; & cùm refutare fortè ex verbo Dei hominem non posset, pugione confodere voluit adversarium.* Quod Origenes de Celso conquestus est, hoc & ego conqueror de
Orig. lib. 2. contra Celsum. Miseno. *Vide hic quoque*, inquit Origenes, *Celsi malitiam, ut non amplectatur veritatem Evangelistarum, qui potueraat silentio præterire, quæ isti videatur digna opprobrio; sed tragicè accuset textum Evangelii, addens, quæ ibi non inveniuntur; non enim scribitur, lamentatum fuisse JEsum: & transcribit quidem illud: Pater si fieri potest, transeat calix hic: nec ta-* E *men apponit, quod mox sequitur, ad ostendendam ipsius insignem erga patrem pietatem & magnanimitatem: Veruutameu non sicut ego volo, sed sicut tu. Facit hic Celsus, quod solent auditores scriptura divina malitiosi & impii; nam & illi non dissimulant se audisse, imò frequenter nobis exprobrant illud: Ego interficiam; sed non meminerunt hujus verbi; Ego vivificabo.* Hæc Origenes in Celsum; cui utrum Miseous io alio quidem argumeoto, sed tamen io calumniis versans, sit similis, lector judicet, cùm percurrerit rei gestæ seriem, eo modo, quo à Ribadeneira prodita est his verbis: *Pergeatem cœpto itinere Ignatium, & rectà Montem Serratum versùs progredieatem, Sarracenus quidam, sive Maurus assecutus est. Erant per id tempus, iu Hispania Taeraconensi, adhuc aliqui ex antiquis ejus gentis reliquiis; cùm unà irent, incidit, (ùt fit) illis sermo de* F *virginitate beatæ Virginis Mariæ, quam cùm iu conceptu filii concederet Maurus, à partu negaret, ad eámque rem naturales rationes aliquot afferret, neque ad veritatem flecti posset ab Ignatio, celeriter præcessit, solúmque Ignatium reliquit, hærentem diu, multúmque dubitantem, utrum ab se pietas Christiana exigeret, ut Maurum consequeretur, & pugione confoderet, quòd de beatissima & immaculata Virgine coram se ignominiosè locutus fuisset. Homo quippe militaris, fallaci veri honoris imitatione olim delusus, dedecori sibi esse ducebat, si quid à religionis Christianæ inimico, se audiente, de inviolata sacrosanctæ Virginis integritate impunè detraberetur. Quæ quidem cogitatio in speciem* G *pia, diu multúmque rudem tunc Christi militem torsit, iu eámque deliberationem tandem induxit, ut ubi ad bivium (unde è via publica ad oppidum vicinum Maurus declinârat) constitisset; habenas mulæ, qua vebebatur, permitteret, & si ad locum, ubi Maurus erat, diverteret, quæsitum illum, atque inventum interficeret, sin rectà pergeret, omitteret. Atque ita divina providentia factum est, ut jumentum lata facilique via prætermissa, suum iter sequeretur, ut omnes intelligant, quibus initiis, quibúsque progressibus, Deus militem suum ad extrema perduceret. Nam, ùt ait D. Augustinus, animæ* S. August. lib. 22. contra Faust. cap. 20. *virtutis capaces ac fertiles præmittunt sæpe vitia, quibus hoc ipsum indicent, cui virtuti sint potissimùm accommodatæ, si fuerint præceptis exculta. Unde & Moyses interficiens Ægyptium, adhuc incultus, vitiosa quidem, sed magnæ fertilitatis signa fundebat.* Hæc Ribadeneira. Lectoris nuoc arbitrium esto, an noo longè alia sit forma bujus historiæ, quàm ea, quæ à Miseno fallaciter & invidiosè est depicta.

Non poterat, inquis, *probare Virginitatem* H *Mariæ ex verbo Dei.* Maurus ille concedebat, ùt videtur, Mariam mansisse virgioem tam cùm coocepit, quàm cùm peperit: in quo Calvinistis profectò longè melior & religiosior fuit; Nam quid Beza, Martyr, Fortuoa-

A tunatus (& fortè tu ipse) de virginitate Vir-
ginis in partu sentiant, ootius est, quàm ut
à me commemorari debeat: Tota cootro-
versia erat de Virginitate à partu. Hanc ab
Ignatio velles probatam ex sacris litteris:
Quæso te; Si tibi cum illo Mauro cooten-
tio fuisset, ex quonam sacræ Scripturæ loco
hanc virginitatem demonstrâsses? Quo sa-
crarum literarum testimonio Mauro persua-
sisses, Deiparæ virginitatem incolumem con-
stitisse ante partum, io partu, & post par-
tum? profectò nisi ed verbum Dei noo scri-
ptum, hoc est, *ad Apostolicas traditiones* con-
fugisses, nunquam perpetuæ virginitatis ho-
B stem & oppugnatorem coovicisses. Quòd
si ne ita quidem Virginitas Virginis in partu
adstrui potest ex Scriptura, ut tuorum Ma-
gistrorum pertinacia cedat, & cæcitas illu-
stretur; quantò minùs ostendes ex scripto
verbo DEI, virginitetem post partum, si quis
eam contumaciter inficiari persistat. Aut
si tam doctus es, ut ex scripto DEI verbo,
virginitatem in partu, & post partum effica-
citer & perspicuè demonstrare queas, ut
nullus adversariis pateat ampliùs tergiversan-
di, & testimonia eludendi locus, demonstra
eam priùs tuo Bezæ, aliisque Calvinistis, &
tum demum oobis persuadebis, te eum vi-
rum esse, qui Saraceno Religionis oostræ
mysteria persuadere possit, etiam virginita-
tem in partu; hanc enim Maurum istum ne-
C gâsse credibile est. At quòd Ribadeneira
ardorem Ignatii exemplo Moysis excusat, id
nimirum tibi displicet. *Quasi*, inquis, *omnia
scripta sint in sacris litteris ad imitationem, non
etiam plurima ad vitationem.* Nec Ribadeneira
dixit, Ignatium rectè facturum fuisse, si Mau-
rum illum occidisset; sed ostendere voluit,
idem eventurum fuisse Ignatio, quod Moysi,
si ex zelo religionis, bono quidem in spe-
ciem, sed *non secundùm scientiam*, id quod
facere decreverat, perpetrâsset; posito, quòd
Moyses, trucidando Ægyptium illum, pec-
câric. Non enim ignoro, nec ignoravit auctor
noster, varias esse de hoc Moysis facto Pa-
trum sententias.

D Ait Ribadeneira. Ignatium voto castita-
tis sese obstrinxisse in itinere ad mootem
Serratum, *quòd putaret*, inquit Misenus: *ùt
quondam Indorum sapientes, conjugium esse
παρὰ φύσιν καὶ παράνομον, præter naturam
& iniquum.* Calumniaris ùt novus Jovinia-
nus: noo ea mens Ignatio; non ulli probo.
Hebr. 13. Conjugium cum Apostolo *honorabile* fassus
est Ignatius, *torúmque immaculatum;* Sed
cum eodem Apostolo castitatem, & qui-
dem votivam, nuptiis prætulit, quantumvis
licèt nuptiatoribus istis reclamantibus. *Ne-
S. Hier. Apolog. ad Pammach. que nos*, inquit S. Hieron. & nos cum illo,
*Marcionis & Manichæi dogma sectantes nuptiis
detrahimus, nec Taciani principis Encratitarum
errore decepti, omnem coitum spurcum putamus:
sed ita nuptias recipimus, ut virginitatem, quæ
de nuptiis nascitur, præferamus.*

In quarto cap. docet Ribedeneira, quid E
Ignatius io monte Serrato egerit. Præter
cætera, ait, eum ibi optimo cuidam confes-
sario totius vitæ crimina, per triduum, ex
scripto confessum esse: Hic tu: *Deum im-
mortalem! quantus catalogus fuit scelerum &
flagitiorum, quibus enumerandis triduum in-
sumptum fuit!* Primùm, si tu, Misene, ab
ineunte ævo, crimina tua repeteres, fortè
nec octiduum tibi satis foret; quantam enim
scelerum & flagitiorum Iliadem; adde, si
vis, & Odysseam, congereres, si paulò ac-
curatiùs in vitam tuam inquireres. Secun-
dò, cùm triduum audis, non totum illud
triduanum spatium iotellige, sed partem ex
quovis trium illorum die. Hæc enim mens
Auctoris fuit; & bona; quia communi lo-
quentium consuetudini consona, cui tu ma-
lam tuam & vulpinam mentem admiscere
noli, aliorsum rapiendo verba, quàm Au-
ctor verborum velit. Tertiò, non est co- F
gitandum, totum illud spatium ex tribus die-
bus desumptum, soli peccatorum enume-
rationi datum; aliquid item, & quidem non
parùm, procul dubio impensum fuit iostru-
ctioni, & medicinæ antiquis vulneribus per
salutaria consilia adhibendæ. Ut taceam,
Ignatium fortassis pleraque toto illo tempo-
re confessum, quæ tu susque deque habes:
& propter quæ, ne manum quidem verte-
res, & quorum ne dignareris quidem veniam
à DEO exposcere. Quartò, sit ita, ùt tu fa- G
bularis: an nescis illud Apostoli: *Et hæc qui- 1. Cor. 6.
dem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis,
sed justificati estis in nomine domini nostri JEsu
Christi, & in Spiritu DEI nostri;* Quòd si tibi
mens amens non esset, in Ignatio divinæ
dexteræ potentiam admirari & suspicere de-
bebas; cujus vis tanta enituit, ut hominem,
ætate, opibus & gratia florentem, derepentè
immutârit, & ad tam austeram & severam
vivendi rationem suscipiendam permoverit;
qualis, vel tuo judicio, fuit illa in monte
Serrato, & alibi locorum. Superior vita jam
pœnitentiæ lachrymis expiata, nec potest
jure, nec debet objici illis, qui ad meliorem
frugem sese seriò recipiunt: alioquin obji-
cias Magdalenæ prostibulum, Matthæo te-
lonium, Paulo Ecclesiæ divexationem: Pe-
tro abnegationem, omnibus discipulis com-
muniter fugam, & Magistri inter lupos ra-
paces desertionem.

Ait Ribadeneira, Ignatium jussisse gla- H
dium & pugionem, quibus mundo meruе-
rat, ante aram Deiparæ suspendi: In quæ
verba Misenus. *Videmus*, inquit, *quæ sint
donaria Jesuitarum & anathemata. Procul
dubio indicatum est, hanc sectam, idololatriam
defensuram esse, & gladiis, & pugionibus, aut,
si illi desint, igni, rota, laqueis.* Imò verò 2. Cor. 10.
iodicatum est, arma militiæ nostræ non esse
carnalia, sed *spiritualia*; nam in Ignatio, pa-
rente nostro, nos omnes, arma illa Martia
ad D. Virginis postes & tholos fiximus, nun-

quam

quam illa refixuri: Calvinistarum est armis, bombardísque evangelizare pauperibus: perfidiæque ferro aperire viam.

A Caput quintum continet vitam Manresæ, ab Ignatio institutam. *Ex monte Serrato*, inquis, *Manresam venit, ubi in Xenodochio alterum Diogenem Cynicum agit.* Quid ita verò? Quia, ùt Auctor scribit, cæsariem solutam & impexam reliquit, caput diu noctúque semper nudum habuit; ungues & barbam excrescere per incuriam sivit. Si hoc est agere Cynicum; oportet profectò egregium fuisse Cynicum Joannem Baptistam, qui à
Lucæ 1. puero fuit in desertis, *usque in diem ostensionis suæ ad Israël, habens vestimentum de pilis*
Matth. 3. *camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos:* nam quòd comam pexuerit, barbam totonderit, ungues resecuerit, capútve noctu vel interdiu texerit; non credemus, nisi Misenus, vel ex Evangelica, vel ex alia probatæ
B fidei historia id probaverit. Egregium Cynicum fuisse oportet Davidem Regem, virum illum secundùm cor DEI, quando immutavit os suum coram Achis Rege Geth,
1. Reg. 21. *& collabebatur inter manus ducentium, & impingebat in ostia portæ, defluebántque salivæ ejus in barbam.* Egregium itidem Cynicum fuisse oportet sanctum Hieronymum, qui in vasta illa Syriæ solitudine moratus est, hoc quem ipse depingit, habitu: *Horrebant*, inquit, *sacco membra deformia, & squalida cutis*
S. Hieron. epist. 22. *situm Æthiopicæ carnis obduxerat, quotidie lachrymæ, quotidie gemitus: & si quando repugnantem somnus imminens oppressisset, nuda hu-*
C *mo vix ossa hærentia collidebam.* Denique Cynici personam præclarè quoque sustinuit Magnus ille Simeones, ut innumerabiles alios sanctitate, & miraculis clarissimos viros prætercam, qui ùt Theodoretus refert, primùm quidem ferreæ catenæ viginti cubitorum sese alligavit; ne ultra præscriptos limites pedem efferre posset: deinde in columna, cujus altitudo triginta sex cubitos exæquabat, totam vitam traduxit; tanta miraculorum celebritate, & virtutis opinione, ut omnium nationum concursus ad eum visendum fieret: *Non solùm confluunt*, inquit Theodoretus, *qui nostram habitant regionem, sed & Ismaëlitæ, & Persæ, & Armenii, qui sunt iis subjecti, & Iberes, & Homeritæ, & qui illis sunt interiores. Venerunt autem multi quoque, qui habitant extrema Occidentis; Hispani, inquam, & Britanni, & Galli. De Italia enim supervacaneum est dicere: Ajunt enim, Romæ eum fuisse adeò omnium sermone celebratum, ut in officinarum omnium vestibulis & porticibus, ei parvas posuerint imagines, hinc sibi præsidium & tutelam parantes.* Hæc Theodoretus: Cum his ergo talibus, ac tantis, satius, opinor, fuit, Ignatium esse Cynicum, quàm cum Miseno Epicureum.

D *Redit*, inquis, *Ignatius ad superstitionem.* Qui tandem? Quia ter se diebus singulis acriter verberabat. Hic tu; *fortasse leviter;* E utinam dorso tuo vel semel obtingerent ejusmodi verbera, non dubito, quin experientia doctus, à levitate tua & calumniandi procacitate desisteres. Cæterùm si propter verbera sibi inflicta Ignatius superstitiosus est: hanc itidem superstitionem communem habet cum aliis DEO charissimis & gratissimis viris, nominatim cum sancto Hieronymo, qui tentationum procellis ingruentibus, ait, se *non priùs à pectoris cessasse verberibus, quàm rediret, Domino increpante, tranquillitas.* Quòd si numerus ternarius superstitionem apud te olet, oportet, ut & ille Davidis septenarius superstitionem redoleat, cùm ait, *se septies in die Domino laudes & gra-* Psal. 118. *tes cecinisse:* Septem horas, inquit Auctor, fixis humi genibus in oratione ponebat Ignatius. Tu addis: *Si credere fas est.* Memoriæ prodidit sanctus Athanasius magnum Antonium sæpissimè in oratione *pernoctâsse.* Et F Theodoretus de Simeone suo tempore adhuc inter mortales agente, *totam noctem & diem usque ad nonam orat perpetuò;* An & hic glossam tuam appones? *Si credere fas est;* quam cum Celso tuo facilè etiam adjicies ad illa Evangelistæ de Christo verba. *Et erat pernoctans in oratione DEI. A superstitione*, inquis, *redit Ignatius ad vitam Cynicam, quia quotidie cogebat stipem, aqua & pane vitam tolerabat.* Primùm; si pane & aqua vitam sustentare est Cynicum agere, tunc S. Antonius Cynicus fuit, de cujus cibo & potu ita Athanasius: *Sumebat panem & salem potúmque aquæ perparvum.* S. Hieronymus G Cynicus fuit, qui suum & aliorum Eremi incolarum victum describens: *De cibo verò & potu*, inquit, *taceo, cùm etiam languentes Monachi aqua frigida utantur, ut coctum aliquid accepisse luxuria sit.* Nescio, num his Cynicis etiam annumeraturus sis Joannem Baptistam, qui adhuc inusitatiore vivendi ratione usus, locustas & mel sylvestre escam sibi esse voluit. Quòd si stipem cogere, & precariò victitare Cynicum efficit, vide, oro, ne Christum facias Cynicum; quem mendicâsse gravissimi quique Auctores sentiunt. Ut Vide Bellar. lib. 2. de Monachis. c. 45. & Suarez 3. p. D. Th. tom. 2. d. 33. Sect. 2. Orig. lib. 1. cont. Cels. autem tu hîc Ignatio mendicitatem, & cynicam quandam imitationem exprobras; Ita eandem exprobrabat olim Celsus Christo discipulísque Christi, de quo ita Origenes: *Addit Celsus, Jesum eum discipulis vagum turpiter ac sordidè cibos corrogare solitum*, quam calumniam copiosè refellit Origenes.

Porrò ut te grata calumniarum vice re- H crees; *Iterum*, inquis, *ad superstitionem Ignatius:* Quare? *Quia carnibus & vino semper abstinuit; omnibus diebus, exceptis Dominicis, jejunavit: humi cubitans, maximam partem noctis vigilans.* Si isthæc superstitiosum reddunt, fateor, neminem in mundo à superstitione remotiorem degere, quàm Calvinistas, quibus nihil horum curæ vel cordi;

A imò quibus omnia hæc quàm maximè procul à cura & corde. Interim nôsse debes, Ignarium in hac sua superstiòone habere non quosvis socios, quod ad jejunium attinet, sed vitæ sanctimonia præstantissimos; & à sanctissimis itidem viris laudatos, ùt sanctum Paulum primum Eremi cultorem, eui, ùt ejus encomiastes Hieronymus ait: *cibum & vestimentum palma præbebat.* Er alium Monachum, de quo ibidem sanctus Hieronymus, qui triginta per annos clausus bordeaceo pane, & luruleota aqua vixit: Er alium, de quo idem sanctus Hieronymus, qui quinque caricis per singulos dies sustentabatur. Er sanctum Hilarionem, qui quindecim tantùm caricas post solis occasum comedere solebat, teste eodem sancto Hieronymo: Ur alios innumeros silentio prætercam, de quibus Theodoretus & Athana- B sius. Quibus addo Joannem Baptistam, quem tuo judicio, superstiriosum fuisse oportuit: qui in eremo à carnibus & vino abstinuir. In chameunia seu bumi cubatione eundem Joannem Baptistam, imò ipsum Christum in deserto morantem, imitatus est, nisi fortèputas, Baptistam aut Christum, cubile molli lecto instratum in ipso vastæ solitudinis horrore babuisse. Suprà audivimus, quid de se Hieronymus scribat; quo strato fessa-membra refocillârit; *Si quando*, inquit, *repugnantem somnus imminens oppressisset, nuda* C *bumo vix ossa hærentia collidebam.* Quòd autem Ignatius die Dominieo non jejunavir, id videlicet antiquissima omnium Christianorum consuetudine fecit: qui Apostolicam traditionem secuti, diebus Dominieis jejunium solvebant. *Die Dominico jejunare*, inquit Tertullianus, *nefas ducimus.* Sed probat Misenus noster ex Plutarcho, superstiriosos esse, qui faciant, quæ Ignatius fecir; nam inter notas hominis superstitiosi numerat Plutarchus *in publico sedere sacco indutum, vel centonibus sordidis circumamictum, item in luto nudum sese volutare, & peccata quædam à se* D *commissa & errata patefacere.* Maluissem te, Misene, oaturam superstiòonis, seu notas superstitiosorum ex sacris litteris; aut ex Christianis Doctoribus, quàm ex Plutarcho describere. Cæterùm quando ita vis, sit sanè, ùr vis: Quæro tamen ex te, utrum Joannes Baprista veste ex pilis eamelorum contexta indutus, & zona pellieea cinctus, superstitiosus fuerit. Item num illos inter superstitiosos oumeres, qui olim cœlestis numinis placandi gratia sacco sese induerunt, & capita cinere asperserunt? Proculdubio superstitiosi erant, qui, ùt Apostolus air: *Circumibant in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti;* Superstitiosus erat sanctus Hilarion, de quo sanctus Hieronymus: *Sacco tantùm membra coopertus, & pelliceum habens Ependyten, quem illi beatus Antonius proficiscenti dederat, sagúmque rusticum, inter mare & paludem vasta & terribili solitudine fruebatur.*

Tertull. lib. de corona milites.

Plut. lib. de superstit.

Hebr. 11.

Ubi vides, Misene, sanctum Antonium Hi- E larioni materiam superstitionis subministrâsse. Miserum utrumque, qui Plutarchum non legerint, quò sibi à tam pernicioso superstitionis virio caverent. Miseriorem & superstiriosiorem adhue magnum illum Antooium, qui tunicam B. Pauli primi Eremitæ sibi vendieârit, quam in sportarum modum, de palmæ foliis ipse Paulus sibi contexuerat, & quam Antonius diebus solemnibus Paschæ & Penteeostes semper induere solebat. S. Benedictus superstiòosus fuit, qui, ut libidinis ardorem extingueret, in præacutis senòcetis corpus voluravit; & superstitiosior adbue D. Gregorius, Magnus ille doctrina & sanctitate Pontifex, qui factum hoc Benedicti litteris ad posteritatis memoriam transmisit. Superstitiosi & illi, qui tacti dolore eordis, aecurrerunt ad Joan. pœnitentiæ præeonem, *confitentes peccata sua:* Quia peccata sua exponere, superstirionis est, si Misenum audimus. Miser Misene: Nónne tu F ipse paulò antè dixeras ex Plutarcho, superstitionem esse πάθος ἐκ ψεύδους ἐγγεγεννημένον, *affectionem ex falsa persuasione innatam, seu exortam.* Si sancti viri omnia bæc non falsa opinione delusi; sed DEI, regni eœlestis, & virtutis amore subièrunt, & tolerârunt; qua fronte, vel secundùm Plutarebum, bos tam eximios viros superstiòoois arguere audebis, quos ipse Plutarchus, nil dubito, ab omni superstitionis nota absolvisset, si, quo fine, quóve consilio, qoidvis agerent, intellexisset.

Matth. 3.

Aliis verbis definir idem Plutarchus su- G perstitionem in bunc modum. δόξα ἐμπαθὴς καὶ δέους ποιητικὴ ὑπόληψις ἐστὶ ἐκταπεινοῦντος καὶ συντρίβοντος τὸν ἄνθρωπον: *Superstitio est opinio plena affectibus, & suspicio effectrix timoris, qui hominem abjicit & conterit.* At nee secundùm hanc definitionem efficies, Ignatium, aut quemvis alium ex sanctis illis Athletis superstitionis eondemnari posse. Quis enim illis generosior? Quis animo magis imperterrito: & ad omnes tam mundi, quàm carnis & Dæmonis insultus magis impavido? Quis bonæ spei & fiduciæ plenior? Quis ad omnes casus fortuitos eonstantior & erectior? tantum abest, ur hæc pietatis & Christianæ Religionis exercitamenta, mentis vigorem & alacritatem fregerint, & eliserint. Christiani Doctores H ajunt, superstitionem esse vitium *oppositum Religioni per excessum, non quia plus exhibeat in cultum divinum, quàm religio, sed quia exhibet cultum divinum, vel cui non debet, vel eo modo, quo non debet.* Hæc superstitionis descriptio magis ad tuam rem faciebat, quàm illæ Plutarchi. Poteras eoim dicere, Ignatium eoluisse numen eo modo, quo non debebat; ac proinde fuisse superstitiosum: Sed verisimile est, Joannem Bapristam, & veteres Eeelesiæ Patres, quorum per vestigia Ignarius gradiebatur, meliùs novisse, quo modo, & quo cultu DEus sit colendus, quàm sciat

S. Thom. 2. 2. q. 92. art. 3.

A sciat Misenus iste; cui in cultu divino etiam id, quod ne satis quidem est, nimium est. Ait Ribadeneira, Ignatium singulis diebus Dominicis peccata sua confessione eluisse. *Quod sanè mirum est*, inquis, *qui enim fieri potuit, ut in tanta sanctitatis specie delinqueret Ignatius.* Mirum hoc tibi non fuisset; si illius dicti in mentem venisset: *Septies in die cadit justus. Multi baptizati fideles sunt sine crimine*, inquit sanctus Augustinus, *sine peccato autem in hac vita neminem dixerim; quantalibet Pelagiani, quia hæc dicimus adversum nos inflentur & dirumpantur insania*, Et alibi: *Sine peccato, qui se vivere existimat, non id agit, ut peccatum non habeat, sed ut veniam non accipiat.* Sed hæc non capis, qui inter venialia & mortalia peccata discrimen nullum agnoscis; aut si agnoscis, falsum agnoscis.

S. Aug. lib. 2. cont. epist. Pelag. c. 14.

S. Aug. lib. 14. de civ. Dei, c. 9.

B Ait Ribadeneira, Ignatium rerum spiritualium adhuc fuisse rudem; & tamen multos sermonibus suis inflammâsse. Hic tu, *non est cujusvis alium incendere, qui ipse non ardeat.* Rectè. Sed Ignatium divini amoris igne arsisse scribit Auctor; Quid igitur mirum, si & alios inflammavit, ignisque Ignem peperit, nisi fortè putas, charitatis ardorem majorem esse non posse, quàm cognitionem; nec evenire, ut, qui scientia minùs valet, charitate valeat plurimùm, cujus ignes si semel voluntas excipiat, non modò in se, sed & in aliis, communione quadam, ingentes divini amoris flammas excitat. C Sed hic tu Auctorem nostrum inconstantiæ arguis. *Dicit*, inquis, *Ignatium parùm in virtutis actione fuisse versatum, & tamen paulò pòst addit, sanctæ vitæ exemplum præbuisse aliis.* En contradictionem, cui tollendæ nullum ingenii acumen sufficiat. Ait auctor, Ignatium parùm in virtutis exercitatione versatum esse: Quia tyro erat, quia novitius erat, quia jam primùm ad spiritualem militiam accesserat, ut quis autem non parùm in virtutis actione versetur, tempore eget, & diuturniore usu. Potest tamen tyro illis ipsis, quas ùt tyro exercet, virtutibus documentum edere, quis, qualisque sit futurus, & aliis sanctæ vitæ exemplum præbere, hoc ipso, quòd in primo suo tyrocinio ad virtutis & sanctæ vitæ præscriptum strenuè & alacriter sese exercet.

CAPUT IX.

Examinantur calumniæ Miseni in sextum & septimum caput.

D Sexto capite exequitur Ribadeneira scrupulos, quibus Ignatius excruciatus, & tentationes, quibus à DEO probatus fuit. Die quodam, ait auctor, versantem in xenodochio aggressus est Dæmon: Hic Misenus, *diem illum perquam scire velim?* Quid si scias: num credes auctori? *Miror*, inquis, *illum in fastis non esse notatum.* Miraris proculdubio etiam, cur ille dies non sit in fastis notatus, de quo Genes, 39. *Accidit autem quadam die, ut intraret Joseph domum.* Sed nondum tua sciendi cupiditas expleta est. *Scire etiam hoc velim*, inquis, *qua specie Diabolus apparuerit Ignatio.* Magnum te noscendi Diaboli desiderium tenere videtur. Non ambigo, quin ex Matthæo, Marco, & Luca sæpius quoque scisciteris, quanam forma Diabolus apparuerit CHRISTO; fortassis si quis unam tuorum bibliorum seu legeret, seu relegeret, bujusmodi quæstionem ad marginem notatam inveniret; quando, ùt præ te fers, omnia, quæ legis, scholiis illustras. E

Quid Ribadeneira ad tuam de Diaboli specie quæstionem responderet, equidem non satis perspectum habeo. Ego, ut tibi meam sententiam explicem, si ullus conjecturæ, probabilissimis argumentis adjutæ locus datur, arbitror, Diabolum specie Calvinistæ Ignatio apparuisse. Id adeò ex verbis, quæ prolocutus est, colligo. *Quid tu*, ajebat, *in his sordibus, in hoc pedore jaces? Et quid cum abjectis hominibus sedens, generis tui nobilitatem obscuras?* Verba Calvinistæ hæc sunt, dehortantis ab asperiore vitæ instituto; & ad illecebras & oblectamenta mundi subdolè cohortantis. *Fortassè*, inquis, *hæc licentiâ poeticâ exponuntur, ùt & sequentia, de nescio qua tentatione, alio die, qui itidem reticetur.* Hæc eadem, si apponeret, tanquam scholium Celsus aliquis ad contextum Evangelistarum; nónne diceres, illum ea tantùm de causâ narrationi fidem derogare, quia credere non luberet; si lubuisset, credidisset. Idem tibi à me responsum habe, aut unà cum hac auctoris nostri historia rejice tanquam figmentum poëticum, quidquid sanctus Athanasius, & quidquid sanctus Hieronymus tradit de diabolis, specie aspectabili à sancto Antonio & à sancto Hilarione visis. Quòd si hos duos tantos viros, tanquam mendaces rejeceris, minùs jam ægrè feram, te rejicere Ribadeneiram, qui, repudiatis duobus illis sanctissimis & præstantissimis Patribus; non nisi cum suo dedecore & ignominia sempiterna, à te poterat, tanquam verax, approbari. Quæ autem est ista tua impudentia, cùm diem auctori nostro dicis, dicámque scribis, quòd non semper definitè & signatè diem nominet, sed quadam die hoc vel illud accidisse affirmet? An non hoc usitatissimum est omnis generis scriptoribus tam sacris quàm profanis? An ideo S. Hieronymus & S. Athanasius & Theodoretus minus fidei merentur; quia crebrò hoc loquendi modo utuntur? *Quadam nocte, quadam die hoc vel illud accidit.* Sed de hac re jam actum est suprà. Nec repeterem Apologiam & defensionem, nisi calumniator iteraret calumnias. Idem mihi

F (beside "Quid Ribadeneira"), G (beside "lè cohortantis"), H (beside "visis. Quòd si")

A hi cum iſto accidit, quod Origeni cum Celſo, de quo Origenes: *Quoniam eadem iterum atque iterum repetit, cogit nos quoque ſimiliter facere, ne videamur criminationem aliquam ſilentio præterire.* Orig. lib. 2. contra Celſum.

Ridet deinde Ignatium ob ſcrupulos, quibus angebatur, dum identidem menti occurreret, num hoc vel illud confeſſus eſſet. *O ineptum*, inquir, *hominem, & planè ἀθεόλογον. Delicta quis intelligit?* Fateor, Ignatium non fuiſſe verſatum in Theologia Calviniana, cujus non eſt conſcientias ſcrupuloſas, ſed *cauteriatas & ſtigmaticas* efficere, quod non mirum: Quia cauteriatum & ſtigmaticum auctorem habuit; Si Calvinianis myſteriis Ignatius initiatus fuiſſet, aut nullos ſcrupulos ſenſiſſet: aut ſcrupulis facili ſumptu parabile pharmacum reperiſſet.

B Sed quæris, *delicta quis intelligit?* Certè tu non intelligis. Quia ſi intelligeres, ſaperes, & noviſſima provideres. Peccata, quæ quis non intelligit, hoc eſt, quæ memoriam fugiunt, nemo in confeſſione explicare jubetur: Omnes officii ſui partes explevit, qui malefacta, quæ menti poſt ſedulam inveſtigationem, memoria ſuggeſſit, Sacerdoti patefacit: ne tu hic nobis, neſcio quam carnificinam, & tormenta pluſquam Acherontica comminiſcaris, *inventa*, ùt inquis, *à Monachis*. C Quòd ſi adeò nullus, vel certè levis dolor, ob commiſſa piacula ſuſcipiendus eſt; cur Petrus Apoſtolus egreſſus ex loco, in quo peccârat, flevit amarè? cur idem, ùt veteres tradunt, audito galli cantu in lacrymas reſolutus, negationem illam perpetuò deploravit? Cur David, cur alii lamentis & queſtibus ſeſe dediderunt; ſi peccatis abolendis & obliterandis ſatis eſt hæc Calviniana ſecuritas, vel potiùs audaciſſima confidentia? Quòd autem jejuniis, vigiliis, & orationibus vacare, & flagellis in corpus ſuum animadvertere, denuò ſuperſtitioni adſcribis, facis, non quod Chriſtia-D num, ſed quod Calvinianum decet. Sed probas, hæc & ſimilia ex ſuperſtitione proficiſci: *Quia ſunt ridicula;* opera autem, & dicta, & facta ſuperſtitionis ridicula ſunt, auctore Plutarcho, ex quorum numero, ùt idem teſtatur, ſunt *incantationes, magiæ, & circumcurſationes, & tympanorum pulſationes, & impuræ purgationes, & ſordidæ expiationes, & barbaræ vetitæque ad templa caſtigationes, & læſiones, ſeu probroſæ illuſiones.* Incantationes & veneficia ſpecies ſuperſtitionis eſſe, ſciremus, quantumvis neque à te, neque à Plutarcho id didiciſſemus. Alia, quæ commemoras, ſuperſtitioſa itidem fuiſſe, non abnuo: tum quia ſuſcipiebantur in eorum gratiam, qui Dæmonia, non numina erant; tum quia erat cultus inanis & ſuperfluus. Quid enim colas idolum, quod nihil aliud eſt, quàm vitæ & rationis vacuum ſimulacrum? Hoc nego: Si quid veri Dei cultores & Chriſtiani agunt, cujus ſimile egiſſe videantur Ethnici, id hoc ſolùm nomine vanum & ſuperſtitioſum eſſe; alioquin baptiſmum ùt ſuperſtitioſum tolle, tolle Sacramentum Chriſmatis (quod vos Calviniani jam dudum ſuſtuliſtis:) tolle ipſam ſanctiſſimam Euchariſtiam, tolle reſurrectionem, tolle denique totam veterem legem, ùt ſuperſtitionis pleniſſimam: Quia diabolus, ùt Tertullianus ait, *tingit & ipſe quoſdam, utique credentes & fideles ſuos; expiationem delictorum de lavacro repromittit; & ſic adhuc initiat Mithræ, ſignat illic in frontibus milites ſuos, celebrat & panis oblationem, & imaginem reſurrectionis inducit: & ſub gladio redimit coronam: quid, quòd & ſummum Pontificem in unis nuptiis ſtatuat: Habet & virgines, habet & continentes. Cæterùm ſi Numæ Pompilii ſuperſtitiones revolvamus: ſi ſacerdotalia officia, inſignia, & privilegia, ſi ſacrificalia miniſteria, & inſtrumenta, & vaſa ipſorum ſacrificiorum, ac piaculorum & votorum curioſitates conſideremus, nónne manifeſtè Diabolus moroſitatem illam Judaicæ legis imitatus eſt?* Hæc Tertullianus. E Tertull. lib. de præ.

F Duas igitur ob cauſas, reperiuntùr apud Ethnicos & veri Dei ignaros quædam ſimilia iis, quæ apud veri numinis gnaros & Chriſtianos in uſu ſunt poſita. Prima cauſa eſt, æmulatio Diaboli, cujus ſunt partes *intervertendi veritatem;* ùt inquit Tertullianus, qui ipſas quoque res Sacramentorum divinorum in idolorum myſteriis æmulatur. *Omnia*, inquit idem Auctor alibi; *adverſus veritatem de ipſa veritate constructa ſunt: operantibus æmulationem iſtam ſpiritibus erroris. Ab iis adulteria hujuſmodi ſalutaris diſciplinæ ſuborta, ab his quædam etiam fabulæ immiſſæ, quæ diſſimilitudine fidem infirmarent veritatis; vel eam ſibi potius evincerent; ut quis ideo non putet, Chriſtianis credendum, quia nec poëtis, nec philoſophis, vel ideo magis poëtis & philoſophis exiſtimet credendum; quia non Chriſtianis.* Qua G ratione factum eſt, ut plurima olim Judæorum, & poſt Chriſti adventum, Chriſtianorum dogmata, & inſtituta, cæremoniæ, ritus, conſuetudines & actiones reperirentur apud infideles. De dogmatis audi Tertullianum. *Ridemur*, inquit, *Deum prædicantes judicaturum. Sic enim & Poëtæ & Philoſophi tribunal apud inferos ponunt. Si gehennam comminemur, proinde decachinnamur. Sic enim & Pyriphlegethon apud mortuos amnis eſt. Et ſi Paradiſum nominemus, Elyſii campi fidem occupaverunt.* Tertull. Apolog. cap. 47. Tertull. loc. cit.

H De inſtitutis & cæremoniis idem liquet ex ſupradictis Tertull. verbis, & de baptiſmo, de confirmatione, pœnitentia, Euchariſtia, de virginitate, de Pontifice ſummo monogamo, de aliis. De moribus & actionibus id vel hoc unicum exemplum demonſtrabit, Judæos babuiſſe, & Chriſtianos etiamnum habere certa jejunia in cinere, ſacco, vel cilicio, &, ſi neceſſitas poſtularet, vel poſtulet, alia

A alia itidem non stata indixisse & indicere, nemo ignorat. Idem mos olim Ethnicis. *Omnem ταπεινοφρόνησιν Ethnici agnoscunt*, inquit Tertullianus, *cùm stupet cœlum, & aret annus, nudipedalia denunciantur, Magistratus purpuram ponunt, fasces retro avertunt, precem indigitant, hostiam instaurant. Apud quasdam verò colonias annuo ritu saccis velati & cinere conspersi, idolis suis supplicem invidiam objiciunt, balnea & tabernacula in nonam usque clauduntur. Niniviticum credo justitium.*

Tertull. lib. de jejuniis.

B Altera causa, cur quædam apud Ethnicos veræ religionis similitudines & imitationes reperirentur, non est æmulatio cacodæmonis, sed ipse naturalis instinctus rationis, ducens hominem ad id, quod rectum & conveniens: quamvis plerumque accideret, ut id, quod per se bonum & laudabile esset, pravis aliquibus circumstantiis vitiaretur. Quo ipsius naturæ ductu & impulsu, quidam abdicârunt se omnibus suis fortunis, quidam cœlibem vitam egerunt, quidam à carnibus & vino perpetuò sibi temperârunt, alii societatem & convictum hominum aversati in solitudinem sese abdiderunt, alii, ut libidinem domarent, inedia & verberibus sese confecerunt, alii alia rectæ rationi suapte natura cumprimis consentanea factitârunt. At quid C hoc loco Hæretici! Quàm primùm vident, ab orthodoxis aliquid vel credi vel agi, quod ipsis minùs arrideat, statim cum veteri & trito illo suo advolant: *Hoc superstitiosum est: Quia ab Ethnicis sumptum est. Hoc frivolum est, & inane: quia Ethnici simile quiddam præstiterunt.* Qua in re sua spe & exspectatione minimè fallitur Dæmon. Nam præter cæteras causas, multa etiam de vera Religione ad Ethnicas superstitiones transtulit, eo consilio, ut postea à Miseno, & à similibus calumniatoribus irriderentur, & ludibrio haberentur, ùt jam antea ex Tertulliano au-D divimus. Quem finem consequitur idem cacodæmon, præter suam expectationem: quamvis non præter voluntatem in illis, quæ Ethnici, vi solius luminis naturalis agunt: Nam & hæc hæretici tanquam superstitiosa repudiant, præsertim si carni & sanguini minùs sint jucunda, cùm tamen, si saperent, potiùs contrarium colligere deberent, ùt rectè Tertull. monet, cui cùm objectum esset; Montanistas, ad quos jam se transtulerat, imitari jejuniis suis *purificationes & expiationes* Isidis & Cybeles; *admitto*, inquit, *testimonialem comparationem. Hinc divina* (religio) *constabit, quam Diabolus divinorum æmulator imitatur. Ex veritate mendacium struitur, ex religione superstitio compingitur: Hinc tu* (Misene) *eò irreligiosior, quò Ethnicus paratior.* Fusiùs hæc persecutus sum, ut refutarem ea, quæ hic Misenus de Sacerdotibus Baalitis, Japonicis Bonziis, & de sacrificulis Isidis fabulatur: cum quibus Ignatium, & nos Ignatii filios, omnesque Catholicos

Tertull. lib. de jejuniis.

Sacerdotes comparat, quamvis suprà itidem nonnihil hac de re dixerimus, sicut & alibi dicemus: Quia quò minùs omnia suo loco opportunè collocentur, facit adversarii petulans procacitas; qui quævis convicia quovis loco jacit, prout furor imperat & impellit. Nunc Ignatium revisamus. E

F Ad sacratissimam Eucharistiam, inquit Ribadeneira, de more, quasi ad sacram anchoram, confugiebat. Hoc loco Misenus nihil affert præter mera mendacia; nolo enim vocare commenta: quia mitior vox est, quàm pro improbitate Miseni. *Ad Eucharistiam*, inquit, *in Italia & reliquis nationibus Pontificiis, lenones, meretrices, masculorum concubitores confugiunt, tanquam ad probatum antidotum, quippe, quo sumpto, omnia peccata evanescant.* Nemo admittitur ad SS. Eucharistiæ mysterium, nisi per pœnitentiæ aditum: peccata sacerdoti exponenda sunt; firmum propositum melioris vitæ concipiendum; satisfaciendum, pœnæ injunctæ subeundæ, aliáque præstanda; sine quibus arcetur quis à cœlesti illa mensa; cum quibus nemo arcetur. Quia & Christus his conditionibus præditum, neminem à se exclusit. At quòd ais: *sumpto Eucharistiæ Sacramento omnia peccata statim evanescere*; non G orthodoxam doctrinam tradis, sed tuam mentiendi impudentiam prodis. Sacramentum hoc viventium est, non mortuorum. Alimentum enim est, vivere oportet eum, qui alitur; nam nutritio viventis proprietas est, non mortui. Quomodo igitur hoc salutari cibo nutrietur, qui vitæ est expers, hoc est, qui peccatis mortalibus & capitalibus irretitus est? Tantum abest, ut talia flagitia usu & sumptione Eucharistiæ evanescant, ut potiùs augescant: *Probet seipsum homo*, ait Apostolus: *Et sic de pane illo edat, & de calice bibat.*

H Addis: *Es, bibe, lude, scortare per septem dies, octavo confuge ad Eucharistiam, & sic ab omni labe mundus eris.* Hæc non sunt nostra axiomata, sed tua mendacia. Non nostram doctrinam, sed Calvinisticam his verbis depingis. *Es, bibe, lude, scortare per septem dies, octavo die crede, & sic ab omni labe mundus eris:* At quid octavo die? Imò dum edis, ludis, bibis, scortaris, crede & salvus eris. Cætera superi curent: Si enim electus es, Spiritum sanctum, ejúsque gratiam nunquam amittes: Si autem electus non es, nec ad sempiternam illam gloriam prædestinatus, quidquid agas, quidquid moliaris, Spiritum sanctum nunquam adquires. Quòd si David Spiritum sanctum *nec in adulterio, nec in homicidio amisit, sed consopiit tantum, eo modo, quo intellectus in ebriis non deperditur, sed sepelitur tantùm; & ignis sub cineribus non extinguitur, sed latet*; cur non electus itidem Calvinista, Spiritum sanctum retineat; licèt sit mœchus, homicida, sicarius, helluo, lusor, scortator?

Beza col. loq. Mompelgar. fol. 463. & seq.

A ſtum abſentem, & ab oculorum aſpectu remotum intueri non valeat. *Præterea quæri poſſit*, inquis, *cur, cùm humanitatem viderit, non etiam viderit gloriam Dei.* Si, ùt tu interpretaris, Ignatius humanitatem CHRISTI vidit *notitia intuitiva*, omnino oportet, ut etiam viderit gloriam, in qua eſt humanitas Chriſti, quæ utique eſt & ipſa quædam Dei gloria. Quia notitia non cenſetur *intuitiva*, niſi res videatur perfectè, & eo modo, quo eſt. Itaque aliam cauſam non video, cur quæras, quæri poſſe, cur gloriam Dei non viderit Ignatius, ſi humanitatem Chriſti vidit; quàm quia neſcis, quid ſit rem *intuitiva notitia* cognoſcere. Aliquando, ait Ribadeneira, beatiſſimam Virginem vidit. *Non*
B *addit diem*, inquis. Quid tum? An ideo falſum, quod ſcribit? Lege Hiſtoricos ſacros & profanos, nominatim ſanctum Hieronymum in vita ſancti Hilarionis, & ſancti Pauli Eremitæ, & ſanctum Athanaſium in vita ſancti Antonii, & ſanctum Gregorium Nyſſenum in vita ſancti Gregorii Thaumaturgi, & Theodoretum in hiſtoria religioſa; an non ſæpiſſimè, omiſſa certi diei deſignatione, ſine ullo veritatis diſpendio, ita loquuntur? *Aliquando hoc vel illud accidit.* Tu hic rurſus contendis, non *fuiſſe veram viſionem, ſed ſomnium:* Sed per ſomnium hoc ſomnias: eáque de cauſa falsò, de quo ſatis jam alibi.

C Egregiè autem Sycophantæ partes agis, cùm ais, Ribadeneiram ſcribere: *Biblia ſacra ſi interciderint, poſſe nobis reſtitui ex viſionibus Ignatii.* Os & frontem hominis! Hæccine auctor noſter? En, Lector, ipſa Ribadeneiræ verba. Quibus quidem viſis ita in fide ac ſpiritu confirmatus, & cœleſti lumine completus eſt, ut ſæpe hæc ſecum reputans, illud etiam ſtatueret, ſi aut ſacrarum literarum monumentis conſignata myſteria fidei non eſſent, aut certè, ſi ſacra Scriptura (quod fieri non poteſt) intercidiſſet, ſibi tamen ita eſſe certa, penitúſque infixa, ut ex illis tantùm, quæ viderat, non dubitaret, & rectè ea intelligere, & aliis tradere, & pro illorum defenſione etiam mortem oppetere. Aliter, Miſene, *olent ſues, aliter catuli,* aliter tua mendacia; aliter Ribadeneiræ dicta. Nec verbum addo.

D Aliam Ignatii illuſtrationem refert auctor his verbis. Egreſſus die quodam Manreſa ad templum, quod ab oppido mille paſſibus abeſt, divinarum rerum contemplatione ſuſpenſus, paululùm conſedit in via, quam fluvius præterlabitur, faciémque convertit ad flumen: ibi mentis ei oculi aperti, atque illuminati ſunt, non ita quidem, ut ſpeciem aliquam aut in ſenſus cadentem imaginem videret, ſed ut permulta, tum quæ ad fidei myſteria pertinent, tum quæ ad ſcientiarum cognitionem, optimè intelligeret: tanta támque clara luce, ut ab eo res ipſæ, novo quodam lumine cernerentur. Hæc quomodo tu refutas? duobus validiſſimis ſcilicet argu- E
mentis. *Falſiſſima ſunt,* inquis. Qua ratione probas? nulla penitus, ſola tua aſſeveratione & auctoritate Lectorem contentum eſſe oportet: Ipſe videlicet dixit, falſa ſunt; & falſa ſunt. Alterum, his verbis continetur. *Qui ejuſmodi φλυαρίαις & nugis fidem habent; non mirum eſt, ab iis adorari truncos & ſtipites.* Ecce quàm præclarum argumentum, quo illuſtrationem hanc Ignatii funditus ſubruit: *Qui tales*, inquit, *nugas credunt, truncos & ſtipites* (hoc eſt, ùt Carbolicus loquitur, ſacras imagines) adorant. *Ergo falſa eſt illa Ignatii illuſtratio.* Non miraberis, Miſene; ſi aliquando argumenta tua veſtiam forma Dialectica; ſic enim luculentiùs, quid valeant, apparet.

F Interim tamen ſcire velim ex te, an exiſtimes, neminem poſſe divinitus ita illuſtrari, ut rerum tam cœleſtium, quàm naturalium cognitionem aliquam adquirat? Vix arbitror, te aut tam ſtupidum, aut tam impium fore, ut abnuas: Si enim Deus bominem erudire poteſt miniſterio bominis, cur non & cœlitum; & ſui ipſius opera, ſine alterius interventu? S. Antonius litteras non didicerat, inquit ſanctus Athanaſius, ingenioſiſſimus tamen & prudentiſſimus, & ſpiritualium rerum intelligentiſſimus erat: à quo edoctus, niſi à ſupremo illo Magiſtro? Myſterium SS. Trinitatis meliùs & clariùs cognovit, divina illuſtratione adjutus, D. Gregorius Thaumaturgus, miſſa ad ſe cœlitus Deipara Virgine, & Joanne Bapnſta, ùt teſtatur S. Gregorius Nyſſenus, qui non dormienti; ſed vigilanti expoſuerunt, quidnam ſit verè de altiſſimo illo Religionis noſtræ myſterio ſentiendum, aliíſque à Doctoribus Chriſtiani populi explanandum. S. Athanaſ. in vita S. Antonii.

G Cæterùm valde hallucinaris, Miſene, quòd putas eo conſilio, has illuſtrationes de Ignatio ſcriptis mandatas, ut ipſius *extraordinaria vocatio* confirmetur; De qua tu extraordinaria vocatione loqueris? num de converſione ejus à vita mundo dedita, ad vitam ſanctiorem, & à mundo abhorrentem? Atqui hæc non eſt extraordinaria vocatio; ſed planè ordinaria. Quia fermè quotidiana. Perpetuò enim videmus nonnullos, gratia divina excitatos, ex luto fæcis emergere, & ſupra firmam virtutum petram pedes ſuos ſtatuere. Si converſionem hanc Ignatii ex- H
traordinariam vocas ratione modi; fateor, extraordinaria fuit, ſed hoc modo multorum aliorum vocationes extraordinariæ ſunt: Quia in multis peculiare aliquid eluceſcit, quod fruſtrà quæras in aliis. Sic vocatio Pauli extraordinaria fuit; Vocatio item Matthæi, Petri, Andreæ; Sancti Auguſtini, S. Pauli Eremitæ, S. Hilarionis, ut alios prætercam. Si loqueris de vocatione ad Religionem; neque hæc extraordinaria fuit: Quia ſingulis propè diebus videmus non

A paucos mundo valedicere, & Religionis portum subire. Si loqueris de vocatione ad instituendam novam Religionem; neque hæc extraordinaria fuit: Quia legitima auctoritate, & ab ordinario Magistratu, potestate sibi facta, familiæ novæ fundamenta posuit, & ad eam, quam lamentamini, magnitudinem provexit. Si loqueris de vocatione ad Sacerdotium, & docendi munus, neque hæc extraordinaria dici potest. Nam à legitimis & Catholicis Episcopis Sacerdotii dignitate ornatus est, & missus, quoquoversum, salutaris doctrinæ gratia. Non ergo satis dispicio, quam tu extraordinariam vocationem Ignatio affingas: Vestrum est, ô Misene, ùt *extraordinarios* homines; ita &
B extraordinarios ministros esse. Optas, ut omnes Ignatii illustrationes in lucem edantur. Sed quo fine? *Haberemus*, inquis, *proculdubio, quo nos oblectaremus, suaviter Hispani ridentes somnia patris, & visa in cerebro nata melancholico.* Omnino eandem voluptatem caperes, quam olim Celsus capiebat; cùm visiones & illuminationes Propheris & Apostolis, & aliis in nova & veteri lege factas, legeret. *Suaviter Hebrææ deridens somnia legis, & visa in cerebro nata Melancholico.* Nam qualis olim Celsus in Christum & Christianos; talis bodie tu es in Ignatium & Jesuitas. Talem proculdubio voluptatem caperes, qualem capit araneus, cùm odoratissimis & gratissimo succo turgidis floribus insidet, exsugens inde non venenum, quod nullum in flore; sed materiam veneni, per noxiam illam & perniciosam naturam conficiendi. At quòd visiones has melancholiæ adscribis, mirari subit, cur nemini vestrûm obtingant? Nam nullos inter vos esse melancholicos, cras credam, hodie non
C credo. Deinde dic, quæso, num visiones, & illuminationes Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, & Confessorum, itidem ex atra bile processisse censeas; illas dico visiones, quæ non *Lugendis*, sed probatis probatorum auctorum monumentis testatæ sunt. Si cum Celso respondere lubet, ùt sanè lubebit, in promptu tibi erit responsio. Cur enim non affirmes? Apparitionem Christi post resurrectionem à mortuis, factam Magdalenæ repudiavit Celsus, non aliam ob caussam, quàm quòd eam viderit mulier, ùt ajebat, *fanatica; & si quis alius fuit magicæ istius vanitatis sectator: Quosdam enim vigilantes somniare, suáque sponte spectris inanibus deludi.* Quas criminationes satis supérque dissolvit Origenes. Orig. lib. 2. contra Celsum.

D Scribit Ribadeneira, speciem quandam Ignatio sæpius oblatam, jucundam aspectu, quam tandem deprehenderit esse dæmonem. *Ne scilicet dubitaremus*, inquit Misenus, *quo Doctore profecerit Ignatius.* Fortè S. Antonio, S. Hilarioni, S. Martino, ideo toties apparuerunt Dæmones, ne dubitaremus, à quibus Magistris sanctissimi illi viri, doctrinam suam hauserint. Eadem species: sed deformior, E
eidem Ignatio Lutetiæ & Romæ sæpius sese conspiciendam obtulit. *Hic notandum primò,* inquis, *Romæ Diabolum esse deformiorem, quàm alibi.* Jocaris tu quidem mimi instar; sed ridentem dicere verum quid vetat? Planè Romæ deformior est Diabolus, quàm apud vos: propterea Romæ odio habetur: à vobis tantùm non adoratur, certè omni officiorum genere colitur. Quòd si vobis Diabolus non videretur tam formosus & venustus, non utique ei corpora cum animabus consecraretis. Ad hæc cùm in Genesin & Apocalypsin scholia utilissima evulgabis; jam ex boc tuo libro, scholium mutuari poteris, quod eò transferas his verbis: *Notandum, Diabolum esse deformiorem in Apocalypsi, quàm in Genesi. Quia in illa est multiceps Draco: in hac serpens.*

Ait Ribadeneira, Ignatium baculo hanc F
serpentis speciem à sese abegisse: *Notandum,* inquis, *baculo posse dæmonem abigi:* Planè baculo; & illo quidem, quo verus noster David (cujus vetus ille umbra erat) dæmonem S. Athan. in vita S. Antonii.
depulit, baculo nimirum crucis, quo baculo, cumprimis monebat S. Antonius Monachos, ut dæmonem abigerent.

Nec dubito, Ignatium ad hunc itidem baculum confugisse. Quòd autem Ignatius Diabolum specie serpentis ad se arreptantem, baculo, quem manu ferebat, abegit; quid mirum? num si tibi serpens occurreret, manu eum fugares, relicto baculo?

Refert Ribadeneira, Ignatium octo con- G
tinuos dies in exstasi versatum esse, mente penitus ab omni sensuum officio abstracta. Hic iste, *Si ego affuissem*, inquit, *fuste iligno dolâssem latera, & lumbos militis istius: ita credo facilè ad se redisset.* Nihil prorsus de hac tua humanitate dubito; quin & firmiter mihi persuadeo, te, si sanctum Paulum alicubi jacentem, & sensuum officio destitutum re- 2. Cor. 12.
perisses; cùm ad *tertium cælum raptus est*, prorsus eodem modo, cum illo acturum fuisse: Arripuisses ilignum vel salignum fustem, & eò usque latera & caput ejus contudisses; donec ex tertio cœlo detractum Paulum restituisses Paulo. Nunquam promptiùs tibi assentior, quàm cùm talia de te ipse prodis. Nec multum moramur sive tibi hæc Ignatii exstasis videatur credibilis; sive incredibilis. Quid enim credas, qui Calvino credis? Nam quòd ais, *Deum modò in Ecclesia nihil extraordinarie agere;* nescio, quorsum collimes. An vis, nihil agi à Deo in Ecclesia, quod erga te tuique similes non agatur?
Falleris, Misene, falleris. Non capiunt pe- H
ctoris tui angustiæ immensos illos bonitatis divinæ thesauros. Capiunt alii te aptiores, Deo cogniti. Novit enim Deus, quibus & quando benignitatis suæ fontes recludere debeat, licèt alioqui dives in omnes, sed tamen in quosdam munificentior, occulto suo consilio & judicio, quos cæteris mortalibus vel ùt

A *tenebris radium ad se lucis influere. Post cuius splendoris adventum, nec Dæmonum aliquis apparuit, & corporis dolor extemplò deletus est. Ilico præsentiam Domini intellexit Antonius, & ex intimo pectore trahens longa suspiria, ad visionem, quæ ei apparuerat, loquebatur dicens. Ubi eras bone JEsu, ubi eras? Quare non à principio adfuisti, ut sanares vulnera mea? Et vox ad eum facta est dicens: Antoni, hic eram, sed exspectabam videre certamen tuum.* Hæc S. Athanasius. Ait Ribadeneira; Ignatium die quadam cœpisse ita in Deum intellectu ferri, quasi sanctissimam Trinitatem, specie quadam visibili id significante exteriùs, quod interiùs percipiebat, cerneret; & ex hac illustratione mirabilem in animo Ignatii voluptatem exortam. Hic ait Misenus: *quandam hanc diem fuisse trigesimam secundam Decembris.*

B Non dubito, quin, cùm scholia scribes in caput tertium & decimum quartum libri primi Regum super illa verba: *Factum est ergo in die quadam, Heli jacebat in loco. Accidit in die quadam, ut diceret Jonathas filius Saul*, dicturum te, *quandam hanc diem*, fuisse trigesimum octavum mensis Casleu. Pergis. *Notum est hoc mysterium* (Trinitatis) *superare omnem vim rationis, neque ad hoc explicandum opus nobis est Hispano milite.* Non dixit Ribadeneira, Ignatium hoc mysterium ratione & cogitatione comprehendisse, sed speciem quandam ejus ei objectam esse, significantem exteriùs, quod ipse percipiebat interiùs, non quòd per ullam speciem aspectabilem, sanctissima Trinitas secundùm suam es-

C sentiam repræsentari queat, sed quòd possit adumbrari, eóque modo efformari, cujus oculi corporei, vel etiam oculi mentis in hac vita sunt capaces, nisi fortè putas, sanctissimam Trinitatem nec totam, neque in hac vel illa persona sese posse piorum aspectui conspiciendam offerre. Quòd si hac persuasione teneris; tunc nobis exponas velim, quo-

Joan. 1. modo Joannes Baptista viderit *Spiritum Dei descendentem quasi columbam de cælo*, supérque Christum residentem: & quomodo ipsa Pentecostes solemnitate, Spiritus sanctus visus

Act. 2. sit ab Apostolis, & aliis sub specie visibili ignis. An non & in veteri testamento, Deus sæpius sub specie aliqua sese videndum Prophetis & aliis obtulit? An non ipse Dei filius humana sub imagine in terris apparuit, & cum ho-

D minibus versatus est? Quòd autem optas, ut liber ille, quem Ignatius eo tempore de SS. Trinitatis mysterio scribere cœpit, in lucem proferatur, inutile votum est: tum quia tibi Hispanici sermonis ignaro, nihil prodesset, tum quia, more tuo, non intelligens, quæ legeres, criminandi & conviciandi materiam & occasionem quæreres. Si canis peteret *Sanctum* & porcus *margaritas*; num

Matth. 7. petitioni satisfaceres? Non opinor, reveritus monitum illud Christi: *Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conversi dirumpant vos.* Non videor tibi fa- E

cturus injuriam, si inter hos canes & porcos te numerem. Statim enim librum Ignatii, ùt & vitam, Scholiis tuis contaminares, & fortè non tantùm virus Calvinianum, sed & Ariani aliquid veneni evomeres.

F Alio tempore, inquit Ribadeneira, modus ejus menti objectus est, quo mundum DEUS condidit: quem longo pòst intervallo cùm hæc eadem ipse Pater narraret, se non satis affirmabat explicare posse. *O impostorem vanum!* exclamat Misenus. Cæterùm *quid attinet respondere*, (utar enim verbis Origenis in Celsum) *ad maledicta, conviciáque*, quæ in Ignatium jaculatur ùt scelestum & impostorem. *Hoc non est disputatoris*, & ejus, qui pollicetur utilissima Scholia, sed *plebejum & indignum Philosopho vitium, & furoris indicium: Quia deberet rem propositam examinare candidè, & quantum fieri potest, nihil alienum ab ea dicere.* Hæc Origenes de Celso: Ego Orig. lib. 1. contra Celsum in fine. de Miseno: Sed quare impostor Ignatius? *Nullum alium*, inquis, *modum scimus creationis, quàm qui in litteris sacris proditus est.* Nec Ignatius alium scivit, sed hunc, qui in litteris sacris proditus est, clariùs & perspicaciùs, & ut sic dicam, penitiùs scivit, quàm tu scias & similes; qui cùm verba alicujus mysterii percipitis, subitò ipsum mysterium vos percepisse putatis, magno sanè errore; nam scientia & cognitio rerum divinarum gradus

G habet, alios aliis excelsiores. Quod ni ita esset, non orâsset Apostolus pro Colossensi- Coloss. 1. bus, ut *crescerent in scientia.* Nec dixisset B. David: *Da mihi intellectum*, quia utique Psal. 118. jam antea aliquem habebat: nec dixisset; *revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* Quid ergo mirum, si Ignatius cœlesti beneficio clariorem intelligentiam procreationis rerum assecutus est, quàm tu, vel vulgus Calvinisticum. An nescis, Apostolum alicubi *eminentem* quandam *scientiam* nomi- Philip. 3. nare?

H Ait Ribadeneira: Ignatium quodam die, cùm corpus Domini populo adorandum proponeretur, mentis oculis clarè vidisse, augusto illo atque tremendo Sacramento Dominum JEsum Christum, verum DEUM atque hominem verissimè contineri. Quid ad hæc Calvinianus spiritus: cui hoc loco unguis in ulcere? *Hui*, inquit, *quantum blasphemiarum coacervatum paucissimis lineis!* Inspiciamus ergo propiùs has blasphemias. *Primùm*, inquis, *qua auctoritate panem pro corpore Domini adorandum proponis?* Nemo panem adorandum proponit: Quia id, quod sub specie panis, facta consecratione, continetur, corpus Christi est, non panis. Hoc corpus sub specie panis adoramus, & adorandum proponimus, ab ipsa sacra Scriptura, à ratione ipsa & à tota antiquitate edocti. Quid vis ampliùs? *Deinde cur appellas*, inquis, *Sacramentum tremendum?* Quià ita appellârunt

A ùt virtutis exemplar, vel ùt morum, & omnis boneſtatis magiſtros proponere cogitat. Reliqua, quæ in hoc caput & in verba Ribadeneiræ effutis, mera ſunt convicia ex immani partim in nos, partim in Clericos & Monachos odio effuſa, ac proinde reſponſi noo indiga, quaodoquidem, ùt Celſus Chriſtum, ita hic Ignatium, *mavult calumniis, quàm argumentis impetere.*

Orig. lib. 2. cont. Celſ.

CAPUT X.

Calumniæ Miſeni in caput octavum, nonum, & decimum.

B OCtavo capite agit Ribadeneira de libro exercitiorum, quem Ignarius ſub ipſa converſionis ſuæ primordla cooſcripſit, *qui quantum adjumenti Chriſtianæ Reipublicæ attulerit*, inquir Miſeous, *ſatis Jeſuitis conſtat, mihi non conſtat.* Utrumque verum eſt; & nobis conſtare, & tibi oon conſtare. Nec nobis duntaxat fructus hujus libri conſtat; ſed & aliis quàm plutimis in toto Chriſtiano orbe cognitiſſimus eſt, qui uſu barum ſpirirualium exercitarioo:um ita permoti ſunt, & divini amoris flammis inflammati, ut mundo vel ouocium penitus remitterent, & abdicata à ſe omnium rerum mortalium cura in monaſteria & variorum religioſorum hominum cœtus ſeſe abderent: vel certè vitam priùs laxam, & ſolutam, ad Chriſtianæ legis diſciplinam compooerent; quod ſatis oſtendit, librum ilium non ſine divioi Spiritus afflatu ab Ignatio compoſitum
C eſſe. Ut ſignum docti eſt facere doctum, ita iodicium bonitatis eſt reddere bonum. Hoc unico argumeoto refutavit Origenes varias calumnias Celſi io Chriſtum, & in Chriſti Evangelium. Utrumque calumnlabatur Epicureus ille, ùt improbum, flagitioſum, noxium & perniclosum, eo modo, quo tu jam Ignarium, & librum exercitiorum improbum, flagitioſum, noxium, & perniciofum non ſcmel pronuncias: Pauca ex Origene afferam, tu ipſe tibi, Miſene, tuíſque calumniis refellendis accommoda: *Quantum ad hoc attinet*, air Origenes, *quòd ante*

Orig. lib. 1. cont. Celſ.

D *paucos annos JEſum exortum ait, reſpondebimus, bu ipſis annis, quibus JEſu placuit diſſeminare verbum ſuum, tantum effeciſſe, ut in multis hujus noſtri orbis regionibus mirificè affecerit non paucos Græcos & barbaros, ſapientes & iaſipientes, ita, ut ad mortem uſque decertârint pro pietate Chriſtiana, ne illam abnegarent, id, quod in nullo unquam dogmate factum narratur à ſcriptoribus. Non enim abſque favore numinis fieri potuit. Equidem non ut ad gratiam loquar, ſed experientia doctus, auſim affirmare, ne corpora quidem ægrotorum, ſine ope divina, reſtitui ſanitati priſtinæ. Quòd ſi quis etiam animas liberaret à vitiorum colluvie, libidinibus, iniquitatibus, contemptu numinis, & experimentum hujus operis in centum, verbi gratia, hominibus daret, certè nemo hunc veriſimiliter diceret, abſque divino auxilio centum illis indidiſſe rationes tam validas, ad liberandum à tot vitiis.* E *Hæc qui prudenter conſideraverit, fatebitur, nihil inter homines in melius inſtaurari abſque Deo. Quanto magis, inquirenti apparebit id in fidentibus JEſu Domino, multis, qui ſe verbo ejus dedunt, priſtinæ vitæ rationem mutantibus, ſi animadvertat, in quantis impuritatibus, in quantis iniquitatibus & cupiditatibus fuerint ſinguli, priuſquam decepti, ùt Celſus ejúſque ſimiles blaterant, recepiſſent hanc doctrinam perniciosam, ùt iſtis videtur, vitæ hominum; tum poſt eam receptam, quanto æquiores ſint redditi, graviores, conſtantiores: adeò, ut quidam ex ipſis, amore eximiæ puritatis, & quò caſtiores ad cultum divinum accederent, ne conceſſa quidem & legitima utantur venere. Hæc qui ſecum re*- F *putaverit, intelliget, JEſum auſum majora humanis viribus, & quod aggreſſus eſt, effeciſſe.* Hæc Origenes; quæ, quid mirum, convenire itidem in Ignatium, ejúſque doctrinam moribus emendaodis præſcriptam; cùm eam ab alio oon didicerit, quàm à Spiritu Chriſti, ejúſque Evangelio. Ur autem iiſdem Origenis verbis, te, Miſene, alloquar: *Quid tam egregium* Lutberus *fecit*, aut Calvinus, aut Zvvinglius? *Quis doctrina eorum, aut exemplo factus eſt vel uno pilo melior?* Quid, quòd ob tam inſignem mutationem Origenes coo-tendit, amplecteodam fuiſſe Chriſti doctrinam, ùt hominum ſocietati longè fructuoſiſſimam, licèt à vero allena eſſet. Idem tibl de ſpirituali inſtitutione exercitiorum Ignatii dictum exiſtima: *Iſti accuſatores Chriſtianæ Religionis*, ioquit Otigeoes, *non animadvertunt, quot è paſſionibus eximantur, quàm multi è vitiorum colluvie, quàm multorum efferati* G *mores manſueſcant per occaſionem prædicationis, amplectenda erat ad doctrinam communicandam facilitas, non ſine gratiis, prò novo compendioſoque multorum vitiorum remedio; ipſa doctrina probanda, ſi non ùt vera, certè ùt humano generi utiliſſima.* In eandem ſententiam Tertullianus ad omnes Ethnicos: *Falſa nunc ſint*, inquit, *quæ tuemur; & meritò præſumptiones, attamen neceſſaria: inepta; attamen utilia: ſiquidem meliores fieri coguntur, qui iis credunt, metu æterni ſupplicii, & ſpe æterni refrigerii.* Hæc Tertullianus.

Orig. lib. 3. cont. Celſ.

Orig. lib. 3. cont. Celſ.

Tertul. Apolog. c. 49.

Cæterùm cùm tu ipſe confitearis, tibi oon H conſtare, quis ſir ille liber exercitiorum, & quos fructus ferat, Jeſuitis aurem id perſpectum eſſe, cur tibi potiùs neſcienri, quàm illis ſcientibus credis? cur à calumniis non abſtines? Cur tanquam perniciosum repudias & ſubſannas, quod ignoras? Cùm ergo *propterea oderis; quia ignoras, quale ſit, quod odiſti, cur non liceat ejuſmodi illud eſſe, quod non debeas odiſſe?* Sed *mavis neſcire, quia jam odiſti; adeò quod neſcis, præjudicas id eſſe, quod ſi ſcias, odiſſe non poteras.* Sed ais, *non omnes effici meliores à Jeſuitis per ſpiritales iſtas exercitationes.* Nec doctrina quidem Evangelii omnes meliores fiunt; non vitio Evangelicæ doctrinæ,

Tertul. Apolog. c. 1.

A næ, sed suo: Quia vel aures, & animos salutaribus institutis claudunt: vel ad aures quidem admittunt; non autem ad animos: vel si & ad animos, habiles non sunt fovendis & conservandis cœlestis culturæ seminibus, vel quia saxis rigent, vel quia spinis horrent, vel quia *volucres cœli* sparsa semina absumunt. [Luc. 8.] Amicus ille tuus, qui Roma reversus, se tantum scelerum Romæ paucis diebus vidisse narravit, quantum vix multis annis patratum sit in Sodomis, valde sese apud me suspectum reddit, tum de veritate, tum de vita & moribus, ne dicam, quod jure optimo possem, largiter esse mentitum. Mirum dictu, Hæreticos, cùm Romam veniunt, præter lupanaria & prostibula nihil penitus cernere: B Quia fortassis ad hæc divertunt, hæc sæpius, quàm templa obeunt, ad hæc oculos apertos, ad alia omnia clausos afferunt. Hæc opera tenebrarum filii, diligenter inquirunt, vespertilionum more, quibus odio opera diei & lucis: amori & voluptati, opera noctis; quid quòd ùt noctuæ, statim excurrunt ad quævis virtutum exercitia, quæ Romæ propemodum infinita, & si vel casu in ea incurrunt, oculos quàm primùm avertunt, & ad fornices convertunt. Sed de Roma suo loco pluribus.

C Porrò quæ Ribadeneira disserit de vitæ electione, magna cum cura & deliberatione facienda, ea *tu ex Xenophontis prodico, vel ex decimo Politicorum libro Platonis desumpta tradis*, imitatus & hic tuum Celsum, dictitare solitum, ea, quæ ad mores pertinent, Christianis cum cæteris Philosophis communia esse, *nec magni quidquam, aut novi nostræ disciplinæ inesse:* cui Origenes; ideò divinitus evenisse, ut Ethnici quædam naturæ instinctu similia Christianis, & veri Dei cultoribus agerent, ut omnibus constaret, recta, & laudabilia esse, quæ Christiani agerent, omnibúsque contrarium sentientibus, hoc est, tibi & tui similibus, occasio excusationis præriperetur. *Introducentes justum Dei judicium*, inquit Origenes, *exploderentur unà cum ipsis peccatorum pœnis, nisi communis omnium sensus præsumptionem de morali disciplina haberet in-* [Orig. lib. 1. contra Celsum.] D *sitam. Quapropter non est mirandum, eundem Deum, eorum, quæ per Prophetas & Salvatorem docuit, semina indidisse omnium mortalium animis, ut in divino judicio, omnis homo sit inexcusabilis, habens mentem legis scriptam in corde suo, id quod subobscurè subindicat sermo fabulosus, ùt Græci putant, dum inducit Deum tradentem Moysi præcepta scripta proprio digito, eáque mox confracta per malitiam eorum, qui vitulum conflaverant; ac si diceret, peccatorum superfusione ea esse abolita. Iterum verò scripta Deum dedisse in excisis per Moysem lapideis tabulis, nimirum Prophetico sermone præparante animam, post primum peccatum ad secundas Dei literas.* Hæc Origenes. Ex cujus verbis; (quod te jam sæpius docui, & sæpius adhuc docebo) intelligis, si quid intelligis, nullius E momenti esse hoc tuum argumentum. *Ethnici Philosophi verbo & exemplo docuerunt cautè, meditatè & circumspectè de statu vitæ deliberandum, certúmque vivendi institutum non temerè & præcipiti consilio, sed prudenter & consideratè amplectendum esse:* Malè igitur & superstitiosè Christiani & Jesuitæ agunt, qui verbo & exemplo suadent & docent, nihil per incogitantiam inchoandum, cujus te serò nequidquam pœniteat: sed rationibus in utramque partem discussis consultò quærendum: *Quod vitæ sectabor iter:* Si saperes, Misene, contrarium inde concluderes; Ut quædam poma, aut pira discimus grati sapotis esse: quia ab avibus præ cæteris appetuntur, & arroduntur, quas natura recto tramite, ad id, quod bonum est, ducit & rapit: ita rectè intelligimus, quædam esse bona & laudanda, quæ Ethnici factitârunt, eò quòd illa ex lege illa naturæ in omnium animis insculpta fecerint.

Capite nono recensetur gravis morbus, F in quem Ignatius incidit. *In hoc capite*, inquit Misenus, *nihil observatione dignum animadvertere potui, nisi hoc, Ignatium multis sceleribus sese obstrinxisse.* Valde te libenter commemoratione scelerum Ignatii oblectas. Jam dixi aliquoties, vitia præteritæ vitæ non posse meritò alicui, post seriam pœnitentiam, vitámque rectiùs sanctiúsque institutam, vitio dari; alioqui sanctissimos itidem homines calumnieris oportet, ùt sceleratos, multísque flagitiis contaminatos. *Eratis aliquando tenebræ*, inquit Apostolus, *nunc autem lux in Domino.* [Ephes. 5.] [1. Tim. 1.] Fortè cùm primam S. Pauli G ad Timotheum epistolam legis, in ea quoque nihil observatione dignum reperis, nisi hoc, Paulum multis sceleribus sese obstrinxisse; quippe, qui *primum peccatorem* sese nominet, & quasi primas inter sceleratos sibi vendicet, & ùt hic amplecteris, quòd Jesuitæ fateotur, suum Patrem multorum scelerum, sua ipsius confessione, fuisse reum: ita & in Paulina illa epistola libentissimè amplecteris, quòd sanctus Paulus non modò inter primos peccatores nomen suum profitetur, sed *primum peccatorem* simpliciter se se nuncupat absque pari. Nescis, Misene, nescis, aliter viros sanctos, aliter Calvinistas peccata putare. Quæ vix peccata sunt, ipsi H scelera credunt, veri virtutis custodes, rigidíque satellites, & si quæ olim in adolescentia, nondum meliorem vitæ rationem ingressi, admiserunt, ea perpetuis lachrymis expiare conantur, minimè sibi blandiri, minimè errata sua extenuare consueti. Hieronymus de S. Paula. [S. Hier. in Epitaph. S. Paulæ.] *Ita levia peccata plangebat, ut illam gravissimorum criminum crederes ream.* At quòd miraris, quomodo Ignatius in Hispania *hiemalem cœli asperitatem* sentire potuerit, cùm cœlum in Hispania *sit mitius:* Posses, opinor, eadem ratione mirari, quomodo Petrus Apostolus, ea nocte, qua Chri- [Joan. 18.]

stus

A ſtus captus eſt, frigore adeò ſit affectus, ut ſui calefaciendi gratia, ad ignem acceſſerit, cùm in Judæa cœlum ſit mitius. Deinde ſi quos videris aliquando Germanos in Hiſpania brumæ tempore verſatos, ſciſcitari ex illis licebit, an non ab Hiſpanico frigore, ita quis accipi queat, ut fornaces Germanicas deſideret; aut ſi hos conſulere piget: ne (Strab. lib. 3.) pigeat ſaltem conſultum adire Strabonem: qui tibi admirationem tuam facilè eximet.

B Decimum caput continet navigationem Ignatii Hieroſolymam. Hic tu, *in decimo capite*, inquis, *redit ad mendacia*. Arbitror erratum irrepſiſſe typographicum, ſcribendúmque; *in decimo capite redeo ad mendacia*, ſi tamen redire dicendus es, qui à mendaciis nunquam abiiſti. *Primùm*, inquis, *exponitur conſilium ejus de navigatione Hieroſolymitana, ad quam ſe accinxit, Deo fretus, aſpernatus omnia media humana*. Recitas nobis tua commenta, non Ribadeneiræ ſcripta: non dixit, non ſcripſit Ribadeneira, Ignatium aſpernatum eſſe omnia *media humana*; Qui enim potuit? Sed quædam vitæ ſeu ſolatia ſeu adjumenta. Ait Ribadeneira: Iſabellam Ro-
C ſellam, præſtanti virtute matronam, Barcinone, in publica concione, vidiſſe caput Ignatii, tum adhuc ſibi ignoti, circumquaque fulgere & clariſſimos radios emittere: Hic iſte: *ſimile quid apud Livium*, inquit, (Livius lib. 1. Decad. 1. Virg. 5. Æneid.) *puero dormienti, cui Servio Tullo nomen, accidit, & Aſcanio apud Virgilium*. Hic quoque in memoriam mihi revocas Celſum; qui cùm miracula Chriſti aliter inficiari & refutare nequiret, calumniatus eſt ſimilia à Magis & præſtigiatoribus patrari poſſe; ac proinde nihil præter cæteros eximium præſtitiſſe Chriſtum: Age, *credamus*, inquit Celſus, *hæc à te geſta; confeſtimque commune hoc ei facit cum præſtigiatoribus, non minora miracula* (Orig. lib. 1. contra Celſum.) *pollicentibus*: ait Origenes, *cúmque Ægyptiacis circulatoribus, paucis obolis mirificas illas artes venditantibus, & ex hominibus dæmonia profligantibus, morbos exſufflantibus, animas Heroum evocantibus, cœnarúmque ſumptuoſarum & eduliorum opiparorum inanem ſpeciem exhibentibus, animaliúmque ſpectra, quæ moveri videantur, cùm non moveantur revera; interrogat ergo, an quia hæc illi faciunt, credendum eſt nobis, illos eſſe Dei filios; an potiùs dicendum, artes has eſſe hominum nequam & infelicium?* Hæc Origenes de Celſo, quem tu nobis ad vivum repræſentas novus Calvini de grege
D Celſus. Sed nôſſe debes, non enervari miraculorum fidem, eò quòd ſimilia vel à Magis, operâ Dæmonum, videantur eſſe aliquando facta, vel ab Ethnicis conficta. Vera ſint, quæ narrat Livius hiſtoricus; vera ſint, quæ canit Virgilius poëta, an propterea falſa erunt, quæ de Ignatio traduntur? Falſa ſint, quæ illi narrant, an propterea falſum erit, quod Ribadeneira ſcribit? Excitatus ſit ignis ille circa tempora pueri dormientis & Aſcanii, operâ Dæmonis, aut fuerit Magi E alicujus ludibrium, an propterea ſplendor, qui circa caput Ignatii emicuit, commentitius erit, & inanis oculorum deluſio? præſertim cùm non dubiis Auctoribus compertum ſit, talia ſæpius Sanctis eveniſſe. Unico Sulpitii teſtimonio contentus ero, qui de S. (Sulpit. Dial. 3.) Martino. *Quodam die cùm jam altarium, ſicut eſt ſolemne, benediceret, globum ignis de capite illius vidimus emicare; ita, ut in ſublime contendens, longius collum, crinémque flamma produceret*. Si quis Ethnicus deſcenſionem illam Spiritus ſancti, in ſpecie ignis, ſeſſionémque ſupra ſingulorum capita, ſimili (Act. 2.) aliqua deſcendentis ignis hiſtoria eludere & elevare velit, quibus, quæſo, armis te defendes? quomodo adverſarii tela depelles? F Scis, quid Celſus de columba ſuper Chriſtum delapſa ſenſerit & ſcripſerit? Pudeat te, non dicam, tuæ impudentiæ; ſed impietatis, cùm expeditiſſimam viam monſtres, omnia miracula, quantumvis divinis teſtata monumentis explodendi & exſibilandi. *Sed cur*, inquis, *à ſola Iſabella, flamma illa viſa in publica concione?* Quæram & ego, cur flamma illa ſupra caput S. Martini à perpaucis conſpecta in frequenti populi conſeſſu? Ita enim Sulpitius: *Hoc* (miraculum) *licèt celeberrimo factum die, in magna populi multitudine viderimus, una tantùm de Virginibus, & unus de Presbyteris, tres tantùm viderunt de Monachis. Ceteri, cur non viderint, non poteſt noſtri eſſe judicii*. Hæc Sulpitius. Quòd ſi non deſi- G nas percontari, cur ſola Iſabella; percontare etiam, cur Chriſtum ſolus Saulus viderit, cùm proſtratus in terram vocem illam audiit: *Saule, Saule quid me perſequeris?* Nam (Act. 9.) *viri illi, qui comitabantur cum eo, ſtabant ſtupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes*. Percontare, cur, ùt graviſſimi quidam auctores volunt; ſolus Joannes Baptiſta columbam deſcendentem ſuper Chriſtum conſpexerit.

Poſt hæc rides Ignatium, quòd noluerit H ad navigationem commeatum in navim inferre, niſi juſſus à confeſſario; ne Deo diffidere videretur, *factúmque puerile* vocat. Ridet inſuper; quòd Ignatius paucos obolos, quos oſtiatim emendicârat, in publico, juxta navium ſtationem, reliquerit. Rides procul dubio etiam, & quidem ſuaviter; cùm legis illud Domini ad Apoſtolos: *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam* (Matth. 10.) *in zonis veſtris; non peram in via*. Nam Calviniſtica religio tum Deo fidit, cùm non modò peram; ſed & integram cellam penuariam ſecum gerit, utpote *cui*, ùt Tertul- (Tertul. lib. de jejuniis.) lianus ait: *Agape* ſeu dilectio *in cacabis fervet, fides in culinis calet, ſpes in ferculis jacet*. At quid, quæſo, cauſæ, cur tam ægrè feras paucos obolos ab Ignatio in littore relictos? Quos clamores ſuſtuliſſes, ſi in mare obolos illos abjeciſſet, ſine ſpe inveniendi? Lauda-

A tur tam à profanis, quàm à sacris scriptoribus Crates Thebanus, qui projecto in mare non parvo auri pondere, *abite*, dixit, *pessum, malæ cupiditates, ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis.* Nescio, quæ tua sit de hoc Cratetis facto sententia; si probas, cur improbas, quod Ignatius fecit, non amore terrenæ Philosophiæ, sed cœlestis? Si improbas, cerebrum sanius tibi possumus optare, non dare.

Hier. lib. 2. contra Jovinian.

B Ait Ribadeneira, Ignatium multa passum, cùm Roma Venetias proficisceretur: Quid calumniator? *Credo*, inquit, *innumerabilibus aliis idem usuvenisse in Italia peregrinantibus, præsertim pestilentia grassante.* Totus in hoc elaboras, ne quid vel Ignatius egisse vel tulisse, vel ne saltem solus quid egisse vel tulisse videatur, quod ei non sit cum cæteris commune; more Celsi, qui & ipse, quando aliter non poterat, gloriam Christi se depressurum putabat, si miracula, vel præclarè facta, ab aliis itidem patrata diceret. Quocirca cùm de flagellatione & cruce Christi aliquid ex Evangelio audis vel legis; hoc tuum scholium magno tibi usui erit. Cur enim ad oram Evangelii non annotes? *Credo innumerabilibus aliis idem usuvenisse:* quod certè verissimum erit scholium: Innumerabiles enim flagellati & crucifixi sunt ante Salvatorem nostrum.

C In itinere, quod Ignatius Roma Venetias habuit; ait Ribadeneira, Ignatio Christum Dominum apparuisse: Hîc Misenus noster ex Latino criminatore, derepentè Græcus Sycophanta factus, *Φεῦ τῆς ἀναιδείας*, inquit, *Vah impudentiam!* Hac unica videlicet calumnia, putat sese totam illam apparitionem evertisse. Sed quid ulla in re certum & exploratum erit, si hæc refutandi ratio, ut legitima, approbetur? Apponat quis ex infidelium numero hanc Miseni exclamationem ad illa loca, in quibus Dominus post resurrectionem discipulis apparuisse legitur. Apponat ad illa, quæ Christum à S. Paulo conspectum testificantur, vociferetur cum Miseno tubicine, *Φεῦ τῆς ἀναιδείας*, an propterea fidem scriptoribus illis derogaverit? An hac exclamatione tanquam securi quadam veritatis radices exciderit? Ais: *addere debuit Auctor, vigilantine, an per quietem se* CHRISTUS *ei obtulerit, in terrisne, an in cœlo eundem conspexerit.*

Act. 9. 23.

D Hæc adjuncta, si adjunxisset Auctor, num fidem adhibuisses narranti? An non in promptu fuisset calumnia seu vigilanti, seu dormienti hanc visionem oblatam scripsisset? Si dormienti, somnium dixisses; si vigilanti, phrenesin aut melancholiam. Ita in utrumque semper paratus es, sive Christus dicat, censum esse dandum Cæsari, sive non; sive jubeat mulierem in adulterio deprehensam absolvi, sive condemnari, pedicas vestras non effugit, nisi artem arte eludat; & tertium quiddam vobis inexspectatum respondeat. Quòd autem E tam sollicitè quæris, num intra an extra cœlum CHRISTUS Ignatio sit visus; respondebo, si tu priùs responderis, num Christus, cùm Paulo nocte quadam astitit, eidem visus sit in cœlo, an extra cœlum: Si dicas extra cœlum, cur non & Ignatio? Si dicas intra, cur non & Ignatio? sive visio oculis, sive mente & intellectu sit perfecta, non enim alia mens Paulo, quàm humana, nec alii oculi, quàm humani fuerunt, qui si ad supremum usque cœlum evehi potuerunt, cur non & oculi & mens Ignatii? Et si Christus ad Paulum descendere, vel, ut rectiùs loquar, si manens in cœlo Paulo potuit esse præsens in terris, atque adeò simul & eodem tempore duobus in locis versari; cur non & Ignatio adesse, simúlque in cœlis ad dextram sui Patris considere potuisset?

Act. 23.

F Miraculum illud de Senatore Veneto, qui cœlesti voce monitus Ignatium in plateis pernoctantem perquisivit, repertúmque domum suam perduxit, liberalitérque habuit: his verbis refutat Misenus: *Quibus, si nostri homines tale aliquid de Luthero, vel de Zvvinglio confingerent; sannis exciperentur à Jesuitis.* Nullis profectò, Misene; nullis omnino; quin potiùs admiraremur curam & providentiam divinam erga Lutherum & Zvvinglium. Certè si quid simile eis obtigisset, Melanchthon & Tigurini Ministri, id non siluissent; sed nullum fuit periculum, ne quid hujusmodi illis eveniret; diligenter caverunt sibi, ne pernoctarent in plateis, amore certè Christi: quid fecerint amore alicujus Cynthiæ aut Deliæ, tibi dispiciendum committo.

G Porro cùm Misenus in tota navigatione Venetiis, usque ad portum Joppensem vix invenisset in Ignatio, quod carperet, invenit tamen quiddam, suo judicio, ad calumniam valde idoneum: Ait Ribadeneira, nautas statuisse Ignatium exponere in insula quadam deserta, quòd liberiùs vitia quædam turbæ nauticæ reprehenderet. Hic iste quærit, ubinam sit ista insula deserta, in quo pelago? In eo, quod est inter Venetias & Joppen. In hoc mari insulas desertas esse, docebunt te cùm alii, tum Petrus Bellonius in suis observationibus, sed tu, nisi quod nescis, carperes, Misenus, vel si mavis, Suffenus non esses.

CAPUT XI.

Diluuntur mendacia Miseni in caput undecimum & reliqua.

H Undecimo capite exponit Ribadeneira, quid Ignatius Hierosolymis egerit. Inter cætera ait, eum diligenter in commentariolo quodam annotâsse, quo die Venetiis solverit; Quando Joppen pervenerit, & quando sanctam Civitatem sit ingressus;

A fus; ut vel ex hac tam diligenti, inquis, observatione & curiosa annotatione temporis facilè conjici possit, quanta Ignatii jam tum esset in DEUM pietas, quanta in consiliis factísque omnibus meditatio. Hic iste; *Quo quid possit esse ineptius!* Hæc ipsa tua nota longè profectò est ineptior, quàm accurata illa temporis annotatio ab Ignatio instituta. *Hanc diligentiam*, inquis, *etiam ab Ethnicis usurpatam videmus.* Non semel jam te monui, nullius ponderis esse argumentum hoc: *Ethnici hoc vel illud fecerunt: Ergo Christianus illud agendo nullam meretur laudem, sed potiùs vituperationem.* Quis paulò studiosior, & in rebus suis accuratior, Hierosolymam proficiscens, non notat singulos quosque dies, quid memoratu dignum viderit, quid tolerârit, quò devenerit? Inspice peregrinantium ὁδοιπορικὰ seu itineraria & diaria, &

B calumniari desine. Cur autem hoc loco tantopere tibi displicet temporum & dierum certa designatio; cùm alibi eam severissimè ab Auctore nostro exigas, non contentus, si dicat: *quadam die, vel aliquando hoc accidit*; diem nominari postulas, ut id faceres, non rarò obmutesceres, destitutus criminandi & mentiendi materia. *Quid dicit*, inquis, *loca sacra ex impressis Christi vestigiis miram redolere pietatem, id cautè legendum*; præsertim à Calvinistis; ne fortè convertantur, & Hierosolymitanam peregrinationem suscipere

C cogitent. *Si enim*, inquis, *simpliciter intelligas, proculdubio in sensum incides superstitiosum*, tuo videlicet judicio, & Calvinistarum; non judicio veterum & recentiorum rectè sentientium; quorum innumeri, omnibus ætatibus, ad sacra illa Christi admirandis operibus nobilitata loca abiêrunt per mille maris, terrarúmque discrimina; *Longum est nunc ab ascensu Domini, usque ad præsentem diem per singulas ætates currere*, inquit S. Hieronymus, (S. Hieron. Epist. ad Marcellam.) *qui Episcoporum, qui Martyrum, qui eloquentium in doctrina Ecclesiastica virorum venerint Hierosolymam, putantes se minus religionis, minus habere scientiæ, nec summam, ut dicitur, manum accepisse virtutum, nisi in illis Christum adorâssent locis, de quibus primum Evangelium de patibulo coruscaverat.* Et paulò pòst. *Quicunque in Gallia fuerit primus huc properat.*

D *Divisus ab orbe nostro Britannus, si in religione processerit, occiduo sole dimisso, quærit locum fama sibi tantùm & scripturarum relatione cognitum. Quid referamus Armenios, quid Persas, quid Indiæ, quid Æthiopum populos, ipsámque juxta Ægyptum fertilem Monachorum; Pontum & Cappadociam, Syriam, Cœlen, & Mesopotamiam, cunctáque Orientis examina; quæ juxta Salvatoris eloquium, dicentis: Ubicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ, concurrunt ad hæc loca, & diversarum nobis virtutum specimen ostendunt.* Hæc S. Hieronymus. Si ergo loca illa, quibus, ut idem S. Hieronymus ait: *Totum mysterium nostrum vernaculum est*; nihil pietatis redolent, quis eò tot hominum myriadas omnibus seculis traxit? E *Locus*, inquis, *nihil à Christo pietatis percepit*: Hoc ipso loca illa perceperunt à Christo pietatem, quòd acceperunt vim excitandi in fidelium animis pietatem. Habere loca illa hanc vim nôrunt hodie omnes illi, qui ea religiosè inviserunt & obiêrunt. Novimus & testimonio veterum. Audi, quid S. Hieronymus de S. Paula memoriæ prodiderit, cùm sacrosancta illa loca obiret, quantísque pietatis facibus ex aspectu & attactu religiosissimorum illorum locorum fuerit inflammata; (S. Hieron. Epitaph. S. Paulæ.) *Cùm pervenisset Hierosolymam*, inquit sanctus Hieronymus, *prostratáque ante crucem quasi præsentem Dominum cerneret, adorabat. Ingressa sepulchrum,* F *resurrectionis osculabatur lapidem, quem ab ostio monumenti amoverat Angelus; Et ipsum corporis locum, in quo Dominus jacuerat, quasi sitiens desideratas aquas, fideli ore lambebat. Quid ibi lachrymarum, quantum gemituum, quid doloris effuderit, testis est cuncta Hierosolyma: testis est ipse Dominus, quem rogabat. Inde ingrediens ascendit Sion, quæ in arcem, vel speculam vertitur. Ostendebatur illi columna, Ecclesiæ porticum sustinens, infecta cruore Domini, ad quam vinctus dicitur & flagellatus. Atque inde Bethleem ingressa, & in* G *specum Salvatoris introiens, postquam vidit sacrum Virginis diversorium, & stabulum, in quo agnovit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui; me audiente jurabat, cernere se oculis fidei infantem pannis involutum, vagientem in præsepi Dominum, magos adorantes, stellam fulgentem desuper, matrem Virginem, nutricium sedulum, pastores nocte venientes, ut viderent verbum, quod factum erat, & jam tunc Evangelistæ Joannis principium dedicarent: In principio erat verbum, & verbum caro factum est: parvulos interfectos, Herodem sævientem, Joseph & Mariam fugientes in Ægyptum. Mixtisque gaudio lachrymis loquebatur. Salve Bethleem domus panis, in qua natus est ille panis, qui de cœlo descendit. Salve Ephrata, regio uberrima, atque καρποφόρε, cujus fertilitas Deus est. De te quondam Micheas vaticinatus est: Et tu Bethleem domus Ephrata, non minima es in millibus Juda, ex te mihi egredietur, qui sit princeps in Israël: & egressus ejus ab initio à diebus æternitatis. Et ego misera* H *atque peccatrix, digna sum judicata deosculari præsepe, in quo Dominus parvulus vagiit? Orare in spelunca, in qua Virgo puerpera Dominum fudit infantem? Hæc requies mea, quia Domini mei patria est. Hic habitabo, quoniam Salvator elegit eam. Paravi lucernam Christo meo. Anima mea illi vivet, & semen meum serviet ipsi.* Quod Paulæ viduæ, idem Ignatio, & plurimis aliis, loca illa invisentibus contigit. Jam ergo cogita, Misene, num aliquid pietatis & sanctitatis loca illa à Christo acceperint. Si creaturæ *per Dei verbum & orationem* sanctificantur; ut Apostolus Auctor est; (1. Tim. 4.) cur non fuisset sanctificata terra illa trita & cal-

A & calcata ab æterno illo verbo, quod in
principio erat, & quod tandem *caro factum
est*, & *in nobis habitavit?* Objicis: *Ita etiam
Pilati pretorium & Caiphæ Palatium habuisset
aliquid sanctitatis: in quibus tamen summa ad-
ministrata est injustitia.* Omnino quidquid
Christus in illis ædibus attigit, quod volun-
tate sua sceleratum non esset, id sanctitatis
particeps effectum est, quippe natura sua
innocuum, nulla libera perversitate impedi-
tum, quò minùs contactu Servatoris red-
B deretur sanctum. Nec obstat improborum
hominum injustitia; nam & in cruce summa
injustitia administrata est, si spectes Judæos
& Pilatum, qui Christum insontem in cru-
cem egerunt, & tamen crucem tactu & san-
guine Christi sanctificatam, & ex numero
rerum profanarum exemptam esse, nemo
negat, nisi *inimicus crucis*, cujus *finis interi-
tus* & *gloria in confusione*.

C Cæterùm Ignatius, perlustratis terræ san-
ctæ locis; quamvis vehementer optaret in
Palæstina morari, jussus est redire in Italiam
à ministro Provinciali Ordinis sancti Fran-
cisci. *Causæ hujus dimissionis*, inquit Misenus,
reticentur. Præstitisset te hoc loco reticere,
quàm loqui: non enim excidisset tibi men-
dacium. Quid? reticentúrne causæ? An
non disertis verbis affirmat Ribadeneira, id
à patre illo, Ordinis D. Francisci Provinciali,
imperatum Ignatio, ne pio quidem, sed præ-
cipiti consilio deceptus, in ea mortis vel
servitutis pericula incideret, in quæ permulti
alii, simili pietatis specie adducti, incurris-
sent! Ubi erant oculi tui, quando hæc de
reditu Ignatii legebas? Fortè peregrinaban-
tur in Hispania; vel odio Hispanorum ad
hanc causam caligabant, vel cæcutiebant.
Id ut suspicer, faciunt causæ duæ de hoc re-
ditu, quas ex tua pharetra depromis. *Pro-
culdubio Turcarum Imperator*, inquis, *nidulari
in istis locis Hispanos vetuit edicto.* Qua fron-
te asseris sine ulla dubitatione factum esse,
quod num factum sit, non nisi mentiendo
indubitanter asseverare potes? Vidistíne il-
lud edictum contra Hispanos à Turcarum
D Tyranno propositum? Legistíne alicubi?
Constantinopoli, opinor, ad Valvas Sophiæ.
Habésne auctorem (præter tuum cerebrum;
cujus non magna apud me auctoritas) qui
hujus decreti meminerit? Addis & alteram
causam his verbis: *vel metuit sibi Provincia-
lis Minister ab Hispano homine, cùm sciret, Pon-
tifices semper Hispanorum Regi esse addictissi-
mos, atque ita facilè fieri posse, ut Hispanus
sibi præferatur.* Si prima causa extra omnem
dubitationem vera est, ùt tu affirmas, se-
cundæ huic nihil loci relinquetur, aut si
cum prima consistit, non dicere debebas
sub disjunctione, *vel metuit sibi*; sed cum
conjunctione: *Et metuit sibi*; nam ubi plu-
res causas disjunctim reddimus; nullam no-
bis penitus exploratam esse indicamus. Sed
quàm vana prior ratio, tam vana & poste- E
rior. Scilicet, Minister Provincialis metue-
re sibi poterat ab homine, eo tempore ad-
huc Laico, ne elementis quidem latinæ disci-
plinæ tincto, extra professionem S. Francisci
vivente, & porrò etiam extra illam vivere
cogitante. Crede mihi, Misene, citiùs &
faciliùs apud vos fit minister Hæreticus, quàm
in Ordine Minorum Minister Provincialis.
De vobis enim jam dudum hæc, non Mon-
tani prophetico spiritu, sed spiritu Dei im-
pulsus prædixit Tertullianus: *Ordinationes* Tertull. de præscript.
*Hæreticorum temerariæ, leves, inconstantes:
nunc neophytos collocant, nunc sæculo obstrictos,
nunc apostatas nostros.* Reliqua, quæ de tuis
subjungit, tu ipse videto.

Cùm Ignatius à monte Oliveti, quò nimio F
ejus revisendi æstu abreptus, insciis omni-
bus, sine comite & viæ Duce iêrat, à quo-
dam ad eum perquirendum misso, ad cæte-
ros peregrinos, iter jam jam ingressuros, re-
duceretur non sine acri castigatione, verbo-
rúmque injuriis; ait Ribadeneira, Ignatium
in toto illo itinere mirificis consolationibus
fuisse recreatum; sempérque CHRISTUM
supra se astantem atque incedentem, & in
Cœnobium usque sibi veluti præeuntem,
aspexisse. Hanc visionem solitis argumentis
refellit Misenus. Primùm vocat *mendacem* G
fabellam. Si causam hujus rei quæramus,
silet nimirum, volens nos unica sua affirma-
tione contentos dimittere, quasi vox Mise-
ni, *lex* esset, cujus rationem negant inqui-
rendam. Deinde jubet: *ut Jesuitæ sese hu-
jusmodi narrationibus intra sua cœnobia oble-
ctent. Foris enim prolatas, movere risum hila-
rioribus*, videlicet Calvinistis; præsertim si
eas, ùt Misenus fecit, ipsis hilaribus legant.
Tertiò mandat, *ut similia narrentur Italis &
Hispanis ad superstitionem fictis. Germanorum
enim ingenia esse pinguiora, quàm ut hæc myste-
ria capiant.* In his tribus responsis tota, quam
Misenus affert, refutatio consistit: Quis igi-
tur ampliùs dubitet, quin falsum sit, quod
Ribadeneira scribit, cùm tam perspicuis ra-
tionibus à Miseno falsitatis coarguatur; quas
si Celsus aliquis aut Julianus aut Porphyrius
ad igneam illam columnam, quæ Hebræos
antecedebat, dejiciendam admoveat; num
propterea prosternet? Dices fortassis, co-
lumnam illam niti auctoritate divina, non
humana: Apud nos certè, nescio num &
apud te. Sed quid tum? An tu omnem H
fidem humanam è medio tolles, falsúmque
eo solùm nomine id, quod litteris consigna-
tum est, arbitraberis, quòd ab homine sit
scriptum? Atqui si ita insanias: vide, quàm
sine mora debitas stultitiæ tuæ pœnas luas.
Primùm enim tibi ante omnes ipse fidem
adimes; hócque ipsum, ut credatur falsum
esse, quidquid ab homine proditum est; non
credetur; quia à te asseritur, qui, nisi fal-
lor, homo es. Ad hæc minùs ægrè fere-
mus,

A mos, has Ignatio divinitus oblatas visiones à te rejici; cùm pari impietate, ùt fabulas, repudiare cogaris alias quoque visiones à gravissimis auctoribus litterarum monumentis ad posteritatem transmissas. Apparuit Christus sancto Aotonio, teste S. Atbanasio. Apparuit beato Martino, teste Sulpitio. Apparuit ipsi Petro Roma discedere cogitanti, teste S. Ambrosio. S. Tharsillæ, teste S. Gregorio, & ipsi S. Gregorio; teste Joanne Diacooo, & aliis quàm plurimis. Maximè autem memorabilis est illa Christi apparitio, quæ Valgio catechumeno obtigit, cùm facto naufragio, omni bumana ope destitutus, in vasto pelago obetraret cum nave naufraga; quem Christus cum Angelis miseratus invisit, & quasi navarcbi munere functus, navim exarmatam ad optatum portum direxit, de qua S. Paulinus his verbis: *Sæpe vidit armatos, videlicet de exercitu cæli, milites excubare navigio, & cuncta nautici muneris admi-*

Athanas. in vita S. Antonii. Sulpit. in vita sancti Martin. Ambros. orat. cont. Auxent. Gregor. lib. 4. Dial. cap. 16. Diac. lib. 4. vit. S. Gregor. c. 22. S. Paulin. epist. 34.

B *nistrare. Nec sanè navem illam nisi Angeli nautæ ducebant, cui gubernaculum erat mundi gubernator. Ipse enim Dominus nunc suo vultu coruscus, ùt in Apocalypsi describitur, & coma fulgidus: nunc Confessoris & amici sui, Domini mei, communis patroni venerabilis, in puppi sedebat, sicut nauticò usu dicitur ad timones, vel potiùs pro timonibus, quos cum ancboris pariter & nautis in illo naufrago littore amiserat: infelix feliciter, ut pro amissis omnibus viris & armis suis, aut Domini Martyrem, aut Dominum Martyris obtineret.* Hæc & id genus alia multa B. Paulinus: ille ab Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Gregorio Magno laudatus: ille, inquam, Augustini præconio ex *opulentissimo dīvite voluntate pauperrimus & copiosissimè sanctus.*

S. Aug. lib. 1. de civit. Dei, c. 10.

C Quid tibi videtur Misene, de his apparitionibus? Si veras credis, cur non & illam Ignatio oblatam, quæ nec major est, oec mirabilior prædictis? Sin falsas arbitraris, facilè feremus, ut cum tantis viris Ignatium & Ribadeneiram rejiciant Calvinistæ, quibus quantum vitii est placuisse, tantum laudis est displicuisse. *At quid dicetis ô nescii* (lubet eoim vos alloqui verbis Arnobii) *etiam fletu & miseratione dignissimi. Ita non extimescitis, ne fortè hæc vera sint, quæ sunt despectui vobis, & præbent materiam risus? nec saltem vobiscum subobscuris cogitationibus volvitis, ne, quod hoc die credere obstinata renuitis perversitate, redarguat serum tempus, & irrevocabilis pœnitentia castiget.*

Arnob. lib. 1. contra gentes.

D Caput duodecimum est de reditu Ignatii in Hispaniam. Reperit Ignatius in Cypro tres naves, quarum uoa vehebantur Turcæ; altera Veneti; in quam cùm Navarchus Ignatium recipere oollet, coactus est conscendere tertiam, oon satis adversùs maris procellas instructam. Navis Turcarum unà cum vectoribus periit (*auctore ita volente*) inquit Misenus, imò te ita mentiente: oon enim periit, quia Auctor voluit; sed auctor periisse scripsit, quia fluctibus hausta interiit. E Historici munus est non scribere, quæ velit, sed quæ accidisse nòrit. Veneta scopulo illisa, salvis hominibus, naufragium fecit. Ignatii navis evasit, ægrè tamen. *Huic narrationi*, inquis, *quantum fidei habendum sit, ex superioribus colligi potest mendaciis.* Huic tuæ seu notæ, seu censuræ, quantum fidei habendum sit, colligi potest ex superioribus tuis meodaciis & calumniis. Quod enim vel minimum argumentum affers vel afferre potes, quo hæc vanitatis coovincas? *Bellum autem est*, inquis, *Ignatium Ferrariæ mendicis dedisse, cùm ipse mendicaret.* F Bellum est apud vos Calvinistas, apud rectè seotientes factum cumprimis laude dignum censetur, privare te, Dei & proximi amore, iis, quibus ipse egeas. Scis, qua mercede S. Martious pauperi nudo mediam, qua tectus ipsemet erat, chlamydem largitus sit. *Nocte insecuta*, inquit Sulpitius, *cum se sopori dedisset, vidit Christum chlamydis suæ, qua pauperem texerat, parte vestitum. Intueri diligentissimè Dominum, vestémque, quam dederat, jubetur agnoscere. Mox ad Angelorum circumstantium multitudinem audit JEsum clara voce dicentem: Martinus adhuc catechumenus, hac me veste contexit.*

Sulpit. in vita sancti Martin.

G Scribit Ribadeneira, Ignatium, cùm in Hispanorum Stativa incidisset, & ad Ducem adductus esset, nihil omnino responsi dedisse, nisi ad unicam illam interrogationem, exploratórne es? Hoc Miseno displicet, utpote Apostolico præcepto contrarium, jubenti exhiberi honorem, cui honor debetur. Gratias tibi debeo, Misene. Exemisti mihi hanc dubitationem seu admirationem, quæ non raró animum subiit, cur Christus Herodi ne verbulum quidem responderit; licèt *interrogâsset eum multis sermonibus*, ùt ait Evangelista: cúrque adeò nihil honoris & revereotiæ ei habuerit, ut CHRISTUM non modò sperneret, sed ùt fatuum veste alba indutum illuderet: videlicet nondum scripserat Apostolus Paulus illam ad Romanos epistolam, qua jubet deferri hooorem, quibus debetur honor; ac proinde oon mirum, si Dominus mandatum Apostoli non observavit. Minùs id adhuc mirum de Davide, qui ad Achis Regem Geth adductus, adeò nihil honoris Regi illi detulit, ut ex composito amentiam simulârit, & *in ostia portæ caput impegerit, salivasque in barbam defluentes* ejectârit.

Luc. 23.

1. Reg. 21.

H Mioùs, inquam, id mirum est; quia non obtigit ei tanta felicitas, quanta Miseno, ut ex epistola sancti Pauli civilitatem morum disceret. Pro iosano ergo Ignatius à Duce illo Hispano dimissus est. *Si hæc commendant Ignatium apud Jesuitas*, inquit Misenus, *non insanos vos, sed furiosos judico.* Quod de Jesuitis asseris, id jure tuo affirmare poteris de omnibus, qui sacris litteris fidem adhibent. *Hæc si commendant in Davide; hæc si in Christo, non insanos; sed furiosos vos esse judico.* Quid

A enim fecit Ignatius; quod attinet ad hoc, quod jam tractamus: quod non priùs fecerit David & Christus Salvator noster? Quid commendant in Ignatio Jesuitæ, quod non omnes fideles commendent in Davide & Christo?

B Refert deinceps Ribadeneira; quomodo à militibus Ignatius malè sit acceptus. Quod Ignatio accidit, idem accidit olim S. Martino; cùm in militarem insolentiam incidisset, quamvis disparem ob causam. Rem his verbis prodidit Sulpitius: *Consequenti itidem tempore iter cum eo, dum diœceses visitat, agebamus, nobis nescio qua necessitate remorantibus, aliquantulum ille processerat. Interim per aggerem publicum, plena militibus viris fiscalis rheda veniebat; sed ubi Martinum in veste hispida, nigro & pendulo pallio circumtectum, contigua de latere jumenta viderunt, paululùm in partem alteram pavefacta hæserunt. Deinde funibus implicatis protentos illos, quibus, ùt sæpe vidistis, misera illa animalia conglobantur, ordines miscuerunt: dúmque ægrè expediuntur, moram fecère properantibus; qua permoti injuria militantes, præcipitatis in terram saltibus se dederunt. Dein Martinum flagris ac fustibus urgere cœperunt: cùm quidem ille mutus & incredibili patientia præbens terga cædentibus, majorem insaniam infelicibus commoveret, magis ex hoc furentes, quòd ille quasi non sentiens,* C *verbera illata contemneret.* Porrò Ignatius dum ita cæderetur, & ludibrio haberetur à militibus, mente revolvebat, qua ratione Christus ab Herode, ejúsque exercitu exceptus fuerit. Hic Misenus: *Egregia sanè comparatio Christi & Ignatii; quorum ille pro mundi salute passus est; hic suæ stultitiæ vel superbiæ meritas pœnas dedit.* Non comparatur Ignatius cum Christo; nec verbera & injuriæ Ignatio illatæ cum verberibus & injuriis illatis Christo; sed exponitur, quid egerit Ignatius, Christi discipulus & imitator, cùm verberibus & contumeliis afficeretur. Magistrum videlicet, & omnis patientiæ exemplar sibi ob oculos posuit, in id tota mente intentus, ut sese ad perfectissimum illum vivendi simul & sustinendi typum conformaret. In quo, quid, oro, criminis admisisset, etiamsi Ignatius merito suo verbera illa subjisset? An non & is rectè facit, qui meritas pœnas persolvens, Christi intuitu ad patientiam mentísque æquitatem sese excitat! Satis prodis, quàm vehemens carpendi libido te teneat, cùm carpis ea, quæ non sine virtute præstari, non sine scelere reprehendi possunt.

Sulpit. Dial. 2.

D Caput decimum tertium agit de primordiis studiorum Ignatii, quæ Dæmon Importunis quibusdam illustrationibus de rebus divinis turbare vel remorari conatus est. Hic tu: *Si divinæ fuerunt*, inquis, *non fuerunt à Diabolo, aut si diabolicæ fuerunt, quo pacto divina esse potuerunt?* Argutum dilemma; at non ex Ribadeneiræ verbis, sed ex tuis commentis extructum. Neque enim auctor E noster has illustrationes nominavit *divinas*; quia erant à Diabolo; sed dixit fuisse de rebus divinis: posse autem Diabolum immittere varias de rebus divinis cogitationes & illustrationes, eo consilio, ut vel tandem decipiat & seducat, vel à majori bono præpediat, non ignorant illi, qui nôrunt, qua arte Dæmon sese in Angelum lucis transformare soleat, ut, quod ajebat S. Antonius, *affinitate virtutum nocens, faciliùs virus interserat, & innocentes quosque per speciem honestatis elidat:* Ait Ribadeneira, Ignatium suasu quorundam legisse libellum Erasmi de milite Christiano non sine damno spiritus, hoc animadverso, à lectione illa destitisse: & postea ne quis in Societate auctorem illum legat, vetuisse. Tu hujus decreti aliam causam reddis; quasi meliùs scias, quæ mens Ignatii fuerit, quàm ipsemet Ignatius. Ais: *Jesuitas non potuisse* F *ferre, quòd Erasmus liberiùs Clericos & Monachos exagitet.* Quis verò prudens ferat petulantem illam levitatem, qua auctor ille sacra juxtà ac profana irridet, vera Luciani soboles? Quis non metuat, ne, si hujusmodi auctorem legendo terat, levitatis & petulantiæ aliquid sibi affricet, virúsque illud ex Luciani officina depromptum aspiret, imò & inspiret; ùt eos, qui in sole ambulant, necesse est, vel invitos, à sole nigrescere; ita qui chartas Roterodami evolvunt, imbuuntur, etiam ignari, nescio quo omnia aspernandi ventoso spiritu: ut proinde Ignatius sive hac, sive illa, quam ipsemet experimento suo didicerat, sive utraque causa adductus, non nisi sapientissimè Erasmi lucubrationes à sua Republica excluserit; præsertim, cùm videamus judicium Ignatii a doctissimis quibusque hominibus indies magis comprobari. Quotus enim quisque est, ex illorum G quoque numero, quos mansuetiores Musæ tenent; qui Erasmo temporis aliquid impendat, vel suis in monumentis mentionem honorificam faciat, vel etiam ejus meminisse dignetur? Non loquor de pædotribis & pædonomis Calvinisticis; sed de illis, qui hoc tempore primas inter litteratos tenuerunt, quorum non paucos Italia, Gallia, Germania, Belgium tulit: vix in eorum monumentis nomen Erasmi comparet, justa numinis vindicta, decernentis, ut, qui omnes sprevisset, ab omnibus itidem sperneretur & desereretur.

Athanas. in vita S. Antonii.

Scribit Ribadeneira, Ignatium abjecto Erasmo usum esse de imitatione Christi libello. *Quid libri sit*, inquit Misenus, *nos miseros Germanos latet? Quintum fortasse Evangelium cælitus delapsum nactus est Ignatius.* Itáne Germanos latet libellus de imitatione Christi, Thomæ de Kempis, qui vulgò Gerson dicitur, Latinè & Germanicè toties editus, quem nocturna diurnáque manu omnes illi Germani versant, quibus Deus & pietas curæ & cordi! Ostendis te valde peregrinum H

A num & hospitem esse in variorum auctorum notitia, si auctor tam tritus & obvius tibi ignotus est; qui quidem liber non quintum Evangelium explicat; sed saluberrima rectè vivendi præcepta ex quatuor usitatis, & à Catholica Ecclesia receptis Evangeliis depromit. Quintum Evangelium vobis relinquimus, nisi fortè Lutherani quintum Evangelium sibi jure suo vendicant; Sextum Calviniani habent, utpote qui post quintum illum Evangelistam, ejúsque Evangelium sint exorti. Crede mihi, Misene; si te lectioni Thomæ de Kempis dares, si ad aurea illius dicta & monita animum adverteres, paulò pòst Misenus non fores; Metamorphosi non Ovidiana, sed Christiana.

B In capite decimo quarto, & decimo quinto exponitur, quomodo Ignatius Compluti & Salmanticæ sit in carcerem conjectus. Hîc Misenus: *inter legendum vir cordatus risum tenere vix poterit.* Qua de causa vir cordate, hoc est, Calviniane? ita enim virum cordatum, non malè, opinor, interpretabimur. *Quod periculum*, inquis, *immineat idololatræ ab idololatra, ac superstitioso à superstitiosis?* Fateor, Catholico in inquisitionem conjecto, tantum discriminis non impendet, quantum Calviniano: nec injuria; alter enim C nocens est, alter innocens. At quòd alicui orthodoxo, qui fortè ob suspiciones novitatis ad illud tribunal rapiatur, & in carcerem compingatur, donec ab innocentia liber abire sinatur, nihil incommodi subeundum sit; nihílque eveniat, quod patientiæ uberem materiam subministret, id verò incredibilius est, quàm ut vel ipse credas, vel aliis, ut credant, persuadeas.

Caput decimum sextum continet iter E Ignatii ex Hispania Parisios, susceptum tempore difficillimo; studiorum gratia: In quo cùm nihil haberet calumniator, quod conviciis incesseret: *discendi ardorem in pluribus aliis fuisse*, ait, *& hanc laudem Ignatio cum multis esse communem.* Quasi verò Ribadeneira nescivcrit, alios itidem litterarum causa multa tulisse, sudâsse & alsisse; aut quasi quis laudari nequeat ab eo, quod cum cæteris commune possidet. Laudamus S. Paulum ab insigni vitæ sanctimonia: An non F eadem præditi sunt alii itidem Apostoli? Laudamus S. Stephanum à constantia, qua mortem pro Christi doctrina pertulit. An solus ad extremum usque spiritum firmus ac stabilis in fide perstitit? Laudamus Platonem, quòd discendi cupiditate incensus, Ægyptum petiverit, aliásque peregrinas nationes peragrârit, num hanc laudem imminuit, quòd in ejus communionem multi alii sint admis- G si? ut taceam, eum, qui factum alicujus candidè examinat, semper peculiare & proprium aliquid reperire, quod in aliis licèt quæras, nunquam tamen invenias, sive id ex conditione personæ, sive loci & temporis, sive ex aliis adjunctis existat. Hactenus de tuis, Misene, in primum librum venenis *nulli infirmorum facilè nocituris, si quis*, ut cum Tertulliano dicam, *hanc nostram ex fide prabiberit, vel etiam superbiberit potionem.* Tertull. in fine Scor.

APOLOGIÆ PRO VITA IGNATII LOYOLÆ
LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Refelluntur calumniæ Miseni in quatuor priora capita libri secundi.

D IN capite primo bujus libri prosequitur Ribadeneira labores & fructum studiorum Ignatii: Inter cætera refert, quomodo sodalis malè fidi dolo fraudatus sit pecunia, quotannis ex Hispania mitti solita. *Res mira*, inquit Misenus, *quasi nulli alii acciderit, ut nummos amitteret.* Nec solus Christus nummos amisit dolo Judæ, Joan. 12. qui *fur erat, & loculos habens, ea, quæ mittebantur, portabat.* Nec solus Paulus *virgis cæsus est*, & in carcerem conjectus. Et tamen 2. Cor. 11. & hæc & alia, quæ illis, quamvis non solis, obvenerunt, diligenter litteris mandata sunt. H Non enim scriptoris est ea duntaxat de aliquo litteris prodere; quæ soli obtigerint; sed ea, quæ obtigerint, sive soli, sive non soli; quamvis, si invidia excæcatus non esses, facilè vidisses, factum hoc vel inprimis dignum fuisse, quod silentio non præteriretur, cùm insignem Ignatio, patientiæ, benignitatis & charitatis in illum hominem malè de se meritum, materiam subministrârit. Quo enim pacto Ignatius factum istud sui contubernalis compensârit, & qua ratione injuriam illam ultus sit; docuisset te Ribadeneira, si non ad omnia illa, quæ quoquo Lib. 5. c. 2. modo ad laudem Ignatii faciunt, occlusas aures attulisses.

Nec

A Nec illud tibi placet; quòd, si herum, virum doctum, invenisset Ignatius; cui famulari statuerat, voluerit eum loco Christi habere; condiscipulos autem loco Apostolorum: *Neque enim*, inquis, *præceptores quoscunque sanè, etiam eruditissimos, Christi loco habere debemus, multò minùs condiscipulos loco Apostolorum.* Quid igitur facies Apostolo, Ephes. 6. qui maodat servis, *ut Dominis carnalibus obediant, sicut Domino. Servi*, inquit, *obedite Dominis carnalibus, cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ùt servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate servientes, sicut Domino, & non hominibus.* Si quivis, cui operam nostram locamus, Christi & Dei loco habendus est, ex præscripto Apostoli, quantò magis præceptores, hoc velut honore dignandi sunt, præceptores, inquam, qui mores formant, & mentem scientia imbuunt, quibus, ùt & parentibus, etiam Ethnicorum testimonio, pares meritis gratiæ nunquam reponi possunt.

B Quòd autem in condiscipulis agnoscere Apostolos voluit; quid, quæso, reprehensione dignum continet? An non satius, hujusmodi piis cogitationibus mentem occupare, quàm rebus vanis & ludicris, quæ non ad virtutem, sed potiùs ad vitia incitant? Nam quòd ais, hæc & similia *ad Idololatriam ducere*, non satis intelligo, quodnam tu hic Idololatriæ periculum intelligas. Illius autem certus mihi esse videor, Igoarium, si te condiscipulum nactus fuisset, non habiturum fuisse te loco *Simonis* Apostoli, quamvis *Simonis* nomine speciosus appareas, sed loco Judæ Iscariotæ: nullius enim Apostoli personam majore cum decoro geris, quàm hujus.

C Ait Ribadeneira: Ignatio studiis philosophicis occupato, rursus Dæmonis astu, obortas esse cogitationes de rebus spiritualibus, quibus cursum studiorum feliciter inchoatum versipellis ille hostis remorari tentârit. *Ex quo spiritu*, inquis, *cogitationes illæ ortæ sint, quæri possit.* Quid opus est quærere, ex quo spiritu sint ortæ; cùm ipse Ribadeneira fateatur, non ab alio ortas, quàm ab illo, qui nunc Ignatium per os & calamum tuum maledictis incessit. *Fuerunt ergo*, inquis, *cogitationes diabolicæ.* Omnino diabolicæ: quia à diabolo excitatæ, etsi non diabolicæ, si materiam spectemus, circa quam versabantur. Erant enim de rebus cœlestibus, ad quas, quid mirum, si decipiendi causa ipse Caecodæmon instiget: Dolus an virtus, quis in hoste requirat?

Porrò Dæmonem ad pietatis exercitia partim internis cogitationibus, partim
D externis suasionibus, excitare posse & solere, testatur S. Antonius apud S. Athanasium multorum annorum usu edoctus. *Solent*, inquit,
S. Athan. in vita S. Antonii. *Dæmones cum modulatione nonnunquam apparentes psallere; Prò nefas, adhæc & impuro ore sacra Scripturarum eloquia meditantur: Dormientes quoque excitant ad orandum, ut totius* E *noctis somnum eripiant; plerosque etiam, dum se in Monachorum nobilium habitu transferunt, Monachos coërcent, & pristina, quorum conscii sunt, peccata imputant; sed spernendæ sunt eorum increpationes, & admonitiones jejunandi, vigiliarum quoque fraudulenta suggestio. Hujusmodi enim exhortamenta depravatoria sunt itineris, quod ducit ad cœlum. Idcirco cùm venisset Dominus in terras, & vera de eo Dæmones* F *prædicarent, (verè enim dicebant: Tu es Christus Filius DEI vivi) vociferantium ora claudebat, ne cum præconio veri, perversitatis venena miscerent; & ut nos ejus exemplo, etiamsi profutura suaderent, in nullo his commodaremus assensum.* Et paulò pòst: *Christus silentium, ùt Dominus imperavit: ut nos Diabolo nihil credamus, & vincimus. Si orare compellunt, si jejunia suadent, non ex eorum nos monitis, sed ex nostra consuetudine id agamus.*

Scribit Ribadeneira, Ignatium partim ex studiorum laboribus; partim ex voluntariis G corporis afflictationibus gravem morbum contraxisse. Hic tu, veteri more, *quasi nulli unquam studioso contigerit, ut ægrotaret vel eadem, vel aliis de causis.* Primùm, vix credo, aliquem studiosum Lutheranum aut Calvinianum in morbum incidisse, ob corporis afflictationes ultrò & sponte susceptas: nisi per hujusmodi afflictationes intelligere velimus potationes, quibus sanè nonnulli non modicè & animam & corpus affligunt. Deinde non solus Epaphroditus (quem Apostolus *fratrem* & *cooperatorem*, & *commilitonem suum* vocat) *propter opus Christi*, hoc est, propter continuos in propaganda fide Christiana Philip. 2. labores, *infirmatus est usque ad mortem:* Et tamen Apostolus id literis prodere non intermisit; probè gnarus, non ea tantùm scriptis consignanda, quæ alicui sint propria & singularia; sed & ea, quæ quis cum cæteris communia habet; si sint alioqui memoratu digna.

Creatus est Ignatius Magister Lutetiæ Parisiorum, subito priùs examine, quod *lapideum* dici solet, ubi Misenus noster oppor- H tunam promendæ scurrilitatis occasionem adeptus, ait, examen hoc ita nominari, *quòd tantùm ad hoc admitterentur homines lapidibus, vel trunci, vel saxis similes; aut qui lapides adorarent.* Scommate hoc, Misene, non feris Ignatium, sed Academiam Parisiensem, parentem fermè omnium in Europa Academiarum, cui *lapides* & *truncos* Academicis honoribus insignire, adeò insuetum fuit, ut à severitate in examinandis candidatis adhiberi solita, examen illud *lapideum* sit vocatum. Quanquam fateor, causam hujus appellationis à te adductam, locum habituram, si tu nomine, réque lithus examen illud subires. Ut enim rectè *regium examen* illud nominaretur, in quo de Regis alicujus doctrina periculum fieret: ita si eruditio tua, qui græcè λίθος es, latinè, *lapis*, voce nimirum & men-

te)

ta) examine aliquo exploraretur, exameo illud verè *lithinum* seu *lapideum* esset, quia *lithus* seu *lapis* examinaretur.

A Cæterùm, quòd Ignatius experientia edoctus, quantum cura de victu parando studiis officiat, postea statuit, ut Collegia Societatis, ubi literis opera navatur, proventus in communi possideant; id ita interpretatur Miseous: *Ignatium suos sic voluisse esse pauperes, ut jucundiùs viverent in egestate, & lautiùs, quàm alii in opulentia.* De jucunditate parùm abest, quin ôbi vel nolenó verum excidisse confitear. Nam qui verè religiosus est, noo magnis opibus jucundiùs corpus curat, quàm multi, quibus oec tellus, oec pontus satis deliciarum proferre potest; pari modo lautiùs itidem vivit, quàm multi in opulentia. Lautitiam enim non metitur rebus ipsis, sed animo paucis & modicis cootento; cui id etiam oimis lautum est, quod delicatioribus ne satis quidem lautum est, imò ne lauti quidem oomine dignum. Denique si Ignatius nos esse voluit,

2. Cor. 6. tanquam *nihil habentes & omnia possidentes*, juxta Apostoli monitum, quid babes, quod carpas?

B Sub finem hujus capitis arguis auctorem ioconstanoæ: Dixerat, Ignatium voluisse oostris, studiorum tempore, meditationes & occupationes juvandi proximum moderatas esse: *Vide*, inquis, *hic levitatem & inconstantiam Jesuitæ.* Quam verò inconstanoam? *Quia multis in locis spirituales meditationes ita commendat, ut proram & puppim salutis humanæ in illis collocare videatur: hic illis doctrinæ progressionem præfert.* Nullam ego hic auctoris inconstanoam, sed incredibilem tuam calumniandi impotentiam video. Quaodo enim uoquam, vel Ignaòus dixit, vel Ribadeneira scripsit, nostris totum tempus io meditationibus spiritualibus insumendum

C esse, neglectis studiis? Nam licèt cœlestia contemplari res sit longè fructuosissima & saluberrima, & licèt proximorum saluti procurandæ insistere, opus sit omnium prædicatione dignissimum: Ignatius tamen, postquam litteras tractare cœpit, semper laudabilius duxit: si quis moderatè utroque utatur; quò posteà, factis io scientia necessariis progressibus, utrique, & potissimùm saluti animorum, uberiore emolumento vacare queat.

D In capite secundo refert, præter cætera, Ribadeoeira; quomodo Ignaòus invidorum quorundam malevolentia, Parisiis ad Inquisitorem fidei sit delatus. Quid Misenus? *Vix*, inquit, *risum hic teneo.* An ne tibi tam ridiculum videtur, vocari ad Inquisitorem fidei redditum rationem criminum, quæ seu verè, seu falsò objiciuntur? Atqui si ipse vocareris, risum, opinor, non modò teneres, sed & pallidus ossa tremor quateret; & forsan comæ starent, & vox interclusa faucibus hæreret. *Aveo*, inquis, *scire, cujus erroris idololatra idololatram insimulàrit.* Si tanta te bujus rei cognoscendæ cupiditas teoet, E proficiscaris Parisios, forsan in arcbivis Inquisitorum reperies, quæ Ignatio in specie sint objecta: Nam auctor noster tantùm monet, Inquisitorem generatim à oonnullis monitum, caveret, ne quid peregrinæ doctrinæ ab Ignatio, maximè per exercitiorum libellum inveheretur, quæ causa, cur librum illum inquisitor voluerit perlegere, quo perlecto, non modò Ignatium absolvit: sed & libri describendi potestatem sibi fieri petiit. *Liber ille*, inquis, *ùt mihi videtur, proculdubio plenus fuit precatiuncularum ad D. Virginem, D. Petrum, & alios Sanctos.* Iterum ades, cum tuo *proculdubio*; quo quoties uteris, proculdubio mentiris, ùt & hic. Quomodo F enim *proculdubio* scire potes, librum, quem ounquam videris, hujusmodi precibus esse refertum? Ego certè nullam unquam precationem ad D. Petrum, aliósve Sanctos in toto exercitiorum libro reperire potui; imò nec ad D. Virginem, nisi quòd io nonoullis meditationibus Ignatius præcipit, ut ad D. Virginem precatiu, gratiæ alicujus impetrandæ causa, instituatur.

G Quòd autem Ignaòus impavido semper animo ad Inquisitores adiit, semélque Rhotomago rectà Parisios contendit, relictis omnibus, ut se judici illi sisteret, id tu putas potiùs silendum, quàm scribeodum fuisse, cùm *vel pueris judicibus nullius sit momenti.* Au verò nullius momenti apud te est probatio veritatis & innocentiæ, & mens omni sese posceoti satisfacere prompta? Quis nocens unquam ultrò ad judicem accurrit? Quis non latibula quærit? Quis, si priùs non fugerit, fugam oon meditatur? Non igitur nullius, sed magni momenti res est, ut posteris constet, qua constantia, Deo & conscientia fretus Ignatius, apud inquisitores fidei sese purgârit; imò taoti res hæc est momenti & ponderis, ut non vanè suspicer, eam tibi prorsùs esse inimitabilem. Si enim in Italia vel Hispania, vel io Catholicis Galliæ locis, ad tribunal illud áccersereris, mox, ùt malè conscius, fuga tibi prospiceres, pedibus timor adderet alas. Et me non aberrare à vero, vel pueri Judices fatebuotur.

H Caput tertium exponit, quomodo Ignatius Parisiis à virgarum supplicio sit liberatus, cùm Goveanus, Gymnasii Præses, in Ignatium id decrevisset, inductus malè sanis partim suis, partim aliorum consiliis. Hic Misenus: *Caput tertium ridiculum planè est.* Satis apparet, te, ùt ipse coofiteris, hæc legisse in Bacchanalibus, boc est, tempore ridiculo, cùm omnia tanquam novo Democrito videantur esse ridicula. An tibi res ridicula & pœna ludicra videtur, cùm quis jam grandior natu in publico Gymoasio virgis cædeodus est, in tanta juventutis consessu, in tot seu professorum seu præceptorum præsentia? Certè res tam ridicula est, ut, qui paulò magis

A gis eſt ingenuus, malit extrema ſequi, quàm tale quidpiam perpeti. Quòd ſi quæ ſors in hunc locum te aliquando devoveret, aliter, niſi fallor, ſentires, ſtylúmque verteres, & loco riſus lachrymas nobis, gemitúsque dares. Nec verum eſt, quod ais: hoc periculum *interpretari Ribadeneiram quaſi Martyrium.* Ubi in toto hoc capite ulla Martyrii mentio? Non ignoravit Auctor, plura ad Martyrium requiri, quàm virgas, aut periculum virgarum. Quare quòd ais, *ſtultè egiſſe auctorem hæc ſcribendo*, arbitror te multò ſtultiùs egiſſe mentiendo.

B Nec placet tibi, quòd Goveanus, mutata velificatione, ſupplicium in bonorem converterit, séque ad pedes Ignatii abjecerit, & lacrymis veniam petièrit. Quocirca *ſuperſtitioſum mancipium* à te bonoris cauſa appellatur. Non dubito, quin illum quoque Tribunum, qui S. Paulum flagellari juſſerat, pro *ſuperſtitioſo mancipio* habeas; quòd ab incepto non modò deſtiterit, ſed etiam ſibi timuerit, poſtquam reſcivit, *quia Paulus civis Romanus eſſet, & quia alligâſſet eum.* Tu profectò, non obſtante innocentia in Ignatio; neque etiam tam hac, quàm jure civitatis Romanæ in Paulo, tanquam alter Verres, in ſemel ſuſcepto conſilio perrexiſſes, & tam Ignatium, quàm Paulum loris egregiè concidiſſes pro Calviniſtica tua manſuetudine & lenitate. Act. 22.

C Caput quartum, inquis, agit de *diſcipulis* Ignatii. Auctor non nominavit *diſcipulos*, ſed *ſocios*. Primi, inquis, nominantur Petrus Faber & Franciſcus Xavier. Fabrum autem in primis ſibi obſtrinxit, *illúmque docuit, ùt quondam Pythagoras ſuos, quotidie examinare conſcientiam ſuam.* Redis ad uſitatum tibi argumentum: Pythagoras ſuum auditorem docet, ut

Non priùs in dulcem declinet lumina ſomnum:
Omnia quàm longi reputaverit acta diei. Auſon. Idyll. 16.
Quid prætergreſſus, quid geſtum in tempore, quid non?
Cur iſti facto decus abſuit, aut ratio illi?
Quid mihi præteritum, cur hæc ſententia ſedit;
Quam melius mutare fuit?
Quid volui, quod nolle bonum foret, utile honeſto.
Cur malus ante tuli, num dictu, aut denique vultu
Perſtrictus quiſquam? Cur me natura magis quàm
Diſciplina trahit? Sic dicta & facta per omnia
Ingrediens, ortóque à veſpere cuncta revolvens;
Offenſus pravis, dat palmam & præmia rectis;

D Ergo non licet Chriſtianis eandem rationis à ſe repoſcendæ rationem inire; cùm, ùt jam in ſimili materia ſæpius admonui, potiùs concludere deberes, id tanquam aliquid ab ipſa natura, vel potiùs ab auctore naturæ Deo dictatum, & mentibus etiam infideli-um inſculptum, amplectendum & ſuſpiciendum eſſe. E *Nam & de hac re dicendum* (utor verbis Origenis) *inſitum eſſe hominibus ejus ſenſum, quemadmodum moralis diſciplinæ reliquæ*, unde hanc opinionem hauſit & Pythagoras & quivis alius vel Græcus vel Barbarus. Licèt igitur in doctrina examinandæ & explorandæ conſcientiæ Ignatius alium ducem non habuiſſet, quàm Pythagoram: non tam Pythagoram, quàm ipſum naturæ lumen, ſuper ſingulos à Deo ſignatum, ſecutus eſſet, quo lumine illuſtratus, ipſe etiam Pythagoras intellexit, hanc ſui diſcuſſionem, maximè ad profectum in virtutibus faciendum conducere: neque hoc tantùm vidit Pythagoras, ſed & ſuper hac re *conſultus Apollo*, hoc eſt, ipſemet Cacodæmon, ore illius ſimulacri oracula fundere conſuetus; qui virum bonum & ſapientem, & qualis millibus ex multis vix unus reperitur, eum haud vana prædictione pronunciavit; qui *Judex ipſe ſui eſſet, ſeſéque totum ad unguem exploraret.* Orig. lib. 1. contra Celſum.

F Nec defuerunt Chriſtiani duces, in quorum veſtigiis Ignatius pedes ſuos poneret. Audi, quid Sozomenus de ſancto Antonio ſcribat. *Eum, qui præclarè vitam acturus eſſet, tum ad laborandum hortatus eſt, tum ad ſeeum conſiderandum, rationémque ſedulò ineundam, quid noctu, quídque interdiu etiam egerit. Quòd ſi quidquam contra, quàm debuerat, commiſerit; uti illud ſcriberet in tabulis, quò de reliquo tum à peccatis ſibi temperare, tum ipſum puderet ſui, ſi multa delicta in tabulis ſcripta offenderet; ſimúlque vereretur, ne tabulis fortè ejus repertis, improbus ab aliis planè deprehenderetur.* Hæc Sozomenus de magno Antonio. Denique quid aliud ſuaſit ſanctus Paulus, quàm examen conſcientiæ his verbis: *Probet autem ſe ipſum homo:* Et, *quòd ſi nos ipſos dijudicaremus, non utique judicaremur.* Sed ſatis in præſenti de examine conſcientiæ. Sozom. lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. 13. 1. Cor. 11.

G *Acceſsère*, inquis, *ad hos duos Jacobus Laines, Alphonſus Salmeron, Simon Rodericus & Nicolaus Bobadilla. Æquârunt hi omnes numero ſeptem, quot Planetæ ſunt; vel ſtellæ erraticæ.* Septenarium numerum quæſiviſti, ut convicium faceres, quod tamen exuta convicii natura in laudem tranſit. An enim neſcis, Miſene, ſeptem Planetas inter ſidera præcipuos eſſe, qui ita oberrant inæqualiter, ut nihil ſit æqualius: ita inconſtanter, ut nihil ſit conſtantius: ita mutabiliter, ut nihil ſit immutabilius: dato à rerum omnium conditore unicuique proprio orbe, in quo non H fixus hæreret, ſed proprio motu cieretur, *Cæleſtia*, inquit Philo, *ſemper ſui ſimilia currunt, recurrúntque perpetuò, nullam prorſus mutationem admittentia.* Quòd ſi patres iſtos ideo perſtringere vis, quòd uno loco non conſtiterint, ſed varias mundi partes docendi cauſa, obiêrint, noveris inprimis idem objectum Philo lib. de Decalog.

Orig. lib. 1. contra Celsum. objectum Christo & discipulis à Celso, qui hæc ad Christum: *Cum discipulis ultro citróque cursitas.*

A Deinde quæro ex te, num Sol & Luna, Planetarum Principes, tantum terris prodessent, si perpetuò uno loco hærerent, quantum nunc prosunt, cùm cœlum terrámque obeunt? Tertiò, Philo reprehendit illos, qui has septem stellas vocârunt *planetas* seu *errones*, *quòd*, ùt ait, *in cœlo nihil sit errori obnoxium propter beatam, felicem divinámque hujus naturam ab omni errore alienissimam; sed quia cursum*, inquit, *tenent indivisibili & extremæ Sphæræ contrarium, parùm propriè sidera erratica cognominata sunt ab hominibus temerariis suummet ipsorum errorem illis adscribentibus, quæ in summi Imperatoris militia nunquam deserunt Ordinem.* (Phil. lib. cit.)

B Addis numerum *septenarium* à Pythagoreis appellatum σεπτάδα pro ἑπτάδα, quasi *venerabilem*, ut *venerabiles fuisse illos patres indicaretur.* Nihil habeo, quod huic tuæ seu conjecturæ seu nominis declarationi opponam: habeo, quod apponam ex Philone, qui de hoc numero non pauca, præter cætera hæc: (Philo lib. de mundi opificio.) *Mihi videntur primi nominum impositores, quippe sapientes, vocâsse hunc numerum* ἀπὸ τῦ σεβασμῦ, id est, *ab insita majestate honestatéque. Romani certè addito sigma, quod deest in Græco vocabulo, clariùs etiam exprimunt vim Etymologicam, septem eum appellando à Majestate, ùt dictum est, honestatéque ipsius.* Idem. *Septenarii naturam, nescio, an quis satis laudare queat, cùm ea sit præstantior, quàm ut ulla facundia possit exprimi.* Et: *tanta in septenario* C *sanctitas est sita, ut præeminentiam habeat præ omnibus numeris non excedentibus denarium. Quam ob causam cæteri quidem Philosophi numerum hunc assimilant natæ sine matre Virgini Victoriæ: Pythagorici verò universitatis hujus Imperatori. Vocatur etiam septenarius à proprietatu vocabulorum studiosis absolutorius, quia hoc absolvuntur universa & perficiuntur.* Hæc ex Philone de numero septenario in tuam gratiam; quandoquidem mysteriis numerorum delectaris. Si plura cupis, ipsum Philonem adi, si tamen scis, quid libri Philo.

D Sed necdum philosophari desinis de septenario. *Inter alia hujus numeri nomina*, inquis, *etiam numeratur*, παρθένος, *Virgo.* Quid mirum? jam audisti ex Philone septenarium *Virgini Victoriæ assimilatum fuisse.* Testatur idem Philo, Jessæos venerari solitos *non solùm simplicem septenarium, sed & vim ejus multiplicem: castam enim sciunt hebdomadem &* E *semper virginem.* (Phil. lib. de vita contemplat.) Idem alibi: *Hebdomas pro sua natura, qua reliquos antecellit numeros, est virgo matre carens, valdè familiaris unitati & principio.* (Phil. lib. de Decalog.)

F *Paulò pòst*, inquis, *accesserunt tres alii, Claudius Jaius, Joannes Codurius, Paschasius Broëtus, ut jam patrum decas fieret.* Neque hic te fugit mysterium, tam tibi vis odora inest. *Hic numerus olim vocatus Atlas, in quo etiam mysterium latet*, inquis; Quod verò illud? *Sic enim fulciunt Papatum Jesuitæ, ùt vertice supposito sidera fulcit Atlas.* Papatus, hoc est, Ecclesia Catholica, non nititur, si nescis, nostris humeris; sed Christo, & Petro Apostolo, gemina hac petra, adversùs quam flare quidem possunt & stare inferorum portæ, non autem prævalere. Super hoc fundamentum ædificare opus & munus est Jesuitarum; ùt & illud, præpedire quoquo modo licet, ne quis Hæreticus destructor accedat, & divinæ huic structuræ detrimenti aliquid demoliendo afferat. *Hunc numerum vocârunt*, inquis, *etiam* ἀνάγκην & πίστιν, *necessitatem & fidem; unde significatum, Jesuitas vi coacturos esse homines ad Romanam fidem.* De appellatione numeri non laboro; de causa à te reddita jure dubito, quam tamen admitto, si velis significatum, Jesuitas vi doctrinæ & veritatis coacturos esse homines ad Catholicam fidem. Jesuitæ enim non evangelizant ferro & igne; sed Calvinistæ.

G Porrò si quid solidi mysterii in decade seu denario numero reperire volebas, poterat id tibi pandere Philo, cujus hæc verba: (Phil. lib. de Decalog.) *Impositores primi nominum, viri sapientes, meritò videntur appellâsse hanc* δεκάδα *quasi* δεχάδα, *quòd capiat, comprehendátque omnia numerorum genera.* Quare & ab eodem auctore (Phil. lib. de congressu quærendæ eruditionis causa.) *perfectissimus numerus* nominatur, & variis laudibus, variis in libris celebratur.

H Quia verò animadverto, te hoc patrum nostrorum denario numero mirificè delectari, non abs re fore credidi, si in tuam gratiam hic adscriberem, qui genus, unde domo, singuli, quando ad Ignatium adjuncti, quo ordine, quando & ubi ad meliorem vitam translati; idque sub brevi compendio, tabulæ forma, quam ecce subjectam cernis:

Decem primorum Societatis JESU Patrum Nomina, Cognomina, Nationes, Diœceses, Ordo vocationis, Dies, Mensis, Annus, & Locus, quo quisque obiit.

A E

Vocationis Ordo,	Nomen,	Cognomen,	Natio,	Diœcesis,	Obitûs Ordo,	Locus,	Dies, Mensis,	Annus.
I.	P. Ignatius	Loyola	Cantaber	Pampilonen.	V.	Rnmæ	31. Julii	1556.
II.	P. Petrus	Faber	Allobrox	Gebennen.	II.	Romæ	1. Aug.	1546.
III.	P. Franciscus	Xavier	Navarræus	Pampilonen.	IV.	in Sanctio Insula	2. Dec.	1552.
IV.	P. Jacobus	Laines	Hispanus	Seguntinen.	VII.	Romæ	19. Jan.	1565.
V.	P. Alphonsus	Salmero	Hispanus	Toletan.	IX.	Neapoli	13. Febr.	1585.
VI.	P. Simon	Rodericus	Lusitanus	Visen.	VIII.	Ulyssipnne	15. Julii	1579.
VII.	P. Nicolaus	Bobadilla	Hispanus	Palentinen.	X.	Lauteti	23. Sept.	1590.
VIII.	P. Claudius	Jajus	Allobrox	Gebennen.	III.	Viennæ Aust.	6. Aug.	1552.
IX.	P. Joannes	Codurius	Gallus	Ebredunen.	I.	Romæ	29. Aug.	1542.
X.	P. Paschasius	Broëtus	Gallus	Ambianen.	VI.	Lutetiæ	14. Sept.	1562.

Inière primùm Societatem Parisiis, Anno 1534. septem priores, ad quos accesserunt tres posteriores Anno 1535.

CAPUT II.

Mendacia & Cavillationes Miseni in caput quintum, sextum, & septimum.

B CApur quintum continet ralationem de Ignarii discessu ex Gallia in Hispaniam; & quidem in Ipsius Ignatii patriam: Ex quo excerpit, more sun, Misenus, quæ ad calumnias apta judicat. Et inprimis Ribadeneiram inconstantiæ arguit: *suprà dixerat*, inquit, *multis sceleribus se obstrinxisse Ignatium; hic ut leniat & elevet duriusculè dictum, & lectorem à sceleribus ad levia errata adolescentia traducat; ait, Ignatium acerbissimis conscientia stimulis exagitatum, quòd adolescens unà cum aliis adolescentibus in hortum cujusdam Civis simul intrâsset, & fructuum aliquantulam copiam furtim abstulisset, magno Domini damno.* Primùm ubinam scripsit Ribadeneira, Ignatium multis scelcribus sese obstrinxisse, ùt tu scribis? Nominabis fortè caput nonum libri C primi. Atqui eo loci non memnrat Ribadeneira, quid ipse de Ignario, sed quid ipse Ignatius de semetipso senserit, & quomodo recordarione delictorum superioris vitæ (quæ ipse scelera vocabat) inanis gloriæ blandimenta expellere voluerit. Secundò, ut maximè id scripsisset Ribadeneira; num propterea sibi contradiceret; quód præteritis hoc loco aliis, recenseat id, quod Ignatium tunc maximè pungebat, ipso natalis loci aspectu ad memoriam illius potissimùm deD licti excitatum? Tertiò, num tam leve ribi videtur factum, transcendere in hortos alienos, & inde fructus clepere? Et ut leve sit; an nescis, quomodo viri sancti etiam levia errata defleant? An non monuit te Ribadeneira, quanto dolore simile peccatum, adolescenriæ non insuetum, deploret Sanctissimus Doctor & Episcopus Augustinus in suis Confessionibus. Ausim affirmare, te ne adulterium quidem, si quod commisisti, tanto gemitu, tantísque lacrymis expiare, quantis beatissimus ille Antistes puerile illud pomorum furtum. Non affirmo, ne succenseas, te commisisse adulterium; sed quid facias; si fecisti; doceo: & ut de hoc incertus sim; de altero tamen longè sum certissimus.

S. August. lib. 2. confess. cap. 5. & 6.

F Ait Ribadeneira, quendam hominem, innocentem planè, in carcerem conjectum, ob ablatos ab Ignatio sodalibúsque fructus, certáque pecuniæ summa mulctatum; & hoc vel in primis Ignatium afflixisse: Hic tu: *Ergo necesse est illum hominem vel mutum fuisse, qui negare factum non potuerit; vel judices iniquissimos, qui non convictum de furto bonis spoliârint. Quis non videt hæc & similia pueriliter & putidè confingi?* Neutrum, mi Misene, necessarium est. Non primum; quia fieri potest, & verò sæpe fit, ut quis sit innocens & minimè elinguis, factúmque strenuè inficietur, & tamen condemnetur: quia neganti solùm Judices non adhibent fidem, si adsint alia indicia & testimonia seu vera seu falsa, in foro tamen externo probabilia, cui moris, sententiam ferre secundùm *allegata* & *probata*. G Nec alterum necessarium est: quia Judex justè potest, non modò sententiam alicujus mulctæ pecuniariæ; sed mortis in innocentem pronunciare, si, servatâ juris forma & ratione, ostensum sit, nocentem esse, saltem judicio fori externi; nam coram Deo qui innocens est, nullis humanis testimoniis efficitur nocens. Quis ergo non videt, hæc non pueriliter confingi, sed à te petulanter calumniis traduci?

H Subjungis, *paulò post mentionem facit legum Ignatii, de alea, de concubinatu Sacerdotum. De quo valde obscurè loquitur.* Tu quidem hoc loco non obscurè, sed splendidè profectò mentiris: non enim leges illas tulit Ignatius; sed hortatu Ignatii legitimus Magistratus; ut proinde non nisi mendaciter *leges Ignatii* appelles. Deinde, quæ obscuritas in verbis Auctoris, cùm refert, quodnam operæ pretium in sua patria concionando fecerit Ignatius? En ipsa verba: Cùm patrio more Virgines, quoad viro traderentur, capite aperto essent; pessimo exemplo multæ, cùm apud Clericos turpiter viverent, perinde caput obnubebant, ac si legitimo eis matrimonio junctæ fuissent: quibus fidem, quasi maritis, præstabant. Quod nefarium

A farium institutum, ac sacrilegum funditus tollendum curavit. Hæc Ribadeneira. Quid tu? Non intelligo hoc, inquis, de concubinatu, sed virginum habitu. Quid tu intelligas; id scilicet populus curat. Intelligere debes id, quod auctor intelligit, non quod tibi collibitum. Ribadeneira & de concubinatu, & de habitu, & de fide data sacerdotibus tanquam maritis, intellexit. Nam & leges in concubinarios sancitas esse dixit, & concubinas, matronarum more, tecto capite incessisse, & presbyteris, jurisjurandi religione interposita, junctas esse; hæc omnia meritò *sacrilegum & nefarium institutum*
B nominavit. *Sed qualis, ais, hæc emendatio? Vetuit eas, quæ turpiter vivebant apud Clericos, caput obnubere:* Non tantùm hoc, bone vir, sed plus præstitit: nempe tria illa, quæ paulò antè dixi. Quòd si etiam hoc tantùm effecisset, ne, si quæ cum Clericis turpiter consuescerent, Magistratus eas pateretur, tanquam matronas, legitimo matrimonio copulatas, incedere; an non Ignatius rem præclaram præstitisset? Quid enim turpius, & quid ad mores corrumpendos accommodatius, quàm si opinio illa invaluisset, meretrices esse Clericorum legitimas conjuges? quod necessariò eventurum erat, tum ex pari cum matronis habitu; tum ex fide tan-
C quam maritis data. *At magnam*, inquis, *injuriam fecit Virginibus, cùm passus est eodem habitu uti scorta, quo castæ puellæ utebantur.* Fortè Ignatius tertium habitum his scortis præscribi curâsset, si te consultorem adhibuisset: te, inquam, qui probè videris nôsse, quo vestitu meretrices sint convestiendæ: Interim ignosces Ignatio, si hujus artis penitus rudis, obtinuit, ut eo habitu uterentur ista prostibula, qui declararet, & quid essent, & quid non essent, ut hac ratione major pudor incuteretur impudicis; & major itidem terror, vel horror injiceretur pudicis, ne impudicitiæ sese consecrarent. Tertullianus non objecit Romanis: nullum servari discrimen inter meretrices & virgines, sed inter *matronas & meretrices.* Enumerans enim varias morum corruptelas, *Video*, inquit, *& inter matronas atque prostibulas nullum de habitu discrimen relictum;* non ignarus, quantum ex hac similitudine scelerum & flagitiorum nasceretur.

Tertull. in Apolog.

D *Hic*, inquis, *notabis, quanta religione votum castitatis à Clericis Pontificiis servetur, ipsis Jesuitis testibus.* Scimus & dolemus, non omnes facere officium. Nullus ager tam fertilis & cultus, cui inimicus homo non superseminet Zizania. Subit mentem, quod Origenes Celso respondit, tu id à me habe, donec infrà fusiùs hac de re agemus. *Ecclesiæ Dei* (catholicæ) *per Christum eruditæ, collatæ ad vulgares cœtus hominum* (prædicantium) *planè sunt mundi lumina. Quis enim non fateatur, deteriorem Ecclesiæ nostræ partem, collatam cum vulgaribus concionibus*

Orig. lib. 3. contra Celsum.

(prædicantium) *longè præstantiorem esse?* No- E
tum est, Misene, quæ sint Lutheri, Calvini, vestrorúmque Ministrorum & Prædicantium de castitate decreta & placita; quæ satis indicant, quàm procul à vobis exulet Pudicitia, *flos morum, honor corporum, decor sexuum, integritas sanguinis, fides generis, fundamentum sanctitatis, præjudicium omnis bonæ mentis.*

Tertull. lib. de pudicit.

Ex Hispania venit Ignatius Genuam, F
grandi inter navigandum tempestate defunctus. *Quæ fortasse nulla fuit*, inquit Misenus. Quid sibi vult istud tuum *fortasse?* Unde scis, nullam *fortasse* fuisse, vel unde hoc suspicaris? An quia Ignatio idem accidere non potuit, quod aliis infida per æquora euntibus plerumque accidit? Non unius sed plurium dierum trajectus est Valentia Genuam. Num tot diebus fieri nequiit, ut tempestas existeret, navémque, qua Ignatius vehebatur, in grave discrimen conjiceret? Si quis ex Ethnicorum numero assereret procellas illas, quibus in mari Galilææ discipulos agitatos refert Evangelista, fortassè nullas fuisse; an non eum vel hoc nomine temerarii mendacii redargueres, quòd sine ulla ratione, vel in specie probabili, id affirmaret, cùm, qui hoc asserit, assertionis suæ causam aliam dare non possit; quàm quia credere nolit: Quam enim aliam daret? Quòd autem ob tempestates, quas tulit Ignatius in mari, *Neptunum ei semper infestum fuisse* ais, fortè idem dices de Christo & Apostolis (quandoquidem Evangeliis æquè ac profanis historiis fide tantùm humana assentiris) cùm legis, quibus procellis aliquando sint exagitati: nisi fortassè Neptunus non incolat illa Judææ maria, sed tantùm mare mediterraneum & Oceanum. De sancto Paulo non dubito, quin mireris; cur Neptunus magis vel æquè ei fuerit infestus, ac Ulyssi Homerico, quippe qui *ter naufragium* fecerit, & *in periculis fluminum & maris* toties versatus fuerit.

Matth. 8. Marci 4. Lucæ 8.

Matth. 14. Marci 6.

2. Cor. 11.

Pari modo, cùm Calvinista iste confictum G
suspicatur, quod Ribadeneira scribit, de periculo vitæ adito ab Ignatio, in itinere Genua Bononiam, cùm eò processisset ignarus, unde nec regredi, nec progredi posset: quam, rogo, hujus suæ suspicionis causam affert? An non enim sæpius in montibus & rupibus contingit, ut, dum quis improvidus progreditur, tandem regrediendi sibi facultatem ademptam videat? Lege, si lubet apud Stephanum Pighium, commemorabile hujus rei exemplum, & erubesce, si tamen necdum frontem omnem tot mendaciis & calumniis amisisti.

Pigh. in Hercul. Prodic.

Cùm Ignatius Bononiam pervenisset, ca- H
su decidit ex ponticulo ligneo in subjectam fossam, ex qua, cùm cœno oblitus, sordibúsque fœdatus emersisset, risum spectantibus movit, urbémque obambulans, neminem reperit, qui vel obolum, vel panis frustulum largiretur. Tu factum hoc vocas

A *lepidam historiolam.* Videris imitari invidiam, cui nihil lepidum, nihilque ad commovendum risum idoneum, nisi quod cum alieno infortunio conjunctum est. *Risus abest,* ait ille; *nisi quem visi movêre dolores.* Addis, *non fuisse mirum, stipem nullam Ignatio datam; quis enim homini cano oblito daret aliquid.* Imò si argumenta misericordiæ excitandæ humano modo æstimare velimus, quis tali homini non daret? nisi fortè Calvinianum Evangelium ita beneficentiam in mendicos commendat, ut non nisi bene lotos comptos, & nitidos eleemosyna sublevandos esse doceat?

Quòd si hujusmodi homini nihil impertiendum est, antequam vestes abluat, ne, ùt tu dicis, *vel fœtore offendat, vel attactu alios fœdet, vel aspectu terreat;* multò magis vacuos abire jubebis, quos vel lepra horribiles effecit; vel cancer auribus naribúsve truncavit, exesis genis, aliúsve morbus deformavit; ne te *fœtore offendant,* vel *attactu fœdent,* vel *aspectu terreant,* non modò vigilantem, sed & dormientem; facilè enim Morpheus, aut ille, quem *Icelon Superi, mortale Phobetora vulgus nominat;* pusionem istum objectis terrificis formis terrefaceret.

B Sextum caput explicat, quomodo Ignatius Venetiis sit accusatus, & innocens declaratus. *Accusatores,* inquit Misenus, *non nominantur, neque criminis certi ulla fit mentio.* Accusatores in specie nominare nihil attinet; cùm ad veritatem historiæ parùm aliquando faciat. Quòd si omnino necessarium arbitraris, ut accusatorum vel testium nomina exprimantur, sciscitari poteris ex Matthæo Evangelista, cur contentus fuerit dixisse: *Novissimè autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt, hic dixit, &c.* cúrque nominatim nos non docuerit, quinam isti criminatores fuerint. Num certi criminis mentio fiat (quamvis neque hoc ad fidem historiæ prorsus pertineat) num verò tu hic, more tuo, egregius sis fingendi artifex, intelliget lector ex his Ribadeneiræ verbis: Quidam vel malevolentia suffusi, vel falsa persuasione decepti, sparserunt, fugitivum illum esse, in Hispania non semel vinctum in custodia fuisse, igni tradita combustáque ipsius statua, profugisse; ne Parisiis quidem licuisse homini vivere: ex qua etiam urbe fugiens suæ saluti consuluisset. Hæc auctor. An non certum crimen propter crimina fugitivum esse? An non certum crimen propter crimina exustum esse, tametsi in imagine? Nónne certum crimen & suspectæ & damnatæ doctrinæ auctorem videri? Sed nisi tu de incertis criminibus calumniareris, haud tibi perpetuò mendacia certa suppeterent.

Matth. 26.

C

D Caput septimum exponit, quo pacto Socii Lutetia ad Ignatium venerint. Ait Ribadeneira: tres, qui Sacerdotes erant, quotidie rem divinam fecisse: Septem reliquos virtute panis cœlestis adversùs graves, longæ molestæque viæ difficultates sese communiisse:

E *Hunc usum Eucharistiæ,* inquit Misenus, *nobis Christianis ignotum, norent Jesuitæ, si qui fortè adhuc in Galliis delitescunt.* Quid mirum, si usus iste Eucharistiæ vobis nomine Christianis, re Calvinistis sit ignotus; cùm ipsa Eucharistia, hoc est, fons & origo hujus fructus, vobis sit ignota? Nam Christianis, quibus Eucharistia nota est, ignotus esse nequit saluberrimus iste tanti Sacramenti fructus; quid enim cor hominis magis adversùs omnes ingruentes tempestates, & difficultates confirmat, quàm panis iste cœlestis, habens omne *delectamentum suavitatis,* & in *cujus fortitudine* per avia & invia hujus vitæ deserta, usque ad montem Dei Horeb, cum sancto 3. Reg. 19.
illo vate contendimus.

F Sequitur, inquis, ἀξιόλογόν τι. Quid illud? Quia rusticus in Galliis curiosiùs contemplans septem illos patres, *aliquam,* dixit, *provinciam reformaturi discedunt.* Tu, *crediderim,* inquis, *audiendo fuisse deceptos Jesuitas, & rusticum dixisse deformaturi.* Deciperis, Misene; nihil præ se ferebant patres illi, quod argumento esset futuræ alicujus deformationis; sed omnia in illis ad reformationem comparata erant. Si Lutherum, Bucerum, Munsterum, Zvvinglium, Martyrem, Calvinum, simul iter facientes conspexisset, planè mihi persuadeo, rusticum illud dicturum fuisse, impulsu Spiritus Sancti, quod tu nunc dicis de septem illis patribus, impulsu Diaboli; quia quò isti pedem intulerunt,

G *Protinus irrupit*
Omne nefas, fugêre pudor, verúmque fidésque,
In quorum subiêre locum fraudesque dolique,
Insidiæq;, & vis & amor sceleratus habendi.
Victa jacet pietas, & virgo cæde madentes
Ultima cœlestûm terras Astræa reliquit.

Nec occurrit modò, cum quibus aptiùs illi tui reparatores Evangelii conferri queant, quàm cum deformibus & macilentis bobus, quas vidit Pharao, *quæ devoratis & consumptis* Genes. 41.
prioribus, nullum saturitatis dederunt vestigium: sed simili macie & squalore torpebant. Ut igitur illæ visæ sunt reformare omnia absumendo, & stirpitus, quidquid extabat evellendo: ita isti quidquid decoris & nitoris in rebus Ecclesiasticis erat, exscindendo & exterminando reformârunt; sublatis & eversis altaribus cum Ecclesiis, exustis Sanctorum imaginibus, direpta sacra suppellectile, Sacerdotibus proscriptis, aut trucidatis, Monasteriis in profanos usus commutatis, expulsis Monachis. Quòd si hoc est reformare, non deformare, tunc profectò Turcæ reformatores, non deformatores erunt; quia non aliter agunt, quàm vestri illi Prophetæ egerint: imò, ne mentiar, non paulò humaniùs cum Christianis templis agunt, quàm Calvinus & Calviniani egerint.

H *Latet etiam aliud mysterium,* inquis, *in præsagio rustici: significatum est, fore aliquando, ut primi inter Christianos Galli, suo territorio discedere jubeant Jesuitas.* Quid vis, ùt video, quod-

A quodvis tibi significat. Egregium interpretem præsagiorum Misenum! cujus opera, si usus fuisset Pharan in interpretatione somniorum, primas præripuisset Josephn. Si Nahuchodonosor; principem locum nunquam Daniel obtinuisset. Contemplare, quæso, Misene, propiùs tuum præsagii illius delirium. Rusticus Gallus patres illos curiosiùs intuitus repentino afflatu concitus, *aliquam*, inquit, *provinciam reformaturi discedunt*. Significatum est ergo, primus fore Gallos, qui Jesuitas exterminent. Qui hujus tui acuminis acumen non capit, is tantum capit, quantum tu. De Gallicana illa causa suprà jam, quantum satis erat, actum est. Hic tantùm ex te quæro: quid detrimenti Ecclesiæ attulerit persecutio illa magna, quæ post necem Stephani extitit in Ecclesia, quæ erat Hierosolymis; *& omnes*, inquit S. Lucas, *dispersi sunt per regiones Judææ & Samariæ, præter Apostolos. Calamitas*, inquit ille, *sæpius disciplina virtutis est. Vires denique & mentis & corporis sine laboris exercitatione torpescunt.*

Gen. 41. Daniel. 4. Lib. 2. c. 1. Act. 8. Minut. in Octavio.

B *Jam perventum est*, inquit Misenus, *ad narrationem, quam nemo, credo, qui saltem homo sit, non canis vel porcus, sine horrore & nausea legere poterit.* Quæ verò illa narratio, quæ Miseno stomachum movit, imò evertit? *Franciscus Xaverius, Venetiis in Xenodochio, non contentus fuit, ea sedulò præstare, quæ sordidissima erant; ut horrorem, quem sentiebat, perfectiùs vinceret; saniosa ulcera interdum lingebat:* Hæc narratio Miseno tantam nauseam concitat, ut, quod alibi scribit, Xaverii *sine nausea* nequeat meminisse, & in hanc exclamationem erumpat: *Os non durum, sed tetrum & rancidum!* C Lubet tamen in hac materia nonnihil immorari, & te accuratiùs examinare; quæ tandem sit tantæ nauseæ causa, si interim, dum hac de re sermocinamur, vomueris, forsan sanaberis: quia nausea hæc non tam ab externo, quàm ab interno vitio proficisci videtur. Quid ergo tibi tantum nauseæ parit? An quia Xaverius ægris & miserandum in modum, vi morbi deturpatis, sedulò inserviit; eósque manibus suis fovit, erexit, tulit, transtulit; ídque in Xenodochio, seu Nosocomio? Quantam igitur nauseam tibi concitâsset S. Fabiola, clarissima fœmina; *Quæ*, ùt inquit S. Hieron. *prima omnium Nosocomium instituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumpta languoribus, & inedia* D *miserorum membra foveret. Describam diversas hominum calamitates, truncas nares, effossos oculos, semiustos pedes, luridas manus, tumentes alvos, exile femur, crura turgentia, & de exesis ac putridis carnibus vermiculos bullientes? Quoties morbo regio & pedore confectos humeris suis ipsa portavit? Quoties lavit purulentam vulnerum saniem, quam alius aspicere non valebat? præbebat cibos propria manu, & spirans cadaver sorbitiunculis irrigabat. Scio multos divites & religiosos ob stomachi angustiam, exercere hujusmodi misericordiam per aliena ministeria & clementes esse pecunia, non manu: quos equidem* E *non reprobo, & teneritudinem animi nequaquam interpretor infidelitatem: sed sicut imbecillitati stomachi veniam tribuo, sic perfecta mentis ardorem adoro, in cœlum laudibus fero: magna fides ista contemnit.*

S. Hieron. Epist. 30.

Num & hic nauseas, Misene? Alium ergo te stomachum habere oportet: alium S. Hieron. te Calvinianum, Hieronymum Christianum, qui adeò nihil hic nauseæ sensit; ut quosdam, qui idem factitare sine nausea non poterant, non quidem vituperet; sed nec commendet tamen; ut vel hinc intelligas, quibus coloribus te Hieron. depinxisset: si te, vel talia audiendo nauseare vidisset. *Ille, quem despicimus*, Misene, *quem videre non possumus, ad cujus intuitum* (& memoriam) *nobis vomitus erumpit: nostri similis est: de eodem nobiscum formatus est luto, iisdem compactus elementis: Quidquid patitur, & nos pati possumus. Vulnera ejus existimemus propria, & omnis animi in alterum duritia, clementi in nosmetipsos cogitatione frangetur.* Hæc S. Hieron.

F Forsan nauseas quoque, cùm legis, aut recordaris, quid Placilla Imperatrix, uxor Theodosii, Magni egerit; de qua hæc Theodoret. *Mox omni cura complexa est corpore mutilatos & labefactos omnibus membris, non quidem usu servorum, neque satellitum ministerio, sed ipsa executrix hujus rei, ad diversoria illorum vadens, & singulis necessaria suppeditans. Eodem modo & Ecclesiarum hospitia visens, decumbentes opera sua medicabatur, & ollas ipsas prehendens, & jurcula degustans, & patinas deferens, & panem frangens, & epulas præbens, ac pocula eluens, aliáque faciens omnia, quæ putabantur esse opera servorum, atque ancillarum.* Hæc Theodoretus de Imperatrice:

Theodor. lib. 5. hist. Eccl. c. 18.

G His duabus fœminis addam & viros: Nôsti Joannem Damascenum? At forsan hic non modò nauseabis, sed & quidquid pituitæ ventriculum malè afficit, ejicies: Damascenus ergo, cùm novitius adhuc religiosæ vitæ tyrocinium poneret, hoc mandatum à suo magistro accepit: *ut transiens per circuitum labra* (Monasterii) *per se ipsum in singulis Monachorum cellis sordium domunculas, & latrinas expurget. Qua sententia Joannes valde lætatus dixit, id mihi facile erit, atque adeò voluptati summa. Igitur è vestigio abit, & conquisitis, acceptisque scopis, nec non aliis purgatoriis instrumentis, cellam ejus, qui propiùs senem habitabat, accedit, eámque ingressus manus illas inquinare cœpit, quæ multis antea aromaticis odoribus fragrabant.*

Joann. Patriarch. Hierosol. in vita S. Damascen.

H Leprosum horribili specie, *cujus jam multa membra morbus exederat, & vocem quoque ademerat*, domi suæ alebat Anastasius Presbyter, ùt testatur Amphilochius, eíque fidelissimè ministrabat: ad quem cùm aliquando divertisset S. Basilius, multis precibus à Presbytero contendit, ut miserando illi homini nocte una servire posset. Nec abnuit ille.

Amphiloch. in vita S. Basil.

A ille. *Relicto igitur Basilio in cellula cum leproso, clausóque ostio abscessimus*, inquit Amphilochius: *At ille vulnerum sanator preces pro eo ad Dominum fundens, & tota nocte obsecrans Deum, reddidit illum sanitati.* Quàm dispar tu Anastasio & Basilio, qui si vel una hora hujusmodi elephantiaco tuam operam locare deberes; non modò nauseares, sed *pulmoneum vomitum vomeres*, nisi fortè hæc & similia, quæ manibus duntaxat peraguntur, non movent tibi nauseam; sed hoc potissimùm, quòd Xaverius fluentia tabo ulcera lingua linxerit. Hoc videlicet tolerare nequis. Ob hoc Principes, Comites, Nobiles alloqueris, *ne patiantur ejusmodi Cynicos mensis suis assidere.* At meminetis, Misene, quæ & qualia medici aliquando non modò oculis inspiciant, manibúsque contingant; sed
B & ore gustent, ut ægrum curent. Quid ergo criminis admittet ille, qui nimis delicatum stomachum paulò robustiorem efficere volens, languenti & fastidienti eam medicinam adhibet, quam adhibuit Xaverius? Apud Homerum exsugit ex vulnere Menelai sanguinem concretum Machaon Medicus; quem credo, ob id non repulit à sua mensa Menelaus, ùt nec Rex Regum Agamemnon. Quòd si quis medicus eadem diligentia seu vulnus, seu ulcus tuum curaret, non dedignareris, opinor, cum illo esse & comesse, neque loco Cynici, sed hominis valde bene-
C fici haberes. Cùm Galenus sistendi doloris ex morsu vel aliunde orti rationem tradit, duplici modo id fieri docet, nempe ejus, quod dolorem creat *vacuatione*, aut *alteratione. Vacuant*, ait, *calefactoria omnia; & quæ citra calefactionem vehementer trahunt*; addítque; *Sunt autem & qui ore suo virus extrahunt, ægræ videlicet particulæ admoti, ipsámque labiis complexi.* Hæc ille. Quòd si tu morsus à vipera vel cane rabido incideres in Medicum tuæ salutis tam amantem, ut inspiratum venenum suctu eliceret; an præ nausea vomeres? An os *tetrum* & *rancidum* intonares? Quod igitur medicis permittis, hoc permitte etiam illis, qui stomachi sui imbecillitatem curare, & perfectam de se victoriam reportare student.

Galen. lib. 13. de mor. curand.

D Parisiis leproso cuidam osculum & sanitatem simul tulit S. Martinus. Rem ita memorat Sulpitius: Apud Parisios, dum portam civitatis illius magnis secum *turbis ineuntibus, introiret, leprosum, miserabili facie, horrentibus cunctis, osculatus est, atque benedixit, statimque omni malo emundatus est.* Et tamen os hoc, judicio tuo, *non durum*. sed *tetrum & rancidum* epulis Maximi Imperatoris accubuit, & ex eodem, quo Imperator ipse, poculo bibit. Quod nescio, num aliquando purissimo Calvinistæ hujus ori sit obventurum. Objicis: *In Evangelica historia canes lingebant ulcera Lazari: jam conversa ratio:* Nescio, quid his verbis velis: explica, amabo, planiùs & clariùs. An vis, ideo non licere; quia canes id fecerint? Vide, obse- E
cro, ne te, ùt & illum epulonem, potiùs factum hoc canum condemnet: quod, audeo dicere, si epulo ille imitatus esset, in inferorum supplicia non incidisset; tantum abest, ut peccati quidquam admissurus fuisset, si, ùt canes illi, ulcera Lazari misericorditer linxisset. *Horum ergo lingua*, id est, tua tuíque similium, *graviùs torrebitur*, (concludam enim locum hunc cum sancto Paulino) *qui debilitates modò pauperum vel horrent, vel irrident, fastidiosi letaliter & faceti, qui prætereunt, & canibus lambenda dimittunt ulcera proximorum. Nónne veriùs* (quæso te) *dicendi canes, qui ne canes quidem in curandis atque mulcendis hominibus imitati sunt?*

Sulpit. in vita S. Martini.

Luc. 16.

S. Paulin. epist. 31.

Ait Ribadeneira, à patribus in Nosocomio F
versanôbus, ægrorúmque turbæ ministrantibus, jacta esse fundamenta probationum Societatis. *Præclaræ*, inquit Misenus, *probationes, quæ, credo, jam pridem inter Jesuitas exoleverunt.* Quo argumento inductus credis, has probationes desiisse? Atqui minimè id crederes, si inter Jesuitas, non inter Calvinistas vitam agitares. Tyrones Ordinis nostri, ubicunque sunt, publica valetudinaria, ut passim in Italia, ad ea destinantur, ut ægris serviant, verbísque & opera solatii aliquid & adjumenti afferant. Nec quisquam seu doctus, seu indoctus, seu nobilis, seu ignobilis ab hoc labore eximitur; Quòd si quis nauseat, non nauseare in hac schola discit, seséque confirmat ad opem ferendam miseris, quos alioquin non pauci nausea præpediti deserunt. Cur verò non egregiæ probationes illæ, quæ, præterquam quòd proximis nostris sunt voluptati & utilitati, charitatis itidem & Christianæ humilitatis sunt insignia vel argumenta, vel documenta.

Cùm patres nostri Venetiis Romam pro- G.
ficiscerentur, & die quodam propter continuos imbres, nudis pedibus, sumpto duntaxat manè panis frustulo, iter agendum esset, Magister Joannes Codurius, qui pedes habebat scabie aspersos, eo ipso die sanatus est, ùt Ribadeneira scribit. Hic Misenus, cùm nihil haberet, quod huic historiæ opponeret, rem in risum vertit, more scurrarum: *Discimus*, inquit, *à Jesuitis scabiem pedum optimè curari, si quis nudis pedibus, maximis & perpetuis imbribus, octo & viginti passuum millia conficiat; sumpto tantùm manè frustulo panis, tanta aquarum inundantium copia, ut interdum tantùm pectore extet.* Videris aliquando fuisse circumforaneus seu agyrta, cùm tam expeditè nôris, scabiei depellendæ medicamentum præscribere; quod profectò tum tibi salutare futurum sponderem: si omnia faceres & tolerares eo animo, & eo pietatis ardore, quo illa tulit Joannes Codurius.

Quia verò tam felix medicus es curandis H
pedibus, poteris huic tuo medicamento aliud

A ud adjicere ex S. Augustino pro Podagricis, his vel similibus verbis: *Discimus ex Augustino, podagram optimè curari, si quis inter catechumenos nomen suum profiteatur, cruce signetur, sale condiatur, Chrismate inungatur, & tandem in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti bis vel ter abluatur.* Non dubito, te hoc vel simile scholium adjecturum ad caput octavum lib. 22. D. Augustini de civit. Dei, si quando post Ludovicum Vives commentarios in aureum illud opus edes. Res gesta
B ita se habet. *Medicum quendam podagricum in eadem urbe* (Carthagine) *qui cùm dedisset nomen ad Baptismum, & pridie quàm baptizaretur, in somnis à pueris nigris cirratis, quos intelligebat Dæmones esse, baptizari eodem anno prohibitus fuisset, eisque non obtemperans, etiam conculcantibus pedes ejus, in dolorem acerrimum, qualem nusquam expertus est, æstuâsset; magisque eos vincens, lavacro regenerationis, ùt voverat, ablui non distulisset, in baptismate ipso non solùm dolore, quo ultra solitum cruciabatur, verùm etiam podagra caruisse, nec amplius, cùm diu postea vixisset, pedes doluisse, quis novit? Nos tamen novimus, & paucissimè fratres, ad quos id potuit pervenire è vicino.*

CAPUT III.

Refutatio calumniarum in caput octavum, nonum & decimum.

C CApite octavo commemorat Ribadeneira, quomodo ob bellum inter Venetos & Turcas ortum, navigatio Hierosolymitana, quam patres meditabantur, fuerit impedita, Deo aliquid majus & amplius de novo illo servorum suorum manipulo disponente. *Sed quæ erant illa magna & ampla?* inquis: Nolo tibi nominare alia, quàm quæ tibi nominat tua conscientia: hanc consule; & à me non petes responsum. Si Deus patres illos ad tam magna & ampla non reservâsset, benigniore utique in illos, & in eorum posteros animo esses. *Invidia;* adde & odio, *ceu fulmine, summa laborant & vaporant.*

D Porrò abjecta spe navigationis, in varias urbes ditionis Venetæ concesserunt: tum ut illi, qui jam primùm sacris initiati fuerant, meliùs sese ad primum sacrificium Deo immolandum præpararent: tum, ut aliis etiam vitæ & doctrinæ exemplo aliquid emolumenti afferrent. *Hic jam quæri possit*, inquit Misenus, *quid causæ fuerit, ut Venetiis libero animo missificare non potuerint.* Posses etiam
Matth. 4. 14. Marc. 1. 6. Luc. 6. quærere, quid causæ fuerit, cur Christus Hierosolymis, vel in alia civitate libero animo jejunare & orare non potuerit, sed solitudinem & aliquando montem petiverit, ibíque *in oratione Dei pernoctârit.* Nemo dicit Patres illos Venetiis nequiisse rem divinam libero animo facere; Poterant utique: sed quia Venetiis jam noti erant, multisque negotiis distenti; satius visum est, ad loca minùs nota adire, ibíque plus temporis meditationi E
rerum spiritualium, & præparationi ad augustissimum illud Eucharistiæ sacrificium tribuere. Nam quòd ais, *bonos illos Patres fatigatos fuisse audiendis confessionibus, eò quòd Venetiis sit magna mollium, scortorum, & scortatorum copia*, id calumnia est non modò in nostros patres, sed & in illustrissimam illam Rempublicam. Nam primùm, unde scis, fatigatos fuisse audiendis confessionibus? Ribadeneira nullam auditarum confessionum mentionem facit; sed tantummodo laboris & operæ, quam valetudinariis impenderunt.

F Deinde ut maximè confessionibus excipiendis vacâssent, tam frigidi tamen & infirmi vel corpore vel spiritu non erant, ut se ab ulla confluentis turbæ multitudine lassari paterentur. Præterea si pro proportione & magnitudine alicujus urbis vel oppidi Calviniani, iniretur numerus *mollium, scortorum, & scortatorum;* arbitror profectò, nec vanis argumentis persuasus, majorem fore copiam, quàm Venetiis, pro amplitudine & numero indigenarum illius civitatis. Nimis quàm fœcundum est talium fructuum, Lutheranum & Calvinianum Evangelium, quod *de tenero ungue* meditatur carnem, quæque carni amica, & cujus est illud axioma: *Si nolit uxor, veniat ancilla:* quod certè non modò meretricum, sed & adulterarum ubertimum seminarium est: cur enim uxor eadem Evangelica libertate non colligat inde hoc problema: *Si nolit maritus, veniat famulus.*

G Ait Ribadeneira, patres in varia loca divisos, tenuissimo victu vitam sustentâsse. Quid Misenus? *Adduntur*, inquit, *nonnulla de victus asperitate: quæ, credo, victos esse à Diogene Cynico, quem tamen nemo inter Sanctos retulit.* At propter victus asperitatem, nemo etiam illum inter non Sanctos retulit; non enim ideo non fuit sanctus, quia aspero victu victitavit; sed quia verum Deum non agnovit, aut si agnovit, non coluit, ùt decuit. Exemplum Diogenis parcè & tenuiter vitam tolerantis, tuam, Calviniane, condemnat *ingluviem*, qui cum jejunas, cùm nihil est, quod edas. *Hinc tu eò irreligiosior, quantò Ethnicus* Diogenes *paratior. Ille Deo idolo gulam suam mactat; tu Deo non vis.* Ex qua gula quid mirum, si nascatur luxuria; *appendices gulæ lascivia atque luxuria est*, inquit & verè & scitè Tertullianus. Tertull. lib. de jejuniis.

H Grande ergo discrimen propter diversos fines inter Christianos & Ethnicos exili cibo potúque contentos: Illi amore Dei & patriæ cœlestis sese macerant: Isti insania superstitionis, vel popularis auræ, vel inanis Philosophiæ gratia. Ideo illi laude & præmio apud Deum digni; isti, nequaquam. *Finis, quò referuntur ea, quæ facimus*, inquit S. Augustinus, id est, *propter quem facimus, quidquid facimus:* S. August. lib. 2. de moribus Manich.

A *facimus: si non solum inculpabilis, sed etiam laudabilis fuerit, tunc demum etiam facta nostra laude aliqua digna sunt: sin ille jure meritóque culpatur, quem spectamus & intuemur, cùm in aliquo versamur officio, id quoque officium nemo improbandum vituperandúmque dubitaverit. De Catilina memoriæ proditum est, quòd frigus, sitim, famem ferre poterat. Hæc erant illi spurco sacrilegóque etiam cum Apostolis nostris communia. Unde ergo discernitur parricida iste ab Apostolis nostris, nisi fine illo, quem diversissimum sequebatur? Namque iste illa tolerabat, ut immoderatissimas & immanissimas expleret voluptates: illi è contra, ut eas premerent, & dominanti rationi servire cogerent.* Hanc doctrinam sancti Augustini si novisses, aut si nôsti, sequi voluisses, multis certè scholiis & cavillis supersedere potuisses.

B Adjungis, *Ignatius solus, nescio, quid singulare habuit in profundendis lachrymis, unde etiam morbus contractus.* Nihil verius, nescis, Misene, nescis, quid sint illæ amoris divini lachrymæ; quia *animalis es*, quia *carnalis es*, & supra carnem nihil sapis; nôrunt, qui spiritum gustârunt. Noverat sancta Paula, fœmina religiosissima, quæ ob nimiam lacrymarum profusionem periculum oculis creavit, *implens illud*, ùt ait sanctus Hieronymus, *de Psalterio: Lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo: cúmque à nobis crebriùs moneretur, ut parceret oculis, & eos servaret Evangelicæ lectioni, ajebat: Turpanda est facies, quam contra Dei præceptum purpurisso, & cerussa & stibio sæpe depinxi.*

S. Hieron. in epitaph. S. Paulæ.

C Sed adhæc noster Misenus est velut pecus auritum ad lyram: quod satis indicat, cùm ait; hoc adversari monito illi D. Pauli: *Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudete.* Quasi verò lacrymæ illæ non sint lacrymæ gaudii & lætitiæ, quasi nemo ploret, nisi qui pondere pressus iniquo demittit auriculas, ùt iniquæ mentis asellus, hoc est, ùt Calvinianus. Certè ille ipse, qui hoc semper gaudendi præceptum dedit, ait, *se serviisse Deo cum omni humilitate & lacrymis, & se per triennium nocte & die non cessasse cum lacrymis unumquemque Ephesiorum commonere.* Nec tamen dubitare fas est, quin, præcepto suo convenienter, *semper in Domino Apostolus sit gavisus.* Abi ergo cum tua Plerophoria Calviniana, quæ velut quædam Pandora omnibus quidem lætitiis plena incedere videtur; intus autem vel ipsis inferorum doloribus pares dolores continet.

Philip. 4.

Act. 20.

D His calumniis absolutis, venit Misenus ad conciones nostrorum, quas ait *inchoatas Vicetiæ: quòd à crassis, stolidis & superstitiosis initium ducendum esset.* Vides Lector spiritum Calvinianum nemini parcere: integras respubl. & urbes insectatur; nulli amicus, nulli benevolus. Lepidum autem illud est, nostros ideo Venetiis non incepisse conciones, quòd suspicarentur *in tanta Mercatorum multitudine, saltem aliquos, præsertim ex Gallia aut Germania affuturos, qui hypocrisin deprehenderent, & aliis proderent.* Ecce tibi, quàm sagax Misenus, qui odorari potest; quonam consilio ante sexaginta annos Auctores nostræ Societatis Vicetiæ, non Venetiis, publicè in foro & compitis ad populum verba facere cœperint: Num Misenus fuit, antequam esset? Num anima illius, juxta Platonis decreta, alicubi præextitit, jámque non tam discit, quàm meminit singulorum, quæ ante conjunctionem cum corpore viderat Vicetiæ & Venetiis; cùm nostri patres consultarent, cur conciones Vicetiæ potiùs, quàm Venetiis essent auspicandæ? Quo tempore vel cum Icaromenippo in concavo Lunæ sessitavit, & quid rerum ubique gereretur, & deliberaretur, accuratè notavit, vel in domo Famæ circumvolitavit. E

Unde quod est usquam, quamvis regionibus absit, F
Inspicitur.

Germanos & Gallos tuos valde scilicet metuebant Patres nostri, qui si Calviniani, aut Lutherani sint, Venetiis non sine hypocrisi degunt, & aliud promptum in lingua, aliud clausum in pectore circumferunt.

Sed vide Calvinistæ hujus importunitatem. Patres nostros vocat *agyrtas*, quòd in plateis ad populum verba fecerint. Idem opinor, convicium jacit in Christum & in Apostolos, quotiescunque vel audit vel legit eos extra templum & synagogas ad populum de rebus divinis verba fecisse; fecerunt autem frequentissimè. Certè qui Celsum in aliis libenter ùt ducem sequitur, ejusdem hic quoque vestigia non deserit: Quid ergo ille de Christianis? *Cernimus*, ajebat, *& circumforaneos istos circulatores, ostentare ista vulgo jactatissima, non apud cœtus hominum prudentium, quod id nequaquam audeant, sed ubicunque animadverterint adolescentum, mediastinorum, & fatuorum turbam* (nota Misene) *eò se ingerere; ibique se venditare:* Ad hanc criminationem, quid reponat Origenes, audi: *Considera, quomodo hîc quoque nobis struat calumniam, quos confert cum circulatoribus fandas infandásque nugas garrientibus. At quas tandem? aut quid nos facimus simile? qui lectionibus, earúmque enarrationibus populum hortamur ad pietatem erga Deum optimum maximum, cæterásque virtutes, pietatis comites individuas, & abducimus à contemptu numinis, cæterisque affectibus à præscripto rationis exorbitantibus. Imò vel Philosophis optandum esset, ut extitarent tot auditores sermonibus ad honestatem vocantibus, quod factum est à quibusdam, præcipuè Cynicis, publicè apud fortuitum auditorium differentibus. Ergóne hos quoque non apud eruditorum, ùt videntur, cœtus disputantes, sed è trivio sibi quærentes auditoria, conferent cum circulatoribus, in forensibus coronis loquacitatem* G

Orig. lib. 3. contra Celsum.

H

ostentan-

ostentantibus? At neque Celsus, neque alii incusant, quod habent pro humanitatis officio, sermonibus plebeculam ineruditam instituere. Hæc Origenes.

A Sed fortè Misenus noster, præter exspectationem Origenis, hinc occasionem calumniandi arripiet, dicétque Cynicos esse, qui publicè ad rude vulgus, seu ad promiscuam turbam verba faciant. Sed non effugiet; licèt quadrigas Jovis conscenderit, quò minùs Christum & Apostolos in Cynicorum classe collocet, quos perspicuum est idem factitâsse, quod Patres nostros Vicetiæ, & alibi terrarum egisse proditum est. Sed nunc ad caput nonum accedamus.

B Caput nonum, inquis, *plenum est miraculorum. Nam æger Ignatius adventu suo curat Simonem ægrotum.* Mox ordine nobis recenset miracula. Primum miraculum est. *Ignatius inter eundum certior fit de futura hominis sanitate.* Non omittere debebas, quod Ribadeneira ait: Ignatium certiorem hac de re factum, precibus Deo pro Simone fusis. Quod si addidisses, minus loci habuisset tua illa annotatio: *Hic modus exprimi debebat, quo certior factus est Ignatius, num per visionem, an per Angelum, an per spiritus revelationem.* Quid si adjecisset Auctor modum, nunquid calumniandi materia tibi præcisa esset, qui eo ingenio es, ut, si modus exprimatur, continuò mendacia ingemines; si non exprimatur, statim modum cognitionis rei occultæ petas, quasi crediturus esses, si modus adjectus fuisset; cùm nihil minùs sit tibi propositum, quàm fidem adhibere, quippe qui ad criminationes & calumnias fictus sis & factus, nescio cujus artificis manibus.

C Refert S. Hieronymus, Magno Antonio, cùm jam nonagenarius in solitudine versaretur, hanc cogitationem occurrisse: *nullum ultra se perfectum Monachum in Eremo consedisse: At illi per noctem quiescenti*, inquit S. Hieronymus, *revelatum est, esse alium ulteriùs multò se meliorem, ad quem visendum deberet proficisci.* Quære & hîc, Misene, num S. Antonius hac de re sit certior factus per visionem, an per Angelum; an per spiritus revelationem, an, quod tu de Ribadeneira effutis, *per Hieronymi vanitatem.*

S. Hieron. in vita S. Pauli.

D Scribit S. Athanasius, eundem Antonium, cùm alia multa divinitus cognovisse, tum hoc, quòd Monachus quidam, siti in eremo confectus, spiritum exhalâsset, altero eandem aleam subituro, nisi Antonii monitu quidam quàm primùm aquam pereunti obviam tulissent. *Non multos post illos dies*, inquit S. Athanasius, *cùm duobus fratribus euntibus ad Antonium, aqua in itinere defecisset, & uno siti mortuo, alter jaceret in terra, mortem exspectans: Antonius sedens in monte, celeriter ad se duos Monachos vocavit, & festinatò præcepit, ut lagenam aquæ assumentes, invaderent iter, quod ducit ad Ægyptum, dixitque: unus è fratribus huc advenientibus modò migravit ad Dominum: alter, si non succurreritis, addetur; hoc enim mihi nunc oranti revelatum est.* Scitare & hîc Misene, modum, quo certior factus Antonius, de morte unius, & de periculo letali alterius, num per visionem, num per Angelum, num per spiritus revelationem, *num per Athanasii vanitatem.* E

S. Athan. in vita S. Antonii.

F Secundum, inquis, *miraculum. Verbo sanat Ignatius Simonem, æquè ac filius Dei:* Hæc non sunt Ribadeneiræ verba, sed tua mendacia. Verba Ribadeneiræ hæc sunt: Ad Simonem cùm venisset in lecto jacentem, ægritudinéque pæne consumptum, hominem amplexus, nihil est, inquit, Simon, quod timeas, sanabere, atque ita convaluit. *Testes*, inquis, *sunt ipsi Jesuitæ: Quis igitur neget, rem ita se habere?* Testis hujus rei est Petrus Faber, qui interfuit, & Jacobus Laines, qui id ex Fabro intellexit; & ipse Simon Rodericus, qui hoc Ignatii beneficium, quoad vixit, prædicavit: *Sed isti*, inquis, *omnes sunt Jesuitæ.* Mirum, ni hujus rei testes Calvinistas postules: num istos ideo, ut suspectæ fidei repudias, quia fuerunt socii seu filii Ignatii? At quis meliùs & certiùs nôsse potest, quid parens egerit, quàm filii, in ejus convictu & consuetudine educati? Qui, quæso, fuerunt, qui testimonium de Christi miraculis dixerunt? An non discipuli Christi? Et qui ipsi non viderunt; an non testati sunt, se ea didicisse ab his, qui oculis suis singula conspexerunt? An non ipse Christus, eo potissimùm fine D. Paulo apparuit, ut idoneus resurrectionis testis esset, ut & ipsi fidei conciliandæ causa, dicere liceret: *An non & ego Dominum vidi?*

S. Lucæ cap. 1.

G Quæ S. Hieronymus de S. Hilarione, quæ S. Athanasius de Magno Antonio memoriæ prodiderunt, nónne ea potissimùm à discipulis & familiaribus S. Hilarionis & S. Antonii acceperunt? Hic quoque in Miseno Celsum audire videor, qui de Spiritus sancti sub imagine columbæ descensu ajebat: *Quis hanc visionem vidit, qui fide dignus sit? Quis audivit vocem cælo adoptantem te Deo filium, præter te unum, & alterum quempiam ex sociis tibi sceleris pariter atque supplicii?*

Orig. lib. 1. contra Celsum.

H Nunc ad tertium, ut tu vocas, *miraculum* venis: quod nolo tuis, sed Ribadeneiræ verbis referre, ita ergo ille: Bassani erat Antonius quidam natione Italus, qui in edito colle extra oppidum, ubi templum quoddam sancti Viti est, & jucundissimus amœnam vallem fluminis Meduaci irrigantis prospectus, solitariam vitam colebat. Erat autem Antonius vir senex & grandævus, priscæ severitatis, illiteratus quidem, sed candidus & insigni sanctitatis opinione, qui moribus, & etiam ipso aspectu Magnum illum Antonium nobis, aut Hilarionem aliquem referebat. Novi ego ipse postea hominem. Hic Antonius, cùm Ignatium nihil eximium præ se ferentem haud magni faceret, imò verò in

A corde ſuo imperfectum duceret: Orationi aliquando impensè deditus, ipſum per ſpeciem, Domino demonſtrante, virum excelſum atque admirabilem eſſe cognovit, & ad multorum ſalutem de cœlo demiſſum: cœpitque illum pudere ſui, ſéque ac ſuum judicium graviter reprehendere, ſicut ipſemet poſtea faſſus eſt. Simile quid ſancto Ephræmo Syro accidiſſe fertur; cùm minùs honorificam opinionem de Baſilio magno habuiſſet. Hîc Miſenus; *Species illa quæ fuit, per quam Dominus demonſtravit talem eſſe Ignatium?* Quaſi verò neceſſe ſit omnem illam ſpeciem eſſe fabuloſam, quæ in ſpecie à ſcriptore non exprimitur. Inſignem ſpeciem fuiſſe oportuit, qualiſcunque tandem fuerit; cùm Ignatii excellentiam & ſanctitatem hæſitanti eremitæ patefecerit. Quòd ſi speciem illam tam diſtinctè deſcripſiſſet Ribadeneira, quàm diſtinctè deſcripſit illam Ephræmo oblatam Amphilochius, tu tam diſtinctè mentitus & calumniatus eſſes, quàm diſtinctè nunc mentiris & calumniaris.

Amphiloch. in vita S. Baſil.

B Addis: *exprimatur itidem, in quo Italiæ territorio ille eremita vixerit, quod cognomentum habuerit:* An non hoc expreſſit Ribadeneira? An non ait, *vixiſſe Baſſani in edito colle, extra oppidum, ubi templum quoddam S. Viti eſt, & jucundiſſimus amœnam vallem fluminis Meduaci irrigantis proſpectus?* An tam cæcus es, ut Baſſanum, & territorium Baſſanenſe, certúmque ejus, definitúmque locum non videris? Nam de cognomento quòd expoſtulas, poteris eodem jure expoſtulare cum S. Athanaſio & D. Hieronymo; cum illo, quòd Antonii: cum hoc, quòd Hilarionis cognomentum non expreſſerit. *Annum* itidem deſignari vis & *menſem & diem:* Annum inveniſſes, ſi numerare vel voluiſſes, vel potuiſ-
C ſes. Accidit enim hoc anno Domini 1537. Ut menſem & diem exprimat Hiſtoricus, ſæpiſſimè non neceſſarium eſt; aliquando ſupervacaneum. An non tu ipſe, qui hæc omnia tam anxiè contra morem hiſtoriæ exigis, hac ipſa pagina & nomen & cognomen & patriam & locum, uno verbo, omnia ejus reticcs, quem dicis omnibus Jeſuitis teſtimoniorum fidem & religionem ademiſſe, cùm tamen ad fidem faciendam vel maximè referat ſcire, quidnam hominis ille ſit, cui Jeſuitæ adeò omnis fidei ſunt expertes.

D Sequitur quartum, ùt appellas, miraculum. Quidam ex decem primis patribus ad Antonium Eremitam ſe conferre ſtatuerat, ut, num ſatius eſſet vitam ſolitariam ducere, an inter homines agere, cum eo deliberaret: ſed prohibitus eſt viro quodam terrifici aſpectûs, cui ſtrictus in manu gladius, ſibi occurrente, & ne progrederetur, impediente. *Nemo negaverit,* ait Miſenus, *fuiſſe Angelum. Angeli autem boni & mali: de bonis non legimus eos apparuiſſe aſpectu terrifico. Ergo proculdubio malus fuit.* Quid? An quia tu

E non legiſti, qui nihil legiſti; ideo nemo legit, Angelos bonos terribili aſpectu apparuiſſe? An non Angelus bonus fuit, quem vidit *Balaam ſtantem in via evaginato gladio?* Nónne Angelus bonus fuit, quem vidit David *ſtantem inter cælum & terram, & evaginatum gladium in manu ejus, & verſum contra Hieruſalem*, qui Davidem ita perterrefecit, ut non *prævaluerit ire ad altare*, ait Scriptura; *nimio enim fuerat in timore perterritus, videns gladium Angeli Domini.* Abi ergo cum tuo illo *proculdubio*, quod quotieſcunque promis, toties proculdubio mendacium promis.

Num. 22. 2. Reg. 24. 1. Paral. 24.

F Cæterùm non contentus hoc argumento hiſtoriæ fidem debilitaſſe; eandem nunc longè validiore tormento proſternit ſcilicet; *Ut dicam, quod ſentio,* inquit, *fabuloſa mihi videtur tota narratio.* Quis ergo ampliùs dubitet? Miſenus ſic cenſet, ſic ſentit, ſic vult; ſic jubet. Eſt ergo fabuloſa tota illa narratio. Quare verò fabuloſa? Conficta, inquit, eſt, ad pueros terrendos, ne à Jeſuitis diſcedant. Agnoſco & hîc Celſi diſcipulum, niſi quòd ille criminabatur terriculamenta quædam à Chriſtianis adhiberi, ut alios capiant: hic à Jeſuitis, ut captos retineant. *Qualibus verſutiis, & ficititiis terriculamentis vulgus attrahamus, ùt Celſus temerè objicit; Proferat, qui vult,* inquit Origenes, *niſi fortè quod de Judice, déque hominibus in eo judicio rationem factorum ſuorum poſtulandis docemus, aſtruentes id variis modis, vel ſcripturarum auctoritate vel argumentis probabilibus, id iſte habet pro terriculis ficititiis.* De eodem alibi idem Origenes: *Celſus putat nos ad obſtupefaciendum vulgus hæc fingere; quaſi neceſſariò pœnæ peccatorem maneant. Quapropter confert nos cum quibusdam proferentibus ſpectra & terriculamenta in Bacchanalibus.*

Orig. lib. 2. contra Celſum.

Orig. lib. 4. in Celſum.

G Capite decimo exponitur, quomodo patres Academias Italiæ inter ſe diſtribuerint & adiérint. Ubi Miſenus; *nihil aliud egerunt, quàm quod agyrtæ facere ſolent, in publicis plateis venales proſtituerunt ſuas ſuperſtitiones.* Si concionari, populúmque in publicis plateis erudire agyrtarum munus eſt, non effugies, quócunque te verteris, quò minùs Chriſtus & Apoſtoli ſint agyrtæ & circumforanei, præſertim S. Paulus, qui cùm Athenis eſſet, non modò diſputabat cum Judæis in Synagoga, ſed & *in foro* (en circumforaneum) *per omnes dies ad eos, qui aderant.* Aderant autem præter cæteros & *Epicurei & Stoici Philoſophi.*

Act. 17.

CAPUT IV.

Diluuntur cavillationes Miſeni in caput undecimum & duodecimum.

H IN capite undecimo, inquit Miſenus, *præparat ſe Ignatius ad idolum Maozim:* ita enim blaſphemus ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium nominat: Sed hanc Lutheranorum & Cal-

A & Calvinianorum blaſphemiam refutavit jam dudum Bellarminus, oſtendítque, miſſam nihil, Hæreticorum autem perfidiam multum cum idolo illo Mahuzim commune babere. *Initium præparationis*, ait Miſenus, *eſt Idololatria.* Quia videlicet Ignatius Beatiſſimam Virginem Mariam perpetuò obſecrabat, ut ipſum apud filium ſuum in gratiam poneret: En idololatriam, quam ab Ignatio, abſit, ut amoliar, quando illam cum tota antiquitate communem habet, exceptis tamen illis, quos tota orthodoxa antiquitas tanquam ſceleratos Hæreticos deteſtata eſt. Ex quorum numero Vigilantius, Eunomius, & cæteræ de genere eodem peſtes.

Bellar. lib. 1. de Miſſa cap. 1.

B *Appellat*, inquit Miſenus, *Mariam cæli januam; ita falſum eſt, quòd Chriſtus ſe eſſe januam dixit.* Si in proprio *januæ* ſignificato nimis hæreas, nec Chriſtus, nec Chriſtipara janua eſt: ſi animum ad metaphoricum ſenſum transferas, & Chriſtus & Maria janua eſt: primaria Chriſtus, ſecundaria D. Virgo, ùt & alii cœlites, quorum ope & precibus in cœleſte regnum introducimur, qui nobis hoc ipſo *januæ* loco ſunt, quòd interceſſione ſua apud DEUM aditum ad ſempiterna illa gaudia nobis patefaeiunt; oec eſt, quòd aliam notionem in hoc *januæ* vocabulo quæras. Evaneſcit ergo tua illa cavillatio: *Forte Jeſuitis duæ cæli januæ pateſcunt:* non duæ modò, ſed & tot, quot deprecatores habemus apud Deum: Calviniſtis *noctes atque dies patet atri janua ditis;* quia januas cœli ſponte ſua, vel potiùs malitiâ ſuâ ſibi occludunt.

C Adjungis. *Ita præparatus Ignatius denuo illuſtratur, ſed non ita copiosè, ùt Manreſæ.* Recitas, quid tu fingas, non quid Ribadeneira ſcribat. Ait enim, Ignatium Venetiis, Vicetiæ, aliis in urbibus & in via Romam adeò mirabiles illuſtrationes habuiſſe, ut reſtitutus ſibi in eum ſtatum videretur, quem Manreſæ habuiſſet. Hoc aliud, niſi fallor, eſt, quàm quod tu nobis occinis. Ex omnibus unam illuſtrationem ſeu apparitionem maximè illuſtrem recenſet Ribadeneira his verbis: Accidit, cùm ad urbem appropinquarent, ut in templum deſertum, & ſolum ingreſſus, D oraret ardentiùs. Ibi mutatum prorſus cor ejus eſt, oculíque mentis clariſſima luce colluſtrati ita ſunt, ut perſpicuè videret, quomodo Deus Pater, Deo Filio crucem geſtanti, Ignatium ſociόſque peramanter commendaret, in ejúſque dexteram invictam & patrocinium traderet. Adverte Lector, quàm firmis rationibus miraculum hoc evertat Miſenus. *Hæc*, inquit, *vera eſſe credam, Jeſuita, ſed hac conditione, ut in mei gratiam vos viciſſim credatis, veras eſſe Metamorphoſes Ovidianas.* Alterum argumentum. *Jeſuitæ profectò nos habent pro brutis pecudibus, quibus ejusmodi nugas quaſi pabula objiciant.* Quæ eſt iſta Miſeni refutandi ratio? Quæ calumniandi libertas; imò importunitas? Quid hoc refellendi genere non refelletur, ſi ſatis ſit hiſtoriæ alicui appoſuiſſe talia convicia, qualia tu relationi Ribadeneiræ apponis? Suprà docui te, quomodo, teſte S. Paulino, cujus corrigiam calceamentorum tu indignus ſolvere, naufrago cuidam catechumeno apparuerit *Chriſtus cum cæleſti Angelorum militia;* nec apparuerit modò; ſed & vice & munere navarchi functus navim ex ſævis ponti fluctibus ereptam ad optatum portum applicârit: tu vel tui ſimilis calumniator, nihil credere ſolitus, niſi quod libet, hoc ſcholium adjiciat; *Hæc vera eſſe credam, Pauline, ſed hac conditione, ut in mei gratiam viciſſim credas, veras eſſe Metamorphoſes Ovidianas:* Et; *Paulinus profectò nos habet pro brutis pecudibus, quibus ejusmodi nugas quaſi pabula objicit:* an ob id fidem narrationi Paulini detraxerit? An non potiùs criminandi ſummam licentiam & impudentiam prodiderit? E

Refert Sulpitius Severus, Deiparam Virginem, Apoſtolos Petrum & Paulum, alióſque cœlites ſæpius cum B. Martino colloqui conſueviſſe; quod à diſcipulis illius cùm non ſemel obſervatum eſſet: tandem ipſum beatiſſimum virum aggreſſi ſunt, ut ex ipſo intelligerent, num res ita ſeſe haberet. Rem his verbis recenſet Sulpitius: *Poſt duas ferè horas ad nos Martinus egreditur: ac tum eum iſte Sulpitius (ſicut apud eum nemo familiariùs loquebatur) cæpit orare, ut perquirentibus indicaret, quid illud divini fuiſſet horroris, quod fatebamur nos ambo ſenſiſſe, vel cum quibus fuiſſet in cellula collocutus: tenuem enim nos licet, & vix intellectum ſermocinantium ſonum pro foribus audiſſe. Tum ille diu multúmque cunctatus, (ſed nihil erat, quod ei Sulpitius non extorqueret invito) incredibiliora fortè dicturus ſum, ſed Chriſto teſte, non mentior: niſi quiſquam eſt tam ſacrilegus: ut Martinum æſtimet fuiſſe mentitum) Dicam*, inquit, *vobis ſed vos quæſo nulli dicatis: Agnes, Thecla, & Maria mecum fuerunt; referebat autem nobis vultum atque habitum ſingularum. Nec verò illo tantùm die, ſed frequenter ſe ab eis confeſſus eſt viſitari: Petrum etiam & Paulum Apoſtolos videri à ſe ſæpius non negavit.* Hæc Sulpitius: Quid facilius, quàm ut calumniator quiſpiam Miſeno ſimilis, hæc, quæ Sulpitius memorat, transformationibus Ovidianis annumeret: Sed num propterea apud prudentes Lectores, & qui rem non odio; ſed juſtis momentis ponderant, narrationem Sulpitii ſuſpectam aut falſam reddet? F G

Sulpit. de dialog. 2.

H Deinde quæro ex te Miſene, cur hæc hiſtoria videatur tibi fabula? An quia nulla ſimilis in tota antiquitatis memoria reperitur? Atqui multæ non modò ſimiles inveniuntur, ſed & longè mirabiliores, & in primis illa, quam memoriæ prodidit Paulinus. An conjicis apparitionem hanc eſſe commenticiam ex contrario eventu? Atqui eventus graviſſimi negotii, planè is fuit, qui in hac appari-

A tione prædictus memoratur: cùm enim JEſus Patres ſibi à cœleſti Patre commendatos in ſe recepiſſet; blando placidóque vultu, ùt erat in cruce, ad Ignatium converſus: *Ego*, inquit, *vobis Romæ propitius ero.* An non Romæ & in toto terrarum orbe Ignatio ſociiſque propitius fuit? Nónne Ignatius & ſocii difficillimis temporibus, non modò inter Catholicos; ſed & in medio veſtri cœtus, hoc eſt, inter hæreticos ipſos, collegia, templa, gymnaſia erexerunt; quantumvis vobis licèt gementibus & frendentibus: idque non in una aut altera provincia duntaxat; ſed quà patet orbis Chriſtianus, imò & ultra Chriſtiani orbis fines, intra tam paucos annos? An non hæc ſunt evidentia promiſſionis illius divinæ argumenta? An non hæc unica Societatis propagatio ſatis indicat, apparitionem illam & pollicitationem non fuiſ-
B ſe vanam, nec ab Ignatio fictam: qui ſi illam doli ſtruendi, aliósque in errorem inducendi gratia finxiſſet; auſim dicere, nunquam futurum fuiſſe, ut tantis ſucceſſibus, vobíſque Calvinianis & Lutheranis tam invidendis, augeretur hæc Societas. Filius Dei, JEſus crucifixus, hoc tam impudens mendacium, impunitum non reliquiſſet; ſed tam Ignatii, quàm ſociorum conatus ubique, jure optimo, irritos reddidiſſet. Tu tamen Miſene planè contrarium accidiſſe vides, nec vides tantùm, ſed doles. Cur non igitur vel hoc unico argumento, velut ad ipſam veritatem manu ductus, fateris id publicè, quod forſan occultè, velis, nolis, fateri te cogit tua conſcientia? Ex eventu, ex exitu poſſumus præter cætera, rei veritatem colligere, eventus favoris cœleſtis Ignatio promiſſi, in propatulo eſt, quid tergiverſaris? quid noctuæ inſtar ad ſolis lumen cæcutis?

C Quòd ſi incredibile tibi videtur Chriſtum cum cruce apparuiſſe Ignatio, eáque de cauſa totum factum negas; quid ages de S. Porphyrio, viro ſanctiſſimo, Epiſcopo Gazæ, æquali Chryſoſtomi, cui Chriſtus non modò cum cruce, ſed & in cruce viſus eſt. Hiſtoriam his verbis ſub perſona S. Porphyrii commemorat Marcus ejus diaconus, ſociúſque laborum, quos magnus ille Antiſtes exantlavit, traducendis ad Chriſtianam religionem Ethnicis, delubríſque evertendis:

Marcus Diaconus in vita S. Porphyrii.

Quadraginta abhinc diebus, cùm ego eſſem in Vigilia S. Dominica, me invaſit dolor, quem cùm non poſſem ferre, ivi & recubui prope ſan-
D *ctam Calvariam: & cùm præ magno dolore eſſem veluti in ecſtaſi, video Servatorem clavis affixum in cruce, & unum ex latronibus cum ipſo pendentem in alia cruce, & incipio clamare, & dicere vocem latronis: Memento mei Domine, quando veneris in regnum tuum. Reſpondens autem Servator, dixit latroni pendenti: Deſcende de cruce, & ſerva illum, qui recumbit, quia tu quoque fuiſti ſervatus. Latro verò deſcendens de cruce, me complexus fuit, & deoſculatus: & porrecta dextera me fecit ſurgere, dicens: Veni ad Servatorem; & ſtatim ſurrexi,* E
& cucurri ad eum, & video ipſum deſcendiſſe de cruce, & mihi dicere: Accipe hoc lignum, & ſerva. Cúmque accepiſſem, & portâſſem hoc precioſum lignum, ſtatim ad me redii ab ecſtaſi, & ab ea hora nullus dolor mihi fuit ampliùs, neque apparuit locus morbi.

F Exere & hîc tua, Miſene, maledicta, illúdque Calvinianæ manſuetudinis intona: *ad crucem & rotam cum deceptoribus illis;* quæ nobis imprecaris, ea ſolùm de cauſa, quia Ribadeneira teſtimonio Jacobi Laines Præpoſiti Societatis noſtræ, & Ignatii in illo itinere comitis, viſionem hanc comprobavit. At cujus teſtimonio vis eam comprobari? Ignatii fides apud te dubia eſt, imò nulla. Fides Jacobi Laines, & Petri Fabri ſociorum Ignatii nihil ponderis apud te habet. Ribadeneiram rejicis, nemo alius interfuit; nemo viſionem hanc, niſi ex ipſo Ignatio ſcire potuit. Quos ergo teſtes deſideras? An vis, ut ipſe Pater cœleſtis cum Filio ad te deſcendat, tibíque rem ita geſtam eſſe teſtificetur, quorum teſtimonia num admitteres, ego ſanè valde dubito; cùm enim Calvinianus ſis, credere non poſſes, convenienter tuis dogmatis, illum eſſe Chriſtum, qui tecum loqueretur, quandoquidem *cœlo capitur*, ùt vos loquimini: hoc eſt, captivus tenetur, nuſquam extra cœlum præſens. Quæro ex G
te, undénam ſanctus Paulinus didicerit, & ex cujus ore ſcriptis prodiderit, admirandam illam Chriſti apparitionem catechumeno factam? An non ex ore ipſius catechumeni? Ergo ſi Ignatius hanc viſionem commemorâſſet non Jeſuitis, hoc eſt, comitibus ſuis; ſed externis, tum demum aſſenſus fuiſſes; tum demum te hiſtoriam non *Plauti pſeudolum* lectitare cogitâſſes. Mirabar hactenus, te mendaciis, falſitatibus & dolis adeò abundare; nunc, poſtquam, te indice, intelligo, te tam diligentem Pſeudoli lectorem eſſe, mirari deſino, Miſenum in Pſeudolum commutatum, adeò, ut nullus in te ſit candor, nullus pudor, frons nulla, totus denique ψεῦδος εἶ καὶ δόλος, judice me, cruce dignus & rota, ut tua tibi verba reponam.

Caput duodecimum continet Ignatii duorúmque Comitum ingreſſum in urbem. Ro- H
mæ ergo Faber ſacram Scripturam, Laines ſcholaſticam Theologiam explicare cœpit: *Nota*, inquit Miſenus, *Romæ duplicem eſſe Theologiam:* imò non modò Romæ; ſed & Ingolſtadii & Dilingæ, & Herbipoli, & Moguntiæ, & Coloniæ, & Lovanii, uno verbo, ubicunque Calvinus aut Lutherus non eſt, ibi duplex Theologia eſt, non natura & eſſentia; ſed docendi ratione & forma, quarum altera ad captum plurium accommodatior; altera ſubtilior & accuratior, & ſupra captum Calviniſtarum & Lutheranorum; quamvis non ſupra convicia. Quò enim hæc illorum ſpicula non penetrant?

Igna-

A Ignatius Romæ concionibus habendis insudavit, & spiritualibus exercitiis nonnullos excoluit, & in his Doctorem Ortizium Caroli Cæsaris legatum; qui *novam quandam Theologiam* usu illarum meditationum sese addidicisse ferebat. Ubi Misenus: *accedit jam tertia Theologia ad duas superiores.* Tertia est, non natura & essentia; sed modo & forma, qua tradi consuevit: Utinam, Misene, versatior esses in hac Theologia; cujus objectum *Christus crucifixus*; seu, *nosse Deum, & nosse seipsum.* Quàm præclarè faceres, si relicto Pseudolo huic Theologiæ, *corde contrito & humiliato* operam aliquam navares. Sed quid hæc surdis auribus?

B Pergamus. *Putabam nos*, inquis, *quasi è mendaciorum colluvie emersisse, sed video nos iterum in eandem delabi.* Vitio tuo id accidit, Misene, qui mendacia mendaciis accumulas, recens & integer post vetera semper ad nova. Ait Ribadeneira: Dum in monte Casinate Ignatius est, Hozius Patavii excessit è vita: Qui cùm nigellus esset ac deformis, tantum decoris ejus mortui ori splendorisque additum est, ut animum Codurius satiare illius non posset aspectu, nullum intuendi illum finem faceret; magna animi lætitia, lachrymarúmque abundantia. Hæc

C Ribadeneira. At Misenus: *Si quis huic rei*, inquit, *fidem deroget, cum illo ego non litigabo.* Scribit S. Hieronymus, S. Hilarionem decimo ab obitu mense repertum & translatum esse *illæsa tunica, cuculla, & palliolo, & toto corpore, quasi adhuc viveret, integro, tantisque fragrante odoribus, ut delibutum unguentis putaretur.* Si quis huic rei fidem deroget, cum illo etiam non litigabis: ùt nec ego cum illo, qui credet, nulli unquam Calvinistæ evenisse id, quod evenit Hozio; nec Hozio soli, sed & aliis interdum virtute & morum innocentia præstantibus viris: quorum gloriam DEUS aliquando his ad corpus redundantibus notis pulchritudinis declarare voluit. Sulpitius de S. Martino, ubi jamjam exspirâsset: *Testati nobis sunt, qui affuerant, jam exanimo corpore glorificati hominis vidisse se gloriam: vultus luce clarior renitebat, cùm membra cætera ne tenuis quidem macula fuscaret.* (Sulpic. epist. 3.)

D Porrò Hozii animam clarissima luce circumfusam, in cœlúmque penetrantem visam esse ab Ignatio, testatur Ribadeneira: & quidem in monte Casinate, ubi olim divus Benedictus, teste S. Gregorio, Germani Capuani Episcopi animam in Sphæra ignea ab Angelis in cœlum ferri aspexerat. (S. Greg. lib. 2. Dialog. cap. 35.) Hic, Misenus, relicto Ribadeneira, impetum facit in Gregorium Magnum, tanta sanctitate & eruditione virum, ut, quisquis eum mendacii vel imposturæ arguit, is non nisi mendax, vanissimúsque impostor ab omnibus haberi & proclamari debeat. Primùm *quæri posset*, inquit Misenus, *an verè Gregorius hoc scripserit; quem notum est à superstitione non fuisse planè alienum, & valdè liberalem in ejusmodi fabulis.* Quis jam miretur, Ribadeneiram tot E calumniis onerari à Miseno; cùm pro Calviniana sua modestia ne Gregorio quidem Magno parcat? At quali & quanto? Quis miretur, Misenum pertinaciter & impudenter negare miracula Ignatii; cùm rejiciat miracula S. Benedicti ante mille & ampliùs annos in Ecclesia Christiana summa sanctitatis opinione florentis? Quòd si Gregorius Magnus ideo superstitiosus & fabulosus est; quia visionem illam S. Benedicto divinitus oblatam scriptis consignavit: Oportet profectò & S. Hieronymum & S. Athanasium insignes fabulatores fuisse; quippe qui simile quiddam de S. Antonio scriptum reliquerint, sine ullius fabulæ suspicione, donec Lutherani & Calviniani fabulatores, infausto sidere, sunt exorti.

Sed probat Misenus, fictitium esse, quod F sanctus Gregorius de S. Benedicto scribit: *Quia inter fabulas etiam referri potest hæc, quæ narrat, Solitarium quendam, magnæ virtutis virum, apud Liparas habitantem, qua die Theodoricus Gotthorum Rex excessit, Gottho cuidam nobili dixisse: visam à se Regis Theodorici animam, quæ à Joanne Pontifice, & Symmacho Patricio in ollam Vulcani (sic vocârunt Æoliarum insularum voragines) mergenda portaretur.* (D. Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 30.) Totus nervus tuæ argumentationis consistit in hac collectione. Hæc narratio Gregorii de anima Theodorici Regis fabulosa est: Ergo & illa de anima Germani Capuani. At si ego dicam: Hæc narratio de anima Theodorici Regis verissima est: ergo & illa de anima Germani Capuani; quomodo me refelles?

Animæ, inquis, *& Angeli non possunt videri*: falsum igitur est, quod Gregorius tradit. G Huc enim tendunt tua illa verba: *Deinde quæri potest, an animæ defunctorum & Angeli cerni possint, & qua forma?* Quid? dubitas, an Angeli videri queant? An non Jacob Patriarcha Angelum facie ad faciem vidit? An non Angelum vidit Balaam? An non Angelum vidit Manue, & alii in libris Judicum? An non Angelum vidit David, Tobias, Zacharias, D. Virgo, alii innumeri? Sed quæris de forma. Lege sacras litteras, &, qua forma Angeli apparuerint, cognosces. Qua forma, nisi aspectabili? Si Angeli corporis expertes sub sensum cadere possunt, assumpta visibili forma, cur non & animæ sub simili forma oculis repræsentari possent?

Vidit beatus Antonius animam S. Pauli H Eremitæ ad cœlos subvolantem, ùt testatur sanctus Hieronymus. Vidit idem Antonius animam Ammonis Monachi ad eadem gaudia proficiscentem; ùt auctor est S. Athanasius, qua forma, nisi visibili? non quòd anima natura sua oculis sit conspicua; sed quia conspicua fit Angeli instar, in ea, qua, ut ita dicam, amicitur forma. Sed præstat audire ipsum S. Hieronymum hæc de Antonio ad S. Paulum proficiscente memorantem: *cùm dies altera illuxisset, & trium jam dierum spatio*

viam

A *viam remeavisset, vidit inter Angelorum choros, inter Prophetarum & Apostolorum populos, niveo candore Paulum fulgentem in sublime conscendere: Et statim in faciem suam procidens sabulum capiti superjaciebat, plorânsque & ejulans ajebat: Cur me Paule dimittis? Cur insalutatus abis?* En hîc non unam Pauli animam, sed plures simul visas audis, unà cum Angelorum choris. Historiam de anima Ammonis paulò pòst dabo.

B Adjungis: *Qua re probat Ignatius, se hoc dono divinitus ornatum, ut possit non solùm oculis videre animas, sed etiam discernere?* Eodem modo animam Hozii agnovit & discrevit, quomodo S. Antonios animam Pauli eremitæ, & animam Amnonis Monachi agnovit, & ab aliis discrevit: & eo modo, quo S. Benedictus animam S. Germani Capuani Episcopi agnovit, per internam videlicet revelationem & inspirationem, vel per externam speciem ad id notificaodum aptam: Addis: *Fertur quidem, ut Sozomenus scribit, Ammonis defuncti animam ab Antonio Eremita in cœlum deferri visam: sed quia Sozomenus ab aliis narrata refert, nec Auctorem indicat; in dubio videtur historiam illam relinquere.* Quia tam impudens es, ut propter illud *fertur*, certissimam historiam audeas facere incertam, agedum proferamus duos auctores, qui historiam istam sine tuo *fertur*, recensent: Quorum alter Socrates, *Ammonis animam*, inquit, *post mortem ab Angelis in cœlum sublatam, Antonius, qui iisdem vixit temporibus, vidit, quemadmodum ab Athanasio Alexandriæ Episcopo in ejus vita commemoratum est.* Athanasii locus à Socrate citatus est iste: *Alio tempore cùm sederet Antonius in monte, & oculos tetendisset in cœlum, vidit animam lætantibus in ejus occursum Angelis ad cœlum pergere: cujus spectaculi novitate stupefactus, beatum dixit Sanctorum chorum, oravitque, ut sibi præsentis agnitio panderetur. Et statim vox ad eum facta est, inquiens, istam esse Ammonis Monachi animam, qui Nitriæ morabatur.* Habes ergo, animas & videri posse, & visas esse. Si plures desideras, consule S. Gregorium, qui hujus generis plures apparitiooes memoriæ prodidit.

Sozom. lib. 3. cap. 14.

Socrat. lib. 4. cap. 18.

S. Greg. lib. 4. Dialog.

C Quare, quòd Plato & Plutarchus, quorum testimonia producis, ajunt, animas sensu non compreheodi, id de animabus præcisè, secundùm substantiam suam spectaris intelligendum est: non de animabus forma aspectabili repræsentatis. Quòd si contendas, animam, ne externa quidem forma indutam, in oculos incurrere posse; tum vide, quo pacto Angelorum apparitiones, quæ in sacris litteris continentur, defendere vel potiùs eludere velis.

D Nec semel tantùm Ignatius, sed secundò Hozii animam vidit; nam cùm rei sacræ daret operam, & in generali confessione (quæ ante Missam præmittitur) ad illa verba pervenisset (*& omnibus Sanctis*) magnum Sanctorum numerum fulgentem gloria ante oculos positum vidit: inter quos & Hozius aderat, splendore, quàm reliqui, habitu, gloriáque multo illustriore. *Hæc*, inquit Misenus, *vanissimè exponuntur, & ea impudentia, quæ vix in hominem cadit.* Transfer hæc verba ad te, Misene, & vera confitebor. Quæ enim major impudentia, quàm quidvis, eo solùm nomine, impudentiæ & mendacii arguere; quia nolis credere, non allata ulla vel in speciem probabili ratione, quare nolis credere? Qua quidem ratione, nihil est tam firmum, nihil tam testatum sanctúmque, quod non inficiari queas. Refert sanctus Ambrosius apparitionem quandam B. Agnetis parentibus factam his verbis. *Dum parentes D. Agnes assiduis pernoctationibus vigilarent ad tumulum ejus, vident in medio noctis silentio exercitum virginum, quæ omnes auro textis cycladibus indutæ cum ingenti lumine præteribant. Inter quas vident beatissimam Agnem simili veste fulgentem, & ad dexteram ejus agnum nive candidiorem. Hæc itaque dum viderent parentes ejus, & qui simul erant, stuporem mentis incurrunt. Sed beata Agnes rogat sanctas Virgines parumper gradum figere: Et stans parentibus suis dixit: Videte, ne me quasi mortuam lugeatis, sed congaudete mihi, & congratulamini, quia cum his omnibus lucidas sedes accepi, & illi sum juncta in cœlis, quem in terris posita tota animi intentione dilexi. Et his dictis pertransiit.* Quid, Misene, contra Ignatii visionem garrire potes, quod non pari petulantia adversùs hanc à tanto viro conscriptam visionem objicere queas, si tibi impudentem esse libeat; quando autem non libet?

E

S. Ambros. serm. 90.

F

G Quòd verò Ignatius Hozium præ cæteris splendore ootabilem & eximium conspexit; id non accidit, quòd cæteris, qui apparuerant, cœlitibus beatior esset, sed quia Deus hunc novum cœli indigenam, Ignatio supra reliquos gloria & hoaore coruscantem, saltem quoad speciem externam demonstrare voluit; ídque ideo, quia Ignatio notus fuerat, & quia æquum erat, ut, qui jam primùm cœli quasi possessionem acceperat, peculiare itidem aliquid præ se ferre videretur: quasi tota illa apparitionis pompa in illius & Ignatii gratiam fuerit instituta. Quocirca beatus quoque Antonius licèt Angelos, Prophetas & Apostolos Pauli Eremitæ animam ad cœlum deducentes vidisset, ipsum tamen Paulum præ cæteris niveo candore fulgentem conspexit, ùt Auctor est sanctus Hieronymus. Nec mirum: Ipse enim quasi sponsus ad cœlestes illas nuptias introducebatur. Ipsius gratia totum illud sacrum agmen processerat.

H *Sed hic*, inquis, *latet quoddam mysterium, quod me pene effugerat.* Magnum certè mysterium oportet fuisse, quod te fugerit, præsertim si mysterium iniquitatis & mendacii fuit; horum enim mysteriorum nimis quàm gnarus es, quod perspicuè demonstrans hæc

tua

A tua verba: *Narratio illa de Hozio hanc vim habet, ut intelligamus Jesuitarum animas, simul atque corporibus excedunt, rectà in cælum ferri, non in purgatorium.* Mi Misene, nihil minùs hæc historia indicat: sed hoc tantùm; Omnes illos, qui Hozii sunt, à purgatorio liberos rectà ad cœlum evolare. Utrum autem omnes sint Hozii, non arbitror tibi notum esse, sed Deo.

CAPUT V.

Refutatio calumniarum in caput decimum tertium, & reliqua usque ad decimum octavum.

B IN capite decimo tertio deliberatur Romæ à Patribus de Societate constituenda. Ante deliberationem, inquit Ribadeneira, concionibus habendis populum erudiêrunt, quibus effectum est, ut populus longo intervallo ad confessionis atque Eucharistiæ Sacramenta piè frequentanda moveretur. Hic Misenus: *Ergo antequam Jesuita Romam venerunt, Sacramenta ita piè frequentata non fuerunt, & quidem longo intervallo, id est, multorum annorum spatio; Interim tamen Roma ab omnibus aliis gentibus pietatis norma petita, ubi nulla pietas fuit, testibus ipsis Jesuitis.* Libenter testimonia Jesuitarum accipis, cùm tibi vel contra ipsos Jesuitas, vel contra Romam Romanámque sedem facere videntur. Cur non eorundem testimoniis fidem adhibes, cùm vel pro Jesuitis, vel pro Sede Apostolica faciunt? Deinde Ribadeneira non dixit: aut si dixisset, tuo more, id est, falsò dixisset: *Romæ nullam fuisse pietatem ante nostrorum patrum conciones.* C Cur ergo tu auctori affingis, quod ei nunquam in mentem venit? Aliud est Sacramenta Eucharistiæ & Confessionis non fuisse piè frequentata; aliud, Romæ nullam fuisse pietatem: prius asseruit Ribadeneira; posterius tuum figmentum est. Aliud est Sacramenta semel vel iterum quotannis suscipere; quod Romæ perpetuò fiebat, cum pietate & reverentia debita; aliud, piè frequentare, hoc est, octavo quoque die, aut decimo quarto, aut singulis mensibus, aut festis potioribus ad Confessionis & Eucharistiæ mysteria accedere: quem morem, si nostri concionibus suis denuò instaurârunt, rem videlicet longè saluberrimam, cunctisque fructuosissimam, & priscæ Ecclesiæ consuetudini consentaneam instaurârunt.

D Addis. *Auricularis illa confessio, si necessaria judicata ad salutem, cur cum animarum dispendio tot seculis intermissa? si habita ἀδιάφορος, cur Roma neglecta, & alibi homines Christiani ad eam adacti?* Nunquam intermissa est Confessio aut Romæ, aut alibi, sed frequens & liber, hoc est, nullo præcepto susceptus Confessionis usus. Confitebantur homines, quando id vel divinum vel humanum præceptum exigebat; sed non frequentabant hoc Sacramentum, iis temporibus, E quibus id jus divinum vel humanum non præcipit. Quare Patres illi non confessionem, quæ nunquam intercidit; sed Confessionis frequentem usum reparârunt. Nec alibi quisquam aliter ad Confessionem adigitur, quàm Romæ. Idem enim de Confessione mandatum acceperunt omnes tam Romani, quàm Germani.

F Quòd autem ais, *Confessionem auricularem neque esse juris divini, neque fuisse in usu Ecclesiæ temporibus Apostolorum, & hos secutorum patrum*, id videlicet faciliùs asseris, quàm probas. Errorem hunc, si te veritatis cognoscendæ cupido tenet, facilè tibi eripient Bellarminus & Gregorius de Valentia, ex quibus etiam disces, quàm verè hic affirmâris, *Confessionem nihil facere ad remissionem peccatorum; ipsis Decretis Pontificiis attestantibus.* Ubi & quænam ista sunt decreta Pontificia? Fortè intelligis canones à Gratiano de pœnitentia d. 1. contra necessitatem confessionis productos? At nullum esse ex omnibus canonibus, quos Gratianus citat, qui necessitatem confessionis neget, ostendit jam dudum ille idem Gregorius de Valentia contra Kemnitium, nisi tu fortè pro canone nobis obtrudere vis errorem & hallucinationem Gratiani, putantis, liberum esse, sive quis confessionem arbitretur jure divino necessariam; sive secus; falsóque asserentis, *utramque sententiam habere fautores sapientes & religiosos viros.*

Bell. tom. 3. lib. 3. de pœnit. Gregor. de Valent. tom. 4. d. 7. q. 9. p. 2.

G Capite decimo quarto exponit Ribadeneira, qualis Romæ in nostros exorta sit tempestas, & quo pacto sedata. *Summa est*, inquit Misenus, *à Lutheranis fuisse Ignatium insimulatum hæreseos, &* absolutum à Legatis Pontificiis. *Quis autem hoc credat, verum Lutheranum hoc unquam ausum fuisse Romæ, quod hic scribitur? Monachus fortasse exstitit, qui maturè odoratus est, quid hæc secta sibi vellet.* Monachus fuit, qui Ignatium, sociósque Romæ accusavit; sed Monachus *Lutherizans*; cui Lutherus circum præcordia; quod eventu docuit, quando deinde posita larva ad Lutheri castra transfugit, ùt ait Ribadeneira. At tibi videtur incredibile, Romæ Ignatium à Lutherano accusatum; Mihi itidem incredibile videretur, si Ribadeneira scripsisset, accusatorem hunc fuisse publicum Lutheranum; At quia sub Catholici, & quidem Monachi velo delitescebat, non mirum, eò impudentiæ progressum esse. Quid enim non audet corde Lutheranus, ore Catholicus; in quo simulatio cum improbitate certat? Quid non audet lupus vellere ovis tectus? Audacior longè & perniciosior est, cùm apparet is, qui non est, quàm cùm videtur is, qui est.

H Adjungis. *Quòd quidam Hispanus, nomine Michael, Ignatium vocârit hominem facinorosum & perditum; qui divina & humana jura omnia perver-*

pervertat; id nos latuisset, nisi Jesuitæ ipsi pro- A *didissent.* Etiam latuisset te, Christum à Judæis *Samaritanum, à Diabolo occupatum, potatorem vini, sociúmque publicanorum* appellatum esse, nisi id prodidissent Evangelistæ. Ac ut Hispanum illum, non planè mentitum esse, te facilè credere ais; ita ego facilè mihi persuadeo, te facilè credere, Judæos illos, non planè esse mentitos; videris enim ejusmodi homo, qui nihil boni de ullo bono credere vel queat, vel soleat.

B *Absolutio*, inquis, *Ignatii nulli mira videri debet.* Nec Ribadeneira miram vocavit: nam quid mirum, si innocens absolvatur? Illud mirum fuit, quòd eo tempore, quo judicium de Ignatii & sociorum fama agebatur, omnes, qui aliquando judices vitæ Ignatii fuerant, ex disjunctissimis regionibus Romam aliis de causis venissent: qui omnes uno ore Ignatio testimonium innocentiæ libentissimè perhibuerunt. *Non erat opus*, inquis, *tot testibus accersitis ex Hispania, & aliis locis, multò minùs exemplo sententiæ, qua fuit absolutus.* Si Ribadeneira testes non nominâsset: nec exemplum sententiæ scriptis suis inseruisset, ausim dicere; te cum eodem expostulaturum fuisse; cur ea, quæ maximè viderentur ad historiæ veritatem facere, præteriisset. Nunc cùm omnia fidelissimè exposuerit, vociferaris, his non fuisse opus, ac proinde quidquid agat auctor, tu semper paratam habes materiam texendi utilissima scholia, hoc est, ùt quivis fidus interpres interpretabitur, Calviniana convicia & mendacia. Nec placet tibi decretum pro nostris à vicecamerario Almæ urbis editum: Dolerem, si Calviniano placeret; cui nihil sapit, nisi Calvinum oleat. Displicere hæreticis, argumentum est bonitatis & innocentiæ.

C In capite decimo quinto Ignatius, sociíque partim in urbe, partim foris, Ecclesiæ navant operam. *Observandæ*, inquit, *hic commendationes Jesuitarum à Jesuitis profectæ: quòd alii scilicet deessent, à quibus laudarentur:* Quæ lex probibet, ne quis ejusdem Ordinis scriptis mandet; si quid ab ejusdem Ordinis hominibus fructuosè ad salutem animarum, & ad gloriam Dei illustrandam accommodatè gestum est? Quod fit, non penuria præconum, sed quia plerumque socii meliùs nôrunt, quid à sociis præstitum sit, quàm externi: alioquin instituti nostri & laborum adeò nobis laudatores non desunt, ut arbitrer, pauciores ex hæreticis vituperatores fore; si pauciores laudatores haberemus.

D Charitati nostrorum in egenos tempore famis. *Si abfuit*, inquis, *hypocrisis; facilè patimur id tribui, quod rectè factis debetur.* Scilicet rectè factis tribui nequit id, quod debetur, nisi Misenus patiatur: si non patiatur, benefacta meritis laudibus carebunt: ùt & hoc misericordiæ opus exhibitum mendicis à nostris patribus, cùm summa annonæ caritas urbem miserrimè affligeret: quod ut maximè fuisset hypocrisi infectum (à qua ta- E men tam longè abfuit, quàm longè abest Misenus à Deo & veritate) commendari abs te debuisset, tanquam afflictis, faméque propemodum enectis, utilissimum.

Caput decimum sextum explicat, quomo- F do Franciscus Xaverius, & Simon Rodericus in Indiam destinati sint: *In hoc capite*, inquit Misenus, *nihil fermè aliud indicatur, nisi hoc, Jesuitas esse mancipia Papæ:* convicium hoc quidem est: nobis tamen gloriosum, qui malumus mancipia vocari Christi vicarii; quàm Calvini & diaboli. Quæ subjungis, mendacia sunt Misene; liceat enim *ficum* appellare *ficum:* non scripsit, non cogitavit Ribadeneira, totius orbis terrarum salutem pendere à Jesuitis, id est, si absque Jesuitis foret, nulli in toto orbe terrarum servarentur. An non pudet te hujus impudentiæ? ùt & ejus, quæ sequitur, cùm ais: *Nicolaum Bobadillam morbum simulâsse, ne cogeretur ire in Indiam.* Mirum, te post sexaginta annos tam sagaciter deprehendisse Bobadillæ simulationem: quam Ignatius & socii coràm deprehendere non potuerint, decepti fortassis niveo illo Bobadillæ pectore, & candore verè germano; qui, si in ullo fuit, in Bobadilla eximius fuit, ùt testantur, qui hominem noverunt, quorum innumerabiles in Italia, nec pauci in Germania.

G Bobadillæ ergo ægrotanti, non, ùt tu mentiris, morbum simulanti, substitutus est Franciscus Xaverius; *quem sine nausea*, inquis, *vix nominare possum.* Adi, obsecro, aliquem Æsculapium, ut tibi porrigat vomitorium, cathartico eges pro stomacho, & veratro pro cerebro. Fortè etiam ulcerosi illius Lazari, & canum, qui ulcera illius linxerunt, nunquam recordaris sine nausea. *Sequuntur*, inquis, *somnia Xaverii, quæ ei per quietem oblata sunt, de gestatione nescio cujus Indi & Æthiopis. Si quis somniis libenter fidem adhibet, poterit & hisce Jesuiticis partem aliquam credulitatis impertiri.* Non omnia somnia, Misene, vana sunt, veritatem quorundam confirmat experientia, & tam sacra, quàm profana historia. Illud Xaverii non fuisse vanum, exitus ostendit; cui qui credit, somnio quidem credit; sed somnio divinitùs immisso, & maximarum rerum prænuncio. Interim hic etiam scholium habes pro tuis in Genesin scholiis; cùm ad caput illud de somniis Josephi perveneris. Ita enim lectorem affari licebit. *Si quis somniis libenter, ô lector, fidem adhibet, poterit & hisce Josippi partem aliquam credulitatis impertiri.*

H In capite decimo septimo confirmatur Societas à Paulo III. Pontifice Maximo. Hic Misenus: *Magni refert scire, quis ille Paulus III. fuerit, quibus moribus; qua religione, qua pietate;* mòxque ex Vergerio, Schleidano & Balæo horribilia flagitia & facinora de hoc summo Pontifice commemorat; quibus se

& præ-

A & prædictos hæreticos depingit, non Paulum III. Hæreticis enim fidem omnem abrogandam esse, cùm vel contra Sedem Apostolicam in genere: vel contra certum aliquem Pontificem aliquid scribunt, multa sanè sunt, quæ suadent, imò & cuivis prudenti persuadent. Primò, quia omnibus, qui cathedram Petri deserunt, usitatissimum est, & jam olim fuit, in Summos Pontifices linguam & calamum exerere, conviciísque Vicarium Christi appetere, & confictis criminibus onerare. Unius hic Petiliani Donatistæ exemplo contentus ero: qui hæc convicia in Apostolicam Sedem jecit, ùt Auctor est S. Augustinus: *Si cathedram vobis miseri vendicatis, habetis illam profectò, quam David psalmographus pestilentiæ Cathedram pronunciavit: vobis enim justè relicta est. Quia in ea sancti sedere non possunt.* Ad quæ Augustinus præter cætera respondit. *Et hæc non vides, non aliqua esse documenta, sed vana convicia.*

S. August. l. 2. contra literas Petilian. c. 51.

B Cùm ergo Schleidanus, Vergerius, Balæus Hæretici fuerint, insolitum videri non debet, si à priscis illis sectariis, cum erroribus doctrinæ, acceperunt itidem, quasi hæreditario jure, libidinem & impudentiam calumniis incessendi Sedem Apostolicam & Summum Pontificem; illum præsertim, sub cujus Pontificatu Furiæ istæ potissimùm furebant, mundúmque scriptis suis, velut ardentibus quibusdam tædis pervolitabant. Quis doctior, quis acutior Tertulliano, auctore vetustissimo, quàm primùm tamen à Cathedra Petri sese disjunxit, & infelici sidere ad Montanum transiit, Summum Pontificem non modò irridere, sed & conviciis proscindere, & velut lenonum, lenarum scortatorúmque receptatorem publicè proclamare cœpit. An fidem ullam apud posteros criminationibus suis invenit?

Tertull. lib. de pudicit.

C Secundò quis ullam fidem adhibendam credat illis, qui sese juratos & capitales hostes summi Pontificis profitentur, qui in eodem odio inexsaturabili ardent, qui cane pejus & angue vel ipsum Pontificis nomen oderunt, qui ne ad aures quidem patienter *Papæ* nomen admittere solent? Nihil est proclivius, nihil usitatius, quàm falsa dicere & scribere de eo, quem oderis, præsertim si livor & invidia accedat, mentémque præcipitet. Mandant leges & constitutiones Imperatorum & Principum, ne cuivis facilè vel ad testimonium ferendum, vel ad accusandum aditus

D pateat. Quare lex quædam hæc præcipit: *Testium fides diligenter examinanda est, ideoque in persona eorum exploranda erit inprimis conditio cujusque: utrum quis Decurio, an plebejus sit; & an honesta & inculpata vita, an verò notatus quis & reprehensibilis: an locuples vel egenus sit, ut lucri causa quid facilè admittat: vel an inimicus ei sit, adversus quem testimonium fert, vel amicus ei, pro quo testimonium dat.* Similia observare jubent in accusatoribus.

L. Qui accusare, L. Alii, ff. de accusationibus.

Si igitur inimicitiæ fidem testimonium dicenti, aut accusanti meritissimò detrahunt; cur scriptoribus non derogaretur fides, cùm de illis aliquid litterarum monumentis consignant, erga quos non qualecunque, sed odium planè immortale gerunt, ídque non clausum in pectore; sed promptum in ore & in calamo: adeò, ut vix tria verba proloqui possint, quin, calumniis in Pontificem jactis, virus hujus odii exerant, totíque mundo patefaciant. E

Nil moderatum habet furor & ira; in quocunque insit, quantò minùs ergo hæ pestes tolerandæ in scriptore, cui veritas inprimis proposita esse debet; quam, qui furioso odio præpeditus est, adeò assequi nequit, ut eam ne intueri quidem valeat. Evolvat, qui volet, opera Vergerii, Balæi, & Schleidani, vel potiùs inspiciat tantùm unam aut alteram pagellam: quid enim opus evolvere? statim deprehendet inimicitias plusquam Diabolicas, quas isti cum Pontificibus Romanis exercent. Et quisquam est, qui ab ejusmodi hominibus exspectet laudes & encomia Pontificum? An quisquam est, qui in Commentario, quem furor dictavit, rabies conscripsit, aliud sese reperturum existimet, quàm criminationes calumniásque atrocissimas? B

Tertiò, Schleidanus, Vergerius & Balæus Apostatæ fuerunt & fugitivi: Primus ab Ecclesia, alter ab Episcopatu, tertius ab Ordine monastico, omnes à DEO, & a veritate; acti partim ambitione, partim libidine. At Apostatis & transfugis nemo ignorat nihil familiarius esse, quàm conviciis impetere illos, à quibus transfugerunt; nec aliter possunt, nisi ipsi se ipsos condemnare velint. Quis verò criminatores istos fugitivos audiendos putet, cùm jam olim omnes leges & Principum decreta, servos & similes transfugas ab omni accusatione & Testimonii dictione contra Dominos & Patronos suos rejecerint, utpote suspectæ, imò nullius fidei; cùm non à natura, sed potiùs ab improbitate hujusmodi nebulonibus insitum sit, aliis immanissima scelera tanquam nocentibus affingere, quò ipsi videantur innocentes; & ab illis flagitiis, quorum alios insimulant, immunes, cùm tamen omnium criminum maculis contaminati sint. Quàm enim mendax sit Schleidanus, quàm vanus, quàm projectè impudens in iis depravandis, quæ totus mundus aliter, ac ipse narrat, gesta esse novit, non fugit illos, qui Schleidani commentarios commentis plenos lectitàrunt; nec fugit Carolum V. Imperatorem, qui cùm Schleidani commentarios vel legeret, vel legi audiret, hunc plausum dabat: Mentitur nebulo, mentitur nebulo. G

Quale monstrum fuerit Vergerius, satis indicant cùm alia ejus opuscula, tum illud de idolo Lauretano, & aliud de Concilio Tridentino; ubi impurus Apostata tot effutiit H

A tiis mendacia, ut quócunque oculos vertas, in mendacium luculentum incidas, qui certè amore veritatis ad Lutheranos sese non transtulit; sed odio Pontificis, cùm impotenti & impudenti suæ ambitioni minùs satis fieri cerneret; ratus, si Lutherum sequeretur, deserto Romano Pontifice, fore, ut statim Romana Ecclesia corrueret: quod longè aliter evenit. Stat, stabítque illa Ecclesia, quoad mundus stabit. Interim Vergerius cum suis illis nefariis Sycophantiis, & imposturis ad tartara raptus scelerum pœnas nunquam exsolvendas solvit.

Alanus Dialogo 5. cap. 19.

Balæum ita depingit Alanus Copus Anglus. *Qualis fuerit Nicolaus unus ex septem* B *Diaconis, jam antea ostendi, & quòd solus ex Apostolis & Apostolicis viris rei uxoria operam dederit. Habuisse verò Britannos suos Nicolaos, Gildas queritur. At Balæus hujusmodi Nicolaitas, quasi sui volutabrum, in deliciis habet, & in uxoriis amplexibus summam religionis Christiana constituere videtur. Neque ille unquam aut rusticum, aut alium ex veteribus Britannis post sacerdotium uxorem duxisse, aut priore uxore legitimè usum fuisse docebit. Quare reliquo præsidio nudatus, ad extremum ferè totius Europa angulum, Hiberniam, & gentem (si Gyraldo Cambrensi credimus) verè barbaram cogitur, tanquam ad asylum, confugere. In qua ille aut primus, aut inter primos certè, abjecto cucullo, & scorto, sub matrimonii specie, conjunctus;* C *Episcopus (si Diis placet) factus est. Fuit enim ibi suo judicio Episcopus, sed meo Aposcopus, tum quòd Sycophanta ille impudentissimus, tum quòd spurcissimus Apostata: dignior sanè, qui lupanari, quàm qui Ecclesia præficeretur; utpote, cui multos jam annos, nihil æquè aliud videtur cordi fuisse, atque ut turpem ipse contra religiosum castitatis votum Venerem exerceret; obscænitate verborum omnes lenones & meretrices superaret; conviciorum plaustra in optimos quosque tum vivos, tum defunctos congereret; horrenda mendacia, partim à se ficta, partim aliunde emendicata impuro ore eructaret, ac in singulas centuriarum suarum, aliorúmque librorum non modò paginas, sed ferè etiam lineas infarciret. Videri sanè potest omni studio contendisse, ut, quemadmodum est nomine, ita vita turpitudine, aut orationis saltem obscænitate similis, & par illi Balao esset, de quo nescio, quàm verè, scribitur tamen, omnes, qui in eodem vico habitant, clamâsse & in scriptis, & sine scriptura, adulterum eum esse. Credo certè, Hiberniam, quantumvis efferatam, ad hujus Aposcopi tam nefarium & insolitum spectaculum totam obstupefactam, illúdque detestatam.*

D Tales sunt, Christiane Lector, qui in Pontificem Paulum Tertium maledicam linguam stringunt; quod quid est aliud, *quàm nescire dicere: & tamen non posse nisi maledicere?* ut, quod de Petiliano S. Augustinus dixit, ego de istis Hæreticis dicam: cum quibus, si jure actum esset, unicuique eorum non semel fustuarium subeundum, & præconis voce acclamandum fuisset; ἐσυκοφάντησας, adeò calumniandi studio se se oblectant. Quia verò Orthodoxi Historici ab affectibus illis, qui mentem obscurant, liberi, longè aliter mores Pauli Tertii describunt, non abs re erit, unum omnium loco audire. Is est Onuphrius Panvinus, qui vitas Pontificum post Platinam ex instituto descripsit.

S. Aug. l. 2. contra litteras Petilian. cap. 52.

E L. fustibus ff. ex quibus causis.

F Vociferabitur hîc Misenus, esse *testem domesticum;* ac proinde repudiandum. Primùm non versamur in foro & in judicio; Sed indagamus, quinam sint veritatis amantiores Historici; illíne tui, an nostri. Quocirca ineptè contra nostros auctores excipis, quasi contra domesticos. Secundò, Onuphrius non fuit domesticus Pauli Tertii, frustra ergo ùt domesticum & familiarem Papæ reprobas: At fuit domesticus fidei, hoc est, Catholicæ Ecclesiæ filius. Quid tum? An ob communionem ejusdem fidei nemo orthodoxus, orthodoxo testimonium dare poterit, vel in judicio, vel in publicis litterarum monumentis? An exspectabimus, donec Turcarum aut Calvinistarum quispiam Pontificum facta memoriæ posterorum commendanda suscipiat, & tum demum assensionem præbebimus illis omnibus, quæ à juratis hostibus proferentur? Ut Historicus verax censeri possit, satis est, si nec odio partium inflammatus sit, nec gratiæ quidquam tribuat, in unam veritatem intentus: nam ut ab eo, cujus facta scribit, vel fide vel opinionibus dissentiat; & quidem capitaliter, ùt solent Hæretici, cùm de Pontifice aliquid commentantur; id adeò non est ad historiæ veritatem & sinceritatem necessarium, ut ubicunque hujusmodi affectio in historia alicujus observatur, magnum præjudicium jam veritati sit allatum. Sed ad rem.

G Onuphrius igitur præter cætera de hoc Pontifice, eùm adhue juvenis esset, ait; *in eo enituisse ingenium vividum, sublime & in perdiscendo gloria avidum: Cardinalem factum, legationes Piceni, aliásque non paucas obiisse, & in illis ita sese gessisse, ut summis, infimis æquè gratus, magnum sui desiderium, munere defunctus, provincialibus reliquerit; Roma deinceps omnibus charum, nemini privatim addictum, magna cum integritatis, prudentia, dexteritatisque laude muneri suo assiduè vacâsse, & mortuo Nicolao Flisco senatus principe, id muneris, vetere instituto, suscepisse, idque tanta cum dexteritate, prudentia, auctoritate ac integritatis opinione annos decem sustinuisse, ut nemini dubium esset, eum iis artibus gradum sibi ad Summum Pontificatum, quo unus omnium dignissimus existimatus est, præparâsse.*

H *Mortuo Clemente Septimo, cùm nequaquam quærendus esset, qui in ejus locum legeretur, sed legendus, qui ætate, prudentia, rerum diuturno usu, inveterata virtute & præcellentibus litteris præ omnibus sine controversia emineret: Patres haud diu cunctatos, eum novo & inusitato exem-*

plo

A *plo cogitâsse, ante celebrata novendialia, sine ullo conclavii cœtu, demortuo Pontifici subrogare: ipsum tamen hoc, tanquam præter majorum morem, constantissimè recusasse; postea initis comitiis, nulla unquam à multis seculis comitia sincerius, simplicius, concordiúsque inita peractáque fuisse: Populum Romanum hunc Pontificem incredibili lætitia & gratulatione accepisse; itáque sese gessisse in Republica administranda, illustri quodam in speciem diversarum virtutum temperamento, ut Pontificis simul & Principis nomen tueretur. In omni namque consilio, & singularem pietatem & summam providentiam eluxisse, nihil antiquius duxisse, quàm ut viros egregios toto terrarum orbe conquisitos, in patrum amplissimorum Ordinem legeret; fuisse Pontificem multis insignibus virtutibus clarum, humanitate, affabilitate, clementia, comitate, præcipuè verò prudentia singulari per sexaginta ferè annos, quibus publica munera obivit, feliciter collecta.* Hæc & id genus alia Onuphrius de Paulo Tertio. Similia alii Historici, qui absque odio Apostolicam Sedem intuentur.

B Sed Misenus solis hostibus Pontificis credere didicit: sicut olim Celsus Moysi & Prophetis de Judæorum gente scribentibus non credebat, credere solitus omnibus illis, qui Judæorum, Judaicæque gentis primordia calumniabantur: *Libenter eum interrogaverim,* inquit Origenes, *cur historiis barbarorum atque Græcorum credulus de antiquitatibus eorum, quos nominatim recensuit, solius hujus gentis historiis fidem abroget? Si enim sua cujusque gentis scriptores veraciter res ejus exposuerunt; cur solis Judæorum prophetis non credimus? Quòd si ad gratiam Moyses & Prophetæ pleráque de gente sua prodiderunt; cur non idem dicere liceat, & de reliquarum gentium historicis? An Ægyptii in suis annalibus malè de Ju-*

Orig. lib. 1. contra Celsum.

C *dæis loquentes fidem merentur; Judæi similiter de Ægyptiis querentes, injustè se ab iis pressos multis gravaminibus, & propterea justam DEI vindictam secutam, mentiuntur? Id quod non de solis Ægyptiis dici potest. Inveniemus enim conflictationem Assyriorum cum Judæis, ejúsque mentionem in Assyriorum antiquitatibus. Et vicissim de bellis gestis contra Assyrios, prodiderunt Judæorum Scriptores. Vide igitur jam nunc hominis arrogantiam, qui aliis credit, ut sapientibus, aliorum in totum damnat ignorantiam.* Hæc Origenes: quæ Misenus noster pro sua in parodiis exercitatione, facilè ad se transferet, ut alio, qui apodosin adjungat, egere minimè videatur.

D Talis ergo fuit Pontifex, qui Societatem confirmavit, qualem describunt Orthodoxi Historici; non qualem Hæretici; etsi ùt laudes orthodoxorum Scriptorum laudi Pontificibus dantur, ita etiam convicia & maledicta Hæreticorum in laudem Pontificum redundant; quia liquidò compertum est, ab hujus farinæ hominibus non nisi improbos laudari; non nisi probos vituperari; improbos enim, ùt sui similes amant; probos, ùt sui dissimiles culpant. At satis de Paulo Tertio.

Cæterùm Miseno mirificè placet, quòd Cardinalis Bartholomæus Guidiccionius Societatis confirmationi sese opposuerit; sed non placet illi, quòd idem, mutato cursu, vela retrorsum dederit, seséque etiam adversùs sententiam suam huic novo Ordini introducendo non posse non favere, professus sit. Misenus ait, *Guidiccionium proculdubio fuisse aulicum; seséq; ultrò immutâsse ad ejus voluntatem, quem sine periculo offendere non poterat.* Favete linguis, bona verba dicite. Iterum adest cum suo *proculdubio* Misenus: cujus rei istud *proculdubio* symbolum sit; jam proculdubio ex supradictis satis supérque intelligitur; nimirum quoties mentiri lubet; Lubet autem tertio quoque verbo, si non altero: hoc *proculdubio*, tanquam anteambulonem præmittit: Unde scis, Misene, Car- E

dinalem illum non seriò mutâsse animum, F
sed aulicè, hoc est, mutationem simulâsse? An in corde illius eras, fortasse antequam natus esses: neque enim tua scholia tantam præ se ferunt caniciem, ut temporibus illis fuisse videaris æqualis. Singulari ergo privilegio scis, quid quisque in animo habuerit distitis in regionibus, antequam nascereris, quæ felicitas paucis profectò obtingit. Sed quid si tunc deceptus esses, sicut & nunc in rebus quotidie occurrentibus hallucinaris; præsertim cùm nullum aliud argumentum tibi suppetat, cur Cardinalis ille seriò Societatis confirmationem non approbârit, nisi quia tibi ita videtur; & quia ita tibi opinari

lubet. Cur verò hoc Ribadeneiræ de Gui- G
diccionio repugnante credis; cætera verò non credis, nominatim causam mutationis? Si putas, non mentitum Ribadeneiram, cùm Cardinalem hunc Societatis primordio obstitisse ait; cur arbitraris mentitum; cùm Cardinalem ex oppugnatore fautorem factum esse testatur? Nimirum tantum credis, quantum lubet, ùt jam sæpius te monui, quamvis à tua conscientia multò adhuc sæpius sis monitus. Calumniatorum est, Misene, ea tantùm ùt vera admittere, quæ ad vituperationem faciunt, & omnia alia, quæ quoquo modo ad commendationem spectant, ùt falsa repudiare.

Quòd autem Ribadeneira ait, Pontificem H
perlectam instituti nostri formulam vehementer probâsse, & Pontificio spiritu afflatum, spiritum DEI hic esse, pronunciâsse, id Misenum malè admodum habet. Exclamat ergo; *O hominem mendacem! impurus ille & incestus Pontifex, unde spiritum DEI nôrat?* Hic nimirum mos Miseno: quoties refutatione opus est, exclamationes affert. Quoties argumenta afferenda sunt, convicia largiter promit. Paulus Tertius talis non fuit, qualem impuri, & incesti hæretici & Apostatæ depingunt; & ut maximè talis fuisset, an nescis, & per Caipham spiritum DEI locutum esse, & quidem dictum maximè commemorandum protulisse? Gaudet Misenus, Societatem confirmatam definitè; nescilicet

 sexa-

A sexagenarium numerum excederet; sed quia nulla est sincera voluptas, mox dolet, quòd limites isti ab eodem Pontifice sint sublati; liberáque facultas data, cooptandi in hanc familiam, quibuscunque DEUS mentem in eam ingrediendi misisset. Sed quid agas Misene? Dolore tuo infectum non reddes, quod factum est. Tu quidem cruciaberis; sed cruciatu tuo nunquam ampliùs Jesuitas ad sexagenarium numerum rediges; postquam jam, DEI & Apostolicæ Sedis gratia, aliquibus in locis non modò sexaginta; sed bis & ampliùs sexaginta degunt.

CAPUT VI.

Refutatio calumniarum in caput decimum octavum.

B CApite decimo octavo expendit Ribadeneira consilium Dei in Societate instituenda; quantum quidem illud humanis rationibus indagari potest. Quia verò multa affert partim aliunde, partim ex hujus temporis historiis, quæ huic Calvinistæ non possunt non summoperè displicere: ideo hic, si usquam aliàs, calumniis habenas laxat. Ait Ribadeneira, Religiosos Ordines excitatos à Deo, & Ecclesiæ submissos, ad vitiorum, hæresum, errorúmque monstra expugnanda: Misenus contrà contendit, Religiones, præsertim Societatem nostram, vitiis, hæresibus, & erroribus fovendis & propagandis introductas esse: quia in hæresibus & erroribus numerat, quæcunque propemodum, dogmata fides Catholica tradit, quæ, cùm à nostris, aliísque Ordinibus pro virili parte defendi & explicari videt, Hæreses scilicet & errores defendunt; sed judicio hominis hæretici & erronis; cui si non viderentur errare, & hæretici esse, graviter utique errarent, damnatique hæretici essent.

C Nam quòd scortationes, ebrietates, Simonias, blasphemias, & infinita id genus vitiorum monstra à nobis, vel aliis religiosis probari ait, id impudentius commentum est, quàm ut fidem inveniat apud illos, qui fidem humanam simul & divinam non amiserunt. Itáne castitatis & honestatis domicilia, scelera illa in ullo mortalium, consensu vel opera sua adjuvent & foveant? Quòd si Religiosi exemplo, monitis, & doctrina sua privatim & publicè sentinam hanc flagitiorum exhaurire nequeunt, quid mirum, cùm idem semper inimicus homo vigilet, ut sementi Dominicæ zizania inspergat; multíque sint, qui aures attentiores præbeant mundo & carni concionantibus, quàm Religiosis ad sanctiorem vivendi normam exhortantibus?

D Ais, *Ribadeneiram contendere, singulari Dei providentia factum, ut societas institueretur;* móxque subdis: *Multa fiunt, Deo providente, etiam ad pænam generis humani, ùt notum omnibus Christianis.* Societatem mundo non E esse datam ad pœnam, nisi fortè ad pœnam Hæreticorum, id inde liquet; quia credibile non est, futurum fuisse, ut tot Imperatores, Reges, Principes, Dynastæ, Respublicæ, ultrò pœnam advocarent, & suis in regionibus collocarent: quis enim pœnam, præsertim extraordinariam, & singulari providentia Dei immissam, non exhorret? Quis à finibus suis, quoquo modo licet, non arcet? At hanc Societatem, quæ, si tibi credimus, flagellum quoddam mundi est, totus mundus intra tam breve temporis spatium certatim ad se rapuit: blandum profectò flagellum oportet esse, quod nemo flagellum esse sentiat, præter Hæreticos.

Dices fortasse, illud ipsum pœnam & flagellum esse, pœnam & flagellum non sentire. F Aliunde ergo exploremus, Societatem ad pœnam non datam hominibus, id autem certiùs non intelligemus, quàm inspiciendo illos, quos nemo negat fuisse pœnas mundi. Attilam olim cum suis Hunnis, Gotthos, Herulos, Longobardos & similes pœnam & flagellum orbis fuisse nemo negat; ùt & hodie Mahometanos & Turcas; item olim Hæreticos Arianos, Manichæos, Donatistas, Pelagianos & alios hujus classis; ídque ea de G causa, quia isti, ùt olim locustæ in Ægypto, Exod. 10. devorârunt & vastârunt omnia, etiam illa, quæ reliquis plagis fuerant residua, magnas cum mœnibus urbes vel desolârunt, vel solo æquârunt; Christianam religionem & CHRISTUM proscripserunt & exterminârunt, Ecclesias spoliârunt & diripuerunt, partímque funditus everterunt, partim in stabula converterunt; virtutis amorem, & studium honestatis, timorémque Dei ex cordibus hominum expunxerunt, litteras & Academias & gymnasia bonis disciplinis consecrata sustulerunt, barbariémque & ignorantiam induxerunt; uno verbo: *Devorata est herba terræ, & quidquid pomorum in arboribus fuit, nihil quoque omnino virens relictum est in lignis & in herbis terræ,* non modò *in cuncta Ægypto*, sed & omnibus illis in locis, quò pœnæ illæ penetrare potuerunt, &, ùt Propheta ille conqueritur, *depopulata est regio, luxit humus, quoniam devastatum est triticum, confusum est vinum, elanguit oleum.* Joel. 1. Has pœnæ notas si in Ordine nostro demonstraveris, lubens fatebor, ad pœnam natum & factum esse.

H *Rectè monet, ex fine judicandum esse de hac societate, cujus finis, quia præcipuus est fulcire idola, & errores defendere evidentes; quem parentem habeat, cæco etiam manifestum est.* Ita tu quidem Catholicæ & Apostolicæ fidei doctrinam (cujus defensio Societati, tanquam præcipuus finis, proposita est) blasphemia lingua nominas; sed quia Hæreticus es, non mirum, te conviciari: magis mirum foret, si à maledictis & blasphemiis abstineres; quia aliquid naturæ hæreticæ adversum faceres.

Vis

A *Vis scire*, inquis, *cujus testimonio societas hæc instituta sit ad defensionem & propagationem fidei? Litteris confirmationis Apostolicæ.* An tibi Sedis Apostolicæ judicium tam vile & contemnendum videtur? Certè ut nullius sit apud te momenti; apud nos profectò, omnésque rectè sentientes nihil hoc testimonio gravius est, nihílque honorificentius, præsertim cùm totus reliquus Catholicus orbis, cum hoc capitis sui testimonio consentiat, nisi fortè exspectas, ut à te tuísque similibus sectariis intelligamus, quis Societati nostræ, in omnibus actionibus sit defixus finis. Quanquam neque vos ab hoc Sedis Apostolicæ judicio discrepare potestis; quandoquidem non rarò confitemini, Jesuitas id unum spectare, ut Romanam fidem conservent & propagent.

B *Quasi verò*, inquis, *non laudet etiam suos milites archipirata.* Omnino laudat, sed magnum discrimen est inter Archipiratam & Archiepiscopum illum Romanum: Archipirata suos laudat ob latrocinia & rapinas, laudibúsque ad similia studia incendit: at summus ille ἀρχιερεὺς Societatem commendat, ùt institutam ob defensionem & propagationem Catholicæ fidei; quæ si non differre vides, nescio, quid videas. Qua verò fronte scribis, Ribadeneiram scripsisse, *Jesuitarum causa novum orbem inventum, quem ipsi converterent.* Ubi hoc auctor noster?

C Post hoc mendacium quæstionem perquam difficilem Jesuitis ponis. *Quia autem admodum gloriantur*, inquis, *de Indicis illis rebus Jesuitæ, ut nuper adeò de Ruthenicis, libenter equidem audiêrim ex ipsis, qui fiat, ut omissis illis pulcherrimis regionibus Mahometanis, in Indiam abeant, cur non in viam reducunt Mahometanos?* De rebus Indicis nihil gloriamur: divinum beneficium agnoscimus & prædicamus; & cùm omnia fecerimus, servos nos inutiles esse non inviti fatemur. Gaudeo autem, te in legationem Ruthenicam incidisse. An non vidisti & Alexandrinam? Imitamini Calvinistæ præeuntium exemplum; via jam aperta est, nisi fortè doles, Ruthenos ad Tiberim, non ad Nicrum aut Mœnum legatos suos destinâsse.

D Deinde ut ad quæstionem tuam veniam: noveris, nostros non semel, sed sæpius pulcherrimas illas tuas regiones, quas Mahometani tenent, peragrâsse, & num quod ostium Evangelii annunciandi sese panderet, diligenter circumspexisse; nec sine fructu. Constantinopoli aliquamdiu sedem fixam habuerunt. Ægyptum & Palæstinam & Montis Libani incolas non rarò lustrârunt: in Africam trajecerunt, & totius propemodum Africæ littora necessariò legenda sunt ei, qui cursum in Orientem instituit: quibus in navigationibus multos Mahometanos; ùt & in ipsa India Orientali, ad Christiana sacra crebrò traduxerunt, jámque ad amplissimum regnum illud Mogor, in quo Mahomet primas tenet, Evangelio & sibi viam muniêrunt, eóque corpore penetrârunt, quò Prædicantes vestri ne cogitatione quidem perveniunt. E

Quia verò te tanta cura Mahometanorum tenet, mirari subit, cur non potiùs tuos Ministros Calvinianos & Prædicantes Lutheranos incites, quàm Jesuitas, ut hanc tam præclaram provinciam capessant, Turcísque Genevense & Islebiense Evangelium annuncient; nam ut in Indiam navigare jubeas, non suadeo: tum quia monenti morem non gerent, tum quia jam semel atque iterum non satis ex animi sententia cessit tentata in Indiam navigatio. Nec Neptunum nec Æolum propitium habent. Mala soluta navis exit alite, quæcunque in Indiam tales præcones vehit.

Ad extremum, an nescis, quàm Mahometani, Turcæ præsertim, & qui inter Christianos, vel Christianis vicini, sua in superstitione pertinaces sint? quàm nescii de sua sententia cedere? quàm occlusas aures habeant ad omnia Christianæ religionis mysteria? quàm non modò Christianismum & Christianos; sed ipsa etiam Christianismi & Christianorum vocabula detestentur, & execrentur, adeò, ut Christianis sacris nihil apud illos sit invisius: homines pecudum instar ad ventrem & pabulum duntaxat abjecti? His quis operam det, quando latior & lætior messis offertur, quando tot millia reperiuntur, quibus in optatis, ut veniant, qui esurientibus panem frangant, & errantibus viam salutis monstrent? F

Num nescis quosdam esse, qui ob scelera sua indignos se reddunt Evangelicæ prædicationis beneficio? à quibus proinde regnum DEI justo DEI judicio aufertur; utpute desperatis jam & depositis, & transfertur ad gentem facientem fructum, quod DEO prædicente, Judæis olim accidisse novimus; nec aberrabit, qui idem Mahometanis, progeniei Judaicæ usuvenisse credet: An nescis, jussu Domini, Apostolos excusso pulvere pedum, desertis Judæis, ob incredibilem animi obstinationem, ad gentes sese convertisse, eísque regnum DEI annunciâsse, & longinquas regiones adiisse, imò ipsam etiam Indiam, in quam sanctus Bartholomæus, sanctus Thomas, & sanctus Matthæus lumen fidei primi intulerunt? Sanctus Paulus itidem derelictis pulcherrimis illis tuis regionibus, Italiam, Hispaniam & Illyricum obiit; ex quo itidem quærere licebit, qui factum sit, ut, cùm fidei propagandæ & defendendæ causa, ad Apostolicum officium vocatus fuerit, relictis pulcherrimis illis Palæstinæ provinciis, in Illyricum abiêrit? G

Math. 21. Math. 18. Marci 6. Lucæ 9. Actor. 13. Ita Indici scriptores, & antiqui patres.

H Ægrè fers Lutheri nuptias ab Auctore vocari *Sacrilegas & incestas*: Fecit id exemplo veterum, qui quibus titulis hujusmodi nuptias & nuptiatores cohonestârint, docebit te S. Hieronymus in Jovinianum; qui si illum hæreticum

A reticum ita tractavit, cùm tamen uxorem non duxisset, teste S. Augustino, & ipso Hieronymo, sed tantùm Monachis uxorem ducendam, & Monialibus nubendum esse suasisset, & verò etiam nonnullis persuasisset: quibus coloribus depinxisset Lutherum Monachum & Sacerdotem, si sanctissimus ille & eruditissimus Doctor, ætate Lutheri vixisset, vidissétque, eo improbitatis progressum, ut sub matrimonii specie Monialem sibi flagitiosissimo exemplo jungeret?

S. August. lib. de hæres. cap. 82. S. Hieron. lib. 1. contra Jovin.

B Sacrilegas & incestas fuisse nuptias Lutheri, ipsæ leges civiles satis testantur, quæ in nuptias Lutheranas capitalem sententiam jam dudum promulgârunt. Imperator Jovinianus hanc legem tulit, eámque approbavit Justinianus, referendo illam in suum codicem, tit. de Episcop. & Clericis. *Si quis non dicam rapere, sed attentare tantummodo, jungendi causâ matrimonii, sacratissimas virgines* (id est, Moniales) *ausus fuerit, capitali pœna puniatur.* Cùm igitur Lutherus non modò facinus hoc attentaverit, sed & incestis nuptiis sanctimonialem funestaverit; non immeritò ex Calvinianis & Lutheranis quæritur, quonam loco Imperatores isti hos Evangelii reparatores habuissent, & quo etiam præmio ob novum Evangelium illos affecissent, si ad nostra usque tempora vixissent. Si diaconissæ nubenti decrevit Justinianus capitis supplicium, ùt & illi, qui eam in uxorem ducere aut corrumpere ausus fuisset; quidnam supplicii irrogandum censuisset iste Imperator Luthero & aliis, quibus solenni castitatis voto obstrictis, familiarissimum est, virgines Deo consecratas violare, & ad sacrilegum connubium pellicere?

Authen. 6.

C *An hoc*, inquis, *in Luthero reprehendendum, quòd maluerit esse in legitimo conjugio, quàm tres vel quatuor, vel plures alere concubinas?* Legitimum conjugium non fuit, Misene, hoc prætexis culpam nomine. Scortatio, & quidem sacrilega scortatio fuit, & digna capitali supplicio ex edicto Joviniani, & Justiniani, & aliorum Imperatorum, quibuscunque legum auctoritas & reverentia curæ fuit. Nec scorta alere debuit Lutherus; nec scortum matrimonio sibi jungere velle, irrito conatu, obstante religione Sacerdotii, & Monasticæ professionis. Castè vivendum erat homini castitatem professo. *Notat*, inquis, *Ribadeneira Oratores, Poëtas, Grammaticos. Fortasse Erasmum, Philippum, Huttenum.* Istos ipsos, mi Misene, & horum similes Thersitas, nihil nisi calumniari, & sacra juxtà ac profana ridere doctos, magno levis vulgi plausu; sed modica prudentiorum approbatione, & exiguo cum honore suo, & vestri novi Evangelii.

D *Audet*, inquis, *impurus ille hypocrita conjugia Sacerdotum appellare volutationes in cœno turpissimarum voluptatum.* Móxque subjungis; *cum tuis, credo, loqueris, non nobiscum.* Imò vobiscum; quia nulli apud nos Sacerdotes conjugati; sed apud vos, & Sacerdotes, & Monachos Apostatas verbo quidem uxoratos, re autem flagitiosos scortatores reperire licet. Hos rectissimè ait Ribadeneira in cœno turpissimarum voluptatum volutari, ùt sues in volutabro. E

Quæ castitas, inquis, *in vestris cœnobiis, vel pecudibus notum:* Si tibi notum esset, si non ùt homini, saltem ùt pecudi, quæ castitas in Deo dicatorum hominum domiciliis fuerit, & verò adhuc sit, aliquot scholiis vel potiùs convitiis tam in hoc, quàm in aliis capitibus supersedere potuisses; nec epistolam contra cœlibatum non sancti illius Augustani Udalrici; sed alicujus nebulonis sub specioso Udalrici nomine latentis protulisses, & quidem ex Balæo, Apostata impurissimo, ùt suprà ex Alano Copo audivimus. Quòd si omnino epistola illa tibi promenda videbatur; debebas bona fide refellere argumenta, quibus Bellarminus clarissimè demonstravit, epistolam illam penitus esse commentitiam: At tu securus judiciorum, quæ subis, tam confidenter & impudenter veteres & jam damnatas merces nobis obtrudis, quasi fraudem & imposturam nemo unquam notâsset & patefecisset. F

Bellarmin. lib. 1. de Clericis, cap. 22.

Quamvis autem id modò non agimus, ut larvam epistolæ illi detrahamus; lubet tamen apponere de hoc commento verba nobilis & magni viri, qui vitam & res gestas sancti Udalrici non ita pridem & typis & notis insigniter illustratas dedit. *Scio adhuc*, inquit, *impuram, nescio cujus nebulonis epistolam Udalrici aliquando nomine venditatam. Sed cùm ea Nicolao Pontifici inscripta sit, Nicolaus autem Primus plusquam viginti annis ante Udalricum natum fuerit mortuus, Secundus Pontificatum octogesimo, & quod excurrit, anno, post eum mortuum inierit, ferrei sit oris oportet* (nota hoc Misene) *qui tantum mendacium ausit asserere; plumbei cordis* (nota hoc Misene) *cui possit imponere.* Hæc ille. G

In præfat. hist. S. Udalrici ad Clerum August.

En ista: habes Petre, Catholici testimonium: (scribe, *nebulonis mendacium*) de vestro cœlibatu. Addo, inquis, recens; supple, *mendacium;* nec unum tantùm, sed denso agmine conglobatum. *Non procul distat hinc cœnobium*, inquis, *in quo Decanus scorta aluit duodecim. Reliqui ejusdem cœnobii Canonici pellectas ad se puellas, sæpe gravidas remiserunt.* Omitto alia, quæ pudor exscribere vetat. Primùm, Misene, cur in accusatione gravissima, præteris id, quod toties in rebus levissimis & minutissimis à Ribadeneira magnis clamoribus exigis? Cur non nominas locum, ubi degis? Ubi es, quando es, ubi non es? Suspicor quidem te non procul à Nicro aut Mœno habitare, sed multa ad Nicrum & Mœnum loca; quisnam tuus? *Non procul hinc*, inquis, facessat hinc illud tuum *hinc;* mendacii velum: Cur non nominas cœnobium illud? Fortè vis parcere honori Monasterii? H

Unda

A Unde tibi tam ſubitò hæc nova religio, Miſene! cujus exiſtimationi hactenus pepercisti? In cujus famam velut prædo violentus non irruiſti?

Deinde noviſtíne illos, de quibus hæc tam pudenda flagitia effutiviſti! Numeraſtíne ipſe duodecim illas pellices? Nam ſi me ad famam ableges, ejúſque teſtimonio
B contentum eſſe jubeas, haud adquieſcam; Neminem fugit, quale monſtrum fama, & quàm crimina, Sacerdotum præſertim & Monachorum, ſupra verum multiplicare ſoleat. Præterea faciamus, verum eſſe, quod narras, num ob perverſitatem paucorum totam religioſam vitam traduces? Flagitiosè vixerint pauci illi: at plurimi in illo ipſo Monaſterio, & alibi vitam caſtam, & olim duxerunt, & adhuc ducunt. Conſueverit unus cum duodecim pellicibus; ùt tu ais: At multa millia Religioſorum in Eccleſia DEI adhuc reperiuntur, qui profeſſionis ſuæ memores carnem cum vitiis & concupiſcentiis crucifigunt. A paucorum improbitate nunquam ducitur firmum argumentum, ad evertendum totum aliquod vivendi inſtitutum; quandoquidem fieri poteſt, ut ipſa vitæ illius ratio ſancta ſit & laudabilis, licèt minimè ſancti ſint aliqui, qui illam ſectantur, ídque ſuo, non vitæ illius vitio.

C Cùm Celſus Epicureus probare niteretur, Chriſtianam religionem ſceleratam & improbam eſſe, eò, quòd Chriſtus à quodam ex ſuis diſcipulis eſſet proditus. Reſpondit Origenes: *Quid hoc facit ad negotium JEſu ab uno diſcipulorum ſuorum proditi? Quoniam autem pro Philoſopho haberi vult Celſus, interrogamus eum, num Platonis erat crimen, quod vigeſimo anno, poſtquam eum audire cœperat, Ariſtoteles à præceptore deſciſcens, accuſavit ipſius doctrinam de immortalitate animæ, & ideas Platonis argutationes appellavit. Poſſemus & ampliùs dubitando quærere: Ergo Plato nihil ampliùs valebat in Dialectica, nec idoneus erat tradendis ſuis cogitationibus, ex quo deſertus eſt ab Ariſtotele, & proinde falſa ſunt Platonis dogmata? An fortè poſſibile eſt, quod facilè Platonici conceſſerint, Ariſtotelem erga magiſtrum ſuum fuiſſe ingratum & improbum? Sed & Chryſippus ſæpe in ſuis ſcriptis Cleanthem taxare videtur, novans quædam præter acceptam ab illo doctrinam. Pythagorei Cenotaphia extruebant eis, qui defeciſſent à Philoſophia, reflexo curſu ad vitam idioticam, nec ideo deterior habitus Pythagoras in doctrina & demonſtrationibus, aut*
D *ejus diſcipuli.* Hæc Origenes. Quorſum hæc! inquies fortaſſe. Eò, ut intelligas, quod olim intelligere etiam debebat Celſus, paucorum culpam non præjudicare religioni aut doctrinæ. Quòd ſi quis hoc vel illud vivendi genus repudiare velit propter quorundam improbitatem; neceſſe erit, ut homo non ſit homo, nullámque hominibus uſitatam vitam ſectetur, cùm in quavis & ſint, & fuerint, & futuris annis futuri ſint ſcelerati & improbi.

E Et quia in hoc argumento verſamur, agedum Miſene; paulò altiùs repetamus, undénam dijodicandum ſit, aliquod vitæ inſtitutum verè eſſe improbum & flagitioſum; ex quo itidem eluceſcet, quo loco tuæ & tui ſimilium criminatorum calumniæ habendæ ſint, cùm propter mores quorundam flagitioſos, vel totam Catholicam fidem, vel Monaſticam profeſſionem, ùt improbam & ſceleratam calumniantur. Antiqui ſcriptores, qui contra Ethnicos & Hæreticos veritatem fidei Chriſtianæ & Catholicæ, ſumma eruditione & eloquentia tutati ſunt, ùt Juſtinus Martyr, Tertullianus, Arnobius, Lactantius,
F Origenes, Athanaſius, & alii, id vel inprimis animadvertendum eſſe monuerunt, quotiescunque de aliquo vivendi genere quæſtio exiſteret; qualenam ſit illud vivendi genus præcisè quaſi & per ſe ſolùm conſideratum, abducta mente a ſectatoribus & diſcipulis; num ſcilicet ad virtutem & honeſtatem inciret, num eam vim & efficacitatem, & ea momenta & præcepta contineat, quæ quantum quidem in ipſo vivendi inſtituto ſitum eſt, poſſint homines à pravis cupiditatibus, & noxiis voluptatibus ad rectiùs ſanctiúſque vitam inſtituendam inducere, hominémque DEO charum & gratum perfectè reddere, & ad normam à CHRISTO & Apoſtolis traditam, exactè conformare.

G Ex hoc fundamento probârunt Lactantius & Juſtinus Martyr, Chriſtianam religionem ſanctam & intemeratam eſſe; quippe quæ nihil niſi ſanctum & divinum ex ipſa ſua natura tradat. Eodem argumento uſi ſunt & alii: Sed nobis ſufficient hoc loco duo prædicti. Ita ergo Lactantius, qui hanc Chriſtianæ religionis naturam ab effectu, ùt Philoſophi loquuntur, perquam acutè inveſtigavit. *DEI præcepta*, inquit, *quia & ſimplicia & vera ſunt; quantum valeant in animis hominum, quotidiana experimenta demonſtrant: da mihi virum, qui ſit iracundus, maledicus, effrenatus: pauciſſimis DEI verbis tam placidum, quàm ovem reddam. Da cupidum, avarum, tenacem, jam tibi tam liberalem dabo, & pecuniam ſuam plenis manibus largientem. Da timidum doloris & mortis, jam cruces, & ignes, & taurum contemnet. Da libidinoſum, adulterum, ganeonem; jam ſobrium, caſtum, continentem videbis. Da crudelem & ſanguinis appetentem: jam in veram clementiam furor ille mutabitur? Da injuſtum, inſipientem, peccatorem: continuò & æquus, & prudens, & innocens erit: uno enim lavacro malitia omnis abolebitur. Tanta divinæ ſapientiæ vis eſt, ut in hominis pectus infuſa, matrem delictorum ſtultitiam, uno ſimul impetu expellat: ad quod efficiendum, non mercede, non libris, non lucubrationibus opus eſt, gratis iſta fiunt, facilè, citò, modò pateant aures, & pectus ſapientiam ſitiat.* Hæc Lactantius. (Lactant. lib. 3. Inſtit. cap. 25.)

H Quid Juſtinus, major & antiquior Lactantio? *Nos quoque poſteaquam verbo perſuaſi ſumus, ab illis defecimus: Deúmque, qui ſolus ortu* (Juſtin. Apolog. ad Anton. Pium.)

A *caret, filii benignitate, sequimur: Qui antea stupris gaudebamus, nunc temperantiam, continentiámque solam amplectimur, qui autem magicis artibus utebamur, DEO bono, qui ortu caret, nos consecravimus, & qui pecuniarum, possessionúmque copiam plus quàm cæteri amabamus, nunc etiam, quæ habemus, in commune conferimus, omnique egenti erogamus: & qui mutuis nos odiis prosequebamur, mutuisque cædibus tollebamus, nunc ob* CHRISTI *adventum, unà vivimus, ac pro inimicis precamur, eisque, qui injuria nos oderunt, suadere conamur, ut illi, qui ex præclaris Christi præceptis aut monitis vixerint, se unà nobiscum eadem bona & commoda à Domino omnium consecuturos esse confi-*
B *dant.* Paulò pòst: *Plerique sexaginta atque septuaginta annos nati, qui à puero in Christi se disciplinam tradiderunt; incorrupti permanent, precórque, ut in omni hominum genere tales monstrare possim. Quid enim enumeremus infinitam multitudinem eorum, qui ab incontinenti, intemperatáque vita abducti sunt, cùm hæc ita didicissent?* Hæc Justious.

C Ergo illa Religio à DEO est, quæ sapientiam cœlo demissam imitata, primùm quidem *pudica* est, deinde *pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis, non judicans, sine simulatione.* Ponitur pudicinia primo loco: quia Christianæ Religioni proprium est, ad castitatem, omnémque hooestatem mortalium animos inclinare, etiam illorum, qui castitatem antea existimabant rem ejusmodi, quæ in istum tam depravatum vitæ statum non caderet. Notavit hoc egregiè sanctus Athanasius, cùm Christianæ fidei excellentiam extollens, ita scribit: *Prorsus nullam fidem virginitati habentes; & impossibile esse dictitantes, eam virtutem in hominibus reperiri: iidem, ubi jam crediderè Salvatori ex virgine nato, non solùm eam in aliis esse agnoscunt; sed ipsi eam pudicitia & sanctitate præstant, & vicissim ab Ethnicis ipsos jam tales esse factos, credi non potest; & de qua virginitate ambigunt Magi & Græcorum Philosophi, hanc in Christo mulieres demonstrant.*

Jacobi 3.

S. Athanas. serm. de passione Domini.

D Quæ cùm ita sese habeant; quæro nunc ex quovis, qui æquus rerum arbiter sit, quam religionem honam, atque adeò ex DEO esse putet; Catholicam, & quæ in Catholica religione reperitur, professionem Mooasticam? An verò persuasionem, & fidem Lutheranam seu Calvinianam, seu aliam quovis modo hæreticam? Compara institutum Catholicorum cum institutis hæreticis; præcepta cum præceptis; regulas cum regulis; consuetudines cum consuetudinibus; placita cum placitis; decreta cum decretis: omnia apud Catholicos ex natura ipsius Catholici dogmatis invenies apta ad spiritum, apposita ad peccati fugam & detestatiooem, accommodata ad mortificationem carnis & cupiditatum carnalium; idonea ad virtutes animo inferendas, insertásque custodiendas, & crebro usu confirmandas & corroborandas. Jam verò, si Monasticam seu Religiosam vitam propiùs intuearis, nihil invenies, quod ad virtutis decus, & ad perfectionem non tendat & ducat. Ipsa religiosæ vitæ natura est, ut hominem ad voluotariam paupertatem; ad promptam obedientiam; ad castitatem perpetuam inclinet; contemptorem sui ipsius, omniúmque rerum caducarum efficiat, soliúsque cœlestis patriæ desiderio compleat. Hanc naturam esse & quasi essentiam vitæ religiosæ, cùm per se liquet, tum manifestè declarant veteres illi & hodierni itidem Monachi & Religiosi, qui memores DEI & sui, gratiam vocationis *in vacuum* non acceperunt. E

F Verte jam oculos ad Calvinianam & Lutheranam perfidiam, quid non in sectis illis carni gratum & jucundum? Quid non ad vitia pronum & lubricum sublatis omnibus honestatis repagulis, & omni cœli, cœlitúmque formidine abolita, & *sola illa fide* oudáque introducta, tanquam omnium peccatorum antidoto, & saluberrimo remedio? Quando unquam alumnos suos ita format secta Lutherana aut Calviniaoa, ut fiaot tales, quales sanctissimi illi viri, Hieronymus, Augustinus, Martinus, Hilarion, Antonius, Paulus primus Eremita, Basilius, Anachoretæ, de quibus Theodoretus; & ut fœminas non præteream; quando unquam ulla mulier Lutherana exôrit, quæ moribus referret Paulam illam Romanam, Eustochium, Fabiolam, Demetriadem, Cyram, Maranam, Domninam, & alias innumerabiles?

G Cùm Lactantius multa in laudem Christianæ Religionis dixisset; tandem subjecit: *Num quis hæc Philosophorum aut unquam præstitit, aut præstare, si velit, potest? Qui cùm ætates suas in studio Philosophiæ conterant; neque alium quemquam, neque se ipsos possunt facere meliores.* Idem ego de Hæresi, & Hæreticis assero. Quid, quòd ipsi interdum Sectarii fatentur, Hæresin suam licentiæ & improbitatis officioam esse, oec ad honestatem, sed ad omnis geoeris flagitia pronos reddere? Tres hic teites dabo, ut in ore horum trium testium *stet omne de hoc argumento verbum.* Ita ergo Smidelinus, tibi, opinor, Misene, non ignotus. *Ut totus mundus agnoscat, eos non esse Papistas, nec bonis operibus quidquam fidere, illorum etiam operum nullum exercent penitus. Jejunii loco comessationibus & perpotationibus nocte diéque vacant: ubi pauperibus benignè facere oportebat, eos deglubunt & excoriant; precationes vertunt in juramenta & blasphemias, & divini nominis execrationes, idque tam perditè, ut Christus ne ab ipsis quidem Turcis tantoperè blasphemetur: Demum pro humilitate passim regnat superbia, fastus, elatio. Atque hoc universum vitæ genus ab illis Evangelicum dicitur institutum.*

Lactant. loc. cit.

Smidel. in concion. 4. Germ. Planet.

H Audiamus jam Bucerum: *Maxima eorum pars visa est id tantùm ex Evangelio Christi petiisse, ut jugum qualiscunque disciplinæ, pœnitentiæ,*

Bucer. l. 1. de Regno Christi, c. 4.

A *tentia, & religionis universæ, quæ in Papatu reliqua fuit, abjicerent, próque carnis suæ arbitrio ac libidine instituerent, agerentque omnia. Tum non ingratum iis fuit audire, justificari nos fide in Christum, non bonis operibus, quorum nullo tenebantur studio. Nec pauci eorum, qualemcunque Evangelii prædicationem, eò tantùm receperunt, ut in opes invaderent Ecclesiasticas.*

B Accedat tertius Wigandus: *Rapere,* inquit, *Ecclesiastica bona, scortari, inebriari, aliáque id genus innumera peccata eò magis invalescunt quotidie, quia libertatem crescendi habent.* Hæc ille. Discrimen ergo inter Catholicam fidem & Hæreticam perfidiam, hoc est, quòd illa ex sua natura ad virtutem inducit & impellit; hæc ex sua natura ad scelera invitat & incitat; quippe ex carne & sanguine progenita; nam & inter *opera carnis* hæresis ab Apostolo numeratur. Quamobrem hæretici ex disciplinæ suæ instinctu & impulsu, scelerati sunt, & libidinosi, & flagitiosi, & si qui tales non sint, id non habent beneficio suæ sectæ, sed suæ indolis & naturæ fortassis naturaliter à sceleribus abhorrentis, & virtutum illa semina omnibus insita non planè obliterantis. At Catholici & Religiosi ex instituto suæ vitæ ab omnibus criminibus arcentur, & ad optima quæque & honestissima ab ipsa religione

(Wigand. in admonit. de bonis & malis Germaniæ.)

C & professione sua quasi manu ducuntur; & si scelerati sunt, id non accidit vitio professionis, sed pravæ voluntatis, desciscentis à recto tramite, quem Catholica religio monstrat; híque sibi fraudi sunt & damno; non fidei aut vivendi instituto; nomine potiùs, quàm re Christiani & Monachi: *nam qui non inveniuntur vivere, ùt Christus docuit,* inquit Justinus Martyr, *intelligantur non esse Christiani, etiamsi lingua ipsa Christi decreta & præcepta proferant: Neque enim eos, qui solùm dicunt, sed eos, qui etiam faciunt, salutem consecuturos esse dixit.* At hæreticus, cùm se sceleribus cooperit: tum primùm verè & perfectè cum hæreseos natura conformari incipit, perfectiúsque esse, quod antea imperfectè tantùm erat.

(Justin. loc. supr. cit.)

D Igitur, ut hunc locum concludam; licèt plures improbi & libidinosi apud Catholicos reperirentur, quàm apud hæreticos; nihil præjudicii crearetur Catholicæ religioni ob causas suprà dictas. Utrum autem major vitiorum copia sit apud nos, quàm apud Hæreticos: DEUS quidem omnium optimè novit, utpote, qui solus sit scrutator *cordium & renum.* Sed facilè id itidem noverunt homines; nam ut vel unicam castitatem nominemus; quid turpitudinis & immunditiei in hoc genere non perpetrabitur ab illis, qui cum Nerone, Magis & Græcis Philosophis castitatem inter homines tanquam *rem impossibilem* inveniri negant, ùt Calvinistæ & Lutherani faciunt? Nec plura addo; Lector cætera facilè sibi suggeret, & ex hoc capite, quales isti sint in aliis, nullo negotio perspiciet.

E Dixerat Ribadeneira: Prædicantes & Ministros Hæreticorum extitisse è vulgi fæce sutores, cerdones, tinctores, lanios, homines facinorosos, & publicè damnatos. *Hæc scribis,* inquis, *oblitus ipsos Apostolos fuisse piscatores.* Ut maximè Piscatores fuerint: attamen facinorosi & scelerati non erant: & ut maximè quidam ex illis tales fuissent: ùt Matthæus Publicanus, & Paulus persecutor Ecclesiæ; at tales esse desiêrunt, longéque aliam vivendi rationem instituerunt, & alios itidem instituere docuerunt, Spiritu sancto accepto & diffuso in singulorum cordibus, ad sanctificationem tum propriam, tum alienam. At tui illi sutores & cerdones, ne uno quidem pilo meliores effecti sunt; postquam ministerium iniêrunt, Doctorísque officium susceperunt; nec alios ad sanctiorem vitam verbo vel exemplo invitârunt: nec potuerunt, quippe Hæretici. Quorsum enim Hæresis impellat, paulò antè tibi demonstravi.

F Cùm Celsus Epicureus Christianis objecisset: Magos eadem facere, quæ Christus fecerit; Respondit Origenes, *nullus præstigiator* (Prædicans Lutheranus aut Calvinianus) *per ea, quæ facit, ad morum correctionem spectatores invitat, neque timore DEI perculsos erudiunt id genus spectacula* (ministeria) *neque circulator* (Prædicans) *oculos coronæ pascens, suadet ita vivere, ut approbetur vita DEO judici. Nihil horum faciunt præstigiatores* (Prædicantes) *quia non possunt; ac ne volunt quidem negotium habere cum corrigendis hominibus; ùt qui ipsi refertè sunt turpissimis sceleribus & infandissimi.*

(Orig. lib. 1. contra Celsum.)

G Quos enim Hæretica vivendi norma ad meliorem vivendi rationem induceret, vana ipsa & futilis moribus & doctrina? *Non omittam,* inquit Tertullianus, *ipsius etiam conversationis Hæreticæ descriptionem: quàm futilis, quàm terrena, quàm humana sit, sine gravitate, sine auctoritate, sine disciplina, ùt fidei suæ congruens;* quod deinceps sigillatim ostendit; præcipuè ex ordinationibus, quas apud Hæreticos ait esse *temerarias, leves, inconstantes;* præter cætera levitatis documenta adducit & hoc, quòd *Laicis sacerdotalia munera injungunt,* more videlicet Calviniano & Lutherano. *Herì Lutetiæ cerdo vilissimus* (verba sunt Joannis Quintini professoris Parisiensis) *triduo pòst inter Gnosticos Evangelicæ vitæ prædicans est admirandus. Nudius tertius ganeo projectissimus, & lupanarium sectator, & assecla nequissimus, haud multis transactis lunis etiam commentaria scribit in Evangelia.*

(Tertull. de præscript.)

(Joan. Quin. in scholiis ad lib. Tertul. de præscript.)

H Ait Ribadeneira, eò impudentiæ Hæreticas quasdam mulieres progressas, ut publicè docendi munus sibi sumerent, & ex loco superiore verba facerent. Tu hoc mendaciter scriptum affirmas. Atqui verè scriptum esse docet inprimis ipsa Hæreseos natura, quæ ejusmodi est, ut facilè eò inverecundiæ mulieres perpellere queat; & verò jam olim perpulerit. Observavit hoc Tertullianus: *ipsa*

(Tertull. de præscript.)

A *ipsæ mulieres hæreticæ*, inquit, *quàm procaces; quæ audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes repromittere, forsitan & tinguere.* Si hoc fecerunt temporibus Tertulliani; quid nostro tempore non egisse censendæ sunt, quibus ad impudentiam maxima accessio facta est? Secundò Surius expressè scribit, Lutheranas quasdam fœminas tantos sibi sumpsisse spiritus, ut, contemptis quibuscunque Theologis, non dubitarint contra Pauli prohibitionem publicè concionari. Idem testatur his verbis Joannes Quintinus Hæduus, & ex eo Jacobus Pamelius. *Nunc inter Gnosticos* (sic nominat Hæreticos hujus temporis, inani scientiæ opinione tumidos) *mulieres de sacris & palàm concionantur; immò contendunt: Ab anno Domini 1521. quo passim Biblia profanari cœpère vernaculis populorum linguis, adeò quoque mulieres inceperunt pro fusis & colo theologari, ut inventæ sint, quæ de scriptis Pauli themata collegerint, de quibus essent illæ paratæ publicè quibusvis disceptantibus, & in quibuscunque scholis respondere. Nostræ temporis historiæ contentiosas & disputatrices istas fœminas nominatim produnt, & publicè cum talibus doctricibus ab iisdem conscripti libelli extant.* Hæc ille.

Sur. in commen. 1522.

Quint. loc. cit. Pamel. Annot. ad Tertull. de præscript.

B Certè nihil non audent Hæreticæ mulieres, postquam mulier pro capite Ecclesiæ sese venditare ausa fuit, inaudito prorsus exemplo. Et postquam ipse Lutherus omnibus hominibus, etiam mulieribus omnes officii sacerdotalis partes competere docuit; ùt docere verbum, baptizare, consecrare panem & vinum, absolvere. Monstro profectò simile foret, si nulla mulier reperiretur, quæ hac tam ampla sibi à Luthero concessa potestate uti vellet. Quid, quòd liber extat nomine monialis nubentis, quo id unum agitur, ut mulieribus potestas publicè

Luth. lib. de ministris Ecclesiæ instituend. Tom. 2.

C docendi asseratur. Quocirca pro una Quintilla, quæ jus docendi sibi arrogavit, quámque Tertullianus propterea *monstrosissimam* nominat; tulit hoc ævum plurimas. Sed tu hic mulierum causam agis, & vel invito Apostolo illis in templo cathedram concedere conaris. Ais, *Basilium sanctissimum & eruditissimum virum, institutum & informatum à fœmina.* Sed num à fœmina in templi subselliis docente? Nónne disertè profitetur, sibi adhuc parvulo, ab illa fœmina, à qua, ùt à nutrice educabatur, pietatis & rectæ fidei dogmata instillata esse? Quod genus docendi neque Apostolus, neque ullus unquam veterum Patrum mulieribus ademit. Sed aliud est, Misene, concionari & disputare publicè in templis & scholis; quod factitant mulieres quædam Hæreticæ: aliud privatim teneros infantium animos fidei elementis imbuere.

Tertul. lib. de baptismo.

D Quòd verò Basilium, virum *sanctissimum & eruditissimum* nomines: Ironicè te loqui puto, quia si eum pro *sanctissimo & eruditissimo* haberes, Calvinianus non esses; Basilius enim Monasticam vitam coluit; Monasticas regulas & constitutiones edidit, in quibus ea continentur clarissimè, quæ tu in nostris & aliorum recentiorum Ordinum regulis subsannas & calumniaris; cælebs vixit, cœlites coluit, jejuniis corpus domuit, & alia Evangelio vestro dissimillima fecit. Quare ex hoc tuo elogio nihil aliud colligo, quàm Calvinianos, nec sanctos, nec eruditos esse, cùm viam illam, qua Basilius ad sanctitatem & eruditionem pervenit, penitus deseruerint. E

Necdum finis patrocinii pro fœminis suscepti: *Huic sexui*, inquis, *Apostolus non adimit Prophetiam, cùm ait, mulier orans aut Prophetans tegat caput suum; ut dictum illud ejusdem: mulier ne loquatur in Ecclesia; non videatur extendi posse ad extraordinarias vocationes.* Verba Apostoli tenebras tuæ glossæ non admittunt. Quid enim illis clarius? *Docere autem mulieri non permitto; neque dominari in virum, sed esse in silentio.* Alibi: *Mulieres in Ecclesiis taceant; non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia.* Quamobrem Tertullianus ex antiquo Ecclesiæ more: *Non permittitur*, inquit, *mulieri in Ecclesia loqui, sed nec docere, nec tinguere, nec offerre, nec ullius virilis muneris, nedum sacerdotalis officii sortem sibi vendicare.* Rectè dixit *virilis muneris*; quia officio Doctoris fungi publicè, virorum est, non mulierum. Unde S. Hieronymus in illa Apostoli verba: Docere autem mulieri non permitto, ait; *publicè non permittit; nam filium aut fratrem debet docere privatim.* Idem ad illud: *Omnis autem mulier orans aut prophetans, non velato capite, deturpat caput suum;* addit; *In suo sexu; aut in domo:* non in Ecclesia: aut si in Ecclesia; non inter viros, sed inter fœminas, non ùt doctrix; sed ùt prophetis. Aliud munus Doctoris est: aliud prophetæ, aut prophetidis. Hoc Christianæ fœminæ aliquando in primæva illa Ecclesia, singulari DEI beneficio subibant: illud nunquam; sed fœminæ duntaxat hæreticæ; qualis Prisca & Maximilla Montani, Lucilla Donati, Agape Elpidii, Galla Priscilliani, & similes Megæræ; quas extraordinaria vocatione in Ecclesiis docuisse libenter tibi concedo, dummodo tu vicissim fatearis, eas ob hanc suam extraordinariam functionem pro monstris habitas fuisse; neque nunc tuis istis extraordinariis Doctricibus & concionatricibus injuriam fieri, si & ipsæ in portentorum numerum referantur.

F

1. Tim. 2. 1. Cor. 14.

Tertul. lib. de veland. Virg. c. 9.

G

S. Hieron. in 2. cap. Epist. 1. ad Tim.

H Quàm graviter invehitur Tertullianus in mulieres, quæ munus docendi & extra necessitatem baptizandi; & quidem publicè & solenni ritu; temerè sibi usurpabant? *Petulantia*, inquit, *mulierum, quæ usurpavit docere, utique non etiam tinguendi jus sibi pariet, nisi si quæ nova vipera evenerit similis pristinæ* (Quintillæ) sed defendebant se mulieres exemplo Theclæ petito ex apocrypho quodam libro.

Tertull. lib. de baptismo.

A libro. Defensionem hanc ita refellit Tertullianus. *Quòd si quæ Pauli perperam scripta legunt, exemplum Theclæ ad licentiam mulierum docendi tinguendique defendunt: sciant in Asia Presbyterum, qui eam scripturam construxit, quasi titulo Pauli de suo cumulans, convictum, atque confessum id se amore Pauli fecisse, loco decessisse. Quàm enim fidei proximum videretur, ut is docendi & tinguendi daret fœminæ potestatem, qui ne discere quidem constanter mulieri permisit? Taceant*, inquit, *& domi maritos suos consulant*. Vocatur autem liber, quem hic citat Tertullianus, à S. Hieronymo, liber de Periodis Pauli & Theclæ. Sed ad Misenum regredior.

B Confecta pro mulieribus pugna, vertit se Paris noster ad Lutherum, eúmque ab omni erroris labe, quàm diligentissimè purgat; nihil eum contra SS. Trinitatem, aut contra honorem Deiparæ Virginis, aliorúmve cœlitum; aut contra legitimum Sacramentorum usum & numerum, aut contra ullum rectæ fidei dogma docuisse affirmans. Quod tam verum est, quàm verum est Gnosticos, Simonianos, Valentinianos, Arianos, Sabellianos, Eunomianos, Macedonianos, & id genus alios sectarios, nihil adversus Orthodoxam fidei regulam & sententiam in mun-
C dum introduxisse. At quòd Purgatorium eo nomine rejicis; quia id, vel saltem aliquam ejus umbram, agnoverunt Plato, Platonici, & Virgilius, poteris, Misene, rejicere itidem infernum, & cœlum, ùt commentitium; imò & ipsum Deum; quia horum omnium vestigia satis expressa reperire est in libris Platonis & Platonicorum; & in Æneide Virgilii. Tertullianus & alii veteres, conversa ratione, hinc argumentabantur, aliquid potiùs verum esse, quàm falsum: *Unde hæc*, inquit, *Philosophis aut poëtis tam consimilia? Non nisi de nostris sacramentis; si de nostris sacramentis, ùt de prioribus, ergo fideliora sunt nostra, magisque sunt credenda, quorum imagines quoque fidem inveniunt; si de suis sensibus, jam ergo sacramenta nostra imagines posteriorum habebuntur; quod rerum forma non sustinet, nunquam enim corpus umbra, aut veritatem imago præcedit.*

[Tertull. Apolog. cap. 47.]

D Illud lepidum, quòd varietatem sectarum, quæ ex una Lutheri secta prodiit, excusas exemplo Catholicæ Ecclesiæ; ex qua Hæreses sint natæ. *Unde hæreses*, inquis, *olim prodièrunt; nónne ex Ecclesia Catholica?* Sed nôsse debes; hæreses non modò ex Apostolica doctrina, sed & ex Hæretica nasci, & quidem multò faciliùs: quia ex hæresi, nascuntur hæreses per se, ex vera doctrina tantùm *per accidens*, quia tantùm vitio & improbitate hominum: at hæresis vitio suo hæreses parit. Citiùs, Misene, gignitur monstrum ex monstro, quàm ex non monstro. Præterea indicium idoneum Apostolicæ doctrinæ non est, quòd Hæreses inde existant, alias adesse oportet Apostolicæ doctrinæ notas. Quo-

E circa planè ridiculum est hoc tuum argumentum, quod tacitè hic proponis: *Ex doctrina Lutherana multiplices sectæ ortæ sunt; ergo doctrina Lutherana est Apostolica;* nescis, quot hæreses extiterint ex una Ariana perfidia; an ideo censenda est Apostolica?

F Adhæc, si secta est, ùt revera est; quæ ab Apostolica & universali Ecclesia desciscit, sectam esse oportet Lutheranam doctrinam, quæ ab illa Ecclesia descivit, quæ sola toto terrarum orbe habebatur, & nominabatur Apostolica. Lutherani certè à nobis desciverunt, non nos ab illis. Hinc nullus tam impudens Lutheranus invenitur, qui asserere audeat, nos ab illis descivisse: Libenter omnes confitentur, se ex Pontificia Ecclesia egressos esse; ergo si ea est doctrina Apostolica, à qua prima fit egressio, cùm Apostasia fraude diaboli excitatur; sequitur profectò Lutheri placita sectis esse annumeranda; quia ipse à nobis cum pauculis suis initio exiit; donec tandem mysterium iniquitatis latiùs propagatum, plures ad defectionem sollici-
G tavit & impulit. His adde, quòd (quidquid sit de Lutherana Synagoga) Calviniana certè & quotquot ex Lutheri Schola extiterunt, Catholicæ & Apostolicæ esse nequeunt. Calvinianam autem seu fidem seu perfidiam, ex Lutherana natam esse, quis ignorat, nisi qui omnia ignorat; & ita ex illa natam esse, ut sit peculiaris & distincta professio? In confesso idem est apud omnes, qui sciunt, ultimo Mompelgartensi colloquio, Calvinistas & Lutheranos, ne *amicitiæ* quidem dexteras, nedum *fraternitatis* jungere voluisse. Jam ut maximè Lutherana persuasio Apostolica esset, vestra ab illa toto cœlo discrepans, Apostolica esse nequiret; quia religio, quæ ab Apostolica deficit, nil aliud est, quàm Apostatica. Quòd si & illa, à qua deficitur, & illa, ad quam fit transitio, apostatica est, & sectaria; perspicuum Lectori erit, quid de utraque statuere debeat, ùt & de omnibus aliis, quæ ex hac infelice stirpe succrescunt.

H Ad quam sectarum diversitatem non nisi ineptè accommodas illud Domini dictum: *Nolite arbitrari, quia pacem veni mittere in terram; non veni pacem mittere; sed gladium. Veni enim separare hominem adversus patrem suum, & filiam adversus matrem suam, & nurum adversus socrum suam:* hoc est, interprete Miseno; veni efficere, ut una in domo alii essent Calvinistæ, alii Lutherani; alii Anabaptistæ; alii Trinitarii; alii Schvvenckfeldiani; alii Ubiquistæ, ut una eadémque domus perpetuis rixis & contentionibus personaret: Hic mei adventus finis est: non ergo mirandum, si nunc una in domo tot inveniantur placita, quot capita, ne dicam plura: quia hæc opinionum diversitas, adventus Christi fructus & effectus est, si Calviniano expositori credimus. Apud quem verò nugator fidem mereatur? Non enim Christus, qui *princeps pacis* à Propheta verissumè

[Matth. 10. Lucæ 12.]

[Isaiæ 9.]

A ſimè cognominatus eſt, diſſenſionum & turbarum, & ſeditioſarum ſectarum auctor eſt. Cùm Evangelium ſuum prædicaturus, & homines ad conſilia Evangelica invitaturus veniſſet; prædixit id futurum, quod revera futurum erat, ut videlicet ob fidem Chriſtianam à ſe, non ab Hæreticis introductam, pater à filio; filia à matre; frater à ſorore aut fratre; nurus à ſocru diſſentiret, quæ diſſenſio bona & laudabilis erat, quia à ſceleratis vita, moribus, & opinionibus diſſentire, laude digniſſimum judicatur; ſicut & omnem commendationem meretur is, qui perfectioris vitæ cupiditate, mundo nuncium remittit, nudúſque nudum Chriſtum ſequitur; diſcordans à conſanguineorum & familiarium ſuorum voluntate, quibus interdum minùs gratum accidit, ſi quem ſublimius vitæ inſtitutum meditari ſentiant.

B Quòd autem ex Clemente Alexandrino objicis: *Etiam Chriſtianæ Religioni olim diſſenſiones & varietatem ſectarum objectam eſſe*, id cauſam tuam nihil juvat: Clemens enim loquitur de doctrina Catholica & Apoſtolica, cui vitio verti non debet, ſi ex ea hæreſes oriantur, cùm id non fiat vitio ipſius doctrinæ, ſed temeritate hominum ea, quæ recta & ſancta ſunt, depravantium, ùt ſuprà reſpon-
C di. At quòd hæreſes naſcuntur ex hæreſibus, id hæreſi jure crimini datur, cùm hæreſis naturâ ſuâ ita ſit comparata, ut facillimo partu enitatur hæreſes, dum unuſquiſque hæreticus *ſuo arbitrio modulatur, quæ accepit*, ùt Tertullianus loquitur: *quemadmodum de ſuo arbitrio ea compoſuit ille, qui tradidit. Agnoſcit naturam ſuam, & originis ſuæ morem profectus rei: Idem licuit Valentinianis* (Lutheranis) *quod Valentino*, Luthero. *Idem Marcionitis*, Calviniſtis, *quod Marcioni*, Calvino, *de arbitrio ſuo fidem innovare. Denique penitiùs inſpecta hæreſes omnes in multis cum Auctoribus ſuis diſſentientes deprehenduntur.*

Tertull. de præſcript.

D Ergo ſi quis ſeu Hæreticus, ſeu Ethnicus Chriſtianam, hoc eſt, Catholicam & Apoſtolicam fidem, condemnare velit, hoc ſolùm nomine; quòd ex ea Hæreſes proſeminentur; tum locum habebit Clementis reſponſio, ùt & Origenis, qui eandem calumniam à Celſo Chriſtianis objectam copioſè refellit: tum dicere licebit, *nullam unquam exſtitiſſe rem magnæ exiſtimationis, & communi vitæ utilem, quæ non in varias ſectas diſciſſa ſit. Medicina namque, quòd ea ſit utilis ac neceſſaria humano generi, multáſque quæſtiones habeat de modo curandi corpora, apud Græcos ex profeſſo plures ſectæ reperiuntur, & , ſicut opinor, etiam apud Barbaros, qui medicinam profitentur. Rurſus philoſophia, quia veritatis cognitionem, rectéque vivendi rationem pollicetur, conatúrque nos res utiliſſimas docere, in multas quæſtiones diductas, ideo ſectas habet plurimas, quaſdam magis, quaſdam minùs inſignes; nec non Judaiſmus ſectarum materiam præbuit, aliis aliter Moyſis atque Prophetarum verba accipientibus. Eodem modo,* E *quia Chriſtiana religio magnum quiddam, ac venerabile viſa eſt hominibus, non tantùm ſervili ingenio præditis, ſicut Celſo videtur, verùm etiam multis Græcorum eruditis, neceſſariò exortæ ſunt ſectæ; neceſſitate* videlicet non abſoluta, ſed ex hypotheſi: poſita quorundam curioſitate & pervicacia, nolentium intellectum in obſequium fidei redigere, nec ad ſobrietatem, ſed ſupra ſapere conantium.

Orig. lib. 5. contra Celſum.

Cæterùm, ùt culpa ſua ſectas parere pro- F pria quædam hæreſeos nota eſt; ita & conſpiratio ad evertendam Catholicam fidem. *Nihil intereſt illis* (Hæreticis) *licèt diverſa tractantibus, dum ad unius veritatis expugnationem conſpirent*, inquit Tertullianus. Quare quòd hanc conſpirationem Miſenus tuetur exemplo conſpirationis Pontificiorum & Lutheranorum in Turcam, id haud, opinor, feciſſet, niſi veritatem & Turcam, tyrannidémque Turcæ, & ſuave jugum veritatis eodem loco habuiſſet.

Tertull. de præſcript.

Hactenus quidem gnaviter impudens fuit G Miſenus: at jam ſe ipſo impudentior efficitur. *Nec erubeſcit proficiens* in impudentia: Negat, audacter accidiſſe ea, quæ Ribadeneira à Calviniſtis & aliis Hæreticis in Gallia, Anglia, Belgio, Scotia, Germania crudeliſſimè perpetrata ſcribit; citatis noſtri temporis hiſtoricis & ſcriptoribus Surio, Natale Comite, Fontano, Claudio Sanctesio, Sandero, Poſſevino, quibus addi poterant plurimi alii, Galli, Belgæ, Angli, Germani, qui latino ſermone & ſtylo vernaculo latrocinia Calviniſtarum in pace & bello edita, ad poſteritatis memoriam tranſmiſerunt, & ſummæ hujus Evangelii ſævitiæ monumentum ære perennius exegerunt, ita, ut extent libri, quibus nullum aliud argumentum propoſitum eſt, quàm ut Turcica planè Calviniſtarum, vel potiùs Diabolica facinora percenſeant, totiúſque mundi oculis contemplanda proponant. Et tu hæc inficiari audes, quæ omnium Scriptorum conſenſu firmantur, quæ uno ore Gallia, Flandria, Anglia, Scotia loquuntur, & ſeculis innumerabilibus loquentur, quæ ipſo aſpectu & conſpectu probari poſſunt? Quot enim, non dicam centena, ſed H millena monaſteria, Deóque dicata domicilia, templa & oratoria, & altaria funditus evertiſtis, furioſiſſimè incendiſtis, rapaciſſimè expilâſtis, & diripuiſtis, enectis Monachis, laqueo, gladio, rogo; trucidatis ſacerdotibus, nec ſacerdotibus tantùm; ſed & promiſcuo vulgo ſine delectu, ſine ulla miſericordia, ſine ulla, non dicam, humanitate, à qua jam pridem deſerti ſunt Calviniſtæ; ſed vel humanitatis umbra? Nulli Vandali, nulli Gotthi, nulli Ariani, nulli Donatiſtæ, & quid hos commemoro? nulli Getæ, Quadi, Hunni, Sarmatæ, Heruli eò furoris aſpirârunt, quò Calviniſtæ, Diabolo felicibus auris illos provehente, provecti ſunt. Commiſe-

Theatrum crudelitatis Hæreticæ, Furores Gallici.

A miserunt quidem veteres Hæretici facinora planè etiam Tragica, & ab omni humaoitate remotissima, sed Calvinistæ supergressi sunt universos; ùt enim impietatem bæreditario quasi jure acceperunt à priscis hæreticis, non tamen sine grandi additamento; ita & immanitatem illam barbaram ab eisdem traxeruot; oòn tamen sine largo auctario. Lege, quæ S. Arbaoasius de Arianorum sævitia prodidit, & confer cum tuorum Calvinistarum rapinis & cædibus, claréque intelliges, utris nequitiæ palma debeatur, vobis, an Arianis; nisi fortè, quæ Athanasius oculatus testis scripsit de Arianorum crudelissima & saoguinaria secta, eadem fronte oegas, vera esse, qua negas vera esse, quæ Gallia, Britannia, Scotia, Flandria à ferocissimis & truculentissimis Calvinistis perpessa est, certè minùs impudens esses, si antiquis illis fidem abrogares, quàm si his novis & nuperis, quorum monumenta in omoium oculos adhuc incurrunt.

S. Athanas. Apolog. 1. ad Constantium. Et Epist. ad solit. vitam agentes.

B Sed ais: *Si quid factum sit, id factum esse jure belli.* Primùm, quo jure bellum gestum est à Calvinistis adversùs legitimos Reges, & à DEO præpositos Magistratus? Secundò; quidnam hoc Juris, capta civitate vel arce, vel per insidias & prodirionem intercepta, trucidare inermes Sacerdotes, Monachos & Moniales in cellulis latitantes, Deóque supplicantes; nec trucidare tantùm, sed exquisitissimis suppliciis excarnificare, non sine ludibriis, ipso corporis cruciatu longè acerbioC ribus? Quid juris hoc debacchari in cineres & ossa mortuorum, nec Divorum tantummodo, sed & Regum? Obi Galliam, Misene, obi Belgium, Scotiam & Angliam, & intuere illud jus Calvinianum; quòd si vobis jus est; jam ergo non modò à fide; sed & ab Astræa virgine penitus derelicti estis, quando jus vobis est, non quod Justitiæ, sed quod vobis lubet, quod si lubet, licet. Eò processistis, quò nunquam procedere ausi fuerunt tyranni quidam, licèt flagitiosissimi, ipsam tacitam conscientiæ suæ reptehensionem reveriti, si jus istud Calvinisticum amplecterentur.

D Nec plura de bis, tantùm moneo Lectorem, ur observet vel unicum exemplum, in quo Calvinianis cum Arianis egregiè convenit: ídque est, Virginum Deo consecrararum dira persecutio & probrosa exagitatio, quotiescunque isti Ortbodoxorum loca ferro armati populantur. Audiamus S. Arhanasium hæc, quæ ipse vidit, & in quibus perpetiendis pars magna fuit, enarrantem, dum ita Constantium Imperatorem alloquitur: *Dei Filius Dominus & Salvator noster JEsus Christus, homo propter nos factus profligata morte, & liberato à servitute & corruptione humano genere, inter cætera dona sua largitus est nobis in virginitate exemplar Angelicæ sanctitatis. Certè puellas ea virtute præditas, sponsas Christi Catholica Ecclesia appellare solita est, quas Ethnici conspectas, ùt templum verbi, admiratione* E *prosequuntur. Nusquam enim alibi sanctum illud & cœleste æternæ virginitatis mandatum feliciter adimpletur, nisi duntaxat apud nos Christianos* (nota bæc Misene, nota) *atque in eo magnum documentum est, planè apud nos esse veram religionem. Has præ reliquis omnibus, beatæ memoriæ religiosissimus pater tuus Constantinus Augustus in pretio habuit; & tua religiositas sæpe eas in suis scriptis pretiosas & sanctas nominavit.*

S. Athanas. Apolog. 1. ad Constant.

F *Has nuper præstantes viri Ariani, nostri scilicet calumniatores, insidiatorésque, nisi ad hoc & Episcoporum opera & ministerio Judæorum, detractis vestibus, denudârunt, & ab eremitariis suspenderunt; lateribus earum, ita jam tertiò laceratis, ut nunquam quidquam tale neque facinorosissimi quidem homines passi sint. Pilatus enim, qui inserviebat per id temporis Judæis, lancea unum latus Salvatoris perfodit: isti autem rabie sua Pilatum vicerunt, cùm non unum latus Christi, sed utrumque lacerârint: membra enim virginum præcipua, & propria Christi sunt. Omnes certè quotquot scelera ista audiunt, vel ad solam famam exhorrescunt: isti soli nihil veriti sunt denudare & lancinare impolluta membra, quæ puellarum æterna virginitas Christo* G *dedicaverat. Et quod teterrimum est, si quando malè audirent, & conviciis ob tantam crudelitatem pulsarentur; pro erubescentia, qua tingi debuerant, causabantur, sese id tuo jussu & imperio perpetrâsse: tanta illis audacia est, & improbitas ad omne facinus. Nihil certè in persecutionibus tale gestum esse audimus. Quod si tale quid gestum reperiatur; non decuit tamen sub te, Christiano Principe, virginitatem istiusmodi contumeliis exagitari, aut tantam crudelitatem tuæ Majestati imponi, & adscribi: talia enim scelera & impietates in Filium Dei, & in consecratas ejus virgines hæreticis conveniunt.* Hæc S. Athanasius de Arianis. An non Calvinistæ similia fecerunt? Nec his tantùm similia, sed longè sceleratiora & atrociora?

H Hoc autem nimis ridiculum; quòd Lutheri cum Diabolo consuerudinem, & tam familiarem convictum, quem ipsemet libenter fassus est, excusas, eò, quòd Ribadeneira scripsit, Ignatio sæpè Diaboli speciem visam esse. Poretas, si specimen aliquod perfrictæ frontis edere volebas, excusare exemplo Cbristi; cui itidem in deserto moranti, Diabolus apparuit. Poteras exemplo S. Antonii & S. Hilarionis, quibus idem capitalis noster hostis non semel conspiciendum sese præbuit. Meminisse tamen debebas, Diabolum aliter Ignario, aliísque sanctis viris visum; aliter Luthero; huic, ùr Magistrum, discipulo: Doctorem, auditori benevolo; contubernalem, contubernali; amicum amico; illis, ùr inimicum inimico, ùt seductorem & deceptorem, his, quos seducere & decipere volebat, nec tamen poterat. Ex quibus facilè itidem intellexisses, quanto intervallo

tervallo & hæ & illæ Diaboli apparitiones distent.

A Addis, *ideo nobis videri Lutheri spiritum à Calvinistarum spiritu superari impietate, truculentia, immanitate; quòd Calvinistæ nostrum idolum, realem scilicet præsentiam Christi in Eucharistia, fortiùs adorti sint, quàm Lutherus, & acriùs oppugnârint, & adhuc oppugnent.* Non invidemus vobis, Misene, hanc laudem; si qua est ea gloria. Longiùs à pietate recessistis, quàm Lutherani, viámque ad Arianismum & Judaismum, & Turcismum, & Atheismum planam & expeditam stravistis; jámque *Calvinus judaizans*, & *Calvino-Turcismus*, & *Calviniani Atheismi* omnium manibus & sermonibus circumferuntur. Nec tantùm hac impietatis quasi dote secta vestra Lutheranam longo intervallo antecedit, sed & barbara crudelitate & violentia. *Bellua ista*, inquit sanctus Athanasius de hæresi Ariana, & ego de vestra, *terras invasit, ut, quæ non verbis velut dentibus suis homines innocentes lædat, sed & externam vim ad insidias faciendas comparârit.*

S. Athanas. Epist. ad solit. vitam agentes.

B Ad extremum, qui Hispanos, quia ita tibi commodum videtur: *nationem potentissimam & fortissimam*, hoc loco appellas, ille ipse libro primo *viles animas & serviles* nominâras; quia eo loco hujusmodi convicium tibi promere lubebat; doctus nimirum es, versare linguam bilinguem in utramque partem, prout fert animus & calumniandi æstus. *Flare simul & sorbere* nôsti, quod vetus verbum haud facile esse dicit.

CAPUT VII.

Refutantur calumniæ Miseni in caput decimum nonum.

C INscribitur hoc caput de fidei apud Indos propagatione. Ubi Misenus: *De Indorum conversione melius fuerat silere, quàm multa scribere Jesuitas.* Ingrata oratio hæreticis, quæ de Ethnicorum conversione instituitur; cùm, ùt jam olim observavit Tertullianus, *hoc sit negotium illis, non Ethnicos convertendi, sed nostros evertendi. Hanc magis gloriam captant, si stantibus ruinam, non si jacentibus elevationem operentur; quoniam & ipsum opus eorum, non de suo proprio ædificio venit, sed de veritatis destructione; nostra suffodiunt, ut sua ædificent. Ita fit, ut ruinas faciliùs operentur stantium ædificiorum, quàm exstructiones jacentium ruinarum.* Hæc verissimè Tertullianus.

Tertull. de præscript.

D Ais, *in ipsa India quendam Franciscanum publicè clamâsse, nec sacerdotem, nec Monachum, neque Episcopum in tota India ullum existere viri boni nomine dignum.* Quis fuit ille Franciscanus? Cur nomen non edis? Cur non Indiam, in qua degit? Cur non locum in India? Cur non saltem nomen Auctoris apposuisti, qui dictum hoc Franciscani illius referat? Vix enim mihi persuadeo, te hoc ex ipso Franciscano in India audivisse, nisi fortè cum Genevensibus Evangelicis Ministris, qui navigationem Indicam aliquoties tentârunt; novum orbem petiisti. Sic gravis ille Auctor, qui asseruit, *Monachos palàm & interdiu ea flagitia committere, quæ alios vel noctu perpetrare puduerit*; erit fortè Balæus, aut Balæo similis criminator, qui è pulpito *verbi divini*; ùt gloriantur, eas calumnias jactant, quas alios, vel in ipsis Saturnalibus ex plaustro spargere puduerit. Cur non exprimis nomen gravis illius Auctoris, ut tam de illius gravitate, quàm de tua veritate judicium facere liceat? Quare reticés, ex quo scriptore F deprompseris, quæ postea narras de querelis & expostulationibus quorundam Indorum ob rapacitatem nonnullorum Christianorum militum? Quid seu militum, seu mercatorum avaritia & inexplebilis cupiditas Evangelii promulgationi præjudicat? An malum erit Christiana religione Ethnicos informare; quia vel nonnulli Christiani Ethnicis improbo vitæ exemplo prælucent: vel quia aliqui ex Ethnicis, salutaribus Baptismi undis abluti, vitam postea doctrinæ Christi minimè consentaneam instituunt?

E

G Quanquam quis unquam in India, vel ex incolis vel ex accolis sceleratiorem & flagitiosiorem vitam duxit, quàm Calviniani Ministri cum Villagagnone in Americam profecti, quorum Princeps Richerus Monachus Apostata? Hi postquam in Americam ad arcem Collігniam ab Admiralii familia sic nominatam appulissent, in continentem egressi, pro uno Evangelio multa, eáque hostiliter dissidentia, cœperunt spargere. *Castitas eorum multò erat magis admirabilis, seu, ut veriùs loquar, portentosa. Sic enim omnem verecundiam & pudorem naturalem excusserant, ut ipsi infideles & barbari eos horrerent. Alii, qui uxores suas Genevæ, vel in Francia reliquerunt, puellas quasdam in classe advectas, ut necessariam Gallicæ coloniæ illic propagandæ operam navarent, uxores sibi junxerant; alii cum Americanis, fœminis infidelibus, copulabantur. Quid adulteria & incestus dicam, cùm esset, qui turpissimo contra naturam peccato se polluerent, imò ex hoc numero unus per vim nepoti proprio, suæ sororis filio, stuprum intulit, qui tamen cum reliquis, Richero excusante, & infirmitatis humanæ rationem habendam esse dicente, divisiones enim gratiarum esse, supplicium evasit*, ùt ipse Villagagnon, qui rebus gestis interfuit, H asseverat. Hæc partim ex ipso Villagagnone; partim ex aliis scriptoribus Guilielmus Reginaldus Anglus, in libro, quem Calvino-Turcismum inscripsit; quo, collatione inter Calvinianos & Mahometanos facta, perspicuè ostendit, Calvinianos multis partibus in doctrina sua deteriores esse Turcis, & omnibus aliis Mahometanis. En Misene, quales Evangelium tuum præcones in Indiam ablegârit; quibus ad illa usque tempora tractus ille terræ nequiores non aspexerat.

Reginald. lib. 2. Calvino-Turcismi. c. 11.

Porrò

A Porrò egregia Richeri excuſatio, ducta ab humana imbecillitate, qua flagitium rogo dignum purgare conatus eſt, revocat mihi in memoriam factum factíque excuſationem cujuſdam Manichæi, ex illorum ordine, quos Sanctos ſeu electos nominabant, ab inſigni ſcilicet morum integritate vitæque ſanctimonia; qui ſanctus, cùm Monialem quandam non modò violâſſet, ſed & impræguâſſet, & ob id à fratre Monialis graviſſimè quadam vice pugnis & calcibus contunderetur, inter crepitantes ictus identidem clamabat, ut ſibi ex auctoritate Manichæi parceretur. Adam primum Heroem etiam peccaviſſe (peccatum videlicet carnis, ita enim opinabantur Manichæi) & poſt peccatum fuiſſe B ſanctiorem. Rem his verbis commemorat S. Auguſt. cùm mores Manichæorum deſcribit: *Au verò illius etiam Sancti, ad cujus diſputationes in ſicariorum vicum vectabamur, tantùm illud flagitium proderetur, ſi virginem ſanctimonialem mulierem tantùm, non & prægnantem facere potuiſſet, ſed occultum & incredibile malum, creſcens uterus latere non paſſus eſt. Quod cùm mater fratri juveni prodidiſſet, acerrimè dolens, religionis tamen nomine ab accuſatione publica revocatus eſt.* (erat enim & ipſe juvenis Manichæus) *perfecitq́, ut ille (non enim hoc ferre quisquam poſſet) de illa Eccleſia* (Manichæorum) *pelleretur: & ne impunita res omnino eſſet, cæpit conſilium, ut adjunctis ſibi amicis, hominem pugnis calcibúsque concideret. At ille, cùm graviter cæderetur, clamabat, ut ſibi ex auctoritate Manichæi parceretur. Adam primum Heroem peccaviſſe, & poſt peccatum C fuiſſe ſanctiorem.* Hæc de ſancto illo Manichæo, catholicè & verè S. Auguſt. Poterat autem Richerus excuſandi ſui Symmyſtæ gratia non modò fragilitatem humanam & diverſitatem chariſmatum, ſed & exemplum Calvini & Bezæ apud Villagagnonem afferre, & orare, ut illi ex Calvini & Bezæ auctoritate parceretur; nam & hos peccâſſe ſimilia peccata, & poſt peccatum fuiſſe ſanctiores. Sed ſatis de Genevenſibus Apoſtolis, quos polus Antarcticus vidit & obſtupuit, non ſolitus antea talia monſtra cernere.

S. Aug. l. 2. de moribus Manichæorum.

D Subdit Miſenus: *Tenues pecunia prolectant ad Religionem amplectendam, locupletes blanditiis, ſtultos errore permovent.* Idem prorſus objiciebat Celſus ſub perſona Judæi, Chriſto & Apoſtolis; Ajebat enim, Judæos ad Chriſtiana ſacra converſos, *illectos & deceptos fuiſſe à JEſu, modo valde ridendo, ut relictis patriis inſtitutis, & legibus transfugerent in nomen aliud, rationémque vivendi longè diverſam.* Sed ùt ille Ethnicus mentiebatur, ita & iſte hæreticus. Uſurpabo & hic de Indis Apologiam Origen. *irrideat licèt Celſus* (Miſenus) *quod dicetur, aut introductus ab eo Judæus* (Calviniſta) *dicetur tamen: Multos penè invitos attractos eſſe ad Chriſtianam Religionem, ſpiritu quodam repentè mutante intellectum eorum, ut pro verbo exoſo ad id temporis non cunctarentur mortem oppetere, poſt viſiones oblatas ipſis vel dormientibus, vel vigilantibus; multa enim talia vidimus, quæ ſi memoraremus, duntaxat geſta in noſtra præſentia, cachinnum tollerent infideles, rati, nos quoque ſicut illos, de quibus malè ſuſpicantur, fingere. Teſtis eſt autem Deus noſtra conſcientia, conari me non falſis narratiunculis, ſed variis exemplis commendare divinam JEſu doctrinam.* Hæc Origen. Quæ veriſſimè itidem de Indis affirmari poſſe non inficiabitur, quisquis in hiſtoria Indica non eſt peregrinus. E

Orig. lib. 1. contra Celſum.

De Japoniis ſi ſaperent, inquis, *Jeſuita, nihil verborum facerent;* Imò deſiperent, ſi nihil verborum facerent, & nobiliſſimam illam Eccleſiam apud Europæos promeritis laudibus non celebrarent. *Gens illa*, inquis, *planè germana eſt Jeſuitis, Italis, Hiſpanis, quod ad ſuperſtitionem attinet.* Certè ſatius eſt, Japonios ſimiles eſſe Italis & Hiſpanis, quàm Calviniſtis. Nam ſi his ſimiles forent, monſtris, non hominibus ſimiles forent, nimióque recedendi à ſuperſtitione ſtudio in ſummam impietatem, & non rarò in ipſum Atheiſmi barathrum inciderent. F

Cæterùm ut Miſenus chartas impleat, & ſcholia ſua propè ad commentarii magnitudinem extendat, deſcribit hoc loco prolixè ex epiſtolis Indicis mores Bonziorum, qui Japonicæ ſuperſtitionis ſacrificuli ſunt: & quia quædam ſuis in cæremoniis, ritibus & conſuetudinibus ſimilia habent cum Catholicis & Orthodoxis Sacerdotibus; calumniatur Miſenus, Presbyteros & Religioſos noſtros, in primis Jeſuitas, Bonzios eſſe, ritúsque illicitos & Ethnicos uſurpare. At quàm bruta ſit hujuſcemodi ratiocinatio, docui jam alibi iſtum Lithum ex Tertulliano, Origene, & aliis; ſi Lithus non eſſet, tandem ab hujusmodi calumniis deſiſteret, & vel novas excogitaret, vel penitus obmuteſceret; niſi fortè Baptiſmum tollendum putet ex Chriſtianorum uſu, quòd ejus quandam ſpeciem ſuis adhibuerint Ethnici; *Hoc lavacrum* (Baptiſmi) inquit Juſtinus Martyr, *Dæmones cùm à Propheta prædictum cognoviſſent, perfecerunt etiam, ut ſe aſpergerent ii, qui in templa ipſorum intrarent, & ad eos acceſſuri eſſent, libamenta & ſacrificia peragentes. Tandem verò dant operam, ut abluantur & expientur abeuntes, antequam intrent in templa, ubi ſedent.* Hæc ſanctus Juſtinus, qui & ſuprà: *Nos non eadem, quæ alii, ſentimus* (& facimus) *ſed omnes noſtra imitantes dicunt* (& faciunt.) *Hic quoque ſtudium Diaboli recognoſcimus*, inquit Tertullianus, *res DEI æmulantis, cùm & ipſe Baptiſmum in ſuis exercet.* G

Juſtin. Apolog. ad Anton. Pium. Vide Tertull. lib. de Baptiſmo, cap. 5.

H Cur verò Magos vocas, qui ſigno ſanctiſſimæ Crucis, aut aqua luſtrali utuntur? An Magi ſunt omnes veteres, qui hoc ſigno, & aqua benedicta uſi, ingentia miracula patrârunt? Quorum catalogum non lubet hîc texere. Niſi inimicus crucis eſſes, mitterem te ad tertium librum de Cruce, ex quatuor illis, quos nuper edidi; mutares fortè maledictum

A dictum hoc in benedictum; si quid candoris, & in piam & eruditam illam antiquitatem reverentiæ adhuc reliquum habes, ibidem reperies exempla aquæ lustralis non ad usus Magicos, sed ad curationem morborum malorúmque depulsionem adhibitæ.

B Rides deinde necem quinquaginta duorum vel trium Patrum, & fratrum nostrorum, qui ex Lusitania in Brasiliam navigantes, in ipso cursu à Calvinianis piratis intercepti & immanissimè contrucidati sunt, quibus, ne Martyrii palmam concedas; *Potuit,* inquis, *fieri, ut pœnas darent avaritiæ, vel libidinis, vel aliorum scelerum.* Magis fieri potuit, imò & factum est, ut tu hic impudentem calumniatorem ageres, quàm ut isti has ob causas, quæ in illis non inveniebantur, interficerentur. Non enim aliam ob causam, quàm ob Catholicæ fidei professionem à collegis tuis Calvinistis perempti sunt. Si scelerati, si libidinosi, si furaces, si prædones fuissent, vel esse voluissent, nihil erat facilius, quàm vitam à libidinosis & furacibus prædonibus impetrare. Nec extenuat hoc factum Calvinistarum, aliud Hispanorum factum adversùs Gallos in terra florida perpetratum. C Nam Hispani jure belli à Gallis pœnas sumpserunt, ùt ab hostibus, & eas quidem pœnas, quas ipsi Galli haudquaquam mitiùs repetivissent ab Hispanis, si victoria ab ipsis stetisset. At nostri non ùt milites, sed ùt verbi divini Concionatores in Brasiliam vehebantur per vastas illas Oceani undas, & quidem navibus Lusitanorum, cum quibus Gallis & Anglis pax jugis, quàm diu res Lusitanica sub proprio Rege stetit: cùm ecce mioparonibus suis Calviniani piratæ invehuntur, & ad Lusitanos advehuntur; nec Lusitanos tantùm, prælio commisso, obtentáque victoria, leto demittunt, sed & inermes Jesuitas, cædi obnoxias animas, non sine ludibriis per summam sævitiam excarnificant, excarnificatósque miserabiliter jugulant.

De his vide duas Epist. apud Maffejum in fine lib. 4. Epist. Indicar.

D Nec Anglicanos Martyres immunes à morsibus tuis abire permittis. *De Anglicanis Martyribus,* inquis, *poterat silere Auctor, ne imprudens sicarios & veneficos inter Catholicos Martyres referret.* Major, Misene, gloria est Anglicanorum Martyrum, major splendor & celebritas, quàm ut his verborum nebulis inobscurari queat. Extant integra volumina, quæ horum Martyrum encomia decantant: nimis serò cum antiqua illa Juliani calumnia prodis; qua persuadere vis, non ob fidei professionem, sed ob scelera & veneficia extremo supplicio affectus esse. Vetus hæc est ars Ethnicorum & Hæreticorum, facere Martyres, Martyriíque causam diffiteri; aliásque à verò penitus abhorrentes prætexere. Theodoretus de Juliano Apostata: *Postquam fidei causa non paucos peremisset, supplicii illius causam afferebat, non pietatem, pro qua mortem subiissent, sed petulantiam: animadversum in eos, qui contumeliosi fuissent erga Imperatorem, atque hos jussit rumores dispergi, quòd invideret Athletis veritatis, Martyrum nomen ac honorem.*

Vide concertationē Ecclesiæ Catholicæ in Anglia cum hæreticis. Treviris 1588. Et Sanderum de schismate Anglicano.

Theod. l. 3. hist. Eccles. cap. 15.

E At Carthusiani, Morus, Roffensis, & alii sub Henrico Octavo, non eam ob causam duntaxat crudelissimè ab insano Rege tractati & interfecti sunt, quòd Romanum Pontificem caput totius Ecclesiæ profiterentur, sed & ob hanc, quòd ipsum Henricum nollent pro capite Ecclesiæ venerari. Tu, si adfuisses, utrumque libenter præstitisses, alterum tanquam articulum symboli Calviniani: alterum velut quiddam adiaphorum: omnia enim Calvinianis fiunt adiaphora, cùm de cute curanda agitur.

F Concludis scholia in secundum librum dicto quodam Græcorum ad Pontificem Joannem XXIII. Sed quia Balæum das testem, valde dubitare incipio, num sit Græcorum dictum; an verò tuum Balæíque commentum. Ais, Græcos Pontifici, cùm eis scripsisset, unicam tantùm esse Christianam Ecclesiam, séque ejus esse caput & vicarium, his verbis respondisse: *Potentiam tuam summam erga tuos subditos firmiter credimus; superbiam tuam summam tolerare non possumus; avaritiam satiare non valemus. Diabolus tecum, quia Dominus nobiscum.* Faciamus verum esse hoc Græcorum ad Pontificem responsum, non Balæi figmentum, an non ex hoc unico dicto intolerandam Græcorum schismaticorum & Hæreticorum insolentiam & arrogantiam agnoscere possumus, & præsagium quoddam futurorum malorum, in quæ miserrimi homines, postea, justo DEI judicio, tantum supercilium vindicantis, inciderunt? Potentiam Pontificis Romani, leve & suave jugum, tolerare non potuerunt. G Ecce nunc ferreum Turcæ jugum, velint nolint, ferunt; nec ulla spes excutiendi affulget. Avaritiam Pontificis satiare non valuerunt; qui ne obolum quidem ab ipsis exigebat: Ecce nunc insatiabilem sanguisugam Turcam nacti sunt; cui illud unum in ore, *Da, Da.* Cui si dederis, perinde feceris, ac si lanam in flammas traxeris, oleum camino addideris. Dando crescit cupido inexplebilis, quæ non modò Græcorum opes devoravit, sed & liberos, impuri tyranni mancipia futuros. Diabolus scilicet cum Romano Pontifice, Dominus cum Græcis, quorum res ab illo tempore, quo secessionem à Sede Apostolica fecerunt, in pejus ruere, & retrò collapsa referri cœpit, donec tandem funditus exciso Græcorum imperio, in immanissimi illius tyranni potestatem redacti sunt. H Interea Pontifex & Latinus orbis floret, pluriúmque accessione indies augetur, etiam schismaticorum: quod te docebit, Ruthenica & Alexandrina ad Sedem Apostolicam legatio. Hæc breviter de conviciis seu Græcorum seu Balæi. Ex quibus, Misene, cum tuis Calvinistis omen capere poteris, quid vobis sit eventurum, si in impietate erga Cathedram Petri perseverare velis.

FINIS LIBRI SECUNDI.

APO-

APOLOGIÆ PRO VITA IGNATII LOYOLÆ

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

Diluuntur calumniæ Miseni in octo priora capita.

A INitio promittit Misenus brevitatem. Mallem mendaciorum paucitatem, quæ paucis & brevibus verbis nimis quàm prodigè effundit. In capite primo, inquis, Ignatius Præpositus Generalis eligitur, *in quo pulchrè exprimitur, quid sit ἀκκισμὸς*, hoc est, *simulata rei alicujus recusatio.* Recipit enim hunc honorem ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ. Optabat quidam hominem habere pectus clathratum seu fenestratum; quo oculos in præcordia inserere, & quid illic cogitationum volveretur, inspicere posset. Tu ea felicitate natus es, ut etiam sine hac (cum Tertulliano dicam) *ad translucendum speculari materia*, videas, quid quisque tacito sub pectore condat, quo fine, quóve consilio quidvis agat.

Tertull. Apolog. cap. 35.

B Qua fatali perspicacioris naturæ sorte cognovisti etiam Ignatium, qui fortasse vita functus est, antequam nascereris, simulatè, non ex animo, Præpositi munus detrectâsse. Eodem, opinor, oculorum & mentis acumine intueris, Gregorium Magnum, Pontificatum summum; Basilium, Cæsariensem; Gregorium Thaumaturgum Neocæsariensem thronum, aliósque viros eruditione & C sanctitate præstantes alias dignitates recusasse, & cùm subterfugere non possent, ægrè tandem admisisse; promptiores mandata capessere, quàm mandare. Deinde ausim quidvis deponere tecum: tibi ignotum esse, quisnam dicatur aliquid ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ agere, etiamsi fortasse Homeri sis interpres: quam ignorantiam, unà cum innumeris aliis tibi tui auditores condonare debent.

D *Notandum*, inquis, *in hoc capite, Jesuitas invicem peccata sua confiteri solitos.* Mirum, ni confiteamur Calvinianis Ministris. Addis causam. *Sic enim ipsorum scelera & flagitia ipsis solis nota: neque enim se indicabunt & prodent ipsi.* In hoc ipso capite commemorat Ribadeneira, Ignatium, Societate nondum constituta; insigni cuidam ex Franciscana familia Theologo confiteri consuevisse: quid ergo calumniaris Jesuitas solis Jesuitis confiteri? Secundò, cuicunque confiteamur, ille E ad *Sigillum*, ùt vocatur, hoc est, ad silentium, jure naturali, divino & humano obligatur, ita, ut ne periculo quidem mortis proposito, vel minimum peccatum, quod in confessione cognôrit, revelare queat, & si revelaret, non pœnitenti, sed sibi infamiam & ignominiam perpetuam crearet. Quocirca cuicunque quis peccata sua patefaciat, non est, quòd de fide dubitet; quia si confessarius fidem frangeret, crimina non in confitentem, sed in perfidi Confessarii caput redundarent.

F Reprehendis, quòd nostri professionem solemnem edituri, fecerint id coram Ignatio, Sacramentum Eucharistiæ *altera manu in patena tenente. Ubi hoc mandatum*, inquis, *ut Christiani juraturi altera manu in patina teneant Sacramentum corporis Christi?* Nusquam sanè mandatum est, ut teneant illud in *patina*, ùt tu ais; nec ita scripsit Auctor; sed in *patena*, quod vocabulum Ecclesiasticum tu fortassis non intelligis, postquam Calviniani tui omnes *patenas* cum calicibus diripuerunt, & in pocula vel nummos conflârunt. Sed G quæris, *ubinam hoc ipsum sit mandatum.* Quæram vicissim ex te, ubinam mandatum sit, ut juraturi manum ad Deum levent, vel duos digitos surrigant: quod Germanis in prisco usu; vel Evangelia tangant; cujus moris sanctus Chrysostomus testis; vel in conspectu sacrosanctæ Crucis, vel etiam contactu ejusdem Crucis juramentum concipiant: quod veterum multi fecerunt, ùt libro secundo de sancta Cruce fusiùs ostendi. Nescis eò firmius & gravius esse juramentum, quò per rem sanctiorem concipitur: vel saltem, quò in sanctioris rei præsentia concipitur, quid autem sanctius corpore CHRISTI in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento?

S. Chrysostom. hom. 15. ad Antioch. Lib. 2. de S. Cruce cap. 14.

H Rides Codurium, eò, quòd illo die, quo professionem ediderunt, planus omnibus lætitiis incesserit. *Lætitia Codurii*, inquis, *paulò pòst in fumum abiit; cùm, præter spem, vita excederet.* Non abiit, Misene, in fumum; sed in cœlum, nisi fortè tibi cœlum fumus est; quod si quis de Calviniano suspicetur; haud temerè suspicatur. Vestra lætitia abit in fumum; quia in Orcum. Nec præter spem vita excessit; cui spes & portio erat Domi-

A Dominus, & *vita* illa *viventium*; vita verè vitalis. Laudat Ribadeneira Codurium à prudentia & dexteritate in audiendis confessionibus. Ubi Misenus: *de artificio illo*, inquit, *nihil memini me adhuc legere*: Quid te legere meminisses, qui præter chartas Calvinianas vix quidquam legis? Extant multi libri, tam de modo confitendi, quàm de modo confessiones audiendi, si non legisti, tuæ negligentiæ id adscribe.

B Addis. *Procul dubio singulari methodo utuntur Jesuitæ nobis plebeiis ignota.* Jam sæpius testatus sum, istud tuum *procul dubio* sinistri apud me ominis esse: portendit enim vel comitantia, vel proximè subsequentia mendacia; ùt & hîc, cùm ais: *in vicina urbe matronam quandam, & aliam in nobili Germaniæ oppido, non procul hinc dissito, de turpissimis rebus interrogatas esse.* Nôstin, quid à Ribadeneira exigere soleas, quando minimè id opus est? Nôsti, quid paulò pòst ab eodem postules? Cur nomina retices? Aut si mulierum nomina non lubet edere, cur non edis nomen vicinæ illius urbis, & celebris oppidi non procul à te dissiti? Ubi es, qui ne in epistola quidem dedicatoria nomen tui loci apponere ausus es; ùt nec nomen typographi in limine libri? Si te tanta tenet cupido sciendi, quidnam interrogemus in confessionibus, non habeo melius consilium, quod tibi dem, quàm ut ipsemet ad proximum Jesuitarum collegium te conferas, & alicui confiteatis; tum disces, de quibus rebus examinare soleamus confitentes, si ipsi ultrò non explicent peccata, eo modo, quo in legitima confessione explicanda sunt, adhibi- C tis debitis circumstantiis. Sed quia consilium hoc durius forsan tibi videbitur, minus accipito; Lege saltem ea, quæ appellant *interrogatoria*, à pluribus Auctoribus præscripta; & intelliges iratis mulierculis in hoc genere non semper habendam fidem etiam juratis; quippe quibus insitum, elephantem ex musca confingere, præsertim si ira odióque flagrent. Denique unius imprudentiam, si quam fortè quis admisit, ad omnes derivare velle, id, Misene, non nisi imprudentis est & ignorantis, quænam sit rerum conditio, & quis status.

D Codurii animam scribit Ribadeneira à quodam precationi vacante visam clarissima circumfusam luce, chorísque Angelorum permixtam. Tu nôsse desideras nomen ejus, qui hanc animam viderit. Ecce, qua severitate exigas à Ribadeneira, quod paulò antè ipsemet non præstitisti, ubi id maximè præstitum oportuit. Nam quòd Ribadeneira nomen subticuit, id historiæ nihil officit: tum quia fortè is, qui visionem hanc viderat, hæc Ribadeneira scribente, adhuc inter vivos agebat; quem proinde nominare consultum non erat; tum quia Ignatii testimonio suam narrationem satis firmatum iri credidit; si non apud te, tuíque similes, certè apud E tui dissimiles. Nec inusitatum est tam sacris, quàm profanis historiis, nomen ejus, qui aliquid egerit, aut viderit, certas ob causas silentio præterire. Alia ratio est, cùm scelera de quopiam recensentur. Addenda sunt singula, quæ ad rem pertinent, adjuncta; ne non historiam scribere, sed mendacia & convicia texere videaris.

F Sed ne frustra puteris, tam ardenter nomen hominis illius scire velle, causam subdis his verbis: *Si viveret, vel Romam contenderem, ut expiscarer, qua forma esset anima, qua Angelorum.* Si viveret B. David, contenderes quoque vel Hierosolymam, ut expiscareris, quæ forma esset Angeli, quem vidit. Idem expiscareris à Zacharia patre Joannis Baptistæ; & à D. Virgine, imò ab ipso Christo expiscareris, quæ forma sit Diaboli. Quin, Ægyptum etiam & Thebaidem peteres, ut expiscareris ex B. Antonio, qua forma sint animæ & Angeli, quia animam Ammonis & animam B. Pauli Eremitæ inter Angelorum choros ad cœlum ascendentes conspe- G xit. Dolendum certè est, tibi, ob mortem omnium istorum, domi jam instar claudi sutoris perpetuò sessitandum esse. Nam quòd ad Christum aut B. Virginem peregrinationem in cœlum suscipias, hujus rei expiscandæ gratia, id difficilius opus est, quàm ut vel in cogitationem tuam cadat; nisi fortè viam ad superos ab Ovidio edoctus, illam semitam ingrediaris, quam tenuit Phaëthon; Sed Calvinista faciliùs descendit cum Polluce ad inferos, quàm ascendat cum Phaëthonte ad Divos.

H Ad extremum utar hîc defensione Origenis, qui, cùm Celsus dixisset, figmenta esse, quæ Evangelistæ scribunt de mortuis à Christo excitatis, in hunc modum Epicurei Philosophi criminationem depulit. *Quòd autem & mortui resuscitati sunt, nec hoc esse figmentum Evangelistarum, vel inde apparet, quia si figmentum esset, potuissent multos eius jussu resurrexisse scribere; eosque humatos longo tempore; sed quoniam figmentum non est, de valde paucis narratur.* Hæc Origenes. Pari modo, si Ribadeneira in his & id genus aliis visionibus mentiri voluisset; longè plures & admirabiliores confingere potuisset. Ait Ribadeneira; Ignatium, cùm pro salute ægrotantis Codurii ad D. Petri Montorii sacrificatum pergeret, in itinere Codurii excessum è vita intellexisse. Quid Misenus? *O nugatores! vel impudenter mentitur Auctor; vel Ignatius clam edoctus est de obitu Codurii.* Mortem S. Antonii, S. Hilarionem, absentis absentem, divinitus cognovisse, prodidit his verbis sanctus Hieronymus, cùm priùs recensuisset, quomodo Aristæneta, fœmina nobilis, ad Antonium ire volens, consilium hoc suum cum S. Hilarione communicâtit; *Cui ille flens, vellem*, ait, *ipse quoque ire, si non carcere hujus Monasterii clausus tenerer: & si eundi fructus esset:*

Orig. lib. 2. contra Celsum.

esset: Biduum enim hodie est; quòd totus mundus tali parente orbatus est. Credidit illa & substitit: & post paucos dies, veniente nuncio, Antonii dormitionem audivit.

A Julianum Anachoretam, cœlesti revelatione instructum cognovisse, miserandum Juliani Apostatæ interitum, Auctor est Theodoretus; Exsurgens enim ab oratione sanctus ille Julianus solito lætior, illi, *qui cum eo versabantur, novum admirati sunt spectaculum,* inquit Theodoretus, *nam cùm semper tristi aspectu videretur, tunc visus est subridere: & cum causam rogâssent lætitiæ, præsens tempus,* inquit, *ô fratres est gaudii: cessavit enim impius, juxta Isaiæ vocem, & qui tyrannidem exercuit in Deum, jure cæsus est.* Aberat autem Julianus Eremita à loco, in quo Julianus Apostata periit, *plusquam viginti stativis;* ùt B idem Theodoretus alibi tradit. Similibus historiis plenæ sunt veterum historiæ. Quæro ex te, Misene, si tua illa verba apponeres ad narrationem S. Hieronymi & Theodoreti, num refutatoris, an calumniatoris officio functus esses, & num quis, cui vel unica prudentiæ mica inest, ob tuam criminationem, meritò de rerum gestarum veritate ambigere posset? Nam si dicas, litteris vel nunciis certiores redditos de eventu rei absentis; in promptu erit scitari: Unde scis litteras aut nuncios accepisse? An vidisti? An ex historiis, vel relatione fide dignorum hominum? An ex revelatione cœlesti? Vidisse, qui credam, cùm tempore illo necdum natus fueC ris? Ex historiis, si te id cognovisse asseras; cedo, quænam illæ historiæ, qui illi fide digni historici? Ex revelatione cœlesti non admitto: tum quia mendacia cœlitus non inspirantur; tum quia tu ipse omnes hujusmodi revelationes fabulis annumeras. Superest ergo, ut S. Hieronymum, Theodoretum, Ribadeneiram mentitos: Hilarionem, Julianum & Ignatium per litteras, vel per nuncios de rebus absentibus occultè instructos fuisse, affirmes instinctu & instructione illius spiritus, qui jam olim mendacia suggerendi officium sibi deposcens, *egrediar*, ajebat, *& ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus*, qui sanè spiritus sedem sibi legit in ore vestro.

Theodor. in Juliano & lib. 3 Histor. Ecclesiast. c. 24.

3. Reg. 22.

D Juberem te erubescere Misene, si verbis meis, vel pauxillum ruboris ex tam pertricta fronte elicere possem. An Germanos, quibus tua scholia potissimùm dicâsti; pro fungis & stipitibus habes, ut non animadvertant, qua arte potissimùm valeas; & quæ arma promâs, cùm aliquid solidis argumentis refellendum occurrit. Quis enim sibi satisfieri patiatur, solemnibus illis tuis solutionibus? *O nugatores! Mentitur Auctor, Ignatius decepit suos;* quas quivis de trivio scurra fœcundo conviciorum pectore depromere potest. Certè scurram te potiùs, quàm scholiasten esse, docent ea, quæ proximè subjungis in secundum libri tertii caput.

In secundo capite, inquis, *exponuntur initia Generalatûs Ignatii: quæ ducta ab inspectione culinæ: quod, credo, boni ominis loco acceptum à Jesuitis; conjectârunt enim futurum, ut pater hic suis prospiceret de lautis culinis.* Ex Litho E factus es Lucianus, seria in risum & jocum vertere solitus. Qui familiæ suæ de lautis culinis prospicere cogitat, is non culinam; sed primò omnium forum & macellum obire debet. Quod miror, te tam studiosum Plauti non observâsse in Plautinis Comœdiis; nam qui apud hunc poëtam benignè sibi facere volunt, haud culinam; sed forum petunt, & carnarium; quod & te facere arbitror, quoties tuo animo obsequi collibitum est. Nos quidem ex hoc Ignatii facto F omen aliud capere non possumus, quàm discipulis exemplum magistri, filiis submissionem & humilitatem optimi patris imitandam esse; eadémque culinæ ministeria, in specie quidem abjecta & sordida, sed in conspectu Domini splendida, à nobis alacriter suscipi debere: quandoquidem exemplum nobis dedit, ut, sicut ille fecit, ita & nos faciamus. Quòd si rides Ignatium ob viles istas functiones in culina obitas, ridere poteris eadem opera Christum Dominum, linteo sese præcingentem, pedésque discipulorum abluentem, ut sicut in aliis, ita & in his cachinnis veterem Celsum in novo Calvinista nobis repræsentes.

In tertio capite exponit Ribadeneira pro- G fectionem Francisci Xaverii in Indiam, & remansionem Simonis Roderici in Lusitania. *Quid nostrâ refert*, inquit Misenus, *alterum in Indiam profectum, alterum in Lusitania substitisse;* si tuâ nil refert, at nostrâ id refert, Misene. Refert & aliorum, qui primordia, & propagationem Societatis extra anni Solísque vias libenter intelligunt; si tui solius habenda fuisset ratio; nil scribendum, omnia cœca nocte regenda erant.

In quarto capite indicatur, duos ex Patri- H bus Salmeronem & Paschasium Broëtum à Pontifice in Hiberniam missos esse, nuncios Apostolicos. Unde cùm redirent, Lugduni capti, & in carcerem conjecti sunt, tanquam speculatores. *Unde apparet*, inquit Misenus, *Gallos maturè sensisse, quid hi Apostolici nuncii sibi vellent.* Totus es Celsus; ùt ille ex Evangeliis excerpebat, quæ ad calumniam apta videbantur, suppressis aliis, quæ ad commendationem pertinebant, ita tu agis cum Historia Ribadeneiræ. *Hic quoque peccatum discipulorum* (quando fugerunt, relicto Domino) *etiam tum imperfectorum decerpit ex Evangeliis*, inquit Origenes, *verum esse credens, ut doctrinam criminetur. Cæterùm quomodo post peccatum emendati, liberè coram Judæis prædicaverint, multásque injurias ab illis perpessi, ad ultimum pro Confessione JEsu doctrinæ necati sint: id verò silentio præterit.* Sic iste refert, quomodo duo illi Patres in carce-

Orig. lib 2. in Celsum.

A rem conjecti; at filet, quo tempore; nimirum cùm grave bellum inter Gallos Hispanósque exarsisset; quando etiam tuta & tuti timeri soleot. Silet, quàm honorificè à Cardinalibus fuerint ex carcere liberati, & Romam ad Ignatium missi. Hæc omoia silentio involvit; quia ad Miseni Sycophantias non valde sunt idooea.

In quinto capire agitur de Collegiis Conimbricensi & Goënsi & Romana domo. *Mirificè*, inquis, *extollitur Alexandri Farnesii liberalitas in societatem.* Et merito: quia, ùt rectè dicis; multum debet Farnesiorum Familiæ Societas.

B In sexto capite commemorat Ribadeneira, quomodo arduum illud de constituendo Patavino Collegio negoóum feliciter confectum fuerit; postquam Ignatius sacratissimum Missæ sacrificium obtulisset. Hic Misenus: *O nebulones & deceptores!* Hoc, Miseoe, responsum ad eventum admiratiooe tam dignum, quivis nabulo dare potest: neque enim nebuloni & deceptori difficile fuerit, exclamare, tecúmque vociferari: *O nebulones & deceptores!* sed num ob id ipse judicandus sit nebulo & impostor; an alii, quos insectandos sibi proposuit, non te, sed prudentem lectorem arbitrari volo.

C In septimo & octavo capite nihil invenit, quod calumniis incesseret; nisi quòd haud æquo animo ferre potest, à Paulo tertio Pontifice maximo, datam Ignatio potestatem cooptandi in Societatem, quoscunque Deus ad boc vivendi genus vocaret, sublato certo definitóque numero. Ægrè præterea fert, ex collegio Cardinalium sex delectos, qui summa eum potestate io hæreticos inquirerent. Sed quid agas, Misene, nimis serò natus es. Absque te si noo fuisset, ounquam bæc evenissent. Interim pbarmacum præsentius noo novi, quàm illud Lyrici: *Patientiâ fit levius, quidquid corrigere est nefas.*

CAPUT II.

Refutatio calumniarum in caput nonum.

D CAput nonum exponit opera pietatis, quæ Ignatius in Urbe curavit institui. Inter cætera, consilio illius renovata est Derretalis Innocentii Tertii; qua cavetur, ne medici manus curando ægro priùs adhibeant, quàm ægrotantis anima confessione sit expiata; addita tamen moderaóone, de qua Ribadeoeira. *Acutè scilicet hoc excogitatum*, inquit Misenus, *ad deprehendendos hæreticos & extorquendos nummos.* Obmutuisses hoc loco, nisi arripuisses trivialem illam omnium Hæreticorum calumniam, criminantium, quæstui facieodo, Hæreócisque patefaciendis coofessionem inventam esse. Confessio, Misene, peccatis ablueodis & dimittendis salubriter à Christo instituta est, oon prodendis: nam ne prodantur, lex naturalis,

Cap. cùm infirmitas. de pœnit. & remiss.

E divina, & bumana vetat. Quare si quis etiam Romæ, proderer Hæreticum, ex sola confessiooe agnitum, periculum sibi crearet proditor, ooo prodito; si mihi noo credis, Misene, fac periculum, & eredes. Mala Hæreócorum conscientia semper metuit proditionem; proditioois cogitatio, ne in mentem quidem venit illis, qui sanctitatem confessionis nôruot.

F De nummis quod addis; sanctè tibi polliceor, Misene, oullum fore Jesuitam, qui ullum nummum à te exacturus sit, licèt in singulas bebdomadas bis aut ter conficearis. Si verbis fidem non facio, faciat tibi fidem experientia. Subjungis: *De Judæorum ad Christianam fidem conversione, glorietur per nos Jesuita licet.* Non gloriatur Ribadeneira de conversiooe Judæorum: Et si gloriaretur, non esset *insipiens;* quia in Domino gloriaretur; sed simpliciter expooit, quidnam pro gentis illius commodo Ignatius Romæ perfecerit. Quòd aotem de Judæorum conversione non multùm laboras, id noo mirum: quia Evangelium Calvinianum non facit ex Judæis Christianos; sed ex Christianis Judæos; non meum hoc dictum est, sed ipsorum Lutheranorum, & in primis illius, qui ouper, magno applausu, *Calvinum Judaizantem* in Theatrum induxit. Nôsti virum?

G Posthæc ad urbis Romanæ scelera & flagitia exageranda progrederis, oblitus, opinor, scelerum & flagitiorum, quæ Calvinitana perfidia ubere proveotu fundit. Dixerat Ribadeneira, Romæ magnam extitisse illarum muliercularum multitudinem, quæ ex prostituta pudicitia quæstum facereot. Tu, *quadraginta quinque millia fuisse ais tempore Pauli Tertii.* Testem bujus oumeri laudas Balæum. Jam manus do, & assentior. Nemo enim meliùs nôsse potuit, quot meretrices Romæ degerent, quàm meretricius Balæus, omnia prostibula obire solitus: Ita enim mores hominis suprà depinxit Alanus Copus Aoglus, qui fortè Balæum noverat. Deinde si ex te, aut Balæo quærerem, quot tempore Pauli Tertii fuerint Romæ templa, Mooasteria, Oratoria, & Xenodochia, neuter id perspectum haberet. At cùm de numero scortorum agitur; ùt digitorum vestrorum, ita & luparum numerum expeditè nôstis. Unde hæc vobis notitia? Uode? nisi quia cùm Romam aditis, oculos attentiores ad sordes illas affertis, quàm ad Ecclesias, Deóque dicatas ædes; frequentiúsque illa lustra lustratis, quàm Superis consecrata domicilia; vir bonus & sapieos cùm Romam venit, ne unam quidem meretricem ooscere desiderat, nedum quadragiota quinque millia. Ostenditis profectò, qui sitis, boc ipso, quòd tam accuratè numerum impudicarum mulierum inire potestis.

Ad-

A Adhæc, quis ex ipsa numeri immanitate, vos noo mentiri videt? Si decem duodecímve millia oomináſſes, toleranda utcunque mentiendi impudentia fuiſſet: ſed ad quadragiota quinque millia aſcendere; id nimirum omnes verecundiæ limites tranſcendit, & haud pauciora, quàm quadraginta quinque millia mendacia continere videtur; ùt & illud quadraginta millia, cùm Pontificem ex cenſu meretricio quadraginta millia ducatorum ſingulis menſibus accepiſſe fabularis. Enimverò, cùm de Roma mentiri lubet, modum ſervare neſcitis, ut proinde ipſa & animi & verborum immoderaoone omnem fidem vobis abrogetis; ſed relinquamus hoc cœnum Calvinianis ſcarabæis, dignum, in quo volutentur.

B Mirificè porrò tibi placet, quòd Ribadeneira ſcribit, majorem per id tempus in urbe fuiſſe morum licenòam; ipsámque urbem meretriciis ſordibus obſoleviſſe. *Pudeat*, inquis, *Pontifices tantæ negligentiæ, quòd tot ſeculis tantam impuritatis licentiam in Eccleſia conceſſerint:* Quid mirum, io urbem maximam, ad quam omnis generis homines confluunt, vitia nonnulla irrepſiſſe, cùm ea quodammodo copioſarum civitatum conditio ſit, ut cum diverſitate nationum importentur eòam diverſa peccata. Quæ urbs tam exigua; quis pagus tam puſillus, in quo oon uberem ſcelerum meſſem metere liceat? Hieroſolymis, urbe Salvatoris morte & ſanguine conſecrata, ait S. Hierooymus, ſuo tempore fuiſſe *ſcorta, mimos, ſcurras, & omnia, quæ ſolent eſſe,* inquit, *in cæteris urbibus.* Nam quòd vos Evangelici tam ab omni labe puri videri vultis, ut flagitiis nullis apud vos ſit reliquus locus, id ita eſſe libenter crederem, niſi naturam Hæreſis & flagitioſiſſima facta parentum veſtri Evangelii nôſſem.

S. Hieron. Ep. 13. ad Paulinum.

C Natura Hæreſis eſt, inclinare ceteróſque ad vitia facere, præſertim ad vitia carnis. De aliis io præſenòa noo agam: Agam tantùm de Lutberaoa & Calviniana. Rogo autem Lectorem, ut, ſi fortè caſtæ ejus & verecundæ aures recitando verba tam prætextata offendentur, veniam tribuat; ideò enim ea adduco, ut oſtendam, quales iſti ſint, qui flagitia carnis, & meretricum multitudinem Romæ & Romaois perpetuò objectant. Nec id facio ſine veterum exemplo, oominatim S. Auguſtini, qui cùm *ſignaculum ſinus*, unum ex tribus Maoicbææ ſectæ Symbolis, explicandum ſuſcepiſſet, multa flagitioſiſſima Manichæorum dicta & facta recenſuit, & immortalibus ſcripris ad Hæreticorum illorum perpetuam ignominiam conſignavit, incitatus ad boc ab ipſa Manichæorum improbitate, qui ſibi ſummam puritatem arrogabant; Ortbodoxos autem omnis impuritatis inſimulabant. Sed ſat præfatioois.

S. Aug. lib. 2. de mor. Manich.

D Eſſeotiam hæreſis Lutheranæ, & ejus, quæ ùt ſoboles inde exòrit, Calvioianæ, & quò utraque inclinet, egregiè his verbis deſcripſit ipſemet Lutherus, qui primitias hujus Evangelici ſpiritus accepit. *Quàm non eſt*, inquit ille, *in meis viribus ſitum, ut vir non ſim, tam non eſt mei juris, ut absque muliere ſim. Rurſus ut in manu tua non eſt, ut fœmina non ſis, ſic nec in te eſt, ut absque viro degas: non enim libera eſt electio aut conſilium, ſed res eſt neceſſaria, ut marem fœminæ, fœminam mari ſociari oporteat. Verbum enim hoc, quo Deus ait: Creſcite & multiplicamini, non eſt præceptum, ſed pluſquam præceptum, divinum puta opus, quod non eſt noſtrarum virium, vel ut impediatur, vel omittatur, ſed tam eſt neceſſarium, quàm ut maſculus ſim, magisque neceſſarium, quàm edere, bibere, purgare, mucum emungere, dormire & vigilare. Eſt implantata natura haud ſecus ac membra ad eam rem pertinentia. Idcirco ſicut Deus nemini præcipit, ut ſit mas aut fœmina, ſed creat, ut ita eſſe oporteat; ita nec præcipit creſcere & multiplicari; ſed creat, ut neceſſe ſit eos multiplicari, & ſi quando volumus prohibere, ipſum prohiberi non vult, ſed tranſit nihilominus viam ſuam per fornicationem, adulterium. Sodomiam.* Sic Lutherus, vel potiùs bæreſis ipſa ore Lutberi, ſic concionantur Miniſtri Germani; *quam eandem eſſe Miniſtrorum Calvinianorum pervulgatam concionandi materiam*, videlicet non eſſe noſtrarum virium divinum opus vel impedire, vel omittere, ſed tam eſſe neceſſarium, quàm edere, bibere, &c. ab aurito & oculato teſte eſt memoriæ mandatum, *eámque ob cauſam præſcribunt, ut ſui ordinis quiſque, etiamſi octogenarius ſit, fœminam ſibi deligat, id boni exempli loco fieri erga populum interpretantes: Id quod* (nimirum, ut ſeptuagenarii, & octogenarii juvenculas ſibi copulent) *in Anglia factitatum eſt à clariſſimis concionatoribus, à Miniſtris, à Sacerdotibus, à primi nominis Epiſcopis.*

E Luther. ſer. de matrimonio.

F Gulielm. Reginald. lib. 5. Calvino-Turciſmi. c. 11.

Archibal. Hamilton. lib. 5. c. 19. demonſt. confuſion. Calviniſt.

G Alio autem loco Martinus Lutberus addit, *hanc vim genitalem & ferventis naturæ inclinationem in mulierem, in corpore maſculo, ſic creari & conſervari, ut nullis votis eradi poſſit, ideóque qui ſine muliere manere ſtatuit, ille* (inquit hic Evangeliſta) *nomen hominis à ſe deponat; planum faciens, ſe Angelum eſſe aut ſpiritum. Homini enim à Deo nullo modo conceditur, ita ut ſupra vires ſit ab hac temperare poſſe, & hoc cogente verbo Dei volentis & jubentis.* Hæc & alia multa Lutherus, vel potiùs Hæreſis per Lutherum, Calvinum, Bezam, & ſimiles carnis & ſanguinis præcones.

Luth. Tom. 7. Epiſt. ad Wolfgang.

H *Hoc unicum decretum Lutheri*, ait Auctor quidam hæreticis noo ignotus, & ea, quæ dicit, experientia ipſa edoctus; *quaſi lex divina nunc paſſim habetur, neminem poſſe continere, non magis, quàm non expuere ſalivam; nec magis virum muliere, vel mulierem viro carere poſſe, quàm ullum hominem cibo & potu. Et hoc ubique decantatur, impoſſibile eſſe, ut aut adoleſcens aut puella, ſi modò Veneri apti ſunt, à Venere poſſit abſtinere. Ecquid verò pueri & puellæ hanc legem ſuis flagitioſis cupiditatibus prætexunt? Nihil eſt clarius aut crebrius.*

Caecanovius lib. de corruptis moribus.

An

A *An non enim videmus adolescentulos hoc tempore, palàm scortari, & si ab hoc vitio retrahuntur, sibi dari uxores flagitare contumaciter? puellas quoque, si aut libidine lapsæ sint, aut aliàs impudicè lasciviant, tam.has, quàm illos, protervè hanc Lutheri legem obtendere, neminem castè continentérque posse vivere, cùm Venus æquè necessaria sit ac potus cibúsque. Ex his novis nuptiarum ritibus pueri nubunt, puellulæ nubunt, & sic nascentur viri illi, tam strenuè Heroës, qui bello Turcas ultra Caucasum montem submovebunt.* Hactenus ille.

B Hi fructus & effectus vestræ doctrinæ sunt, Misene, cujus parentes coovenienter placitis suis vitam duxerunt; quomodo enim moribus à doctrina discrepâssent? Martinus Lutherus *cùm de se ipso testatur, quòd sub initium sui Evangelici Apostolatus (antequam Catharinam Borram sibi copulâsset) propter libidinis vehementiam & amorem mulierum ad insaniam penè redactus fuerit: cùm suis commentariis sacras scripturas illustrans, ad textum Salomonis, matronam bonam commendantis, apposuit hanc marginalem notam (quam se ab hospita sua Isennaci didicisse, suóque experimento comprobâsse significat:) Nihil amabilius vel suavius est in terra, quàm amor mulierum, si cui is potest contingere: cùm fatetur se non magis à muliere potuisse abstinere, quàm à cibo & potu; cùm conjugalem copulationem rem divinam, spiritualem & cælestem pronunciat, quid aliud significat, quàm ejus mentem & spiritum totum, in eo divino & spirituali & cælesti opere fuisse occupatum?*

Reginald. loc. cit.

Luth. Annot. in cap. 31. prover.

C De stigmatis Calvini jam dudum te aliquid inaudiisse arbitror: ùt & de causa; si nihil audivisti, instruere te poterit Conradus Schlisselburgius homo Evangelicus, qui & Bezam his coloribus depingit. *Certò constat, Theodorum Bezam à pueritia imbibisse vatum impudicitiam & impudentiam, totamque ætatem explendis suis libidinibus & cupiditatibus, ac describendis suis amoribus, & ulciscendis suis rivalibus exercuisse, atque in meretricem, lenam, & cynædum transformatum esse. De quo item constat & hoc, quòd obscænissimos versus scripsit ad Germanum Audebertum Aurelia, & eundem tanquam Adonidem à Theodoro Beza factum esse.*

Li. 1. Theol. Calvinist.

D I nunc, Misene, & quære, cur Romæ permittantur Lupanaria, non autem io Evangelicis civitatibus. Ubi tota doctrina lupa est, luparúmque perfugium, quid opus est lupanaribus? An ego credam fornices & prostibula ibi deesse, ubi Auctores hujus Evangelii verbo & exemplo ad luxuriam quasi classicum canunt; ubi ipse Evangelicus spiritus suis sub pectore stimulis & facibus ad libidinem incendit, ubi sine fronte clamatur, *castitatem servatu esse impossibilem?* Apud Orthodoxos, qui peccant, non peccant impulsu doctrinæ & fidei, qua imbuti sunt, cùm sit sancta, casta, pudica, inclinans & impellens ad omne virtutis genus, sed suapte malitia sese flagitiis cootaminant. Et quid mirum, in populosas & amplas urbes E magnam scelerum colluviem aliquando sese insinuare, quantumvis licèt illis, qui ad clavem Reipublicæ sedent, diligenter advigilantibus; cùm oon raro eveniat, ut unus paterfamilias, cui unius domus cura & gubernatio commissa, vix prohibere queat, quò minùs intra angusta illa familiæ septa, aliqua committantur, quæ ipse committi nollet? Tenui rimula inimicus homo illabitur in agrum Dominicum, & bono semini infelix lolium lappásque tribulósque superseminat; satis est, quòd tandem exsurgant superiores, severísque legibus fluxam disciplioam instaurent, & vitia, quæ extiterunt, demetant. Quod & Romæ factum Ribadeneira affirmat. F Quòd si, Misene, oculos oon modò meretricios, sed & honestos, virtutísque amantes haberes, animadvertere debebas, Romæ, quidquid sit de peccantium numero, longè plures esse, qui sanctè castéque vivant partim in Matrimonio, partim extra conjugium. In mentem revocare debebas infinita illa virtutum exercitamenta Romæ usitata, & innumera illa misericordiæ opera in egenos conferri solita; quæ tuorum similium in ganeis belluantium, & lascivientium fœditates innumeris partibus compensant. Scripsi de hoc ipso argumento noo pauca cootra alios Romæ criminatores, Heliam & Leiserum: Tu lege, ubique dicta existima.

In refutat. histor. Ord. Jesuit. c. 10.

G Ad Ignatium revertamur, sed dispari animo; tu calumniandi, ego defendendi. *Vide,* inquis, *quàm sollicitè curam agat meretricum Ignatius.* Idem, opinor, dicis; quoties caput illud de peccatrice à Domino suscepta legis: *Vide, quàm sollicitè curam agat meretricum Christus.* Et tamen istæ meretrices præcedunt Calvinistas in regno cœlesti, ùt olim eorum similes Pharisæos, ipsius veritatis testimonio. *Tria,* inquis, *genera meretricum Romæ esse Animadvertit. Alterum earum, quæ nullos habent maritos, alterum nuptarum.* Tertium genus tu ipse, nescio ex quo cerebro, confingis; nam inter ouptas & noo nuptas, quodnam interjectum genus sit, tu fortè quàm Ribadeoeira meliùs nôsti, quippe in hoc argumento exercitatior ex ipsa tui Evangelii disciplina.

Lucæ 7.

Matth. 21.

H *Primùm,* ioquis, *notandum, Romæ etiam nuptis concessum esse, ut maritis desertis corpora prostituant.* Noo scribis, Misene, scholium, sed mendacium; corpora vulgare nulla lege Romæ coocessum est nuptis. Quòd si quæ ouptæ, contra connubii fidem, vagæ libidini sese addicuot; id præter jus fásque fit, divinum & humanum, etiam Romæ; nec toleratur hoc genus meretricum eo modo, quo alia tolerari & permitti solent prostibula matrimonii vinculis exsoluta. Quòd si interdum reperiuntur hujuscemodi mulierculæ; quid mirum, in tanta hominum multitudine & confusione, ubi præ abeuntium

adeuo-

A adeuntiúmque in singulos fermè dies innumera turba; vix sciri potest, quis civis sit, quis advena, quis solutus matrimonio, quis nexibus matrimonii illigatus? Pauperis est numerare gregem, Misene, & exigui oppidi, omnium indigenarum nomina tenere, & conditionem & sortem; qui genus, aut unde domo quilibet.

B Reprehendis Ignatium, quòd putaret, se non sumpturum inanem operam; si omni suo labore vel id efficeret, ut una nocte tales fœminæ Dominum non offenderent; *Breve sanè tempus*, inquis, *præstituit bonus Ignatius castitati meretricum.* Non præstituit hoc tempus Ignatius, ùt tu comminisceris; sed publicè professus est, quibusdam laborem & conatum ejus admirantibus, ob instabilitatem hujus generis mulierum, se factis magnum operæ pretium reportaturum, si efficiat, ut vel una nocte à flagitiis abstineant. An parùm tibi videtur præpedire peccata vel unius diei, vel unius noctis? *At Deus*, inquis, *tam cogitatione impudica, quàm voluntate offenditur peccandi & peccato ipso.*
C Primùm necesse non est, ut illæ mulieres, illo itidem brevi tempore, proposito & voluntate peccârint. Cur enim ùt ab opere, ita & à consilio operis perpetrandi abstinere non potuissent? Deinde in hoc genere peccati semper opus ipsum gravius est, quàm propositum; tum ob communionem alterius personæ, quæ ad flagitium adsciscitur, aut admittitur, tum ob alias circumstantias. Quare multum boni præstiterit ille, qui vel à solo opere misera ista libidinis mancipia retardârit.

D Redis nunc ad lupanaria tecta tibi non ignota. *Quæro*, inquis, *cur hi generales Ecclesiæ Reformatores lupanaria Romæ esse passi sint? Cur non Pontifici Romano ostenderunt turpitudinem hanc Christianô nomini probrosam?* Loco nostro respondes tibi ipse. *Si responderint*, inquis, *malum inveteratum tolli non posse, & indecorum attrectare, quod obtinere nequeas, & omittenda potiùs prævalida & adulta vitia; quàm ùt palam fiat, quibus flagitiis impares simus; præsertim cùm Augustinus dicat, omnia meretricum fore plena, si lupanaria tollantur; si hæc dixerint; quæram, qui fiat, ut Lutherani & Calviniani ejusmodi lustra nulla habeant.* Noli quærere, Misene, noli quærere, alioqui repetam causam, quam suprà attigi, planiúsque & clariùs explicabo. Hæresis ista lupa est, nutrix Romuli & Remi, ubi habitat, ibi lupanar est; nam, nisi fallor, à lupa lupanar appellatur. Noli gloriari de sublatis lupanaribus. Abstulistis centum, substituistis mille. Fucus iste externus parùm perstringet prudentum oculos, qui ipsam naturam vestræ sectæ penitiùs intuentur; quàm Venus concepit, peperit, aluit, educavit in sinu venereorum & turpissimorum Apostatarum, quæ omnibus suis alumnis, non nisi veneream mentem afflare & injicere potest.

S. Aug. l. 2. de Ordine, c. 4. tom. 1.

E *Quæram itidem*, inquis, *qui fiat, ut Vicarius Christi scortatores ferat, quos Apostolus cum adulteris conjungit.* Ideò fert, quia extirpare nequit; ideò fert, quia frustrà brachia contra hoc tam valens vitium tenderet, & quia tollendo lupanaria, meretricibus omnia impleret, quod num vobis acciderit, vos ipsi videritis. Temeritatis neminem condemnabo, qui id sibi persuaserit, ob rationes suprà allatas. Ideò fert, quia & DEUS mala fert F justissimas ob causas: Ideò fert, ut majora mala, nempe adulteria, homicidia, & id genus alia impediantur, quæ sæpius existerent, si magistratus quædam mala non permitteret, spectata hominum conditione & natura. At quòd Apostolus conjungit fornicatorem cum adultero, id nihil est; Pares sunt non criminis magnitudine, sed cœlestis regni amissione: æquè enim uterque à beatitudine excluditur: at parés non sunt peccati gravitate; quia adulter & legem castitatis & justitiæ violat, & alienum thorum per summum scelus contaminat: fornicator verò nihil contra justitiæ leges committit. Unde iste toleratur: ille nequaquam.

Hebr. 13.

G *Augustinum*, inquis, *ipse Apostolus refutat, eorum damnationem justam pronuncians, qui facienda mala censent, ut bona eveniant.* Parciùs ista, Misene, probabile est, S. Augustinum meliùs novisse, quæ sit Apostoli mens, quàm tu scias. Nam & ipse Biblia evolvit, licèt non Lutherana aut Calviniana. Aliud est mala permittere, aliud mala facere, permittere mala, ut eveniant bona, vel ut vitentur majora mala, nusquam damnavit Apostolus, alioquin damnâsset etiam DEUM, qui justissimè mala permittit, tum eo fine, ut vitentur majora mala, tum ne, iis sublatis, majora bona tollantur. At facere mala, ut eveniant bona, id nec DEUS facit, nisi fortè secundùm atheam Calviniani Theologiam, nec facit id magistratus, qui lupanaria vel usuras permittit ad imitationem DEI. Nec peccat permittendo, si, ùt supponimus, justæ permittendi causæ suppetant. Non enim approbat magistratus mala, quæ permittit, nec rata & grata habet, sed tantùm à pœna in foro suo eximit.

Rom. 3.

H *Ipse Augustinus*, inquis, *refutat se alibi, cùm affirmat, delictorum compensationem non esse admittendam.* Vellem, locum notâsses: Grandia sunt Augustini volumina; ubi inveniam hæc paucula; quæ recitas, verba? Nam quòd speres, tuam Calvinianam fidem nobis loco citationis fore, frustra es. Scimus, qua fide fides hæc Patrum testimonia proferat; sed quacunque fide hunc locum produxeris; quæso, quidnam ad propositum facis? Asserit alicubi S. Augustinus, lupanaria non esse tollenda; ne omnia libidinibus turbentur; hoc est, ut majora flagitia evitentur: hic asserit, ùt tu asseris, delictorum compensationem non esse admittendam, ubi videlicet compensatio permissi peccati nulla est ejusmodi,

Vide S. Thom. 2. 2. q. 10. a. 11.

A modi, ut sit consentanea rectæ rationi, vel ex parte boni præponderantis, ne scilicet impediatur, juxta illud Matthæi 13. *Sinite utraque crescere, ne fortè eradicetis cum eis & triticum:* vel ex parte mali etiam præponderantis, ne videlicet fiat. At ubi vel utraque, vel altera harum causarum adest, tum compensatio delictorum admitti potest. Permitti possunt, nonnulla peccata, quorum permissio compensatur, vel majore bono, quod sequitur, vel majore malo, quod evitatur. Hactenus de flagitiis Catholicæ Religionis Professoribus à te objectis. Quid verò, ô Hæretici, *maledictorum pannos hinc inde consuitis & eorum carpitis vitam, quorum fidei resistere non valetis? Num idcirco non estis vos Hæretici, si nos quidam assertione vestra crediderint peccatores, & os impietate fœdum non habebitis, si cicatricem potueritis in nostra aure monstrare? Quid juvat vestram perfidiam, vel prodest pellis Æthiopica, & Pardi varietas, si in nostro corpore nævus apparuerit?*

a. Hieron. Epist. 78.

B Caput decimum, in quo de variis Collegiis Ribadeneira scribit, intactum præterit calumniator. Veniamus ergo ad caput proximè subjectum.

CAPUT III.

Refelluntur cavillationes Miseni, in caput undecimum & tria sequentia.

C IN *undecimo*, inquis, *capite longa narratio extat de morte Fabri.* Atqui pro sanctitate & meritis Fabri, narratio illa brevis est: adeò dives virtutum cœlestiúmque charismatum Faber extitit. *Nihil*, inquit, *illum magis commendat, quàm quòd cum Bucero congressus est.* Tu hoc dicis fide solita; non Ribadeneira: mirum enim fuerit, si io homine rerum divinarum contemplationi deditissimo, nihil magis eximium fuisset, quàm, quòd cum desertore illo & transfuga Bucero in arenam descenderit, fortitérque conflixerit. Est quidem hoc excelsi & eruditi animi non exiguum documentum; sed majora fuisse in illo viro DEI ornamenta, facilè perspicere poteras, si ad Petri Fabri laudes clausus oculos, & cæcam mentem non attulisses.

D *Sine fructu*, inquit, *in Germania non fuit: Nam Petrum Canisium Diabolo lucrifecit, & hospitem suum Moguntiæ (fortè ære alieno oppressum) Carthusianum effecit.* Plura præstitit Faber in Germania, quæ tu livore excæcatus dissimulas. Lector legat ipsum Ribadeneiram. Quòd si nihil aliud effecisset, quàm quòd Petrum Canisium, cujus laus in tota Ecclesia, ad Societatem adjunxit, haud inanem cœpisset operam, quippe primus quodammodo Auctor omnium eorum, quæ Canisius tot annis fructuosè ad Ecclesiæ propagationem & amplificationem docendo & scribendo præstitit. Hospiti illi ad Carthusiam aditus non patuisset, nisi priùs ære alieno, si quod contraxerat, dissoluto, ne putes religionem esse obæratorum perfugium. Ingressu in Religionem non solvuntur debita; aliàs fortasse tu etiam & alii Calvinistæ, quibus multa facta nomina, religionem amplecteremini. E

F De historia undecim millium virginum, quam hic vellicas, consule monumenta illustrissimi Baronii. Fortè de Amazonum expeditione nugari desines. Rides, quòd Fabri operâ Patres Carthusiani nos operum & meritorum Ordinis sui participes fecerint. At nos qui probè intelligimus, quanto ab illis Patribus beneficio affecti simus, meritò exultamus, & ex animo oobis tantum thesaurum gratulamur, & cum B. Davide clara voce canimus: *Particeps ego sum omnium timentium te.* Nec est, quòd metuas, fore, ut non sint opera, in quorum communionem nos veniamus: nam bonorum operum haud solet esse tanta penuria in sanctissimo illo Ordine, quanta in ordine Calviniano; ubi nihil agere summa est religio, & plus credere, quàm DEUS ipse velit, ut credas, suprema perfectio.

Baron. Notat. ad Martyr. Rom. 21. Octob.

Psalm. 118.

G *Laudes Fabri*, inquis, *legat qui volet, & credat, quæ volet.* Etiam sine tuo jussu leget candidus lector, quicunque volet; & credet plus, quàm tu voles, quia omoia credet. *Hæreo*, inquis, *in divinis illustrationibus, quibus ille abundârit. Si commentarium illius viderem, fortassis tolleretur omnis dubitatio.* Utinam hæreres in divinis illustrationibus, non hæreres in calumniis, mendaciis, sordibúsque Calvinisticis. Commentariolum Fabri, quo ille hujuscemodi illustrationes, & rerum cœlestium sensus, & quasi experimenta consignavit, sæpius vidi; sed nihil in illo ad gustum Calvinianum, cui dapes appositas juvenilia Bezæ subministrant; longè alios ignes, longè alios amores, longè alios stimulos, tum decantantia, tum decantando excitantia.

H *Quòd Auctor*, inquis, *tam sancti hominis animam silentio præteriêrit, mirari satis nequeo; ùt & illud, quòd Ignatius hominis mortem non præviderit aut prædixerit.* In promptu causa est, cur Ribadeneira animam Fabri, ùt Codurii & Hozii, non dixerit ab aliquo visam; quia mentiri noluit. Mentitus autem fuisset, si id, quod non acciderat, vel certè num acciderit, ignorabat, accidisse commemorâsset, vel hinc colligere deberes, vera esse, quæ de aliis in hoc genere scribit Ribadeneira, ùt suprà te ex Origene docui, qui si mendacibus visionibus & apparitionibus Ignatii & sociorum gloriam amplificare voluisset; cur non & hic de anima Fabri, viri verè sancti, tam egregia oblata occasione, commentum aliquod afferre potuisset? Nam mendaci perinde est, quoties, ubi, & quando mentiatur, si ulla sese mentiendi occasio offerat.

Eandem

A Eandem ob causam nihil scripsit Auctor de prædictione Ignatii, quia quod Ignatius futurum non prædixerat, id Ribadeneira eum prædixisse scribere non poterat. Quòd si miraris, cur DEUS Ignatio mortem Fabri non revelârit, non Ribadeneiram, sed DEum tibi adeundum examinandúmque judico, is enim causam novit. Eadem opera sciscitari licebit, cur olim Helisæo non patefecerit mortem filii Sunamitidis, tam bene de Propheta illo meritæ.

4. Reg. 4.

B Caput duodecimum explicat universi Ordinis Carthusiensis erga Societatem nostram benevolentiam & charitatem: *Non invidemus Jesuitis*, inquit Misenus, *hanc charitatem, ùt nec participationem divinorum sacrificiorum, orationum, abstinentiarum, cæterarúmque piarum exercitationum.* Agimus tibi gratias, Misene, quòd invidiam tuam cohibes, ne ad hæc etiam bona nostra sese extendat, quæ nihil alioqui intactum relinquere solet, omnia contactu suo fœdare nititur: suspicor tamen, te, si non participationem meritorum; certè animorum conjunctionem & consensionem nobis invidere. Malles enim dissidia esse inter Ordines, quàm mutuæ charitatis nexum.

C Caput decimum tertium exponit, quomodo Ignatius pro benefactis malefacta receperit. Romæ quidam marito uxorem eripuerat: hanc ab adultero volentem, & meliora sequi meditantem Ignatius abstractam in divæ Marthæ domum transtulerat. Mœchus ira & amore furens, Ignatium & Socios tota urbe traducere cœpit, sparsis famosis libellis, & chartis impudicarum rerum plenis. Hic Misenus, metuens, opinor, ne sua privetur Cynthia: *Quis*, inquit, *Ignatio hoc juris concesserat, ut ille uxorem marito eriperet?* Non eripuit marito, bone Misene, sed Mœcho. An non aliud apud vos etiam, maritus, & aliud mœchus? Addis: *Cur ereptam adultero, non reddidit marito, præsertim reposcenti?* Repetiisse maritum uxorem illam, tu ipse fingis. Neque enim ullum ea de re verbulum Ribadeneira. Deinde quæ in domum sanctæ Marthæ transferebantur, non eripiebantur maritis, si nuptæ essent; sed illic degebant, donec maritis reconciliarentur; superiorisque vitæ turpitudinem salutari pœnitentia expiarent, quod intelligere poteras ex capite nono hujus tertii libri; ubi Ribadeneira recenset, quo consilio hæc domus sanctæ Marthæ ab Ignatio, aliísque exædificata fuerit.

D *Quòd autem addit Auctor*, inquit Misenus, *libellos famosos fuisse à marito illo (quem ego suspicor fuisse lenonem) compositos, multis suspicio movetur, nonnulla fortasse verè fuisse conjecta in illam Societatem.* Primùm non maritus, sed mœchus famosos illos libellos sparsit. Cur depravas verba & sententiam Ribadeneiræ? Cur non sincerè recitas, quæ Auctor noster scribit? Vana ergo est & illa tua suspicio; & E planè temeraria, cùm ais, maritum fuisse *lenonem*. Quis maritus hujus fœminæ fuerit, ne verbulo quidem Ribadeneira significat, sed de solo mœcho totam historiam texit. At scenæ tuæ serviebat lenonis mentio. Quia enim nostros infamia saltem aliqua aspergere volebas, Lenonis mentionem injecisti, quasi si leno chartas illas infames in nostros sparsisset, aliquid verisimilitudinis habituræ fuissent, utpote profectæ ab homine, qui, quod objiceret, probè exploratum haberet. Sed fides lenonia, Misene, non nisi apud F homines lenonios fidem & auctoritatem invenit. Prudentes hoc ipso alicui dicto fidem abrogant, quod à lenone prodiisse intelligunt, qui omni jure intestabilis est, cujus epitheta miror tibi non venisse in mentem, vel ex Plauti Pseudolo, in cujus lectione tam tritus es. Revoca in memoriam, quæ illi duo *altrinsecus assistentes ingerunt: Impie, scelesta, verbero, bustirape, furcifer, sociofraude, parricida, sacrilege, perjure, legirupa, pernicies adolescentum, fur, fraudulente, impure, cœnum.* Calviniani tamen *Balliones* his hominibus, qui tot dignitatis titulos præ se ferunt, prono assensu credunt; quotiescunque contra Religiosos famosum libellum edunt.

G Denique cur retices; quomodo nostri, re in judicium adducta, judicum sententia insontes sint pronunciati; & in eo judicio, ubi non agebatur de fidei dogmatibus, sed de moribus, ubi nulli etiam bene Catholico parcitur, si scelerum objectorum convincatur? Cur itidem silentio præteris, quomodo ipse mœchus, mutata mente, ex insectatore fautor, & ex oppugnatore, propugnator Ignatii effectus sit, quantisque beneficiis injuriam hanc postea compensârit? Sed qua fide hanc accusationem tractas, eadem tractas & sequentem.

H Sacerdos quidam ambitione motus, multa in Ignatium crimina jactârat, præter cætera etiam crimen Hæreseos. Tu Sacerdotis nomen exprimi cupis. Dupliciter potest quis certò & signatè describi. Primùm, si nomen ejus exprimatur & cognomen. Secundò, si officium, quo fungebatur, & locus, in quo munere aliquo fungebatur. Ut priori modo Ribadeneira Sacerdotem hunc non descripserit; at descripsit posteriori, id quod non modò satis est, sed sæpius superfluum. Scripsit enim, Sacerdotem hunc præfuisse Catechumenorum domui, tempore Ignatii, idque, ùt ex tota relatione Auctoris intelligere licet, circa annum Domini M. D. XLIV. An non satis speciatim expressit, quis Sacerdos hic fuerit? quem tu ais, *non fuisse solum, sed multos alios bonos & doctos viros similia Ignatio objecisse; & hæc falsò uni alicui affingi.* Unde nôsti, Misene, similia illo tempore Ignatio fuisse à pluribus objecta? Prome Auctorem, quo nixus hoc affirmes. Hic iterum

A iterum cerebrum tuum: &, ùt ægri somnia, malè cohærentia mentis tuæ phantasmata nobis adduces. Verùm nec cerebrum tuum, nec quæ in cerebro recubat phantasia, tantam adhuc apud nos auctoritatem obtinuit, ut eam bibliothecæ loco habeamus; indéque phantasmata & inania spectra, tanquam volumina depromamus, & quidquid nobis dictant, pro indubitato arripiamus. Illud mirabile: *bonos & doctos viros* apud te censeri, qui alienam famam falsis criminationibus eversum eunt: & ex alieni nominis ruina inclarescere contendunt, qualis & Sacerdos iste; qui tandem ob flagitia Sacerdotali officio privatus, perpetuísque carceribus adjudicatus fuit.

B In capite decimo quarto Ignatius Societatem fœminarum cura liberat: Cùm enim jussus à Pontifice Ignatius, paucissimarum mulierum curam suscepisset, mirum dictu, inquit Ribadeneira, quantum illi molestiæ & occupationis trium fœminarum gubernatio paucis diebus attulerit. *Meritò*, inquis, *mi Petre: nam vel unius gubernatio multum negocii nobis facessit;* Si tantum negotii vel unius mulieris cura vobis facessit; qui fit, quòd plerique vestrûm, imò omnes, hoc negotium tam promptè, tam alacriter & hilariter suscipiant, qui fit, quòd nulli inveniantur apud vos, qui nolint esse negotiosi, hoc est *uxorii?* qui fit, quòd nullus vestrûm sententiam illam Tertulliani mente revolvit, quam ad mulierem protulit: *Tu es Diaboli janua; tu es arboris illius resignatrix, tu es divinæ legis prima desertrix, tu es, quæ eum suasisti, quem Diabolus aggredi non valuit: Tu imaginem DEI, hominem tam facilè elisisti; propter tuum meritum, id est, mortem, etiam Filius DEI mori habuit.*

Tertull. lib. de habitu mulierum.

C *Fertur aureolus Theophrasti liber de nuptiis*, inquit sanctus Hieronymus, *in quo quærit, an vir sapiens ducat uxorem: & cùm definivisset, si pulchra esset, si benè morata, si honestis parentibus, si ipse sanus ac dives, sic sapientem aliquando inire matrimonium, statim intulit: hæc autem in nuptiis rarò universa concordant: non est ergo uxor ducenda sapienti:* quod pluribus deinceps ostendere pergit non ex Calviniano Evangelio: sed ex ipsius legis naturalis & quotidianæ experientiæ præscripto. Sed mollis flamma vestras exest medullas, quam per continentiam non extinguit hæresis, sed per alias superinjectas flammas magis accendit.

S. Hieron. lib. 1. cont. Jovinian.

CAPUT IV.

Cavillationes Miseni in caput decimum quintum usque ad vigesimum secundum.

D CApite decimo quinto commemorat Ribadeneira, quomodo Ignatius nostris ad Ecclesiasticos honores aditum intercluserit, & cùm Episcopatus Claudio Jaio, & Petro Canisio, & Cardinalatus Francisco Borgiæ oblatus fuisset, summa vi apud Pontifices obstiterit, ne quis ad illas dignitates eveheretur. Ait Misenus, *hoc ex invidia factum; quòd videret, alios sibi præferri, & sub simulatione humilitatis, paupertatis, & modestiæ suam invidiam texisse.* Multò credibilius est, Misene, te mentiri, quàm Ignatium id, quod agebat, simulâsse. Non enim is erat Ignatius, in cujus animo livori locus reliquus esset. Et undénam scis Ignatium ex invidia suorum honoribus obstitisse? Fortè ex more vestro. Apud vos enim alter alterius profectibus invidet, & quidquid sibi non videt collatum, id perditum æstimat, bonúmque alienum suum damnum reputat. Sed non ea consuetudo Ignatio, non Sociis, non ulli bono, causas obsistendi alias non habuit, quàm quas Ribadeneira commemorat, quásque ipsemet Ignatius Pontifici coràm exposuit. E

F Cùm quidam viventi Ignatio, idem ferè quod tu jam mortuo, objecissent; sed sine calumniis, statim voti religione interposita coram omnibus testatus est, se nullam unquam dignitatem extra Societatem admissurum, nisi à Christi vicario ita compelleretur, ut tergiversari, repudiaréque illam sibi citra peccatum non liceret. An non, si quidquam in rebus humanis clarum & perspicuum est: satis clarum & planum fecit Ignatius suum animum, voto edito, & jurejurando, veritatis cognoscendæ tam firmo argumento, concepto? Sed Calvinistæ ne juratis quidem credunt; quia juramenti religionem nihili faciunt, linguámque juratam, & mentem injuratam circumferunt; hinc omnes ex sua perfidia æstimant.

G Sed ait Misenus, *hoc ipso* (voto scilicet) *satis indicavit, se non esse alienum à dignitate Cardinalitia vel Episcopali, modò offeratur à Pontifice.* Minimè hoc indicavit, Misene, sed obedientiæ vim considerans, & Pontificis summam in omnes potestatem, nominatim in se, & in totam Societatem, affirmavit, se non cessurum ullis monitis, nisi Pontifex sub obedientiæ præcepto, & sub mortali peccato obedientiam imperet: quo casu, nemo probus est, qui non potiùs velit obtemperare, quàm negati obsequii maculam in se suscipere. Idem quod Ignatius, Ignatii exemplo vovent omnes, quicunque in Societate nostra professionem edunt. At hoc non est erga dignitates Ecclesiasticas affectum esse, ùt tu inscitè calumniaris, sed potiùs alienum; cùm argumentum sit animi nullam penitus Ecclesiasticam dignitatem recipere volentis, nisi inevitabili peccati necessitate constringatur.

H Quòd si Ignatius ex invidia suis filiis aditum ad infulam & purpuram interclusisset, facilè, mortuo Ignatio, viam sibi & aliis aperire

A rire potuissent Præpositi Generales, Ignatii successores. At tantum abest, ut hoc fecerint, ut coostantissimè semper honores istos detrectârint. Si invidia Ignatii Borgia nolens & invitus à purpureo galero excidisset, potuisset illum obtinere tum, cùm in Societate superiorem neminem agnoscebat, utpote Præpositus Generalis. Potuisset etiam Jacobus Laines non modò hanc, sed & hac majorem dignitatem consequi. Potuisset & is, qui modò universæ Societati præest, P. Claudius Aquaviva, ad Archi-Episcopatum Neapolitanum, & inde ad altius fastigium evehi; nisi fortè dicturus es, ipsus Generales non modò alios, sed & se ipsos ex invidia præpedire, quò minùs his honoribus insigniantur, quo quid stultius? Quis enim sibi invidet? Invidia in aliena, non in propria boοa tendit.

B Doles, quòd Cardinalis Marcellus Cervinus, postea Pontifex Maximus, tantum Ignatio tribuerit, ut ejus solius auctoritatem, sibi loco omnium rationum esse diceret: & ob id Cardinalem, imò Pontificem Marcellum, *probum superstitionis mancipium* nominas. Si Calvino tuo aut Bezæ tantum Cardinalis ille tribuisset, laudares factum, quod nuoc vituperas; Exspectabat videlicet Marcellus scholia Miseni, ut disceret, quantum Ignatio tribuendum esset. Vulgatum est illud de Pythagoræ discipulis, αὐτὸς ἔφα. An nunquam in tuis prælectionibus dictum & factum hoc laudibus extulisti? Cur, quod tibi placet in Ethnicis, id reprehendis in Christianis? Sed minùs honorem illum invides Pythagoræ, quàm Ignatio; Ethnico, quàm Christiano, quia minùs odio in Pythagoram ardes; quàm in Ignatium.

C In decimo sexto capite nihil, quod criminetur, reperit, illud valde libenter audit, inventos esse etiam in Hispaniis, teste Ribadeneira, qui Institutum nostrum oppugnarent. Ita quotiescunque in libro Ribadeneiræ aliquid legit, quod qunquo modo contra nos faciat; avidè illud arripit, & ingerit, & pleno assensu comprobat: præterire solitus eas, quæ plerumque adduntur in melius mutationes sedatis tempestatibus; quando agnita veritate ab oppugnatione tandem cessatum, Ipsique oppugnatores affectum sinistrum in dextrum verterunt: quod & hic usuvenit; sed tu dissimulas; quia calumniatoris personam agis, & quidem adeò scitè, ut, si quando agenda esset Plauti *Asinaria*, ego tibi aliam, quàm *Diaboli* personam non demandarem.

D Caput decimum septimum continet publicum testimonium Magistri generalis Ordinis Prædicatorum de Societate. Quod qui volet, inquit Misenus, conferat cum commendatione, qua se mutuò ornant servuli Plauooi in Asinaria, móxque bonam partem scenæ cujusdam, cujus interlocutores Leonida & Libanus, transcribit, ut chartas impleat; & jam nunc probè agit personam Diaboli, qui apud Plautum unus est ex Actoribus Asinariæ. Cùm autem noster Misenus in Asinaria Plauti tam versatus sit, suspicari quis posset non injuriâ, de titulo Comœdiæ aliquid illi adhæsisse, & asinos in Asinaria venditos, ad Misenum, jure hæreditario, pervenisse, & in pectore & ore ejus stabulari, unde etiam toties ruditer rudunt, ut sæpius nimis velim *habere perticam*, qua verberem asinos, qui toties occipiunt clamare, non ùt, cùm apud Plautum essent, ex crumena, sed ex impuro tuo ore. E

F Cæterùm si ad tuos Calvinistas, præsertim Bezam & Calvinum ipsum, colloquium hoc Leonidæ & Libani remittam; an non aptiùs & personis convenientiùs id fecero, quàm tu, qui ne decorum quidem in effictione personarum servare nôsti, quod toties etiam Celso objicit Origenes, qui Judæum contra Christianos disputantem introduxerat, eíque multa attribuerat, quæ Judæo non nisi ineptissimè affingi poterant. Ego decorum observabo. Quid enim non, vel ipso decoro judice, decorum erit, si Calvinus ita alloquatur Bezam. *Ædepol virtutes, qui tuas possit collaudare, sicut ego possum, quæ domi* (Parisiis, Genevæ, Lausannæ) *duellique* (in bellis Gallicis potissimùm Aureliæ) *malè fecisti; Næ ille adepol pro merito tuo nunc memorare multa possit. Ubi fidentem fraudaveris* (factum ubique) *ubi hero* (Regi Galliæ) *infideiis fueris. Ubi verbis conceptis sciens libenter perjurâris;* (factum id millies) *ubi parietes perfoderis,* (in tota Gallia) *in furto, ubi sis deprehensus* (in plerisque Galliæ templis.)

Orig. lib 1. in Celsum, & lib. 2.

G Respondeat huic Beza. *Fateor profectò, ùt prædicas*, Calvine, *esse vera, verùm ædepol, næ & tua quoque malefacta iterari multa & vera possunt, ubi sciens fideli infidus fueris, ubi prehensus in furto sies: & manifesto denotatus* (stigmate) *ubi perjurâris: ubi sacro manus sis admolitus, ubi heris* (Regibus Galliæ) *damno, molestiæ & dedecori sæpe fueris; ubi creditum tibi quod sit, tibi datum esse pernegâris, ubi amicæ, quàm amico tuo fueris magis fidelis. Num malè relata est gratia? ùt collegam collaudavi.* Respondeat Calvinus cum Leonida: *ùt méque téque maximè atque ingenio nostro decuit:* Sed ad institutum revertamur.

H Aliquot annis pòst, inquit Ribadeneira, D. Francisci Minorum Ordo de observantia, Ecclesiæ & ipse lumen & ornamentum, propensionem & benevolentiam Patrum Ordinis Prædicatorum insigni charitate imitatus est. *Atque ita*, inquit Misenus, *tria Idololatrarum sodalitia familiaritatem coiêrunt: ut videatur ista conspiratio ad oppressionem veritatis τριμάρανος appellari posse.* Si nomen *idololatrarum* mutes in nomen *Religiosorum*, & nomen *veritatis* in *falsitatis*; tum, quod scribis, admittam, admittétque meeum libenter, quisquis veritatem amat, & falsitatem odit.

A In capite decimo octavo ostenditur, nostros in varias Africæ partes penetrâsse: non tamen diu mansisse apud Congi Regem, quòd, quamvis Christianis sacris initiatus, vitam tamen Christiano indignam ageret. Tu negas, hanc fuisse causam, sed hanc, *quòd Rex ille, ut & Rex Angolæ, non de Religione, sed de Regione solliciti fuerint, suspicati, emissarios illos esse Lusitani Regis speculatores, vel potius proditores.* Mirum dictu, quòd tu semper post tot annos meliùs nôsti, quo quidvis consilio gestum sit; quàm illi, qui rebus gestis interfuerunt; & quàm Ribadeneira, qui hæc, quæ scripsit, ex ipsorum ore & relatione scribere potuit. Nam quod ad *speculatores* & *proditores* attinet, nondum eò penetraverant recentes istæ Machiavellistarum, Politicorum & Calvinistarum artes; qui, ut Religiosos honesto titulo exterminent, *speculationes* nescio quas & proditiones fingunt: nec amantior fuit Rex Lusitaniæ Joannes regni novi adquirendi, quàm Christianismi propagandi.

B Quòd autem Ribadeneira ait: nostris jam in Angolæ regnum tutissimum patere aditum, *illud neque credere placet*, inquit Misenus, *neque refutare libet.* Cur verò credere non placet, quod tota Lusitania non credit, sed evidenter perspectum habet? Multis jam annis tam nostri, quàm Lusitani in regno illo sedes fixas statuerunt. Sed Miseno id non placet credere; num propterea falsum erit, quia tibi non placet credere? *Nec lubet*, inquis, *refutare.* Luberet, si posses Misene. At quia non potes, non lubet: calumniari tamen lubet, quasi posses, si luberet.

C *Caput decimum nonum paucula habet, quæ nos erudire possint*, inquit Misenus. Scribe, quæ nobis Calvinistis placere possint; *nisi fortè*, inquit, *aliquis admiratione dignum putet, quòd etiam Sicilia societatem illam admiserit, & Bavariæ Principes eandem foverint.* Omnino admiratione dignum est, Societatem in omnes penè oras, eo ipso tempore penetrâsse, quo Hæretici jam totum Catholicum orbem sibi devorâsse, aut certè propediem devoraturi videbantur. Rectè mones Lectorem, ut hoc tanquam admiratione dignum notet.

D Caput vigesimum explicat Nostrorum in Brasiliam navigationem, & Antonii Criminalis in India pro Christiana fide gloriosam mortem. Misenus vocat *interitum miserabilem.* Usque adeóne mori miserum est, Misene, pro Christo? *Laudare*, inquit, *non possum, quòd sponte periculo sese obtulerit.* Nolo disquirere, num illicitum sit sponte sese offerre Martyrio: hoc dico, Antonium Criminalem non sponte in illud vitæ discrimen sese conjecisse. Nam Christianæ rei vacantem oppresserunt derepentè advolantes Ethnici, telis ad necem inferendam instructi. At fugere poterat Antonius: Ita est,

E & fugisset; si non pastor, sed mercenarius fuisset: At pastoris munere se fungi non ignarus, priùs in navim recipere sese noluit, quàm oves in tutum locum deduxisset. Quod dum sedulò agit, ab adventantibus hostibus circumventus est, & occisus. Placere tibi charitas hæc & fortitudo Antonii nequit, sat scio: quia nihil simile tui ministri faciunt, primi fugere soliti, cùm de capite agitur, obliti hædorum suorum; non enim ovibus præsunt lupi, in pace leones, in prælio cervi.

F Antonium hoc elogio ornat Ribadeneira: Fuit vir sui contemptor, divini honoris studio flagrans, obedientiæ inprimis cultor, orationis assiduitate & virtute præstans: Ejus similes Xaverius optabat esse omnes, qui in Indiam mitterentur. *Notandum*, inquit Misenus, *votum Xaverii.* Planè notandum est: at non eo, quo tu notas modo. *Ex eo facilis conjectura est*, inquis, *non multos Jesuitas illi esse similes aut fuisse.* Item. *Sequitur, multos ex Jesuitis mundi esse admiratores, & ambitiosos, & in precibus negligentes, ac vitiis multis præditos, & vita flagitiosa.* En quàm idoneas consecutiones Misenus ex voto Xaverii deducat. Agam tecum tuis exemplis; ut meliùs, quàm ineptus & imperitus sis, intelligas. Si quis Genevensis Civis optaret, omnes ministros, qui mittuntur Genevam, similes esse Bezæ, num ex hoc voto rectè colligeres, non multos ministros illi esse similes, aut fuisse? Nequaquam. Quia etiam cum hoc voto fieri potest, ut multi & sint, & fuerint illi similes. Deinde multò minùs bene concluderes ex illo voto, multos ex ministris esse ignaros, stupidos, truncos, blennos, Crassos, Brutos, Bestias, Asinios; Quia licèt tam insigniter non sint eruditi, quàm Beza, nec tantum lingua valeant, quantum ille; eruditi tamen sunt, & eloquentes, non modò infra; sed & supra modum, licèt non ad miraculum.

G Eadem vis est voti illius Xaveriani. Esto, non fuerint omnes similes Antonio in iis, quas commemoravimus, virtutibus: non sequitur tamen, multos esse *admiratores mundi, orationi minimè deditos, flagitiosos:* quia in virtutibus gradus sunt; alii aliis altiores, nec oportet, ut, qui non consistit in summo, sit in nullo, & in quo non apparet singularis & eximius mundi contemptus, & in precibus concipiendis fervor; is sit amator mundi, & orationis minimè diligens. Vides, Misene, tuarum consequentiarum absurditatem: quas quænam Dialectica te docuerit, ignoro equidem, nisi fortè ineptia hæc non proveniat ex vitiosis regulis, sed ex penuria prudentiæ, & ex impetu calumniandi, qui te non sinit perspicere, quidnam ex quaque re aptè sequatur, quid non sequatur.

H In capite vigesimo primo ingreditur Misenus noster, quasi jam recens ex carceribus emissus, stadium conviciandi & criminandi,

pro-

A propoſito ſibi Julio Tertio Pontifice, in quem iratus, & mille mendaciorum turmis inſtructus, incurrat. Teſtes mendaciorum ſuorum laudat eosdem, quos ſuprà, cùm Pauli Tertii Pontificatum inſectaretur, Vergerium, [Lib. 1. c. 5.] Balæum, Schleidanum triarios iſtos, & quaſi omnis mendacii Triumviros. Sed quia ſuperiùs & ſpeciatim & generatim fusè egimus de horum fide, & quare tribus iſtis, ùt & aliis Romanæ Sedis calumniatoribus, nihil penitus ſit credendum, ſatis erit Lectorem ad Caput illud libri ſecundi remittere, ut inde contra virulentos Hæreticorum calamos antidotum petat. Suffecerit hic illud unicum elogium, quod Julio Onuphrius his verbis tribuit: *Pauci fuerunt, qui in Romana Curia diuturniùs, juſtiùs, fideliùs & laborioſiùs per tot annos, quàm Julius Tertius verſati fuerint; in quo uno nullus unquam in maxima varietate rerum gerendarum, ſuperbiam, nullus avaritiam, nullus negotiorum, quæ is ſuſcepiſſet, neglectum, aut quæſtus aliquam cupiditatem notâſſet.*

CAPUT V.

Refutatio calumniarum in tria poſtrema libri tertii capita.

B IN capite vigeſimo ſecundo deſcribit Ribadeneira Inſtitutum & formam Societatis. *Hoc caput,* inquit Miſenus, *docet, Jeſuitas eſſe bonos Ariſtotelicos.* Non pudet nos Ariſtotelis, nec doctrinæ Ariſtotelicæ, quam publicè & privatim profitemur; ac proinde longè malumus audire Ariſtotelei, quàm Ramei; quia illa appellatio laudis eſt, hæc vitii. *Sunt,* inquis, *Theoretici & practici.* Omnis homo Theoreticus & practicus eſt, quia omnis homo *ſpeculativum* & *practicum* intellectum habet, illum cognoſcendis, hunc agendis rebus. Si quis tamen Miſenum excipere velit, cum hoc non magnopere con-
C tendendum puto. Factus eſt enim ſicut *equus & mulus, quibus non eſt intellectus,* nec Theoreticus, nec practicus. *Qui in Theoria,* inquis, *errant, veriſimile eſt, illos malos eſſe practicos.* Non abnuo. Tu viciſſim concede, quod ſubdo: At Miſenus & Calviniſtæ errant in Theoria: ergo non eſt veriſimile, ſed neceſſarium, illos eſſe malos practicos.

D Quòd autem Societas miniſteria ſua gratis obit, id interpretatur Miſenus aſtutiam. Si non gratis obiret; interpretaretur avaritiam; ita calumniis nunquam deſtituitur. Nec malè aguot ſacerdotes alii, etiam judicio noſtro, qui ob ſua miniſteria debito ſtipendio ſuſtentantur. *Dignus eſt enim operarius mercede ſua.* [1. Cor. 7.] *Neſcitis,* inquit Apoſtolus, *quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt; & qui altari deſerviunt, cum altari participant.* Sed nec malè agunt, qui hoc jure ſuo ſeſe abdicant; nec ob id aliis invidiam conflant; ſicut ſi tu ſponte tua gratis bonas litteras doceres, an hoc facto tuo Collegis tuis invidiam conflares, qui victus comparandi gratia gratis non docent? E An hæc tua ratio lucelli captandi quæſtuoſior eſſet, quàm illa altera ſimplex, quæ certum Minerval paciſcitur? Certè ſi quæſtuoſior eſſet, plures eam Miniſtrorum Calvinianorum inirent, quàm ineunt.

F Addis. *Suam religionem ajunt eſſe non Monachorum, ſed Clericorum.* Ait Ribadeneira, noſtram Societatem eſſe Religiooem Clericorum, & ita appellari à Concilio Tridentino; de Monachis nullum verbum facit: Tu tamen pro tuo acumine infers; *ſunt Clerici: ergo non Monachi:* Vera quidem eſt concluſio, ſed quid ſi Monachi eſſemus, ao magis nos amares? Ao ſolum nomen *Clericorum* io nobis odiſti? *Si nominis odium eſt,* inquit Tertullianus, *quis nominum reatus? Quæ accuſatio vocabulorum, niſi ſi aut barbarum ſonat aliqua vox nominis, aut infauſtum, aut maledicum, aut impudicum,* [Tertull. Apolog. c. 3.] Clericus verò, *quantum interpretatio eſt,* de ſorte *deducitur.*

G Ais: *prudenter hæc ſocietas aſperiores in victu atque veſtitu leges remittit: Sic enim plures alliciunt otioſos & delicatos ventres.* Si Societas hæc otioſis & delicatis ventribus dicata eſſet, audeo dicere, catervatim ad eam advolaturos Calviniſtas, *malas beſtias, ventres pigros* & otioſos, antiquum Cretenſium genus. Cur enim ad Lutherum & Calvinum tantus tam citò concurſus eſt factus; niſi quia diſſoluta omni diſciplina, præſertim Religioſa, ventribus iſtis Evangelium hoc novum longè jucuodiſſimum & omni acceptione digniſſimum viſum eſt. Si talis eſſet diſciplina Ignatii, cur eam pari facilitate non amplecterentur? Religioſa diſciplina ventri nequit eſſe grata; tum quia religioſa, tum quia diſciplioa; ab utraque enim venter abhorret, nihil minùs, quàm diſciplinam, & quidem religioſam diſciplinam, ferre à natura ſua doctus. Quòd ſi in Societate noſtra aliud diſciplinæ genus non reperiretur, quàm arctum illud & perpetuum obediendi, ſuámque voluntatem ad ſuperioris voluntatem accommodandi ſtudium, ſatis profectò Miſenus diſciplinæ haberet, in quo ſe tota ætate exerceret.

H Sed pergis ad alias cavillatiooes. *Societas omittit canonicas illas decantationes.* Ita ſanè, ob cauſas, quas Ribadeneira memorat; non quas tu deblateras; *tenerior,* inquis, *credo eſt, quàm ut continuis hujuſmodi boatibus par eſſe poſſit.* Calumniaris. Non obſtat teneritudo, ſed alia officia, quæ cum hoc conſiſtere nequeunt; præter cætera, munus docendi in Scholis, cui ſi teneritudo noſtra ſufficit, cur non etiam ſufficeret decaotandis publicè in templo divinis laudibus? majoris enim laboris eſt munus diſcendi, & docendi publicè, quàm munus cantandi. Sed quia duo hæc munera conjungi oequeunt, ideò Societas elegit id, quod his temporibus videbatur magis neceſſarium, relicto altero, omnibus fermè Religioſis uſitato.

Tacitè,

A *Tacitè,* inquis, *monent Canonicos, facilè illos posse supersedere boatibus illis sine jactura Ecclesiæ.* Turpe est vel puero mentiri; quantò magis viro. Cur ergo, Misene, facis, quod si bonus vir esses, vel in pueris castigares? Nósne Canonicos monemus, ut à divinis hymnis concinendis desistant? An S. Paulus, quia non missus erat *baptizare*, sed *Evangelizare;* tacitè illos, qui baptizabant, monuit, ut à baptizando cessarent? Novum profectò monendi genus. An quia non ago, quod tu agis, Misene, ideò me tacitè mones, ut à meis actionibus desistam? *Pungunt etiam Canonicos*, inquis, *cùm scribunt, eam partem se amplexos esse, quæ minùs culta sit.* Nos non pungimus Canonicos, sed tu nos ubique pun- B gis conviciis. Munus Canonicorum non est juventuti erudiendæ operam dare. Quocirca si Societas munus hoc sibi delegit, nullam injuriam Canonicis irrogavit. Eosdem non pupugit Ribadeneira, cùm scripsit, partem minùs cultam à Societate electam esse. An non enim ea pars (ratio, inquam, tradendi omnes disciplinas à Religioso non alienas) jam cultior & uberior est, postquam extitit Ordo, qui se huic rei ex professo consecraret, qui perpetua serie scholis & Academiis professores & præceptores suppeditaret, quibus post DEI animæque curam, nulla cura potior esset, quàm curare, ut discipuli in pietate & litteris progressus quàm maximos faciant, nulla spe ullius pretii, aut alterius temporalis emolumenti.

C *Dicitur ibidem,* inquis, *baptismum necessarium esse ad salutem.* Quid hîc tibi displicet Calvinista? *Addi debebat,* inquis, *si haberi potest; non enim privatio sacramenti, sed contemptus damnat.* Si hæc verba in Evangelio legerem, crederem: sed quia lego in Miseno, non credo. Verba Christi clara sunt. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum cælorum.* At infans non baptizatus, etiam sine Baptismi contemptu, non renascitur ex aqua & spiritu: infans igitur non baptizatus non potest introire in regnum cœlorum. Sola ergo privatio Sacramenti damnat. Sed novi, qualénam virus sub his tuis verbis implicatum delitescat, quod nunc explicare non lubet.

D Infames & facinorosos non admittit hæc Societas, inquit Ribadeneira. Misenus interjicit hæc duo vocabula: *Sed facit.* Item, *Ex accusatione Academiæ Parisiensis liquet contrarium.* Facere facinorosos, Misene, non religiosæ, sed hæreticæ institutionis est, in cujus *disciplina nullum magisterium virtutis est.* Quod de Academiæ Parisiensis accusatione ais, puto te memoria lapsum (propemodum dixissem, mente) nisi error librarii irrepserit, ita perperam scribentis, *pro invectiva Antonii Arnaldi*, fratris tui ad mendacia & convicia pæne gemelli, excepto quòd tu in propatulo Calvinismum profiteris; ille specioso Catholici nomine tectus tacito sub pectore Calvinum & Machiavellum condit; qui, ut cri- E minationes suas vendibiliores redderet, sub Parisiensis Academiæ nomine eas venditavit; cùm tamen non Academiæ, sed suo & paucissimorum aliorum loco Philippicam illam effutiverit, quod te docebit Franciscus Montanus Gallus, si relictis Arnaldicis Sycophan- Mont. contra Arnald. cap. 3. tiis veritatem ipsam cognoscere velis.

F Quòd verò Ribadeneira scripsit, à præfectis & magistris Noviciorum in singulorum ingenium ac facultates diligenter inquiri, id tu explicas, eo consilio fieri, *ut Jesuitæ ditiores retineant, pauperiores excludant,* accepto *facultatum* vocabulo, pro fortunis & possessionibus, non nisi reclamante conscientia. Vix enim tam stupidum, quanquam eximiè stupes, te arbitror, ut, quæ mens Ribadeneiræ fuerit, quidque *facultatum* nomine intellexerit, non perspexeris. *Facultates* mentis & ingenii examinant Tyronum institutores, non fortunæ & opum: de quibus Noviciis liberum, arbitratu suo disponere. Quare vana etiam calumnia est, tum dimitti aliquem, & ex cœtu nostro ejici, cùm *ex egestate aut ignorantia ejus nihil lucelli, aut utilitatis publicæ, vel in augendis societatis emolumentis, vel in idolis fulciendis sperari potest.* Fustuarium mereris, cum hac acclamatione præconis ἐσυκοφάντησας. Neutra causa est. Minimè verò omnium quæstûs spes negata: Neminem ob penuriam excludimus, dummodo donis aliis gratiæ & naturæ probè sit excul- G tus. Societas hæc non mercatorum est, sed servorum DEI; in qua non opus æs in commune contribuere; sufficit, si operam & industriam pietatis & ingenii conferas, quam ab omnibus exigimus: etsi non à singulis parem; quia non omnes his dotibus pares; alius enim quinque, alius duo talenta accepit, alius unum. Qui nullum, aut certè ad Societatis Institutum non accommodatum, eum, fateor, non retineri, sed vel exacto jam biennio, vel antè dimitti. Quòd si necdum planè perspectus vota DEO nuncupavit; idque labentibus annis patefit, quod probationis tempore perspici non potuit: dimissio non datur invito; nec offertur nihil cogitanti, sed non minore charitate & benevolentia tractatur, quàm alii, qui pondus diei & æstus sustinent, & talenta sibi credita ad usuras expendunt.

H Gaudeo autem, placere tibi formam gubernandæ Societatis, quæ est, ut præsit unus Generalis Præpositus, adjunctis quatuor Assistentibus. *Rectè,* inquis, *at ordine hoc fit à Jesuitis.* Rectè hoc asseris & ordine, non item quod sequitur. *Olim idem fiebat in Ecclesia. Nam quatuor Patriarchæ erant ejusdem potestatis. Romanus, Antiochenus, Constantinopolitanus, Hierosolymitanus:* Falsum. Nunquam ejusdem ac Romanus Pontifex potestatis fuerunt tres reliqui Antiochenus, Hierosolymitanus & Alexandrinus, pro quo tu nobis Constantinopolitanum substituis; cujus

A jus in Canone illo Concilii Nicæni, ex quo Hæretici hanc æqualitatem stabilire volunt, nulla mentio, ùt nec Hierosolymitani, sed tua oihil interest, oum verè aliquid cites; quia calumniari instituisti, non docere.

Pergis. *Nihil juris habebat Romanus Pontifex in alios, & poterant reliqui tres illum continere in officio.* Falsum, Misene, falsum. Major omnibus erat: quia Episcopus Episcoporum, Patriarcha Patriarcharum, Pastorúmque Pastor: profer vel unum exemplum potestatis ab illis tribus, vel potiùs à duobus Antiocheno & Alexandrino usurpatæ in Pontificem Romanum tanquam in subditum. Sed nolo de his plura: quia plurima Bellarminus.

B Cæterùm quis noo rideat, cùm ais, è re Christiana futurum fuisse, si Pontifici olim assignati fuissent assistentes, ex Germania quidem Philippus Melanchthon, ex Gallia Calvinus, ex Hispaoia Ludovicus Vives. Egregia triga. Cur præteriisti ex Saxonibus Lutherum, & ex Batavis Erasmum? Fortè ideò, quia *numero Deus impare gaudet*. At quinarius quoque impar est. Fortè, quia juxta vetus dictum: *Tria sunt omnia.* Jam certè ima summis permixta cerneremus, & cœlum inferno, infernúsque cœlo cedere loco debuisset, his tam inclytis viris ad Reipublicæ clavum sedentibus. Pontifex, si nescis, Cardinales Assistentes habet: horum consilia audit, major ooo modo singulis; sed & omnibus, quia à Christo constitutus, à Christo potestate illa donatus, à Cardinalibus & Ecclesia tantummodo declaratus. Quo fit, ut ipse suprà omnes sit, non modò sigillatim; sed & simul & universè spectatos. Alia ratio illorum, qui à communitate aliqua potestatem accipiunt, his enim siogulis major ipse est; oon omoibus.

C Nunc tua in nos convicia denuò excutiamus. *Vide*, inquis, *arrogantiam impuræ Societatis.* Vide, Lector, impudentiam hujus impuri Calvinistæ. Quid ita verò? *Gloriatur*, inquis, *de perfectione, ad quam tendat.* Dixerat Ribadeneira, omnibus Religionibus eandem perfectioocm esse propositam, quamvis ad eam diversis viis & mediis tendant. An hoc est gloriari de perfectione? An hoc dictum tantam verborum asperitatem meretur, quantam tu hic bile percitus adhibes? *Quid est*, inquis, *illa perfectio; ubi inventa, & apud quem, excepto Christo, reperta?* Facilis responsio, perfectio hæc, quam religiosa vita, ùt finem propositam habet, charitas est, non qualiscunque, sed intensa, fervens & ardens; ad haoc remotis omnibus impedimentis Religiosi contendunt; & verò ex vocationis suæ D instituto contendere debent. Hæc charitas, in qua perfectio consistit, non in solo Christo reperta est, quanquam in hoc perfectissimè & cumulatissimè; sed, nisi fallor, in diva Virgine quoque: non enim frustra Angelus *gratia plenam* pronunciavit. Item in Apostolis, & in tot sanctis Martyribus, Confessoribus, Virginibus, Monachis & Eremitis: Et hodie ad eandem aspirant, & perveniunt itidem plus minúsve omnes illi, qui rebus mortalibus à sese abdicatis DEO serviunt, & in cultu divino totius vitæ decursum consumunt.

Sed probas testimonio Clementis Alexandrini (loco tamen non notato) perfectiooem inter homines non reperiri. Ait enim, E *perfectionem esse apud Deum, qui semper docet; infantiam verò, & puerilem quasi inscitiam apud nos, qui semper discimus.* Loquitur Clemens de perfectiooe cognitionis divinæ & nostræ, noo de perfectione charitatis, nostrámque ad illam comparatam, ait esse infantiam & parvulorum cogitationem, quod verissimum est. Hanc Clementis esse mentem testantur hæc verba, quæ subdit cootra Hæreticos: *Mihi & mirari subit, quomodo quidam audeant se perfectos dicere & Gnosticos, supra Apostolum sapientes, inflati & elati, cùm ipse Paulus de se ipso fateatur, non quòd jam acceperim, aut perfectus sim, sequor autem, si quo modo comprehendam;* Philip. 3. gloriabantur isti Gnostici, se omnia scire, ùt & Celsus Philosophus apud Origenem, Orig. lib. 1. contra Celsum. & Apollonius Tyaneus apud Eusebium; hos refellens Clemens ostendit, eorum scientiam Euseb. cont Hieroclem. ad divinam compositam quasi nullam esse. Interim sicut non obstante hac humanæ F scientiæ tenuitate, si cum divina comparetur, verè quosdam appellamus *doctissimos, eruditissimos*, & ad summum doctrinæ culmen provectos, uno verbo *perfectos;* ita non obstante, quòd perfectio, quæ in Charitate consistit, propè nulla sit; si ad infinitam illam perfectionem referatur; vera tamen perfectio est, in aliquibus major, in aliquibus mioor: quia in charitate consistit, quæ augeri & remitti potest, & sicut non obstante, quòd hominis substantia fermè nihil sit collatione facta cum immensitate substantiæ divinæ, licèt in genere & grado suo sit vera & perfecta substaotia: ita accidit etiam in perfectione charitatis & gratiæ.

Quòd si perfectio hæc io hac vita non G reperitur, cur Christus ad perfectiooem nos Matt. 5. 19. cohortatur, nec ad quamcunque, sed ad perfectionem sui Patris? Cur Apostolus 2. Cor. 13. clamat: *perfecti estote.* Sed tu, more tuo, in vocabulo hæres; nihil perfectum existimans, quod ampliore perfectione perfici possit: quo pacto vix quidquam ex rebus creatis perfectum erit, cùm vix quidquam reperiatur, quod ooo possit ampliùs perfici; Imò nihil omnino; nam nulla res est, quæ à DEO pluribus perfectionibus, saltem externis, oon queat absolutior reddi. Sed satis de perfectione cum Calvinista, qui oe notionem quidem nominis hujus formare potest, nedum rei subjectæ.

Adjungis. *Distinguit Ribadeneira Religiones, & nescio quam dissimilitudinem introducit: Unus est Deus, unus Baptismus, una Religio, fide constans & charitate non ficta.* Hanc vos H agno-

A *agnoscimus, qui Christiani sumus.* Nescio, num sis Minister seu Prædicans: hic certè Prædicantis munere fungeris, ita velut ex suggestu, quasi ad circumfusam multitudinem tonas. Cum uno DEO, Misene, cum uno Baptismate, cum una Catholica & Apostolica Religione probè consistit illa Ordinum diversitas; quia diversi suot non fide & doctrina, non fine illo ultimo, qui DEUS est & beatitudo, oon fine perfectionis, qui in charitate consistit, sed viis & mediis ad destinatas istas metas ducentibus. Idem volunt, idem quærunt, idem toto pectore exoptant; tota dissimilitudo in via visitur, non in termino, seu terminis.

B Addis, *Eadem est in omnibus confirmatio superstitionis, etsi diversitas aliqua est in constitutionibus, ùt quondam in sacris Isidis & Osiridis unica ratio numinis religionisque erat: tamen teleta (seu initiationis) discrimen intererat maximum.* Testem das Apulejum, qui te fabulari docuit. Doles nimirum, omnes religiooes ad propugnationem Catholicæ fidei, & ad oppugnaoionem hæreticæ perfidiæ conspirare, quod tu homo, ùt ab omni religione; ita & ab omni superstitione alienissimus, interpretaris *superstitionem:* sed satius est, ut habeamur à te superstitiosi, quàm religiosi. Ego quidem, si optio daretur, mallem à te judicari malus, quàm bonus. Nam si judicarer à te bonus, hæreticus forem; si malum me existimes, Catholicus sum.

C Comparatio tua diversarum constitutionum, quibus diversi ordines gubernantur, cum sacris Isidis & Osiridis, non ostendit, diversitatem illam esse improbandam, ùt non semel jam tibi in his libris apologeticis ostendi, cùm ita argumentatus es: *Ethnici hoc vel illud fecerant. Ergo repudiandum est.* Idem doceat te nunc S. Hieronymus, ut vel tandem calumnias inanes dediscas, & quid ex ejuscemodi argumento colligendum sit, intelligas. Ita ergo S. Hieronymus. *Quomodo virginitati vera non præjudicat imitatio virginum diaboli, ita nec verò jejuniis Castorum* (ita enim legendum) *Isidis, & Cybeles, & quorumdam ciborum in æternum abstinentia. Et sicut signa, quæ faciebat Moyses, imitabantur signa Ægyptiorum, sed non erant in veritate: ita per omnia, quæ in æmulationem DEI facit diabolus, non religionis nostræ superstitio, sed nostra arguitur negligentia, id nolentium facere, quod bonum esse etiam seculi homines non ignorant.*

S. Hier. li. 2. cont. Jovin.

D Caput vigesimum tertium continet novam Gregorii XIII. Pootificis Maximi constitutionem, & Societatis confirmationem, quam Misenus, non reverentia Summi Pontificis, nec quòd jam ad fundum calumniarum pervenisset; inexhaustus enim est, sed nescio, quam aliam ob causam intactam præterit, contentus de ea suum lectorem monuisse. Itaque progredientem ad ultimum caput sequamur. Ubi Ribadeneira fusè docet, cur Collegia habeat Societas juventutis instituendæ gratia, multáque ex sacris & profanis Auctoribus affert, quibus demonstrat,

E quàm salutare sit, bonis moribus & litteris juventutem *expolire.* Misenus ait, id eo consilio ab Auctore fieri, ne quis existimet *rem antiquissimam esse novam.* Calumnianti excidit veritas, etiam præter voluntatem: Omnino enim antiquissima res est, ut juventus à viris Religiosis instituatur. Memini me legere, ipsum S. Hieronymum de se ipso scribentem, se, cùm in Bethleemitico Monasterio versaretur (at quantus vir Misene) adolescentibus Virgilium & Livium explicâsse.

S. Hieron. contra Ruffin.

F Sed ut hoc antiquissimum sit, ùt allatis exemplis non paucis demonstrat etiam Auctor noster; at certè antiquatum jam & fermè collapsum instauravit Societas, & quod olim à paucis præstitum, id curavit, ut à quàm plurimis præstaretur, ut taceam planè novum esse, & superioribus sæculis inauditum, ut integer Ordo, quà patet orbis diffusus, inter primarias suas occupationes vendicaret sibi juventutis institutionem oon modò in sublimioribus illis Philosophiæ & Theologiæ disciplinis; sed & in mansuetioribus Musis; aut ostende mihi, Misene, vel unum Ordinem, qui ante Jesuitas hanc provinciam ex instituto excolendam sibi delegerit. Evolve tuum Polydorum, absque quo si esset; nihil penitus de religiosis Ordioibus scires.

G Quòd autem Ribadeneira de corruptis hujus sæculi moribus conqueritur, *quid aliud,* inquis, *Lutherus scriberet, si viveret.* Non sum nescius, Lutherum itidem conqueri solitum de corruptione morum, vitiorúmque ubertate. Sed hoc inter Ribadeneiram & Lutherum interest, quòd ille conqueritur, ùt Catholicus, & qui ex animo vitia excisa cupiat, hic ùt Hæreticus, & simulatè, & ùt omnis improbitatis Auctor. Conqueritur Lutherus de sceleratis in Ecclesia, noo ut in Ecclesia sanet, sed ut ex Ecclesia ad synagogam suam pelliciat, & sceleratiores efficiat, more Donatistarum, *qui,* ùt inquit sanctus Augustinus, *commemorando & exaggerando multorum in Ecclesia peccata, quasi apud ipsos justi aut plures aut omnes sint, ab uberibus Ecclesiæ veræ matris uberibus nos avertere atque arripere moliuntur, affirmantes, quòd apud ipsos sit Christus, & quasi piè studiosèque admonentes, ut ad eos transeundo transmigremus ad Christum, quem se habere mentiuntur.* Conqueritur Lutherus de prava vita, ùt incendiarius de excitato à se incendio. Ignem approperat extinguere,

S. August. in Psal. 10.

H sed oleo, & id geous aliis outrimentis, flammæ potiùs alendæ, quàm cohibendæ idoneis. Nullus unquam Hæreticus extitit, qui publica vitia emendàrit; semper cum hæresi novæ flagitiorum copiæ invehuntur, & quò plures hæreses exoriuntur, eò uberior scelerum messis succrescit. Nam post hæreses semper *plurimi porci currunt,* quos, ùt ait sanctus Hieronymus, *Gehennæ succidia nutriant.*

S. Hier. li. 2. cont. Jovian.

FINIS LIBRI TERTII.

APO-

APOLOGIÆ
PRO VITA
IGNATII LOYOLÆ
LIBER QUARTUS.

CAPUT I.

Refutatio calumniarum in sex priora capita libri quarti.

A IN capite primo libri quarti abdicare se conantem Generalatu Ignatium Socii prohibent. Quid hic Misenus? *Ex Ignatio*, inquit, *Paulum Apostolum hypocritæ faciunt.* Qua de causa, oro? Quia inter cæteras rationes, quas attulerunt, ut Generalis Præpositi officium retineret, adduxerunt etiam hanc; quòd Ipse *ut sapiens Architectus*, 1. Cor. 3. fundamentum Societatis posuerit; supra quod ipsi & reliqui ejus filii, tanquam *lapides vivi superædificarentur.* Tam vecora & amens, credo, non es, ut putes, Socios Ignatii fecisse ex Ignatio Paulum, quoad
B naturam. Quòd si ex Ignatio fecerunt Paulum imitatione; seu, si persuaserunt sibi, Ignatium extructione Societatis; & in hac tam admiranda fabrica excogitanda & disponenda, sapientem illum Architectum Paulum imitatum esse, atque adeò Paulum fuisse non natura, sed imitatione, quid hic culpæ contraxerunt? Quæ enim culpa imitari Apostolum, qui ad sui imitationem
C omnes invitat. *Imitatores mei estote*, inquit, *sicut & ego Christi:* Philipp. 3. 2. Cor. 11. Nihil excipit, in quo exemplar ad imitationem propositum aut nolit, aut nequeat esse; si in omnibus: ergo etiam in architectonicæ sapientiæ peritia: Quòd si imitator alicujus, ille ipse est, quem imitatur, non natura, sed imitatione: cur Ignatio nominis hujus honorem invideas? Cur ægrè feras; si pro tali à primis illis Societatis Patribus sit habitus?

D Quamquam in toto capite nulla penitus de sancto Paulo fit mentio; nulla inter illum & Ignatium instituta est comparatio. Calumniæ ansam inde tantummodo accepit Misenus; quia Ribadeneira modos quosdam loquendi ex Apostolo usurpârat, ut spirituale hoc Societatis ædificium ab Ignatio feliciter fundatum, oculis & animis eò clariùs repræsentaret. Si quis Minister Calvinianus pro concione diceret, Calvinum sectæ vestræ esse parentem, ipsum Magistrum omnium ac ducem à Deo electum, ut hujus spiritualis ædificii, quasi architectus, fundamentum poneret, super quod Calvinistæ, tanquam *lapides vivi* superædificati, ipso

E *summo angulari lapide Christo JEsu, coalescant in templum sanctum cum Domino:* nihil, opinor, quod calumniis incesseres, hic reperires: imò dictum hoc tanquam aptè ad Calvinum accommodatum, summoperè, ùt sapiens Calvinista, laudares. Si Calvinus tuus sine scelere Paulus est, judicio tuo; cur non idem esse posset Ignatius? Largire, mi Misene, hac in parte tantum Ignatio, quantum largiris Calvino.

F In secundo capite exponit Auctor, quomodo Ignatius animum ad Constitutiones scribendas adjecerit, dejectus spe deponendi onus præpositi Generalis. Hanc spem vocat Misenus *simulatam*, ea, credo, de causa: quia Misenus, nihil seriò agit, nisi cùm calumniatur & mentitur; hæc enim duo negotia summis viribus sibi perficienda putat. Reliqua omnia simulatè facit. Hinc alios ex ingenio suo æstimans, omnes sibi reputat esse similes. Interim mirandum est, quàm acuta sit mente Misenus, qui intimos & abditissimos pectorum recessus penetrat, hominum non modò adhuc viventium, sed & ante quadraginta & ampliùs annos ex hac vita ad alteram evocatorum; quo tempore Misenus iste vel nondum natus erat; vel in cunis jam tum tenui meditabatur arundine dolos & calumnias, quas aliquando effusurus esset. Inter quas & hæc, cùm ais; G
incubuisse Ignatium, ut certis Societatem legibus vinciret, digniorem, quæ vinculis ferreis constringeretur; & in Orcum præcipitaretur. Mihi tu quidem tanquam arreptus morbo phrenetico *Hippocratis vinculis* alligandus videris. S. Hier. lib. 1. contra Jovin. Quid enim hæc tua dicta aliud sunt, quàm insaniæ plena convicia cuivis petulanti linguæ obvia? *Dicendum*, inquit Origenes, similia Celsi maledicta refellens: *hæc verba congruere rabulæ, non ei, qui pollicita præstare, & utilissima scholia scribere studeat.* Origen. lib. 1. contra Celsum. De illustrationibus & visionibus Ignatio divinitus oblatis, quas hic solitis argumentis, hoc est, meris criminationibus iterum exagitat Misenus; actum jam est copiosè libro primo, disjectæque nebulæ, quas Calvinista iste veritati offundere nitebatur.

H Quòd autem Ignatius quadraginta continuos dies Deo sacrificium Missæ obtulit, ob id unum, ut statueret, expediréne nostris Professarum domorum Ecclesiis reditus aliquos

A quos esse ad ipsarum Ecclesiarum vel fabricationem, vel cultum & ornatum; id duobus scholiis illustrat Calvinianus Scholiastes: Alterum continetur his verbis: *O diligentem sacrificulum! ò causam gravem, quæ tot sacrificia requireret!* Alterum his: *Nota novum usum cœnæ Dominicæ.* Tolle *sacrificuli* scomma, & substitue *Sacerdotis* Christianum vocabulum, fatebórque, Ignatium diligentem fuisse sacerdotem, & in immolando divino sacrificio assiduum; nec levis causa, nisi apud leves, propter quam quadragies sacris operatus Ignatius. An non enim maxima deliberatione, & non tam cum hominibus, quàm cum Deo consultatione egebat negotium illud, non temporarium, sed perpetuum futurum; non ad unum alterúmve hominem, sed ad integram religiosam familiam tam longè latéque diffusam spectaturum?

B Porro quòd hunc usum sacrosancti sacrificii miraris, ùt novum, satis indicas, te ignorare, quæ sit sacrificii novæ legis virtus, & quo fine ab Ecclesia DEI perpetuò sit immolatum. Nec mirum, te hæc nescire: Non enim sacrificantibus, sed cœnantibus assistere soles: non sacrificare, sed cœnare doctus. Cœnam certè Calvinianam ineptam esse explorandæ Numinis voluntati, libenter concedo, moneóque te, Misene, ut, si qua res ardua tibi expedienda occurrat, quæque Dei ope & directione valde indigeat, ores potiùs, quàm cœnes: Citiùs enim, quid facto sit opus, intelliges orando, quàm cœnando.

C Tertium & quartum caput omittit Misenus; quòd agant de institutione Romani Collegii, & aliorum in Hispania; *quæ me*, inquis, *non visurum puto unquam:* nec suadeo, ut eorum videndorum cupido te capiat: Aut enim in Hispaniis versari deberes, ùt manifestus Calvinista; aut ùt occultus. Illud periculi plenum est; hoc hypocriseos & simulationis.

D In quinto capite memoratur mors Claudii Jali unius ex primis Ignatii sociis. *Scire velim*, inquit Misenus, *quid anima ipsius factum, in cælúmne, an in purgatorium abièrit.* Deum examina, Misene; non Ribadeneiram: ille enim novit, quis locus cujusque animæ meritis consentaneus; nemo hominum id exploratum habet, nisi singulari beneficio alicui divinitùs patefiat, quod factum, cùm animæ Hozii & Codurii ex hac vita ad cœlestem migrârunt. Ne tamen nihil ad quæstionem tuam respondeamus; noveris, Misene, nos non frustrà nobis persuadere, animam Claudii, rectà ad Superos translatam esse. Hanc enim sedem egregia vitæ sanctitate jam dudum promeruerat vir Dei, rerúmque cœlestium amans, mundi contemptor, cui *vivere Christus, mori lucrum.* Utinam tu tam certus cœli esses, incertior orci, quàm es, dum Calvinianus es.

E Si de Calviniana anima quæstio tua proponatur, paucissimis verbis res confici potest. Nam Purgatorium vobis non est destinatum, ùt ipsimet fatemini; nec limbus parvulorum ad vos pertinet; quia nec sensibus, nec malitia parvuli estis: Multò minùs reservatur vobis limbus Sanctorum, etiam vestro judicio. Nec ad cœlum ascendere potestis: quia nimis altum est; Laboratis vertigine; deinde quis vestras animas eò subveheret, destitutas alis gratiæ & divinæ charitatis? Nec superest aliud habitaculum, quàm *loca senta situ*, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror.

F Caput sextum exprimit initium & causas Germanici Collegii Romæ instituendi, *de quo ego non laboro*, inquit Misenus. Levas ergo me labore; quia si de hoc collegio laborâsses; mihi utique etiam laborandum fuisset. Pergamus ergo simul ad caput, quod proximè subjungitur.

CAPUT II.

Refelluntur cavillationes in caput septimum.

G IN capite septimo memoratur obitus Francisci Xaverii, *qui in India*, inquis, *tot homines convertit ad Religionem Christianam, quot converti auctori visum.* Tuos mores describis, Misene, non Ribadeneiræ. Tu enim non quod factum, sed quod tibi inanissimè visum, scribere consuevisti. Verax historicus, qualis Ribadeneira, res gestas scriptis mandat; non sua phantasmata.

H *Inter laudes Xaverii*, inquis, *miror etiam hanc poni, quòd fuerit virgo & impollutus.* Ideo fortassis miraris; quia existimas, ùt olim Nero & alii Ethnici, neminem posse esse *virginem* & *impollutum.* Ne tamen tam bruta persuasione imbutus videaris, aliam causam tuæ admirationis adducis. *Non aliter*, inquis, *poterat esse ex voto castitatis:* imò verò poterat post votum castitatis susceptum castissimus esse; nec tamen planè virgo & impollutus. Quid enim, si ante castitatis votum in matrimonio vixisset, quales non paucos in religionibus invenire est, qui ex voto castitatis castissimi sunt, nec tamen virgines & planè impolluti? Deinde potest quis ante castitatis votum, & antequam Deo sese per Religionem consecret, virginitatis jacturam facere modo illicito; etiamsi postea ex voto castam & immaculatam vitam ducat; Talis non erit virgo, nec planè impollutus. Augustinus post conversionem suam à Manichæorum secta ad veram fidem, instituit vitam castissimam, nec dubium, quin ex voto, quia Monachus, & Monachorum institutor; & tamen non fuit *virgo prorsus & impollutus.* Idem dictum puta de aliis quàm plurimis. Ex quibus intelligis, Xaverium potuisse castitatis voto obstrictum, votique obser-

A observatorem religiosissimum esse, & tamen non *prorsus virginem & impollutum*: si videlicet ante votum editum virginitatem & integritatem amisisset: quod multis sanctitate & eruditione clarissimis viris contigit. Non ergo laudat Ribadeneira Xaverium à re, quæ necessariò cum voto votique observatione connexa sit; sed ab excellentiore quodam munere, nimirum ab innocentia à primis annis, usque ad extremum spiritum inviolabiliter custodita.

B *Licet hic suspicari*, inquis, *non omnes Jesuitas esse tales, aliàs laus esset communis omnium, non peculiaris Francisci.* Mirabiles formas consequentias. *Xaverius fuit virgo prorsus & impollutus. Ergo non omnes Jesuitæ sunt tales*: Probas antecedens: *Quia laus esset communis omnium, non peculiaris Francisci*, perinde ac si quis ita sine ratione ratiocinaretur. Paulus Apostolus planè fuit sanctus, & charitate Dei incensus: Ergo non omnes Apostoli sunt tales, aliàs laus esset communis omnium, non peculiaris Pauli. Quasi verò laus communis omnium nequeat tribui uni: Imò ideo cuilibet tribui potest; quia quivis communitatis illius pars est, & ùt pars particeps laudis illius efficitur; ùt, si de civibus alicujus civitatis verum sit affirmare, omnes esse bonos viros, jurisque & æqui amantes, utique idem de singulis verè affirmare licebit; & si quod totius est, tribuam uni, quatenus totius illius pars est, quis me nisi iniquus & invidus reprehendet? Quis tecum exclamabit: *Ergo non omnes tales sunt, qualis iste*, imò verò ideo iste talis est; quia

C omnes tales. Quis vociferabitur, laudem communem omnium, fieri propriam alicujus? Hæc dixerim, ut cognoscas, quàm inconsideratè quidvis effutias. Faciamus enim, non omnes Jesuitas esse *virgines* prorsus & *impollutos*, ùt fuit Xaverius; at necesse non est, ut, quod tu insinuas, sint flagitiosi, jam dum Jesuitæ sunt, votóque castitatis obstricti; quia fortassis aliqui matrimonio juncti fuerunt. Fortè aliquibus accidit id, quod Augustino & aliis. Non omnes *Joannes sunt*: reperiuntur *& Petri*: satis est, quòd postquam à vana seculi *conversatione* abstracti, ad Deum vivum sese converterunt, promissa faciunt; & quod voverunt, Domino sanctè & integrè præstant. Sed tu vel sine occasione calumniandi occasionem arripis.

D *Non memini me legere*, inquis, *in ullo auctore Latino, marem dici virginem.* Si vir virgo est, poterit & virgo dici; nam quod res est, id & nominari potest; An putas ideo nullum marem dici posse virginem; quia difficile, ne dicam impossibile est, invenire marem Virginem de grege Calvinistarum, qui, ùt S. Hieronymus de Jovinianistis ait, *equi insanientes in fœminas facti sunt, statim ut mulieres viderint, adhinniunt, & impatientiam suam, prô nefas, scripturarum solantur exemplis.* Hæresis certè id effecisse videtur, ut nomen Virginis non modò non queat ampliùs tribui hæreticis maribus, sed vix etiam puellis. Nam quod S. Hieronymus ait de fœminis à Joviniano deceptis, id jure optimo quis usurpet de fœminis Lutheranis & Calvinianis: *Ipsæ mulieres miseræ & miserabiles præceptoris sui* (Lutheri & Calvini) *verba cantantes: quid enim nisi semen requirit Deus? non solùm pudicitiam, sed etiam verecundiam perdiderunt, majorique procacitate defendunt libidinem, quam exercent.*

Hier. lib. 1. contra Jovinian.

E

S. Hieron. loc. cit.

F At quòd in Cicerone, aliòve latinitatis Auctore nomen *Virginis* non legisti tributum mari; quid refert? quàm multa quotidie in ipsis sacris Bibliis, & in Ecclesiasticis monumentis legimus, quæ frustrà quæras in Ethnicorum monumentis? An non in Apocalypsi nomen Virginis maribus tribuitur; ùt & græcum παρθένος: quod ipsi vestri Interpretes vitare nequeunt; si fideliter locum illum velint reddere? *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati; Virgines enim sunt, hi sequuntur agnum, quocunque ierit.* In quæ verba S. Hieronymus: *De singulis*, inquit, *tribubus, excepta tribu Dan, pro qua reponitur tribus Levi, duodena millia Virginum signatorum credituræ dicantur, qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Ac ne putaremus de iis dici, qui scorta non nôrunt: statim intulit: Virgines enim permanserunt. Ex quo ostendit, omnes, qui virgines non permanserunt ad comparationem purissimæ & Angelicæ castitatis, & ipsius Domini nostri JEsu Christi, esse pollutos. Hi sunt, qui cantant canticum novum, quod nemò potest canere, nisi qui virgo est.* Idem Hieronymus Jacobum Apostolum *virginem* vocat, & Christum, quem dicit, *ipsum Virginem primitiàs Virginum suorum in se Virgine* dedicâsse. Similia alii Patres: quos si Ribadeneira imitatus est, cur reprehendis? aut si hunc reprehendis, cur non & illos?

Apoc. 14.

Hier. lib. 1. contra Jovinian.

G Ex quo vides, falsum esse, quod subjungis; *Urbano secundo ita loqui concessum fuisse, propter Pontificiam auctoritatem*; Nam interpres vetus Apocalypseos, imò & Hæretici, & S. Hieronymus, ita locuti sunt; & tamen non propter Pontificiam auctoritatem. Quòd si Ribadeneira dixisset, *Virgo impollutus, perpetuus*, vel aliud de genere eodem, potuisses fortassis ei, tanquam severus Orbilius, diem dicere, dicámque scribere, velut reo læsæ Majestatis Grammaticæ; at id fecisset non sine exemplo Patrum, nominatim ipsius Hieronymi, apud quem vidisti jam, *virgines signatos, virgines suos*; ac proinde cum Ribadeneira Hieronymum quoque & alios non paucos vocare debuisses in judicium, quos nemo sanus latiniores & eloquentiores Miseno esse negat.

H Argutè verò Urbani Pontificis Canonem interpretaris; *quo*, ùt inquis, *sanxit, ne quis ad ordines admittatur, nisi sit Virgo*: hoc est,

A ùt explicat Balæus; *inconjugatus, ſcortator, Sodomita: vel uterque.* Neſciebam, te eſſe tam inſignem gloſſatorem Canonum: Si Balæo virgo eſt *ſcortator, Sodomita*, vel *uterque*, tum non abnuo, Balæum fuiſſe Virginem: Quia fuiſſe egregium ſcortatorem, ſuprà ex Alano Copo oſtendimus. Revoco item, quod ſuprà dixi, *nullos* (ita liceat loqui, Miſene, ſine tua virgula) apud Hæreticos reperiri *virgines*. Si enim ex nova Balæi & tua impoſitione, nomen virginis prædictam notionem ſubjectam habet, libentiſſimè concedo, omnia apud vos eſſe plena *Virginum, qui* (niſi mavis, quæ) *putant delicias eſſe, injuſtitiam, ſordes & maculas, & nihil aliud, niſi de voluptatibus cogitantes, qui habent oculos plenos adulterio, & inſatiabili libidine, & decipiunt animas necdum Chriſti charitate robuſtas.* Nec plura de his, tantùm moneo te, ut, ſi Pontificum Canones legere velis, Gratianum potiùs adeas, quàm Balæum, apud quem aliter ſonat hic Canon, quàm à te ex Balæo referatur. Sic enim habet: *Nemo ad ſacrum ordinem permittatur accedere, niſi aut virgo, aut probata ſit caſtitatis, & qui uſque ad Subdiaconatum unicam & virginem uxorem habuerit.*

Hier. lib. 1. contra Jovinian.

d. 32. Can. Nemo.

B Necdum finis corrigendi, quod correctione non eget; Ait Ribadeneira, Xaverium in adverſis fuiſſe *infractum*: Tu negas hoc ſenſu hanc vocem apud probatæ notæ Auctores reperiri. Non agitur hoc, Miſene, ut ſingula, quæ Ribadeneira uſurpat vocabula, ex Ciceronis aut alterius Ethnici ſcriptoris officina deprompta monſtremus. Fas etiam eſt, Chriſtiano præſertim, SS. Patrum, ùt Hieronymi, Auguſtini, Tertulliani, Lactantii, Arnobii & ſimilium vocibus uti. Deinde non malus, opinor, latinitatis Auctor Plinius eſt, cui *infractus eſt, non fractus*: Et doctiſſimus quidam vir apud Ciceronem idem vocabulum eodem ſenſu accipit: ſed ſatis, ſi non nimium, de his Miſeni nugis.

Plin. lib. 8. cap. 50.

Cicer. orat. poſt reditum ad Quir. Budæus legit, non modo infracto, ubi alii: non modo non infracto.

Scribit Ribadeneira, Xaverium ter feciſſe naufragium, ut *habeamus*, inquit Miſenus, *alterum Paulum.* Si alter Paulus eſt, quiſquis ter naufragium facit; multi profectò Pauli erunt ex nautis, qui ne pilum quidem Pauli
C habent. Triplex naufragium non recenſetur à Ribadeneira, ut ex Franciſco faciat Paulum; ſed ut oſtendat, quid Xaverius terra marique pertulerit. Duos aliquando tréſve dies, inquit Ribadeneira, Xaverius jactatus undis in tabula ſervatus eſt, *ut habeamus*, ait Miſenus, *alterum Ulyſſem.* Eadem verba adjicere potes ad illud Apoſtoli dictum: *nocte & die in profundum maris fui*, niſi fortè ex Apoſtolo pro tua reverentia & modeſtia velis facere Palinurum.

1. Cor. 11.

D Subjungis: *Nequid autem ſuperſtitionis complemento deſit; Auctor addit, orationis ſpiritu excellens erat Xaverius, in qua totas frequenter noctes ponebat.* An tu pro ſuperſtitione habes, *ſine intermiſſione orare*, totáſque noctes non ſomno, ſed precibus transfigere? Sed E animadverto, cur hæc res naribus tuis ſuperſtitionem halet. Preces fundebat Xaverius *coram ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento.* Id ſcilicet Calvinianus ſpiritus ferre nequit. *Habemus hic*, inquis, *alterum Ignatium, ſed ſtupidiorem.* Quid ita verò? Quia Auctor ſcribit, Xaverium in Japonia ſuis pedibus iter facientem, ita interdum acceptum eſſe, ut vepribus ſe indueret, in lapides offenderet, pedes laceraret ſine dolore, ſine ſenſu. Ad illa verba, *ſuis pedibus*; annotat in primis Scholiaſtes: *mirum ni alienis.* Quid? túne nunquam alienis pedibus iter feciſti? Quid cavillaris nugator? Nónne ita loqui licet, ſi quis peditem, non equitem fuiſſe ſignificare velit? Sed hanc cavillandi libidinem affricuerunt tibi ſervuli & paraſiti Plautini: quibus talia dicta frequenter in ore.

F Secundò, talem hominem, qualis hic deſcribitur à Ribadeneira, ais *ab Ariſtotele vocari furioſum & veſanum.* Mentiris Miſene; ut paucis me expediam: nullum ejuſmodi hominem vidit Ariſtoteles unquam, qualis Xaverius, nullum ejuſcemodi deſcripſit: μαινόμενον καὶ ἀνάλγητον appellat Ariſtoteles illum, qui viro forti per extremum oppoſitus nihil penitus metuit, ἀφοβίᾳ & ſtupore defixus. Talis non fuit Xaverius virtute fortitudinis inclytus, quem à tua calumnia vel ipſe Ariſtoteles vindicaret, ſi viveret; in medio cum virtute conſtitit, non in extremo; at furioſi illi & ſtupidi, de quibus Ariſtoteles, in extremo verſantur. Nam quòd moleſtias viæ & pedum vulnera non ſenſit, id non ſtuporis, ſed cœleſtis cujuſdam ardoris, quo circum præcordia flagrabat, argumentum erat.

Ariſt. 3. Eth. cap. 7.

G An neſcis, generoſos milites ita pugnandi cupidine aliquando abripi, & quaſi à ſenſibus abſtrahi, ut graviſſima vulnera, ne animadvertant quidem, donec ardor ille reſederit? Quid mirum, ſi idem Xaverio evenit in remotiſſimis illis regionibus: cùm tot hoſtes ſibi debellandos, & tam arduum certamen ineundum intueretur, cùm vexillum crucis contra trophæum Diaboli, iis in locis erigere cogitaret, quibus fortaſſis lux Evangelii nunquam affulſerat: Plenus Deo cœleſtibúſque ſolatiis, quibus effectum, ut corporis incommoda ſine doloris ſenſu tolerare; dulcedine illa rerum ſpiritualium omnem moleſtiam & aſperitatem laboris ſopiente; cujus rei experimento ſi Miniſtri Calviniani tecum carent, & ſi vel culicis morſum ſine gemitu non ferunt, haud mirum, quia peponem loco cordis habent.

H Interim cùm Xaverium *inſanum* nominas; jam nunc mihi contemplari videor ſtatum illum terribilem, cùm *ſtabunt juſti in magna conſtantia adverſus eos, qui ſe anguſtiaverunt, & qui abſtulerunt labores eorum*, cùm tu, niſi reſipiſcas, tuíque ſimiles, non Xaverium inſaniæ;

Sap. 5.

A ſaniæ, ſed voſmetipſos ſummæ dementiæ accuſabitis, illámque threnodiam flebilibus vocibus modulabimini, an lamentabimini? *Nos inſenſati* (nota Miſene ἀνάλγητες, *ſeu* ἀναισθήτες) *vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter filios DEI, & inter Sanctos ſors illorum eſt.*

B *Si talis fuit*, inquis, *Xaverius; non miror illum vapulâſſe à Diabolo, ſic enim Auctor: Orantem illum Diabolus graviter aliquando verberavit.* Ignoranti excidit veritas, & ex dentium ſepto effugit; ſi tamen excidere tibi poteſt veritas, quæ nulla in te eſt, niſi aliunde profecta in os tuum derepentè involet, parique celeritate evolet, ne ſuffocetur. Omnino quia talis fuit Xaverius, à Dæmone vapulavit, ſicut & S. Antonius ab eodem ſalutis noſtræ capitali hoſte plagas plurimas accepit; quia Dæmonibus toto vitæ ſuæ inſtituto ex diametro adverſabatur. Non puto, te aut ullum alium Calviniſtam à Diabolo unquam verberatum eſſe. Nimis amat vos. Quis pugnis amicos oneret? pugni Diabolo non geſtiunt in amicos, ſed in inimicos.

S. Athan. in vita S. Ant.

C Porro Xaverius ex Japonia primitias quaſi Eccleſiæ & Summo Pontifici offerens, hominem Japonium non modò ſalutaribus baptiſmi undis ablutum, ſed & in Societatem noſtram adſcriptum Romam miſit, ut perſpecta Majeſtate Romanæ Eccleſiæ, inquit Ribadeneira, in patriam reverteretur. Hic Miſenus, *O ſuperbum Jeſuitam, filii DEI regnum in his terris nullam habet Majeſtatem:* Veſtra videlicet ſententia; at non Prophetæ, cujus hoc de Chriſtiana Eccleſia oraculum: *Et erunt reges nutritii tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demiſſo adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent.* An hic nullam, Miſene, agnoſcis Majeſtatem? Si veteris Synagogæ in templo, in ſacrificiis, in ritu & cæremoniis ſacrificiorum, in numero & multitudine & ordine miniſtrorum, in copia victimarum, in auro & argento alióque apparatu, tanta Majeſtas fuit, quantam quoad Judæorum Reſpublica ſtetit, ſol oriénſque cadénſque nuſquam gentium aſpexit; an tam inſipiens es, ut Eccleſiæ Chriſtianæ, cujus vetus illa umbra duntaxat erat; nullam cenſeas eſſe Majeſtatem, nullum ſplendorem, nullam magnificentiam? Quaſi verò fieri poſſit, ut ſit magnificentior umbra, quàm corpus: aut figura, quàm veritas: ſed proprium vobis eſt luci Eccleſiæ tenebras velle offundere, ne luce clariùs eluceſcat, vos extra Eccleſiam eſſe.

Iſaiæ 49.

D Scribit Ribadeneira, Xaverium multis quæſtionibus, iíſque diverſiſſimis ſibi propoſitis, ita omnibus una reſponſione ſatisfeciſſe, ut omnibus omnes dubitationes ſcrupulóſque eximeret: ídque multò etiam evidentiùs atque illuſtriùs, quàm ſi ſigillatim cuique reſpondiſſet: *Non diſſimilis hac in parte agyrtis*, inquit Miſenus, *qui panaceam vendunt, qua omnes omnium morbi curantur.* Non E deſunt, qui credant, Apoſtolos, accepto Spiritu ſancto, uno ſermonis idiomate uſos, ab omnibus quantumvis diverſiſſimarum linguarum nationibus intellectos eſſe: quod colligunt ex illo miraculum tantum admirantium dicto: *nónne, ecce, omnes iſti, qui loquuntur, Galilæi ſunt, & quomodo nos audivimus unuſquiſque linguam noſtram, in qua nati ſumus.* Qua ergo facilitate DEUS efficere po- F tuit, ut una lingua audita, quivis eas notiones animo formaret, eáſque res intelligentia apprehenderet; quas formâſſet & apprehendiſſet, ſi vocabula ſuæ linguæ audiſſet, eadem etiam potentia efficere potuit, ut, Xaverio cum Bonziis diſputante, una reſponſio diverſis, imò & diſparatis quæſtionibus ſatisfaceret, DEO interiùs mentes erudiente, & id, quod diverſæ ſolutiones & reſponſiones præſtare debebant, per divinum illud ſuum magiſterium præſtante. Quòd ſi ideò Xaverius tibi Agyrta eſt, panacea omnibus morbis depellendis inſtructus, neſcio, cur non & Apoſtolos in Agyrtarum numero collocaturus ſis, illa ſua lingua, omnium linguarum vim & efficacitatem poſſidente, tanquam panacea quadam munitos.

Act. 2.

G Cætera, quæ Ribadeneira commemorat de ægris à Xaverio per ſignum crucis, aut per aquam luſtralem ſanatis, de energumenis liberatis, de cæcis illuminatis, de mortuis excitatis, de Prophetiæ dono, déque aliis non paucis miraculis: refellit Miſenus quatuor argumentis. Primum eſt: *Quis hæc credat præter Jeſuitas & alios fanaticos?* Secundum. *Ribadeneira metuens, ne edicto vetetur mentiri, corradit mendacia craſſiſſima.* Tertium, *ejuſmodi mendaciis in filium DEI blaſphemis, Jeſuitæ chartas complent.* Quartum, *nemo non videt, Japonium illum* (qui Romam venit) *à Xaverio ideo fuiſſe ablegatum, & domi oneratum mendaciis, ut Romæ illa venum exponeret.* His argumentis, Miſene, quid non evertes; ſi argumenta ſunt, & non potiùs impudentis linguæ ſcommata & convicia, tibi tamen tam familiaria, ut nulla alia unquam à te ſint exſpectanda? Cur non calumniis tuis aliquam ſaltem veri umbram affingis, ductis rationibus vel à perſona Xaverii, vel à natura & conditione miraculorum, vel à tempore, vel aliunde, quibus ſi non verè, ſaltem in ſpeciem videaris hiſtoriam Auctoris noſtri refutare. Nunc cùm ſola & nuda convicia jactes, quis te non rideat? quis te impoſtorem eſſe non animadvertat? totidem enim verbis, quivis alius tui ſimilis criminator oppugnare poterit miracula D. Hilarionis, D. Antonii, plurimorum Anachoretarum, quæ S. Hieronymus, Athanaſius & Theodoretus prodiderunt. An propterea evertet?

H Cùm Euſebius contra Hieroclem miracula de cæcis viſu, déque mortuis vita donatis,

Euſeb. in lib. contra Hieroclem.

A natis, quæ de Apollonio Tyaneo ferebantur, & à Philostrato litteris consignata sunt, refellere instituisset, tanquam commentitia, non contentus fuit dicere: *Quis hæc credat præter Hieroclem & Philostratum, & alios fanaticos? Mentitur Philostratus: discipuli Apollonii mendaciis onerati, ea mundo venalia proposuerunt;* Sed re altiùs & penitiùs introspecta, ductis argumentis validissimis à persona, vita & moribus, ab inconstantia & levitate Apollonii, à testimonio discipulorum ejus, à propria confessione, aliísque circumstantiis accuratissimè ostendit, ea omnia fuisse partim vana diaboli ludibria, partim arrogantissimi Tyanei falsissima commenta. Cur non simile quid hoc loco præstitisti? cur, nisi quia nequivisti? Magnum certè Xaverii miraculis præbes veritatis testimonium, Misene; cùm ea non nisi illis spiculis oppugnas, quæ, quò quis sceleratior est, eò promptiùs & copiosiùs promit.

B Similibus machinis ea, quæ sequuntur, invadis: *Quæ de corpore mortuo*, inquis, *confingit, ridicula sunt*, quòd scilicet duraverit per quindecim menses incorruptum, naturali colore ac vivido, humida carne ac succosa, nihil tetri odoris aut fœdi præ se ferens: *Ex hoc uno*, inquis, *discimus frontem hujus sectæ.* Imò ex hoc uno, ut alia infinita non suppeterent, discimus tuam frontem, qui præter nudas asseverationes & criminationes nihil penitus affers, & nec vel stultis quidem probabilem rationem adducis, cur hæc, quæ de Xaverii corpore Ribadeneira refert, à vero sint aliena. Quid C enim? An tu solos Jesuitas in India esse credis? An non plurimi Lusitani omnis conditionis & status, id, quod Ribadeneira scribit, oculis suis aspexerunt? An non tota Goa, Prorex Indiæ, & totus Regius Senatus, & Episcopus Goënsis cum suo Clero tanti miraculi testis est? An non etiam hoc & alia Xaverii opera supra naturam edita legitimis, imò oculatis testibus comprobata, & instrumentis publicis comprehensa ad Joannem Tertium invictissimum Lusitaniæ Regem missa sunt è Prorege Indiæ? Quæ est ista tua vanitas, Misene, ut præter te, qui mendacissimus es, nemo tibi sit verax.

Vide Comment. de rebus Indicis. Editum Coloniæ.

D Scilicet Ribadeneira, aut alius quivis Jesuita, miraculum hoc de integritate corporis Xaveriani confingere potuit, nemine Lusitanorum aut Indorum id advertente, donec tandem post quinquaginta propemodum annos tu *de Æsopi puteo asinus* extitisti, fraudémque deprehendisti & patefecisti; qualem deprehendes etiam, nihil dubito, in corpore S. Hilarionis, quod *sanctus vir Hesychius Cypriis cum ingenti vitæ suæ periculo post decem ferè menses furatus est*, inquit S. Hieronymus. *Quod Majumam deferens*, verba sunt Hieronymi, *totis Monachorum & oppidorum turbis prosequentibus in antiquo monasterio condidit, illæsa tunica, cuculla & pal-* E *liolo & toto corpore, quasi adhuc viveret, integro, tantisque fragrante odoribus, ut delibutum unguentis putaretur.* Sed satis in præsentia de Xaverio. Extant ejus acta non brevi historia, sed justo volumine explicata ab Horatio Tursellino Societatis nostræ presbytero, cujus gloria, ùt & Ignatii, minor non fit Hæreticorum calumniis; sed major: nam hæresis alta petit, & lingua procaci ferit.

Tertull. l. 4. cont. Marcionem.

S. Hieron. in vita S. Hilarionis.

CAPUT III.

Dissolvuntur criminationes Miseni in caput octavum & reliqua usque ad decimum sextum.

F CApur octavum explicat nostrorum in Insulam Corsicam adventum, missu Pontificis. *Sed dum Jesuitæ*, inquit Misenus, *se commendant in Insulæ Corsicæ reformatione, præclarè coarguunt negligentiam Pontificum.* Primùm, Ribadeneira neque se, neque suos labores commendat, sed alios & alienos, licèt hominum ex Societate. At hoc nemini vetitum; cùm ne illicitum quidem sit suos labores prædicare, si necessitas & proximorum utilitas id ita exigere videatur; aliàs minimè id fecisset Apostolus, qui non modò labores à se exantlatos aliquando G commemorat, sed & plus reliquis sese studii & operæ in vinea Domini excolenda posuisse, intrepidè affirmat. Quam autem tu hic Pontificum negligentiam somnias, si Pontifex nostros in Corsicam destinavit, ut noxias herbas inter segetem Dominicam enatas evellerent? hoc certè non negligentiæ, sed diligentiæ & vigilantiæ est, nisi fortè tu eam diligentiam à Pontificibus requiris, quæ non modò orta Zizania extirpet, sed &, ne crescant, præpediat, quæ major est, quàm ut in hominem cadat. Nam quis tam sedulus & indefessus agricola; qui ulla cura efficere queat, ne malæ herbæ cum frugibus submittantur?

2. Cor. 11.

H *Nec planè intactos*, inquis, *Canonicos dimittunt; dum ajunt, ex illis nonnullos, quibus fortè severior disciplina odiosa erat, multa contra Jesuitas Romam pertulisse falsa & acerba.* Scilicet admodùm tibi curæ est, quis à nobis ex Catholicis tangatur, dummodo tu nos tangas, & apud omnes odiosos & invisos mendaciis tuis efficias. Innocentes à Ribadeneira non tanguntur; nocentes tanguntur, non ut vulnerentur, sed ut sanentur. Neque novum est & insuetum in numero tam numeroso proborum, repertos esse, qui deformationis, quàm reformationis amantiores essent, & qui (quæ hujusmodi hominibus solemnis jam est consuetudo) linguam & calamum in eos armarent, per quos sibi peccare non ampliùs integrum fore credebant. Sed cur reticesー, quàm præclaris Corsicæ Magistratuum tam politicorum, quàm Ecclesiasticorum testimoniis nostri

nostri ab omnibus invidorum criminationibus sint absoluti insontésque declarari?

A In capite nono ait Ribadeneira in Hispanis inquisitum esse in librum exercitiorum. Hîc Misenus, *Inquisitionis vel nominandæ auctorem pudere debebat. Nam quòd discrimen poterat subire idololatra apud idololatras?* Cur verò pudere debuit Ribadeneiram, nominandæ inquisitionis, quam vel maximè nominare debuit, ut constet librum exercitiorum eò esse probatiorem, integriorem, & saniorem & utiliorem, quò à pluribus accuratè examinatus, excussus, & ad libellam Orthodoxæ fidei, & Christianæ pietatis exactus est. Catholico quidem apud Catholicos Judices nihil periculi imminet; at quoad se Catholicum probat, quoad suspiciones vel objectiones diluit, & à se legitimè amolitur, multum interdum operæ suscipiendum, multúmque tædii & molestiæ devorandum est. Etsi fateor, in inquisitione longè erectiore animo esse Catholicum, quàm Hæreticum, quia alter innocens est, alter nocens.

B *In decimo capite*, inquis, *de variis collegiis agitur, quæ ad nos nihil pertinent:* Æquè parùm ad te pertinebant alia capita totius libri, cur ergo intacta non reliquisti?

In undecimo capite docet Ribadeneira, quale fuerit decretum, quod Sorbona seu facultas Theologica Parisiensis nondum cognita Societate contra nostros edidit: quod decretum Misenus maximi facit, nihil alioqui Sorbonæ, Sorbonicísque Doctoribus tribuere solitus, exemplo videlicet Lutheri, Calvini & Bezæ, qui vix ullos Theologos contemptiùs tractant, & despicatiùs traducunt, quàm Parisienses. At cùm contra Jesuitas agitur, magni ab illis fiunt, etiam illi,

C quos alioqui nihili pendunt. Quare Misenus grandi verborum apparatu decretum hoc proponit, seu potiùs summam decreti, non tamen ex ipso decreto, quod nunquam vidit, sed ex Arnaldo, homine non unius, sed mille & ampliùs mendaciorum convicto à Francisco Montano: qui tanto candore Gallos nostros exagitavit, quanto Misenus vitam Ignatii. Cur verò, Misene, vetus illud & primum Sorbonæ decretum adversus nos valere cupis, nulla habita ratione edicti, quod eadem facultas postea pro nobis publicavit, meliùs perspecto Societatis instituto, & experientia cognito, non ita rem sese habere, prout initio malevoli quidam jactârant?

Montanus cap. 3. suæ Apologiæ.

D Ignorare videris illud: *Non est novum, ut priores leges ad posteriores trahantur.* Etsi enim & *posteriores leges ad priores pertinent, tamen si contrariæ sint, non pertinent.* Et licèt Sorbona vetus suum decretum non mutâsset per posterius, parùm tamen antiquum illud molestiæ nobis afferret, quando illo non obstante, Nostri in Galliæ regnum recepti sunt ab Henrico II. Francisco II. Carolo IX. Henrico III. Regibus, à Parlamentis, seu supremis curiis, & ab aliis Gallicani Regni statibus.

L. Non est. L. Sed & ff. de Legib.

Vide Franc. Montanum in Apolog. cap. 15.

In capite duodecimo exponit Ribadeneira martyrium Petri Correæ & Joannis Sosæ in Brasilia. Tu ais, *in hoc capite nihil memoratu dignum contineri:* quia sanguinem pro Christo fundere, non est apud Calvinistas memoratu dignum. Addis, *non omnes Hispanos vel Jesuitas Martyres appellari debere, qui in India vel ob furta, vel ob stupra, vel propter alia flagitia trucidantur.* Omnino Martyris titulum non meretur, quisquis propter hujuscemodi facinus vitam amittit; sed istud tibi probandum superest, Corream & Sosam à Barbaris non ob Christianam Religionem, sed ob malefacta peremptos esse: nimis grandis est livor tuus, qui mortuis detrahere nititur gloriam, quam sanguine sibi pepererunt. E

Caput decimum tertium agit de Joanne Nugnes Æthiopiæ Patriarcha creato, & in Indiam misso. Ait Ribadeneira, Æthiopes credendi regulam petere à Patriarcha Alexandrino variis Græcorum erroribus infecto. Hîc tu, *Neoterici Græci, quidquid errorum habent, id à Romana Ecclesia maxima ex parte suxerunt:* Quod tam verè dicis, quàm verè quis assereret, Lutheranos & Calvinianos errores suos magna ex parte à Romana Ecclesia suxisse: Suspicor, te ne scire quidem errores Græcorum. Suxerúntne à Romana Ecclesia errorem de processione Spiritus sancti ex solo Patre? Errorem de beatitudine Sanctorum? errorem de Purgatorio, errorem de Primatu Pontificis Romani, errorem de utraque specie quasi necessaria ad salutem ex præcepto divino, uno verbo, alios errores partim ex arrogantia, partim ex inscitia natos? F

In capite decimo quarto commemorat Ribadeneira, tempestatem Cæsaraugustæ in nos concitatam: eam Misenus appellat, *lepidam comœdiam inter idololatras*, videlicet nihil Miseno est lepidum, nisi Jesuitis sit molestum & luctuosum, & quò Jesuitis est molestius & luctuosius, eò huic Lepido est lepidius. Ait, *fuisse tantùm simulatam persecutionem;* quòd Cæsaraugustani Nostros expulsos paulò pòst honorificè revocârint. Abundè etiam hoc loco declaras, quo sis in nos animo. Simulata est tuo judicio omnis calamitas, quæ Jesuitis obtingit, nisi sit perpetua, quasi in nos committi nequeat aliquid, cujus posteà, re maturiùs deliberata, auctores pœniteat, quódque mutata voluntate in melius restituatur. G

In capite decimo quinto ostenditur, quo pacto nostris aditus sit patefactus in Belgas; & quibus collegiis Societas sit aucta. *Notum illud*, inquit Misenus: *Mala herba citò crescit.* Non nego, Misene, vetus hoc dictum. Sed probandum tibi restat, Societatem esse malam herbam: Si malum duntaxat citò cresceret, haberes fortassis non leve argumentum, quo ex tam præpropero Ordinis nostri incremento, demonstrares, eum malis herbis annumerandum esse: sed quia bonum H

A itidem citò crescere, lætisque successibus provehi potest, singulari DEI ope & benevolentia, ideò nullius momenti est tua hæc argumentatio; *Citò crevit: ergo est mala herba;* sicut nec illa admodum magni roboris est: *Citò crevit:* ergo est bona herba, sed inspiciendus est itidem modus & tempus, quo quid crevit, & finis, ad quem crevit, & ex his omnibus simul junctis sententia de bonitate vel malitia rei ferenda est. Nam si quid citò crescat, vel quia vi, & armis, & sanguine promovetur, & quasi irrigatur; vel quia ejusmodi est, quod ùt amicum & gratum ad carnem & sanguinem invitat, & quæ stricta sunt & arcta, laxat; vel quia utramque ob causam citò multiplicatur; id absque omni dubitatione malum est & repudiandum: Si quid autem citò crescat, quod carni & sanguini sit adversum, quódque omnes disciplinæ & honestatis leges sanctissimè custodiat; id non nisi optimum censeri debet, quippe quod non nisi peculiari Numinis favore, tam celeri auctu grandescat.

B Priore modo crescit, Misene, hæresis, quam partim arma propagant (testis Lutherana & Calviniana secta, utraque nata ex cruore, & cruore amplificata) partim propensio hominum ad vitiorum illecebras, quas hæresis plena manu propinat, & si arma desint, hæc sola causa ad subitam propagationem sufficit; cùm semper innumera turba reperiatur, quæ à severitate virtutis abhorreat, & ad laxam, solutámque vitam, quam hæresis offert & affert, cæco impetu ruat.

C Posteriore modo citò crevit nostra Societas, ùt & alii Ordines, quod libro primo dictum. Bona ergo herba est; non mala, nisi fortè tibi, cui omne bonum malum. Certè Ignatius noster in suo Ordine diffundendo non tenuit modum, quem tenuit Calvinus aut Lutherus: *Non enim ùt Tyrannus* (liceat usurpare verba Origenis) *seduxit secum alios à legum obedientia* (quod fecit Lutherus & Calvinus) *nec ùt latro* (Calvinus & Lutherus) *manum aliquam suorum armavit contra homines, nec ùt opulentus allexit obviis largitionibus, nec impostorum* (Calvini & Lutheri) *more attraxit: Sed ùt Doctor divinæ Religionis & scientiæ, omnisque moralis disciplinæ, qua juxta eam viventes DEO conciliare valeat.* Quare Religio ab illo instituta non nisi bona esse potest, & non nisi ùt bona citò succrevit.

Lib. 1. c. 1.

Orig. lib. 1. contra Cels.

D Hæresis vestra citò crevit, ùt olim Romæ Bacchanalia, quorum tu hîc mentionem facis, admonitus, opinor, ab ipso tempore, quo hæc tua scholia conscripsisti. Certè cùm sectam vestram propiùs intueor, vel germen, vel genimen eam veterum Orgiorum esse arbitror: quia cum ventris voluptatibus conjunctum habet ampliorem furorem, quàm vel furiosissima Mænas toto pectore capiat. Crevit hæresis vestra, ùt olim secta Epicurea: *Epicurea disciplina,* inquit Lactantius, *multò celebrior semper fuit, quàm cæterorum: non quia veri aliquid afferat, sed quia multos populare nomen voluptatis invitat. Nemo enim non in vitia pronus:* Idem prorsus de omnibus sectis hæreticis, præsertim de vestra, de nullo autem Catholico Ordine asseverari potest. Ut enim hæresis voluptatem alumnis suis tanquam mulsum proponit, ita quivis Ordo religiosus vitæ asperitatem, suique perpetuam abnegationem sectandam esse perpetuò docet. Quare hæresis seu citò seu lentè crescat, semper mala herba est; vicissímque religiosa Congregatio bona herba est, seu citò seu tardè amplificetur.

Lactant. lib. 3. c. 17.

E

CAPUT IV.

Refelluntur calumniæ in tria postrema capita.

F CApite decimo sexto exponit Ribadeneira felicem Ignatii ex hac vita ad alteram transitum, cujus Ignatium ignarum non fuisse ait. Hîc Misenus: *Æquum fuerat, patrem illum, si sciret, vel præsciret diem obitus, vocare ad se suos assistentes, & compellare filios suos, ac de rebus ad se pertinentibus monere, hortari ad constantiam, patientiam.* Meliùs, credo, scivit Ignatius, quid æquum, quidve bono Societatis necessarium esset, sub finem vitæ suæ, quàm tu juris & æqui planè inscius. Ex humilitate & Christiana modestia id intermisit. Vir verè humilis, inquit Ribadeneira, qui cùm obitum suum præsciret, neque Vicarium generalem creare, neque filios accersere, neque monere, neque hortari voluit, neque *benedicere:* ut illi spes omnes suas in DEO constitutas haberent, ab illo penderent, ipsum nihil fuisse, nihil esse arbitrarentur.

G Caput septimum complectitur judicia & testimonia gravissimorum virorum de Ignatio. Ex his primus est Jacobus Laynes, vir sui temporis longè doctissimus & celeberrimus, qui ubi mortuum Ignatium audivit, sublatis illico manibus, oculos in cœlum convertit, & se Ignatio ardentissimè commendavit: *O superstitiosum hominem,* exclamat Misenus, *& anthropolatram, qui præterito DEO vivente, mortuo homini se commendat!* Idem hoc tuum scholium quadrat ad vitam S. Pauli primi Eremitæ conscriptam à sancto Hieronymo, ubi Hieronymus de S. Antonio, cùm animam B. Pauli ad cœlos ascendentem cerneret: *Cúmque jam dies altera illuxisset, videt inter Angelorum choros, inter* H *Prophetarum & Apostolorum populos niveo candore Paulum fulgentem in sublime conscendere: Et statim in faciem suam procidens sabulum capiti superjaciebat, ploránsque & ejulans ajebat: Cur me Paule dimittis? cur insalutatus abis? tam tardè notus, tam citò recedis.* O superstitiosum hominem & anthropolatram, qui præterito DEO vivente cum mortuo homine

mine provolutus in genua; & caput arena conspersus fabulatur.

A O superstitiosum & anthropolatram ipsum Hieronymum, qui se mortuæ fœminæ commendat; *Vale*, inquiens, *ô Paula & cultoris tui ultimam senectutem orationibus juva.* O superstitiosum Theodoretum; qui ferè semper, quoties Anachoretæ alicujus res gestas absolvit, precibus ejus, cujus vitam litteris mandârat, sese suppliciter commendat, ratus, Deum nostrum esse Deum *vivorum*, non *mortuorum*, cùm si Calvinianum istum Sadducæum audimus, Deus sit *mortuorum*, non *vivorum*. Solus pius & religiosus Misenus, qui, ut ab omni superstitione quàm longissimè absistat, satis planè insinuat, quid de animarum immortalitate sentiat.

S. Hier. in epitaph. S. Paulæ, Theodor. in histor. religiosa.

B *Vide*, inquis, *eventum hujus commendationis, statim meliusculè habuit Jacobus: & redditus est sanitati, quam Ignatius illi à Deo impetrâsse creditus est, à Jesuitis scilicet, non à me.* Multum videlicet moramur, quid à te impetratum credatur, quasi nihil à Deo ullius intercessione impetrari possit, nisi id tu digneris credere. Nihil certè à Deo impetraretur; quia, nisi planè fallor, vel nihil omnino credis, vel credis, quantum fert
C corde voluntas. Ut Sancti oratione sua apud Deum ægris sanitatem obtineant, adeò inusitatum non est, ut penitus peregrinum esse oporteat in antiquitate Ecclesiastica, qui id in dubium vocet, aut impium, qui neget. Recensui tibi ex S. Ambrosio alibi exemplum de Constantia Constantini Magni filia, ope B. Agnetis sanata. De illis, qui auxilio Protomartyris Stephani pristinas vires recuperârunt, multos tibi suppeditabit sanctus Augustinus, & Evodius, qui miracula ad memoriam S. Stephani edita duobus voluminibus comprehendit. Sed ad alia.

Libr. 5.

S. August. lib. 22. de civit. Dei, cap. 8.

D Claudius Jaius acerbissimo dolore stomachi correptus, Deum rogavit, ut per merita servi sui Ignatii ipsum molestia illa liberaret, & simul atque preces fudit, liberatus est. Ista Ribadeneira. Quid scholiastes, non præter solitum furiosus? *O hypocrita, indigni merito Christi. Estne hæc fides vestra, Deum orare per merita hominum:* Omnino per merita hominum, sed Sanctorum. Fides hæc nostra & est, & erit, Deo adjuvante; quia veterum & omnium Orthodoxorum fuit. Si Moyses homo Dei Deum ad misericordiam flectere volens, trium sanctissimorum Patriarcharum Abraham, Isaac & Jacob merita ei proponere consuevit: *Recordare*, inquiens, *servorum tuorum Abraham, Isaac & Jacob, ne aspicias duritiam populi hujus & impietatem atque peccatum.* Cur nos eundem per merita aliorum sanctitate præstantium hominum non obsecraremus? Fortè tuo itidem judicio Moyses hypocrita fuit; & indignus merito Christi. Utinam, Misene, tam dignus esses; indigentior certè ejus es, etsi non dignior.

Exod. 32. Deut. 9.

E Cùm Nicolaus Bobadilla ardentissima febri æstuaret, Ignatio jam mortuo se commendans statim morbo levatus est. Videamus Miseni refutationem. *Ergo parentatis*, inquit, *parenti vestro ejusmodi mendaciis?* Hanc refutationem exposuisse est superâsse. Quid enim virium aut artis est in illa? Quasi verò nullus unquam mortalium, invocato alicujus Sancti auxilio, morbo, aliisve periculis liberatus sit. Quid Sanctulo viro sanctissimo evenerit, cùm nomen sancti Joannis inclamâsset, opémque implorâsset, docebit te S. Gregorius, si discere velis.

S. Gregor. lib. 3. Dial. cap. 37.

F Franciscus Borgia vim verborum Ignatii admiratus dicere solebat: Loquebatur tanquam potestatem habens. *O idololatra*, vociferatur Misenus, *audesne tu Ignatio tribuere, quod Scriptura soli Filio Dei tribuit?* Is loqui dicitur tanquam potestatem habens, cujus sermo & prædicatio non *in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis* consistit, sed in *ostensione spiritus & virtutis:* Si hoc ita proprium Christi est, ut nulli alteri tribui queat sine idololatriæ scelere, quo jure id sibi tribuit Apostolus; qui & ipse quoque loquebatur *tanquam potestatem habens;* quia sermo ejus non erat in *sapientia hominum;* sed in *virtu-*
G *te Dei?* Noveris ergo, duplicis generis dona in Christo fuisse: quædam Christi omnino propria, in quorum communionem nemo adsciscendus erat; quædam cum Christi servis communicanda, ex quorum numero gratia & vis & efficacitas dicendi. Priora nulli, excepto Christo, tribui possunt; posteriora possunt; quia communia, vel si mavis, communicata: & ita quidem tribui possunt; ut quis eadem quoque sacræ Scripturæ verba usurpet, eo sensu, quem *accommodatitium* plerique vocant, cujus creberrimus apud sanctos Patres est usus.

1. Cor. 2.

H Subdis: *Heus tu Petre, cùm Italia tot doctis viris abundet, ut facilè reliquas Europæ nationes ornamento illo superet, qui fit, ut ne unus quidem repertus sit, qui vestrum Ordinem commendârit?* Magna confidentia affirmas, quod te nescire nemo non videt, quisquis aliquid videt. Evolvistíne omnia Italorum monumenta? Paulus III. Julius III. Marcellus II. in quem hoc capite furiosissimè incurris, Itali fuerunt; nónne Societatem commendârunt tot Pontificiis diplomatis & privilegiis concessis? Sed hos tu inter viros doctos non numeras: quia Pontifices. Alios ergo videamus. Cardinalis Baronius, quoties in suis operibus commendat, cùm universim totam Societatem, tum nominatim certos ex Societate homines? Sed hujus testimonium fortè non admittis; quia Cardinalis est. At hoc jam non agitur, sed hoc, utrum aliquis ex Italis, vir doctus, Ordinem no-

A strum commendârit. Baronius certè non modò Italus & doctus est; sed & longè doctissimus. Joanoes Jolittus totam Ignatii vitam in sermooem Italicum transtulit. An hoc sine commendatione? Oouphrius Panvinus Italus est, & vir doctus, oónne Societatem commendat in historia Pontificum? Petrus Matthæus Italus est, nisi fallor, & vir doctus, qui, quanós laudibus Societatem extollat, iotelliges, si scholia ejus legas in Pauli III. Bullam, qua Ordinem nostrum instituit. Quòd si Gallus sit, eò gravius erit ejus apud te testimonium. Thomas Bozius & Italus est, & vir doctus, qui in suo opere de signis Ecclesiæ, Societatis oostræ, non sine laude crebrò meminit. Quid multa? Plurima Ordinis nostri encomia à doctis Italis profecta proferre liceret, si mihi propositum esset elogia Societatis colligere, oon meodacia Miseni refellere: qui nunc maledicentiam suam ad Xaverium transfert, qui venerabatur Ignatium quasi saoctum, alísque dicere consueverat: Pater Ignatius magous omnino Saoctus est.

B *Grave testimonium*, inquit Misenus, *hominis superstitiosi* καὶ κολακευτικοῦ. Adulaóo tantum à Xaverii animo abfuit, quantum Xaverius corpore aberat ab Ignatio, cùm Ignatio bas laudes tribueret. Qua spe, uro, homo io Japonia, boc est, io alio orbe degens, adularetur Ignaóo Romæ viventi? Omnis adulator comodum aliquod assentaóonibus suis quærit & expetit: quod te non fugit; quippe qui Plautinos Artotrogos, & Peniculos, & Ergasilus iotus & in cute noveris.

C Idem Xaverius epistolas in genua procumbens præ reverentia ad Ignaóum scribebat. *Hoc legens*, ioquit Misenus, *vel Crassus* ἀγέλαστος *appellatus*, *saltem dentes restringeret*, *si non planè arrideret*. Credo, si noo modò Crassus, sed & Calvinianus esset. At si quis neque Crassus sit, neque Calvinianus, is nec dentes restringet, nec planè arridebit: sed in Xaverio plurimas, pulcherrimásque virtutes admirabitur, bumilitatem inprimis, qua tantus vir claruit; observanóam & pietatem siogularem erga Ignatium ùt patrem; & reverenóam erga eundem, ùt sanctum, ut alias ex boc Xaverii facto elucescentes prætercam. Porrò *sputum Dionysii*, quod hic egeris & ingeris; quódque ab adulatoribus ejus facie exceptum scribis, tibi tanquam Plautioo alicui Saturioni aut Gelasimo relinquimus excipiendum, aut si mavis, lingendum: Volumus enim tibi id esse adiaphorum.

D *Audi*, inquit Misenus, *quid sequatur*. Audiamus ergo, quando tam sollicitè ad audiendum nos iovitas. Xaverius contra omnium tempestatum vim & periculorum incursus, nomine se atque iotercessione Ignatii muniebat, appendebátque collo, quasi scutum firmissimum Ignatii oomen manu ipsius Igoatii scriptum, & suæ professionis vota. Quid Misenus? *Vide*, ait, *superstitionem extremam*: Et: *Pontificii multas anus ùt magas comburunt, dignior vel tribus rogis hic Franciscus*. Quid tu hic rogo dignum blasphemas? An quia precibus & intercessione Ignatii adhuc viventis sese ex cunctis periculis salvum & incolumem evasurum sperabat? At, vide Miseoe, ne Apostolum ipsum rogo adjudices, qui sperabat, se per orationes & intercessiones fidelium ex carcere, in quo Romæ detinebatur, liberatum iri. *Spero*, inquit, *per orationes vestras me donari vobis*. Idem sperabat, se insidias Judæorum evitaturum per preces Saoctorum: qua de causa gravissimis verbis eas ab illis efflagitat. *Obsecro vos fratres*, inquit, *per Dominum nostrum JEsum Christum, & per charitatem S. Spiritus, ut adjuvetis me in orationibus pro me ad Deum, ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Judæa*. E Ad Philemon. Rom. 15.

F An Xaverium rogo dignum vociferaris, quia Ignatii oomeo ex collo suspendit? Quid criminis in hoc facto? *Magi*, inquies, *ligaturas, & nescio quæ amuleta ex collo suspendere solent*. At magi malè id faciuot, tum quia malo fioe; tum quia malo modo, etiamsi bona alioqui sint, quæ ex collo suspensa feruot: Xaverius autem ex collo ferebat non Apollonii Tyanei nomen, sed Ignatii; nec eo fine, ut lunam *de cælo ad cœnum* devocaret: Sed ut Ignatii meritis à Deo ex maris terrarúmque discriminibus, quæ plurima ei subeunda erant, eriperetur. Nec illicitum est, ad eum finem Sancti alicujus oomeo circumferre, sicut illicitum non est, ad eum finem precibus vel vivenóum adhuc, vel jam cum Domino regnantium uti, vel Reliquiis Cœlitum sese munire. Quòd si omnes illos G inter veoeficos oumeres, qui ex collo feruot vel JEsu nomen, vel alicujus Sancti, vel Reliquias, vel Crucifixi imaginem, vel partem Evangeliorum, vel aliud quid Christianis usitatum, & communi fidelium usu jam olim receptum, tum certè inoumeri & sanctissimi viri magi erunt, tuóque judicio in cineres vertendi. Sed ego ciòùs mihi persuasero, te impostorem ex contumeliis consutum esse, quàm saoctos illos homines veneficos. Lib. 5. de cruce, cap. 16. At satis de boc argumento; quod alibi fusiùs à oobis tractatum.

H Fortassis tu quidvis aliud, ut ex collo feratur, patieris, dummodo non sit nomen Ignatii. Verùm si sincerus vir & candidus esses; debebas saltem Xaverio & Ignatio tantum concedere, quantum vestri ordiois homines concedunt suis. Quis reprehendit illos, ùt veneficos vel veneficas, qui aote paucos annos Augustani cujusdam tumultuosi Prædicantis imaginem cervicibus aptam circumferebant? Quis apud vos non interpretaretur potiùs pietatem & observaotiam, quàm veneficium; si quis Calvini, aot Bezæ, aut alterius ex larario Bezæ Herois nomina aut imagi-

A imagines Calvinianæ devotionis ergò circumgestaret? quod & sæpius factum; nam Calvinus Genevæ cum Christi Sanctorúmque imagines omnibus ex locis sustulisset, suam postea permisit è plurimorum collis suspensam publicè gestari, multisque eum tantæ absurditatis admonentibus, qui putárant ipso inſciente à simplici populo Calvini nimio amore inconsideratiùs flagrante, hoc factitatum: stomachosè respondit: *Si quis hoc spectaculo offendatur, ne deinceps aspiciat, oculos sibi eruat, vel abeat citò, & suspendat se.*

[Vit. Calvin. cap. 12. Reginald. lib. 2. Calvino-turcism. cap. 18.]

B A domesticis testimoniis venit Ribadeneira ad externorum de Ignatio elogia. Primum locum tenet Marcellus II. summus Pontifex, qui Ignatium maximi semper fecit. Hic Misenus, ut testimonii hujus pondus minuat, refert, quisnam Marcellus ille fuerit, cúmque non posset illi ullum crimen objicere, attulit nescio quæ levissima, quæ potiùs ad commendationem, quàm ad vituperationem Marcelli pertinent; si tamen vera sunt, & non ùt cætera fermè omnia, quæ isti de Pontificibus scribunt, ex calumniandi impotenti libidine conficta. *Primum est, quòd, Cardinalis cùm esset, scriptum ediderit, quo dixerit, expeditionem in Lutheranos potiùs adornari debere, hósque multò deteriores esse omnibus Turcis.*
C Primùm, ignoscere debes Italo, qui vestram sanctitatem minùs perspectam habet, si talem de vobis opinionem concepit, qualem non modò multi Prædicantes de Papistis & habent, & in vulgus sparserunt, sed inprimis generis vestri dux & auctor Lutherus. Deinde, non mirum, Marcellum eo fortassis tempore hæc dixisse, aut scripsisse, quo Lutherani vi ferróque armati Carolo V. Imperatori formidabili exercitu imminebant, Religionémque funditus ex Germania extirpare cogitabant, quod sanè Turcæ nunquam facerent, licèt Germaniam occuparent; quia Catholicos longè plus amant, quàm ullos aut Lutheranos aut Calvinianos, quorum fraudes, perjuria & impietatem in Deum, ipsi quantumvis licet barbari, vehementer detestantur.

D Alterum est, quòd Marcellus legatus Pontificis ad Concilium Tridentinum, Jacobum Naebiantem (Naclantum, opinor, scribere volebas) Clodiæ Fossæ Episcopum, *ex Concilio Tridentino expulerit; quòd dixisset, se non posse probare decretum, in quo scriptum erat, Traditiones pari pietatis affectu suscipi atque asservari debere, quo scriptum Evangelium.* Meritò expulit, si expulit; & si hoc, quod tu ex Hæreticis auctoribus commemoras, non natum est, ùt alia pleraque, in eorundem malè sano cerebro. Quis enim ille unicus, qui se integro Concilio, hoc est, tot doctissimorum & sanctissimorum Patrum definitioni opponeret?

[Concil. Trident. Sess. 4.]

Tertium crimen est, quòd Dominicum Gulielmum abire jusserit ex Concilio *ea de*
E *causa, quòd Concilium Constantiense supra Papam fuisse pro concione dixisset, idemque privatim etiam defendere contenderet.* Neque huic injuriam fecit, si eum amandavit. Quid enim opus erat illis ad populum phaleris, eo præsertim tempore?

F Quartum & quidem gravissimum crimen est, quòd locum in Concilio non concesserit Paulo Vergerio Episcopo Justinopolitano, ideo, quòd negasset, *legendas* sanctorum Georgii & Christophori esse veras. Non hæc sola Marcello Vergerii exterminandi causa fuit, si fuit: Jam tum præstantissimus Cardinalis animadvertebat, quorsum Vergerii conatus spectarent; & quid veneni sub pectore conclusum parturiret, quod postea impius & ambitiosus apostata peperit. Non agebatur de *legendis* illis, mi homo, sed de sacra Scriptura, de traditionibus, déque aliis fidei nostræ quæstionibus & capitibus, in quibus jam tum Vergerius non exiguum ejus, quod paulò pòst in apertum protulit, monstri, argumenta dedit: ob hæc ab aditu Concilii credendum est, exclusum fuisse Vergerium; non ob illas historicas de vita Sanctorum controversias; si tamen exclusus fuit; tam enim fides tua & auctorum, qui hæc talia referre solent, lubrica & incerta est; ut meritò de omnibus, quæ scribunt, dubitare; plurima tanquam falsa negare, paucissima, ùt vera credere possimus.

G Jure autem quærat quis, quid tibi volueris harum rerum commemoratione de Marcello Cervino, postea Pontifice Maximo? An mirandum non esse, si Ignatium suspexit, eúmque ex omnibus hominibus maximi fecit? Atqui non video, quomodo hoc illis tuis seu mendaciis, seu historiolis conficias? Quid enim in illis criminis, quid impietatis, quid optimo & doctissimo viro, qualis Marcellus, non consentaneum, quid probatissimis moribus alienum? *Similis*, inquis, *simili gaudet.* Omnino, Marcellus optimus, Ignatio optimo; Christianæ religionis propagandæ ardore flagrans, Ignatio, qui pari pietatis studio incensus erat: Religiosissimus, religiosissimo, nec plura de Marcello, quem si fata terris Pontificem dedissent, non tantùm ostendissent, fortè tam longè latéque Hæresis vestra nunquam serpsisset.

H Sequitur amplissimum de Ignatio Ludovici Gonzali testimonium ad Joannem III. Lusitaniæ Regem perscriptum, quod legat, qui volet, apud Ribadeneiram. *Ad hunc modum*, inquit Misenus, *Hispani Hispanos commendant.* Veriùs diceres: Lusitani Hispanos. Sed quid tum? An ideo commendatio falsa? An non Germani, Germanos; Græci, Græcos; Itali, Italos commendant? Si judicio tuo nulla commendatio vera est, nisi quam diversæ nationis homo alteri tribuit, plurima profectò tam Latinorum, quàm

A Græcorum encomia expuogenda & obliteranda erunt: quippe à Latinis data Latinis, & à Græcis, Græcis. Multi ex Gallis Calvinum & Bezam laudant. Num ea laus tibi displicet?

B Nec Archiepiscopi Toletani, nec Proregis Siciliæ præconia in Ignaoium collata ferre potes; quia uterque Hispanus fuit. Quid tandem tecum incipiemus Misene? Quis Ignatii laudes decantare debet, qui tibi stomachum non moveat? Vísne Germanum, vis Polonum, vis Indum, Gallum, vel alterius nationis civem? At quisquis ille sit, nunquam æquis auribus Ignatii laudem accipies. Ausim dicere, oec Calvinistam laudatorem Ignatii ferres. Invidia tumes & lives.

C Prædictis adjungit Ribadeneira Joanoem Avilam excellenti virtute, prudentia & doctrina virum, qui præter cætera, se *pusillum*; Ignatium *Gigantem* nominare solebat, ob animi viriúmque in rebus arduis perficiendis magnitudinem. Misenus hic Gigantis vocabulum cupidè arripit. Quíque olim Gigantes fuerint, & quàm scelesti, & in Deos impii, verbosè describit; quasi, si lectio veterum oos oon docuisset veterum oaturam Gigaotum; id non doeeret oos hodie experientia, quæ tot Calvinianos & Lutheranos Gigantes oostris oculis io singulos dies
D objicit. Cùm vocabulum aliquod per Metaphoram alicui tribuitur, Misene, nec possumus, oec debemus totum illud, quod significat, ad rem, cui per translatiooem tribuitur, transferre; sed tantùm id, cujus respectu & consideratiooe Metaphora illa instituta est; alioquin si omnes Gigantum proprietates, vel etiam vitia referre vis ad Ignatium, eò quòd ab Avila *Gigas* sit nominatus; poteris etiam easdem proprietates & vitia eadem transferre ad Christum, qui & ipse Gigas appellatus est, oon ab Avila, sed à Spiritu saocto, ore Davidis his verbis: *Exultavit ùt Gigas ad currendam viam;* ut proinde ex hoc etiam loco scholium per metaphoram ad Davidicum illum Psalmum transferre queas: ut tua opera & industria tandem accuratiùs intelligamus, qoa de causa Gigantis oomen Servatori nostro Propheta dederit. (Psalm. 18.)

E In capite decimo octavo docet nos Ribadeneira, qua Igoatius corporis statura, & qua constitutione fuerit, more scriptorum tam profanorum, quàm Ecclesiasticorum: qui plerumque adjungere solent, qualis ille fuerit, quod ad externam quoque corporis constitutiooem attinet; cujus res gestas literis consignatas ad posteritatem transmittere ingressi sunt. In hoc capite nihil magis
F Miseno placet, quàm quòd Ribadeoeira ait, Ignatium ex altero crure claudicâsse, sed *honestè*. Omnino honestè, ô Calvinista, tum quia parùm; tum quia ex honesta causa. Ex vulnere enim, dum Regi suo fidelem operam navaret, accepto, cùm adhuc militaret. Fortasse noo omnes Calviniani Ministri, qui claudicant, tam honestè claudicant.

G Quòd autem jejuniorum pœoitentiæque magnitudine corpus afflixit; *in eo*, inquis, *Apostolico pracepto non paruit Sanctus ille vir: Jubet enim illud honorem habere corpori:* Si honorare corpus est corpus saginare; fateor, Calvinianos Physcones debitum honorem non denegare corpori, cujus honos totus in eo positus est, vestro judicio, ut *pinguis aqualiculus propenso sesquipede exstet.* Si jejuniis & pœnitenoiæ operibus nefas est corpus atterere, virésque extenuare; quippe monito Apostolico adversum, cur ipse Apostolus *corpus suum castigavit, & in servitutem redegit?* cur toties monet, ut *exhibeamus nosmet ipsos sicut ministros Dei, in vigiliis, jejuniis, & plagis*, aliísque id genus molestiis?
H Periculum est, Miseoe, dum corpora vestra nimis hoourare contenditis, ne & corpora ipsa, & præterea Deum inhonoretis, vel dehonestetis; Veniet, veniet tempus; cùm corpus se minùs à vobis hoooratum fuisse exoptabit, sed frustra: Quasi verò corporis honos sit sagina; & ùt Tertullianus vocat, *multivorantia; saginentur pugiles & Pyctæ Olympici: illis ambitio corporis competit, quibus & vires necessariæ. Sed nostra alia robora, aliaque vires: quibus non est colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus mundi potestates, adversus spiritualia malitiæ: adversus hæc non carne & sanguine, sed fide & spiritu robusto oportet assistere, &c.* (Tertull. de jejuniis.)

FINIS LIBRI QUARTI.

APO-

APOLOGIÆ PRO VITA IGNATII LOYOLÆ LIBER QUINTUS.

CAPUT I.

Diluuntur cavillationes Miseni in caput primum libri quinti.

A (Apolog. ad Constantium.) CUm S. Athanasius ab adversariis suis Arianis infinitis propemodum calumniis exagitatus esset, hæc tandem verba protulit: *Miror, eos calumniis non delassari: Sed quia defatigari non possunt, æquum est, ut nec ego defatiger, quantò enim plures mei exstiterint purgationes, tantò tetriores illi apparebunt.*

B Quod sanctissimo huic Antistiti olim usu venit, Idem & ego nunc experior: Vehementer enim miror, Misenum, tot tantísque mendaciis & criminationibus huc usque in Ignatium nostrum effusis, necdum lassatum esse: Sed quia ad convicia semper recens & integer accedit: par est, ut nos similem alacritatem ad Apologiam Ignatii afferamus, ut quò plures vitæ ejus defensiones exstiterint, eò magis elucescat, quàm egregius calumniator sit iste Calvinianus Misenus.

C Quamquam quis vel mediocriter bonus est, qui crassissimis Miseni impostutis & Sycophantiis fidem adhibeat? Verè enim & præclarè S. Athanasius scribit, calumnias non invenire *auditores & approbatores, nisi improbos & sceleratos;* (2. Reg. 22.) *Insidiæ Doeg*, inquit, *contra Sacerdotes plurimum valuère, sed auditor ibi Saul injustus fuit.* (3. Reg. 21.) *Jesabelis quoque calumniæ noxam religiosissimo Nabuthæ intulerunt? Verùm & ibi Achab ille malus & prævaricator aurem præbuit. Contrà, sanctissimus ille David* (Psalm. 100.) *istiusmodi homines ad se nequaquam admittit: sed ut rabiosos canes adversatur, ita dicens: Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar:* Si clanculum detrahentem hostis loco habebat, quo loco habuisse censendus est illum, qui publicè id fecit, multóque adhuc magis detestatus fuisset illum, qui ne parùm accuratus in calumniando videretur, calumnias suas litteris mandâsset.

D Sed nunc Misenum audiamus. *Quintus liber conscriptus est de virtutibus Ignatii, quarum aliæ à Christianis omnibus requiruntur, non tantùm à Jesuitis, aliæ & quidem illustriùs etiam, in iis enituère, qui Christiani nunquam fuerunt, quàm unquam in Ignatio, ut non videam, quam ob causam pueriliter hæc concinnata sint.* Aliud est Misene, *pertinere*, aliud *habere:* E Omnes virtutes Christianæ ad quemvis Christianum pertinent. Sed num quivis, qui Christiano nomine censetur, omnes virtutes Christianas habet? Omnes virtutes ad te pertinent: Sed num vel unam habeas, admodum certè, ne quid te celem, dubito. Habere, laudis est: pertinere, necessitatis. Ergo Ignatium commendat Auctor noster, non quòd variæ virtutes ad eum pertinuerint, sed quòd variis virtutibus exornatus fuerit, & quidem excellenter. Laude & præconio dignum est, studio & labore indefesso adquirere, quod ad quemlibet pertinet, & hoc in quovis prædicari potest: hoc ipso, quòd multi sunt, qui ea, quæ ad se pertinent, negligunt: eísque comparando, nihil curæ impendunt, ex quorum numero minimè Ignatius.

F *Quòd* autem ais, *quasdam virtutes clariùs enituisse in Ethnicis, quàm in Ignatio*, vellem nominâsses illas virtutes, quarum splendor ex infidelium cordibus emicans, adeò tuos oculos præstinguit. Fortè intelligis ardens illud orandi, meditandi, rérúmque cœlestes contemplandi studium. Fortè mortificationem & sui abnegationem, fortè charitatem DEI & proximi. Fortè Christianam illam humilitatem & obedientiam religiosam. Aut si has, quæ cæterarum fundamenta sunt, non intelligis, explica, oro, quasnam intelligas. G Nam Christianas virtutes illustriùs enituisse in animo Ethnici, quàm in pectore Ignatii Christiani, id verò admirabilius est, quàm ut extra paradoxa Stoica collocetur, cùm Christiana virtus censenda non sit, nisi quam gratia Christi format & expolit: imò D. Augustinus, ne veras quidem virtutes nominat, quæ divinæ (S. Aug. l. 4. contra Julian. cap. 3.) charitatis sunt expertes; *Si ad consequendum veram beatitudinem*, inquit, *quam nobis immortalem fides, quæ in Christo est, vera promittit, nihil prosunt homini virtutes, nullo modo veræ possunt esse virtutes.*

H Accedit, quòd hîc non quæritur, in quonam illustriùs quædam virtutes enituerint, num in Ignatio, an in Ethnicis; nulla enim inter Ignatium, & à fide Christiana alienos contentio instituitur; sed simpliciter exponitur: quarumnam virtutum fulgor in Ignatio resplenduerit, quem tu non imminuis, cùm in aliis itidem, & quidem ampliorem repertum tradis; sicut splendorem Lunæ non

A non imminuit ille, qui eundem, & quidem multò nitidiorem, in ſole inveniri ait. Sed ut in pauca rem conferam, téque diu ſuſpenſum non teneam, noveris Miſene, minimam quamque virtutem in Ignatio, ùt & in quocunque alio Chriſtiano, gratia DEI prædito, majorem eſſe & illuſtriorem, quàm maximam in quovis Ethnico, hoc ipſo, quòd in illo cum gratiæ & divinæ amicitiæ, ut ita dicam, ſole conjuncta eſt; in hoc autem ornamento illo caret.

At quòd non vides, quam ob cauſam hæc pueriliter concinnata ſint, id non mirum; quia pueriliter concinnata non ſunt, idcirco neque pueriliter concinnata vides. Quod non eſt, non videtur; aut ſi videtur, falſò videtur, & non ſine mentis aut oculorum hallucinatione: Nulla omnino cauſa eſt, ob quam pueriliter concinnata videri poſſint. Tandem hic nihil videndo, aliquid vidiſti.

B *De virtutibus*, inquis, *Ethici, multò pulchriùs Plato, Ariſtoteles, Plutarchus, quàm omnes Jeſuitæ in unam maſſam conflati vel ſcripſerint, vel ſcripturi ſint.* Non agitur hic Miſene, quis pulchriùs aliis de virtute ſcripſerit, ſed quis pulchriùs aliis ex virtutis præſcripto vixerit. Scripſerint Auctores à te nominati de virtutibus moralibus doctiſſimè & ſcitiſſimè: quid tum? At nullus Chriſtianus eſt, ſi non ſolo nomine, ſed & re Chriſtianus ſit, cœleſtíſque gratiæ opes poſſideat, qui ſecundùm virtutem non pulchriùs vivat, quàm ſapientiſſimi illi viri; majores dicendi & ſcribendi, quàm rectè vivendi & agendi magiſtri.

C *In primo capite*, inquis, *agitur de orationis gratia & familiaritate Ignatii cum DEO.* Rectè dicis, perge, ſed ſine mendaciis. *Repetuntur*, inquis, *propemodum iiſdem verbis, quæ ineptiſſimè in ſuperioribus inculcata fuêre de copia conſolationis divinæ: de lachrymarum vi, quæ duo mutuò ſe tollunt.* Præſagiebat animus, fore, ut ſtatim ad ingenium redires: Quàm verè enim quis affirmet, te repetere eadem mendacia & convicia, impudentiſſimè in ſuperioribus inculcata, tam mendaciter ſcribis, Ribadeneiram, iiſdem verbis repetere, quæ jam alibi tractârit. De lacrymis & lætitia, quomodo ſimul conſiſtere (Lib. 2. c. 3.) queant, conſule, quæ ſuo loco dicta: ubi demonſtratum, alias lacrymas eſſe gaudii, alias mœroris. Hic tantùm ex te quæro, utrum illæ lacrymæ à dolore, an à lætitia (Gen. 45.) expreſſæ fuerint, cùm Joſeph fratrem ſuum *Benjamin amplexus flevit*, illo quoque ſimiliter *flente ſuper collum ejus, cúmque oſculatus eſt omnes fratres ſuos, & ploravit ſuper ſingulos.* Item quando Raguel *cum lacrymis oſculatus eſt* (Tob. 7.) *Tobiam, plorans ſuper collum ejus, cúmque Anna uxor ejus & Sara ipſorum filia, lacrymatæ ſunt* D *ob* inſperatum Tobiæ adventum.

(S. Athanaſ. lib. de Virg.) *Non omnes habent gratiam illam lachrymarum*, inquit S. Athanaſius, *ſed illi duntaxat,* E *qui mentem ſurſum attollunt, qui terreſtrium obliviſcuntur, qui carnis curam non gerunt, qui ignorant prorſus, an ſit mundus, qui mortificaverunt membra ea, quæ ſunt in terra, iſtis, inquam, ſolis data eſt gratia lacrymarum. Cor enim purum habentes, & perſpicaces mentis oculos, ii cùm adhuc in terra ſint, pœnas tamen inferorum cernunt, & æterna tormenta, & tenebras extremas, ploratum & ſtridorem dentium: Iidem quoque cœleſtia dona vident, quæ donavit Deus ſanctis ſuis & glorias & coronas, & ſtolas candidas, & cellas lucidas, & delicias inenarrabiles, & vitam æternam. Sed quid eſt,* F *quod ampliùs dicam? niſi illud, quod eſt præ omnibus admirabile, eum ſcilicèt, qui puram habet mentem, Deum interioribus oculis contemplari. Quòmodo igitur non poterit non plorare & lugere, qui iſta videt? Plorat enim & lamentatur, ut vindicetur à diris pœnis, atque iterum plorat & deprecatur, ut dignus fiat illorum cœleſtium bonorum muneribus.* Hæc S. Athanaſius. Ex quibus etiam intelligere potes, cur tu & alii Calviniſtæ dono lacrymarum careatis, quia, ut verbo Auguſtiniano utar, mundicordes non eſtis.

G Ait Auctor, Ignatium ob copiam lacrymarum intermittere debuiſſe divinum officium: ídque ſocios à Summo Pontifice impetrâſſe: *Hic quæri poſſit*, ait Miſenus, *cui ſtultitiæ potiores partes tribuendæ ſint: Ignatióne, qui continuò flevit, an verò iis, qui pro ipſo interceſſerint, an Pontifici, qui pro ipſo interceſſiones probârit.* Me, & quovis alio ſani judicii judice, nec potiores, nec non potiores ſtultitiæ partes Ignatio aut ſociis aut Pontifici tribues, ſed ipſe tibi & primas & ſecundas & tertias ſtultitiæ reſervabis, aut ſi necdum habes, certè tanquam proprias vendicabis, neque ullum in communionem tam præclari theſauri admittes. Nec dubito, quin dubites, etiam cùm epiſtolam S. Hieronymi de obitu S. Paulæ ad Euſtochium legis, cuinam potiores ſtultitiæ partes tribuendæ ſint; Paulæne, quæ perpetuò flevit, an S. Hieronymo & aliis ejuſdem Sanctæ familiæ incolis; qui, ne ob tam uberes lacrymarum fontes oculis aliquid detrimenti afferret, monebant, ut à profuſione tot lacrymarum deſiſteret.

H Cùm præter morem Jacobus Laines ab Ignatio juſſus eſſet, domeſticis omnibus unum in locum coactis, regulas quaſdam promulgare, ejuſmodi quiddam eveniſſe ſcribit Ribadeneira. Dum concio fit à Jacobo, ingens exauditur fragor, domus tota concutitur, tectum, ſub quo, ea ipſa hora, conſidere in horto primarii Patres à cœna conſueverant (erat enim Auguſtus menſis & calores maximi) repentè concidit: quos ſine dubio ruina oppreſſiſſet, niſi præter morem, conſuetudinémque in concione illos adeſſe Ignatius voluiſſet. Qui tectum collapſum videns, DEO, quòd omnes domeſticos ſervâſſet, gratias egit, mihique

videtur,

A videtur, inquit, DEus hoc facto significare
voluisse, istiusmodi regulas sibi esse non in-
gratas. Hic Misenus: *At ego puto hoc indi-
catum, futurum, ut regulæ illæ non diu dura-
rent: Sed intra breve spatium conciderent, præ-
sertim in Galliis.* Malus es Tiresias; quip-
pe non oculis, ut ille; sed mente captus, sæ-
pius jam insigne specimen dedisti, quàm
præclarus sis portentorum interpres, videli-
cet; quidquid tibi gratum acceptúmque es-
set; si eveniret, id eventurum auguraris;
sed quò minùs tibi fidem habeamus; impe-
dit experientia quotidiana, quæ non tuam
interpretationem; sed Ignatii sententiam
B confirmat. Nec est, quòd de Gallia triüm-
phes; nescis, quid serus vesper afferat. To-
ta illa persecutio *diligentibus Deum cooperabi-
tur in bonum;* tuæque invidiæ largam ali-
quando materiam subministrabit, in qua se
se exerceat & torqueat, & torquendo absu-
mat; ut taceam, ab eo tempore, quo tem-
pestas illa in nos coorta est, Societatem, aliis
terrarum in oris, magna accessione & ho-
minum & domiciliorum amplificatam esse,
ut jacturam illam Gallicanam; si solam amis-
sionem collegiorum spectemus, à divina bo-
nitate satis compensatam arbitrari possemus;
tantum abest, ut ex illo casu ruinam regula-
rum ab Ignatio præscriptarum ominari cum
ratione queas; nam sine ratione quidvis te
posse animadverto.

C Porrò in constitutionibus scribendis DE-
um consulebat Ignatius. Addis, *exemplo Da-
vidis scilicet:* imò sine tuo ironico *scilicet*,
exemplo & hujus sanctissimi Regis, & Moy-
sis, & aliorum omnium, quibus arduam
rem aggressuris perpetuo in more fuit, feli-
ces successus inceptis à Deo precari. *Modus*,
inquis, *additur. Exuebat inprimis se omni af-
fectu. Qui potuit, cùm homo esset?* Calum-
niaris, Misene, non præter tuam, sed præ-
ter mentem auctoris nostri; qui cùm ait,
Ignatium exuisse se omni affectu; non id
intelligit Stoicorum more; quasi eas actio-
nes, quas vulgò *passiones* nominamus, fun-
ditus extirpârit; qui enim potuit, cùm ho-
mo esset? Sed ita ait Ignatium in scribendis
regulis & constitutionibus omnem affectum
exuisse, quo pacto Judex in dijudicandis te-
stimoniis & probationibus, & in sententia
ferenda omnem affectum seponere dicitur;
ita, ut nihil tribuat amori, gratiæ & amici-
tiæ, nihil odio & inimicitiæ, nihil privatæ
suæ propensioni & inclinationi: Sed totum
pondus & momentum voluntatis suæ vertat,
& inclinet id pondus juris bonique publici,
eóque vergat & sequatur. Num & hic quæ-
res; qui potest Judex, cum homo sit? At-
qui posse debet; si legitimus & sincerus ju-
dex esse velit.

D Judicem ergo imitabatur Ignatius, cùm
leges, quibus Societatem astringeret, medi-
taretur; ita, ut non id præscriberet, quo
forsan à privato affectu ducebatur, vel duci E
potuisset, sed id, quod, re Domino com-
mendata, absolutè videbatur esse ad divinam
gloriam propagandam, proximíque salutem
procurandam conducibilius; licet fortassis
ad privatum Ignatii gustum minùs faceret.
Refert alicubi Ribadeneira, Ignatium Musica
admodum oblectari solitum, sæpéque testa-
tum, se, si sui duntaxat affectus rationem
habere voluisset, chorum seu cantum certis
horis persolvendum, in Societate institutu-
rum fuisse; quem tamen Constitutionibus
suis à Societate exclusit, exuto illo, quo ipse
in Musicam ferebatur, affectu. At quòd F
ais; *alios itidem posse moderari affectus; & pe-
tere auxilium Domini, & gratiam vera viden-
di;* id non negamus; quin si vel tu id fa-
ciàs, vel alius quicunque; valdè laudabi-
mus; nec quisquam nobis vitio vertet, si
moderationem perturbationum, & cupidi-
tatum & implorationem divinæ opis in te
commendemus: ac proinde neque Ribade-
neiræ crimini dare debebas; si studium hoc
in Ignatio debitis laudibus extulit; sed tu
hæc & similia scribens, reliquos homines
præ te putas esse *bardos & stipites* (agnoscis,
opinor, tua verba) qui nihil cogitent, nihil
considerent; oculisque ad tuas calumnias
pervidendas careant.

Subjungis: *Ultimo loco quod additur, hujus* G
*modum velim disertiùs explicatum: Quæ cogi-
tâsset atque invenisset, in conspectu Dei ponebat;
ut ipse confirmaret, quæ in ipso operatus esset.
Nam modus ponendi, & confirmandi, quis fue-
rit, non exprimitur, quod fieri debebat, ne Le-
ctor suspensus dimitteretur.* Facilè divinare
poteras pro tua sagacitate, quis fuerit mo-
dus *ponendi in conspectu Dei* ea, quæ cogitâs-
set & invenisset; Nimirum ea expendebat,
an talia essent, quæ Deo probanda videren-
tur. Item per preces Domino offerebat,
& quasi sistebat Ignatius, si quid regularum
scripto comprehendisset, orabátque Deum,
ut pro sua bonitate confirmare dignaretur
id, quod, ut scriberet, inspirâsset, nec aliter
petiit à Deo confirmari, quàm usu & expe-
rientia. Et in irritum Ignatii vota non ceci-
disse, nos meliùs, quàm Misenus novimus;
quibus compertum, editas ab Ignatio con-
stitutiones annis non esse labefactatas, sed
magis atque magis corroboratas.

In sequentibus, inquis, *ardua quæstio enu-* H
*cleatur, an omnia somnia Monachorum, quæ in
legendis, vel legendis exponuntur, per revela-
tionem objecta, an quædam sua sensu judicióque
statuerint?* Quæstionem hanc nusquam in-
venio apud Ribadeneiram. Itaque nescio,
unde ea tibi in mentem venerit; forsan ex
somnio. Verba Ribadeneiræ hæc sunt. Pa-
trem Jacobum Lainem, qui omnium San-
ctorum vitas, ortus omnium Ordinum, pro-
gressionésque legerat, sciscitatus est aliquan-
do Ignatius, quod ejus esset de regulis illo-

A rum Patrum constitutionibúsque judicium, qui ductores ipsarum religionum atque parentes extiterunt: num scilicet, quæ litteris mandâssent, posterísque suis tradidissent, ea omnia per revelationem accepissent: an ex his suo sensu quædam judicióque statuissent. Cui Jacobus, propius fidei esse respondit, gravissima quæque & maxima Instituti cujusque quasi fundamenta à Deo, qui omnium religionum fons est, Patribus illis tradita fuisse divinitus: reliqua, quæ minora sunt, & naturam ipsam religionis propriè non attingunt, Deum prudentiæ eorum, qui leges condiderunt, judicióque reliquisse. Hæc

B auctor noster. Tu omnes monasticas constitutiones vocas *phantasias, imaginationes, & superstitiones*, ejusdémque ponderis esse dicis tam maiores, quàm minores. Semel atque iterum in his tuis Scholiis nominâsti S. Basilium *virum sanctissimum & eruditissimum:* At iste vir sanctissimus & eruditissimus constitutiones monasticas, & regulas breviùs & fusiùs explicatas conscripsit; & Monachis discipulis & sectatoribus suis præscripsit. Num & has pro *phantasiis & superstitionibus* habes! Num fieri potest, ut vir sanctissimus & eruditissimus phantasias & superstitiones aliis imitandas proponat? Certè superstitionem à tali viro, utpote sanctissimo, excludit summa sanctitas, & phantasias seu nugas, ab eodem, ùt ab eruditissimo, excludit summa eruditio. Fortè dices: te constitutiones Monasticas à S. Basilio traditas non numerare in nugis & superstitioni-

C bus. Primùm, nullam video in Scholiis tuis exceptionem; quæ pronunciâsti, universim pronunciâsti. Secundò, si excipis S. Basilium, oportet, ut & alios Ordinum fundatóres ab hac culpa liberes. Nam in Regulis & Constitutionibus S. Basilii æquè multa continentur, quæ vobis hæreticis displiceant, ac in regulis & constitutionibus Ignatii, aut aliorum, qui Ordines fundârunt.

D At quod ait Auctor, Deum Religionum omnium fontem esse, id *consideratione magna egere dicis. Ordines enim nostros non esse à Deo, sed à Diabolo.* Rursus revoco te ad sanctissimum & eruditissimum Basilium; & quærò, num Ordo ab illo institutus (qui hodie frequens in Græcia, & in aliquot Italiæ & Siciliæ locis) sit à Diabolo? Estne sanctissimus, & eruditissimus vir Diabolus? aut si quid agat, agitne illud impulsu & instinctu Diaboli? Estne à Diabolo Ordo S. Augustini; quem, ùt Possidonius in ejus vita refert, ipse Augustinus instituit, imò hoc nomine calumniis à Petiliano Donatista impetitus est? *Deinde perrexit ore maledico*, inquit S. Augustinus de Petiliano, *in vituperationem Monasteriorum & Monachorum, arguens etiam me, quòd hoc genus vitæ à me fuerit institutum.* Ordo S. Benedicti, tuo judicio, à diabolo est; sed non judicio S. Gregorii, qui Benedictum, ùt virum divinum, ejúsque Ordinem, ùt di-

S. Aug. lib. 3. contra Petilian. cap. 40.

S. Greg. lib. 2. Dialog.

vinum opus immortalibus scriptis celebravit. Quantò, Misene, credibilius est, hæc tua tam blasphema mendacia à Diabolo proficisci, cùm, ùt verè ait S. Athanasius, *mendacia patrem Diabolum habeant: iique, qui mentiuntur, alieni sint ab eo, qui dicit: Ego sum veritas.* Si religiosi Ordines à Cacodæmone ortum ducerent, utique capitalis ille hostis opus suum & figmentum diligeret; neque tot machinis perpetuò expugnatum iret. Nulla res à Diabolo inventa & excogitata potest esse nota & symbolum Ecclesiæ Catholicæ; at Ordines Monachorum & monasteria tam virorum, quàm mulierom; & alios religiosos numerat S. Augustinus in notis veræ & orthodoxæ Ecclesiæ, in eo libro, in quo mores Catholicæ Ecclesiæ describit. Nullo igitur modo possunt esse à Diabolo; nisi & Ecclesiam Catholicam à Diabolo esse affirmare velis; quod de vestra Synagoga verissimè asseritur, quæ hac nota caret, & Monachos & monasteria jam dudum exterminavit, ùt & olim Manichæi. E

S. Athan. Apolog. ad Constantium.

S. Aug. lib. 1. de moribus Cath. Eccles.

F *Revelationes & illustrationes, quas ingeminant*, inquis, *Jesuitæ mendaciter, sibi reservent.* Atqui eas nobis reservare parati sumus. Quid turbas volentes & lubentes? *Si constaret*, inquis, *Ignatium fuisse vel Prophetam vel Apostolum immediatè à DEO vocatum, revelationes illas & visiones admitteremus.* Ergo tu nullas visiones & revelationes admittis, nisi quæ sunt sacris litteris comprehensæ. Falsæ sunt ergo omnes illæ revelationes, quas sanctis hominibus divinitus oblatas esse gravissimi & antiquissimi Patres testantur, ùt D. Gregorius Nyssenus, S. Augustinus, S. Ambrosius, S. Gregorius Magnus, S. Hieronymus, Theodoretus, Sulpitius, S. Paulinus, alii innumeri, de quibus illustrationibus & apparitionibus jam primo libro copiosè contra tuam imperitiam an impietatem disseruimus.

G Hic unicam tantùm ex S. Cypriano, Martyrii & doctrinæ laude in Ecclesia Christi semper spectatissimo, adducam, simúlque frontem Calvinisticam intuebor, utrum adeò omnem verecundiam absterserit, ut neget factum esse, quod tantus vir ante tot annorum centurias factum scribit; quódque teste Possidonio sanctus Augustinus crebrò ex sancti Cypriani libris commemorare solebat. *Quidam de collegis & consacerdotibus nostris*, inquit S. Cyprianus, *cùm*

H *infirmitate defessus, & de appropinquante morte sollicitus commeatum sibi precaretur; astitit deprecanti, & jam penè morienti, juvenis honore & majestate venerabilis, statu excelsus, & clarus aspectu, & quem assistentem sibi vix posset humanus aspectus oculis carnalibus intueri, nisi quòd talem videre jam poterat de seculo recessurus. Atque ille non sine quadam animi & vocis indignatione infremuit & dixit; pati timetis, exire non vultis, quid faciam vobis?* Hæc S. Cypria-

S. Cypr. lib. de mortalit.

Possid. in vita S. Augustini.

A Cyprianus de visione, quæ nec Prophetæ, nec Apostolo obtigit, sed Episcopo cuidam. Num tu Cyprianum mendacii arguas? Videamus os illud, quod eò impudentiæ procedet, ut Cyprianum vanitatis accuset. Num & hæc visio ad imitationem propheticarum visionum conficta est, ùt tu hic de visionibus Ignatio ostensis nugaris?

B Quàm porro scitè concludis, visiones Ignatii esse fictitias, *eò quòd omnibus ferè modis Ignatio aliquid revelatum scribatur*, quibus olim Prophetis res scientia humana subliiores divinitus innotuerunt, ídque, ut ostendas, omnes modos percurris. *Primus*, inquit, *modus est, cùm quis videt & intelligit, ùt Hieremias ollam succensam, & faciem ejus ab Aquilone, quo significari intellexit, conflagrationem urbis Hierosolymitanæ futuram per exercitum Babylonii Regis.* Nulla alia ex tot visionibus sanctis viris olim ostensis tibi occurrit, nisi illa Hieremiæ per ollam, credo ea de causa, quia scripsisti hæc in Bacchanalibus, quo tempore mens tua maximè erat in olla. Sed si propterea in fabulis numeras visiones nonnullas Ignatii, quòd ei per efformatas quasdam species sint objectæ, necesse erit, ut eodem loco habeas revelationes alias à probatissimis auctoribus memoriæ commendatas, sanctissimisque hominibus divinitus demonstratas, illas præsertim, quæ obtigerunt S. Antonio sanctitatis laude cumprimis conspicuo, ùt tu ipse fateris. Omittam alias; hanc, quæ præcipuè ad hunc locum pertinet, his verbis recenset S. Athanasius [S. Athan. in vita S. Ant.]: *Lamentabilis sequitur visio, & omni lachrymarum fonte plangenda.*
C *Cùm enim fratribus circa se sedentibus operaretur, intentè fixit oculos in cælum, gemens atque suspirans, & post aliquantum spatium revelationis incepta, nimio dolore contremuit, & statim fixis genibus ante DEI vultum provolutus oravit, ut clementia sua futurum scelus averteret. Succedunt orationi lachrymæ, metus ingens invadit præsentes, obsecrant, ut tanta calamitatis exponeret visionem. Singultus occupant vocem, lingua fletibus præpeditur, & in medio conatu sermo gemitu interrumpitur. Vix tamen cum vociferatione luctuosâ ait: Meliùs erat, ô filioli, impendens piaculum citâ morte lucrari. Sic incipiens, rursum lacrymis vincitur, & inter ægra suspiria tandem pectori commodans vocem; Magnum, inquit, quoddam, & universis seculis inauditum imminet nefas. Magno fides Catholica turbine subvertetur, & homines jumentis similes Christi sancta diripient. Vidi enim altare Domini mulorum circumdatum multitudine, qui crebris calcium ictibus omnia dissipabant. Hæc est causa gemituum meorum, quos audistis. Et facta est vox Domini dicens: Abominabitur altare meum: nec mora, visionem sequitur effectus.*

D *Nam post annos duos sævè Arianorum irrupit insania. Tunc Ecclesiarum fuerunt rapinæ, tunc divinorum temeratio vasorum, tunc pollutis Ethnicorum manibus sacra polluta sunt ministeria,* E *tunc paganorum opificum præsidia adversus Christum comparata cum assumptione palmarum, quod idololatriæ apud Alexandriam insigne est: ad Ecclesiam pergere compellebantur Christiani, ut Arianorum populi crederentur. Proh scelus! horret animus replicare, quæ gesta sunt. Virginum matronarúmque ereptus pudor: sanguis ovium Christi in Christi templo effusus, veneranda respersit altaria: Baptisterium pro voluntate gentilium pollutum est. Nihil defuit, visionis veritatem monstravit effectus, quod calcitrantium mulorum indisciplinatio, Arianorum esset impietas.* F *Sed istam tristitiam consequenti revelationis prosperitate consolatus est, & ait: Nolite filioli, mærori vos penitus dare: ùt enim iratus est Dominus, sic rursum miserebitur, & suum citò Ecclesia recuperabit ornatum, eósque, qui in persecutionibus fidem Domini servaverint, solito videbitis fulgore relucentes. Revertentur ad foveas suas serpentes: & religio longiùs propagabitur: tantùm videte, ne fidei vestræ sinceritas Ariana labe sordescat. Non Apostolorum, sed Dæmonum, & patris eorum diaboli ista doctrina est, ob id per insipientiam jumentorum, similis pecudum eorum expressus est animus.* Hucusque Antonius, cujus verba integra recitare libuit, quia non modò Arianos, sed & in Arianis Lutbetanos & Calvinianos vidisse & descripsisse videtur.

G *Secundus modus est*, inquis, *ubi videtur nihil, & vox tantùm instruens auditur.* Si loquaris de sola voce externa, & quæ sub audiendi sensum cadat, sine specie aliqua vel aspectabili, vel intelligibili, non memini me legere in vita Ignatii, exemplum alicujus veritatis hoc modo ei revelatæ: Si autem loquaris de voce & inspiratione interna, non abnuo, plurima Ignatium hac ratione cognovisse, sed num tu revelationem seu voce externa seu ioterna peractam, ideò pro fictitia habes; quia olim Prophetis & Apostolis hoc modo arcana DEUS pandit? Oportet ergo, ut & hic non modò Ignatii visiones fabulis adscribas, sed & non paucas tum aliis, tum S. Antonio oblatas. Quàm enim de variis rebus per internam inspirationem à DEO sæpius edoctus est? Quod te docere potest S. Athanasius, si doceri velis. H

De revelatione per solam vocem, illustre [S. August. l. 8. Confess. cap. 12.] habes exemplum apud S. Augustinum: qui cùm in amarissima carnis & spiritus lucta versaretur, nec quò se verteret, sciret, *& ecce*, inquit, *audio vocem de vicina domo, cum cantu dicentis, & crebrò repetentis, quasi pueri, an puellæ, nescio: Tolle, lege, tolle, lege. Statimque mutato vultu intentissimus cogitare cœpi, utrúmnam solerent pueri in aliquo genere ludendi cantare tale aliquid, nec occurrebat omnino audivisse me uspiam. Repressóque impetu lacrymarum surrexi, nihil aliud interpretans divinitus mihi juberi, nisi ut aperirem codicem & legerem, quod primùm caput invenissem. Audieram enim de Antonio, quòd ex Evan-*

A *Evangelica lectione, cui fortè supervenerat, admonitus fuerit, tanquam sibi diceretur, quod legebatur: Vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis, & veni, sequere me: & tali oraculo confestim ad te esse conversum. Itaque concitus redii ad eum locum, ubi sedit Alipius. Ibi enim posueram Codicem Apostoli, cùm inde surrexeram. Arripui, aperui & legi in silentio capitulum, quo primùm conjecti sunt oculi mei. Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione, sed induite Dominum JEsum Christum, & carnis providentiam ne feceritis in concupiscentiis. Nec ultra volui legere, nec opus erat. Statim quippe cum fine hujusce sententiæ, quasi luce securitatis infusa cordi meo, omnes dubitationis tenebræ diffugerunt.* Pari modo per vocem cœlitus missam non raró instructus est S. Antonius, teste D. Athanasio.

B *Tertius modus est*, inquis, *cùm præter vocem etiam videtur, qui loquitur, qui secundo augustior.* Hunc modum expertus est Ignatius, eùm Romam iret, ùt libro secundo diximus. Nec solus Ignatius, sed & alii complures, ùt D. Gregorius Thaumaturgus, Jacobus Eremita apud Theodoretum, S. Martinus apud Sulpitium: Valgius Catechumenus apud S. Paulinum, plurimi alii apud S. Gregorium, cum quibus oportet, ut Ignatii visiones vel probes, vel improbes. Nam si has veras esse existimes; illas autem Ignatii commentitias; statim poscemus rationem tam disparis sententiæ, quam tu legitimam nunquam reddes. Si autem omnes rejicias, tum minùs ægrè feremus, Ignatium cum sanctissimis illis Deóque acceptissimis viris à Calvinista repudiari.

C *Quartus*, inquis, *modus est, ubi apparitione nulla figura cujuspiam vel sensibilis signi, occultorum intelligibilis veritas percipitur revelatione divina.* Hic modus non modò apud Ignatium, sed & apud alios sanctos viros crebrò occurrit. Adjungis. *Horum graduum omnium exempla apud hunc auctorem offendes temerè, mendaciter & nefariè inculcata.* Nihil probas, Misene, sed tantùm asseveras pro tua temeritate, & mentiendi nefaria libidine, *temerè, mendaciter*, & *nefariè*. In vita S. Antonii reperies istos quatuor modos; Item in vita S. Martini, præterea in rebus gestis Anachoretarum apud Theodoretum, num & hic *temerè, mendaciter*, & *nefariè?* Num & Athanasius Antonium, Sulpitius Martinum, Theodoretus Anachoretas pro Prophetis vel Apostolis haberi voluerunt? ùt tu de Ignatio hic
D nugaris. Si nemini quidquam divinitus revelari potest, nisi iis, qui olim vel Prophetarum vel Apostolorum nomine censebantur: tum cupio, ut paucis te expedias, omnésque disertè visiones non Prophetis & Apostolis factas inficieris; ut sciam, quo pacto sis tractandus: nec gravatè facies apertè & publicè, quod nunc facis rectè & tacitè.

Vidimus, inquit Ribadeneira, frequen- E
ter Ignatium ex plantulæ, frondis & floris aspectu super cœlos attollentem se. Quid Misenus? *Quasi verò alii Christiani idem non fecerint, aut faciant.* Quid hoc ad rem? Non quæritur nunc, quid alii agant vel egerint; sed quid Ignatius egerit. De aliis alii memorabunt, si quid præclarè factitârunt: Nunc sine Auctorem nostrum bene facta Ignatii recensere, quæ licèt non sint propria, ita, ut in nullo alio reperiri queant; laudem tamen promerentur hoc ipso, quòd ab Ignatio quoque patrata sunt, quæ à quovis fieri vel debent, vel certè possunt. Si aliquem ab eloquentia, à recondita eruditione, à varietate lectionis, à rerum usu & providentia commendes, num aliquid de laude illius decerpitur, eò quòd eloquentia, recondita eruditio, & varietas lectionis, usus rerum & prudentia, in aliis quoque inveniantur? F

Quæ sequuntur, inquis, *itidem ad Christianos omnes pertinent, non ad solos Jesuitas, qui nescio quo pacto nos omnes habent pro paganis, Turcis, Ethnicis, illi ipsi his omnibus deteriores.* Quid calumniaris impostor? Quid vobis ademit vel Ignatius, vel Ribadeneira? Optabat Ignatius familiare nostris esse, ut DEUM in rebus omnibus præsentem cernerent: & mentes suas non in oratione tantùm ad cœlestia attollerent: sed universas res, atque actiones singulas in DEUM referrent, neque minorem devotionis spiritum in actione, quàm in ipsa meditatione sentirent. Et G
hanc quidem orandi consuetudinem assiduam, cùm in aliis, tum verò in hominibus piè occupatis, tanquam magis expeditam probabat. Hæc Ribadeneira de Ignatio. Quam, rogo, hoc suo voto Ignatius vobis injuriam irrogavit? An si nos tales sumus, quales optabat Ignatius, vos tales esse non potestis? Quo vel verbulo indicavit Ignatius aut Ribadeneira, vos Turcis, Ethnicis & Paganis deteriores esse. Judicio meo, non profers, quæ Ignatius dixit, sed quæ tibi tua conscientia dictat; quæ cùm te summæ improbitatis arguat, accusationem illam in Ignatium & Ribadeneiram transfers, quasi foris adveniat, non domi tuæ & intra præcordia nascatur.

Ait Ribadeneira, Ignatium tam ferven- H
ter orâsse, ut ex intentione animi morbum aliquando contraheret; propter hæc comparat Misenus Ignatium cum Messalianis seu Euchitis Hæreticis. Sed ùt quidvis ex quovis Misenus noster colligit; ita quidvis cum quovis comparat, non multùm sollicitus, utrum inter ea, quæ componit, aliqua affinitas intercedat. Nam inter Ignatium & Euchitas (quos latinè *precatores* appellare possumus) nullam fuisse similitudinem; tria hæc, quæ Theodoretus tradit, manifestè demonstrant. Primum est, in Baptismo non tolli peccata, sed *radi* tantùm. Dogma hoc Lutheranorum & Calvinistarum est, non Ignatii.

Theod. lib. 4. hæretic. fabul.

A Ignatii. Alterum, ſolam orationem fructuoſam eſſe; cætera omnia opera, inania, & nullius momenti. Nunquam ea mens Ignatio. Tertium, maximam diei partem dormire, doceréque, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum corporeis oculis videri poſſe, ídque in ſe, ſine aliqua aſpectabili ſpecie. Quæ deliramenta in cor Ignatii nunquam aſcenderunt, ut prætercam alia, quæ de his Ethnicis potiùs, quàm hæreticis S. Epiphanius [S. Epiph. Hær. 70.] ſcripta reliquit: quæ tam bellè quadrant in Ignatium, quàm probè encomia diaboli conveniunt in Angelum.

B Ait Auctor, Ignatium, cùm die natali Servatoris noſtri duo ſacra continenter feciſſet, in extremum vitæ diſcrimen adductum eſſe. *Miſſa*, inquis, *Ignatium propemodum interemit, quæ aliàs & vivis & mortuis prodeſt, ut Jeſuitæ volunt.* Etiam jejunium & oratio proſunt & vivis & mortuis; Et tamen fieri poteſt, ut ſtudium jejunii & orationis, ſi nimis ſit intenſum, corpus debilitet & frangat; imò & in diſcrimen vitæ conjiciat. Deinde nemo dicit, Miſſæ effectum hunc eſſe, ut, ſi quis, debilior præſertim, vel ob ætatem, vel aliam ob cauſam, ea ſpiritus & corporis contentione rei divinæ vacet, qua ſolebat Ignatius, detrimentum valetudini creare nequeat, ob exercitationem illam vehementiorem, quæ natura ſua corpori eſt adverſa: Erras autem, cùm putas, ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium tali caſu non prodeſſe vivis; Prodeſt enim cùm ipſi ſacrificanti, qui utique vivit, tum aliis vivis: Sed Hæretici ad viventem nullum emolumentum redire putant, niſi corpus efficiatur ro-

C buſtius. Video tamen, unde hoc ſcholium tuum proceſſerit: Audiviſti aliquando eſſe effectus quoſdam hujus ſacrificii quaſi *ſecundarios*, ut ſunt temporalia nonnulla commoda, & in his itidem ſanitas corporis; Quocirca miraris, quo modo, ſi corporis ſanitas hujus ſacrificii effectus eſt; Ignatius hoc ſacrificium immolando in ægritudinem inciderit. Sed notare debebas, quod orthodoxi Doctores de his effectibus docent; ita nimirum comparatos eſſe, ut ex *congruitate quadam*, arbitratu divino, citra legem & obligationem ex hac victima conſequantur. Quocirca bene fieri poteſt, ut quis, dum ſacrum facit, morbum contrahat; ſicut fieri poteſt, ut is, pro quo ægrotante hoſtia hæc DEO offertur, priſtinam valetudinem non recuperet; DEO melius aliquid, & quod hujuſmodi homini fructuoſius ſit, providente & procurante.

D *Reliqua*, inquis, *quæ adduntur, omnium Chriſtianorum communia, non Ignatio peculiaria: Omnes enim Chriſtiani ſuam voluntatem ad divinam accommodare debent.* Non quæritur, quid facere debeant; ſed quid faciant. Debere non meretur laudem, ſed facere. Cùm ergo Ignatius id, quod debuit, fecerit, nec obiter, ſed excellenter fecerit; meritò à

E Ribadeneira prædicatur; nec tamen ob id impedit, quò minùs alii quoque, qui, quæ debent, agunt, debitis laudibus extollantur. Valde autem deſipis, cùm toties pueriliter inculcas, fruſtra laudari aliquem ab illis, quæ à cæteris itidem præſtanda ſunt. Quanquam fateor, ſi omnes neceſſariò officium facerent, & eodem planè modo, ita, ut, quæ ſuarum partium ſunt, nec intermittere poſſent, nec contrarium agere, nec alter altero remiſſiùs vel ferventiùs; tum non niſi imprudenter commendaretur quis ab eo, quod omnibus commune & neceſſarium eſſet, non liberum & arbitrarium.

F Pergis: *Vide autem inſulſitatem auctoris.* Mendum ſubeſt huic loco, corrige, & reſcribe ex codice manu ſcripto: *Vide autem inſulſitatem Lithi Miſeni:* hæc enim germana lectio. *Redit*, inquis, *ad illuſtrationem Manreſianam: quæ qualis fuerit, ne ipſe quidem Auctor, frontis perfricliſſimæ, memorare audet.* Quid ais modeſtiſſimæ frontis homo? An [Lib. 1. c. 9.] non lib. 1. diſertè explicavit auctor noſter illuſtrationes Manreſianas, quæ, quot & quales fuerint? *Redit*, inquis, *eadem ſtoliditate ad lachrymas ſuperſtitioſi militis.* Tu eadem ſemper impudentia manes in calumniis & atrocibus injuriis, nil niſi indoctas criminationes fundere doctus: quid enim doctrinæ aut artis in his tuis ſcholiis, quæ ad hoc hujus libri caput alliùis!

G *Quod paulo poſt ſequitur*, inquis, *oſtendit auctorem non admodum verſatum eſſe in lectione epiſtolarum Canonicarum: nam quod piè ab Ignatio dictum putat, id multis antè ſeculis divus Jacobus monuerat.* Ait Ribadeneira, Ignatium magno deſiderio arſiſſe ex hoc carcere & vinculis evolandi ad Chriſtum. Additque, ex hoc fortaſſe moriendi deſiderio jugique meditatione mortis, admiratio illa naſcebatur, quam Ignatio cujuſvis hominis ſermo movebat, qui ſe poſt tres, quatuórve menſes aliquid facturum diceret: cui (ſi quem nactus eſſet ejuſmodi) tacita quadam, benevoláque reprehenſione admirans, ajebat; JESU bone, tam diu te victurum putas? Hæc Ribadeneira. Miſenus cùm aliud calumniari non poſſet; & tamen, pro more ſuo, calumniari vellet, ſimile quid jam dudum à ſancto Jacobo dictum & ſcriptum ait: quaſi verò Ribadeneira id neſciérit, & quaſi Ignatius ex hoc ipſo loco, non itidem acceperit aliquando occaſionem uſurpandi dictum illud in eos, qui quaſi immortales eſſent, ita cogitabant & diſponebant de rebus, quas longo pòſt tempore acturi eſſent, nulla humanæ conditionis, quæ incertiſſima eſt; mentione facta. An non jure commenda-

H tur is, qui agit id, quod ſanctus Jacobus fieri juſſit? quique exemplo & monitis ſuis etiam efficit, ut alii id agant, ſuiſque ſermonibus, velut ſolennem quandam formulam præmittant, vel adjungant illa verba: *Si Dominus voluerit: ſi gratiam & vitam dederit;* aut aliud

A bujus generis, quo significent, oon se; sed eum, qui in cœlis regnar, vitæ & consiliorum suorum esseDomioum & moderatorem: quæ res ita homioum pectoribus non modò à divina Scriptura, sed & ab ipsa natura est impressa, ut & Ethnicos videamus non raró addidisse suæ orationi hæc & similia: *Si superstes ero: Si Deus cœpta secundet: Deo dante.*

B *Quæ sequuntur*, inquis, *puerilia sunt, & atramento indigua, nedum charta:* Si bæc referantur ad tua convicia, assentior: Iodignissima enim sunt, & atramento, & charta, & lectione: dignissima orco, unde prodierunt: Si ad Scripta Ribadeneiræ referantur, dissentio; mecúmque à te dissentiet, quisquis proba mente perlegere volet, quæ apud Ribadeneiram sequuntur. Non exscribo, liber in medio est, & publici juris: notúsque jam Miseous, qui, cùm aliquid maximè damnat, tum noo qualecunque, sed grande bonum animo concipere debemus. Inter ea, quæ atramento indigna censet, numerat & hoc, quod Ignatius dixit: *se in divinis rebus magis habere passivè, quàm activè;* qui supremus gradus dieitur ac perfectissimus ab illis, qui de contemplandi ratione scripserunt. Si hoc puerile est; oporter viros perfectissimos & cœlestium rerum contemplationi deditissimos pueriles esse; quippe, quos tantis consolationibus & delitiis spiritualibus DEUS cumulet, ut illis noo tam studio & labore adipiscendis, quàm ultrò venientibus excipieodis & toleraodis laxandus sit animus: ex quorum numero unus fuit Hierotheus; qui, ùt ait sanctus Dionysius Areopagita; *erat divina patiens;* quem cùm hic citàrit Auctor, mirum est; te tanti viri aucturitatem non esse reveritum.

S.Dionys.de divin. nom. cap. 2. p. 1. in fine.

C *Sed de hac re*, inquis, *in sacris literis nihil exstat.* Exstat, si quis oculos id, quod exstat, videndi babeat. Moyseo enim & Davidem aliósque Prophetas, & Apostolos, potiùs in contemplatione divinarum rerum paoi fuisse solitos, quàm agere, facilè advertisses, si & sanctitatem istorum consideràsses; & quid de singulis horum diviriæ litteræ tradant, accuratè perpendisses. Et is, qui donis sancti Spiritus instructus est, non tam agit per hæc dooa, quàm agitur, non ad vulgaria, sed ad eximia & heroica virtutum opera, ùt Theologi tradunt, ut proinde & iste non tam sit agens, quàm patiens. Nec inficiaberis, opinor, Prophetas & Apostolos his cœlestibus donibus ornatos fuisse.

D Orantem in cubiculo, inquit Ribadeneira, Ignatium, ostio clauso, importunè janitor interpellavit aliquando, cui semel atque iterum pulsanti, nihil respondit Ignatius, cùm molestus esse pergeret, & perseveranter obtunderet, ostium aperuit, & quid, ioquit, tibi vis? Cui janitor: En, inquit, pater, literæ, quas qui reddidit, tua ex patria allatas dicit, simúlque litteras in maous Ignatio tradit: qui recluso ostio, litteras in lucentem caminum (erat enim hiems) cremandas conjecit, & continuò ad intermissam orationem rediit. Hanc historiam tu longè aliter narras. *Adeò*, inquis, *Ignatius excanduit, ut litteras in caminum lucentem cremandas conjiceret.* Affingis de tuo cerebro *excandescentiam.* Nibil de illa Auctor noster, ùt ex ejus verbis à me jam datis liquet, sed oisi tu *excanduisse* Ignatium finxisses, defuisset tibi occasio ejus, quod subjicis mendacii texendi. *Nota hic*, inquis, *falsò supra scriptum fuisse, quod Ignatius omni affectu se exuerit, nisi fortè Jesuitis excandescentia non est passio.* Comminisceris mendacia, quæ aliis mendaciis illustres. Nihil, ùt dixi, de ullo excandescentiæ motu hic Auctor, quem tu fortassis inde collegisti, quòd literas in ignem abjecit Ignatius: quasi boc nequeat fieri animo pacato & tranquillo, sine turbidis illis iracundiæ motibus. Quo autem sensu suprà dixerit Auctor, Ignatium omni affectu sese exuisse: suprà itidem explicatum est.

E

F Displicet tibi factum Ignatii. *Ejusdem*, inquis, *laboris fuisset seponere, quàm abjicere in ignem, ut appareat non tantùm melancholicum fuisse illum hominem, sed etiam stolidum.* Verùm ut maximè tu insecteris id, quod fecit Ignatius, at id non fecit sine exemplo veterum, vitæ morúmque sanctimonia præstantium virorum, ex quibus *unus, cùm ei post annos quindecim patris ac matris, amicorúmque multorum de provincia Ponti complures epistolæ delatæ fuissent, accipiens grandem fasciculum litterarum, diúque apud semetipsum volvens, quantarum*, inquit, *cogitationum causa erit mibi harum lectio, quæ me vel ad inane gaudium, vel ad tristitias infructuosas impellent? quot diebus eorum recordatione, qui scripserint, intentionem pectoris mei à proposita contemplatione revocabunt? post quantum temporis digerenda est hæc mentis concepta confusio, quantóque labore rursus iste tranquillitatis reparandus est status, si semel animus literarum permotus affectu, eorúmque recensendo sermones ac vultus, quos tanto tempore dereliquit, iterum eos revisere, ipsisq; cohabitare & animo ac mente cœperit interesse? Quos profectò corporaliter deseruisse nil proderit, si corde eos incipiat intueri, ac memoriam, quam seculo huic renuncians, quisque velut mortuus, abdicavit, reviviscens eandem rursus admiserit. Hæc volvens in corde suo, non solùm nullam resolvere epistolam definivit, sed nec ipsum quidem fasciculum resignare; ne scilicet eorum, qui scripserant vel nomina recensendo, vel vultus recordando, à spiritus sui intentione cessaret. Itaque ùt eum constrictum susceperat, igni tradidit comburendum. Ite, inquit, cogitationes patriæ, pariter concremamini, ne me ulteriùs ad illa, quæ fugi, revocare tentetis.* Hæc Cassianus de sancto illo Monacho. Quem si tu cum Ignatio H oon modò *melancholicum*, sed & *stolidum* voces: ooi injuria & atræ bilis helleboro expurgandæ, & stoliditatis plenissimus ab omnibus rectè seotientibus judicaberis.

Cassian. l.5. instit. cap. 32.

G

Nota

A *Nota etiam*, inquis, *inhumanitatem ejusdem, qui cognatorum litteras non perlectas combusserit.* Idem scholium apponas licet ad caput citatum Cassiani, ubi factum illius Monachi, de quo modò diximus, recenset. *Crudelitas hæc pietas est:* ùt in simili re dixit sanctus Hieronymus, & *inhumanitas, humanitas.* Nam parentes & cognatos relinquere, professionis religiosæ proprium est; quod eò perfectiùs præstas: quò minùs cum iis, quos semel reliquisti, consuetudinis habes sive præsens per sermones; sive absens per epistolas.

B *Tales non fuerunt*, inquis, *veteres illi Monachi Ægypti & Thebaidis incolæ, qui quanquam in solitudine degebant, non desinebant tamen quotidie legendo, scribendóque, se ipsos & amicos in remotissimis agentes locis consolari & juvare.* Quàm vera hæc sint, novit omnis ille, qui non est hospes in Cassiano, Theodoreto, sancto Hieronymo, Athanasio, & aliis, qui antiquorum Monachorum vitas & res gestas conscripserunt. Cedo, Misene, ad quosnam sanctus Paulus Eremita sexaginta annis, quos in eremo transegit, literas dederit; aut à quibus litteras acceperit? Dic etiam, cum quibus sanctus Antonius per literas egerit, integris illis viginti annis, quibus in monte quodam Thebaidis delituit à nemine mortalium unquam toto illo tempore conspectus, ùt refert sanctus Athana-
C sius: ad quem cùm postea in Monasterio versantem Constantinus Augustus, ejúsque liberi Constans atque Constantius litteras dedissent; vix multis suorum precibus, ut responderet, adduci potuit: *Quæ Monachis est ratio*, ajebat, *cum epistolis Regum? Cur accipiam litteras, quibus consueta nesciam reddere salutationis officia? Igitur rogatus ab universis fratribus, ut Christianos Reges suis litteris refrigeraret, ne scilicet per silentium ejus exasperarentur, ad susceptas epistolas convenientia rescripsit.* Quas sanctus Hilarion scripsit epistolas ad cognatos & amicos? Quas alii, quibus illud vel inprimis semper curæ fuit, parentum & cognatorum non modò consortio; sed & recordatione penitus sese abdicare?

D Ait Ribadeneira, Ignatium dicere solitum, persuaderi sibi non posse, hæc duo simul conjuncta in ullo hominum tam valde reperiri, quàm in se: ut in Deum videlicet æquè quis esset ingratus, & à DEO tam multa, tamque magna beneficia quotidie acciperet. *Mirè dictum*, inquit Misenus, *& quia in nullo homine contigit, etiam in Ignatio (si modò homo est) non contigisse puto.* Quid est, quod non putas contigisse? An Ignatium Deo non fuisse ingratum? Idem ego non contigisse puto, etsi Ignatio ob eximiam animi submissionem ita videbatur; sed non fugit te, alia esse sanctorum virorum de semetipsis judicia, qui Christianæ humilitatis tam tenaces sunt, ut nihil sibi arrogent; omnia potiùs derogent; & alias esse de ipsis aliorum sententias: ipsi se ipsos ingratæ mentis, & multorum peccatorum reos agunt; E alii vel ob hoc ipsum plenum humilitatis & modestiæ judicium, eò ardentiùs illos suspiciunt & admirantur. Si non putas contigisse, ut Deus plurima beneficia in Ignatium contulerit; redarguet te ipsa, quam cernis, & cernendo ringeris, Societas, quam Ignatius sine summo Dei beneficio instituere non potuit. Quòd si nullo alio munere divinitus ornatus fuisset; ob hoc certè perpetuas Deo grates persolvere debuisset. Itaque velis nolis, hoc mirè dictum admittere cogeris. Nam Ignatium Deo fuisse ingratum, imò ingratissimum, tu libentissimè dabis. Eundem summo beneficio à Deo affectum fuisse, hoc ipso, quòd tanti Ordinis parens extitit; id videlicet non nisi reclamante conscientia inficiaberis.

F *Consuetudinem*, inquis, *quam tenuit Ignatius orandi pro Regibus & Principibus, observavit semper Ecclesia.* Rectè dicis Misene; Ecclesia tenuit, & adhuc tenet hanc consuetudinem; sed utrum Misenus eam teneat, vel alius Miseno similis, id tam perspicuum non est, ut in dubium devocari non queat. Subjungis. *Quod autem addit: Ex quorum felici gubernatione universa tranquillitas pendet Ecclesiæ; intelligit Pontificem & Regem Hispaniæ.* Infelix ubique interpres es alienæ mentis, suadeo, ut te interpretandi munere abdices. Nam Ribadeneira, & hos duos, & omnes alios Christianos Reges, & Principes & Dynastas intelligit; pro omnibus enim
G preces fundendæ sunt. *Precantes sumus semper*, ut cum Tertulliano dicam; *pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes; senatum fidelem, populum probum, orbem quietum; quæcunque hominis & Cæsaris vota sunt.* Ferimus non modò Pontifici & Regi Hispaniæ, sed & omnibus aliis Principibus, *auxilia suo tempore; sed divina non humana armatura freti; idque facimus Apostoli monitis obedientes: Obsecro primùm omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt. Et quò cujusque insignior est pietas, eò majorem opem Regibus fert, magis quàm stantes in procinctu milites, & occidentes, quotquot possunt ex hostibus.*

Tertull. Apolog. cap. 39.

Orig. lib. 8. in Celsum.

H Calumnias, quæ sequuntur, mutuatus es ab Arnaldo, ea, opinor, conditione, ut pro quinque mendaciis reddas centum; non quinque pro centum. Ais: *Patrem hunc secuti filii, qui cùm in Galliis viverent, pro Rege tamen Galliarum orare noluerunt, sed pro suo Rege Philippo, cujus ingenti munificentia in hunc Ordinem, non mirum, elici preces Jesuitarum, & multò magis gratiarum actiones.* Aspis à vipera *venenum mutuatur*, hoc loco non es Misenus, sed Arnaldus; nisi potiùs utrumque velis esse sub uno *Misenarnaldi* vocabulo; donec

Tertull. lib. 3. contra Marcionem.

A donec tandem tertii calumniatoris naturam induas, & triformis chimæra fias; qui nunc tantùm es biformis Hippocentaurus. Non refuto hanc tuam de Rege Galliæ criminationem; quia eam jam pridem copiosissimè refellit Franciscus Montanus Ingolstadii latinè editus, quem lege, sed non in Bacchanalibus; quia tunc stultescis: neque in canicularibus, quibus te hæc Scholia descripsisse, & in ordinem digessisse ais; quia tunc præ nimio caniculæ æstuantis calore, in rabiem converteris. Aptius ergo tempus eligas oportet, si quid his scholiis aptius contra Montanum pro tuo charissimo Arnaldo afferre decreveris.

Montan. Apolog. cap. 30.

B *Sequitur*, inquis, *paradoxum superans Stoica.* Quodnam illud, oro, Misene, actutum profer, ut adjiciamus hoc plus quàm Stoicum paradoxum aliis paradoxis à Cicerone eleganter & fusè tractatis; si fortè in hoc paradoxo explanando & dilatando divitias eloquentiæ tuæ pandere & promere velis. Dicere consueverat Ignatius iis, qui prolixiore utuntur oratione, & multas horas in meditatione rerum divinarum collocant, magnopere cavendum esse, ne præfracti nimis ac duri fiant, & in proprio sensu pertinaces. *Mirificum dictum*, inquis. *Ex meditationibus rerum divinarum & precibus fieri homines præ-* C *fractos & duros & αὐθάδεις.* Mirificum dictum esset, si id contingeret, culpâ meditationum & precum; sed quia accidit, cùm accidit, culpa & vitio hominum, minimè tibi mirum videri debet. Nisi fortè mirificum itidem tibi videatur, eundem potum in salutares & in humores noxios converti, eundémque solis calorem stirpes non excisas fovere, evulsásque arefacere, non suo vitio, sed culpa rerum malè affectarum, potúmque illum & calorem excipientium. Sunt quidam natura sua duri, cedere nescii, suúmque potiùs, quàm alienum judicium sequi soliti, vel certè ita comparati, ut non magno negotio fiant duri & cedere nescii; qui orationis & meditationis studio, facilè eò prolabuntur, ut putent, se theodidactos esse, nec hominum magisterio & ministerio egere, quippe quos unctio spiritus per internos in- D stinctus omnia edoceat. Ex quo deinceps consequitur, ut superiorum monita contemnant, & sequi animo præfracto recusent, persuasi, se, ùt Deo familiares & charos, meliùs nôsse, quid facto sit opus, quàm sciant illi, quos Dei loco venerarentur & audirent, si Dei amantes essent. Illustre hujus rei exemplum prodidit Cassianus de Herone Eremita, qui vitæ solitariæ, & eorum, quæ cum hac connexa esse consueverunt, exercitatione, eò pervicaciæ processit, ut *maluerit suis definitionibus regi, quàm consiliis vel collationibus fratrum, atque institutis majorum. Siquidem tanto rigore*, ait Cassianus, *immutabilem jejunii continentiam semper exercuit, & solitudinis colloquie ita jugiter secreta sectatus est, ut ab eo participationem ineundi cum fraternitate* E *convivii, nec veneratio quidem diei Paschalis potuerit aliquando obtinere: In qua fratribus cunctis pro anniversaria solemnitate retentatis, solus non potuit aggregari, ne quantuluncunque perceptione leguminis parvi à suo videretur proposito relaxâsse. Qua præsumptione deceptus, Angelum Satanæ, velut Angelum lucis cum summa veneratione suscipiens, ejúsque præceptis pronо obediens famulatu, semetipsum in puteum præcipitem dedit, de Angeli videlicet sui sponsione non dubitans, qui eum pro merito virtutum ac laborum suorum nequaquam posse firmaverat ulli jam discrimini subjacere.* Cæterùm F cùm jam *penè exsanguis* de puteo *fuisset extractus, vitam die tertia finiturus, quod his deterius est, ita in deceptionis suæ obstinatione permansit, ut ei ne experimento quidem mortis suæ potuerit persuaderi, quòd fuisset Dæmonum calliditate delusus.* Hæc Cassianus. Quæ si perpendere velis, Misene; dictum Ignatii jam non ùt monstrosè mirum admiraberis; sed ùt planè verum & certum suspicies.

CAPUT II.

Refelluntur calumniæ in caput secundum & tertium.

G *Caput secundum*, inquis, *prædicat charitatem Ignatii erga proximos adductis aliquot exemplis: Primum confictum puto ex historiola quadam festiva.* Audite Lectores: Misenus putat primum exemplum charitatis Ignatii, à Ribadeneira commemoratum, commentitium esse: ergo commentitium est; nam quidquid Misenus putat, id ita est, ùt putat; quia omnis homo mendax & errori obnoxius; solus Misenus verax, labíque & falli & fallere nescius. Exemplum hoc his verbis refert Auctor. Lutetiæ cùm quidam pellicis amore nefario teneretur, neque ab illo Ignatius hominem posset ulla omnino ratione divellere, aliquando rescivit illum extra oppidum iturum, eò fortassè, ubi turpes ejus deliciæ erant. Ignatius igitur in lacum frigidissimum viæ, qua transiturus erat, adjacentem sese conjicit: corporéque gelidis aquis immerso, capite tantùm extans, ad illum jam appropinquantem, perge, inquit, miser, perge ad tuas fœdissimas voluptates: impendentem capiti tuo ruinam non vides? instantem pestem non perhorrescis? Hic ego pro te tamdiu me macerabo, donec justissimum Dei furorem in te paratum avertam. Exterritus homo: & hoc tam insigni charitatis exemplo perculsus, resistit, pedem refert, familiaritatem illam scelere copulatam statim discindit.

H Hanc historiam Misenus primùm quidem negat: vel certè in dubium vocat. Deinde cùm videretur nimis magnæ impudentiæ esse negare, ea solùm de causa, quia non lubeat credere, incredibili, ne dicam diabolica, malitia ad alias artes & strophas confugit:
Fieri,

A *Fieri*, inquit, *potuit, ut hoc modo, quo narratur, rivalis rivalem ab amica, ad quam ventitare voluerit alter; absterrere voluerit.* An non hæc calumnia dignissima est illo, qui à calumniandn Diaboli seu calumniatoris nomen reperit? Quantæ improbitatis, tam insigne charitatis factum; opus corpori tam mnlestum & adversum, ioterpretari quasi carnis & voluptatis causa susceptum fuerit, Ignariúsque alterum eluserit, eo modo, quo Comici adolescentes; vel eorum loco servuli & parasiti, & hodie Calvinistæ, & alii hæretici rivalibus os sublinere & melle sopo-
B ratam offam objicere cnnsueverunt. Mala mens, Misene, malus animus. Qui ista (Tertull. Apolog. c. 10.) suspicaris & credis de hnmine: *potes & facere, si non potes facere, non debes credere.* Multò minùs temerè scribere: Rivalitatis artificia seu dulcia seu aspera in vobis (Hæreticis) *esse, si consideraretis, proinde* io Ignatio *non esse perspiceretis, iidem oculi renunciâssent utrumque: Sed cæcitatis duæ species facilè concurrunt, ut, qui non vident, quæ sunt, videre videantur, quæ non sunt;* ùt nno modò verè, sed & scitè Tertullianus dixit.

C Dicere solebat Ignatius, se, si quid ad animarum salutem pertioeret, paratissimum esse, nudis pedibus, cornibúsque nnustum per plateas incedere: nullum denique recusare habitum, aut ridiculum ac prnbrnsum vestimenti genus, qund esse utile hominibus posset: quod re ipsa comprobavit, si quando sese occasio nbtulit. Dictum hoc Ignatii hoc scholio illustrat Misenus; *si didicisset ille miles, regnum Dei non esse in vestitu & cultu corporis, ejusmodi profanas voces & ridiculas, neque indignas cornuta bestia, non usurpâsset.* Dictum Ignatii hypotheticum est, ùt apparet ex verbis, quibus conceptum, & ejusmodi, quod mirer, si ulli bonn displicere queat. Quid enim? Ao tu, Misene, non ita affectus es, ut, si quid ad animarum salutem faceret, paratissimus esses ea facere & perpeti, quæ Ignatius facere & perperi volebat? Quòd si animulam aliquam vagam, miseram, variísque erroribus implicatam, hac ratinne posses reducere in viam, & ex errnrum labyrinthis explicare, an nnn promptissimè quidvis ageres, & tolerares? An si hoc ipsum profitereris publicè, meritò quis tua dicta reprehendat, ùt voces profanas, ridiculas, neque indignas cornuta bestia? An non meliore jure iste ipse reprehensor pro *ridiculo profano & cornuta bestia* haberetur?

D Dic mihi, utrum in speciem abjectius sit, (Rom. 9.) esse anathema à Deo; an eo, quem diximus, habitu nrnatum incedere? Prius illud cupiebat Apostolus desiderio fraternæ salutis incensus: posterius Ignatius, si quid inde emnlumenti ad salutem proximi redundaret. Qui cuperet conspui, ludificari, flagellari & cruci suffigi, si id aliquid utilitatis spiritualis hominibus pareret, ei vntum suum, te audiente, patefacere integrum non esset; sta- E tim enim audiret hnc tuum convicium: si iste didicisset, regnum Dei non esse in sputis, ludibriis, flagellis & cruce: *ejusmodi profanas voces & ridiculas, & cornuta bestia dignas non usurparet.*

F Claruit sub Justiniano Imperatore saoctissimus quidam vir Simeno nomine, qui ob hujusmodi actinnes, quas Ignarius suscipere, habitúmque ridiculum, quo idem vestiri cupiebat, cognomentum *Sali*, hoc est, *Stulti* vulgò adeptus est, quo nomine tu quoque eundem libenter afficies. Nôsse tamen debes, hunc Salum & vivum & mortuum plurimis enituisse miraculis, ùt testatur Lenntius (Leont. in vita Sim.) Neapolitanus in Cypro Episcopus, vir doctissimus, à Damasceno non semel citatus & laudatus, (Damasc. in orat. de Imag.) & à Patribus alterius Nicænæ Synodi ab eruditione & vitæ sanctimnnia valde commendatus. Ex qun, Miseoe, perspicere poteris, vntum Ignatii, aut cujuscunque alterius, qui simile votum concipiat, adeò onn displicere Deo, ut ipse Deus, mirabili & nculto consilin, excitârit aliquando, qui tnta vita sua stultitiam & amentiam simulârit. Ut enim nlim, *Placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes, quia in sapientia Dei non cognovit mundus per sapientiam Deum;* (1. Cor. 1.) ita & postea sæpe per stultitiam homines instruere, & ad meliora incitare voluit; & adhuc velle potest; & si velit, nemo est, qui nolle debeat volenti sese administrum præbere.

G *Quamobrem eos hortor*, utar enim defensione Theodoreti, (Theodor. in vita Simeonis.) *qui reprehendendi studio delectantur, ut linguam suam refrænent, & non temerè eam ferri permittant; sed potiùs considerent, quòd sæpe talia machinatus est Dominus, ut eis prodesset, qui sunt socordiores. Etenim jussit Isaiam ambulare nudum & nudis pedibus; & Hieremiam lumbis cingulum circumponere, & sic incredulis offerre prophetiam; & aliquando etiam lignea collaria & ferrum collo imponere. Unumquodque autem horum jussit fieri rector universorum, eos, qui sermoni non parebant, nec ut prophetiam audirent, in animum inducebant, admirabilitate spectaculi colligens, & ut divina responsa audirent, efficiens. Quis enim non obstupuit, cùm videret divinum hominem nudum ingredientem? Quis non desideravit scire causam, cur hoc fieret? Quomodo igitur universorum Deus jussit illorum unumquodque fieri, curam gerens eorum, qui ignavè & socorditer vivebant;* ita etiam, si Ignarius nudis pedibus, & cornibus onustus per plateas incessisset, Deus ipse admirabile hoc *procurâsset spectaculum, rei novitate & admirabilitate omnes trahens ad spectaculum, & efficiens, ut advenientibus credibilis exhiberetur admonitio.*

H *Adduntur*, inquis, *alia, quæ præstantur ab omnibus verè piis. Neque enim illi malum pro malo reddunt, sed vincunt in bono malum.* Non dixit Ribadeneira, solum Ignatium pro malo non

A non reddidiſſe malum, ſolúmque viciſſe in bono malum juxta Apoſtoli præceptum: Sed Ignatium etiam huic Apoſtolico monito obtemperâſſe; ùt ſolent pii. Quòd ſi hoc verè pii hominis argumentum eſt & opus, ùt tu affirmas, verè igitur pius fuit Ignatius. Si verè pius, cur non & laude dignus, cùm vera pietas jure prædicetur, in quocunque inſit: etiamſi in pluribus inſit; ſicut vitium meritò reprehenditur, in quocunque inſit, etiamſi in pluribus inſit.

B Subjungis: *Patientiæ, quæ prædicantur exempla, ut taceam de Sanctis, illuſtriora habemus in Pericle, Socrate, Demoſthene, Phocione, qui laceſſiti ultionem neglexerunt. Quid igitur novi fecit Ignatius?* Non quæritur, quid novi

Eccleſ. 1. fecerit Ignatius; ſed quid fecerit. *Nihil ſub ſole novum*, clamat Sapiens: *Jam enim præceſſit in ſeculis, quæ fuerunt ante nos:* Non ſola operis novitas; ſed opus laudem meretur; alioqui vix ullus virtutis actus meruiſſet laudem ſeculis poſterioribus; cùm vix ullum ſit reperire, quem non reperire liceat in illis, qui anteactis temporibus vixerunt. Si ergo aliquid laudari non debet, quia novum non eſt, quomodo laudabimus patientiam & conſtantiam Apoſtolorum & Martyrum novæ legis, quia utriuſque exempla longè illuſtriſſima præceſſerunt in patientiſſimo illo Job, in Tobia, in Machabæis, ut de aliis innumeris taceam? Si laudari non debet id, quod ex virtute geſtum eſt; quia novum non eſt; ſequitur, neque id, quod vel ſceleratè vel flagitioſè perpetratur, vituperandum eſſe & pu-

C niendum. Quid enim novi facit latro, ſi jam latrocinetur; fur, ſi furetur; mœchus, ſi alienum thalamum contaminet; quia latrocinia, furta, adulteria omnibus ætatibus commiſſa ſunt? Aut ſi vitium & poteſt & debet caſtigari & coërceri, licèt novum non ſit, cur non & virtus laudibus debitis extolleretur, licèt nova non ſit? Si quis mortuum exſuſcitet; cæco viſum reſtituat; ſurdo auditum; nihil novi faciet. Et tamen quis hominum eſt, qui talem hominem, ùt cœlo delapſum, non ſit admiraturus?

D Deinde licèt virtutis actus novus non ſit ſecundùm ſpeciem ſuam conſideratus; novus tamen eſt ſpectatus ſecundùm rationem ſuam individuam; quia nunquam antea extitit. Ergo quicunque aliquid ex virtute agit, is aliquid novi agit, dignum laude nova; ex quo habes ſolutionem ad illam tuam quæſtionem: *Quid enim novi fecit Ignatius?* Actus novos patientiæ fecit, ut & aliarum virtutum nova opera, nova, inquam, & ſecundùm rationem individuam, & circumſtantias; ſicut tu novas ſemper calumnias, & nova mendacia paris; licèt multos tui ſimiles calumniatores & impoſtores ſuperior ætas viderit. Quòd autem illuſtriora exempla patientiæ elucere ais in Ethnicis, quàm in Ignatio; id primùm nihil ad rem perti-

E net; non enim hic inquirimus, utrum Ignatius illuſtriora patientiæ exempla ediderit. Secundò, non tam veritatis amore, quàm odio Ignatii hoc tibi excidiſſe videtur. Quàm enim patientiæ virtute illuſtris fuerit Demoſthenes; docebit te vel unica illius pro Cteſiphonte oratio.

F Tertiò vel minimum patientiæ exemplum, à Chriſtiano gratia Dei prædito editum, illuſtrius eſt, quàm illuſtriſſimum ab Ethnico profectum. Ad extremum hic quoque Celſi ſpiritus te agitat; cujus Judæus, ut Chriſti honorem deprimeret, tandem huc etiam venit; ut diceret, *potuiſſe alios quoque multos tales videri, qualis JEſus duntaxat his, qui volunt decipi.* Cui Origenes: *Det igitur non multos, ſed paucos, imò vel unum iſte Celſi Judæus talem, qualis erat JEſus, qui cum tanta virtute doctrinam & decreta vitæ utilia invexerit in humanum genus, atque id à colluvie vitiorum ad meliorem frugem converterit.*

G Lutetiæ Pariſiorum, inquit Ribadeneira, quidam uſque adeò in Ignatium concitatus, ut ſcalas jam ad eum occidendum aſcenderet, vocem audiit dicentem ſibi: Infelix, quid facis? qua voce perterrefactus à propoſito deſtitit. Hanc hiſtoriam duobus argumentis falſitatis arguit Miſenus; Alterum eſt tale: *Optarem hujus hiſtoriæ adduxiſſe, vel ſaltem nominâſſe aliquot teſtes. Nam ipſe Petrus non ſatis videtur mihi fide dignus.* Alterum eſt. *Referatur hoc ad ſuperiora mendacia; quorum numerum alii colligant, quibus plus otii eſt.* Teſtes deſideras, non ut teſtes audias & credas; ſed ut calumnieris. Nam licèt facti hujus teſtes Auctor laudâſſet, tu, more tuo, derepentè contra teſtes excepiſſes, quia quiſquis teſtium pro Ignatii commendatione & ſanctitate teſtatur, is tibi fabuloſus eſt & mendax; quiſquis vel minimùm contra Ignatium profert, is tibi major omni exceptione videtur. Petiſne etiam teſtes vocis illius, quæ ad Auguſtinum in horto facta? *Tolle lege, tolle lege:* de qua ſuprà dictum. Quæ ſoli obtingunt, aliter confirmari nequeunt, niſi teſtimonio ejus, cui obtigerunt: aut ſi etiam aliorum; ad hunc primum fontem tandem veniendum eſt, unde cæteri ſua hauſerint. Hoc ergo Scholium tuum referatur ad ſuperiora tua mendacia & convicia, quorum numerum colligant illi, qui innumera numerare nôrunt.

H Subdit Ribadeneira hujuſmodi hiſtoriam. Acerbior extitit quidam Pater, impetu quodam animi abreptus in Ignatium, ac contumacior; pro quo in Miſſa orans Ignatius inſtantiùs, & magnam vim lacrymarum profundens, clamabat ad Dominum. Ignoſce Domine: parce Domine: Cui Dominus: ſine me, ego enim pro te vindictam ſumam, ego, niſi reſipiſcat, ultor exiſtam. Accidit autem poſtea, ut ille Pater in templo quodam Sanctorum Reliquias aliquando venerabundus

A bundus intueretur, & inter beatissima ossa, quasi hominis aspectum videret, truci vultu flagellum intentantis, nisi Ignatio paruisset. Quod ille ipse Ignatio, Ignatius mihi narravit. *Hic multa desidero*, inquis: Nos quoque non modò hîc, sed ubique desideramus à te tum alia, tum veritatem & candorem; cujus incredibile dictu, quanta apud te penuria. Sed audiamus, quid desideres. *Primùm, nomen patris;* si Auctor nomen hujus Patris expressisset, novissésne illum? Deinde prudentis Historici est parcere, quantum fieri potest, honori eorum, de quibus scribit; præsertim si quid scribat, quod parùm sit laudabile, cujusmodi fuit prædicti Patris factum. Quoties gravissimi Auctores nomen reticent, ne notam alicui inurant? *Debemus parci tacere vocabulum, largi dicere;* ajebat S. Hieronymus, cùm post recensitas sordes avari cujusdam, exponere vellet alterius liberalitatem. Quoties tu in his ipsis scholiis nomina suppressisti eorum, quos maximè nominatos oportuit, & quos etiam sine ulla infamia nominare licebat?

S. Hieron. in vita S. Hilarionis.

B Desideras insuper *nôsse locum & oppidum, seu locum oppidi:* Facilè colligere poteras, Romæ id accidisse, cùm Ignatius constituta Societate nusquam, nisi Romæ habitârit, sed ut non tam interrogandi, quàm criminandi materiam habeas, quæris de loco & oppido, ùt & de nomine templi, & de Reliquiis Sanctorum, quorúmnam cœlitum illa Lipsana fuerint. Quæris videlicet, non ut veritatem indages, sed ut telam mendaciorum, prout

C exorsus es, pertexas. Faciamus enim, hæc accidisse orano Romæ in Basilica S. Petri, ad sepulchrum & Reliquias ejusdem Apostoli; itáque à Ribadeneira proditum esse: num fidem adhiberes? Num à tuo Calviniano animo assensum impetrares, vel num is esses, qui Calviniano tuo animo assensum imperares? Perspicuè hîc video tuam mentem, quamvis pectus minimè clathratum, aut speculari materia inclusum geras. Fraudulenter ergo & planè Calvinisticè agis, cùm causaris, te assentiri non posse, ob omissas quasdam circumstantias, quæ ad rei veritatem nihil faciunt, cùm nunquam assensurus fueris, licèt omnia speciatim minutissimè Auctor expressisset. Nam quid de Reliquiis, & de toto revelationis genere sentias, sæpiùs jam planum fecisti, & ut non fecisses, satis ex hoc, quòd Calvinianus es, liqueret.

D *Addit*, inquis, *gratum fuisse Ignatium. Sunt etiam alii Christiani.* Quis negat? Sed num omnes? Deberent quidem omnes esse grati, sed num omnes sunt, quod esse deberent? Nam & tu Catholicus esse debebes, & tamen Calvinista es. Quid, quòd inter ipsos gratos reperiuntur gradus. Alii enim aliis gratiores. Quòd si hac laude eximiè Ignatius claruit, cur invides, cur non potiùs imitaris; si non Ignatii, certè virtutis gratia? Addit, abstinuisse à litibus. *Abstinent*, inquis, *& alii. Quid igitur eximii babuit Ignatius?* E Hoc eximii babuit, quòd cum his, qui abstinent à litibus, abstinuit & ipse: quod tu & tui similes litigatores non facitis.

F In capite tertio agit Ribadeneira de humilitate Ignatii. *Auctor sibi non constat*, inquit Misenus: suprà dixit, illum delectatum Lib. 4. c. 18 fuisse cultu corporis mundo, & alienum fuisse à sordibus; hic ait, *vilissimo habitu ac seminudum incessisse, & tanquam mendicum*, cum mendicis hospitatum esse. Distingue tempora; & mendax tua contradictio evanescet: posterius hoc asseruit Auctor de primordiis conversionis Ignatii, cùm Manresæ degeret, & alibi locorum, ante Societatem initam. Prius illud scripsit de Ignatio, cùm jam Sacerdos esset, & fundamenta hujus religiosæ familiæ jecisset: quamvis tu pro tuo Calviniano candore, qui ab Æthiopico non multum distat, verba Ribadeneiræ depravas, quæ sunt ista: Vestitus ejus vilis & neglectus, sed mundus, cultus ipse sine cultu: Nam quod de sanctissimis viris Nicolao ac Bernardo memoriæ proditum est, paupertas semper ei placuit, sordes nunquam.

G *Sequitur*, inquis, *lepidissima narratiuncula.* Audiamus illam non tuis sed Ribadeneiræ verbis; sic enim gravis & vera historia gravi lectori videbitur, non *lepidissima narratiuncula:* Cùm Pater Laines à quodam ex nostris audivisset, in tutelam Ignatium Archangelo à DEO datum, ipsummet Patrem, verúmne esset, familiariter interrogavit; à quo verbis responsum nullum accepit, sed vultus mutatione, ac rubore oris. Sic enim est verecundatus (ut verbis Lainis utar) sic expavit, ùt virgo solet castissima à viris sola deprehensa. Hæc Ribadeneira. Ad quæ Misenus: *Fortasse puduit ipsum alienæ adulationis; & silentio tamen verecundo comprobavit mendacium: quod videbat ad commendationem sui valde esse utile.* Si talis fuit Ignatius, qualis à te depingitur, nempè qui eminentis prærogativis nomen & sanctitatis famam sibi comparare voluerit; fieri non potuit, ut eum puderet illius, quod à Laine audiebat, etiamsi adulatoriè dictum fuisset. Thrasones enim non suffunduntur pudore adulationibus, sed exultant potiùs, & tum mirificè sese circumspiciunt, cùm fictis laudibus cumulantur, cujus rei illustre exemplum suppeditabit tibi miles ille gloriosus, & frater tuus Artotrogus apud tuum Plautum. Erubuit igitur eo modo Ignatius, quo erubescere solent homines, virtutis & DEI amantes, cùm bona & dona sua propalata vident, quæ ipsi celata vellent.

H Deinde quidnam est illud portenti, quod addis, Ignatium *verecundo silentio comprobâsse mendacium:* Potéstne ullum silentium verecundum dici, quod comprobet mendacium? perinde est, ac si diceres, ipsum mendacium posse esse verecundum; cùm proferre mendacium & comprobare prolatum, sit eadem culpa: Non enim solùm in culpa est, qui facit malum;

A malum; *sed & qui consentit*, ùt auctor est Rom. 1. Apostolus. Præterea quidnam tibi in hac historia incredibile videtur? An Ignatium Archangelo in tutelam datum? Atqui incredibile tibi non videretur; si quod Orthodoxis persuasissimum est, tibi itidem persuasum esset; nimirum, cuilibet homini à primo ortu deputari divinitus Angelum custodem, quod non uno testimonio Scripturæ, & longè pluribus sanctorum Patrum confirmare liceret, si id nunc ageremus; sed quia aliud agimus, mitto te ad commentarium Gregorii de Valentia in primam partem S. Thomæ, ubi de hoc argumento copiosè disputat etiam contra tuum Calvinum. Greger. de Valent. tom. 1. disp. 8. q. 6. p. 3.

B Quòd si non alicui infimi chori Angelo, sed alicui ex secundo choro, qui Archangeli appellantur, Ignatius commendatus est: neque hoc tibi mirum videri debet, tum quia communis est Doctorum sententia, non modò ex infimo choro, sed ex secundo, imò aliquando etiam ex supremis mitti & deputari Hebr. 1. quosdam, tanquam *administratorios spiritus propter eos, qui hereditatem capiunt salutis*; tum quia Ignatius Ordinis longè latèque diffusi parens & institutor futurus erat: ergo alienum à divina providentia non est, ut ei, tanquam maximi operis architecto, præstantioris naturæ Angelum, custodiæ & tutelæ causa assignârit, quod de aliis itidem religiosorum Ordinum fundatoribus par est credere.

C Pergis. *Suprà fecit Stoicum ex Ignatio, jam transformat illum in Cynicum.* Ubinam, oro, ex Ignatio Stoicum Ribadeneira fecit? An suprà, ubi dixit, Ignatium scribendis regulis & constitutionibus omni affectu sese exuisse? At ibi demonstravimus, Ignatium non aliter omnem affectum exuisse, quàm omnis incorruptus & sincerus Judex omnem affectum exuere debet, si officio suo legibus justitiæ convenienter fungi velit, ut proinde non modò Ignatium, sed & omnem Judicem, Miseno judice, oporteat esse Stoicum. Deinde cur non considerâsti hæc verba, quæ auctor infrà habet in capite de mortificatis affectibus, ubi ait: Appetitus omnes sic Ignatius, DEI gratia, studio laboréque pervicerat, & obedientes rationi effecerat, ut non quidem ἀπαθὴς, & absque omni animi affectione esset (hoc enim hominis naturæ est alienum) sed certè, ut ab omni commotione animi, motúque turbulento vacuus videretur, erátque id consecutus, ut, cùm calidus natura, corporísque constitutione biliosus esset, propter summam tamen lenitatem, quam in omni sermone, vitæque consuetudine adhibebat, frigidus ipsis medicis, lentúsque potiùs videretur. Hæc verba tibi Epicureo omnem suspicionem de Ignatii Stoicismo tollere poterant. Longè enim alia Stoicis mens fuit, quod scire debebat Misenus, nisi amens esset.

D At cur transformat Auctor noster Ignatium in Cynicum, si Miseno credimus? E Videlicet ob hoc Ignatii desiderium, quod his verbis Ribadeneira commemorat. Mihi aliquando dixit, illud sibi à DEO petendum esse, ut ipsius mortui cadaver volucribus, & feris laniandum abjiceretur. Nam cùm ego, inquit, sterquilinium, & detestabilis omnino sim, quid aliud meis criminibus dignum expetam. Si Cynicus est, quisquis jacturam sepulchri facilem arbitratur: Cynicos fuisse oportet, non modò multos Philosophos à Cynica disciplina alienissimos, sed & integros exercitus, *qui*, ùt inquit S. Augustinus, *dum pro terrena patria morerentur, ubi postea jacerent, vel quibus bestiis esca fierent, non curârunt.* S. August. l. 1. de civit. cap. 12. F Sed quia nonnulli Cynici cupiebant olim, sua corpora abjici escam canibus & volatilibus; ideo quisquis nunc ex animi submissione, & Christiana humilitate idem suo corpori contingere optat, is scilicet à Miseno Cynocephalo transformatur in Cynicum, quasi non alio longè fine hujusmodi desideria conceperint Christiani, & alio Cynici; Christiani, amore DEI, & studio humilitatis; Cynici amore vanitatis, & popularis auræ, quippe *animalia gloriæ*, ut viderentur aspernari ea, quæ plerique mortalium maximi pendebant, splendida videlicet, & ùt sanctus Hieronymus loquitur, *operosa saxis sepulchra.* S. Hieron. in vita S. Pauli.

G *Ais, si propter scelera se dignum judicavit ejusmodi sepultura, de tali patre non valde gloriari poterunt Jesuitæ.* Imò gloriamur, Misene, tali Patre, tam humili, & tam moderatè & submissè de se sentiente, qui cùm tantis pœnitentiæ operibus, præteritæ vitæ qualiacunque peccata expiâsset; cupiebat tamen, vel ipso suo jam exsangui cadavere debitis sepulchri honoribus privato, compensare injuriam DEO quondam per malè commissa illatam. Alia sunt Christianæ & religiosæ humilitatis; alia Calvinianæ & Hæreticæ arrogantiæ judicia. S. Paulus jam Apostolus, & tot miraculis clarus: qui DEUM jam non semel viderat: qui dixerat, constare sibi, se non separatum iri ullis molestiis à charitate, quæ est in Christo Jesu; *primum ex peccatoribus*, sese appellat, insigni humilitatis documento. Nec hac professione & sententia sua Christianos absterruit, quò minùs gloriarentur Paulo Apostolo & Doctore suo: imò potiùs hac tanta submissione incitati sunt ad vehementiorem tanti viri amorem, nec ulli ob hoc Pauli de semetipso judicium, illum habuerunt pro scelerato, nisi Miseno similis Alexander ærarius, & alii de genere eodem. 2. Tim. 4.

H *Habuimus*, inquis, *Stoicum, habuimus Cynicum, jam planè habemus insanum.* Cupiebat enim Ignatius omnibus ludibrio esse. Et si animo indulgere suo voluisset, nudus, despicatus & oppletus sordibus, ut insanus haberetur, per vicos ambulâsset. *Quæ est ista humilitas*, exclamat Misenus, *simulare vesaniam,*

A *niam, vel haberi pro insano?* Si insanus est, qui pro insano habetur, vel haberi cupit, oportet certè Christum Dominum insanum fuisse; quia ab Herode, velut fatuus & mente captus, veste candida, ludibrii causa, indutus est. Insanis adjunges etiam Davidem, qui insaniam simulavit. Stultis adjunges Paulum, & Apostolos cæteros, quia *nos stulti propter Christum.* Quæres & hic ex Christo, Paulo, & Apostolis, *quæ est ista humilitas haberi pro insano vel fatuo?* imò tanta humilitas est, ut eam ne intelligere quidem possis, nedum imitari. Audivit Christus à Judæis atrocissimum illud convicium, *Dæmonium habet & insanit.* Audivit & S. Paulus illud: *Insanis Paule.* *Quid venit insanus iste ad te?* ajebat ille ad Jehu de puero Prophetæ, qui unxerat *Jehu in Regem super Israël.* An non eximiæ humilitatis fuit hujuscemodi maledicta æquo animo ferre?

Joan. 10. Actor. 26. 4. Reg. 9.

B At non cupiebant ferre, inquis. Imò verò cupiebant: nisi enim cupivissent, patienter & humiliter non tulissent: quia patientiæ & humilitatis opera cupientis sunt & volentis, non nolentis. Quanquam fateor, non cupiisse illos peccatum, quod patrabant, qui Christum, Paulum, & alios, tanquam insanos traducebant; posito tamen, quòd mali illi malè agere vellent, nulla ad id necessitate adacti, non refugerunt Christus, Paulus, & alii Sancti, materiam patientiæ & humilitatis inde sumere. Idem consilium hac in re fuit Ignatii, imitatoris Christi, & Pauli, & aliorum Sanctorum, qui anteactis temporibus vixerunt.

C *Si hæc*, inquis, *est sapientia Jesuitica, quid stultitia sit, nescio.* Omnino hæc est sapientia nostra, quia & sapientia Christi est, & Pauli & aliorum: eam tibi videri stultitiam, quid mirum? *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus DEI. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere:* ùt verissimè dixit Apostolus. Nescio, qualis Christianus sis, Christiane Lithe, cùm nihil pro Christo ferre sis paratus. Nisi enim pro Christi nomine insanus haberi velis; si ita occasio vel necessitas ferat; qui pro Christo vitam cum sanguine fundes? hoc enim longè gravius est, quàm illud, nisi fortè, ùt verbum crucis pereuntibus; ita etiam verbum mortis Christi causa oppetendæ, stultitia sit Calvinistis.

1. Cor. 2.

1. Cor. 1.

CAPUT III.

Calumniæ Miseni in caput quartum & quintum.

D CApur quartum explicat, quid Ignatius senserit de obedientia, ubi Misenus noster totus lithus est seu lapis; sed animatus, ea de causa, quia vim & rationem obedientiæ capere nequit, voces non hominis, sed bruti alicujus mittit. *Obedientia*, inquit, *quam Ignatius commendat, non pecude, nedum homine digna est.* Legat Lector apud Ribadeneiram aurea Ignatii de Obedientia monita & dictata; & facilè animadvertet, hanc Miseni censuram non ab homine, sed à *pecude* profectam esse. Præter cætera ferre nequit Misenus hoc documentum Ignatii, quod est octavum de obedientia. Ita me instituam quasi corpus mortuum, quod neque voluntatem, neque sensum habet. Secundò, non aliter, quàm parvulam quandam statuam, quam, quoquoversum velis, haud repugnantem vertas. Tertiò, talem me fingam ac præstabo, qualis baculus in manu senis est, ut me ad arbitrium suum utatur, ibíque ponat, ubi eum adjuvare maximè possim, sic ego paratus ad omnia sim, ad quæ mea opera Religio uti velit, nihilque recusem, quod sit imperatum. E

F *Hæc verba*, inquit Misenus, *hominis insanientis sunt; non ratione utentis.* Si pronomen demonstrativum, *Hæc*, demonstret tua verba, non gravatè concesserim, ea insanientis, non ratione utentis esse; si verba Ignatii demonstret, hæreo: imò non hæreo: sed sanctè affirmo, mecúmque affirmabit, quisquis rationem non amisit, ea prudentiæ, pietatis, & doctrinæ religiosæ plenissima esse, & talia, quæ vim & naturam obedientiæ significantissimè ob oculos ponant, deprompta ex veterum Patrum de obedientia præceptis, præcipuè sancti Basilii; qui Religiosum non aliter format, quàm Ignatius, ùt te alibi quoque monui. Vult Basilius, vir sanctissimus

Lib. 1. c. 6.

G & eruditissimus (hoc enim elogio jure à te decoratur) Religiosum esse erga Superiorem, ùt *instrumentum artis erga artificem:* Ignatius, ùt baculum comparatione senis. Basilius vult illum esse ùt *ovem erga pastorem;* Ignatius ùt statuam erga suum motorem. Basilius vult esse talem, qui nihil examinet, ubi expressum peccatum non apparet, qui nullam rationem præcepti postulet, qui sine ulla inquisitione mandata capessat, promptus & alacer: Ignatius, ut hoc ipsum planiùs & clariùs explicaret, dixit, obedientem mortui instar debere esse; respectu ejus, qui imperat. Quis enim minùs, quàm mortuus, rationem ab imperante flagitat? Et hæc perfectissima & absolutissima obedientiæ forma est, quam meritò Ordinum Institutores à filiis suis exigunt.

H *Quemadmodum enim Deus pater omnium & existens, & vocari volens*, inquit sanctus Basilius, *exactissimam à servis suis exigit obedientiam? Sic etiam spiritualis pater, inter homines, ad Dei leges suas constitutiones adaptans, minimè dubiam obedientiam requirit. Si enim is, qui arti alicui mechanicæ, ex harum videlicet numero, quæ ad præsentem vitam utiles sunt, seipsum tradit, omni modo obedit artifici, & in nulla re adversatur illius præceptis, & neque paululùm ab hoc discedit, sed omni tempore in oculis magistri est, cibúmque ac potum & reliquam diætam eandem suffert, quam ille præscripserit: multò magis, qui ad pietatis & sancti-*

S. Basil. Constitut. Monast. c. 9.

A *ſanctitatis diſciplinam proficiſcuntur, ubi ſemel ſibi ipſis perſuaſerunt, quòd talem ſcientiam à præceptore diſcere poterunt, omnem obedientiam, & circa omnia exactiſſimam ſubditionem ſibi exhibebunt: & non rationem præceptorum exigent, ſed opus ipſum præceptum perficient, niſi quantum honeſtè, & cum decenti pudore interrogent ac erudiantur, ſi quid ignorent ex his, quæ ad ſalutem attinent.* Hæc S. Baſilius.

B Num & hæc verba hominis inſanientis ſunt, oon ratione utentis? Sed enim meritò miretur quis, cur hæc obedientia videatur Miſeno *pecude digna*, non homine. Num ideo, quia imperata facit, non poſtulata ratione imperii! At hoc obedientiæ proprium eſt: quidquid calumnietur Miſenus cum Celſo, qui & ipſe olim Chriſtianos ridebat; quòd iis, quæ à Chriſtiana fide traderentur, ſimpliciter, ſine ulla inquiſitione aſſentirentur. Ita enim Origenes de Celſo: *Adhortatur, ut rationis ductum ſequendo, accipiamus dogmata, alioqui omnino fore, ut decipiamur, ſi aſſentiamur temerè, & eos, qui ſine ratione creduli ſunt, ſimiles ait eſſe his, qui delectantur circulatoribus & præſtigiatoribus, & Mithriacis, & ſabaziis, aut quibuſcunque Hecates ſpectris aliorúmve Dæmonum. Sicut enim illius generis homines ſceleſti plerumque, illudentes ſimplici vulgo, ducunt eum, quocunque libet, ita ait, apud Chriſtianos fieri ſolere. Addit, quoſdam ex his ne velle quidem rationem fidei vel reddere vel accipere, uſurparéque illud dictum: ne examina, ſed crede: & fides tua ſervabit te. Soleréque dicere; mala res eſt ſapientia, bona verò ſtultitia.* Hæc Celſus de obedientia Chriſtianorum erga religionem Chriſtianam, à quo tu obedientiam religioſam promptè & alacriter juſſa exequentem calumniari didiciſti, ut mihi quidem, neſcio à quo pictore, ad exemplar Celſi calumniatoris calumniator effictus videaris.

Orig. lib. 1. contra Celſ.

C Teſtatur Clemens Alexandrinus, *cùm floreret Phryne Theſpiaca, pictores omnes expreſſiſſe Veneris imagines ad pulchritudinem Phrynes; & lapicidas Athenis Mercurios effinxiſſe ad Alcibiadem.* Tu quoque, Miſene, vel ad Celſi, vel alterius vetuſti Sycophantæ ideam efformatus es; adeò ubique nobis veteres illos criminatores repræſentas. Sed quod in Religioſis reprehendis, id, velis nolis, ipſe præſtare debes, ſi vir bonus eſſe velis, civili magiſtratui & legibus loci, in quo degis. Nam ut tu rationem repoſcas à magiſtratu, vel legibus, eorum, quæ tibi facienda injungunt, id certè monſtri ſimile eſſet, & hactenus in omni bene conſtituta

Clem. orat. exhortat. ad Gentes.

D Republica inauditum. Quæro igitur ex te, num obedientia illa, quam non petita ratione magiſtratui & legibus exhibes, non ſit pecude digna, nedum homine? Ac proinde uſurpare hic licet verba Origenis calumnias Celſi tui refellentis; *Iſti*, inquit, *qui verbis à nobis diſſentiunt, operibus idem, quod nos, faciunt. Quis enim eorum, qui ſe contulerunt ad philoſophiam, aut fortè fortuna alicui ſectæ deditus, aut à magiſtro inductus, aliter ſe ad eam applicat, quàm ſi credat illam præſtantiorem cæteris. Non enim exſpectat, donec auditis omnium philoſophorum opinionibus, earúmque varietatibus, tum ſingularum aſtructionibus aut ſubverſionibus, ita demum electionem faciat; Stoicúſve malit fieri, an Platonicus, an Peripateticus, Epicureúſve, an cujuſque ſectæ philoſophicæ, ſed ratione quapiam, aut potiùs, etiamſi hoc inficientur, impetu feruntur ad exercendam diſciplinam, verbi gratia, Stoicam, relictis cæteris.* E

Orig. lib. 1. contra Celſ.

Paulò pòſt: *An non eſt rationi conſentaneum, cùm res hominum omnes à fide pendeant, DEO potiſſimùm credere? Quis enim navigat, aut uxorem ducit, aut liberis procreandis dat operam, aut ſpargit in terram ſemina, non meliora ſperans aut credens, quamvis poſſint contraria accidere, & interdum accidant? Quòd ſi omnes hujus vitæ actiones, quarum exitus eſt dubius, bona ſpes futurorum & fides continet, qui hac freti navigamus, ſeminamus, conjugiis operam damus, cæteriſque humanis negotiis: quin potiùs credimus DEO rerum omnium opifici.* Hæc & plura in hanc ſententiam Origenes. Quæ ad Religioſam obedientiam, obſequi duntaxat, non examinare ſuperioris mandata ſolitam, per me accommodes licet: diſpiciáſque, num pecudem an hominem inſtruxerit S. Hieronymus; cùm hoc præceptum cuidam dedit: *Præpoſitum Monaſterii timeas ùt Dominum; diligas ùt parentem. Credas tibi ſalutare, quidquid ille præceperit, nec de majorum ſententia judices, cujus officii eſt obedire, & implere, quæ juſſa ſunt, dicente Moyſe: Audi Iſraël, & tace.* F

S. Hieron. Epiſt. ad Ruſticum.

Sed ſatis de obedientia cum Miſeno obedire ignaro. Si fortè hæc ſtuporem tuum non expugnant, inſignem illam clariſſimi viri, Doctoris PETRI STEVARTII pro Societate noſtra contra Leiſerum Apologiam adi, ubi multa de religioſa obedientia eleganter & ſapienter diſputantur. G

Adi & Caſſianum, & ad ea, quæ de obedientia cùm aliorum, tum Abbatis Joannis & Mucii ſcribit, bruta tua ſcholia adjice; qui quidem Joannes per ejuſmodi obedientiam, qualem delineavit & præſcripſit Ignatius, *ad prophetiæ gradum ſublimatus*, ùt ait Caſſianus, *ſic univerſo orbi claruit, ut etiam Regibus mundi ſuo merito redderetur illuſtris. Nam cùm in extremis Thebaidis partibus commaneret, non antè præſumebat Theodoſius Imperator ad præpotentium tyrannorum bella procedere, quàm oraculis illius animaretur atque reſponſis. Quibus confidens, velut cælitus ſibi delatis, trophæa de bellis deſperatis atque hoſtibus reportabat.* Neſcio, utrum ullus Calviniſta per obedientiam Calvinianam ad hoc tantum ſanctitatis faſtigium ſit evectus. H

Caſſian. l. 4. de inſtitut. cap. 10. 23. & ſeq.

Caput

A Caput quintum docet, quo studio Ignatius pravos affectus domuerit & mortificarit. *Suprà*, inquis, *dixerat, Ignatium exuisse omnem affectum; hic negatur eum fuisse ἀπαθῆ.* Suprà dixerat Auctor, Ignatium exuisse omnem affectum, eo modo, quo Judex discutiendo testimonia & ferendo sententiam, omnem privatum affectum exuere debet; Hic negatur fuisse ἀπαθῆ, quia, ut homo passiones radicitus evellat, atque adeò ut ἀπαθὴς fiat, eo modo, quo Stoici à sapiente ἀπάθειαν requirebant, id fieri nequit; quia quamdiu manet fons & origo passionum, tamdio ipsas passiones manere necesse est; nec malæ sunt, ùt volebant Stoici, nisi nimiæ; temperatæ verò à virtutibus, virtutis etiam laudem merentur. Itaque exuere se omni affectu, est, nihil ex affectu agere; sed ex præscripto rationis; quod is itidem facere potest, qui non est omnium passionum expers: dummodo eis, cùm exoriuntur, habenas non laxet, & in agendo se ab illis abripi non sinat.

Cap. 2. lib. 5.

B *Quæ hic narrantur*, inquis, *in vita Socratis, Demonactis, aliorum, pulchriùs exprimuntur.* Hic videlicet Miseno mos est, cùm non habet, quod carpat, dicere consuevit, in aliis pulchriùs quàm in Ignatio hæc vel illa elucere. Primùm enim, etiamsi verum esset; nihil tamen ad rem faceret. Secundò falsum est, quod Calvinista ait; nulla enim virtus est, quæ non sit pulchrior in animo Christiano, quàm in Ethnico; ùt suprà itidem dictum, quia in hoc cum gratia cœlesti conjuncta est; expers vitiorum, saltem enormium, si non levium & tenulorum: At in animo Ethnici, vitiis maximis, quibus obsessa est, fermè tota virtutis pulchritudo obliC teratur; Quantis enim sceleribus, etiam optimi Ethnicorum, contaminati fuerint; nemini ignotum est, nisi Miseno, qui Ethnicos extollit, ut deprimat Christianos; quasi illorum in altum elatio, sit horum depressio & ruina. Nec puduit illum in his scholiis sæpius objicere, & præclarè factis Ignatii opponere facta Diogenis Cynici, quasi hominis virtute præstantis, quem flagitiosissimum & sceleratissimum fuisse, & vix umbram virtutis, nedum ipsam virtutem habuisse, vel illud unum satis supérque ostendit, quod de illo Galenus scriptum reliquit. Nec exscribo, quia nolo contaminare chartas eorum turpitudine, quos Calvinista iste tanquam Sanctos laudibus in cœlum tollit.

Galen. lib. 6 de locis affectis.

D Addis, *auctorem nostrum pleraque ad Ignatium exornandum accepisse ex Asceticis Evagrii, vel Basilii, ùt vulgò inscribuntur:* Si Ignatius vitam suam convenienter divinis sancti Basilii præceptis instituit, & ad illius asceticas cohortationes mores suos conformavit; laude, non vituperatione dignus est; eùm ad sanctissimi & eruditissimi viri normam sese composuerit. Deinde quid sibi volunt illa tua verba: *Ex Asceticis Evagrii, vel Basilii, ùt vulgò inscribuntur?* An negare vis, Basilium esse auctorem regularum & constitutionum monasticarum, quæ in illius monumentis extant? Quo argumento id negabis, nisi odio Monachorum; quia doles, ea de obedientia, paupertate, castitate, uno verbo, de tota œconomia religiosæ vitæ à gravissimo & antiquissimo Patre scripta, quæ vix tam expresè reperiuntur in regulis sancti Benedicti, sancti Dominici, sancti Francisci, & nostri Ignatii? Fortasse odoraris aliquam styli diversitatem? Ita credo. Nullus stylus, qui Monachos formet, Basilianus tibi videtur, ùt nec Erasmo Augustinianus ille in regula sancti Augustini. Sed quia hanc tuam ignorantiam dicam an impudentiam, potiùs hic innuis, quàm prodis, pluribus supersedebo, tantúmque sancti Hieronymi verba adscribam. *Basilius Cæsareæ Cappadociæ Episcopus egregios contra Eunomium elaboravit libros, & ἀσκητικὸν, & breves variósque tractatus.* Hæc S. Hieronymus. E

S. Hier. de viris illust.

F Post hæc exprobrat humanissimus Misenus Ignatio ἀστοργίαν & inhumanitatem in cognatos, quòd decem, undecímve annis ad nullum ex Loyolæa familia scripserit. Sed hanc inhumanitatem communem habet Ignatius cum sancto Paulo Eremita, qui sexaginta & amphùs annis ad nullum penitus mortalium scripsit; Non paucis item Antonius; non paucis alii, quorum prima cura, commercio & consuetudine parentum & cognatorum sese abdicare ex præcepto Domini, qui inter res à perfectionis sectatore relinquendas, numeravit quoque parentes & cognatos.

CAPUT IV.

Refelluntur criminationes Miseni in caput sextum.

G SExtum caput continet modestiam Ignatii & efficaciam sermonis. *In hoc capite*, inquis, *discimus primùm, Ignatium fuisse perfectum. Nam ipse Ignatius, præsente te auctore dixit; se undecim annis ne verbo quidem lapsum:* Nos, Misene, in hoc capite, iterum discimus, quàm mendax sis, & quàm veritatis curam in postremis habeas. Non dixit Ignatius, non scripsit Ribadeneira, quod tu mala fide comminisceris; lectoríque tuo summa fraude obtrudis. En verba Auctoris à te malitiosissimè depravata, & in alienum planè sensum detorta. Undecim annis anH tequam moreretur, amicissimo cuidam viro ac nobili suam operam, in quodam negotio, est pollicitus: postea se promisisse pœnituit; & hac de re, me præsente, agens, adjecit: Undecim duodecímve sunt anni, ex quo non memini, me ita verbo lapsum, neque quippiam promisisse, cujus postea me pœniteret. Hæc Auctor, ex quibus clarè liquet: qua fronte

A fronte & mente vitam Ignatii tractes. Nam dicere, undecim annis nunquam se ita lingua esse lapsum, ùt lapsus erat tunc, cùm promisit, cujus eum postea pœnituit; id longè aliud est, quàm dicere, se undecim annis nunquam lingua lapsum esse, hoc est, verbum otiosum aut inutile protulisse.

B Addis, *suprà voluit se mortuum lacerari à canibus: ego vivum vellem laceratum.* Non dubito de tua voluntate: sed bene habet; non es Deus, quare non oportet, ut oremus: *Fiat voluntas tua.* Licet nobis sine ulla impietatis nota negationem addere, & toto pectore precari; *non fiat, non impleatur voluntas tua*, quia iniqua est, quia scelerata est. Quanquam quod ad Ignatium attinet, nihil ambigo, quin etiam vivus à canibus lacerari, & quodcunque aliud supplicium subire desideràrit: si id Dei gloria & fidei profitendæ necessitas abs se postulásset. Sed cave, ne, quod imprecaris Ignatio, in caput tuum recidat, nondum es extra teli jactum. Scis, quid Luciano evenerit. Ex odio in Christianos pessima quæque Christianis Imprecabatur; & fortè hoc ipsum, quod tu Ignatio: An non tandem tabidis molossis ipsemet in prædam cessit, justa Numinis vindicta?

C De voto Ignatii post mortem circa corpus exsangue suprà egimus. Hic tantùm addo, fortassis ideo Deum noluisse, ut mortui cadaver à volucribus & canibus laceraretur; quia futurum videbat, ut existerent Calviniani canes, & inter illos iste Melampus, qui, quando in corpus nihil possunt, famam & nomen Ignatii atrocissimis calumniis proscinderent & lancinarent; quòd si sepulchrum Ignatii in vestra potestate esset, non pauiò inhumaniùs quàm canes, defunctum jam pridem vita Ignatium acciperetis.

D *Nonnulli*, inquis, *qui Societatem hanc deseruerunt, affirmant, neminem huic esse religioni aptum, nisi qui vel naturalem quandam, vel stupore quodam animi arreptam propensionem habeat & hypocrisin, & superstitionem, servilésque & stolidos homines tantùm facillimè arripere hanc stolidam & servilem religionem sibi naturaliter convenientem.* Metuis, opinor, ne Edicto veteris conviciari; ideo ambabus buccis convicia spargis. Fortassis Apostatæ illi se descripserunt; non nos: plerique enim, qui Ordines deserunt, stolido & stupido sunt ingenio, ut proinde ex viginti transfugis, vix unum reperias, cui ex pectore aut cerebro non excreverint aliquot stolones. Secundò quod tu de nostro; id olim judicabat Celsus de toto Ordine Christiano. In hunc enim sola mancipia; solos *stolidos & fatuos* allegi blasphemabat; ùt alibi te monui: Et Christianam fidem nominabat *disciplinam lanificum, sutorum, fullonum & illiteratissimorum agrestium.* Tertiò cùm ideo nos *stolidos* reputes; quia Ecclesiæ Romanæ Catholicæ dogmata, ritus & cæremonias tuemur & propagamus; & quia obedientiæ & prompti obsequii apprimè retinentes sumus, non multùm angit nos tuum convicium; stolido videri stolidum, tam mirum non est, quàm mirum non est omnia apparere rubentia aut cærulea illi, qui rubra aut cærulea ocularia oculis objicit; quidquid enim talis intuetur, id intuetur per stoliditatem; qua de causa repræsentantur ei omnia ùt stolida. Non frustrà vocaris *lithus* seu *lapis*, Misene: Valet hic triviale illud: *Conveniunt rebus nomina sæpe suis.* E

Orig. lib. 3. contra Celsum.

F Sed finis nullus sit, si singulas tuas calumnias pressiùs & fusiùs quis examinare velit. Pergamus ad ea, quæ sequuntur. Refert Ribadeneira, quo pacto Cardinalis quidam, unico Ignatii congressu & colloquio, ex adversario in summum patronum & fautorem fuerit commutatus; ita, ut ad Ignatii pedes sese abjecerit, veniæ impetrandæ causa, ob animum Societati antea infensum & infestum, idque ait Ribadeneira, se ex ejusdem Cardinalis domestico, cui nomen Quirino, intellexisse; Quirinum autem ex ipsomet Cardinale. Hic Misenus: *Inseritur falsò, ùt apparet, conficta historia de quodam Cardinali: quem partim laudo, partim vitupero.* Cardinalem partim laudas, partim vituperas; nec totus laudator, nec totus vituperator; vir semibos, & bos semivir, totus duntaxat calumniator, seu partim laudes, seu partim vituperes.

G *Laudo*, inquis, *ob id, quòd dixerit, multos esse, qui speciem quidem pietatis habeant; sed factis ejus abnegent veritatem: ipsum Ignatium innuens:* Imò Misenum, & similes; qui sub Evangelicæ veritatis specioso vocabulo, omnem veritatem in exilium relegârunt, & in locum ejus mendacium & vanitatem & impudentiam substituerunt. Et quamvis verbis illis Cardinalis ille, adhuc alienus ab Ignatio, Ordinisque ab ipso instituti ignarus, Ignatium comprehendisset; at ex horum numero eundem postea exemit, insigni voluntatis conversione. *Vitupero*, inquis, *Cardinalem, hac de causa, quòd se ad pedes Ignatii abjecit, & suppliciter veniam petiit.* Certè multùm moratur Cardinalis ille, ante tot annos ad meliorem vitam translatus, vituperationem tuam. Excelsior fuit tum, cùm viveret, tum jam; quàm ut à tua reprehensione feriri possit. H Vituperationes tuæ in Pontificem & Cardinales, ne ad alpes quidem Rhæticas pertingunt: multò igitur minùs ad cœlum, si convicia jaculeris in eos, quos jam quieta beatorum sedes recepit. Infelicem Cardinalem, qui te familiarem non habuerit, à quo didicisset, Ignatium potiùs canibus lacerandum abjici, quàm tanto mutatæ voluntatis argumento honorari debuisse. Doleo, te tam serò natum, & ita quidem, ut in uno duntaxat loco verseris. Tantum virum omni loco & omni tempore oportebat

esse

A esse præsentem; ut quemvis sui officii admoneret, & ne quid contra decorum ageret, commonitionibus suis præpediret, vel saltem, si hoc oimium est, ut Plautinum illum Sosiam & Amphitryonem conduplicari decebat, ut duo minimùm loca simul tanto thesauro præsenti fruerentur.

B Adjungis. *Hoc tamen factum esse vix crediderim.* Digneris, oro, credere, Misene; quia nisi credas, factum infectum erit; Facta enim à tua credulitate, & à tuo assensu pendent. Si credas facta esse, facta sunt; licèt nunquam sint facta. Si credas non esse facta; facta noo sunt, licèt facta sint. Sed videamus, cur oon credas factum: non enim tibi desunt sine ratione rationes. *Non ponitur*, inquis, *nomen Cardinalis.* Vel hoc unicum exemplum docet, qua mente sis, qua fronte, quo ore. Si ex his, quæ hucusque singulis pagellis temerè & impudenter effudisti & effutivisti, te perfectè oon nôssem, hoc loco perfectissimè te agnoscerem; & quantus calumniator sis, perspicuè intelligerem.
C Quid? ooo exprimitur nomen Cardinalis? Nónne disertis verbis ait Auctor, Cardinalem hunc fuisse *Joannem Dominicum de Cuppis sacri Collegii Decanum?* Cur tam impudenter mentiris Misene, ita, ut quivis tuum mendacium deprehendere queat? Quod tu paulò pòst ais de Ribadeneira, hoc ego verissimè de te affirmavero. *Impudentia mentiendi non deest tibi, artificium hoc loco tibi defuit.* Cur si non verè; saltem non cautè? *Pudeat te*, Calvinista deterrime; *pudeat*, inquam, *te, qui quæ manifestò & perspicuò facis, eorum culpam in innocentes confers: quaque in te insunt*, (ùt impudentia mentiendi & calumniandi, iis (Ignatio & Ribadeneiræ) *ea objicis, ad quos eorum, ne minima quidem pars pertinet.*

Justin. Apolog. 1.

D Secunda Miseni ratio similis est primæ. *Multi*, ioquit, *sunt Quirini, & Quirinum illum nullius coloris ego novi*: falsum est ergo, quod Ribadeoeira de illo Cardinale commemorat. Verè hæc scripsisti in Bacchanalibus, ebrius mero & odio, ne dicam furore. *Multi*, inquis, *Quirini sunt*: At ooo sunt multi Quirini Garzonii; sed unus, qui Ignatium sociósque hospitio benignè excepit in vinea sua apud cœnobium sanctæ Trinitatis. Ao non legisti ista in Ribadeneira? Quare dissimulas, nisi quia in id unicum incumbis, ut mentiendo & calumniando in Ignatium grasseris. Edidit auctor nomen & cognomen ejus, qui totum hoc factum ex ore ipsius Cardinalis accepit; addidit alias peristases, ex quibus facilè, quis homo esset, innotescere poterat: Misenus noster nihil horum vidit, cæcus ad omnem veritatem; oculatus ad sola scommata & convicia. *Non novi illum*, inquit, ergo commenticium est, quod Ribadeneira hoc teste probat. Rationes istæ *ne pecude quidem digna* sunt, nedum homine.

Si nullius testimonio assentiris; nisi quem noveris; necesse est, ut nihil credas, nisi quod videas; vel certè cujus rei, tanqoam gestæ, testem oculatum videas, ut proinde consequens sit, te, (quod alibi me dicere memini) fidem non habere in mente, sed in oculis. E

Pari fide tractas historiam, quam huic subnectit Auctor, de quodam præstantis dignitatis viro, morum minùs probatorum; qui uno colloquio Ignatii prioris vitæ cursum abruperit, séque ad meliorem frugem receperit. Duo opponit huic historiæ Misenus: Primum est, *non exprimi nomen*: Quid tum? nomen silentio de industria prætereo; ait Ribadeneira. Justissimam celandi causam habuit; si te tanta cupido tenet sciendi nominis; scribe ad Ribadeneiram, qui Toleti in Hispania degit, non gravatè tibi, sed soli, viri hujus nomen patefaciet. Secundum est: *simile quid egerunt Ethnici*: oam & isti aliquando, una de virtutis pulchritudine dissertatione, ita incenderunt flagitiosissimos quoque, ut statim, sordibus superioris vitæ relictis, ad philosophiam sese adjungerent, ùt nominatim accidit Polemoni, audito Xenocrate. Argumentum hoc noo infirmat fidem historiæ, sed confirmat, & te tuósque Calvinistas condemnat; si enim Ethnicus de virtute disserens, ea vi valuit, ut perditos desiderio honestatis compleret, & in eorum animis mirabilem virtutis amorem excitaret; quid non credimus effecisse Ignatium, Spiritu Dei plenum, & divinæ charitatis igne succensum, & salutis proximi procurandæ cupidissimum & sitientissimum? F

Quem unquam meliorem fecit suis sermonibus Calviniana perfidia? Quis non multis gradibus deterior efficitur, quàm primùm Calvinianus efficitur, cujuscunque sectæ, propè dixerim, antea fuerit? Solus Christus & Christi imitatores ex iis, quicunque fuerunt; *difficillimas feras homines mansuefecerunt*: Utar enim verbis Alexandrini Clementis, *Volucres quidem eos, qui ex ipsis sunt leves: serpentes verò, qui deceptores, & leones eos, qui sunt animosi, & ad iram concitati. Sues autem eos, qui sunt voluptati dediti, lupos autem eos, qui sunt rapaces: lapides autem & ligna eos, qui sunt insipientes.* G

Clem. Alex. exhortat. ad Gentes.

Sequitur, inquis, *narratio futilissima de quodam, quem tristitia Ignatius uno verbo liberavit.* Historia hæc est: Scimus, queodam venisse ad Ignatium, qui adhuc vivit in Societate, ita perculsum animo acerbo, eóque diuturno mœrore confectum, ut nunquam respiraret, aut tranquilla mente conquiesceret; Et cùm tristitiam animi sui aperuisset, uno Ignatii verbo, in hodiernum diem omni molestia liberatum. Hæc Ribadeneira. Ex quibus facilè perspiciet Lector, utrum id, quod refert Auctor, sit futile, ao verò tu futilis calumniator debeas appellari, scribere H

A solitus non utilissima, sed futilissima scholia. Sæpe accidit, ut viri sancti non modò corporis, sed & morbos animi paucis verbis curarent. Non modò tunc, cùm *fervet avaritia, miseráque cupidine pectus:* Sed & tunc, cùm tristitia absumeris, *sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem possis, & magnam morbi deponere partem.* Si verba tua tam potentia & efficacia non sunt; quid miraris? Non prodeunt à Spiritu divino; sed à Calviniano. Sermones & alloquia hominum sanctitate præstantium, sunt instar *sicera mærentibus*, & instar vini *his, qui amaro sunt corde.*
Prov. ult. *Bibant*, inquit Sapiens, *& obliviscantur egestatis sua, & doloris sui non recordentur ampliùs.*

B *Sequitur*, inquis, *futilior alia de quodam melancholico, qui umbram suam formidârit, cui Ignatius paucissimis verbis & vanum metum ademerit, & mentis securitatem restituerit.* Huic historiæ, quid objicias, nibil video, prætérquam, quod *futilem* vocas: An tibi res futilis videtur; si quis alterum paucis verbis liberet à tam gravi affectu; undecunque tandem procedat sive ex melancholia, sive ex aliis causis; non enim ideo tenuius erit factum Ignatii, imò illustrius, cùm medicina tam facili non modò effectum, sed & causam funditus sustulerit, quod excellentium medicotum proprium est? Fortassè nescis, quàm vanus metus cruciet, & quantum sit tormentum, cùm quis, ùt Lyricus canit, seu *mobilibus veris inhorruit adventus foliis*, seu *virides rubum dimovêre lacerta, & corde & genibus tremit.*

C *Legite vos Jesuita*, inquis, *vitas Lutheri, Philippi, Calvini, & proferte ex iis similes fabulas, si potestis:* primùm, miror, te prætermisisse sanctissimam vitam Bezæ. Secundò, fateor, nihil simile ex horum vitis proferri posse. Cui enim unquam ægro vel verbis vel herbis medicinam fecerunt isti non medici, sed latrones animarum, qui ubi conscientias cauterio inusserunt, ægrísque quasi benè valeant tum, cùm insaniunt, persuaserunt, & inanissima quadam plerophoria & fiducia compleverunt, præclarè se munere suo functos arbitrantur?

D De catechumeno quodam Hebræo, hoc memoriæ prodidit Ribadeneira: Antequam catechumenorum domus Romæ esset instituta, domi nostræ erudiebantur, qui ex Hebræis sacrum baptisma petebant: in his quidam Isaac nomine, Insanire ita cœpit aliquando, & quasi furiis agitari, ut è domo nostra se proripere statim vellet, & baptismi petitionem abjicere: neque aut retineri à Nostris, verbis & blanditiis, aut ulla alia ratione posset ad sanitatem revocari. Cui Ignatius ad se adducto, furentíque, illud tantùm: Maneto nobiscum Isaac. Quibus verbis placatus omnino ejus animus continuò est, sibíque restitutus, lætúsque domi in sententia permansit, baptismúmque suscepit. Hanc historiam duabus machinis oppugnat Misenus. E Altera: *Isaac ille vel verè, vel simulatè furiosus fuit.* Quis dubitat, Misene. Omnis furiosus, vel verè vel simularè furiosus est. Rariùs exciderent tibi mendacia, si sæpius disjunctim loquereris, sed non video, quid cum tua disjunctiva enuncistione efficias, præsertim cùm nihil prorsus adjungas, aut ex illa disjunctione concludas. Nam si dicas: Hebræus ille, vel verè vel simulatè furiosus fuit; ergo ficticium est, quod Ribadeneira scribit; id tantum valet, quantum valeret hæc argumentatio: *Misenus vel homo est, vel equus: ergo non est rationis particeps.*
F Quòd si integrum syllogismum formare velis, in hunc modum: Omnis furiosus vel verè, vel simularè furiosus est; Sed Hebræus ille non fuit verè furiosus: ergo simularè. Tum probare debes minorem propositionem: quam tamen alia ratione non confirmas, nisi per majorem: *quia omnis furiosus vel verè vel simulatè furiosus est: Ergo Hebræus ille non fuit verè furiosus.* An non sunt istæ egregiæ & Chrysippeæ & Carneadeæ probationes, dignæ Calviniano acumine?

G Altera machina, qua veritatem hujus historiæ oppugnas, est ista. *Has quisquilias par erat vestris tantùm offerri; Poteras, Petre, has* φλυαρίας *tuas tantùm communicare cum tuis sociis, non publici juris facere.* Hoc argumento, iisdem pæne verbis, usus est etiam Misenus libro primo, ubi ostendimus, quanti sit ponderis & roboris. Nam si ad aliquid profligandum satis sit hæc verba Miseni effudisse, nullius negotii erit unico ictu quatuor libros Dialogorum S. Gregorii, & totam historiam religiosam Theodoreti prosternere. Faciamus enim, Misenum hoc suum scholium ad libros illos S. Gregorii & Theodoreti apponere (Tantum enim historiis illis fidei habet, quantum vitæ Ignatii à Ribadeneira conscriptæ) num proprerea metirò nobis persuadebimus, fabulas & quisquilias esse, quæ duo illi Auctores commemorant; quia Misenus Calvinianus fabulas & quisquilias esse pronunciat; non allata ulla hujus sui decreti ratione; & quia pro sua gravitate S. Gregorium & Theodoretum increpat, quòd hæc talia scripserint, & evulgârint?

H Aliud de Ignatio his verbis Auctor tradit. Energumenum quendam sermone suo liberavit, qui (ùt arbitror) in sanctissimo quodam cœnobio vivit adhuc, mihi familiariter notus, antequam à diabolo liberaretur, & pòst. Hic Misenus, *mendacium*, inquit, *unum atque alterum non satis habet posuisse; novis enim semper priora cumulat.* Te depingis, non Auctorem. Nam hoc tu peculiare habes; quod tua Scholia, quanta quanta, plana faciunt. Deinde si non depuduisses, pudere te tandem deberet hujus tui moris tam solemnis & inveterati; quo soles gravissima dicta & facta non aliter refellere, quàm his verbis: *Menti-*

A *Mentitur Auctor; mendacium est;* non addita ulla causa; cur tibi videatur esse mendacium; quasi necesse sit, mendacium esse, quidquid tu mendacium esse asseveras.

B Cæterùm ne tibi iojuriam faciam; duas rationes affers. Altera est ista. *Ego puto nullum unquam fuisse talem energumenum.* Ergo si quis ex te quærat; cur mendacium sit hæc Ribadeneiræ historia, expeditè rationem reddis: *Quia ego puto nullum unquam fuisse talem energumenum.* Quis noo acquiescat? Quis non manus absque mora det; quando ita putat Misenus? Quis non submittat fasces ita putanti Miseno? Altera est ista: *Cœnobium, in quo iste vivit, puto esse in Utopia: Ergo mendacium est, quod Ribadeneira scribit.* Assentior, Misene, & pedibus manibúsque in tuam eo sententiam, convictus hac Utopiana ratiooe, ab homine Utopiano adducta. Fortè evangelizandi causa navigâsti in Utopiam, sicut Richerus cum suis Symmystis in Galliam Aotarcticam; ibíque hoc cœnobium contemplatus es, & in eo fratrem Basilium. Hoc enim nomen accepit post in- C gressum in Religionem. Vanissime mortalium; an hæc scribens nullos te putabas habiturum lectores præter Calvinistas, hostésque Jesuitarum & osores; qui hæc tua mendacia & convicia filo tam crasso contexta, non animadverterent? Non in Utopia, ùt tu cavillaris, Monasticen vitam iste professus est, sed io Italia, *in Camaldulensi Eremo;* ùt Auctor ait: Si non credis: confer te ad illam eremum, ejúsque incolas de fratre isto examina, aut manda hoc alicui ex tuis sodalibus, cui fortè animus, lustrare Italiam. Sed tales noo solent adire Eremos Monachorum, sed lustra ganeonum.

D At necdum finis de hoc energumeno. Diabolus ab Ignatio ex juvene illo expulsus in Misenum immigrâsse videtur; adeò furit & insanit hoc loco Misenus. *Si vera sunt,* inquit, *quæ Ribadeneira scribit; omnia facta sunt per simulationem.* Non saoi, sed insani hæc est oratio. Si enim vera sunt; quomodo per simulationem facta sunt, & si per simulationem facta sunt, quomodo vera sunt? *Subornavit,* inquis, *proculdubio Ignatius, ut etiam miraculis inclaresceret, Hispanum adolescentem, qui se simularet à Diabolo obsessum.* Iterum ades cum tuo *proculdubio,* quod proculdubio luculenti alicujus mendacii index est, ùt experientia ipsa non semel edocti sumus. Ab hominum memoria auditum non est, Misene, quempiam ex orthodoxis subornâsse aliquem, qui se fingeret malo quopiam affectum, ut commentitii miraculi patrandi materia sibi offerretur. Hæreticorum ista artificia sunt, qui cùm nequeaot inclarescere veris miraculis, inclarescere student non tam miraculis, quàm præstigiis vanísque ludificationibus, cujus illustre exemplum persecutio Vandalica nobis suppeditat apud Gregorium Turooensem; ut taceam ea, quæ ex recentibus Calvinianorum commentariis depromi possent. Dæmones ex obsessis corporibus profligare, in Ecclesia Catholica neque modò inusitatum est, neque olim fuit. *Dæmones,* inquit Tertullianus, *non tantùm respuimus, verùm & revincimus; & de hominibus expellimus; sicut plurimis notum est.* Denique quàm multus Dæmones ex obsessis corporibus exterminârit S. Antonius & S. Hilarion, abundè docent Athanasius & Hierooymus; num & isti mendacia referunt? Num S. Antonius & S. Hilarion subornârunt, qui se energumenos fingerent, ut ipsi, quasi grandibus perpetratis miraculis, celebrarentur?

E

Greg. Tur. lib. 2. hist. Franc. c. 3.

Tertull. ad Scapulam.

Adjungit Ribadeneira: Hic adolescens, vel Dæmon ex adolescente, cùm audiret Ignatium brevì domum rediturum, & ipsum ex obsessi hominis corpore exturbaturum, validè sese discerpens clamabat; Ne mihi nomineris Ignatium, quem ego inimicissimum habeo. Hic Misenus: *Ignatius, ùt puto, Roma non exierat.* Quid nobis cum tuo mendacissimo *puto; puto,* ais, *Ignatium Roma non exiisse.* Quasi verò domo abesse nequiverit, nisi Roma exiisset. Roma satis ampla est & vasta; ut minimè sit necesse Roma egredi, quò quis domo abesse dici queat. An tu nunquam domum redis, nisi priùs ex urbe aut pago, in quo degis, exiveris? Quid opus est ista tua *putatitia* glossa; cùm ipsemet Ribadeneira testetur, Ignatium tum fuisse in cœnobio D. Petri de Montorio, quod intra, non extra Romam est. F

Scribit Ribadeneira, Patavii militem à Dæmone occupatum, cùm sacris exorcismis Dæmon adjuraretur, sæpius de Ignatio loqui cœpisse, qui tamen Ignatium de facie nunquam noverit. Hoc iste refellit solito modo. Ait, *militem istum fuisse à Jesuitis subornatum:* Nec aliter probat, nisi affirmando: Assertio & probatio apud Misenum idem sunt, sed noo apud Miseni dissimiles; quibus non persuadetur aliquid esse mendacium; nisi aut per se liqueat, aut solidis rationibus demonstretur. Rationes Misenus nullas affert. Per se oon liquere, tam liquidum est, ut cæcum esse oporteat, qui aliter sentiat. An non enim sæpius evenit, ut Dæmoniaci de viris sanctis, quantumvis absentibus, varia commemorarent, non sine admiraoone audientium? De Hilarione in Sicilia, & Energumeno Romæ ejusmodi quiddam refert sanctus Hieronymus. *Scatarius quidam cùm in Basilica S. Petri torqueretur, clamavit ab eo immundus spiritus: Ante paucos dies Siciliam ingressus est Hilarion servus Christi, & nemo eum novit, & putat se esse secretum: ego vadam, & prodam illum: statimque cum servulis suis, ascensa in portu navi, appulsus est Pachynum, & deducente se Dæmone, ubi ante tugurium senis se prostravit, illico curatus est.* Alia hujus generis exempla refert idem

G

H

S. Hier. in vita S. Hilarion.

ſanctus Hieronymus de eodem Hilarione, & S. Athanaſius de ſancto Aotooio.

A Auctor eſt Ribadeneira, Drepani in Sicilia puellam quandam, quæ à Dæmone vexabatur, interrogatam à ſacerdote, poſt mortem Ignatii; Utrum Ignatium noviſſet, & ubinam eſſet, reſpondiſſe; Ignatium, inimicum ſuum, vita perſunctum in cœlo eſſe, inter alios ſacrarum Religionum Fundatores. Addit Ribadeneira; Quæ tametſi, quòd à Dæmone profecta ſint, certam non habent fidem, tamen quoniam Dominus veritatem ab illo ſæpe exprimit invito, bæc, quæ & veritati, & Ignatii moribus conſonant, non ſunt quaſi falſa repudianda. Nam homo habens Dæmonium immundum, exclamavit voce magna dicens, ſine, quid nobis & tibi JEſu Nazarene? Veniſti perdere nos. Scio
Lucæ 4. te, quòd ſis ſanctus Dei. Et alibi, exibant autem dæmooia à multis clamantia & dicentia, quia tu es filius DEI. Voluit itaque Dominus, ut Dæmon ipſum vel invitus agnoſceret, & Dei filium teſtaretur.

B Hic Miſenus. *Ad me, quod attinet, non quaſi falſa repudio, ſed ùt mendaciſſimè conficta aſpernor, imò execror.* Quid tanquam meodaciſſimè confictum aſpernaris? An Dæmonem ore illius puellæ dixiſſe ea, quæ dixiſſe ſcribitur; an dixiſſe quidem fateris, ſed non verè? Si prius: redde cauſam negationis tuæ, quam toties à te repoſcam, quoties ſinc cauſa aliquid negaveris. Num Dæmones etiam ea, quæ ad laudem Sanctorum ſpectant, negas, proferre poſſe per ora illorum, quos obſident & cruciant? Annumera ergo fabulis, id, quod S. Hieron. de S. Hi-
C larione in Siciliam navigante tradit. Cùm enim in ipſo decurſu capitalis ille hoſtis filium naucleri invaſiſſet; clamare cœpit & dicere: *Hilarion ſerve DEI, cur nobis per te, & in pelago tutos eſſe non licet? Da mihi ſpatium, donec ad terram veniam, ne hic ejectus præcipiter in abyſſum.* Si negas, Dæmonem verè dixiſſe, quæ de Ignatio prolocutus eſt: quòd Dæmon ſit mendax: tum nega ſimiliter, verè locutum eſſe Dæmonem, cùm Hilarionem ſervum DEI, aut cùm Chriſtum filium DEI appellavit; nam qui ita mendax eſt, ut nuoquam poſſit vera profari; is neque hic vera prolocutus cenſeri debet. Sed alia, ùt video, cura te eoquit, quæ tam atrocia tibi verba excuſſit; *propter clauſulam im-*
D *piam, exetror,* inquis, *qua Auctor recenſet. Ut enim ſuum militem Chriſto, filio DEI, ſimilem faciat, non veretur citare ex D. Luca verba Dæmonii immundi.* Quàm imperitus conviciator es Miſene? miſeret me tui; tum quia calumniator es, tum quia tam inſulſus & ineptus. Quæ eſt enim iſta conſecutio? *Auctor citat verba Dæmonis de Chriſto:* Auctor, ut probet Dæmonem non ſempet mendaciter dicere, id, quod dicit, adducit ejuſdem teſtimonium de CHRISTO longè veriſſimum; quamvis à patre mendacii profectum: E
Ergo Auctor facit Ignatium ſimilem Chriſto, & veritatem Evangelicæ hiſtoriæ *cum ſuis turpiſſimis mendaciis confundit.* Feciſti, Miſene, alicubi jacturam cerebri, & ùt apparet, irreparabilem, alioqui haud tam inſipienter, quidquid in buccam venit, effutires, chartiſque concremandis illineres.

CAPUT V.

Calumniæ Miſeni in caput ſeptimum, octavum, & nonum.

CApite ſeptimo exponit Ribadeneira, F
quomodo Ignatius ſeveritatem cum benignitate temperaverit. Hic Miſenus, *neſcio, quid agitur in hoc capite de ſeveritate Ignatii cum benignitate copulata:* Si oeſcis, cur non obmuteſcis? Cur carpis, quæ tuo teſtimonio *non intelligis?* Ais; *qui paulò antè commendaverat lenitatem Ignatii, jam eum & injuſtitiæ & crudelitatis & impudentiæ inſimulat, cùm dicit, in levibus erratis gravia interdum exempla Ignatium ſtatuiſſe.* Nec injuſtus, nec crudelis, oec imprudens Ignatius fuit, puniendo intetdum leviora delicta gravioribus pœnis. Licèt enim ſeorſim ſpectata viderentur levia, gravia tamen erant, tum quatenus alios inficere, & ad ſimile quid audendum allicere poterant, tum quia quædam *actu* quidem ſunt tenuia; at grandia *potentia,* & niſi tempeſtivè recidantur, non levia damna ferunt. Qui ergo graviorem G
pœnam delicto tenuiori ſtatuit; is ooo tam ad præſentia, quàm ad futura reſpicit, ſine ulla injuſtitiæ, crudelitatis & imprudentiæ nota; & hoc uſu receptum eſt, non modò apud eos, qui Religioſis Ordinibus, ſed & apud eos, qui politicis Rebuſpublicis præſunt; quoties enim videmus moderatores Reipublicæ non adeò grave peccatum, gravi pœna mulctare; ea ſolùm de cauſa, ne trahatur in exemplum, néve, quod unus fecit, omnes ſibi licere arbitrentur? ut taceam, in Religionibus non ſemper baberi tantùm rationem æquitatis illius, quæ ex juſtitia inter culpam & pœnam eſſe debet; ſed etiam probationis; nam Præpoſiti Ordinum ſine culpa quoque puniunt interdum ſuos, tum ut illis patientiæ materiam ſuppeditent, tum ut explorent, quantos in virtutibus, & in via Domini progreſſus fecerint. In Religionibus neceſſe non eſt omnia agi jure politico & deſpotico, pleráque metimur jure paterno, quod laxius eſt, quàm civile, nec ſummam æqualitatem deſiderat.

Quæ ſequuntur, inquis, *cum præcedentibus quodammodo pugnant.* At tam certum eſt, ea, H
quæ ſequuntur, cum præcedentibus non pugnare, quàm certum eſt, te non quodammodo, ſed ſplendidè & largiter mentiri. Ais, *ſi quantum quiſque oneris ferre poterat, tantum cuique imponebat, cur non eandem moderationem in ſuppliciis uſurpabat?* Imò uſurpabat. Nam & pœ-

A & pœnæ graviores, quas ob leviora errata
nonnunquam infligebat, non erant supra
vires eorum, quibus infligebantur, sed at-
temperatæ erant singulorum viribus, licèt
simpliciter non viderentur attemperatæ ipsi
delicto; non enim est, quòd cogites, Igna-
tium tam imprudentem fuisse, ut cuiquam
imponeret pœnam seu ob levius, seu ob gra-
vius erratum, cui perficiendæ sat firmus &
valens non esset.

B *Reliqua, quæ adduntur*, inquis, *etiam in idio-
tarum vita frequentari videmus*; quod ego
magis opto, quàm credo: nam ea ne in tua
quidem vita elucere arbitror; si de vita ex
oratione judicium facere licet: qui tamen
non inter idiotas, sed inter eruditos censeri
cupis. Quid verò tibi in mentem venit, ut
diceres, laudes Ignatii, quas Auctor hoc ca-
pite persequitur, ex Sozomeno, Evagrio,
Socrate, & aliis congestas esse. Auctor no-
ster scribens de Ignatii virtutibus, ipsam Igna-
tii vitam, & mores, & res gestas pro Aucto-
re habuit, non alios. Si quis te describere
institueret, non sanè alios, præter te, intue-
ri deberet; si te verè depingere cogitaret.
Præterea quare non notâsti loca, ex quibus
Ribadeneira hæc, quæ de Ignatio comme-
morat, corraserit. Dicend tantùm, ne ini-
tio quidem credidimus, cur crederemus jam
sub finem, post tot mendaciorum centurias?

C In capite octavo, inquis, de commisera-
tione Ignatii disputatur, *quasi* συμπάθεια *in
nullis aliis hominibus reperiatur præterquam in
Jesuitis.* Non hæc mens Ribadeneiræ; sed
commiserationem in Ignatio iridem exstitis-
se, & quidem excellenter, calumnias tuas
tibi demum reserva, ne penitus exhauriaris.
Sera in fundo parsimonia, Misene, si tamen
calumniando ad fundum pertingere potes.
Notent, inquis, *studiosi acutum apophthegma
Ignatii: cùm homo ægrotat, rarò potest aliquid
boni in aliorum utilitatem facere: quando verò
sanus est, potest multa bona facere. Veritatem
hujus dicti*, inquis, *rustici comprobant.* Quid
ergo suggillas, si tam perspicuè verum est,
ut ne à rusticis quidem negari possit? Axio-
mata scientiarum ideo apud omnes in sum-
ma sunt existimatione & auctoritate, quia
tam evidentia sunt, ut ne à præfracto qui-
dem rejici possint, ceu falsa; nisi fortè solo
ore; vel si & mente; non sine incredibili
stupore. Quod ad acumen attinet, sanctè
testari possum, multa in Plutarchi, & pluri-
ma in aliorum Apophthegmatum collectio-
nibus legi, quæ tantum acuminis non con-
tineant, quantum hoc dictum Ignatii; si
non abrumpatur à corp re totius orationis,
ut à te maliciosè abruptum est, sed conjun-
gatur cum præcedentibus, quæ hic Ribade-
neira tradit.

D Cæterùm, ut auctor commiserationem
Ignatii exemplo aliquo ostendat, recenset,
quid sibi acciderit: Cùm enim æger noctu
sanguinem ex brachio misisset, Ignatius bis E
térve, sera sub nocte, misit, qui exploraret;
num rectè brachium colligatum esset, ne
fortè soluta vena sanguis efflueret, & subitò,
(quod nonnullis evenit) interitum afferret.
Ex hac narratione, inquit Misenus, *nihil video,
quod disci possit, nisi quòd Jesuitæ noctu soleant
secare venas, cùm alii interdiu consueverint.*
Scurrantis speciem noli præbere, professus
scholia utilissima; non enim ipse tibi scurra-
ris, ùt ille; sed populo. Num tu, si noctu
vis morbi imperiúmque medici venam ape-
rire suadeat, in crastinum sectionem diffe-
ras? Cur ergo in risum vertis, quod aliquan-
do necessariò suscipiendum est, si vitam tue-
ri velis? Ais: *Idem officii genus, in eo casu* F
tibi exhibitum à quodam tuo contubernali: Er-
go & tu noctu venam secare soles. Ergo non
soli Jesuitæ; quia Misenus non est Jesuita,
sed Jesuitarum calumniator. Quare rides
igitur Ribadeneiram, & Jesuitas ob factum,
quod tu ipse fecisti, & facturus es, quoties-
cunque te noctu pleuritis invaserit, aut alius
morbus, cujus curatio sanguinis missionem
postulet? Præterea laudo illum tuum con-
tubernalem ob commiserationis & humani-
tatis affectum, neque ullum alium, qui idem
præstet, debita laude privabo. Cur non pa-
ri candore Ignatii συμπάθειαν prædicas?

Voluit Ignatius ægrotos esse dicto audien- G
tes, patientes, tractabiles, minimè querulos
aut morosos, cœlum ad arbitrium suum non
mutantes; neque ea de re medicos consu-
lentes. *Mira sapientia*, inquit Misenus. *Atqui
hoc fieri volunt omnes medici.* An hoc velle,
ideo non est sapienter velle, quia medici id
volunt & præcipiunt? An medicorum vo-
luntas & imperium sapientiæ expers est? Vel
fortassis quod medici sapienter volunt; id
alius, qui medicus non est, sapienter non
potest velle. Explica te, Misene, planiùs &
rudiùs, ut acumen tuorum scholiorum ca-
piamus. Poteras, imò debebas, saltem ul-
timum Ignatio concedere, ne medicos de
mutatione consulant, insciis videlicet supe-
rioribus; nescio utrum hoc medici etiam
velint, vel si aliqui id velint, utrum omnes
id velint, & utrum in Hippocrate aut Gale-
no contineatur hoc præceptum, ut Religiosi
Societatis non agant cum ullo medico, de
mutatione loci, inconsultis & insciis supe-
rioribus.

In capite nono, inquis, *differitur de magni-* H
*tudine animi Ignatii. Atque hæc inprimis spe-
ctata fuit, in gravissimo dolore dentium seda-
tissimè perferendo.* Non solùm in hoc; sed
in aliis plurimis morbis, ùt Auctor ait. Ad-
dis: *Quo nomine etiam mihi gratulor.* Sed
frustrà gratularis tibi; cùm, ùt ipsemet fa-
teris, victus dolore doloris significationem
dederis; ita enim tu ululatum & ejulatum
tuum honesto vocabulo indigitas. Sed ais:
Si ùt auctor scribit, nullam doloris significatio-

A *nem dedit: unde Jesuita scire potuit, Ignatium eum dentium dolore conflictari?* Quasi verò quis non possit sine gemitu & ploratu dolorem dentium simpliciter patefacere. Aliud est dare significationem lamentando & ejulando: Aliud simpliciter, quid patiaris, indicando. Primum tuum est; alterum Ignatii. Rides Ignatium; quòd transfixa auricula à fratre, qui cervicibus ejus lineum pannum circumponebat, nihil aliud dixerit, quàm hoc, & quidem moderatissimè: vide frater, quid facias. Non miror te ridere; quia tu statim pugnos ponderâsses, ùt Sosia ille apud Comicum: eosdémque ad ictus excitâsses Plautina illa cohortatione: *Agite pugni, jam pridem videtur factum, heri, quòd homines quatuor in soporem collocâstis nudos:* Intonuisses; *verberare ô verbere: gymnasium flagri*, & similia ex Calviniano & Plautino Evangelio.

B Porrò cùm Nostri aliquando magna rerum omnium inopia premerentur, Ignatius non modò familiam suam non imminuit, sed auxit: Quo tempore, inquit Auctor, cùm aliquando Joannes Crucius, domesticus obsonator, homo simplicissimus, & fervens spiritu, ex D. Joannis Lateranensis templo, vesperi domum reverteretur, ad amphitheatrum, quod vulgò Colosseum dicunt, in hominem incidit, qui in manum illi centum nummos aureos silentio tradidit. Ejus aspectu plurimùm Joannes commotus est, & horrore quodam perfusus: tradita enim homo pecunia, ex oculis mirantis subitò eva-
C nuit. Hæc Ribadeneira. Adest Misenus cum solitis suis glossis. *Subornatum*, inquit, *fuisse aliquem ab Ignatio, qui pecuniam afferret, ipse Auctor suspicandi argumenta nobis prabet. Ait enim, obsonatorem illum fuisse hominem simplicissimum & ferventem spiritu.* Tu infers; Ergo Ignatius subornavit aliquem, qui isti pecuniam ex insperato *offerret.* Quæso, quæ est ista ratiocinandi ratio? vel etiam hæc, quam æquè insipienter usurpas: *Joannes Crucius fuit Ignatii similis, id est, simplicissimus & superstitiosus, & deceptioni obnoxius. Ergo Ignatius subornavit aliquem, qui quasi divinitus missus, pecunias dono ferret Crucio.* Hæc ne *pecude quidem digna sunt*, nedum homine: ut tua tibi verba verè exponam, quæ suprà falsò de obedientia ab Ignatio descripta & præscripta effudisti.

D Nec placet tibi, quod ait Ribadeneira, eum, qui pecuniam illam attulerat, subitò ex oculis mirantis Crucii evanuisse. ὑπερβολικώτερον, inquis, *dictum est. Voluit enim indicare, subitò hominem illum sese subduxisse, ne ab obsonatore cognosceretur.* Sive homo, sive Angelus sub specie humana fuerit ille, qui Crucio pecuniam attulit, non per hyperbolen; sed rei naturæ convenienter dixit Ribadeneira, eum evanuisse ex oculis mirantis: quia non modò spiritus, sed & homo verè dicitur evanescere tunc, cùm derepentè ex conspectu intuentis sese proripit.

Similem historiam, quam Ribadeneira subjungit, & quæ eidem Crucio obvenit, E
non aliter refutat, quàm quòd vocat γοητείαν, id est, *incantationem* & *imposturam*, quasi nunquam acciderit, ut Deus in se sperantibus subsidia vitæ miserit, tum cùm maximè iis indigerent. Audi, quid S. Gregorius de S. Benedicto scribat: & vide, num & hic veneficia, imposturas, & subornationes ingeminare velis. *Alio tempore*, inquit S. Gregorius, S. Greg. lib. 2. Dialog. cap. 21.
in Campania regione fames incubuerat; magnáque omnes alimentorum indigentia coangustabat. Jámque in Benedicti monasterio triticum deerat, panes verò penè omnes consumpti fuerant, ut non plus quàm quinque ad refectionis horam fratribus inveniri potuissent. Cúmque eos venerabi- F
lis pater contristatos cerneret, eorum pusillanimitatem studuit modesta increpatione corrigere, & rursum promissione sublevare dicens; Quare de panis inopia vester animus contristatur; hodie quidem minus est, sed die crastina abundanter habebitis. Sequenti autem die, ducenti farinæ modii ante fores cellæ in saccis inventi sunt, quos omnipotens Deus, quibus deferentibus transmisisset, nunc usque manet incognitum. Hæc S. Gregorius de S. Benedicto. Num & S. Benedictus subornârat, qui hos farinæ modios afferrent, quò sibi apud *stupidos, simplices & superstitiosos* suos discipulos, ùt tu de Ignatio, ejúsque discipulis dicis, sanctitatis opinionem conciliaret?

Historiam de parte domus lemuribus & G
spectris nocturnis infesta, quæ Ignatio Compluti habitanda cessit, ait Misenus, desumptam ex Luciani Philopseude, & ex epistolis Plinii; sed quia Misenus non modò calumniator est; sed & intricatus calumniator, ut vix scias, quid lingua sua ferire cogitet, scitari lubet, quidnam in fabulis numeret? An domum aliquam à Dæmonibus infestari & turbari posse? An verò domum illam, in qua degebat Ignatius, à spiritibus immundis insessam & infestatam esse, Ignatiúmque spectris, ea animi magnitudine restitisse, qua decebat virum immoti imperterritique cordis? Si primum, tum etiam repudiare poteris, tanquam ex Luciano, aut ex Plinii epistolis desumptum, id, quod duo gravissimi Patres, S. Augustinus & S. Gregorius Nyssenus scribunt, de ejusmodi Dæmonum infestationibus. Solius Augustini verbis con- H
tentus ero; Nyssenum ipse consulas. Ita ergo Augustinus: *Vir Tribunitius Hesperius,* S. August. lib. 22. de civit. Dei, cap. 8.
qui apud nos est, habet in territorio Fussalensi fundum Cubedi appellatum: ubi cùm, afflictione animalium, & servorum suorum, domum suam spirituum malignorum vim noxiam perpeti comperisset; rogavit nostros, me absente, presbyteros; ut aliquis eorum illò pergeret: cujus orationibus cederent. Perrexit unus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi: orans, quantum S. Greg. in vita S. Gregor. Thaumat.

potuit

potuit, ut cessaret illa vexatio, Deóque protinus miserante cessavit. Hæc S. Augustinus.

A Si alterum neges, tunc eadem ratione negare poteris, domos, de quibus S. Augustinus & Nyssenus, Dæmonibus fuisse infestas; non enim major ratio tibi suppetit, cur inficieris, domum illam, de qua scribit Ribadeneira, ludibriis obnoxiam fuisse; quàm cur id neges de illis Augustini & Nysseni: Neque enim vel illam, vel has vidisti. Et quidquid vel de illa, vel de his nôsti; id testimonio hominum accepisti. Quòd si Nysseno & Augustino credas, id ideo tantùm facis; quia libet credere, ita, ut pro omni ratione tibi sit voluntas: Si non luberet, non crederes, quæcunque demum rationes assensum suaderent.

B Porrò his Dæmonum terriculamentis, Ignatium non fuisse territum, nemo mirabitur, cui compertum sit, quo robore, quámque invicto pectore viri sancti huic hosti sese opponere consueverint; & quàm nihili omnes illius machinationes fecerint: videat, qui volet, vitam sancti Antonii apud sanctum Athanasium, in hac palæstra longè exercitatissimi; vitam S. Hilarionis apud beatum Hieronymum; vitam S. Martini apud Sulpitium, vitam D. Gregorii Thaumaturgi apud Nyssenum. *Non me terres, Diabole, tanta mole corporis*, ajebat sanctus Hilarion, *& in vulpecula, & in camelo unus atque idem es, quia*, ùt dicere solebat sanctus Antonius, *hamo crucis, ùt draco aduncatus à Domino est, & capistro ligatus est, ùt jumentum, & quasi mancipium fugitivum vinctus circulo & armilla labia perforatus, nullum omnino fidelium devorare permittitur. Nunc miserabilis, ùt passer, ad ludendum à Christo irretitus est, calcaneo Christianorum substratus gemit: ille, qui orbem terrarum manu sua teneri pollicebatur, ecce à nobis vincitur.*

C Refert Ribadeneira, Ignatium dormientem quadam nocte propemodum à Diabolo fuisse strangulatum, & ex contentione Ignatium per aliquot dies raucum omnino, ac sine voce fuisse. Hic iste; *Ephialtes seu πνιγαλίων Jesuitis Diabolus est; à quo dignus est, qui stranguletur auctor horum mendaciorum. Plusculum fortasse vini hauserat, & supinus decubuerat: unde factum, ut Ephialtes illum opprimeret*, & ex fluxione, *in asperam arteriam delabente, raucis sequeretur.* Felix, qui potuit rerum cognoscere causas, sed non ùt Misenus, qui ita de hac re scribit; quasi Ignatii collo, cum illo Ephialte seu Pnigalione insedisset; tam audacter & asseveranter pronunciat, quasi nulli unquam mortalium Diabolus conatus fuerit fauces elidere, ex immani illo odio, quod cùm erga omnes gerit, cum potissimùm erga Ordinum Antistites & parentes.

D Tradit Cassianus, tantam Dæmonum fuisse truculentiam & feritatem in veteres Monachos, *ut non auderent noctu omnes obdormire; sed vicissim aliis degustantibus somnum, alii vigilias celebrantes, psalmis & orationibus seu lectionibus inhærebant;* cúmque illos ad soporem *naturæ necessitas invitaret, expergefactis aliis, ad eorum, qui dormituri erant, custodiam, similiter excubiæ tradebantur.* Hæc Cassianus, qui has infestationes adscribit Diabolo; sed si Misenum audimus, Ephialtes erat; qui sanctos illos Eremi incolas divexabat, quíque illis, ni vigiliis & precibus assiduis arceretur, periculum vitæ creabat; quia plusculum vini fortasse hauserant, qui ne aquam quidem ad satietatem usque bibebant, & supini decubuerant; quorum plerique stantes aut sedentes somno fessa membra refovebant.

Cassian. Collat. 7. cap. 23.

E

F Oravit semel S. Hilarion, teste S. Hieronymo, *fixo in terram capite, & ùt natura fert hominum, abducta ab oratione mens, nescio quid aliud cogitabat: Insiliit dorso ejus festinus gladiator* (en Misene Ephialten & insultorem) *& latera calcibus, cervicem flagello verberans: Eia, inquit, cur dormitas?* Quia plusculum se invitàrat S. Hilarion, qui, nisi fallor, toto tempore, quo solitariam vitam duxit, vinum nunquam gustaverat. *Sæpe à Dæmonibus non nego me verberatum*, ait apud S. Athanasium magnus ille Antonius: sed malè, judicio Miseni, non enim à Dæmonibus, sed à Pnigalionibus cæsus fuit. Nec mirum, *quia*, ùt

G Misenus hic docet, *id vitii oritur ex crapula*, cui S. Antonius deditissimus erat, ùt ex tota ejus vita à S. Athanasio conscripta apparet: *item ex continua ventriculi cruditate* (quomodo enim S. Antonius tantum cibi potúsque digerere & concoquere potuisset?) *Edebat semel in die*, inquit S. Athanasius, *post Solis occasum. Sumebat verò panem & salem, potúmque aqua perparvum, nonnunquam biduo triduove jejunus permanens, quarta demum die reficiebatur.* Quocirca facilè contingebat, ut probè appotus alicubi supinus jaceret Ephialtæ seu Pnigalionis ludibrium. A quo certè quadam die ita acceptus est, *& varia cæde laceratus, ut doloris magnitudo & motum auferret, & vocem.* Eodem videlicet modo Ephialtes iste Antonium tractavit, quo postea Ignatium.

H Omitto alia hujus generis. Ex hoc æquus lector facilè perspicere poterit, uter dignus sit, ut à Pnigalione stranguletur, Ribadeneiráne, an Misenus, qui tam impudenter in Ignatio & Ribadeneira calumniatur ea, quorum similia jam pridem sanctissimi & antiquissimi scriptores de sanctissimis viris memoriæ prodiderunt. Abi igitur, Misene, quò mereris, cum tuis vaporibus frigidis & crassis, claris, cerebríque ventriculos replentibus. Non unum certè, sed plurimos Ephialtas in cerebro circumfers, qui utinam semel expurgarentur ab aliquo perito Machaone, non per exorcismos, sed per aliquot libras hellebori, nisi fortè ad hanc partem

Pniga-

Pnigalionibus tuis referandam aptior sit securis Vulcani.

A *Subjungit*, inquis, *auctor aliam luctam Ignatii & Diaboli, neque tamen addit, uter athleta præstantior fuerit.* Imò addit: Quia præstantior est victor, quàm victus. At Ignatius victor fuit; Diabolus victus. Deinde, an non honestius luctari cum Diabolo, quàm sese statim eidem tradere, & in clientelam ejus concedere? Prius illud faciunt viri sancti, posterius Calvinistæ & alii improbi. Cæterùm longè plures luctas Antonii cum Diabolo recenset sanctus Athanasius, quàm Ribadeneira Ignatii cum eodem salutis nostræ hoste. Quare si resistere Diabolo crimen apud te est: in majore crimine versabitur sanctus Antonius, quàm Ignatius, & adhuc in multo majore sanctus Petrus, qui nos omni loco & tempore jussit Diabolo *instar rugientis leonis* circumeunti resistere *fortes in fide*.

CAPUT VI.

Diluuntur calumniæ Miseni in caput decimum.

B Capite decimo disseritur de rerum spiritualium prudentia, qua excelluit Ignatius. *Primùm*, ioquit Misenus, *discimus ex hoc capite, etiam Sacerdotum Pontificiorum vitam profanam ac perditam interdum esse.* Id ideo dicit, quia Ribadeneira, virum quendam dignitate Sacerdotem, professione Religiosum, vitæ perditæ & profanæ, ad meliorem frugem ab Ignatio revocatum scribit. Cur verò tam promptus es credere, quoties Auctor aliquid commemorat, quod ad vitu-
C perationem spectet? Cur non pari assensua facilitate probas; si quid referat, quod ad commendationem vel nostram vel aliorum pertineat? Si tibi verax est; cùm mala scribit; cur mendax sit, cùm bona prodit? Sed improborum hic mos est, libentiùs de aliis mala, quàm bona audire & credere; quò plures sui similes habeant, sua saltem opinione; *quos de nostris doloribus* (& malis) *suavi-*
S. August. epist. 137. *tatem sua lingua captantes*, inquit sanctus Augustinus, *facile est, ut illis canibus comparemus, si fortè in malo intelligendi sunt, qui lingebant vulnera pauperis illius, qui ante januam divitis jacebat.* Sed de sanctissimis & castissimis vestris moribus actum jam alibi.

D Quod de Arianis sanctus Athanasius, hoc
S. Athan. epist. ad solit. vitam agentes. ego de vobis vestrisque Ministris & Superintendentibus: *Omnes certè apud illos sordibus scatent, & eorum catascopi* (Sic enim appellat Episcopos Arianos) *hoc est, exploratores, cùm minimè sint Episcopi, longè flagitiosissimi sunt. Quòd si quis apud eos Episcopus* (Minister aut Prædicans) *esse velit, non ei occinitur: oportet Episcopum esse irreprehensibilem; sed hoc illi dicitur: Sentias contra Christum* (contra Papam) *nec de moribus tuis sis anxius: id enim tibi sufficit ad commendationem.*

Ais, facto hoc Ignatii confirmari prover- E
bium illud: *Fur furem novit, & lupus lupum;* vel ùt Aristoteles effert, *bestia novit bestiam.* Agnovit Christus Matthæum, Publicanum, hoc est, *furacem* & *rapacem*, sedentem in telonio. Math. 9. Luc. 19. Agnovit ejusdem artis nummariæ Zachæum in Sycomoro. Num & hic priorem dicti illius partem ad marginem Evangelii adscribes? ùt & posteriorem ad illum locum, ubi mulier peccatrix ad Salvatorem Luc. 7. accessit, & omnium criminum veniam reperit, nisi quòd hoc loco *lupum* in *lupam* mutare debebis. Sed quàm facilè lupus agnoscit *lupum*; tam facilè agnoscit etiam *lupam*; quia lupo nihil similius est, quàm lupa.

Sic Ignatius, inquis, *Sacerdotem illum scele-* F
ratum & flagitiosum ex suis moribus facilè deprehendit, & emendavit. Omnino facilè deprehendit illum ex suis moribus, sed contrariis, hoc est, sanctis & castis; nam ex his eum moribus deprehendisse perditos alterius mores, id inde liquet, quòd alterius perditos mores emendavit. At perditi mores non emendantur per mores perditos, sed per mores integros & probatos. Quis enim latro emendavit mores latronis? Quis fur, furis, quis adulter, adulteri? si quis sese in latronis familiaritatem insinuaret, illius convertendi causa, is, tuo judicio, latro esset. Quod tu Ignatio exprobras, id olim exprobrabat Celsus Christo & Christianis, similitudinem scilicet cum sceleratis & improbis, eò quòd cum his versarentur & manducarent. *Quoniam autem exaggerans nostra cri-* G
mina, inquit Origenes, *post enumeratos scele-* Origen. lib. 3. contra Celsum. *ratissimos mortalium, rogat, quos alios vocaremus ad latrocinium; & ad hoc respondebimus; quòd tales ad latrocinium vocet, qui eorum malitia vult abuti ad jugulandos, & spoliandos homines. Christianus verò etiamsi eosdem vocaret, quos latro, diversa tamen est vocatio, videlicet, ut eorum vulnera, sermone salubri obliget, & animæ vitiis inflammata infundat remedia, tanquam vinum & oleum, ùt malagmata, reliquáque medicorum auxilia.* Hæc Origenes. Ergo vir bonus & sapiens non versatur cum lupo, ut ipse lupus fiat, sed ut ex lupo ovem reddat: nec oculis lupinis lupum intuetur & agnoscit, sed humanis.

Post hæc refert Auctor, quo artificio Igna- H
tius quendam, qui sibi violentas manus afferre volebat, ab incœpto absterruerit, reddita mentis tranquillitate. Hanc historiam vocat Misenus *fabulam*, nec rationem reddit, cur ita vocet; assuetus jam dudum quidvis sine ratione asseverare. At ille, qui interfuit, qui hujus rei pars magna fuit; qui, quid desperabundus ille fecerit & dixerit, quídque medicinæ Ignatius adhibuerit, oculis propriis spectavit, totam rei seriem Auctori nostro exposuit. Cui ergo potiùs credemus, tibi, tot mendaciorum convicto, an illi, qui, quæ vidit, & partim etiam gessit;

A fit; Ribadeneiræ narravit? Deinde affectionem hujus hominis nominas *melancholiam.* Quid tum? fuerit *melancholia.* Nullus certè restim meditatur ex nimio gaudio, sed factum Ignatii non minuis; non enim cujusvis est verbis piis lenire dolorem, & afflictionem tantam ex animo pellere, ut quis saniora consilia capiat, & à pravis desistat. Altiori cuidam virtuti hanc vim & efficacitatem assignare oportet; alioquin cur eadem sermoni tuo gratia non esset? Cur non eadem energia? Hactenus facta Ignatii; nunc dicta quædam carpis.

B Dixerat Ignatius adolescenti cuidam acriore & vehementiore ingenio prædito: Vince te adolescens, vince. *Pulchrius hoc,* inquit, *apud Ovidium Brisëis ad Achillem: vince animos, irámque tuam, qui cætera vincis.* Nisi integritas tua nobis nota esset, suspicari possemus, dictum hoc Briseidis, non propter dictum, sed propter Briseidem tibi tantopere probari, & illud Ignatii non propter se, sed propter Ignatium minùs tibi arridere. Hominem simplicem & spiritu Dei atque amore plenum magis diligebat Ignatius, quàm eruditum, minúsque perfectum. *Hoc etiam poëta noverat,* inquis, *qui cecinit: Ingenium probitas, artèmque modestia vincit.* Monebat itidem Ignatius, ne quis cuivis temerè crederet & fideret. *Idem,* inquis, *Epicharmus multis seculis ante Ignatium; & proverbi-*
C *um illud: fide, sed cui vide.* Si nihil dicere licet, nisi priùs indictum: & si nihil cum laude dicitur, quod quoquo modo affinitatem cum aliqua ex veterum sententiis & gnomis habet; tum expostulare poteris cum Apostolo, quòd dixerit illud: *Corrumpunt bonos mores, colloquia prava:* Quia multò antè id dixerat Menander; quódque illud: *Cretenses semper mendaces;* quia id Epimenides jam dudum scripserat. Item illud: *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt. Sepulchrum patens est guttur eorum;* & similia non pauca; quæ multis seculis antè, David & alii Prophetæ cecinerant. Quid ergo peculiare attulit Paulus? Quam laudem dicta illius merentur? Quid? quòd & hîc Celsi personam probè agis. Is enim cùm quædam aliter carpere non posset, tandem huc se recipiebat, ut ab Ethnicis sublecta & surrepta diceret. *Putas,* inquit Origenes, *Moysen, quæ scribit de turri & confusione linguarum depravâsse ex Aloidarum fabula, & ad turrim suam transtulisse:* (Orig. lib. 4. contra Celsum.)
D Idem dicebat de diluvio & conflagratione mundi, & aliis nonnullis Judæorum & Christianorum decretis. Julianus quoque Apostata, ut dicta & scripta moralia Salomonis deprimeret, multò meliora de moribus ab Isocrate, Phocylide & Theognide tradita ferebat his verbis: *Sapientissimúsne Salomon comparandus fuerit apud Græcos Phocylidi, Theognidi, vel Isocrati? Minimè. Siquidem conferas Isocratis Paræneses cum illius Proverbiis, invenies Theodori filium sapientissimo Rege meliorem.* (S. Cyrill. lib. 7. contra Julianum.)

Historias, quas Ribadeneira subdit de dua-bus monialibus deceptricibus & simulatrici- E
bus, cupidè arripis, & prono assensu probas: tam proclive tibi mala credere; tam arduum bona; sed non mirum, ex habitu id facis; quia tota fides hæretici in hoc consistit, ut mala credat, cùm hæresis nihil boni credendum præscribat. Quocirca hæreticus promptissimus est mala credere; plumbeus credere bona. Verùm de hac re aliud non dicam, quàm quod jam olim scripsit his verbis S. Augustinus: *Nemo vos fallat fratres; Si non vultis falli, & vultis amare fratres, scitote omnem professionem in Ecclesia habere fictos. Non dixi, omnem hominem esse fictum, sed omnem professionem habere fictas personas. Invenio* F *sanctimoniales indisciplinatas, nunquid ideo sanctimonium reprehendendum est? Sed nunquid propter virgines malas damnaturi sumus & sanctas & corpore & spiritu? An propter istas laudabiles, etiam illas improbandas laudare cogemur? Undique unus assumetur, & unus relinquetur. Nolite,* inquit, alibi idem S. Pater, *propter amurcam, qua oculi vestri offenduntur, torcularia detestari, unde apothecæ Dominicæ fructu olei luminosioris implentur.* (S. August. in Psal. 99.) (S. August. Epist. 137.)

G *In sequentibus,* inquis, *innuit Auctor à Jesuitis solis petenda esse exempla virtutum.* Tu quidem mendacium non innuis, sed splendidè in lucem promis; quod utrum ita sit; lectorem ex hac Auctoris oratione arbitrari volo. Sacerdotem quendam ex nostris ad se (me coram) accersitum acriter corripuit, quòd cum novitio de rebus à nostro alienis instituto loqueretur; exempláque virtutum longè posita potiùs, quàm domestica afferret; ejúsque hominis spiritum miraretur & probaret maximè, cujus sanctitas peregrino fervore, raptibus ac revelationibus potissimùm constare videbatur. Quæ quidem omnia procul esse à novitiis debent, quorum animi teneri adhuc & molles certis, germanis, & in propria cujusque vocatione atque instituto legitimis opinionibus imbuendi sunt, erroribúsque, qui ferè incautis animis obrepunt, omni cura atque diligentia detractis, ad veras, solidas atque expressas virtutes studiosè effingendi atque efformandi. Hæc Ribadeneira: Sed ais, *quid* H *hoc sibi vult, quòd Ignatius illam sanctitatem extenuat, quæ peregrino fervore, raptibus ac revelationibus constare videtur?* Quæstio hæc locum non habet apud peritum, sed apud imperitum; qualis tu Misene, qui non legeris, vel memineris illud B. Petri: *Charissimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quasi novi aliquid vobis contingat. Sed communicantes Christi passionibus gaudete, ut & in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exultantes.* Quàm enim periculosum sit peregrino fervori sese addicere, deserta via regia, & *in mirabilibus supra se ambulare,* id non unius ruina & miserabilis interitus docet. Superſedeo exemplis; quia ea passim obvia, maximè apud Cassianum. Neque verò putavit Ignatius, aut ullus alius, fervoris lau- (1. Petr. 4.) (Cassian. Collat. 2. cap. 5. & seqq.)

A dandi & sectaodi exempla ex nostro Ordine à oostris novitiis solùm desumi posse. Plurima sunt in antiquorum Patrum monumentis, & in probatis Sanctorum historiis, quæ quivis sine erroris periculo ad imitatiooem sibi proponere potest; quæque omnia *domestica* nominare licet, quia ad spiritum Societatis, & ad constantem solidámque pietatem faciunt.

B Porrò qua fronte fingis, adolescentem illum noviourn, vacillantem in suo proposito, & ad ollas Ægypti suspirantem, Ignatio illusisse, cùm Ignatii benevolentia & lenitate delinitus, animum mutârit, & io eo, quod ingressus fuerat, vivendi Instituto, firmiter perseverare statuerit, exuta priore menos levitate. *Callidè, ùt ego puto*, ioquis, *illusit Ignatio.* Unde verò hoc putandi, vel minimam occasionem habes, nisi quòd tibi lubet putare, quidquid lubet, etiam reclamante & repugnante conscientia?

C Aliam historiam de Doctore, non satis integræ famæ & vitæ, persanato per exercitationes spirituales, cùm priùs globulis in tabella Ignatius cum illo lusisset hac conditione, ut victus victoris arbitrio se permitteret: non aliter refellit Misenus; quàm hac exclamatione. *O scurras blasphemos!* Sed facile est cuivis scurræ talem vocem promere; Vocem, ut Augustini verbis utar, *abominabilem & detestabilem, præsumptionis & vanitatis plenam, nulla veritate suffultam, nulla sapientia illuminatam, nullo sale conditam, vanam, temerariam, præcipitem.* (S. August. in Psal. 101.) Quid enim blasphemo scurra dignum Ignatius aut Ribadeneira commisit? An ludere globulis in tabula scurrile & blasphemum est? Multi ergo optimi & doctissimi viri scurræ & blasphemi erunt, qui, relictis Miseno chartis lusoriis, tessaris & aleis, hoc lusu animum gravioribus curis fessum relaxare solent: An scurra & blasphemus Ignatius, quòd ludere nescius vicerit Doctorem illum, non sine admiratione tum ipsius Doctoris, tum spectatorum? At victoriam referre ex honesto lusu, non nisi honestum esse potest, & eò quidem hoc ipsum majorem admirabilitatem habet, quò is, qui victor evadit, in illo ludeodi genere, minùs est exercitatus. An pro blasphemo scurra Ignaoum reputas; quòd, tali sponsiooe interposita, cum Doctore illo io certamen descenderit? At quæ scurrilitas in hoc aut blasphemia, si duo, quorum neuter ab altero aliquid honestati repugnans postulaturus sit; ludant hoc inito pacto, ut victus victoris potestati se permittat, si victor hac permissiooe in emolumentum victoris longè maximum utatur; quemadmodum usus est Ignatius.

D Cùm Apostolus dixisset, quosdam esse, qui Christum prædicent *propter invidiam & contentionem*; oon vociferatus est, tuo more, *O scurras blasphemos!* sed hæc verba subdidit: *Quid enim? dum omni modo, sive per occasionem, sive per veritatem Christus annun-* (Phil. 1.) *tietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.* E Quantò magis tu Ignatium laudare debebas, qui non per contenoionem & invidiam, Doctorem hunc ad meliorem vitam traduxit, sed per rerum cœlestium meditationes, accepta occasione ex honestissimo ludo. *Sananti animum laborantem*, ioquit Origenes, *fas est uti remediis non quæsitis, sed per occasionem oblatis.* (Orig. lib. 4. contra Celsum.) Celsus ipse, omnis honestatis cæteroquin hostis, mutationem morum in melius, tanti fecit, ut scripserit, teste Origene; *pro medicamento interdum permitti posse usum imposturæ ac mendacii, sunt enim*, inquit Origenes, *quidam conficti sermones, qui nihilominus mores vertunt in melius; qua arte medici quoque nonnunquam apud ægrotos utuntur, dissimulata veritate. Quod tamen non pro JEsu responsum sit:* addo ego, nec pro Ignatio, quia non adhibuit aliquam dissimulationem vel decepoonem sanandis Doctoris illius ægritudinibus, sed spiritualium rerum exercitationes: F & tameo audire à te cogimur: *O scurras blasphemos!* Quod convicium ne tunc quidem meritus esset Ignatius, & nos cum illo: Si medicos, medendi gratia fallentes, imitatus fuisset, ut omittam, quod jam alibi monui, tanti morum mutaoonem visam esse Origeni & Tertulliano, ut liberè dixerint & scripserint, Christianam religiooem amplectendam esse, licèt falsa foret, ob insignem illam vim & efficacitatem faciendi ex improbis, probos: & ex impuris puros.

G Pergis. *Inter alias absurditates impias non minima est, quæ sequitur. Ait enim Ribadeneira inter commoditates, quas multas ac peregregias devotm augustissimum corpm Domini JEsu percipiendi ac frequens usus secum affert, illam esse eximiam, quod dignè communicantem ita virtute Sacramenti confirmat, ut ne in peccatum grave labatur, aut si humana imbecillitate victus cadat, brevi certè à peccato resipiscat.* Quas tu hìc *impias absurditates somnias* Calvinista? Dicis, *præcipuum finem cœnæ Dominicæ esse nostræ cum Christo κοινωνίας incrementum:* Sit ita, ùt vis; si κοινωνίαν hanc, communionem & conjunctionem nostram cum Christo, intelligas Catholicè, verè & per gratiam, per veram realem, & propriè dictam manducationem, non Calvinisticè per nescio quam imaginariam ludificationem. At ex hoc effectu uterque à Ribadeneira commemoratus proximè sequitur. Quò enim quis interiùs Christo per uberiora gratiæ dona conjungitur, eò longiùs abest à periculo capitalia scelera perpetrandi, & eo ipso etiam magis sanantur vulnera à prioribus peccatis inflicta; hósque effectus habet Sacramentum hoc ex opere operato; quod tu noo interpretaris ùt homo doctus, sed ùt quispiam ex fæce vulgi operarius.

H Ais, *sacramentum vim ex opere operato habere, nihil esse aliud; quàm effectus suos etiam sine ulla fide in animo recipientis producere, & hinc fieri, ut homines de sua salute planè sint securi, si saltem post omnis generis flagitia, jam in*

A *in ipso mortis articulo aliquem sacerdotem habere queant, à quo corpus Christi accipiant.* Non nostra dogmata memoras, sed tua somnia; Nemo *opus operatum* ita describit: fides adsit oportet, & aliæ dispositiones, ut efficax sit hoc Sacramentum, atque adeò ut ex opere operato effectus suos producat. Est enim Sacramentum vivorum, non mortuorum: Neque docemus, peccata mortalia per hoc Sacramentum remitti; pœnitentia & confessio accurata præmittenda est; Ni fiat;
1. Cor. 11. *judicium sibi manducat & bibit:* quisquis manducat & bibit; *non dijudicans corpus Domini.* Sed de hac re jam fusiùs libro primo.

CAPUT VII.

Mendacia Miseni in tria postrema capita Libri Quinti.

B CApur undecimum agit de prudentia rerum gerendarum. In agendo, inquit Auctor, vitabat nimias celeritates aut tarditates, sed festinabat lentè. Hic Misenus, *quasi verò Augusti illud ignotum fuerit ante Ignatium: festina lentè.* Neque Ribadeneira scripsit, vetus hoc verbum ante Ignatium fuisse ignotum; aliàs vetus non esset; Sed Ignatium præstitisse id, quod proverbium illud sapienter monet, verbis quodammodo disparatis, sibíque mutuò adversis. Quid ergo calumniaris? Tu etiam laude dignus esses, si quod dictum hoc faciendum monet, faceres.

C Addis; *Quæ nugatur de exquisito spiritu, & prudentia Ignatii, lubens omitto: Neque enim solus præsentia cernere & futura prospicere potuit, cùm illud notum ex Homero de Calchante; qui hac in parte superavit Ignatium. Noverat enim præsentia, præterita & futura.* Utinam hæc etiam tam nugacia verba intra fauces compressisses. Minus saltem aliquantisper nugarum & næniarum tua scholia continuissent. Quod ad Calchantem attinet, poteris, si libet, illum non modò Ignatio, sed & Antonio, Hilarioni, Paulo primo Eremitæ, Benedicto, &c, si ita placet, Heliæ, Helisæo, Isaiæ, Hieremiæ, & aliis opponere; nisi fortè his antiquis opponere velis antiquiorem Vatem Mopsum; qui, si ritè recordor, in expeditione Colchica Jasonis & aliorum Heroum prædicans fuit; prædicans & prædicens Argonautis, ùt jam vestri faciunt, ea, quæ neque sunt, neque fuerunt, nec erunt, nec esse possunt.

D *Valde*, inquis, *placet sibi Auctor, cùm refert incrementum istius societatis per totum orbem disseminatæ.* Quidni sibi placeret? Quidni ob tantum beneficium ex intimis præcordiis Deo grates persolveret? *Atqui hoc ipso*, inquis, *argumento ostenditur improbitas sectæ:* Hæreticæ videlicet; non Societatis, quæ secta non est, sed Ordo à Catholica Ecclesia approbatus. *Boni propagatio*, inquis, *multò difficilior & tardior.* Ex natura sua tardiùs propagatur bonum, quàm malum; At fieri potest, ut singulari Dei ope & subsidio, ipsum etiam bonum celerrimè multiplicetur; E
& longè citiùs, quàm malum; ùt libro quarto copiosiùs disserui, cùm similem quandam calumniam à te effusam refellerem; ubi & illud ostensum; quomodo ex subita propagatione, judicium fieri possit, de bonitate vel malitia alicujus rei. Nec opus repetere jam dicta; hîc tantùm addo.

Si id, quod celeriter natum & propagatum F
est, stabiliter itidem duret, & non vel sensim evanescat, vel in alios atque alios quasi fœtus dissolvatur, non exiguum bonitatis argumentum, si cætera etiam adsint, inde desumi posse. Nam quod malum est, atque adeò nec à Deo auctore proficiscitur, nec Dei tutelæ innititur, id facilè dissipatur, & in alias formas levi momento transformatur, ùt videre licet hac ætate in Hæresi Lutherana, quæ vix nata, & nonnihil aucta, consumi cœpit à sectis Zvvingliana, Anabaptistica; aliis, maximè à Calviniana; Calviniana rursus magnam plagam indies accipit à Trinitariis, Atheis, & id genus aliis. Et quid multis opus est? Hæresis instar amnis volvitur & volvetur in omne volubilis ævum, nunquam firma gradu & statu. At bonum, quia Deum Auctorem habet, Deóque nititur, perstat & durat in mediis etiam procellis. Intuere Ordines à sanctis Patribus o- G
lim fundatos, permanent in Ecclesia Dei immoti & constantes. At ubi nunc Hæreses illæ Donatistarum, Pelagianorum, Manichæorum, Arianorum, Jovinianistarum, & Vigilantianorum, & cæterorum de genere eodem, quæ tempore S. Augustini dilacerabant Ecclesiam Dei? Periêrunt, nec sunt, nisi renatæ quadantenus in vobis, vestrísque fratribus. At Ordo S. Augustini quot seculis jam floruit intactus & illibatus? Ita videlicet natura comparatum est, ut, quod divina manus non promovet & fulcit, id concidat & deficiat, sicut deficit fumus.

Quod egregiè observavit Origenes, cùm H
Celsi quasdam criminationes refutans ostendit, religionem Christianam à Deo sustentari, eò quòd pereuntibus aliis, ista sola immota substiterit: *Equidem ignoro*, inquit O- Orig. lib. 1.
rigenes, *sciveritne Celsus aliquos, qui ad æmulationem JEsu voluerint inter homines haberi pro Dei filiis, aut pro Dei potentia. Et quoniam magno veritatis studio singulos locos examinamus, dicimus, apud Judæos fuisse ante JEsu nativitatem Theudam quendam, qui se magnum quempiam jactaret, quo mortuo, qui per eum decepti fuerant, dissipati sunt. Post illum in diebus Census, quo tempore JEsus natus est, Judas quidam Galilæus fecit multos è populo ad se deficere, quòd videretur vir sapiens, & moliri magnificum aliquid, qui ubi & ipse pœnas luit, doctrina quoque ejus è medio sublata est, exceptis parvis reliquiis. Post JEsu quoque tempora Dositheus Samarita conatus est persuadere suis civibus, se esse Christum illum à Moyse pronunciatum, & visus est invenisse discipulos.*

A *Hic non incongruum fuerit referre, quod in actis Apostolorum legitur, valde sapienter à Gamaliele dictum, illos quidem fuisse alienos à promissione, nec filios Dei, nec potentias: Ceterùm*
Act. 5. *JEsum Christum verè fuisse Filium Dei. Sic autem ibi loquitur Gamaliel. Si est ex hominibus consilium, aut opus hoc, dissolvetur; sicut & illorum dissolutum est post eorum obitum: sia ex Deo est, non poteritis dissolvere hanc doctrinam, nequando & Deo repugnare videamini. Quin & Simeon Samaritanus Magus per magiam suam quosdam decipere conatus, effectu non caruit ad tempus; nunc autem in toto orbe, opinor vix triginta Simonianos reperiri, ac fortasse ne tot*
B *quidem. Sunt enim in Palæstina pauci admodum; in reliquo terrarum orbe, nusquam nomen ejus est in ea opinione, in qua ipse haberi voluit: nam apud quos nominatur, iis ex actis Apostolorum innotuit Christianis hominibus. Atque etiam ipsa res declaravit nihil divinum in Simone fuisse.* Hæc Origenes tum de aliis, tum de Simone Mago, à quo tibi itidem Simonis nomen venit. Nam ab Apostolo Simone te id accepisse, non facilè crediderim. Accommoda hæc Misene, ad Lutherum & Lutheranos, ad Calvinum & Calvinianos, & ad cæteros Hæresiarchas & Hæreticos, & clarè jam nunc videbis eundem exitum, eosdem manere, licèt admodum Evangelii specioso titulo sese jactent.

C Subjicit his Ribadeneira: Anno Domini 1527. quo tempore Ignatius egenus, abjectus, ac contemptus vivebat, quidam adolescens apprimè nobilis & copiosus, Ignatium intuens nudis pedibus & vili habitu incedentem, juvenili quadam levitate commotus, procaciter ipsum irridens atque insultans: Ardeam, inquit, ego & flammis incensus concidam, nisi hic, qui flammis conflagret, dignus est. Quod audiens Ignatius, placido ad eum vultu, cave, inquit, ne hoc ipsum, quod imprecaris, tibi eveniat. Paucis pòst diebus, in tormentarium pulverem, qui ad publicam lætitiam paratus erat, in turri domus ejusdem nobilis adolescentis, ignis scintilla fortè illapsa magnum repentè excitavit incendium, quo miser adolescens ambustus ac semiustulatus est; ardorémque nimium restinguere cupiens, in aquam se conjecit, mortémque fugiens, in mortem incidit, brevíque consumptus est. Hæc Ribadeneira.

D Hoc loco Misenus non desinit esse Misenus, imò si usquam, hic certè sui est simillimus. *Historia pars una mihi verisimilis videtur*, inquit, *pars altera non item: Puerum verò dixisse puto, quod de Ignatio protulit, de morte pueri omnia credo esse conficta.* En pectus & os hujus hominis. Credit, adolescentem istum dixisse: Ignatium esse flammis dignum; & ideo tantùm credit, quia ipse reputat Ignatium flammis esse dignissimum; nec ullum aliud argumentum hujus suæ credulitatis adducere potest, nisi immane quoddam in Ignatium odium, & innatam quandam improbitatem, & ad pessima quæque creden- E
da & facienda & suadeuda propensionem. Alterum, non credit Misenus, alterum inquam, de vindicta paucis diebus à procaci adolescente expetita. Cur verò prius credis, & hoc non? Idem Auctor utrumque prodidit, Neutrum tu vidisti. Neutrum ex illarum rerum numero est, quæ fieri nequeant. Factum posterius tam particulare est, quàm prius; tam nititur fide Ribadeneiræ, quàm
prius. Cujus fides, si in posteriore facto F
percensendo sit mendax, cur verax sit in priore? Si in priore verax sit, cur mendax in posteriore? An nescis, injuriam servorum suorum sæpius non levi pœna Deum vindi-
casse? Seis, quid evenerit pueris Helisæi illu- 4. Reg. 2.
soribus? Quas pœnas Persicæ quædam puellæ luerint, cùm Jacobum, virum sanctissimum, impudenter excepissent, his verbis
scribit Theodoretus: *Illo tempore venerat in* Theodor. hist. Relig.
Persidem, visurus plantas veræ Religionis, & ei, quam par erat, curam adhibiturus. Cum is autem fontem transmitteret, puellæ quadam, quæ pannos lavabant, & vestes pedibus emundabant, ne novum quidem, & qui decentem præ se ferebat gravitatem, sunt reveritæ habitum, sed exuto pudore, & perfricta facie, & impudentibus oculis divinum hominem aspiciebant, neque capita operientes, neque vestes, quas succinxerant, demittentes. Hoc cùm ægrè tulisset homo Dei, & vellet Dei virtutem in tempore ostendere, ut facto miraculo liberaret ab impietate; fontem quidem est execratus, & fluentum confestim evanuit. Puellas quoque est execratus, & impudentem earum juventutem castigavit canis ante tempus inductis; & sermonem factum est consecutum, mutatúsque est nigror pilorum, & similes evaserant nuper plantatis arboribus, quæ verè circumtectæ sunt foliis autumnalibus.

Sed probat Misenus, posteriorem partem G
esse falsam: *Si puer potuit se in aquas conjicere, proculdubio igne consumptus non est: Qua igitur re consumptus est, & quidem brevì?* Quàm putidus es calumniator, Misene, & quàm plenus ruris & inficetiarum. Quid certiorem interitum affert, & quid perniciosius est, quàm si quis toto corpore ardens, ùt prædictus adolescens ardebat, conjiciat se in aquam, & ab uno extremo, quod vulgò dici solet, transeat ad alterum? Quàm multi hac ratione ardori medicinam parare volentes, invenerunt exitium, consumpti ab igne; falsissimum enim est, non perire ab igne illum, qui se in aquas conjicere queat; si enim
tu (quod minimè tibi precor: absit enim, ut H
tam alieno à te sim animo) vel fulmine vel pulvere tormentario, vel alio casu semiustulatus frigida lympha incendium restinguere properares incassum, mali magnitudine omnem solertiam & industriam superante, ùt plerumque fit in hujusmodi eventibus; an non rectè ab igne periisse & interiisse diceretis; quia ignis prima & potissima perniciei causa fuisset? Deinde Auctor non dicit, *consumptum esse ab igne*, ùt tu calumniaris, & licèt

id

Id dixisset, verè id dixisset; sed ait, Juvenem illum priùs ab incendio illo ambustum, cùm se in aquas conjecisset; & mortem, quam fugiebat, invenisse, & brevi consumptum esse.

A Pone nonnihil, Misene, pectus illud calumniarum tam fœcundum. Rectis oculis, non calumniatoriis, Ribadeneiræ verba inspice, & vel serò, súbque finem libri tui honestas in præcordia redeat. Pudeat te tantarum criminationum & Sycophantiarum. Igne, an aqua Juvenis ille perierit, post illusionem illam in Ignatium; parùm refert, dummodò constet periisse, Deúmque injuriam Servo suo illatam, tam atroci supplicio ultum esse. Sed ne sic quidem persuadebis tibi, verum esse, quæ Auctor testatur. Credo propterea, quia metuis, ne idem tibi eveniat. Si enim tam gravem pœnam Deus à petulante Juvene repetiit ob convicium illud in Ignatium procaciter jactum; quas pœnas, vel in hac vel in altera vita, Deum à te repetiturum non formidares; si hanc historiam veram esse crederes? à te, inquam, qui Ignatium petulantissimè & flagitiosissimè per summas calumnias toto hoc libro traduxisti; Ignatium, qui nullo verbolo te unquam offendit; qui ex hac vita ad alteram transla-

B tus est, fortè antequam nascereris. Nec Ignatium modò, sed & Ribadeneiram, qui toti Italiæ & Hispaniæ ob eruditionis & virtutis opinionem venerationi est; & in his duobus omnes illos, qui in Societate JEsu degunt. Quòd si argumentis egisses & rationibus, ùt homo; non meris conviciis & insanis clamoribus, ùt canis furiosus; veniam meruisses, quia cogitare potuissemus, te instrui & doceri velle, eáque de causa argumenta & rationes illas in medium adduxisse. Nunc cùm unicum finem tibi præposueris calumniari & conviciari, quis patiens & commodus tantam impotentis & impudentis linguæ intemperantiam ferat?

C Sed cætera videamus. Ait Auctor. Mihi secundò gravissimè ægrotanti in morbum me tertiò relapsurum prædixit: *Egregium vaticinium*, inquit Misenus, *quod à quovis Medico peti potest.* Si Medici poterant id prædicere Ribadeneiræ, quod prædixit Ignatius, qui fit, quòd nullus Medicus prædixit, Ignatius prædixit? Non nego, Medicos ex præscripto artis quædam prædicere posse, sed eo modo, quo Astronomus, quædam alioqui fortuita, ùt pluvias, nives, tonitrua prædicit, artis suæ præcepta secutus, & eo modo, quo tu prædixisses, Lazaro jamjam resuscitato, eum iterum moritu-

D rum esse. At Ignatius non fuit aut Hippocratis aut Galeni discipulus, nec fuit ejusmodi præsensio illa, quæ sub Medici alicujus scientiam caderet. *Simile*, inquis, *quod sequitur; P. Jacobo Laines prænunciavit, illum, se mortuo, futurum Societatis Præpositum.* Num & hoc Medici prædicere possunt, Misene, quia, ùt tu ais, priori prædictioni hæc est similis? Si id cognoscunt, qua via cognoscunt, tactúne an aspectu? Velim tamen planiùs explices, undénam Ignatius cognoverit, Lainem fore suum successorem, si id divinitus non intellexit; neque enim ipse successorem sibi substi-

tuendi potestatem habebat, neque scire humano modo potuit, quidnam, se mortuo, E
acturi essent illi, ad quos jus Generalis creandi spectabat, cùm eo tempore, quo Ignatius obiit, Societas, non solius Romanæ urbis ambitu contineretur, sed per plerásque Christiani orbis provincias jam propagata esset; ut proinde Ignatius minimè potuerit explorare, quænam esset omnium voluntas de successore sublegendo. Restat ergo, ut id cognoverit divino instinctu, prædixeritque cœlesti impulsu: quam gloriam prophetiæ, tam hac præsensione, quàm aliis non paucis probatam, invides tu Ignatio, ùt olim Celsus vaticinandi gratiam Christo. *Accusat*, inquit Origenes, *discipulos, quasi finxerint, præscisse illum & prædixisse omnia, quæcunque sibi acciderunt.* F
Imò prædictionem Christi de proditione Judæ, de negatione Petri, de scandalo & fuga discipulorum: iisdem planè conviciis proscindebat Celsus, quibus tu prædictiones Ignatii laceras, ùt intelliges, si Origenem legere velis, quod num suadeam, an dissuadeam, ambigo; citiùs enim Celsus affricabit tibi tanto calumniatori novas calumnias, quàm Origenes responsa sua tibi persuadeat: capaciorem enim, conviciandi exercitatione & usu, fecisti animum tuum mendacii & impudentiæ, quàm veritatis & modestiæ.

Orig. lib. 2. contra Celsum.

Ridet deinde Misenus dicta & monita quædam Ignatii; non quia frivola, sed quia priùs ab aliis dicta & tradita. Sed jam suprà respondi, eodem jure rideri posse Scriptores Canonicos, quorum posteriores easdem aliquando sententias proferunt, quas priores. Et ut hos omittamus, ridere poterit sanctos Patres, qui eadem sæpissimè monita, & bene vivendi præcepta præscribunt. Ridere poterit prophanos Scriptores, nominatim Virgilium, qui plura dicit, quæ priùs dixerat Homerus & Theocritus; Ciceronem, qui sententias Demosthenis & aliorum sæpe usurpat; nec extitit hactenus, qui id eis vitio verterit. Solus Misenus tam lividam mentem habet, ut, quæ in aliis laudat, in Ignatio vituperet. Quòd autem Ribadeneira scribit, Ignatium docuisse, vitandam esse familiaritatem omnium mulierum, id ut intactum præteriret, à se impetrare non valuit. Dictum feriendum fuit hoc scommate: *Ostendit, Ignatium fuisse* μισογυνῆ; *fortasse, ut Euripidem quidam dixit;* ἀλλ' ἐκ ἐγγελῶν. Græco velo velas turpitudinem tuæ mentis, cúmque Ignatii castitatem appetere directè nequeas, aversus tamen & obliquè telis & sarcasmis eam impetis; nec ostendis, quis sit Ignatius, sed quis tu & tui similes, de quibus Hieremias Deum alloquens: *Propè es tu ori eorum;* quia verbum Domini perpetuò in ore habetis; *& longè à renibus eorum;* quia nihil minùs vobis clarum & gratum est, quàm castitas & continentia. *In aviariis vestris non turtures, sed upupæ nutriuntur, quæ tota fœtida voluptatis lustra circumvolent*, ùt sanctus Hieronymus de Joviniano dixit, & ùt idem ait; *In castris vestris habetis Amazonas exerta mamma, & nudo brachio, & genu venientes contra* H

Hier. 12.

S. Hier. lib. 2. contra Jovin.

 se

se viros ad pugnam libidinum provocantes, verissimi Parides γυναικομανεῖς in suro, choro, & thoro, uno verbo, ubique.

A Caput duodecimum est de vigilantia & solicitudine Ignatii. Obmutuit hic Misenus ferè præter solitum, tantùm addit, *non esse curiosè inquirendum, an verè dixerit Auctor, Ignatium quatuordecim horas, jejunum exspectâsse, cùm ad principem quendam adire vellet.* Improbabile hoc tibi videtur; quia vires tuas, vel si non vires, certè morem superat. Theodoretus scripturus sanctorum Patrum historiam, his verbis lectorem est affatus. *Rogo eos, qui in hanc religiosam inciderint historiam, ne eis, quæ dicuntur, minùs credant, si quid audiant, quod eorum vires superet, nec ex se illorum virtutem metiantur, sed apertè sciant, quod eorum animis Deus desuper metitur dona sancti*

B *Spiritus, & majora largitur perfectioribus.* Hanc Theodoreti admonitionem si secutus fuisses, plurimas calumnias intra pectus tuum sepultas oppressisses. Sed cùm Calvinista sis, hoc est, sectator sectæ, cui Ceres & Bacchus, duo maxima Numina, non miror, te non credere, Ignatium quatuordecim horas exspectâsse jejunum; quia nec Ergasilus, nec Saturio, nec Artotrogus, nec Gelasimus, fratres tui, id credidissent.

C *Verùm jam cœpimus terram prospectare de Pelago, & post montes gurgitum, & spumosos fluctus, & navim vel in sublime subvectam, vel in ima præcipitem, paulatim fessis & languentibus portus aperitur.* Sequitur enim caput decimum tertium & ultimum, quod est de miraculis per Ignatium patratis. Nihil hic penitus affert Misenus, præter paucula convicia jam alibi refutata; quorum unum: *Ordinem nostrum ad otium & ignaviam institutum;* ac proinde non mirandum, si brevi tempore multùm creverit. Alterum; *miracula Ignatii esse commentitia;* nec aliter probat, nisi asseverando; verùm quia hæc jam sæpius expedita & profligata sunt, non immorabor diutiùs; sed totam apologiam pro Ignatii nostri vita hic concludo.

S. Hier. lib. 2. contra Jovin.

D Habes ergo, Misene, scholiorum, quæ Impudenter scripsisti, refutationem, quam impudentiùs adhuc efflagitâsti; nescio, quo consilio, nisi quod summum quoddam impudentiæ genus videtur, non modò publicè, & in totius mundi theatro mentiri; sed etiam mendaciorum accusari & convinci velle, idque votis omnibus exoptare. Quod Tertullianus dixit Marciuni sub finem suæ disputationis adversùs eundem, id ego tibi: *Misereor tui*, Misene, *frustrà laborâsti*, Ignatii nomen honósque manet, & semper manebit, vivet ævo extento ævi nostri decus Ignatius: illum *aget penna metuente solvi fama superstes.* Quid effeceris, non video, nisi quòd egregii calumniatoris laudem, si quæ est ea gloria, tibi comparâsti; simúlque libellum famosum scribendo, edendo, & evulgando, capitalis supplicii reum te fecisti ex legibus antiquis. *Nam frugem alterius aratro quæsitam noctè pavisse; vel infame carmen proposuisse*, puberi duodecim tabulis capitale fuit, nec modò duodecim tabulis, sed & legibus posterioribus Imperatorum, quarum una his verbis continetur: *Si quis famosum libellum sive domi, sive in publico, sive quocunque loco ignarus repererit, aut corrumpat priùs, quàm alter inveniat, aut nulli confiteatur inventum: si verò non statim easdem chartulas vel corruperit, vel igne consumpserit, sed vim earum manifestaverit, sciat se, quasi auctorem hujusmodi delicti, capitali sententiæ subjugandum.* E

Tertull. lib. 5. contra Marcion.

L. Si quis. C. de fam. libell.

Ex his, Misene, statue, quidnam Valentinianus & Valens, quorum hæc lex est, & Theodosius & Justinianus Imperatores, qui eam in suos codices retulerunt; tecum egissent, & & cum illis, qui chartis infamibus delectantur potiùs, quàm honestis & veracibus, si sub Imperio illorum alicujus nomen & existimationem tam atrocibus calumniis insectatus fuisses; aut si reus hujus legis censeri non vis, fac, quod monent Imperatores; *defer ea, quæ* per famosas chartas effudisti ad legitimum in Imperio, in quo degimus, magistratum: *Si assertionibus tuis veri fides fuerit opitulata, laudem maximam & præmium consequeris*, Imperatorum mandato. *Si verò minimè hæc vera ostenderis*, sicut nunquam ostendes, hæc vera esse, *capitali pœna*, eorundem Imperatorum jussu, *plecteris.* Quam ego tibi non imprecor, sicut tu pro tua lenitate, Ignatio & Sociis crucem, rotam & rogum imprecaris; sed tantùm demonstro, quam legem violaveris, & quid commerueris, & quæ merces te maneret, si ad tribunal veterum Imperatorum causam dicere deberes. Fortè ab hac lege provocabis ad aliam, quæ tibi & tui similibus, mitiorem pœnam decernit; & est ista: *Si quis librum ad infamiam alicujus pertinentem scripserit, composuerit, dolóve malo fecerit, quo quid eorum fieret, etiamsi alterius nomine ediderit, vel sine nomine, uti de ea re agere liceret, & si condemnatus sit, qui id fecit, intestabilis ex lege esse jubetur. Eadem pœna ex Senatusconsulto tenetur etiam is, qui Epigrammata* (Nota hoc Misene pro Epigrammatis tuis, quæ libro famoso præmisisti) *aliúdve quid sine Scriptura in notam aliquorum produxerit: item qui emendum vendendúmve curaverit.* Hactenus lex, quæ mitior, quàm illa ex Codice; sed est antiquior, Lex Codicis posterior; quæ vetustissimâ duodecim tabularum legem renovavit. Nôsti autem pœnas secundùm posteriores leges decerni & infligi solere, cùm posteriores leges vel abrogent vel emendent priores. αἱ μεταγενέστεραι διατάξεις ἰσχυρότεραι τῶν πρὸ αὐτῶν εἰσίν, inquit Modestinus Jurisconsultus. *Posteriores constitutiones fortiores sunt prioribus.* Nec est, quòd exspectes, ut probem, opus tuum esse libellum famosum: Vis, ut probem, Solem lucere meridie? tanta confinxisti de Ignatio, quanta *non diceret de latrone latro, de scorto meretrix; scurra de mimo;* lubet enim uti verbis S. Hieronymi contra nominis sui calumniatorem agentis, & cum iisdem vindicationem Ignatii à tuis criminationibus terminare.

F

G

L. Lex Cornelia. ff. de injuriis.

H

L. 4. de Constitut. Principum.

S. Hier. Apolog 1. cont. Ruff.

LAUS DEO VIRGINIQUE MATRI.

JACO-

JACOBI GRETSERI,
SOCIETATIS JESU THEOLOGI,
LIBRI QUINQUE APOLOGETICI,
PRO VITA
B.P. IGNATII,
SOCIETATIS JESU FUNDATORIS.
ADVERSUS
ITERATAS CALUMNIAS
CUJUSDAM CHRISTIANI
SIMONIS LITHI MISENI
CALVINISTÆ.



SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO,
DOMINO
MAXIMILIANO,
COMITI PALATINO RHENI,
UTRIUSQUE BAVARIÆ
DUCI, &c.
JACOBUS GRETSERUS,
SOCIETATIS JESU,
Gratiam & felicitatem à Deo precatur.

BIennium elapſum eſt, & menſes aliquot, Sereniſſime Princeps, cùm libros quinque Apologeticos pro vita B. P. Ignatii edidi, veſtræque Serenitatis nomini dedicavi: adverſus ſcholia à quodam Litho Miſeno Calviniſta ineptiſſimè & vaniſſimè confarcinata; & edidi eo conſilio, ut Orthodoxis oſtenderem ſectæ Calvinianæ frontem, qua, haud ſcio, an perfrictior ulla, etiam in Neroniana aula fuerit: tanta enim mendaciorum impudentia in ſcholiis illis deprehenditur, ut, qui legerit, vix ſuſpicari poſſit, feriò ab homine ſanæ mentis fuiſſe divulgata, præſertim hoc tempore, quo Calvinianæ ſuperſtitionis fraudes paſſim notæ ſunt. Cæterùm Hæreticus priores ſuas criminationes & ſycophantias tibicine fulciendas putavit, reſponſo conſcripto, quo, tantum abeſt, ut meam Apologiam refutârit; ut etiam mendaciorum cumu-

cumulum nova fabularum & imposturarum accessione auxerit. Quocirca rursus cum hac excetra mihi depugnandum, & beatus Ordinis nostri parens à Calvinisticis spiculis asserendus fuit, id quod lubens meritò feci: non enim silendum filiis aut hæredibus, cùm genitor, aut is, à quo hæredes instituti sunt, contumeliis laceratur. *Si fortè cadaveri defuncti fit injuria*, inquit Ulpianus, *cui hæredes bonorúmve possessores exstitimus, injuriarum nostro nomine habemus actionem: spectat enim ad existimationem nostram, si qua ei fiat injuria; idémque est, si fama ejus, cui hæredes exstitimus, lacessatur.* Et: *Semper hæredis interest; defuncti existimationem purgare: Qui præpositum suum non protexit, cùm posset*, ait Arius Menander, *in pari causa factori habendus est.* Cur igitur ego Ignatii filius, etsi minimus; hæres, & qualis qualis pars militiæ illius, cujus Ignatius primus Præpositus fuit, parentem optimum, Ducémque meum indefensum relinquerem? Ut taceam ipsas calumnias, quæ quemlibet boni nominis ad gloriam Dei retinentem & studiosum excitare possunt; ut in aciem prosiliat, arma capessat, & pro innocentiæ patrocinio nullos labores recuset. *Qui lapide feritur, quærit medicum*, inquit S. Athanasius. *Ictus autem calumniæ gravius, quàm lapides feriunt; Est enim calumnia clava, & gladius, & jaculum incurabile; ùt dixit Salomon; sed his veritas mederi potest, quæ ubi negligitur, vulnera accepta acerbiora fiunt.* Quando autem Lithus iste Calvinianus in defensione vanitatis, veritus non est compellare Illustrissimum Principem Electorem Palatinum FRIDERICUM, nemo, credo, mihi vitio verterit, si & ego iterum meum PRINCIPEM compellem in defensione veritatis, cujus patronum & propagatorem eximium in his terris Ser.tem vestram inprimis Deus esse voluit; Serenissime PRINCEPS MAXIMILIANE, utque diu esse velit precamur omnes, quotquot sub Ser.tis Vestræ tutela, avita & Catholica religione, multis in Germania adempta, fruimur.

Ingolstadii, Kalendis Junii M. DCI.

L. injuria. ff. de injuriis.

L. Omne. ff. de re militari.

S. Athan. Apolog. ad Constant.

AD LECTOREM.

Joseph. lib. 2. cont. Apion.

NOn diu morabor te, Candide Lector. Nôsti jam Misenum; quis genus, unde domo, quas chartas scribere, & in vulgus extrudere soleat: Et ut ignorares, Josephus te doceret; dum enim scripta Apionis censuit; judicium plenum judicii his verbis de hoc novo Apione tulit. τὰ μὲν γάρ ἐςι τῶν ὑπ' αὐτȣ̃ γεγραμμένων τοῖς ὑπ' ἄλλων εἰρημένοις ὅμοια, τὰ δὲ λίαν ψυχρῶς προςέθεικε. τὰ πλεῖςα δὲ βωμολοχίαν ἔχει, καὶ πολλὴν, εἰ δεῖ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν, ἀπαιδευσίαν, ὡς ἂν ὑπ' ἀνθρώπȣ συγκείμενα καὶ φαύλȣ τὸν τρόπον, καὶ παρὰ πάντα τὸν βίον ὀχλαγωγȣ̃ γεγονότος. *Pars eorum, quæ scripsit, similis est iis, quæ alii calumniatores scripsere, pars insulsè admodum & frigidè adjecta est; plurima scurrilitatem; & si vera fatemur, ingentem inscitiam continent; quippe profecta ab homine moribus pravo; quique tota vita sua rabula & circulator fuit.* Cur ergo refellis? inquis: Causas habes in epistola ad Serenissimum Principem. Præter illas, hanc quoque ex Josepho. ἐπειδ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων διὰ τὴν ἄνοιαν ὑπὸ τῶν τοιȣ́των ἁλίσκονται λόγων μᾶλλον ἢ τῶν μετά τινος σπȣδῆς γεγραμμένων, καὶ χαίρȣσι μὲν ταῖς λοιδορίαις, ἄχθονται δὲ τοῖς ἐπαίνοις, ἀναγκαῖον ἡγησάμην εἶναι μηδὲ τȣ̃τον ἀνεξέταςον καταλιπεῖν κατηγορίαν ἡμῶν ἀντικρὺς, ὡς ἐν δίκῃ, γεγραφότα. *Cum multi propter ignorantiam ab hujusmodi libris magis capiantur, quam ab illis, qui cum aliqua cura & industria elaborati sunt; cùmque ex calumniis & conviciis voluptatem; ex laudibus verò dolorem & molestiam hauriant; operæ pretium fore duxi, si & hunc refellerem, qui contra nos, quasi in foro & judicio, accusationem instituit.*

Joseph. loco citato.

Hæreo autem anceps animi, num & illa ratione, quam proximè subjungit Josephus, me impulsum esse, & adhuc impelli, dicere aut possim; aut si possim, debeam. Quæ illa? Accipe. καὶ γὰρ ἂν κἀκεῖνο τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις ὁρῶ παρακολȣθȣ̃ν, τὸ λίαν ἐφήδεσθαι, ὅταν τὶς ἀρξάμενος βλασφημεῖν ἕτερον, αὐτὸς ἐλέγχηται περὶ τῶν αὐτῷ προσόντων κακῶν. *Illud itidem plerisque mortalium insitum video, ut admodum delectentur, si animadvertant eum, qui calumniari cœpit; ob propria scelera, quibus obnoxius est, redargui.* Timidè utor hac causa; quia morosiori fortassis censori videri posset præscripto Christianæ legis non satis consentanea. Utar tamen, nam publicè interest, tales sycophantas communi omnium ludibrio & irrisui exponi, malefacta ut noscant sua: & qui ob hoc gaudent, ideo gaudent, quia id è re communi esse cernunt. Et cur non utar, quando liquidò mihi compertum est, plerísque priorem Apologiam non injucundam accidisse; cùm Calvinianum istum pro merito exceptum, & pro dignitate à me habitum, dimissúmque conspexerunt. Quamobrem inficias ire non pôssum, me eò promptiùs & alacriùs huic quoque operi Apologetico elucubrando studium & operam impendisse: in quo veterem scribendi rationem tenui. Intexui passim nonnulla ex amœniore litteratura, ut utile misceretur dulci, quod necessarium, in hoc scriptionis genere: in quo nihil ex professo de reconditis fidei mysteriis; sed de fama duntaxat, bonique nominis existimatione. Illud præterea cavi; ne, quæ priùs dixi, repeterem; eodémque modo, licèt easdem Hæretici calumnias refutarem: quod utrum præstiterim, non decet, ut prædicem: decet autem, ut experiendo, tu, amice Lector, cognoscas, & innocentiæ adversus obtrectatorum fraudes faveas.

IN

IN MISENUM LITHUM REDIVIVUM.

NEmo prisca Litho repetat mendacia: spernit
Prisca Lithus, cœpit clarior esse novis.
Quæritis, unde Lithus semper mendacia promat
Tam nova? Prisca Lithus pectora semper habet.

IN EUNDEM.

PRidem lima tuas tetigit Censoria chartas,
Et frontem effrontem repperit esse tuam:
Præfixitque tuis infelix THETA libellis,
Et pulsos toto jussit abesse foro.
Tu tamen in lucem remeas? Quid durius hostis
Optet, quàm tali ut vivere luce velis?

JAMBI MISENI PER PARODIAM AD AUCTOREM REMISSI.

NUper tulit, me judice, impudentiæ
Et vanitatis impiæ primas Lithus
Calvinianus: nunc lubens palmam tibi
Misene do. vale, & novis ne accingere
Mendaciis, & criminationibus.

VOTUM PRO LIBRO MISENI.

QUid precer, rogitas, Lithi libello?
Id, quo dignus & est, eritque semper,
Ut nigram citò raptus in culinam,
Cordyllas madida tegat papyro.
Vel scombris tunicas asellulisve
Præbeat, piperisve sit cucullus.
Quòd si tardipedi Deo esca fiat;
Tum demùm merito auctum honore rebor.
O tu qui Superos regis polúmque;
Acceptum face, redditúmque votum.
Si non illepidum, neque invenustum est.
Κρήνιον τόδε ἀσμένως δέλδωρ.
At vos interea venite in ignem,
Pleni ruris & inficetiarum
Libelli Lithini, inquinata charta.

HOs alteros libros Apologeticos pro vita B. P. IGNATII, Societatis JESU Fundatoris, adversus Simonis Lithi Sacramentarii repetitas criminationes typis & luce dignos judico. 14. Martii M.DCI.

PETRUS STEVARTIUS SS. Theologiæ Doctor, Professor, & Collegii Theologici pro tempore Decanus.

INDEX CAPITUM.

Libri Primi.

Libri Secundi.

Libri Tertii.

Libri Quarti.

Libri Quinti.

APOLOGIÆ SECUNDÆ
PRO VITA
B. P. N. IGNATII
LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Præfationis ad Sereniſſimum Principem, & alterius ad lectorem defenſio.

A QUidam è priſcis, provocatus ad convicìandi & calumniandi certamen, *in hoc quidem*, inquit, *nunquam deſcendero, in quo victor victo ſit deterior. Ergo tu quoque quiſquis es*, inquit Philo, *noli unquam cum malis contendere; ſed ſi fieri poteſt, cura, ut fugias.* Prudenter Philo, mea ſententia. Quo enim fructu manus conſerat modeſtus & pudens cum calumniatore, omnis modeſtiæ & verecundiæ oblito? ἕτος δὲ δὴ, ait Lucianus, ὡς μὲν ἐκ ἀγαθὸς ἄνθρωπός ἐςι, πᾶσιν ὄιμαι γνώριμον, ὐδεὶς γὰρ ὢν ἀγαθὸς, κακῶν αἴτιος γένοιτο τῷ πλησίον. *Calumniatorem non eſſe*

B *bonum virum, omnibus manifeſtum arbitror, nam nemo bonus machinatur proximo malum:* qui rectè eundem appellat ἄδικον καὶ παράνομον, *injuſtum & iniquum:* nam contra juſtitiæ leges, famam & exiſtimationem alienam oppugnatum & everſum tendit; item ἀσεβῆ καὶ τοῖς χρωμένοις ἐπιζήμιον, *impium, & auditoribus damnoſum:* Deum enim, qui ùt poëta canit: ἔκδικον ὄμμα, *vindicem oculum* habet, non reveretur; & eorum animos, qui ſibi aures præbent, mendaciis depravat & inficit; & ad ſimiles calumnias concin-

C nandas, exemplo ſuo, inflammat. Monito Philonis libenter tunc obtemperâſſem, quando calumniator Miſeous B. P. N. Ignatium, & eum, qui res ab Ignatio geſtas, litteris mandavit; Petrum Ribadeneiram, calumniis inceſſere cœpit; editis io vitam Ignatii mendaciſſimis ſcholiis; & nunc multò libentiùs obtemperarem; poſtquam Ignatio & Ribadeneira oon cooteotus, in me quoque conſuetis armis, boc eſt, criminationibus, violenter incurrit: ſed quò minùs volunta-

Philo lib. de agricultura.

Lucianus dial. calumniis non eſſe facilè credendum.

D ti meæ ſatisfaciam, amor boni communis facit: Intereſt enim publiceè, tum ut calumniæ in probos emiſſæ, refellantur: tum ut calumniatores ſuis coloribus depingantur.

E Cùm Apelles Epheſius à calumniatore quodam Antiphilo, ſummum in diſcrimen adductus eſſet apud Ptolemæum; non alia ratione, ubi ex periculo emerſit, acceptam injuriam vindicavit; quàm picta & propoſita imagine, in qua calumniam, totámque ejus aulam & familiam artificiosè expreſſerat; ut in ea, velut in ſpeculo, tam Anóphilus, quàm alii calumniatores ſeſe contemplarentur, geniúmque ſuum & mores agnoſcerent: idem mihi antea fuit, & nunc etiam eſt coofilium, depinxi priùs ſatis luculenter Miſenum; ſed quia oecdum ſe ipſe ſatis intuetur, luculentiores oune adhibebo colores, & *vivos ducam de marmore vultus:* ſed ſine calumniis; non enim valere debet apud Chriſtianum hominem illud veteris poetæ; *audibis malè, ſi malè dicis mihi.* Nec illud Plauti. *Ego malè loquendi vobis neſcivi viam: nunc vos mihi amnes eſtis, vos certum eſt ſequi. Si benè dicetis, veſtra ripa vos ſequar. Si malè di-*

F *cetis, veſtro gradiar limite.* Sed illud Domini; *Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos.* Imò calumniarum palmam oon gravatè Miſeno tranſcribo, juſſus à Philone; méque & priùs victum, & hoc etiam conflictu victum iri, palàm confiteor: Præceptum Philonis boc eſt: *Si quando majore vi coactus fueris in certamen* (conviciorum) *deſcendere, ne te vinci pudeat: ſic enim demum, ſi vincaris, victor evades, quando in hoc genere victus vincit. Nec exſpectes, dum adverſarium præco viciſſe pronunciet, aut certaminis præſes coronet: ſed ipſe accedito, palmam porrigens, atque etiam, ſi libet, coronas lemniſcatas imponito:* Itaque te victorem magna & intrepida voce pronuncio, hac ſolenni verborum formula, à Philone concepta: *In*

hoc

Luc. 6.

Philo loc. cit.

A *hoc cupiditatis, furoris, intemperantiæ, insipientiæ, injustitiæque proposito certamine, spectatores vósque certaminis præsides, equidem victus sum, vicit autem iste, & in tantum vicit, ut ne nos quidem invideamus, ejus adversarii.* Nou est tamen, quòd exspectes, ut aut ego, aut cavea acclamemus tibi jucundum illud Olympionicis carmen: χαῖρε καλλίνικε τήνελλα; potiùs novabimus gratulationem in hunc modum: ὤμωζε αἰσχρόνικε τήνελλα. Ergo *certaminum istorum, haudquaquam sacrorum, præmia cedenda sunt quibuslibet aliis, eorum autem, quæ verè sacra dicuntur, ipse coronas accipito;* ait Hebræorum disertissimus. Quod sedulò faciam.

B Sed jam te stadium infausto sidere ingredientem subsequamur; hac tamen lege, ne putes, Misene, me ea, quæ variè repetis, aut præter & extra propositum infarcis, & intrudis, recitaturum aut refutaturum; quod si facerem, admodum & oṁo & lectorum patientia abuterer. *Longum est*, inquit S. Hieronymus de Ruffini nugis loquens, *si velim totum librum tuum huic operè inserere, & propositis capitulis ad singula respondere; quid in hoc vitiorum sermo habeat: quid mendaciorum assertio, quid inconsequens textus ipse verborum. Unde laciniosæ disputationis fastidia fugiens & in arctum verba compingens, tantùm versibus respondebo:* ego illis, quæ responsum mereri videbuntur. S. Hier. lib. 2. in Ruffin.

C Ais: *In epistola dedicatoria citat Jesuita locum sancti Cyrilli, ut fucum faciat illustrissimo Principi.* Ita tu meus fucus *ignavum pecus;* quem quia sancti Cyrilli testimonio à præsepibus arcui, Serenissimo Principi fucum feci. Scribit S. Cyrillus, à Satana, cùm veritatis doctrinam adulterare cogitar, excitari multos Sycophantas; qui veritatis propugnatores, variis mendaciis exagitent & lacerent. S. Cyrill. Apolog. ad Theodos. Quæro ex te, oum boc, quod scribit Cyrillus, verum sit, an falsum; si verum, non est igitur fucus; quia veritas nec fucus est; nec fucata; oec apta fuco faciendo, quando simpliciter, nativóque suo ornatu conspicua, proponitur; ùt à me proposita fuit Serenissimo Principi: si autem falsum est; tunc non tàm ego, quàm Cyrillus Serenissimo Principi fucum facere voluit. Ego enim

D non ùt falsum, sed ùt verissimum proposui. Sed absit, ut falsum scripserit S. Cyrillus; ut superiorum ætatum testimonia deessent, maximè ejus, qua S. Cyrillus floruit, & qua impia Nestorii secta extitit; certè hoc nostrum sæculum id evidenobus planè probamentis confirmaret; quo diabolus pleraque fidei oostræ capita evertere aggressus, proventu uberrimo, instar irriguæ berbæ, submisit impostores, qui omni maledictorum genere eos, qui stant à veritatis partibus, incesserent: & quò quisque eminentior, & veritati tuendæ aptior, eò conviciatores plura in eum spicula procacis linguæ vibrarent. Quæ causa; cur tu & alii io Ignatium, ejúsque filios & posteros, tot criminationum E jaculis debacchamini. Verè scriptor ille, qui calumniæ & calumniatorum indolem ingeniosissimè descripsit: διαβάλλεται μὲν ἐν, ὡς τὸ πολὺ μάλιστα, ὁ τιμώμενος. καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἐπιλειπομένοις αὐτοῦ ἐπίφθονος. ἅπαντες γὰρ τῷδ᾽ ἐπιτοξάζονται, καθάπερ τι κώλυμα, καὶ ἐμπόδιον προορώμενοι. *Calumniis, quàm maximè appetitur, ille, qui præter cæteros honoratur, & ob id invidiam eorum, quos longo post se intervallo relinquit, concitat: omnes enim in hunc tela sua dirigunt, velut in obicem & remoram quandam suam.* Quòd autem addis: *Sententia S. Cyrilli nos feriri; nos enim Apostolicæ & Evangelicæ fidei traditionem adulterare:* vereor, ne accusatio hæc locum præbeat antiquo illi proverbio, quod & Athenagoras usurpavit. *Meretrix pudicam.* Quis F enim doctrinam divinam adulterare censendus est, Lutherúsne, Calvinus, & similes; qui integros libros instar Marcionis & Manichæi ex sacrorum librorum Catalogo exscindunt, an Jesuitæ, qui acceptas à majoribus verbi divini tabulas illæsas & integras custodiunt? Lutherúsne, Calvinus, & cæteri hujus classis, qui, cum Tertulliano dicam, ut *eadem scripturarum* non faciant; (Valentinum veterem Tertull. de præscript. cap. 8. Hæreticum imitati) nihilominus diversas *expositiones commentati, convertunt; tantum autem veritati obstrepit adulter sensus, quantum & corruptor stylus:* an nos Jesuitæ, quibus nihil *inducere licet ex nostro arbitrio, sed nec eligere, quod aliquis de suo arbitrio induxerit: nam Apostolos Domini habemus Auctores, qui nec ipsi quidquam ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt, sed acceptam à Christo disciplinam fideliter nationibus adsignaverunt. Itaque etsi Angelus de cælis aliter evangelizaret, anathema diceretur à nobis.*

In libris Jesuitarum, inquis, *vix unum atque alterum dictum ex Evangelio, atque idem* G *malè detortum, reperias.* Nec te, Misene, nec me, nec lectorem morabor, tantùm oro, ut lector Bellarminum obiter duntaxat inspiciat; eâ, quæ fortuitò occurrerit, controversia; & de tuo dicto, num veritati consentaneum sit, judicium ferat. Fortè boc, quod de Jesuitarum operibus scribis, de tuis scboliis intelligi cupis; in quibus paulò plura sacrarum litterarum oracula visuntur, quàm in Lucio Luciani, & in Milesiis Apuleii; sensúque tam germano & genuino, quàm genuino ea usurpare & citare solebant Arius, Eunomius, Aëtius, & id genus alii; quam raritatem miratur fortassis, qui Hæreticorum morem penitiùs introspicit, quibus divinæ scripturæ testimoniis uti, & denso quidem agmine, usitatissimum est. Nam *videas eos volare*, in- H quit Vincentius Lirinensis, *per singula quæque* Vincent. advers. Hæres. *sancta legis volumina, per Mosi, per regnorum libros, per Psalmos, per Apostolos, per Evangelia, per Prophetas; sive enim apud suos, sive alienos, sive privatim, sive publicè, sive in sermonibus, sive libris; sive in conviviis, sive in*

plateis,

A *plateri, nihil unquam pænè de suo proferunt, quod non etiam scripturæ verbis adumbrare conentur; lege Pauli Samosateni opuscula, Priscilliani, Eunomii, Joviniani, reliquarúmque pestium; cernas infinitam exemplorum congeriem, propè nullam omitti paginam, quæ non novi aut veteris testamenti sententiis fucata & colorata sit, sed tantò magis cavendi & pertimescendi sunt, quantò occultiùs sub divinæ legis umbraculis lacitant. Sciunt enim fœtores suos nulli ferè citò esse placituros, si nudi & simplices exhalentur, atque idcirco eos cœlestis eloquii, velut quodam aromate, aspergunt, ut ille, qui humanum facilè despiceret errorem, divina non facilè* B *contemnat oracula. Et non mirum*, ait ille idem auctor: *Ipse enim Satanas transfigurat se in Angelum lucis; non est ergo magnum, si ministri ejus transfigurantur, sicut ministri justitiæ; ergo secundùm Apostoli Pauli magisterium, quotiescunque vel Pseudoapostoli, vel Pseudoprophetæ, vel Pseudodoctores divinæ legis sententias proferunt, quibus malè interpretatis, errores suos adstruere conentur, non dubium est, quin auctoris sui callida machinamenta sectentur; qui illa nunquam profectò comminisceretur, nisi sciret omnino nullam esse ad fallendum faciliorem viam, quàm ut, ubi nefarii erroris subinducitur fraudulentia, ibi divinorum verborum prætendatur auctoritas.*

C *Quid ineptius*, inquit Misenus, *quàm quòd Jesuita confert suam Apologiam cum Tertulliani, Justini Martyris, & Athenagoræ apologiis?* Vis scire, quid sit ineptius? Mendacium, quod hoc loco tibi excidit, longè est ineptius. Non enim comparavi meam Apologiam cum apologiis illorum Patrum, *quid enim contendat hirundo Cycnis?* sed dixi, Tertullianum, Justinum, Athenagoram, calumniis Ethnicorum, adversus Christianam religionem excitatos, apologias conscripsisse & publicâsse; quod verum esse, ipsæ Apologiæ, quæ ad hoc ævum pervenerunt, testantur. An hoc est comparare suam lucubrationem cum aureis illorum Doctorum lucubrationibus? Non ea vis animo, ut possim me cum illis conferre; nec tanta superbia, ut velim. Adjungis: *Illi communem Christianorum omnium causam egerunt contra Tyrannos & Ethnicos: Jesuitæ suæ superstitionis defensionem suscipiunt, contra Christianos. Illi deprecati sunt sævitiam, hi minantur aliis. Illi Martyres facti* D *sunt; hi Martyres faciunt.* Quàm vera est pars prior cujuslibet ex his tribus antithesibus, tam falsa est pars posterior; nam neque ego in mea Apologia ullius superstitionis patrocinium suscepi; neque contra Christianos suscepi: sed B. P. N. Ignatium & Societatem JEsu à tuis & aliorum Hæreticorum criminationibus asserui. Te autem Christianum esse, ùt & alios ab Ecclesia Catholica alienos, libenter concesserim, sed *æquivocè*, eo modo, quo homo pictus aut sculptus est & dicitur homo. Hæretici non sunt Christiani, sed Christiani nomine *dealbati*; ùt E scitè ait S. Augustinus. *Quisquis ille est*, inquit S. Cyprianus, *& qualiscunque est, Christianus non est, qui in Ecclesia Christi non est.* At tu tam parùm es in Ecclesia Christi, quàm parùm in eadem fuit Simon Magus, Ebion, Cherinthus, Montanus, Valentinus, Donatus, Pelagius, Pyrrhus, Sergius & alii; Christianus igitur non es; licèt Christiani nomen tibi arroges, quasi tu & pauci alii tecum sint Christiani: sed sic te *Christianum esse profiteris*, accommodabo enim verba S. Cypriani ad meum institutum, *quomodo & Christum Diabolus sæpe mentitur: sicut ille Christus non est, quamvis fallat in nomine illius; ita nec Christianus videri potest, qui non permanet in Evangelii ejus & fidei veritate.* Quam verò, dic Misene, sævitiam tibi aut consortibus tuis in mea apologia sum minatus? nisi fortassè tunc pessima quæque minatus videor, cùm sub finem Apologiæ ex voluminibus Juris recensui, quodnam præmium te maneret, ob famosum libellum à te conscriptum, si ex rigore legum tecum ageretur. At nec ibi F quidquam minatus sum, nec minantur alii aut tibi aut tuis; non minatur ovis lupo, aut pullus milvo; sed lupus ovi, & milvus pullo; imò ex intimo pectore Deum precor, ut gratiæ suæ luce tenebras Calvinisticas, Ægyptiacis illis multò densiores, ab oculis tuis dispellat, téque ex cœno illo Genevensi ereptum (in quo *nulla substantia*) supra *firmam Ecclesiæ petram* statuat, ut cum Propheta canere possis: *Eduxit me de* (Lemanno) *lacu miseriæ, & de luto fæcis, & statuit supra petram pedes meos.* Quæ illa petra? nisi de qua Dominus: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.*

[S. August. lib. 1. contra Parmen. cap. 7.]
[S. Cyprian. epist. 52.]
[S. Cypr. lib. de unit. Ecclesiæ.]
[Psalm. 39.]
[Matth. 16.]

G Quos Martyres Jesuitæ ex vestro, hoc est, Calviniano cœtu, fecerint; nescio: nam ut Calvinianus, manens Calvinianus, fiat Martyr, non magis fieri potest, quàm ut ternarius numerus, manens ternarius, fiat par, aut binarius, impar. An nescis illud D. Cypriani: (etsi cur rogo, num nescias, cùm certum sit te nescire, quippe omnis antiquitatis imperitum) *Cum Deo manere non possunt, quia esse in Ecclesia Dei* (Calviniani) *unanimes noluerunt. Ardeant licet, licet flammis & ignibus traditi, vel objecti bestiis animas suas ponant: non erit illa fidei corona, sed pœna perfidiæ, nec religiosæ virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus, occidi talis potest, coronari non potest.* Hæc sanctissimus Martyr H Cyprianus. Omitto, quæ in eandem sententiam locis plurimis, ejusdem Africæ Episcopus S. Augustinus disputat. Si Catholici tot fecissent Martyres Calvinianos, quot Calviniani fecerunt in Anglia, & alibi terrarum, Martyres Catholicos; non inviderem illis hanc tantam felicitatem. Sed quid agas? si olim Marcionista aut Donatista Martyr factus est, tum & Calvinista Martyr fieri poterit.

[S. Cypr. lib. de unit. Ecclesiæ.]

A teris. Verè S. Cyprianus. *Idoneus esse non potest ad Martyrium, qui ab Ecclesia non armatur ad prælium.* *Venitur*, inquit S. Augustinus, *ad passionem, ecce venitur & ad sanguinis effusionem, venitur & ad corporum incensionem: & tamen nihil prodest, quia caritas deest. Adde caritatem, prosunt omnia; detrahe caritatem, nihil prosunt cætera.* *Martyres non facit pœna*, inquit ille idem invictus omnium Hæreticorum domitor, *sed causa*; ut pœna non defuerit aliquibus Calvinistis, at defuit causa; *prius probent*, inquit S. Augustinus, *se non esse Hæreticos vel schismaticos, tum demum de indignis pœnis suis lividam emittant vocem; tum demum sese audeant, cùm aliquid mali patiuntur, veritatis martyres dicere.* Quid Calvini synagoga juvat? *ubi, etsi occisus propter nomen* (Calvini) *postmodum fuerit extra Ecclesiam constitutus, & ab unitate atque à caritate divisus; coronari in morte non poterit.*

S. Cypr. 54. S. August. serm. 50. de verb. Dom. S. August. in Psal. 34. S. August. lib. 1. contra Parmen. cap. 7. S. Cypr. epist. 52.

B Cæterùm quòd ais: *eos, qui scripserunt pro Christianis Apologias*, hoc est, Tertullianum, Justinum, Athenagoram, *Martyres factos*, cupio me doceas, ubi & quando Tertullianus Martyrium subierit; ego enim quoscunque veterum legi, unanimi consensu testari animadverto; eum, extra Ecclesiam, in communione Montani, *sicca*, ùt poëta ille loquitur, *morte*, ex hac vita abiisse. Idem scribit Calvinianus Junius in vita Tertulliani. De Athenagora, quid viri docti suspicentur, non me fugit: sed cognoscere aveo, num scias, quæ alii sciunt. Itaque te etiam atque etiam oro, ut mihi indices, ubi duo isti; Tertullianus inquam & Athenagoras Martyres facti sint; nam de Justino non est, quòd te crucies. Notum est nobis ejus martyrium.

C Vocaveram B. P. Ignatium *basin & fundamentum* Instituti nostri; Exclamat Calvinista. *O præclarum fundamentum instituti superstitiosi! fuit Hispanus, fuit miles, fuit idololatra.* Imò præclarissimum fundamentum est, Instituti non superstitiosi; sed religiosi: nam quòd Hispanus fuit, illud Ignatio non est magis vitio vertendum, quàm tibi; quòd sis Germanus. Nos Ignatium amamus, suspicimus, & veneramur; non ideo, quia Hispanus fuit; sed quia *vir secundùm cor Dei*, & contra cor vestrum, & omnium Hæreticorum fuit.

D Deinde hac vel illa regione nasci, nemini jure exprobratur; cùm non sit in nostra potestate, ut hoc vel illud natale solum adipiscamur; quàm parùm penes te fuit, ut nascereris Misenus; tam parùm penes Ignatium fuit, ut nasceretur Hispanus. Cùm Hæretici & obtrectatores alii S. Gregorio Nazianzeno objectarent, patriæ ignobilitatem; *parva tibi est*, ajentes, *civitas, ac ne civitas quidem; sed aridus locus, & inamænus, atque infrequens*, respondit ille idem vir sanctissimus: *Atqui hoc; si in malis habendum est, patior potiùs, quàm facio, & si quidem invito animo; calamitosus sum: (liceat enim ita loqui.)*

Nazian. orat. ad Arian.

E *si verò æquo ac lubenti, Philosophi laudem obtineo, utrum horum criminis rationem habet? Nisi verò quis hoc nomine delphinum accusandum putet, quòd terrestre animal non sit; & bovem, quòd non in aquis degat, & murænam, quòd in utroque elemento vitam agat.* Nisi tu fortè putas, Hispaniam esse similem Ponto, ubi, ùt ait Tertullianus, *dies nunquam patens, sol nunquam liber; unus aër, nebula; omne, quod flaverit, Aquilo; liquores, ignibus redeunt; amnes glacie negantur, omnia torpent, omnia rigent*; Propter quæ & alia hujus generis exagitat Tertullianus Marcionem Ponticum.

F Jam verò cui unquam militia vitio data est, præsertim si quis miles fuerit, ùt Ignatius, expers terroris; *hostibus haud tergo, sed forti pectore notus.* De idololatria quod addis, ignosco idololatræ convicium; nam cùm Hæresis in Idololatriæ locum à malorum omnium architecto; substituta sit; meritò vocabitur Hæresis idololatria, & Hæreticus idololatra. Successisse autem Hæresin Idololatriæ, testatur Calaritanus Antistes his verbis, agens de hæresi Ariana (& eadem est ratio, Lutheranæ, Calvinianæ & cæterarum) *plus est illi* (diabolo) *nostris temporibus hoc, ut neges Dei filium* (Christum in Eucharistia & cætera de genere eodem dogmata) *quàm si te in honore omnium dæmonum ignibus volueris concremari.*

Lucif. lib. de Regib. Apostatis.

G *Videt enim ab omnibus idolorum culturam despectam; quòd vana fuerit inventio; nunc est cupiens per vos suos famulos Hæreticos, decipere nos Dei servos.* *Omnes Hæretici nihil differunt ab errore gentilium*; inquit S. Hieronymus; sicut ergo gentiles sunt idololatræ; ita etiam imitatione quadam idololatræ, omnes Hæretici censeri possunt ab orthodoxis, quibus, ùt loquitur Calaritanus præsul, *sunt ita cuncta hæreses, ùt est Baal. sic vos nunc nobis estis Hæretici, ùt illis illorum temporum Dei cultoribus, fuerunt illi, qui idolis immolabant.*

S. Hier. in cap. 7. Osee.

H Dixeram nihil ruboris à Miseno exspectandum, si mendacii redarguatur; *Quis tibi dixerat*, inquit, *nihil à me ruboris exspectandum, si mendacii convincar?* Tu mihi hoc dixeras & tua scholia impudentiæ plena: Quid ruboris exspectem ab impudente, cui omnem modestiæ & verecundiæ sensum natura negavit? Quid ruboris expectem ab illo, cui, ùt vetus auctor ait, *os nullum, vel potiùs pugilis.* Subit memoriæ vetus versiculus: πᾶς ἐρυθριῶν χρηστὸς εἶναί μοι δοκεῖ. *Omnis, qui erubescit, videtur mihi probus.* Quid ergo ruboris à te exspectem; qui in tuis scholiis, ne micam sinceri & probi viri ostendis. *Dolet*, inquis, *Jesuita, quòd ego homo obscurus, adversarium mihi delegerim Jesuitarum parentem; Ignatium Loyolam.* Quis non doleat, cùm Calvinistica quædam hominum *mendicabula*, eò impietatis processisse videt, ut Divos vocent in certamina, *& meliores obtrectare malint; quàm imitari; & quorum similitudinem despe-*

A *desperent, eorundem affectent simultatem; ut,*
qui suo nomine obscuri sunt, illustrium virorum
fama innotescant. Mihi, inquis, *cum personis*
nihil est negotii. Quo ore hoc dicis, Misene?
Nónne priore tuo libelln atrocissimis convi-
ciis Ignatium & Ribadeneiram lacerásti, &
hoc posteriore me simul cum illis? perinde
facis, ac si impacto alicui colapho, diceres:
mihi cum personis nihil est negotii, de re
ipsa disputo, seu rem ipsam percutio. De
qua verò re disputas? Quæ, oro, res alia
scholiorum tuorum argumentum est, præter
Ignatium & Ribadeneiram? Eodem jure,
quo tu dicis, tibi cum personis nihil esse ne-
gotii, dicere poterat ille, qui ex tuo Demo-
nacte, (cujus vitam sæpius legisse videris,
quàm vitam Christi) πατάξας εἰς τὴν κεφα-
λὴν λίθῳ, καὶ αἷμα ἐῤῥύη, *lapide in caput ad-*
B *acto, sanguinem elicuit:* mihi cum Demona-
ctis persona nihil est negotii, vanitatem &
impudentiam Demonactis ferio; & quam-
vis ille elata voce diceret πρὸς ἰατρὸν, *ad me-*
dicum; alii tamen longè rectiùs clamabant;
πρὸς ἀνθύπατον *ad proconsulem;* Intelligis,
opinor, quid velim. Non modò sapienti,
sed & insipienti pauca; cùm agitur de cute
curanda. *Loyolam,* inquis, *ut virum fortem*
amarem, etiam mortuum, si maluisset mori mi-
les in Galliis, quàm Romæ Monachus. Videli-
cet Ignatium eo modo amares, quo nunc
Calvinistæ amant Hispanos milites, quibus
bello vivida virtus, & quorum sequitur de vul-
nere sanguis. Egregias quorum virtutes, cla-
ráque facta, gnatorum in funere matres sæpè
fatebuntur, & jam quoque fatentur.

C Subjungis. *Quòd expostulat mecum Jesui-*
ta de nomine urbis non addito, nec typographi,
nec officinæ typographicæ, ridiculum est; nec
enim hæc mea culpa est, sed Typographi. Ego
potiùs crediderim, in te omnem hærere
culpam: nam si urbis, typographi, & offi-
cinæ nomen adjicere voluisses, quæso, quis
te, ùt auctorem, impediisset, præsertim cùm
libris vestra in urbe excusis, si minùs nomen
loci; certè nomen Typographi & typogra-
pheii adjici soleat, ùt inspectione multo-
rum librorum notavi, qui apud vos græcè
D & latinè typis descripti sunt. Deinde si au-
ctoritate tua tantum obtinere non potuisti
apud tuum Typographum, ut & suum &
urbis nomen scholiis tuis adjungeret, exigua
certè auctoritate vir es; si autem ex incuria
tua hæc tam necessaria scitu omissa sunt, sa-
tis apparet, qua cura res tuas cures, eas præ-
sertim, quæ in vulgus exeunt, & tot judi-
cia subeunt, quot lectores inveniunt: ut ta-
men typographo tuo opem feram, pruden-
ter eum & suum & officinæ suæ, & civitatis
nomen dissimulâsse affirmo: videbat libel-
lum tuum nihil aliud esse, quàm libellum fa-
mosum; cur his chartis, & se & typogra-
phiam, & urbem, in qua degit, infamâsset,
nullo suo quæstu, imò non exiguo detri-
mento? Monet quidem Paulus Jureconsul- E
tus, ut *libellorum inscriptionis conceptio, sit*
consul & dies. Apud illum Prætorem vel pro-
consulem Lucius Titius professus est, se Mævi- ff. de accu-
am lege Julia de adulteriis ream deferre: sed sat. L. 3.
hæc & similia non pertinent ad famosos li-
bellos; quia famosi non essent, si cum libel-
lis ad juris formam compositis convenirent.

Scripseram, Misenum nihil credere, nisi F
quod lubeat, & quoad lubeat. *Rectè* inquit
Misenus: imò verò malè. Quia credentem
oportet esse stabilem, nec omni aura & ho-
ra mobilem & versatilem; quod necessariò
accidit, si quis certa credendi regula fluctu-
antem assensum non firmet. Sed ais: *nec*
debeo, nec volo credere, quod tibi lubet, & quo-
ad lubet, neque id postulo. Crede, quod
Deo lubet, & quoad lubet, mihíque credes,
quod mihi lubet, & quoad lubet. Dum tu
tibi norma credendi es, aut Calvinus aut
Beza, nihil unquam credes, nisi quod tibi
lubet, & quoad lubet: & quàm primùm non
lubuerit, credere desines, quippe omni,
quod te retineat, retinaculo solutus. *Quod*
volumus, sanctum est; ajebat ille; vos quid-
quid vultis, articulus fidei est; non quidem
Catholicæ, sed Calvinianæ. Ad id, quod G
dixeram, vitæ religiosæ prima elementa à
Miseno è medio tolli & sannis excipi; Re-
spondet: *Intelligit, credo, Monachatum, cujus*
fructus qui exstiterint per multa sæcula, vel pa-
rietes narrant, si homines desint. Aliud agens,
verum canis Misene, ut proinde coofirmes
illud Comici: *Sæpe jam in multis locis, plus*
insciens quis fecit, quàm sciens boni. Omni-
no, parietes, hoc est, tot amplissima mona-
steria; tot ornatissima templa; tot scholæ,
tot Academiæ narrant fructus, quos Reli-
giosi Ordines Ecclesiæ Dei tulerunt; & ma-
ximè narrant id parietes iis in locis, ex qui-
bus viri Deo dicati, vestro scelere, expulsi
sunt; ita ut ipsi coràm fructus suos ampliùs
percensere nequeant. Oraculum Christi est;
Si hi tacuerint, lapides clamabunt. O brute Luc. 19.
Jesuita, vociferatur Miseous. Quæ te cura
coquit, mi Brute, ut quasi rationis expers
brutum exclames? quia Jesuita dixit, Mise-
num, *ad ea, quæ sunt spiritus, pecudis instar se*
se habere. Dixi, non nego; & jam repeto,
quia quod dixeram, tu novis argumentis
perspicuè confirmas. Tantus tibi rerum
spiritualium sensus inest, quantus ei, cujus
nomen habes, nempe λίθῳ: Quem gustum
rerum supernarum perciperes, qui aut cor
non habes; aut *cor in corde non habes:* ùt
de tui similibus scripsit S. Augustinus; sed
in ventre, sicut piscis ille tibi cognominis,
quem Græci vocant ὄνον, latini *asellum:* de
quo Aristoteles, Ælianus, Athenæus, Cle-
mens Alexandrinus.

Valde irascitur, inquit Misenus, *quòd Je-* H
suitarum testimonia rejiciam de ipsorum patre
edita. Non irascor, optime Misene, sed
sobrie-

A *sobrietatis & veritatis verba loquor*, cùm te durum & veritati cedere nescium assero. Prognatus es ex stirpe Nabal Carmeli: de
1. Reg. 15. quo scriptura: *Erat durus & pessimus, & malitiosus, quoniam secundùm nomen suum stultus est, & stultitia est cum eo: Et emortuum est cor ejus intrinsecus, & factus est quasi lithus*, hoc est, *lapis*, à quo lapidis tibi nomen.

B *Non ignorant*, inquit, *projectæ audaciæ homines, narrationes de sanctis, etiam ipsis Pontificibus suspectas fuisse, & nonnullas ex illis, eorundem jussu, exauctoratas, & tamen tanquam quintum Evangelium nobis eas offerunt, etiam invitis.* Si projectæ audaciæ homo non esses, distinctè indicâsses, quænam narrationes de Sanctis, quibus Pontificibus suspectæ fuerint: Item quænam sint exauctoratæ, & ex relationum illarum censu expunctæ. Sed tu ita garris, quasi omnes tanquam dubiæ fidei, Pontificibus sint suspectæ; & plurimæ, ùt apocryphæ prorsus rejectæ: quod secus esse cognosces lector ex decreto Gelasii, quod de scriptis Apocryphis edidit. Non imus inficias, in quorundam Sanctorum historias irrepsisse quædam menda. Hoc contendimus, id, quod de nonnullis verè dicitur, inscitè transferri ad omnes; aut etiam ad plerasque, aut ad abolitionem ipsius Sancti. Non enim sequitur: *Quædam fabulosa intrusa sunt in historiam S. Georgii, S. Christophori, S. Catharinæ, S. Barbaræ: ergo historia omnium cælitum nugis & deliramentis inquinata sunt.* Aut; quæ Hæreticorum subtilissima argumentandi ratio est. *Ergo sanctus Georgius, S. Christophorus, S. Catharina, S. Barbara, nunquam fuernut in rerum natura.*

C Quod de quinto Evangelio addis; valde dubito, utrum quis vobis obtrudere possit *quintum*. Cùm enim jam magno animarum vestrarum solatiò quintum possideatis, necessariò conficitur, sextum Evangelium fore, si quis novum vobis obtrudere conaretur.

D Vocaveram Misenum ob impudentiam *incircumcisum Philistæum*. Ad hoc: *Video*, inquit, *mihi litem contractam cum Judæo, quippe qui me incircumcisum nominet.* Nominavi
Act. 7. te incircumcisum ea notione, qua S. Stephanus Judæos vocavit *incircumcisos*, his verbis: *Dura cervice, & incircumcisis auribus & cordibus: vos semper spiritui sancto restitistis.*
Hierem. 9. Item eo sensu, quo Hieremias ait: *Omnis autem domus Israël incircumcisi sunt corde:* Qua, ut sic dicam, *incircumcisione* non obstante; potes esse, Misene, circumcisus Judæus; quia & illi Judæi, circumcisi erant, quos sanctus Stephanus, & ante illum Hieremias Propheta, pronunciaverat esse *incircumcisis cordibus & auribus*; ut valdè verear, litem mihi contractam cum eo, *qui in manifesto Judæus est*; & cui, quæ *in manifesto, in carne est circum-*
Rom. 2. *cisio:* non cum illo, *qui in abscondito, Judæus est, & cui circumcisio cordis in spiritu, non* E
littera; cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Et hoc eò magis vereor, quò mihi ex lectione Calvini Judaizantis & Calvinoturcismi notius est, Calvinismum magna affinitate cum Judaismo & Turcismo jungi; utrique autem in usu est circumcisio carnis.

CAPUT II.

De Gallicanis quibusdam calumniis à Miseno repetitis, Ordinisque Jesuitici propagatione.

IN primo capite libri primi meæ Apologiæ, ùt & alibi passim, aspersi condimenti gratia, nonnulla ex politiore litteratura, ut, si aliquibus fortassis sanctorum Patrum, & scripturæ sacræ dicta minùs arriderent; iis saltem, ex amœniorum Musarum herbis decerptæ, suisque locis intermixtæ & insertæ sententiæ non displicerent. Quod meum factum his verbis Calvinista interpretatur; Candidus nimirum interpres: *Voluit scilicet arrogans ille Jesuita ostentare, non tantùm θεολογίαν, sed etiam Φιλολογίαν.* Erras Misene, convicia tua in B. P. N. Ignatium & Societatem JEsu refutare volui, & nihil præterea. Theologiam aut Philologiam absit ut ostentem, aut ostentare coner: Religiosus sum, non Thraso. *Exaltatio & inflatio,* S. Cyprian. epist. 55.
& arrogans ac superba jactatio, non de Christi magisterio, qui humilitatem docet, sed de Antichristi spiritu nascitur; ait verissimè S. Cyprianus. In schola modestiæ & Christianæ G
humilitatis educatus sum; non in illa, ubi Magister, ei, qui ad summum eloquentiæ culmen eniti cupit, hoc est, ministris Calvinianis, & Prædicantibus Lutheranis, hoc præceptum edit. Κόμιζε τοίνυν τὸ μέγιστον μὲν τὴν ἀμαθίαν. εἶτα θράσος. ἐπὶ τούτοις καὶ ἄλλως δὲ τόλμαν καὶ ἀναισχυντίαν, αἰδῶ δὲ ἢ ἐπιείκειαν ἢ μετριότητα, ἢ ἐρύθημα οἴκοι ἀπόλιπε: ἀχρεῖα γὰρ καὶ ὑπεναντία τῷ πράγματι. *Adfer, quod omnium est præcipuum, inscitiam; deinde confidentiam; adhæc audaciam, & impudentiam; pudorem verò & æquitatem, & moderationem, & verecundiam domi relinque. Hæc enim ad rem propositam*, hoc est, ad ministerium Lutheranum & Calvinianum, *non conducunt*, imò eidem admodum adversantur.

H Subjungis: *Videtur hic Theologus à sciolo aliquo litteratore adjutus. Ita enim fieri audio, ut omnes operas in commune conferant, atque ita refutationes Jesuitarum videantur redolere nescio quid recondita eruditionis.* Quod tu de me suspicaris, idem de illustrissimo Cardinale Bellarmino suspicatus est Calvinianus Junius: qui cùm præstantissimi ingenii & operis laudem alia ratione deterere & deprimere non posset, scribere veritus non est, Bellarminum tres illos controversiarum tomos

A non fecisse, nisi adjutum à sociis, Jesuitarum enim collegiis seu Myrmeciis in usu esse; ut se mutuis operis juvent, & quasi collatis symbolis exornent. Sed quantam Bellarmino injuriam faciat, nôrunt omnes, quibus Bellarmini incredibilis diligentia, & in omnibus scriptoribus evolvendis indefessa assiduitas, & fatalis quædam felicitas nota est. Ego, etsi in bicipiti Parnasso non somniavi cum Ennio, nunquam tamen vigilans somniavi cum Miseno; sed oratores, historicos, poëtas Græcos & latinos, cùm melior sanguis meliores vires daret, plures fortè evol-
B vi, quàm Misenus viderit; quem certè scripta ejus non tantùm non Theologum, sed ne Philologum quidem ostendunt; adeò rara in eis eruditionis vestigia apparent: possem, si juberet, me defendere bis versibus Comici: *Tum quod malevolus vetus poëta dictitat, Repentè ad studium nunc se applicâsse Musicum, amicum ingenio fretum, haud natura sua; arbitrium vestrum, vestra existimatio valebit, quam ob rem omnes vos oratos volo, ne plus iniquum possit, quàm æquum oratio.* Accedit, quòd licèt à sociis nostri Ordinis mea in Apologia adjutus fuissem; nihil aliud dicerem, quàm illud poëtæ: *quod isti dicunt malevoli homines, nobiles eum adjutare, assiduèque unà scribere, quod illi maledictum vehemens existimant, eam laudem hic ducit maximam;* quia hæc societatis & fraternitatis natura est, ut socii caritatis vinculo colligati, sibi mutuò opem ferant, altérque cum altero, si quid aut studio, & labore, aut ingenii præstantia reperit, sine ullo livore
C communicet. Cur non idem vobis mos? cur parem odorem non efflant vestri libri? *Impedimur*, inquit, *cura rei familiaris*, hoc est, uxore & liberis, *qua solicitudine Jesuitæ sunt soluti.* Quis verò vos uxores ducere cogit ô Hæretici, hísque curis implicari, & te inprimis Misene, qui si seriò philosophari velles, Demonactem tuum, quem loco omnium Sanctorum colis, imitari debebas, qui quò liberiùs litteris, & sapientiæ studio operam navaret, à matrimonio semper abstinuit, & quid responsi dederit Epicteto, suadenti, ut uxorem duceret, legisse quidem te arbitror; sed oculis, ùt loquitur
D Seneca, *Grammaticis.* Scis, quid sint *oculi Grammatici?* Cæterùm quòd Calvinianus Junius collegia nostra vocat *Myrmecia;* id fortè non tam fecit vituperandi, quàm laudandi causa: monitus à vetere illo proverbio: μυρμηκιὰ ἀγαθῶν, quod bonorum omnium abundantiam & cornucopiæ significat, item à Salomone, qui pigrum mittit ad μύρμηκα, *ad formicam*, ut discat indefessum laboris studium. Quòd si Calvinista ille τῆς μυρμηκιᾶς nomen nobis probri loco dedit, tum agnosco in novo Hæretico, vetus Celsi tui convicium, qui Christianos cum formicis & ranis comparabat, teste Origene, quem ut Junius legat, & inde convicio suo responsum petat, oro.

Orig. lib. 4. contra Celsum.

E Dixeram: Non valere hanc argumentationem: *scriptum est, typis expressum est, ergo verum est, ergo credendum, sine ulteriore inquisitione, multa enim mendacia passim mandari typis.* Ad quod Misenus: *Vide hominis, vel potiùs pecudis stuporem. Nulla facilior res est*, Misene, *quàm linguæ rabies;* si homo es, non pecus, ostende, id, quod dixi, potiùs esse pecudis, quàm dictum hominis, alioquin tu meus Celsus audies à me, quod vetus ille Celsus audivit ab Origene: *anicularum more conviciatur;* sed cur ego vano conatu artem conviciandi te dedocere nitar? Nimis altas radices egit hæc ars in pectore tuo. *Et corvus & psittacus*, inquit ille, *nihil aliud, quàm quod didicerunt, pronunciant; si convicia docueris, conviciabitur diebus ac noctibus perstrepens maledictis: Hoc illi carmen est, hanc putat cantionem, ubi omnia, quæ didicit maledicta recensuit; denuò repetit eandem cantilenam; si carere convicio velis, lingua excidenda est, aut quàm primùm, in sylvas suas remittendus est.* Talis tu corvus, aut, si mavis, psittacus. *An non crederem*, inquis, *verum esse, quod non chartula tantùm typographica, sed oculati testes affirmârunt.* Chartulas quasdam typographicas affirmâsse Sebatelium à Jesuitis impulsum, ut Christianissimo Regi manus afferret; non ignoro; id enim, præter cæteras ejusmodi infames chartas, affirmavit appendix addita ab anonymo Calvinista ad Philippicam Arnaldi; fortè in eodem typographeio excusa, in quo tua scholia: nam nec loci, nec typographi nomen apparet. Sed si his chartulis typographicis fidem commodâsti, cur non commodâsti etiam aliis, quæ hoc jure optimo negârunt; & Jesuitarum innocentiam perspicuis argumentis comprobârunt? An aures & mens tua adeò calumniatorum asseveratione oppleta erant, ut posterioribus chartis nihil amplius loci apud te superesset? Sed ùt ait ille: ἐσχάτης ἀδικίας τὸ τοιοῦτον. *Hoc extremæ improbitatis est, ùt & optimi legislatores Solon & Draco censuerunt, qui judices jurejurando adegerunt, ut utramque partem pari benevolentia audiant, judiciúmque suspendant, quoad utriusque partis rationibus adductis, accurato adhibito examine, constiterit, quænam sint firmiores, quæ infirmiores.* πρὶν δέγε ἀντεξετάσαι τὴν ἀπολογίαν τῇ κατηγορίᾳ παντελῶς ἀσεβῆ καὶ ἀνόσιον ἡγήσαντο ἔσεσθαι τὴν κρίσιν, *Antequam defensionem cum accusatione compararent, omnino existimârunt impiam & sceleratam fore sententiam.* Porrò quod addis, de *oculatis testibus*, non abnuo visos fortassis à te, qui oculis suis viderint Parisiis supplicium, quod parricida ille expendit: At quòd oculatos testes producere possis, qui viderint Sebatelium à Jesuitis subornari, & exstimulari ad facinus illud suscipiendum, non,

Orig. lib. 8. contra Celsum.

F

G

Lucian. dial. de calumniis.

H

A non, opinor, affirmabis: Aut si te tales vidisse dicas, & illi se *oculatos testes* esse ferant, aliud non dicam, quàm illud Menandri; ἀπηρυθριᾷ πᾶς, ἐρυθριᾷ δ' οὐδεὶς ἔτι. *Omnis* (calumniator Hæreticus) *perfrictam frontem habet, neque ullus amplius erubescit.* Sed tibi & tuis illis *oculatis testibus* tantum fidei adhibebunt prudentes, quantum illi adhibitum fuit à Romanis, qui Drusillam *euntem in cœlum vidit*, qui cùm in senatu jurâsset, se Drusillam vidisse in cœlum ascendentem, nemo illi credidit, inquit Seneca. [Seneca in ludo.]

B Θέσιν, ais, περὶ τυραννοκτονίας *vobis discutiendam relinquo.* Benè facis Misene, non enim tantum cerebri possides, ut de ulla quæstione eruditè & peritè disseras; licèt te Ethicorum professorem fuisse jactes; Addere debuisses, *indignum & immeritum*, meque tuæ sententiæ promptissimum suffragatorem habuisses. *Hoc*, inquis, *aveo scire, quam vim hæc verba sæpius in concionibus Jesuitarum iterata habeant; opus est nobis Jehu's quivis Hæreticus potest impunè interfici.* Tantum abest, ut hæc propositio sæpius in Jesuitarum concionibus iteretur, ut planè mihi persuadeam, nullum unquam Jesuitam exstitisse, qui verba hæc (*quivis hæreticus, potest impunè interfici*) ùt à te proferuntur, protulerit: Quid enim falsius, quàm quemlibet Hæreticum posse impunè occidi à quovis quovis modo; ita enim tu intelligis, & ita quoque à Jesuitis sententiam illam intel- C ligi indicas. Sed nihil, ùt ajebam, falsius est; nihil perniciosius, nihil ad evertendam Reipublicæ quietem expeditius foret, quàm hujusmodi doctrinâ animos auditorum imbuere. Neque Arnaldus, à quo tu, quæ hic scribis, mutuatus es, hac calumnia Jesuitas appetere ausus fuit, qui tamen nihil propemodum reliquit inausum; sed tantùm ait de uno quodam Jesuita, quòd pro concione protulerit illa verba, *opus est nobis altero Aod*; sed ut mendacia multiplices, quod Arnaldus scripsit de uno, hoc tu pluribus Jesuitis tribuis. Quod Arnaldus de una con- D cione, hoc tu de pluribus. Quod Arnaldus semel evenisse ait, hoc tu sæpius: quod Arnaldus de Aod, hoc tu de Jehu. Arnaldus nihil de Hæreticis, tu quemvis Hæreticum posse impunè interfici, ita mendacia ex mendaciis cudis; *Est autem hac vera dementia*, inquit S. Cyprianus, [S. Cyprian. epist. 55.] *non cogitare, nec scire; quòd mendacia non diu fallant: noctem tamdiu esse, quàm diu illucescat dies: clarificato autem die & sole oborto, luci tenebras, & caliginem cedere: & quæ grassabantur per noctem latrocinia cessare.* Accedit, quòd P. Jacobus Comoletus, quem Arnaldus accusat, testatur, sibi ab Arnaldo & aliis atrocem injuriam fieri, quippe qui crimen non à se commissum, sed ab ipsismet confictum spargant. Consultus enim tam de hoc Arnaldi commento, quàm de aliis quibusdam capitibus in hæc verba respondit idem P. Comoletus. E *Quæ de me nominatim vel in cathedris pestilentiæ effutiunt, vel in libellis famosis ad absentes transmittunt: tibi persuadeas, tàm esse falsa, quàm verum est, Lutheri emissarios, conscientiam omnem, imò verò pudorem penitus exuisse: Et hoc testimonium tutus accipias, tanquam ab homine profectum, qui ab ipsa natura ita fictus & comparatus est, ut tam exosum nihil habeat, quàm impudentem mentiendi libidinem.* Hæc P. Comoletus.

F Adjungis: *Maximopere scire gestio causam, ob quam in monumento facinoris illius Jesuitici, Parisiis erecto, vester ordo perniciosissimæ factionis hæresis pestifera nominetur:* móxque describis verba, quæ in columnam incisa sunt, *adolescentum*, ùt ais, *causa*, ut scilicet, te doctore calumniari discant: Verùm antequam respondeam; maximoperè ego etiam scire gestio, causam, ob quam tu, tentatum illud parricidium, voces *facinus Jesuiticum*? An quòd Jesuita illud sit aggressus? sed Schatelius Jesuita non fuit; neque tu, ne si te rumperis, contrarium unquam demonstrabis. An quòd Schatelius facinus illud susceperit impulsu alicujus Jesuitæ? At hoc Schatelius ad extremum usque spiritum negavit. An quia Schatelius in scholis Jesuitarum vixit? At eo tempore, quo scelus hoc conscivit, jam ex scholis nostris excesserat: & antea monui te, discipulorum scelera nullo jure professoribus adscribi posse, alioquin furtum, adulterium, aut homicidium seu latrocinium, alicujus ex numero tuorum discipulorum, nominabo *factum Misenicum*? quomodo tibi arridebit hæc appellatio? Adde, quòd tu ipsemet, cùm Gallicanam Apologiam exagitas, nos ab hoc crimine liberas; Ita enim scribis: *Suspicor hanc* (aggressionem sceleratam) *fuisse tantùm ἀφορμὴν* (ejectionis Jesuitarum ex Gallia) *veras causas fuisse* G *plures alias.* Verè enim facinus hoc, occasio duntaxat fuit Jesuitarum hostibus, ut nos proscriberent; non tamen à nobis data occasio, sed ab illis, in perniciem nostram intentissimis, ultrò arrepta. Neque enim aut ex ipso Schatelio, aut ex ullo Jesuita, aut ex alio quopiam mortalium unquam quidquam expiscari potuerunt, licèt nullas machinas non adhiberent, quò vel in speciem appareret, nos hujus sceleris aut conscios aut affines fuisse. Sed tibi mendacia jam contrita & toties refutata iterare nulla est religio: securus divinæ vindictæ adversus tantos calumniatores oculo irretorto vigilantis. Audire enim mihi videor, te cum illo improbo canentem: *ut sit magna, tamen certè lenta ira Deorum est; Si curant igitur cunctos punire nocentes: quando ad me venient?*

H Sed ut nunc quæstioni simul & cupiditati tuæ, quà licet, satisfaciam: ajo inprimis, verba primæ inscriptionis, aut nihil ad Jesuites pertinere; aut si inscriptionem auctor

A ad Jesuitas pertinere voluit; publico scripto testantur Gallicani Jesuitæ, & alii itidem testati sunt, injuriam sibi, & quidem atrocissimam, fieri, dum eis adscribitur opinio, quam ipsi nec docent, nec docuerunt, neque in posterum etiam docebunt. Verba primæ inscriptionis ita habent: *Pro salute Henrici IV. clementissimi & fortissimi Regis, quem nefandus parricida perniciosissimæ factionis hæresi pestiferâ imbutus, quæ nuper abominandis sceleribus pietatis nomen obtendens, unctos Domini, vivásque majestatis ipsius imagines occidere populariter docuit: dum confodere*
B *tentat, &c.* Nihil hic, Misene, de Jesuitis; nam qua hæresi Schatelius imbutus fuerit, dummodo à Jesuitis ea non fuerit imbutus: non magis pertinuit ad Jesuitas, quàm pertineat ad nos Calvinistica tua hæresis, qua non leviter tinctus es, sed planè perfusus. Quòd si auctor verba illa ad Jesuitas retulit, ùt certè retulit, tum Jesuitæ, ùt antea dicebam, Deum omnésque cœlites testantur, se & ab illa pestifera sententia, & à tentato parricidio penitus immunes esse, & hujus suæ innocentiæ luculentissima argumenta, eáque plurima, exposuerunt jam Jesuitæ Gallicani ipsimet Christianissimo Regi; quæ tu refellere debebas Misene, antequam inscriptionibus illis geminis tuum librum dedecorares, præsertim cùm putâris te contra Jesuitas non satis calumniarum effusurum, nisi ipsam quoque Apologiam Gallicanam, ex Gallico in latinum translatam, & Ingolstadii publicatam, criminationum tuarum spiculis ap-
C peteres: Et tamen quæ de Schatelii facto copiosissimè per aliquot capita disputantur; tu levi brachio tangis, vel potiùs pernici ala prætervolas, nisi quòd, ùt immundæ aves solent, dum prætervolas, calumniarum aliqua, ut sic dicam, retrimenta, ingluviei, qua pectus tuum fœdatum est, manifesta symbola, emittis. Sed de his suo loco.

D Adhæc tanta columnæ illius auctoritas non est, ut vox ejus, tanti æstimari debeat, quanti vox illa, quæ ex columna nubis, seu ignis Hebræorum populo responsa edebat, ut proinde non valeat hæc consecutio: Columna illa ait: *Schatelium fuisse à Jesuitis submissum. Item eorum instinctu piacularem adolescentem dirum facinus instituisse: ergo verum est.* Jesuitæ in Gallia parati sunt, ostendere coram quovis Catholico tribunali, à columna illa tantum crimen falsò sibi imponi: & esse testimonium illud, ùt Pindarus loquitur, λίθινον ψᾶφον, hoc est, *lapideum suffragium*, sine sensu & mente: jámque, ùt ex apologia liquet, Christianissimo Regi supplicârunt, ut innocentiæ probandæ, & ab adversariorum jaculis asserendæ locum præbeat: Amicè quidem illi, & affectui in Christianissimum Regem convenienter, fecerunt, qui monumentum illud statuerunt; sed quid opus erat cum sonte copulare insontes: hoc est, Jesuitas, tanti parricidii nec compertos E
nec convictos? Pari modo parùm ponderis habebit apud prudentiores hæc, quam tacitè formas, argumentandi ratio: *Columna vocat Jesuitas, genus hominum novæ ac maleficæ superstitionis, ergo sunt tales.* Occurrit hîc, quod Madaurensis scriptor dixit; cùm illum adversarii ex cujusdam litteris magiæ condemnare conarentur; *Magum te scripsit Pudentilla, igitur magus es. Quid si consulem me scripsisset, consul essem? Quid enim si pictorem, si medicum, quid denique si innocentem, num aliquid horum putares idcirco, quod illa dixisset? Nihil scilicet. Atqui perniquum est, ei fidem in pejoribus habere, cui in melioribus non haberes: posse litteras ejus ad perniciem, non posse ad salutem.* Hæc ille.

Cæterùm quia Misenus & hic, & alibi passim dolet, nos toto Galliæ regno, ùt colum- F
na illa ariolatur, pulsum iri aut pulsos esse, libet in gratiam illius catalogum adjungere eorum collegiorum, quæ adhuc sub Christianissimi Regis imperio perseverant, ut meus Misenus dolori suo lenimen & levamen habeat: nollem enim nimiùm excruciari. Sunt igitur ista.

Tolosæ [Collegium Tolosanum.
 [Domus probationis.
Collegium Burdegalense.
Collegium Petrocoricense.
Collegium Agennense.
Collegium Ausciranum.
Collegium Rbutenense.
Collegium Biterrense.
Collegium Lemovicense.
Residentia S. Macarii.
Collegium Turnonense.

Et in his Collegiis degunt minimùm socii G
quadraginta aut quinquaginta supra ducentos. Itaque quoties, mi Misene, angeris, ob Jesuitas toto Galliæ regno ejectos, huc te recipe: & velut ex pharmacopolio hinc mœrori tuo pharmacum pete. Hæc hoc loco de rebus Gallicanis sufficiant: plura afferentur, cùm tua in Gallicanam apologiam convicia refutavero.

Dixerat Misenus, se Regi Galliarum sup- H
plicem libellum oblaturum, ut denuo in Galliam revocemur: *Id stupidus Gretserus*, inquit subolissimus meus Misenus, *tanquam seriò dictum accipit.* Erras, Misene, erras, scio, te nunquam seriò loqui, nisi cùm mentiris & calumniaris: Hoc unum seriò agis; cætera sunt tibi ludus, æquè ac olim Luciano, simili rerum divinarum & humanarum ludioni. *Non abjicit*, inquis, *spem redeundi in Galliam.* Cur abjicerem? Jam nostri sunt in Galliâ; nec dubito, quin, cùm Deo visum, reversuri sint, magno tuo, hostiúmque nostrorum gemitu, quia cor Regis in manu Dei: quo tempore D. Gregorii Nazianzeni Nazian. ad Doaren.
monito parebimus, cùm ait: *Cantemus Do-*

mino

A *mino canticum novum, quia mirabilia fecit. Fluctibus jactabamur; bello premebamur, extrudebamur, calamitates acerbitatesque multæ partim jam urgebant, partim impendebant. Verùm quis procellam in auram statuit, atque compressit? quis arma & gladium & bellum fregit? quis nos expulsos atque projectos suscepit? Nónne tu Deus, qui hæc effecisti? Dominus fortis & potens, Dominus potens in bello. Ac proinde omnes uno animo dicamus. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus* B *eorum. Item illud; Torrentem pertransivit anima nostra, quasi passer erepta est de laqueo venantium, aliáque omnia, quæ anima ob Dei munificentiam ingenti lætitia perfusa proloquitur. Non venimus, ut gladium mittamus, sed ut pacem. Non venimus in magni pastoris contemptum & ignominiam, illius, inquam, nobili & præclaræ civitati præsidentis. Sacerdotes & præsules augere studuimus, non subtrahere: Hæreticos evertere, non orthodoxos imminuere.* Hæc S. Gregorius Nazianzenus.

C Scísne, quid Patriarchæ Isaac evenerit, postquam Palæstini, omnes puteos, quos foderant servi patris illius Abraham, obstruxerant, impleotes humo? Alios fontes reperit, quorum unum vocavit *latitudinem*, hoc addito quasi titulo: *nunc dilatavit nos Dominus, & fecit crescere super terram:* alterum autem *abundantiam*, nominavit, ob aquarum copiam: Adeò nihil obfuit sancto illi viro aliena invidia. *Nec deficiet hæc secta*, inquit de Christiana religione Tertullianus, *quam tunc magis ædificari scias, cùm cædi videtur:* Quod Tertullianus de tota; ego, & verè; de parte. Expulsi sunt olim ex Gallia viri sanctissimi Columbanus & Amandus. An non hæc ejectio eis in sempiternam gloriam & celebritatem cessit? Ais: *Laborat, ùt audio, Archipirata, pro suis prædonibus strenuè, quid consecuturum sit, divinent ipsi Jesuitæ.* Evangelicè profectò; juxta illud: *Benedicite, & nolite maledicere*, etiam hostibus. *Beatus Apostolus Paulus*, inquit S. Cyprianus, *cùm ei dictum esset; sic insilis in sacerdotem Dei maledicendo? quamvis Domino jam crucifixo, sacrilegi, & impii & cruenti illi esse cœpissent: nec jam quidquam de sacerdotali honore & auctoritate retinerent, tamen ipsum, quamvis inane nomen, & umbram quandam sacerdo-* D *tis cogitans Paulus: Nesciebam, inquit, fratres, quia Pontifex est, scriptum est enim: Principem populi tui non maledices. Cùm hæc tanta, & talia, & multa alia exempla præcedant, quibus sacerdotalis auctoritas & potestas de divina dignatione firmatur, quales putas esse eos, qui sacerdotum hostes, & contra Ecclesiam Catholicam rebelles, nec præmonentis Domini comminatione: nec futuri judicii ultione terrentur;* sed Archipiratam & prædones audacissimè intonant? verè Comicus, *Mali sunt homines, qui bonis dicunt malè:* De eventu quid nos divinemus, ne tu sollicitus fueris. ἐν μιᾷ μοίρᾳ χρόνου ἄλλοτ' ἀλλοῖαι διαιθύσσοισιν αὖραι. *Puncto temporis alii & alii* E *flant venti*, inquit Pindarus. Non *si malè nunc, & olim sic erit.* Exurget Dominus virtutum, imperabítque mari & ventis, & fiet *tranquillitas magna;* ita ut & tu, & tui, admodum sitis tantam tranquillitatem admiraturi. Id adeò ut speremus, plurima nos impellunt. Nam parens noster B. P. Ignatius adhuc miles, & in Gallorum potestatem redactus, amicissimè & humanissimè à Gallis est acceptus & habitus. Secundò, idem B. P. Ignatius Hierosolymis redux, cùm in stativa Gallorum, iter in Hispaniam ha- F bens, incidisset, non minùs benevolè ac olim, ab iisdem tractatus est. Tertiò, Parisiis fundamenta Societatis jecit, sociósque hujus Instituti sibi aggregavit, & ea gessit, quæ sine cœlitum nutu geri non poterant. Quæ omnia faciunt, ut non nisi optima quæque animo præcipiamus; non enim fieri potest, ut hæc sementis à B. P. Ignatio in Gallicano solo jacta, exoptatissimos fructus non submittat. Tantùm exspecta, Misene, tempus messis, & viriliter age, videbis, quæ vidisse non juvabit. Nec opus, ut monumentum illud conservati Christianissimi Regis destruatur, ùt tu ais, quo nobis aditus concedatur. Optamus, ut sit ære perennius, & quovis indelebile casu. Tantùm expungantur ex epigraphe illi, quos hujus parricidii conscios & auctores fuisse nullo, non dicam perspicuo, sed ne in speciem quidem probabili argumento ostensum est.

G *De vestris persecutionibus*, inquis, *pauca exstant*, pauca scilicet extant, quia tu pauca legisti, sed non ideo non extant, quia tu non legisti, alioquin pauca opera extarent, quia, ùt apparet, paucissima evolvisti. *Pauca exstant;* quia etiam plurimæ persecutiones, quibus Jesuitæ exagitantur, paucæ tibi videntur. Ita tuus olim Celsus, Porphyrius, Julianus, Hierocles, cæteri, pauca de persecutionibus Christianorum extare credebant; quia quævis persecutio contra Christianos excitata, horum judicio, nimis erat lenis & remissa. H Hinc mitissima illa Juliani vox ad quendam præfectum, cùm horruisset Christianos trucidare: *Quid enim grave, si decem Galilæos manus una Græcanica sustulit?* Ita & tu: quid enim piaculi, si Jesuitarum decadem una manus Calvinistica interemit? *Exorabile numen fortasse experiar, solet his ignoscere*, qui has viles animas, turbam inflетam, inhumatámque mactant. *Pauca*, inquis, *exstant de persecutionibus vestris;* lector legat, quæ omnium linguis celebrantur de persecutione Anglicana, eáque tam diuturna; item, quæ scriptis mandata Gallicè, Latinè, Germanicè, de persecutione Gallica, quæque passim jam feruntur de multorum annorum persecutione Japonica, & facilè intelliget, quàm verè scripserit Misenus,

Gen. 26.
Tertull. ad Scapulam.
Rom. 12.
S. Cypr. epist. 55.
Exod. 22.
Actor. 23.
Nazian. orat. 1. contra Julian.

A nus, panca de nostris persecutionibus extare: volui autem tres illas persecutiones duntaxat, tanquam cæteris eminentiores, nominare; nam si minores illas, in Belgio, Livonia, Transylvania, Austria, & alibi passim ab Hæreticis, & in Catholicis quoque ditionibus ab obtrectatoribus excitatas percensere velim, oratio finem nullum inveniat.

B Ægrè fers: quòd te interdum cum Celso comparârim, itémque cum Porphyrio, & Juliano. Nesciebam te ægrè laturum, aliás abstinuissem: nam in offensam tuam incidere nolim. Sed cur nomen Celsi abnuis? longè speciosius est, quàm nomen Lithi, seu *saxi*, aut *lapidis*. A Celso *celsitudo* & *celsitas* derivatur, quæ *abstracta* à proprio Celsi Epicurei nomine, non ab appellativo *(Celsus)* deducta; in hoc altero meo libro, honoris gratia, tibi tribuissem; si te Celsi appellatione delectari animadvertissem. At quàm honorificum tibi fuisset, si tecum, quasi cum Principe, ita locutus essem? *Celsitas* seu *Celsitudo tua*: deinde cur Celsi nomen rejicis, cùm dictis factísque sis simillimus Celso? Nec Menandri Andria & Perinthia; nec Plauti Menæchmus surreptus & Menæchmus Sosicles; nec Amphitryonis Sosia, & Mercurius in Sosiam transformatus tam sunt similes, quàm tu & Celsus; quo fit, ut, qui utrumvis rectè nôrit, ambos noverit. si malis audire Faustus, & abstractè, *Faustitas tua*, neque bujus appellationis gloriam tibi invidebo: quin nullo negotio ex libris S. Augustini contra Faustum ostendam, te æquè esse Faustum ac Celsum: nisi fortè utrumque nomen conjunctim appetas, ut sis nobis *Celsofaustus*, aut *Faustocelsus*.

C *Ego*, inquis, *Christianus sum: Celsus fuit homo profanus & Epicureus. Tria sunt*, inquit S. Gregorius Nyssenus, *quæ Christiani vitam declarant atque distinguunt, actio, sermo, cogitatio, ut omnia nostra tum dicta, tum facta, tum cogitata ad divinam earum notionum, quibus Christus declaratur, regulam sic dirigantur, ut nihil cogitemus, nihil dicamus, nihil faciamus, quod à sublimi eorum significatione recedit.* Quæ Christiani descriptio, cùm in te non elucescat, libenter, ùt spero, veniam dabis, si tibi potiùs stationem cum Celso inter Epicureos, quàm cum Simone inter Christianos assignavero, præsertim, cùm ùt Christus, ita & Christianus dicatur à Chrismate, *quod est unctio*, ùt ait Tertullianus, *quæ Domino nomen accommodavit, ùt & nobis, quia egressi de baptismatis lavacro perungimur benedicta unctione.* Proba Misene, ubi & quando chrismate sis perunctus, ut *Christiani* nomen tibi vendices. *Ungi necesse est eum, qui baptizatus sit*, inquit S. Cyprianus, *ut accepto chrismate, id est, unctione, esse unctus Dei, & habere in se gratiam Christi possit. Porro autem Eucharistia, & unde baptizati unguntur, oleum, in altari sanctificatur; sanctificare autem non potuit olei creaturam, qui nec altare habuit, nec Ecclesiam: Unde nec unctio spiritualis apud Hæreticos potest esse, quando constat, oleum sanctificari, & Eucharistiam fieri apud illos omnino non posse.*

D (margin letter beside "dit.")

Nyssen. orat. de perfect. nom. Christ.

Tertull lib. de Baptis. cap. 7.

S. Cyprian. epist. 70.

E

F *Julianus*, inquis, *olim conquestus est, quòd Christiani vertissent idola in martyres, & eos similibus votis colerent. Idem objecerunt Faustus Manichæus, Judæi, Gentiles.* Addo ego in gratiam Miseni, idem objiciunt bodiè Calviniani, & Lutherani: ergo Calviniani & Lutherani, & in his Misenus, fratres sunt, quod ad hanc calumniam attinet, Juliani, Fausti Manichæi, Judæorum & Gentilium. Cæterùm qua fronte mentiti sunt calumniatores illi veteres, sanctos Martyres iisdem honoribus affici, quibus à Gentilibus honorabantur idola: Eadem mentiuntur bodierni sectarii, nos invictos Christi Martyres idolorum loco babere, aut divinis bonoribus colere. Tacitus prætereibo cæteros. Unus Julianus omnium instar erit, cujus hæc apud S. Cyrillum verba: *Unum pro multis Diis coluissetis, non hominem, imò non multos homines miseros, usos lege dura quadam & aspera, agrestémque barbariem spirante:* Cui S. Cyrillus: *sanctos Martyres neque Deos esse dicimus, neque adorare consuevimus.* G *Laudamus autem eos potiùs summis honoribus, quòd pro veritate strenuè certârunt, & fidei sinceritatem servârunt, ita ut & suam animam contempserint, & mortis terroribus valedicentes, prævaluerint in summis periculis, tantæque fuerint fortitudinis, quasi statuas sibi sua vita excitaturi. Proinde non est indignum, imò etiam necessarium, eos, qui tam claris operibus gloriosi sunt, perpetuis bonorari laudibus.* Paulò pòst. *Nos autem non Deos factos esse sanctos Martyres dicimus, sed omni bonore dignari consuevimus, quodammodo repon entes illis bonorem immarcessibilem pro bonoribus, & remunerationem fortitudinis tam conspicuæ.* Consulat lector ipsum S. Cyrillum, & Theodoretum. Subjungis. *Respondet Augustinus, & ait, non coluisse martyres, aut ullam creaturam, votis similibus, atque Æsculapium coluerunt Ethnici, quippe ad latriam uni Deo debitam ea pertinere, & nominatos quidem fuisse Martyres à sacerdote Christianum Deo sacrificium offerente, non tamen invocatos.* H Jam dudum optavi, Misene, ut quando locum antiqui scriptoris citas, librum & locum designes: frustra enim es, si tuam fidem tantæ fidei apud nos esse censes, ut sine ulla disquisitione acquiescamus; secundò, cùm verba, quæ recitas; acceperis ex libro 20. contra Faustum, ubi S. Augustinus Fausti, fratris tui de Martyribus calumniam refellit, cur non posuisti integra D. Augustini verba? cur ea mutilâsti non tantùm quoad verba, sed etiam quoad sententiam: quasi S. Augustinus dicat, Martyres à Christianis non fuisse invocatos, cùm tamen eo loci invocan-

S. Cyril. lib. 6. contra Julianum.

A vocandi aut invocationis vocabulum non compareat. Audi Augustini verba: *Populus Christianus memorias martyrum religiosa solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum consocietur, atque orationibus adjuvetur: ita tamen ut nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quamvis in memorias martyrum, constituamus altaria. Quis enim antistitum in locis sanctorum corporum assistens altari, aliquando dixit: offerimus tibi Petre aut Paule, aut Cypriane; sed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronavit, apud memorias eorum, quos coronavit, ut ex ipsorum locorum admonitione major affectus exsurgat, ad acuendam caritatem; & in illos, quos imitari possumus, & in illum, quo adjuvante, possumus.* B *Colimus ergo Martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei, quorum cor ad talem pro Evangelica veritate passionem paratum esse sentimus: sed illos tantò devotiùs, quantò securiùs post incerta omnia superata: quantò etiam fidentiore laude prædicamus, jam in vita feliciore victores, quàm in ista adhuc usque pugnantes. At illo cultu, qui Græcè latria dicitur, latinè uno verbo dici non potest, cùm sit quædam propriè divinitati debita servitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi unum Deum. Cùm autem ad hunc cultum pertineat oblatio sacrificii, unde idololatria dicitur eorum, qui hoc etiam idolis exhibent: nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus, vel cuiquam martyri, vel cuiquam animæ sanctæ, vel cuiquam Angelo; & quisquis in hunc errorem delabitur, corripitur per sanam doctrinam, sive ut corrigatur, sive ut caveatur. Ipsi enim sancti vel homines, vel Angeli exhiberi sibi nolunt, quod uni Deo deberi* C *nôrunt.* Hæc S. Augustinus, quibus verbis & te, & majores tuos Julianum, Faustum, Judæos, Gentiles, Calvinistas, & Lutheranos damnat, & Catholicæ Ecclesiæ sententiam ab omnibus prædictorum criminationibus efficaciter & validè asserit. Nam quòd hic non reperis invocationis vocabulum, id nihil refert, quia rem ipsam habes: ait enim Martyres à Christiano populo coli, ut *eorum orationibus adjuvetur;* quod quid aliud est, quàm Sanctorum invocatio, ut opem ferant, & subsidio veniant? & alibi disertis verbis adstruit S. Augustinus invocationem Sanctorum: ùt lib. 22. de civitate Dei cap. 8.

D Ais: *Si Julianus reviviscat & ingrediatur templa Papistarum, audiàtque à sacrificulis non tantùm nominari, sed & invocari martyres, & alias creaturas, & sacrificulis idololatriam exprobret, qua distinctione ex Bellarmino, vel Gregorio de Valentia petita ipsum refutaturi sint, tu videris.* Si Julianus reviviscerer, & templa Catholicorum videret, aliam cantilenam non caneret, præter eam, quam olim cecinit; nec nos aliter ei responderemus, quàm jam olim à S. Cyrillo, & aliis sanctis Patribus eidem calumniatori responsum fuit: partem responsi ex S. Cyrillo paulò antè dedi. Quod reliquum est, lector in ipsis S. Cyrilli E libris adversus Julianum reperiet. Idem Julianus, si reviviscerer, signúmque crucis nostris in Ecclesiis passim depictum, ùt olim, irrideret; non aliis quàm S. Cyrilli divinis verbis importuni sycophantæ criminationes repelleremus, & sicut S. Cyrillus refutavit convicia Juliani sine ulla distinctione, ex Bellarmino aut Gregorio de Valentia: ita nos illa ipsa sine hujusmodi distinctione depelleremus. Illud etiam mihi persuaden, Julianum, si ab inferis ad luminis oras, velut Cerberus ab Hercule, revocaretur, & templa Calviniana propiùs intueretur, non modicam voluptatem, eorum aspectu, percepturum: quòd & cruce, imaginibus, altaribus & sacerdotibus, & omni Ecclesiasticæ Hierarchiæ ordine careant, quæ Juliani oculos, cùm viveret, non parùm offendere solebant: sed quantum tunc offendebant præsentia, tantum nunc delectarent ablata; haud enim ignoraret, minus sibi laboris subeundum, si hujusmodi templa vestra in sua, hoc est, Ethnica delubra convertere vellet, ob summam similitudinem, quam jam nunc cum idololatricis fanis habent. *Quid diceret Julia-* F *nus,* inquis, *si tempore pestis audiret invocari Rochum, Sebastiani successorem?* Quid aliud diceret, quàm quod tu nunc dicis, & alii Calvinistæ: esse videlicet hanc invocationem *impiam, detestandam & sceleratam.* At non ita veteris Ecclesiæ Christiani. ex quorum sensu & more hæc Theodoretus. *Martyrum* [Theod. l. 8. de Græcan. affect.] *templa conspicua cernuntur magnitudineq; præstantia, omni præterea ornatus genere variata, splendorémque quodammodo pulchritudinis suæ latè fundentia. Neque verò ad hæc per annum semel, aut bis, aut quinquies adventamus; sed in eis sæpenumero dies festos peragimus, sæpe diebus singulis, eorum Martyrum Domino laudes hymnósque cantamus: quique homines prospera sunt valetudine, conservari eam sibi à martyribus petunt; qui verò ægritudinem aliquam patiuntur, sanitatem exposcunt. Insuper & ste-* G *riles viri & mulieres, dari sibi filios petunt: qui verò parentes sunt, integra sibi & propria custodiri, quæ consecuti sunt, dona. Item, qui peregrè aliquò proficiscuntur, petunt martyres sibi comites esse in via, vel potiùs itineris duces, qui verò jam sospites redierunt, gratias agunt, acceptum beneficium confitentes. Non qui se ad Deos accedere arbitrentur, sed qui orent Dei martyres, tanquam divinos homines, intercessorésque sibi eos apud Deum advocent ac precentur. Piè verò fideliterque precatos ea maximè consequi, quæ desiderant, testantur illa, quæ votorum rei, dona persolvunt, manifesta nimirum adepta sanitatis indicia. Nam alii quidem* H *oculorum, alii verò pedum, alii porrò manuum simulachra suspendunt, ex argento auróque confecta. Gratissimè namque accipit eorum Dominus, qualiacunque sunt dona, nec exigua, nec vilia dedignatur, quippe qui ea pro ferentis facultate metitur. Hæc itaque omnium spectaculo expor-*

A *exporrecta, testantur morborum depulsionem, cujus ipsa certissima signa sunt, à sanitatem consecutis allata. Hæc, inquam, sepulchrorum ibi martyrum quæ sit virtus, ostendunt. Martyrum autem virtus, quem ipsi coluerunt Deum, verum esse Deum declarat.* Totum hunc locum ex Theodoreto exscribere placuit, quia cultum & invocationem Sanctorum mirificè illustrat, & Hæreticorum criminationes, non secus dissipat, ac sol lucifluis radiis nebulas.

B Cæterùm si Julianus redivivus peste laboraret, fortè, S. Rochum aut Sebastianum, metu mortis & doloris immensitate adactus, potiùs invocaret, quàm Æsculapium, aut si quis alius commentitius Deus morbis depellendis præpositus fuit, id ut suspicer, facit ejusdem Juliani factum, cùm metu à spectris in spelunca incusso compulsus, ad salutare crucis remedium confugit. Tu tamen (tanto intervallo Calvinista Ethnicum superat) in Julianum, cælites Christianorum invocantem acriter insurgeres, & ut potiùs Æsculapium, Machaonem, Pæonem, Chironem, & quidquid medicorum fuit, in vota vocaret, cohortareris. Diceres eum idololatra illo Madaurensi. *Impatientem me tanti erroris esse, dissimulare non possum. Quis enim ferat Jovi fulmina vibranti, præferri Mygdonem: Junoni, Minervæ, Veneri, Vestæq; Sananem: Et cunctis, prô nefas, Diis immortalibus, archimartyrem, Namphanionem, inter quos Lucitas etiam haud minore cultu suscipitur, atque alii interminato numero, Diis hominibúsque odiosa nomina, qui conscientia nefandorum facinorum, specie gloriosæ mortis, scelera sua sceleribus cumulantes, dignum moribus factisque suis exitum maculati repererunt. Horum busta, si memoratu dignum est, rejectis templis, neglectis majorum suorum manibus, stulti frequentant, ita ut præsagium, vatis illius indignè ferentis emineat:*

Apud S. Augustin. epist. 43.

Inque Deûm templis juravit Roma per umbras.

C Hæc Grammaticus Madaurensis Germanus tuus. Quòd verò Rochum Sebastiani successorem vocas; ejus rationem satis non assequor, nisi fortè putas cælites mori, ut successore egeant; aut conferendis in mortales beneficiis fatigari, ut tandem quietem capere, aliisque benefaciendi quasi lampadem tradere cogantur; sive hoc, sive illud prius de cœlestium sedium incolis sentias, satis apparet, & cœlum & cælites nihil aliud esse apud te, quàm quod ille ait; γραῶν μύθους & λήρους & gerras.

D *Comparat*, inquis, *cum Christianismi propagatione sui ordinis amplificationem.* Quid tum? An non jure? *Nequaquam*, ais; *quia Christianismi incrementum errores idololatricos exstirpavit, vestra secta multiplicatio eosdem confirmavit.* Idem objiciebat olim Faustus orthodoxis; *sacrificia Ethnicorum*; ajebat, *vertistis in Agapas; idola in martyres; quos votis similibus colitis, defunctorum umbras vino placatis & dapibus, solennes Ethnicorum dies cum ipsis celebratis, ùt calendas & solstitia.* E

S. Aug. l. 20. contra Faustum cap. 4.

Sed quàm vera erat hæc Fausti tui objectio communiter adversus omnes rectè sentientes, tam vera est tua privatim adversus Jesuitas, quos ais, *Idololatriam serere*, quia Catbolicam Religionem, quo possunt studio, plantant & conservant, eúmque Calaritano Antistite elata voce contra omnes Novatores clamant: *Omnis sagina animarum Christianarum non est nisi credere: quomodo & crediderint Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli & Martyres: deinde omnem facere justitiam.* F

Lucif. lib. 1. pro S. Athanas.

Sed jam argumentatur Misenus noster, sanè perquam subtiliter in hunc modum. *Jesuitismus vel idem est quod Christianismus, vel simile quid, vel diversum?* Respondeo, esse idem: complectitur enim Jesuitismus Christianismum, hoc est, disciplinam illam, rationémque vivendi omnibus in communi, à Christo Domino præscriptam; sicut homo complectitur animal: & præterea superaddit, communi omnium Christianismo peculiarem quandam vivendi rationem: non quidem ex præcepto, sed ex consilio Christi: quæ & ipsa Christianismus est, eò quòd ex consilio Christi instituitur: ex quo fit, ut omnis Jesuita sit Christianus, licèt non omnis Christianus Jesuita: cùm non omnis Christianus hanc peculiarem vivendi rationem sectetur. Sed probas, *Jesuitismum* G non esse Christianismum: *Nam si esset idem, Christiani appellarentur, non Jesuitæ*; perinde ac si tu, aut Celsus, aut Faustus tuus, ita ratiocinaremini; si Christus & JEsus esset idem, tunc Galilæus ille, vocaretur Christus, non JEsus. Sed si animum adverteres, contrarium potiùs colligeres: Christus & JEsus idem sunt, poterit ergo Christus dici JEsus, & vice versa; JEsus, Christus. Christianus & Jesuita sunt idem, quia Christus, à quo Christianus; & JEsus, à quo Jesuitæ, idem sunt: ergo ille, qui est Jesuita, rectè appellabitur Christianus, & Christianus, Jesuita: Etsi, ùt dicebam, non omnis Christianus vocari possit Jesuita; (nisi latiore significatu) cùm non omnes sequantur peculiare illud Institutum, quod Jesuitæ nomen insinuat: sicut omnis homo rectè vocatur animal: Etsi non omne animal, sed aliquod duntaxat appellatur homo. Nec H communioris instituti appellationem expungit appellatio à peculiari instituto; si non sint adversæ, sed consonæ, ùt est appellatio Jesuitæ, respectu Christiani: Præcipuè cùm, ùt antea dicebam, ipse etiam Jesuitismus secundùm propriam notionem: sit vivendi quædam ratio Christiana, seu Christianismi legibus consentanea: quia, ùt & alii Ordines, ex consilio Christi est, quatenus Christus Evangelica consilia, quæ Religiosæ familiæ sequuntur, omnibus proposuit & amplectenda suasit, imò & à Christo

A ſto eſt, quatenus peculiares leges & conſuetudines habet, quia *quæ ordinata ſunt, à Deo ſunt*, at in religionibus omnia ordinata ſunt; ab ordine enim appellantur *Ordines*, & quidquid circa Ordinum approbatinnem univerſa Eccleſia ſtatuit, id non niſi ad Deum, atque adeò Chriſtum Dominum, referri debet. Valdè igitur ineptis, cùm putas, nos ideo non vocari poſſe Chriſtianos, quòd vocemur *Jeſuitæ*; cùm Chriſtus & JEſus idem ſint, & ùt à Chriſto Chriſtiani, ita à JEſu Jeſuitæ nomen formetur: & ùt Chriſtianiſmus, Chriſti; ita Jeſuitiſmus ejusdem Chriſti diſciplinam profiteatur.

B Addis. *Impiè Ignatium cum filio Dei confert, creaturam cum creatore;* Non contuli, Miſene, ſed dixi, obſcuritatem inſtitutoris per ſe nnn officere gloriæ inſtituti: alioquin te cum Celſo, Porpbyrio, & Juliano, in Chriſtianam religionem dentes exſerere poſſe: Cùm à Chriſto, (cujus ortus ſecundùm carnem tam humilis & deſpicatus) inſtituta, & ab Apoſtolis, nulla generis vel opum claritudine conſpicuis, propagata fuerit. Eſtne boc Ignatium cum Chriſto conferre: *Omnipotentem Deum, cum claudo homine:* immortalem cum mortali? *O blaſphemiam!* exclamas. *Acerbitas quidem atque impietas* dicti tui, *cogere nos ad immoderatum & fervidum reſpondendi impetum poteſt, ſed reſtringenda paululum pii doloris ſunt retinacula*, inquit Caſſianus, cùm ſimilem tui impudentem impoſtorem refellerer. Intonas *blaſphemiam*, ſed cujus impulſu, niſi ejus, qui os Caipbæ in hæc verba, magno cum furore, reſolvit: *Blaſphemavit, ecce nunc audiſti blaſphemiam.*

Caſſian lib. 6. de Incarnat. cap. 9.

Matth. 26.

C Ais: *Jeſuitas emendare hereſes, ſumptis emendationibus à Tacianis, Encratitis, Pelagianis, Idololatris, Artolatris.* Inſpexi librum S. Auguſtini de bæreſibus, ut viderem, quidnam Jeſuitæ ab his bæreticis mutuari ſint. Nihil reperi. *Taciani*, inquit S. Auguſtinus, *à Tacio quodam inſtituti ſunt, qui & Encratitæ appellati ſunt, nuptias damnant, atque omnino pares eas fornicationibus, aliiſque corruptionibus faciunt, &c.* Nullus Jeſuita ita ſentit, niſi de nuptiis innuptis Monacborum, & Sacerdotum refugarum, quæ non veræ nuptiæ,
D cùm legibus ſint interdictæ. Eas pares fornicationibus facere, non magis eſt abſurdum, quàm ſi furtum furto par eſſe dicam: quid enim magis par alteri, quàm quod eſt ejuſdem ſpeciei cum illo? licèt nimis benigna ſit hæc ſententia: cùm hujuſmodi ſcortationes non modò ſint ſcortationes: quod cùm cæteris commune babent; ſed & ſacrilegæ ſcortationes; ita ut præter flagitium libidinis, immane ſacrilegium contiueant. *Pelagiani*, inquit S. Auguſtinus, *gratiæ in tantum inimici ſunt, ut ſine hac poſſe hominem credant facere omnia divina mandata.* Hóccine docent Jeſuitæ? Non im̃orabor. Tantummodò lectores rogatos volo, ut primam E quæſtionem de Gratia apud Gregorium de Valentia Tom. 2. commentariorum Theologicorum percurrant, & tum Miſenum in jus ambulare jubeant, ut aut abſolvatur, ſi verè Pelagianam notam nobis inuſſit: aut condemnetur; ſi falsò hac macula nos aſperſiſſe convincatur. Idololatræ plures Deos ſtatuunt, divinóſque bonores rebus creatis tribuunt. Itaque non video, quid ab his acceperint Jeſuitæ, qui & unum Deum prædicant, unúmque latria, boc eſt, divino cultu, colendum eſſe conſtanter docent. Artolatras quis piſtor tibi pinſuerit, equidem ignoro. Nam Jeſuitæ ſibi cnnſcii non ſunt, quòd panem adorent, aut ab aliis adoraudum doceant. In Euchariſtia enim, quam colunt & adorant, firmiter credunt, nihil de ſubſtantia panis, peracta conſecratione, relinqui. Fortè tu per convicium illos *artolatras* appellitas, qui colunt & adorant eum, qui de ſe dicit: *Ego ſum panis vivus: ſi quis manducaverit ex boc pane, vivet in æternum:* Cave, ne ſub *artolatræ* vocabulo, celes Arium, aut ſimilem ſycophantam.

F Quæris, in qua urbe orgia Bacchi inſtituta & fœdiſſimè celebrata ſint. Nec expectas reſponſum; ipſe tibi reſpondes. *Nónne Romæ? unde primordia ſua inter Chriſtianos ſumpſerunt? Nónne à Romana Eccleſia, ad reliquas terras transmiſſa?* Neſciebam bactenus Bacchum fuiſſe Romanum: Legeram olim prognatum ex Semele Thebana, in iiſque locis orgia ſua inſtituiſſe, magnóque bacchantium concurſu & veſania celebrâſſe. Legeram præterea, inde in urbem bæc ſacra profana irrepſiſſe: & cùm increbreſcerent & nimiùm invaleſcerent, communi decreto proſcripta eſſe, tanquam peregrina & Reipublicæ damnoſa, & quidem multis antè annis, quàm Chriſtianorum nomen extitiſ-
G ſet. Ex Chriſtiana Roma, aut Eccleſia, ad reliquas terras Bacchanalia fuiſſe diffuſa; nuſquam, quod meminerim, legi, neque enim aut in ſacris litteris, aut in veterum Patrum monumentis boc proditum eſt, neque etiam traditionibus non ſcriptis continetur. Si tamen Bacchanalia ex urbe Romana venerunt, mirari ſubit, cur non repudientur ab Hæreticis; cúrque rejectis tot Sanctis, quorum venerationem & memoriam à Romana Eccleſia acceperant, Bacchum ſuis in faſtis tam diligenter notent, deſignatóque die religioſiſſimè colant, *cum thyaſo Satyrorum, & Nyſigenis Sileni. Calviniani*, inquit Miſenus, *modeſtia & ſobrietate majore ſunt, quàm veſtri, vel aliorum ordinum homines.* Vir prudens,
H Miſene, parùm movetur externa veſtra probitatis imagine. *Fallit enim vitium ſpecie virtutis & umbra, cùm ſit triſte babitu, vultúque & veſte ſeverum.* Hæreſis eſt, ſicut ceſtus ille Homericus; in q o θελκτήρια πάντα τέτυκται, ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἔνθ' ἵμερος, ἔνθ'

Juven. Satyr. 14.

Hom. Iliad. 15.

A ἀνδ' ὀαριςὺς, πάρφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκαπερ φρονεόντων. Nam Venus, Cupido, & quidquid talium numinum, ad ventrem pertinentium, extat, in Hæresi sedem babet, quísque bæresin & bæreticum nominat, is sentinam omnium vitiorum nominat. Quamobrem desine modestiam & temperantiam vestram jactare: Notus est Hæreseos vestræ genius. In vos quadrat, quod S. Augustinus Manichæis Catholicos lacerantibus, & de sanctimonia sua, morúmque integritate gloriantibus dixit: *Vestrum oculum malevolus error in solam paleam nostra segetis ducit, nam & triticum ibi citò videretis, si & esse velletis. In vobis autem, & qui Manichai* (Calviniani) *ficti sunt, mali sunt: & qui ficti non* B *sunt, vani sunt. Ubi enim fides ipsa ficta est; & qui ea simulatè utitur, fallit, & qui eam veram existimat, fallitur: nec ex ea potest existere bona vita* (nota boc Misene) *quia ex amore suo quisque vivit vel benè vel malè.* Apud orthodoxos, hi, qui improbi sunt, sua culpa & voluntate improbi sunt; at qui apud Hæreticos flagitiosam vitam ducunt, illi eam ducunt, & sui ingenii & doctrinæ, quam sequuntur, impulsu: Ut enim terra vergit tendítque deorsum, ignísque sursum; ita bæresis, ùt loquitur sanctus Augustinus de Manichæis, ad *officinam aqualiculi, & ad intestinorum aras*, ubi litat & libat, non tantùm tribus illis Hilarium diebus, aut quinque septimanis ante Dionysia (ùt quibusdam in more jam positum ais) sed quamdiu quis vi- C tali vescitur aura. Ais: *quod ad Ribadeneiram attinet, puto illum fuisse sacerdotem simplicem, qui bona fide mendacia ab Ignatio, & aliis audita retulerit.* Si bona fide Ribadeneira mendacia litteris mandavit, cur igitur toties eum mendaciorum accusâsti in tuis scboliis? Qui mendacia aliena litteris consignat, tanquam mendacia, is non mentitur: alioquin Evangelistæ quoque in mendacia incidissent, quia Judæorum adversus Redemptorem nostrum mendacia, in monumenta sua retulerunt. Recantas igitur & revocas priores tuas contra Ribadeneiram accusationes, quam palinodiam, non possum tibi non vehementer gratulari; spero enim, si hunc veritatis radium, qui tibi affulsit, in pectus admiseris, fore, ut agnoscas itidem mendacia non esse, quæ Ribadeneira ab Ignatio, aliís- D que accepta memoriæ prodidit. Deinde, non capio, qua ratione boc loco scribas, Ribadeneiram fuisse sacerdotem simplicem; bonáque fide scripsisse, quæ scripsit: cùm tamen, ùt in carmine tuo canis; ante meam Apologiam publicatam Ribadeneiræ *primas impudentiæ* tribueris. Potéstne fieri, ut homo simplex, non fucatus; qui bona fide agit, quod agit, primas impudentiæ obtineat? Quæ bæc tua constantia, Misene? Hoc autem valdè festivum, quod sequitur: *Aliud est*, inquis, *mentiri, aliud mendacium*

S. Augustin. lib. 5. contra Faustum cap. 11.

S. Augustin. lib. 6. contra Faustum cap. 4. & 6.

dicere. Ignatius mentitus est, cùm finxit, nescio, quas illustrationes; Ribadeneira mendacium scripsit vel dixit. E Animadverto equidem, quid dicere velis, aut quid dicere debueris; sed non satis scio, num adolescentes, quorum gratia te banc distinctionem adduxisse profiteris, sensum verborum tuorum sint assecuturi: imò, nisi fallor, cuivis, quantúmvis luculenter mentienti, parata erit in bac tua doctrina responsio. Nam si conveniatur de mendacio, è vestigio dicet; se non mentiri, sed mendacium dicere: at mendacium dicere, non esse mentiri, ex distinctione Miseni. Quæso te, potéstne quis mentiri, nisi dicat mendacium? potéstne dicere mendacium, nisi mentiatur? Quantò clarius dixisses, aliud esse mentiri, aliud alienum mendacium vel verbo vel scripto commemorare; non animo alios decipiendi, aut in errorem inducendi, sed ut vanitas alterius patefiat, aut vitetur. Quo F consilio Catholici scriptores Prædicantium Lutberanorum & Calvinianorum mendacia notant, & in chartas referunt, non ut mentiantur; sed ut planum faciant, quàm Prædicantibus sit larga Pseudologias fundendi facultas. Verùm bac distinctione posita, iste tibi jam labor exhauriendus venit, ut probes, aut Ignatium, aut alios mentitos esse, cùm narrârunt ea, quæ Ribadeneira commentario suo complexus est, quod tum præstabis, quando *aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tygrim.*

CAPUT III.

De Jessæis & Anachoretis.

Dixeram & probaveram, Jessæos, seu G Essæos fuisse Christianos, ídque eo consilio, ut antiquitatem vitæ religiosæ & monasticæ demonstrarem. Hanc assertionem, ùt evertat Misenus, *Ponam,* inquit, *aliquot hypothses, quæ si probatæ fuerint, vix poterit biscere D. Decanus.* Non nego; præsertim cùm secundæ hypotheseos loco, ineptè colloces ipsam quæstionem, de qua omnis est controversia; qua admissa, vox omnis mihi intercluderetur. *Prima*, inquis, *hypothesis erit; Philonem fuisse Judaum;* Non tantùm assentior, sed & addo: Judæum & natum & denatum. Altera. *Essæos similiter fuisse Judæos;* Hic siste gradum Misene. Hypotbesis bæc à Decano H recipi nequit: nam aut vis, Essæos, de quibus Epipbanius, Hieronymus, Eusebius, alii, fuisse instituto & religione Judæos, eo tempore, quo boc vitæ genus à Philone, Eusebio, & Epiphanio laudatum, sectabantur? & tunc imperitè pro hypothesi assumis quæstionem; quæ tibi probanda est, non supponenda. Quæritur enim, utrum Jessæi, de quibus citati scriptores, ex vitæ suæ instituto fuerint Judæi an Christiani.

Aut

A Aut vis Essæos origine saltem & stirpe fuisse Judæos; & quamvis id de nonnullis certum sit; de omnibus tamen certum non est; nam ùt ad Christianos; ita & ex gentibus non pauci ad Essæos aggregabantur; præsertim, si, quod nonnulli Patres tradunt, non unum quoddam peculiaréque Christianismi institutum Jessæorum professio erat: sed communis omnium Christianorum. Itaque omni ex parte hæc altera tua hypothesis vacillat, ut proinde necesse sit, ædificium, quod imponere cogitas, labascere, vel potiùs planè collabi. Tertia hypothesis; *Plus fidei habendum Philoni & Josepho, quàm Sozomeno vel Cedreno, & aliis* B *Monachis.* Non citavi tantùm Sozomenum & Cedrenum; sed sanctum Epiphanium, S. Hieronymum, Eusebium, Bedam, Nicephorum, quorum omnium fides & auctoritas longè potior apud me & doctissimos quosque, quàm Josephi; quod ad hanc de Jessæis quæstionem attinet; Philo nobis non adversatur; quia ex sententia Philonis Jessæos fuisse Christianos, ostendi eùm ex ipso Philone, tum ex iis, qui Philonis mentem interpretantur; ex Eusebio, Epiphanio, Hieronymo, aliis. Ex quo fit, ut neque tertiæ tuæ hypothesi Decanus possit subscribere: etiamsi omisso Josepho, sic eam conciperes; *Philoni plus fidei habendum, quàm cæteris.* Responderem enim, satis esse, si tantum ei habeam, quantum Epiphanio, Hieronymo, Eusebio. Et hac mea liberalitate ipse Philo, sat scio, contentus esset, si reviviscetet.

C Sed ne rigidiùs æquo tecum agam, ratam gratámque habebo tuam hypothesin, & ex ea boc argumentum conficiam. Plus fidei babendum est Philoni, quàm cæteris in hac quæstione; sed Pbilo nusquam negat, Jessæos fuisse Christianos; imò passim iis coloribus eos depingit, qui nnn nisi in Christianæ fidei Professores convenire possùnt, ùt fusè à me est demonstratum: ergo ex sententia Philonis Jessæi fuerunt Christiani. si tibi bæc argumentatio videtur informis; forma illam, ùt voles; omnes certè propositiones ejus certæ sunt, & admittendæ. Major ex bypothesi mea & tua; minor ex monumentis Philonis, & auctoritate Epiphanii & aliorum. Conclusio ex vi utriusque, ùt vocant, *præmissæ.*

D Porrò cùm jam positis hypothesibus deberes ad propositi tui demonstrationem accedere, ùt fieri solet ab iis, qui artem & methodum disserendi nôrunt, tu quasi tuarum hypotheseon oblitus, aliò te vertis; & argumenta mea, quibus probavi, Essæos Christianos fuisse, dissolvere aggrederis, eodem successu, quo hypotheses posuisti. Ac primò eludere tentas sancti Epipbanii testimonium. *Christiani,* inquis, *quòd vitam agerent honestiorem, nec iu suo cætu paterentur homines dissolutos & profanos, idcirco Essæi dicti, quòd istorum viderentur similes, de quibus Philo scripsit.* E Audio, quid tu sentias, non quid S. Epiphanius, Hieronymus, Eusebius, alii. Nec quærimus hîc de tua phaotasia; sed de S. Epiphanii sententia, ait autem Epiphanius, Christianos appellatos Jessæos à Jesse genitore Davidis; S. Epiph. Hæresi. 29. quandoquidem David ex Jesse; ex Davide autem per successionem natalium Maria; ex qua Christus secundùm carnem. Nihil ergo loci F habet tua commentatio Misene: si S. Epiphanium audimus. Et quia hujus suæ opinionis non admodum certus videbatur S. Epiphanius, alteram addidit: nimirum, Christianos Jessæos dictos ex nomine JEsu, propterea quòd à JEsu ortum ducerent, utpote discipuli ejus: aut propter nominis JESU etymologiam: *JEsus enim hebræa lingua curator appellatur, aut Medicus, & Salvator.* Vides igitur Misene, si quid vides, nomen Essæorum venisse Christianis ex sententia Epipbanii, non à Judæis; quòd ùt ais, *istorum viderentur similes;* sed aut à Jesse parente Davidis; aut à JEsu.

G Cæterùm ipsemet responsi tui absurditatem animadvertisse videris. Quocirca subjungis; *Videntur vim facere Philoni, qui ad verè Christianos ea trahunt, quæ ipse de Essæis narravit, sive sit Eusebius, sive sit Hieronymus, sive Sozomenus, sive Cedrenus, sive Beda, sive Ribadeneira, sive alius quispiam:* Hoc, Misene, responsum exspectabam. Quid opus est multis anfractibus? liberè, ùt in libera civitate, aut liberalibus, quivis sententiam suam dicat; *Ego scio me liberum factum,* inquit ille, per Lutheranum scilicet & Calvinianum Evangelium; dicam, quod mihi in buccam venerit. Epiphanius, Eusebius, Hieronymus, cæteri vim faciunt Philoni, qui quæ Philo scripsit, ad verè Christianos trahunt. Ego, & quidam alius magni nasi criticus, longè meliùs perspectum habemus, quid sibi voluerit Pbilo, quàm aut Epiphanius, aut Hieronymus, aut Eusebius, aut cæteri de eodem genere. Sed audi, Misene, *qui tot & talibus doctoribus repugnat, insanit apertissimè,* inquit ille H apud Theodoretum. Quis enim tu, ut te, Theodor. Dialog. 2. aut Epipbanio, aut Hieronymo, aut Eusebio, aut his inferioribus, intelligentiorem fuisse credam? *Nusquam,* inquis, *doctrinæ fit mentio; nusquam filii Dei, & ipsius meriti.* Si Jessæi dicebantur à JEsu, ùt vult S. Epiphanius; ipso igitur nomine doctrinam, filium Dei, ipsiúsque meritum præferebant. Et quid opus expressâ mentione horum? Vita & moribus, & sanctimonia hæc omnia exprimebant Jessæi: nòn solo ore; neque enim Christum in sola, eáque ventosa lingua ferebant, ùt nunc faciunt Hæretici, sed & in intimis præcordiis. Prætetea qui nulla mentio

A mentio doctrinæ, filii Dei, & meriti ejus, si primitivæ Ecclesiæ Christiani Jessæi dicebantur, ùt S. Epiphanius, & S. Hieronymus scriptum reliquerunt? An non, ubi sermo de primis Christianis, omnium horum diserta fit mentio? Evolve Apostolorum Acta, Misene, simúlque fidem Epiphanio, Hieronymo, & Eusebio adhibe: errorémque tuum facilè depones.

B *Tantum*, inquis, *ritus quidam Monastici describuntur, ex quibus hoc tantùm probatur, nostros Jesuitas similes esse, & fuisse illis Essæis.* Non tantùm ritus monastici describuntur à Philone in Jessæis, sed & ritus omnibus Christianis communes, & quidem ejusmodi, qui ut non fuissent omnibus Christianis communes, tamen non nisi apud Christianos reperiebantur; minimè autem omnium apud Judæos; ùt perpetuus cælibatus. Videat lector Eusebium, qui signa Christianismi in Jessæis diligenter notat. Secundò, licèt soli ritus Monastici in Jessæis à Philone describerentur, an non satis argumenti nobis suppeteret, ut Jessæos Christianos esse crederemus? cùm symbola illa Monastica nusquam reperiantur, nisi apud Christianos; quod etiam ex Dionysio Areopagita liquet; quem Criticus ille, qui monetur, ut *terras cælo mutare recuset, jam vivens factus, nempe vidénsque Deus:* vocat *simium;* & negat esse veterem illum Pauli discipulum; de quo in Actis. Sed hominis supercilium compressit nuper noster Delrius, si minùs urbanatim; aut ipsius aut tuo judicio, id suæ superciliosæ inurbanitati acceptum referat.

Mart. Delrius Tom. 2. Magic. disquisit.

C Post testimonium S. Epiphanii examinat Misenus meas rationes. Nam aliorum Patrum auctoritates, cùm eas nihili faciat, transilit: Rationes examinat, inquam, sed sine ratione, nec tam meas, quàm suas. Omnia enim mutilat, truncat, & ea, in quibus probationis nervus positus erat; aut incidit, aut silentio supprimit. Essæos fuisse Christianos, ostendi ex more precandi ad Orientem. *Ratio hæc*, inquit Misenus, *mihi videtur admodum infirma.* Quid ita verò? *Nam mutatis multis aliis, etiam hic ritus mutari potuit.* Sed ex vetustissimis scriptoribus Tertulliano & Justino Martyre, ut alios sileam, notum est, morem hunc fuisse Christianorum, ùt jam olim ostendi libro primo de S. Cruce, & nuper in animadversionibus Tertullianicis adversùs Junium Calvinianum; cùm Misenus illa refutaverit, tum plura à

D me exspectet. Judæi certè ad Orientem non adorabant; quare si Essæi fuissent Judæi, cum Judæis se conformâssent; Christiani autem adeò moris ad Orientem precandi observantes erant, ut plerique Ethnicorum suspicarentur, propterea solem pro Deo ab illis coli, ùt testatur Tertullianus. Nónne S. Epiphanius crimini dat Elxai

Tertullian. Apol. c. 16.

Hæretico, quòd suos prohiberet orare ad E Orientem, *monens, ut ex omni orbis terrarum parte, potiùs cum Judæis vultum ad Hierosolymitanam urbem converterent, quàm ad orientem?*

Περὶ τῶν ἀγαπῶν, inquis, *& de pervigiliis res plana est, potuerunt Jessæi mutuari* F *aliqua à Christianis, vel qui à Christianis ad illos transfugerant, importare ejusmodi ceremonias, & inter has etiam cælibatum, & appellationem sanctorum & fratrum.* Nihil aliud deerat, quàm ut adderes, ad eos itidem importatum fuisse nomen Christiani; nec tamen fuisse Christianos: Et si Philo expressè Christianos nominâsset; tu id, quod modò expressè non dicis, dixisses. Quæso te, quæ signa tandem requiris, ut tibi persuadeas, Essæos fuisse Christianos? si ego Calvinianos describerem, & omnia, quæ ad Calvinisticos mores pertinent, in aliquo cœtu inesse demonstrarem, solúmque Calvinistæ vocabulum omitterem; an non quivis meritò inde concluderet; eos, qui illis notis depicti & distincti essent, Calvinianos esse? Hìc Agapas habes, & pervigilia Christianorum Monachorum; hìc cælibatum: appellationem fratrum & sanctorum. Quid amplius desideras? Nam quod de importatione cælibatus nugaris, id vanius est, quàm credibilius. Cælibatus enim tam facilè non importatur, in Judaicum præsertim & Ethnicum cœtum, sed ex proposito & vitæ instituto suscipiendus est. At quàm à Ju- G dæis, ex ipso etiam legis præscripto, suscipi non consuêrit, longa probatione non eget. Ais, *de immolatione victimarum, oblatione nulla, facilè responderi potest, nullas immolâsse; vel quòd templum non inviserent, rebus rusticis vacantes, vel propter inopiam & egestatem.* Significat Philo, Essæos ab hostiis immolandis abstinuisse ex ipsa sua professione: non occupatione aut egestate; & hoc contendo, non fuisse Judaicum: (qui enim; cùm lex disertis verbis hostias mandet & exigat?) sed Christianum: Nam quod tu de occupatione agrorum colendorum affers, ridiculum est; non enim omnes his operibus vacabant, ùt ex Philone planum: deinde, ut maximè omnes iisdem vacâssent, an non ex tot millibus aliqui Hierosolymam, more aliorum Judæorum, abire poterant, & inde, peractis sacrificiis, redire? Nec opus erat, ut cum Salomone viginti duo millia 3. Reg. 10. boum, & ovium centum millia immolarent; multò tenuioribus victimis licebat rem divinam peragere.

Quod subdis, candorem tuum & eru- H ditionem demonstrat. *Si concedamus*, inquis, *habuisse aliquid Christianæ religionis, illos, quos Epiphanius ipse testatur Judæos fuisse,* κατὰ τὸ γένος τῷ νόμῳ δὲ προσανέχοντας καὶ περιτομὴν κεκτημένους, *dicere credo, liceat, non admodum dissimiles fuisse nonnullis ex Anabaptistarum*

A *starum secta.* Dic Misene, protulítne S. Epiphanius verba illa de Essæis? Dixítne aut scripsit S. Epiphanius, Jessæos *Judæos fuisse genere; legi addictos & circumcisos?* Nónne hoc scripsit de Nazaræis; de Nazaræis, inquam, Hæreticis? Nónne, absoluta narratiooe de Jessæis, ad quos occasione Nazaræorum deflexerat, eò quòd Nazaræorum seu Nazarenorum nomen olim omnibus Christianis commune fuisset; ad propositum arguinentum deinceps regreditur: & de Nazaræorum hæresi institutam disputationem pertexens, dimissis jam Jessæis; juxta bæc ait *tempora, rursus aliqui ex Apostolis prodièrnnt, dico autem Nazaræos, de quibus hic tracto: qui erant quidem genere Judæi, &*

B *circumcisi.* Et post non pauca: *Isti hæresiotæ, de quibus hic verba facio, omisso nomine JEsu, neque Jessæos se vocaverunt, neque in Judæorum nomine permanserunt, neque Christianos seipsos appellaverunt, sed Nazaræos. Per omnia verò sunt Judæi, & nihil aliud.* Sunt autem isti Nazaræi diversi ab illis, de quibus idem S. Epiphanius; Nam isti ante Christum exstiteruot, illi pòst. An bæc non vidisti Misene? At, si vidisti, non considerâsti? Adhæc quid tibi venit in mentem, conferre Jessæos, tantopere à priscis scriptoribus celebratos, cum impuris Anabaptistis? An tantus Anabaptistarum fautor es, ut eos comparandos putes cum illis, quos laudatissimi quique suminis laudibus evexerunt? Quæso, compara inter se, quæ prodita sunt de Anabaptistis, cum iis, quæ scribit Pbilo, non tantùm in libro: *quòd omnis probus sit liber,* qui tibi fortassis Anabaptistas in mentem revocavit; sed & in libro, *de vita contemplativa.* Verba Philonis, quæ tibi fortè suspicionem de Ana-

Epiph. Hæres. 18.

C baptismo moverunt, sunt ista. *Ferè soli hominam degnnt sine prædiis, sine pecuniis, & propter vitæ institutum divites babentur magis, quàm ob rerum copiam, Frugalitatem non vana existimatione ducentes esse quæstum maximum. Tela, jacula, gladios, thoraces, scuta, nemo apud eos fabricat, sicut nec arma cætera, nec machinas, aut aliud quidquam bello utile, imò ne ea quidem studia reperias ibi, quibus in pace abutuntur homines: negotiatores, institores, naucleros, ne in somnis quidem viderunt, subtrabendo materiam avaritiæ. Nemo ex illis servit, omnes liberi ministrant sibi invicem: dominationem damnant, ùt injustam atque impiam, repugnantem juri naturæ, quæ omnes ex æquo genuit, educavitque tanquam mater germanos fratres revera, non solo nomine: eam cognationem labefactatam convulsámque insidiis avaritiæ, hujus opera inductam pro familiaritate abalienationem animi, & odium pro be-*

D *nevolentia.* Quòd si hæc, quæ scribit Philo, indicant, Jessæos fuisse Anabaptistis similes: oportet etiam Monachos illos, quos S. Augustinus summis ençomiis celebrat, Anabaptistis fuisse similes, quia quidquid Pbilo

E de Jessæis dicit, hoc dicit S. Augustinus de illis Monachis, Catholicæ Ecclesiæ civibus, imò domesticis: Nam de moribus Ecclesiæ Cathnlicæ disputans, ait, hunc quuque Ecclesiæ morem esse, ut Monachos habeat. Nec est, quòd te verba illa Pbilonis offendant; *Dominationem damnant, ùt injustam & impiam:* loquitur eoim de dominatione, quæ alios homines sibi subjicit, ùt servos & mancipia; quod liquet ex libro *de vita contemplativa,* ubi Pbilo: *in ministerio non utantur mancipiis, quandoquidem servitutem cum natura omnino pugnare antnmant, nam ea liberos omnes genuit.* Et in boc ipso libro nominat Pbiln Essæorum *præsules:* Erat ergo, qui præesset, non ùt Dominus mancipiis, sed ùt subditis, vel potiùs, ùt pater filiis. Hæc si diligenter perpenderis, forsan errorem tuum agnosces. *Nec erubescas de commutatione sententiæ, non es tantæ auctoritatis & famæ, ut errâsse te pudeat.*

S. Hieron. l. 1. contra Ruffin.

F Pergis. *Sed quia Josephus & Philo Judæi consentiant; omnino Essæos Judaicæ legis homines fuisse, existimo. Nam de professione religionis non judicandum ex disciplina, sed ex doctrina.* Adeò non consentiunt de Essæis Philo & Josepbus, ut non desint, qui credant, alios esse Essæos Pbilonis: & alios Essenos Josephi; & ut sint üdem, jam tamen in mea Apologia satis dixi, utri potiùs cre-

G dendum sit, Philoni an Josepho. Quamvis relatio Josephi commodè accipi possit de Essæis noodum ad Christum conversis: Philonis autem oarratio, de Essæis jam Christiana religione initiatis. Cur tu meam disputationem non refutâsti, si poteras? Ad id, quod adjungis: oppono tibi Tertullianum, cujus est hæc verissima oratio: *Adeò & de genere conversationis, qualitas fidei æstimari potest. Doctrina index, disciplina est.* Igitur doctrinam Essæorum aliam non fuisse, quàm doctrinam communem omoium Christiaoorum, colligimus ex ea disciplina & ratione vivendi, quæ nusquam nisi apud Christianos reperta. Si quis Calvioianum delubrum ingressus, ex disciplina, ritibus & ceremoniis cnneludat vestram doctrinam, an is à vero aberrat? S. Epiphanius sub finem suorum commentariorum adversus hæreses plurimos Ecclesiæ Catbolicæ characteres, in disciplina duntaxat positos, commemorat; An avius à veritate abit, qui ex illis notis de doctrina ejusmodi cœtus, in quo elucescunt, judicium facit?

Tertull. de præscript.

H *Altera probatio,* inquis, *unde sumpta fuerit nescio, nempe Essæos tam viros quàm fœminas perpetuò castitatem coluisse, &, si matrimonio priùs juncti fuissent, ab omni ejus usu abstinuisse. Quòd enim Essæi uxores babuerint, non memini me usquam legere.* Cur tu Misene, vocas *alteram probationem,* quæ ordine est quarta? Deinde Philonis verba hæc sunt.

A *Pietatis erga Deum argumenta præ se ferunt,* (Jessæi) *plurima, castitatem in tota vita perpetuam, à jurejurando mendaciòque abstinentiam, & quòd ad auctorem Deum bona omnia, malum verò nullum referunt.* Quo fanè à Calvino, Beza, & aliis differunt, ùt & in perpetua castimonia. De Jessæis fœminis idem institutum sectantibus idem Philo, ubi de Jessæorum conviviis. *Adhibentur mensæ fœminæ quoque, anus pleræque, sed virgines, non coactæ castitatis; sed spontè continentes præ amore sapientiæ, cujus studio per totam vitam contempserunt voluptates corporis, nimirum divinæ, non mortalis prolis cupidæ.* At quòd

Phil. lib. quod omnis probus &c.

Phil. lib. de vita contemplat.

B ais, *te nunquam legisse, Jessæos habuisse uxores;* libenter affirmanti credo; ubique incredibilem variæ lectionis penuriam prodis. Ego verò id legi, & quidem apud Philonem, qui cùm describit, quanto ardore illi, quos rerum cœlestium amor cepit, Jessæorum vivendi genus amplecti soleant; hæc habet verba: *Relictis facultatibus, & avocamentis omnibus, fugiunt sine respectu fratrum, liberorum, parentum, uxorúmque* (arrige aures Misene, ùt Lucius apud Lucianum) *& deserunt numerosas cognationes, societates, amicitias, ipsas denique patrias, in quibus geniti educatique sunt.* A quo excitati, nisi ab illo Domini classico? *Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Vides ergo, aliquns, cùm in Jessæorum disciplinam nomen darent, uxores habuisse, & ab usu matrimonii deinceps abstinuisse, quandoquidem uxores deserebant, & perpetuam castitatem colebant; ùt Philo perspicuè scribit.

Matth. 19.

C Ais. *Si Essæi fuerunt Christiani, qui factum, ut nullus ex Apostolis horum meminerit, ne Paulus quidem ipse ad Hebræos cùm scriberet?* Respondeo, si, ùt S. Epiphanius vult, omnes Christiani vocabantur initio Jessæi, tum Apostoli eorum fecerunt mentionem, hoc ipso, quòd mentionem fecerunt credentium in Christum; non enim alii erant credentes in Christum, quàm Jessæi, hoc nomine appellati, antequam Antiochiæ nomen *Christiani,* nasceretur; ùt scribit S. Epiphanius.

D Ostende mihi Misene, nomen *Christiani* in epistolis S. Pauli: An quia Christianorum nomen non expressit, ideo epistolæ illæ ad Christianos non sunt missæ? si autem Jessæorum institutum, fuit peculiare institutum inter eos, qui fidem Christi profitebantur; eo modo, quo nunc Ordines religiosi & monastici, peculiaria quædam vivendi genera in Christianismo censentur; tunc non mirum, nullam eorum speciatim factam mentionem; quia epistolæ illæ vel generatim ad omnes Christianos dirigebantur, vel ad omnes Christianos unius Ecclesiæ, ùt Romanæ, Corinthiæ, Ephesiæ, Philippensis. Quocirca nihil necesse erat, in specie ad specialia vivendi genera descendere. Adhæc, non opinor, te esse tam rudem, ut nescias, exigui roboris esse hanc argumentationem; E

Apostoli hujus vel illius litteris suis nullam fecerunt mentionem: ergo non fuit; nisi, ùt nuper dicebam, Calviniano Junio, circumstantiæ ejusmodi sint, ut planè verisimile videatur, sacras litteras id fuisse expressuras, si ita fuisset: Quales in proposito nostro nullas peristases animadverto.

In animadvers. Tertullian.

F Addis: *Quòd Jessæos Christianos martyres vocat, magis ineptum est, quàm ut refutari debeat.* Videlicet cùm te tam ineptum sentis, ut aliquid refellere nequeas, tum dicis, tam esse ineptum, ut non mereatur refutationem: more illorum, qui, cùm probatione destituuntur, dicunt, Id, quod probandum est, probatione non egere, sed luce meridiana clarius esse. *Quis unquam de Martyribus Essæis aliquid memoriæ prodidit?* Philo, iis verbis, quæ recitavi in Apologia, quæ nunc repetam, additis quibusdam, tunc omissis; sed tamen ad tuam ignorantiam, vel malitiam coarguendam necessariis. Ita ergo Philo, postquam studia Jessæorum, virtutéque & vitæ institutum descripserat.

G *Tales athletas virtutis reddit Philosophia, absque omnibus curiosis & ambitiosis Græcorum vocabulis, exercens eos, in laude dignis actionibus, quibus certa perpetuáque libertas constabilitur: id compertum est in multis & variis temporum difficultatibus, sub tyrannide potentiorum diversis præditorum ingeniis, ex quibus alii conati feroces bestias immanitate superare, nullam omiserunt crudelitatis speciem, gregatim mactando subditos, aut lanionum more vivos frustatim concidendo; nec priùs finis fuit, quàm in easdem calamitates incidere, vindicante divina providentia; alii verò suam rabiem celantes, diverso malitiæ genere acerbas clades dederunt, placido sermone, susurrisque clancularis dissimulantes odium, canum maleficorum more, blandiendo, móxque infigendo morsus insanabiles, ut oppidatim monumenta impietatis suæ relinquerent ad perpetuam afflictionum memoriam. Nemo tamen vel è crudelibus illis, vel ex alteris fucatis ac subdolis, valuit modò dictos cœtus Essæorum, in culpam inducere, sed omnes discesserunt victi virtute horum virorum, laudantes eos, ut liberos cives, & suo jure viventes, accepto à natura, prædicantésque illorum sodalitia, societatemque inenarrabilem, in qua exemplum felicis & perfectæ vitæ videre liceat.* Hæc Philo, quibus verbis describit Christianos Martyres; ùt in mea Apologia dicebam, & nunc repeto.

H Tu hic finem facis dicendi de Jessæis. Faciam & ego, si priùs elatum cujusdam Critici supercilium notavero, qui de Jessæis disputans; utrum Christiani fuerint; ita in Eusebium invehitur; quasi id Eusebius sine ulla ratione asseruerit, ipse autem nihil, nisi evi-

A evidentissimas rationes adferat, quibus de-
monstret; Essæos non fuisse Christianos;
cùm tamen in tanta verborum volubilitate,
vix mica rationis appareat. Nam rationes,
quibus Eusebius inductus scripsit, Essæos fuis-
se Christianos, iste temporum corrector, ne-
que integrè, neque sincerè refert. Cùm
enim Eusebius plures adducat; ipse vix duas
adfert: easque ùt dicebam, truncatas, & à
corpore totius disputationis avulsas, ut pro-
inde necessarium sit, eas aliter longè olere,
quàm cùm apud Eusebium leguntur. Emen-
datoris verba hæc sunt. Philo vocat Essæos
θεραπευτὰς, *& mulieres ejusdem instituti* θε-
ραπευτρίδας. *Eusebius ita dictos existimat,
quòd in nomine JEsu Christi Nazareni morbos
curarent.* Non dicit hoc Eusebius, sed ratio-
nem nominis, quam Philo assignat, expli-
B cans, in hunc modum scribit. Θεραπευτὰς
αὐτὲς, καὶ τὰς σὺν αὐτοῖς γυναῖκας θερα-
πευτρίδας ἀποκαλεῖσθαί φησι, τὰς αἰτίας
ἐπειπὼν τῆς τοιᾶσδε προσρήσεως, ἤτοι παρὰ
τὸ τὰς ψυχὰς τῶν προσιόντων αὐτοῖς, τῶν
ἀπὸ κακίας παθῶν, ἰατρῶν δίκην, ἀπαλλάτ-
τοντας ἀκεῖσθαι καὶ θεραπεύειν, ἢ τῆς περὶ
τὰ θεῖον καθαρᾶς καὶ εἰλικρινὲς θεραπείας
τε καὶ θρησκείας ἕνεκα. *Ipsos Therapeutas,
& mulieres, quæ cum illis degunt, Therapeutri-
das vocari ait; appellationis hujus hac ratione
reddita: vel quòd homines, qui ad ipsos veniunt,
medicorum instar à pravis malitiæ affectibus cu-
rent, & liberent: vel quòd divinum numen pu-
ro cultu, & sincero religionis obsequio colant.*
Ubi hic ulla mentio ejus, quam iste commi-
C niscitur Etymologiæ?

Deinde non ita argumentatur Eusebius;
*Jessæi habitant in Monasteriis, ergo fuerunt
Christiani;* sed longè plura & graviora hujus
rei probamenta affert, & longè aliter forma-
ta, ùt lector intelliget, si ipsum Eusebium
consulat; etsi, quid alienum à ratione fecis-
set Eusebius, licèt inde collegisset, Jessæos
fuisse Christianos? Apud quos enim mona-
sterii & res & vox usurpata est, nisi apud Chri-
stianos! κοινόβια etiam ethnicis nota fuerunt;
at non Monasteria; sicut nec Monachi: cùm
ergo Philo vocet habitacula Essæorum *Mona-
steria*; Monasteria autem & Monachi tan-
quam *relativa* ad se mutuò referantur, ne-
cessariò sequitur; Essæos illos, de quibus
D Philo, non modò fuisse Christianos, sed &
monachos Christianos. Neque verò ea, quæ
Philo de Essæis scribit, convenire possunt in
totam multitudinem Christianorum, ùt quòd
perpetuam castitatem coluerint; sed in pe-
culiare quoddam, ídque Christianismi, reli-
giosum institutum: licèt ab his Essæi nomen,
fortè ad omnes communiter Christianos
pervenerit, cùm omnes hoc nomen fuerint
sortiti, ùt ait S. Epiphanius; quamvis postea
Philo sub hoc nomine non omnium Chri-
stianorum politiam, sed eorum duntaxat,
qui perfectiorem vitæ rationem delegerant,
descripserit; nam & in Ecclesia primitiva
sunt, qui tradant, cuivis liberum fuisse sua vel
vendere & in commune conferre, vel reti-
nere: quod ex Apostolorum Actis manife-
stum evadit.

Ait iste: *Philonem genere Judæum, patria* E
*Alexandrinum, eorum duntaxat Essæorum me-
minisse, quos ipse in patria sua viderat & norat;
cùm plures etiam fuerint in Syria.* Atqui Phi-
lo expressè etiam meminit Essæorum alibi
degentium, nempe extra Ægyptum; ait
enim; *nec Palæstina Syriaque deesse hoc genus
hominum virtutem sectantium.* Alibi dicit:
hoc genus (hominum) *reperiri in multis orbis
regionibus; meritò, ùt absolutæ probitatis, re-
ceptum à Græcis atque barbaris. Tantum abest,*
inquit iste, *ut Christiani fuerint illi* θεραπευ-
ταὶ *ut pertinaciores hostes non habuerint Chri-
stiani, quàm eos, qui pluribus cæremoniis Judai-
cis addicti erant.* Sit, ùt dicis; at qua ratio- F
ne probas, hos Philonis θεραπευτὰς pluri-
bus ceremoniis Judaicis addictos fuisse? Hoc
tu quidem affirmas, sed non probas; nam
ut auctoritas tua antevertat rationi, id non
sinemus; quandoquidem tu æquo animo
non pateris, ut auctoritas sanctorum Patrum,
rationibus anteponatur. *Quòd si illi* θερα-
πευταὶ *fuissent*, inquis, *Christiani; igitur &
Christiani fuissent* ἡμεροβαπτισαὶ. Nihil mi-
nus: Non sequitur hoc, scimus, qui fuerint
Hemerobaptistæ: proba tu istam consequen-
tiam, ne quidvis sine ratione videaris affir-
mare. *Non solum*, inquis, *Eusebium imita-
tus est Epiphanius, sed etiam, quòd Eusebii men-
tem malè assecutus sit, deterius illo pronuncia-
vit.* Quid ita verò? *Nam quia Eusebius ab* G
eo (Philone) θεραπευτὰς *dictos putat, quòd in
nomine JEsu morbos depellerent, ipse putat ab
Eusebio* ἰησσαίους *quasi dictos* παρὰ τὸ ἰᾶσθαι,
quasi ἰατὲς. *Hinc fit catena errorum invicem
se consequentium.* Nam ἰησοῦν, *non* σωτῆρα,
sed Græcè ἰατὸν & ἰατῆρα *nominat.* Injuriam
facit iste Eusebio & Epiphanio, de Eusebio
liquet ex suprà dictis. De Epiphanio pro-
bo: quia S. Epiphanius vocat ἰησοῦν, σωτῆρα,
neque τὲ ἰατὲ aut ἰατῆρος mentionem ul-
lam facit: horum inquam duorum vocabu-
lorum, quæ Criticus S. Epiphanio affingit.
Etsi nomen τῦ ἰατρῦ καὶ θεραπευτῦ ponit.
Verba S. Epiphanii sunt hæc: Sive dicti sint
Jessæi, διὰ τὸ ἐξ ἰησῦ ὡρμᾶσθαι, μαθηταὶ
ὄντες αὐτῦ, ἢ διὰ τὸ τῆς ἐτυμολογίας τῦ
ὀνόματος τῦ κυρίε. ἰησῦς γὰρ κατὰ τὴν
Ἑβραϊκὴν διάλεκτον θεραπευτὴς καλεῖται,
ἤτοι ἰατρὸς, καὶ σωτήρ. An non hoc loco H
S. Epiphanius JESUM disertè interpretatur
σωτῆρα, hoc est, Salvatorem juxta illud
Angeli ad Josephum: *Vocabis nomen ejus* Matth. 1.
*JEsum: ipse enim salvum faciet populum suum
à peccatis eorum:* quod priùs ipsi D. Virgini Luc. 1.
ab Angelo fuerat mandatum, etsi nominis
interpretatione non addita; aut si ab An-
gelo addita; certè ab Evangelista omissa.
At quod S. Epiphanius simul etiam ἰησοῦν in-
ter-

A terpretatur *ἰατρὸν, καὶ θεραπευτὴν*, quid in hoc criminis? Quid enim Salvator aliud est quàm medicus: & quid aliud medicus, quàm Salvator? Nihil ergo ab Etymo nominis JEsu, aut Jessæi à JEsu deducti, alienum fecit S. Epiphanius, cùm scripsit; sicut nomen JEsus, significat *σωτῆρα*, aut *ἰατρὸν*, aut *θεραπευτὴν*, ita etiam nomen *τοῦ ἰεσσαίου* inde formatum, significare *θεραπευτὴν*, non quòd morbos corporis curarent in nomine JEsu, ùt Criticus iste Eusebium scribere fingit: Sed quia exemplo JEsu & se, & alios salvos faciebant à peccatis, quæ ratio à Philone est reddita; & ab Eusebio repetita. Qua ergo mente reprehendit iste S. Epiphanium, quasi notionem nominis JEsu inscitè tradiderit?

B Scripseram hæc, cùm ecce in secundam operis de emendatione temporum editionem incidi. Et quamvis primæ editioni ista bedera appensa esset: *Opus novum, absolutum, perfectum*; ex iterata tamen editione vidi, titulum fuisse mendacem: & opus valdè imperfectum. Nam si fuit absolutum & perfectum; quomodo postea castigatius, & multis partibus auctius: ita ut nuvum videri posset, (quod inscriprio pollicetur) prodire potuit? Porrò novum fermè opus esse, indicant plurima, quæ in vetere non comparent. Omissis aliis, de solis Jessæis agamus.

C *Quia*, inquit, *morbos curabant, hinc quidam Essæos dictos volunt.* Hanc sententiam tribuit antea Eusebio, nunc vela vertit: & rectè, etsi non rectè, quòd ait: *Eusebium scribere, Essæos in nomine Christi morbos depulisse*; Ubi hoc Eusebius, qui sola Philonis verba exscripsit & recitat: Addit: *quòd quidam hominem Essæum quasi ἰατρὸν dictum volunt, laudarem, nisi apertè reclamaret Eusebius*, qui ait, θεραπευτὰς non νόσων, sed τοῦ θεοῦ. Nec Eusebius, nec Philo hoc dicit: ùt liquet ex verbis Eusebii (quæ & Philonis) paulò antè allatis. Neuter enim *τῶν νόσων* corporis mentionem facit: sed uterque asserit, Jessæos θεραπευτὰς dictos; aut quia curarent malas animi affectiones; aut quia Deum eximiè colerent. Nec minùs falsa, quæ de

D S. Epiphanio adducuntur. *Hoc arrepto* (ex Eusebio, dicente Essæos in nomine Christi morbos depulisse) *addit Epiphanius, ἐσσαίους quasi ἰησσαίους dictos*, & *τὸν ἰησοῦν ipsum παρὰ τὸ ἰάσασθαι*, aut Jonicè *ἰήσασθαι*, *non autem Jesua, ut Angelus præceperat Mariæ. Tanta est licentia τοῦ λογοποιεῖσθαι, ubi semel alea jacta.* Sed quæso, ubi hæc S. Epiphanius? Nominetur locus. Nam eo loco, ubi de Jessæis disputat; nihil aliud invenio, quàm quod suprà attuli. Ubi dicit ἰεσσαίους dictos quasi *ἰησσαίους παρὰ τὸ ἰήσασθαι*? Ubi affirmat JEsum non esse Jesua, seu *σωτῆρα* & Salvatorem, ùt Angelus Josepho & sacratissimæ Virgini prædixerat? Tanta est libido *τοῦ λοιδορεῖσθαι* sanctos Patres; ubi semel alea jacta.

E Præter duas Etymologias, & derivationes nominis Jessæi à Jesse, aut à Jesu, quas adducit S. Epiphanius, adfert quoque Philo in Apologetico pro Judæis, & in libro, *quòd omnis probus sit liber*, & ex eo Eusebius, aliam. *Οἳ καλοῦνται μὲν ἐσσαῖοι, παρὰ τὴν ὁσιότητα, μοὶ δοκῶ, τῆς προσηγορίας ἀξιωθέντες*, *qui dicuntur Essæi à sanctitate, ùt mihi videtur, nomen adepti*: quasi ὁσσαῖοι seu potiùs ὁσσαῖοι seu ὅσιοι. Etsi hanc originationem alibi Philo non admodum probat, ùt planum ex his ejus verbis. *λέγονται δέ τινες παρ᾽ αὐτοῖς ὄνομα ἐσσαῖοι, κατ᾽ ἐμὴν δόξαν οὐκ ἀκριβεῖ τύπῳ διαλέκτου ἑλληνικῆς, παρώνυμοι ὁσιότητος*. *Quidam appellantur Jessæi, à sanctitate hoc nomen sortiti: licèt, meo judicio, non admodum aptè ad linguæ Græcæ formam.* Euseb lib. 8 de præpar. Evang. c. 4.

F Quòd scilicet ἐσσαῖος & ὅσιος non viderentur inter se magnam cognationem habere. Porrò verba illa *κατ᾽ ἐμὴν δόξαν, οὐκ ἀκριβεῖ*, &c. Omiserunt Interpretes Eusebii & Philonis: cùm tamen in Græcis codicibus exstent. Hanc nominis derivationem, quam à Græco abludere ait Philo, minimè probat is, cum quo hic disputamus: quin & ipsum Græcum nomen ὅσιος ab Hebræo seu Syriaco חֲסִיָא descendere ait. Sed sive ὅσιος natum sit ex illo Syriaco; sive id, quod iste dicit, Becanismis, (quos valdè odit) annumerari debeat: idem pronunciaret Philo; si hoc etymon ex Syriaco audiret, quod pronunciavit de etymo Græco. *Κατ᾽ ἐμὴν δόξαν οὐκ ἀκριβεῖ τύπῳ διαλέκτου συριακῆς ἐσσαῖοι λέγονται*, quia Syriacum vocabulum æquè longè discedit à voce ἐσσαῖος, ac vox ὅσιος: Sed quidquid sit de origine harum vocum, duo hinc certò conficiuntur. Pri-

G mò, falsum esse, quod Criticus in priore editione scripsit: Philonem *disertè scribere, Essæos cultores Dei vocatos, patrio idiomate; hoc est, Syriaco*, in quo חֲסִי & חֲסִיָא est ὅσιος. Ubinam hoc Philo? nam tribus locis de Essæis verba facit. In Apologetico, de vita contemplativa; &, *quòd omnis probus sit liber*. Nusquam dicit, *patrio idiomate* vocatos cultores Dei. Id tantùm in libro de vita contemplativa scribit: istos *vero nomine* vocari θεραπευτὰς & θεραπευτρίδας, cujus appellationis duas reddit causas; de quibus jam suprà satis. Aliud autem est *vero nomine*, hoc est, professioni & instituto vitæ consentaneo; aliud *patrio idiomate*, appellari. Prius asserit Philo; non autem posterius. Et verum illud nomen, quo Essæos

H ait vocari: est Græcum θεραπευτὴς, & θεραπευτρίς. Nec dicit Philo, se per nomen θεραπευτοῦ καὶ θεραπευτρίδος interpretari nomen Essæi, quod ipse alibi *παρὰ τὴν ὁσιότητα* format, sed ait Essæos vocari etiam θεραπευτὰς, hoc est, *curatores seu medicos*

morbo-

A *morborum animi*, vel *cultores Dei*; quemadmodum, si quis diceret, *Christianum*, vocari etiam *fidelem* aut *sanctum* vero nomine: is minimè nominis Christiani notionem assignaret: Sed eum, qui alia de causa, & alia ab origine Christianus dicitur: indicaret dici eoam *Fidelem* & *Sanctum*; attamen ob diversam rationem; ita ut, licèt *Christianus* & *Fidelis* eundem hominem significent; minimè tamen sint Synonyma: cùm diversas rationes & notiones subjectas habeant. Ergo cùm dixit Essæos vocari θεραπευτὰς. Minimè respexit ad vocem ὅσιος aut ad illam Syriacam huic sono aliquatenus similem; sed respexit ad munus & professionem Essæorum; quæ erat vitia mentis cura-
B re, Deúmque colere: neque enim si quis petat notionem nominis τῦ ὁσίε, rectè assignaveris vocem θεραπευτὴς, aut vice versa: sed singula vocabula & diversas origines habent, & à diversis rationibus & notionibus desumpta sunt. Cæterùm si ὅσιος est Syriacum, ùt iste ait; mirum est, Philonem Hebræum, & Syriacæ, hoc est, usitatæ eo seclo in Palæstina linguæ, non ignarum; nomen Essæi potiùs παρὰ τὴν ὁσιότητα derivâsse, quàm ab illo, quod Syris iodem, ὁσιότητα & sanctitatem significat. *Justior est*, inquit iste, *appellatio à pietate aut professione* θρησκείας, *quàm* ἀπό τινος βιωτικῦ ἐπιτηδεύματος. Sed quid vetat, quò minùs & à pietate, & à professione religionis, & à peculiari vitæ instituto Essæi appellatio sit desumpta: Sicut nomen Christiani à pietate in Christum, & à professione Religionis Christianæ, & à proprio vivendi instituto venit?

C Verùm explicata nominis notione, videamus, quid in prolegomenis Censor Eusebii adversus Eusebium afferat: qui opinionem Eusebii de Essenis *puerile deliramentum* nominat; pro Calviniana nimirum in Eusebium reverentia; nec in hunc modò; sed & in S. Hieronymum, S. Epiphanium, & alios non paucos ejusdem cum Eusebio sententiæ. Essenos, inquit, *Christianos fuisse hoc unico argumento probat, quòd ἀσκηταὶ essent, & solitariè viverent, & monasteria haberent.* Non hoc tantùm attulit; sed longè plura: Legat lector Eusebium: & de veritate hujus dicti judicet. Quamvis sat argumentorum
D attulisset Eusebius, licèt nihil præterea attulisset. Objicit. *Quasi Bonzios Japonensium Christianos esse censeamus, quia & cænobitæ sunt, & Psalmos quosdam instar Monachorum Europæorum alternis modulantur, & horas Canonicales eorum exemplo habent.* Acuta objectio; cui nihil aliud deest, quàm quòd non probat, Bonzios Japonicos, Psalmos Davidis, aut alios ad laudem Dei compositos, modulari, sicut modulabantur Essæi. Nec ostendit, quod tamen ostensum oportuit; Bonzios horas canonicas Deo decantare; non idolo, quod colunt; hoc est, Diabolo: E
desunt & alia, quæ minimè deesse oportebat, si quid hac sua objectione efficere cupiebat. Conferat, qui volet, instituta Bonziorum cum institutis Essæorum; claréque deprehendet, nullam esse conventionem Belial cum Christo; nec lucis cum caligine; & simul perspicuè intuebitur, quàm justas causas habuerit Eusebius, ut Essæos Christianos fuisse statueret; & quàm injustas iste habeat, cùm Eusebium, exemplo Bonziorum, refutare instituit: qui pro sua quoque auctoritate affirmat, nec ullis argumentis confirmat; Essæos, de quibus Philo in libro; *quòd omnis probus sit liber*; durâsse usque ad tempora Justiniani, & esse illos Cœlicolas, in quos Imperatores gravissimas pœnas constituerunt: dictósque hoc nomine, propter sanctum, & cœleste, ùt ipsis videbatur, vitæ institutum; quo vix quidquam falsius asserere potuisset. Primùm enim quæro, unde F
sciat, illos Essæos, qui practicæ vitæ potissimùm vacabant, de quibus Philo in libro, *quòd omnis probus sit liber*; perseverâsse usque ad Justiniani ætatem; non autem illos, qui contemplationi præcipuè vacabant, de quibus Philo in altero libro, *de vita contemplativa supplicum*: cur illi potiùs *cælicolæ* ob sanctum & cœleste vivendi genus appellati sunt, quàm isti; cùm vita horum Essæorum longè fuerit perfectior vel ipso Philone teste; qui eos longè majoribus præconiis extollit, quàm illos priores. Deinde cœlicolæ fuerunt sceleratissimi; ùt perspicuum est ex legibus in eos latis. At omnes Essæi sanctam & ad omnem honestatem compositam vitam ducebant: cujus testis Philo, & quicunque post Philonem de Essæis scripserunt: fieri ergo non potest, ut Essæi fuerint cœlicolæ. Præterea Honorius & Theodosius ajunt, cœlicolarum nomen esse inauditum, & novum superstitionis crimen, & dogmatis novi habuisse conventus, quæ nullo modo in Essæos competunt. Viderit ergo iste, quo jure G
Essæos in cœlicolas transformet. Sed id eodem jure facit, quo eosdem Essæos ἡμεροβαπτιστὰς esse ait: Si veterum scripta de Essæis & Hemerobaptistis intercidissent: licuisset fortassis talia asseverare; non enim adeò promptum fuisset falsitatem redarguere: nunc postquam temporis longinquitas Philonem, Epiphanium, & alios, qui de his scribunt, reservavit; nimis existimationis suæ securus, ne dicam prodigus, sit oportet, qui pro Essæis Hemerobaptistas nobis obtrudere tentet.

Ait. *Quòd Christiani non essent, sed merè Esseni, statim initio libri ostendit Philo.* Cujus H
libri initio? cita librum, cita verba, non credimus, nisi, productis tabulis, id, quod asseris, probes. *Sed & Sabbati*, inquis, *summus cultus, & reliqua, quæ à Philone de ipsis nar-*

A *rantur, satis levitatis damnant Eusebium, & reliquos veteres, qui Eusebium secuti, idem hariolati sunt.* Et te hæc ipsa verba, quæ adversus tantos scriptores effundis, longè majoris levitatis damnant; nam si quid Christianæ reverentiæ in te esset, nunquam in hæc verba prorupisses. Ao vis, ut superciliosum Calvini maocipium omnibus illis tàm doctis, tàm antiquis, tàm probè ab ætate Essæorum distantibus, taota veterum librorum copia instructis, anteponamus? Desipiat, meo judicio, qui ita sapiat. Cur Sabbatum & alia nonoulla ex Judaismo retinuerint; ipsemet Eusebius causam reddit: quia recentes adhue, Philonis tempore, à Judaismo erant. Ea de causa ἰουδαϊκώτερον τῶν παλαιῶν ἔτι τὰ πλεῖστα διετήρουν ἐθῶν. Quod si hariolus iste animadvertisset: fortè hariolaodi verbo tantos viros aliquoties feriendos esse oon B ceosuisset. Sed represso aliquantisper in antiquos Ecclesiæ Doctores impetu, impetum facit in Aooalium scriptorem, Baronium. *In Annalium*, inquit, *tomo primo, tacitè perstringitur sententia nostra ab Auctore; qui tamen fatetur veros Essenos Judæos fuisse; Mirati sumus, quomodo ille putârit in unum hæc bene convenire posse. Judaismum & Christianismum.* Cæterùm oos mirati sumus, quomodo iste mentem illustrissimi Baronii noluerit assequi; aut si assecutus est; ooluerit explicate: non enim vult fuisse Essæos Christianos simul & Judæos (nam qui utrumque est, is neutrum est) sed disputans, utrum Essæi ante Christum natum fuerint, (ùt quidam volunt;) per concessionem subinfert; Esto fuerint Judæi: sanguioe, imò & religione; quid vetat, eos ad fidem Christi conversos esse; atque adeò eùm Christiani effecti sunt, à Judaismo de- C stitisse: An hoc est Christianismum & Judaismum conjungere? Certè noo magis, quàm Turcismum cum Christiaoismo copulet, si quis hunc vel illum, jam Christianum, Turcam fuisse dicat. Nec malè affirmat Baronius, veteres Patres idem scribere, quod scribit Eusebius. *Atqui ex Eusebio*, ioquit iste, *hoc desumpserunt, & ejus auctoritate contenti, Philonem non consuluerunt: quem si legissent, nunquam tam ridiculæ sententiæ assensum accommodâssent.* Scilicet S. Hieronymus & S. Epiphanius Philonem nunquam vidorant, & diligentia priscos auctores evolvendi hoc Calvini discipulo longè inferiores erant. O modestiam, animique submissio- D nem singularem! Cur verò ad Philonem provocas? Quò quis sæpius Philooem lectitat, eò minùs puerili deliramento tuo & tuorum Calvinistarum & Lutheristarum assensum accommodat. Vidi & revidi Philonem: A lectione redeo semper confirmatioor in sententia Patrum; & obfirmatior adversùs tuam. *Hæc verò puerilia sunt*, inquis. Verè puerilia sunt, quæ tanto spiritu adversus tantos viros blatis. Nihil io hoc argumento magis approbo, quàm hoc tuum di- E ctum. Quæ de mandra & mandritis calumniatur iste temporum corrector, jam refutavit ooster Nicolaus Serarius in commentariis, quos eruditissimos in libros Machabæorum edidit: Lector iode petat; & hunc cum sua mandra, hoc est, ùt ipse interpretatur, cum bestiarum agmine, valere jubeat. Ego me post hanc digressionem ad Misenum meum recipio; ne diuturnam absentiam ægrè ferat.

Audiamus igitur, quàm beoevolè redeun- F tem excipiat. *Nónne hæc*, inquit, *insignis Jesuiticæ frontis nota, quòd decanus Jesuita scribere audet, primos Christianæ religionis religiosos fuisse Apostolos.* Noo tantùm hoc dixi, sed & sanctorum Patrum testimoniis, & rationibus id probavi, quibus dum impudentiæ notam inuris: οὐκ ἀνθρωπίζεις, ùt tuus Demonax loqui solebat, ἀλλὰ κυνᾷς, *non hominis, sed canis instar agis:* & eò magis, quòd confiteris, ex sententia Patrum, Apostolos fuisse tribus Religiosorum votis obligatos: quid verò aliud est Religiosum esse, quàm his Religiosi instituti votis obstrictum esse? *Ubi*, inquis, *ordo Paulinus; ubi Petrinus, ubi Jacobitarum & aliorum?* Non sequi- G tur, Misene; Petrus, Paulus, Jacobus non instituerunt religiosos Ordines, neque de suo nomine oomina eis iodideruot: ergo non fuerunt primi Christianæ religioois religiosi; multi enim & sunt, & omni ætate fuerunt Religiosi, qui oec Ordioem instituerunt, neque ulli religiosæ familiæ nomeo suum tribuerunt: nam religiosæ sodalitates ad exemplum & oormam Apostolorum conformatæ (quod attinet ad votorum nexum & obligationem) nomina plerúmque sumunt à proximo Ordinis institutore & fundatore, ùt Augustiniani, à S. Augustioo; Benedictini, à S. Beoedicto; Basiliani, à S. Basilio: Beroardini, à S. Bernardo: aut à patrono, quem sibi potissimùm delegerunt, ùt Jesuitæ à Jesu; aut à loco quopiam; ùt Carmelitæ, à Cármelo monte; & aliæ aliunde; oon autem à remotioribus illis Christianæ pariter & religiosæ vitæ propagatoribus; quia licèt votis religiosorum obstricti essent; ùt sancti Patres, tuo etiam concessu, tradunt; non tamen aut Petrus, aut Paulus, aut alius, ullam peculiarem regulam ulli cætui à se collecto præscripsit; sed eam curam posteris commiserunt, seu permiserunt Apostoli. H Quòd si quem Ordinem, certis, & ab aliorum sodalitiorum distinctis legibus & constitutioonibus temperâssent; æquè Ordo ille potuisset dici *Paulinus*, aut *Petrinus*, seu *Petrianus*, atque jam quidam Ordo à S. Dominico, oominatur Dominicanus; & alius à S. Francisco, Franciscanus. Ais: *Paulus monebat Corinthios, ne alii dicerent se esse Pauli, alii Petri.* Ideo monebat, quia existimabant baptismum ab excellentiore magistro susceptum,

A ptum, majore vi præditum esse; hine alii alio magistro gloriabantur; ex quo lites & continua jurgia; *More hæreticorum*, ait commentarius Ambrosii, *dissentientes ab invicem hominibus devotè, Pauliani & Petriani, & Apolloniaci dici volebant; non Christiani.* Item. *Sicutè Hæretici, qui se aut Photinianos, aut Arianos, aut Cataphrygas, aut Novatianos, aut Donatianos, aut Manichæos vocari non abhorrent: ita & Corinthii. Magnum quiddam baptisma est*, inquit S. Chrysostomus; *sed ejus magnitudinem, non qui baptizat, sed qui invocatur in baptismate, efficit;* Ut igitur Apostolus Corinthiis persuasionem illam adimeret, & dissensionibus materiem præcideret, monuit illos, ut ejus se esse dicerent, in cujus nomine & virtute baptizati fuissent; is Christus erat, non Petrus, aut Paulus, aut Apol-

Præfat. epist. 1. ad Corinth.

Chrysost. homil. 3. in cap. 1. epist. 1. ad Corinth.

B lo. At nomen accipere ab Ordinis, quem quis profitetur, Institutore, salva pace & doctrinæ sinceritate; id vetitum non est; neque S. Paulus hoc vetuit; cùm hæc nomina non significent diversitatem doctrinæ, quam fides Catholica tradit, sed diversitatem vitæ, salva in omnibus Catholicæ veritatis integritate, & pace Christiana. Quocirca nulli ex sanctis Patribus Religiosos feriunt, cùm dicunt, ab hominibus nomen non esse accipiendum; sed à solo Christo: loquuntur enim de ejusmodi nominibus, quæ peculiaris, & à Catholica, & Apostolica Ecclesia alienæ doctrinæ symbola sunt; cujusmodi sunt, nomina *Lutheranorum*, *Calvinistarum*, *Anabaptistarum*, *Ubiquistarum*, & similium; sectas enim & hæreses hæc nomina significant, extra Ecclesiam vagantes, non religiosas familias, intra Ecclesiæ gremium comprehensas; idémque cum cæteris Christianis orthodoxis, quod ad dogmata fidei attinet,

C sentientes & prædicantes. Te ergo, tibique similes Hæreticos petit S. Athanasius his verbis: *Nunquam populus ab Episcopis suis; sed à Domino, in quem creditum fuit, nomen accepit;* nomen nimirum doctrinæ indicem & testem. *Certè à beatis Apostolis, præceptoribus nostris, Ministrisque Evangelii Salvatoris nostri, appellationes adepti non sumus; sed à Christo Christiani sumus & nuncupamur:* videlicet tanquam ab auctore Catholicæ doctrinæ, quam Christiani profitentur; *Illi verò, qui aliunde originem suæ fidei*, (nota hoc Misene) *deducunt; meritò auctorum suorum cognomenta, ut*

S. Athanas. orat. 3. contra Arian.

D *ad quos pertineant, præ se ferunt: Quapropter cùm omnes à Christo Christiani & essemus & diceremur; Explosus est Marcion*, (Calvinus, Lutherus) *inventor hæreseos, reliqui verò, qui cum explosore Marcionis* (cum Pontifice Romano) *remansère, Christiani titulum retinuerunt; qui verò secuti sunt Marcionem* (Calvinum, Lutherum) *non jam inde Christiani, sed Marcionistæ* (Calvinistæ, Lutheristæ) *appellati sunt. Ita quoque Valentinus, Basilides, Manichæus, & Simon Magus* (Lutherus, Calvinus, Zvvinglius) *sectatoribus suis vocabula imposuerunt; indéque factum, ut aliè Valentiniani; aliè Basilidiani; alii Manichæi; alii Simoniani; alii Cataphryges, à Phrygia; alii à Novato, Novatiani;* (à Calvino Calviniani; à Luthero Lutherani; à Zvvinglio, Zvvingliani) vocitati sint. *Tot venena, quot ingenia*, inquit de Scorpio Tertullianus; *tot pernicies, quot & species; tot dolores, quot & colores.* E

Tertull. in Scorpiaco.

Subdis: *Quid Jesuitis commune cum eremitis?* Facilis responsio; fides & professio religiosæ vitæ; etsi non modus; quia illi in solitudine; nos, ùt & alii quàm plurimi religiosi, in urbibus degimus: nec facit solitudo Religiosum, sed eremitam, seu Anachoretam. *Valde*, inquis, *ridiculum est, Jesuitam quærere; quare cùm laudem Antonium Eremitam, nemo tamen ex nostris solitudinem petat.* Tibi hæc quæstio ridicula est, qui tegis, non uti ille, sub leonino, sed sub humano corio γελοῖον πίθηκον, *ridiculum simium;* à quo fortè non Simon, sed Simo vocaris. Quare non quærerem, cur Calviniana secta, nullos eremi incolas nobis dare possit, cùm ex hac quæstione vos nunquam expedire possitis? Clarè enim animadvertitis, Eremitas educare, non esse Calviniani aut Lutherani Evangelii, sed Catholici: nam inter cives Ecclesiæ Catholicæ numerat S. Augustinus, & S. Epiphanius, ùt Monachos; ita & eremitas; aut ostende, si potes, S. Antonium, fuisse Calvinistam; quod si feceris, amplius tibi de Antonio molestus non ero. Petieram hoc antea, sed tu dissimulas, quia, ùt opinor, æquè promptum tibi cernebas monstrare cycnum esse nigrum, & corvum candidum; ac S. Antonium, aliósque solitudinis Indigenas fuisse Calvinistas. Ais: *Ne Jesuitæ quidem Antonii sunt imitatores, quia versantur in urbibus.* Imitatores Antonii non sumus quoad modum vitæ; ipse enim eremita fuit, etsi postea ad cœnobium transiit; At imitatores Antonii sumus quoad fidem & doctrinam, ipsámque religiosæ vitæ professionem: In ea item Ecclesia sumus, quæ imitatores Antonii protulit, etiam quod ad modum vivendi attinet. Lege, quæ de Anachoretis scribit S. Augustinus; cùm mores Ecclesiæ Catholicæ describit. At vestra secta imitatores Antonii, nec quoad doctrinam habet, nec quoad professionem religiosi Instituti, nec quoad vivendi modum: Et tamen Ecclesia Catholica, ùt ipsum Antonium, ita & imitatores Antonii; vel in omnibus, vel saltem in professione vitæ Religiosæ & doctrina semper habet. Cur tam sterilis est vestra hæresis, ut ne unum quidem Antonii imitatorem nominare queat? Cur, nisi quia non est Ecclesia Dei, sed synagoga Diaboli. *Quia ministerium*, inquis, *à filio Dei ideo institutum est, ut homines per verbi prædicationem & interpretationem, ad agnitionem veritatis cœlestis addu-*

F (beside "Subdis")
G (beside "de Antonio molestus non ero. Petieram")
H (beside "Catholicæ describit. At vestra secta imita-")

A *adducerentur, graviter peccare eos dico, qui Ecclesiæ hac in parte suam operam subtrahunt, & malunt cum bestiis, quàm cum hominibus vivere.* Ergo S. Antonius, S. Hilarion, S. Paulus, & alii Anachoretæ, te judice, gravissimè peccârunt, quòd ministerium non inierint, hoc est, quòd non siot facti Calviniani aut Lutherani Ministri; at quomodo tales Ministri fieri poterant, cùm eo tempore, monstrosum hoc ministerium noodum exstitisset? Deinde mirum mihi videtur, nec S. Athanasium, nec S. Hieronymum, nec S. Augustinum vitio dedisse prædictis, aliísque eremitis hoc factum: quod tu eis tam audacter crimini vertis: nam si graviter peccâssent, ùt tu ex Calviniana tua Cathedra pronuncias; nunquam tanó Patres eremitas illos tantis laudibus celebrâssent, nec Deus deserti ministerii reos, tam ingentibus miraculis

B nobilitâsset. Præterea præcipitúrne huic vel illi, ut ministerium suscipiat, & in eo Ecclesiæ operam navet? Nóone apud vos etiam, cuivis liberum est, ut Minister fiat, aut à mioisterio sese segreget? Si ergo io medio cœtu hominum, potest quis à ministerio abstinere, cur tanto peccato sese obstringeret, qui, multa salute ministerio dicta, in eremum secedit, potiùs cum bestiis vivere eligens, quàm cum hominibus, præsertim Ethnicis aut Hæreticis? Noo legisti illud de Domino in deserto quadraginta diebus & totidem noctibus; *erátque cum bestiis;* sed addit Evan-

Marc. 1. gelista: *Et Angeli ministrabant ei.* Ecce quale mioisterium conciliet vita cum bestiis in

C eremo transacta. Sed tu fortè etiam Redemptorem oostrum, ob relictum ministerium, gravis peccati accusabis, eò quòd maluerit vivere cum bestiis in deserto, quàm cum bestiis in urbibus: Multóque magis in crimen vocandus erit Joanoes Bapoista, qui, ùt poëta canit: *Antra deserti teneris sub annis, civium turmas fugiens petivit, ne levi saltem maculare vitam famine posset.*

D *Quid magni*, inquis, *præstitit ille κριθοφάγος vel Gabba, dictus Macedonius? quid Pior, quid Acepsemas, quid Salamanus, quid Didymus?* Hoc præstiterunt isti, quod nullus unquam Calvinista aut præstitit aut præstabit, quamdiu Calvinista manserit. Vitam vixerunt planè Angelicam, & ab omni carnis contagione sejunctam; miracula fecerunt tanta, quanta oon dicam Calvinista nullus facere, sed ne capere quidem potest. Testem do de Macedonio, Acepsema, & Salamano, Theodoretum; De Piore Palladium, & alios, qui res Anachoretarum litteris commeodârunt. Nunc lectorem affaris. *Cogita, lector Christiane, utrum horum similis esse velis, an Calvinianorum.* Non opus multa cogitatione, nullus lector est, qui Christianus sit, & esse velit, qui oon malit similis esse, & his, & aliis sanctissimis Anachoretis;

Theod. in histor. Religiosa. Pallad. histor. Laus. cap. 75.

de quibus Theodoretus in historia religiosa, & alii: quia si mallet Calvinianis esse similis; tum mallet esse *æquivocè*, quàm verè & propriè Christianus; quia sancti Patres plerúmque dicunt, Hæreticos *æquivocè* duntaxat Christianos appellari. E

Calviniani, inquis, *habent suas Ecclesias:* sed *æquivocè*, ita dictas: *Faciunt favos & vespæ*, inquit Tertullianus, *faciunt Ecclesias & Marcionistæ* (Calvinistæ) *Habetis*, ùt idem ait, *Ecclesias tàm posteras, quàm adulteras: quarum si censum requiras, faciliùs Apostaticum invenias, quàm Apostolicum; Marcione scilicet* (Lothero) *conditore; vel aliquo de Marcionis* (Lutheri) *examine.* *Quid Bellarmino*, inquis, *ineptius vel fingi potest, qui vitam eremiticam asserit esse perfectissimam.* Nihil opus aliquid fingere ineptius. Jam reipsa habemus aliquid longè inepóus. Nam tu & Hæretici infinitis partibus ineptiores estis, quàm Bellarmious. Etsi injuriam facio clarissimo Thenlogo, & illustrissimo Cardinali, cùm vos longè ineptiores oomino; nam cum eo, in quo oihil inepóæ, ne ineptissimi quidem comparari queunt. Sed ut óbi meam mentem pandam, admodum metuo, oe boc de Eremitices *perfectissimatu* (utor verbo Jurisconsultorum) Bellarmino affinxeris: qui vitam Ereiniticam vocat quidem perfectam, sed non, quod sciam, perfectissimam: aut monstra locum: & mutabo suspicioaem. F

Tertull. lib. 4. contra Marc. c. 5.

G *Si hæc est*, inquis, *perfectio: instar bruti, vivere in Sylvis inter bestias, quid tandem erit imperfectio Jesuitis?* Ergo Christus Dominus olim in deserto; Helias in moote Carmelo; & Joannes Baptista in solitudine, & alii similiter, ùt S. Antonius, Hilarion, Paulus, imperfectam vitam egerunt, tuo judicio; & instar bruti, vixerunt in sylvis? vides, quò te brutus furor tuus rapiat. Eremitæ non vivebant in solitudine instar brutorum: sed instar bominum, vel potiùs Angelorum: Nam babitatio hominem nec brutum, nec instar bruó efficit; in sylvis potest quis tàm bomo, quàm instar bominis vivere; quàm in mediis urbibus, imò oe mentiar, aptiùs: cùm solitudo, & tanta quies ad actiones mentis, quæ propriè sunt hominis, longè sit accommodatior, quàm strepitus civitatum. *Fuge multitudinem*, clamat Seoeca: H *Fuge paucitatem, fuge etiam unum.* Ais. *Si quis velit ostentare exempla virtutum, nónne hoc commodiùs fit in vita communi, inter homines, quàm in solitudine inter feras?* Vir bonus & prudens oec ostentat, nec ostentare cupit virtutem: quia vir boous est; à quo omnis ostentaóo abest, non Thraso, cui ostentatio insita: imò dum quis virtuteio ostentat, virtutem amittit, & non tam virtutem, quàm larvam quandam virtutis, & tenues sine corpore vitas ostentat. Virtus enim omnis ostentationis est impatiens; aut avolat, aut

Senec. epist. 10.

se non

A se non ostentat. Sæpe dum quis exemplo suo alios ad virtutem incitare studet, ad vitia aliena incitatur ipse. *Confiteor imbecillitatem meam*, inquit ille idem, quem paulò antè laudavi, Seneca: *Nunquam mores, quos extuli, refero. Aliquid ex eo, quod composui, turbatur; aliquid ex his, quæ fugavi, redit; Quod ægris evenit, quos longa imbecillitas usque adeò affecit, ut nunquam sine offensa proferantur, hoc accidit nobis, quorum animi, ex longo morbo reficiuntur. Inimica est multorum conversatio; nemo non aliquod nobis vitium aut commodat, aut imprimit, aut nescientibus allinit.*

Senec. epist. 7.

B At nibil prosunt Reipublicæ Eremitæ in solitudine delitescentes. Cæterùm hoc negat S. Augustinus; nam & orationibus, & vitæ suæ exemplo eos Ecclesiæ plurimum emolumenti parere scribit. *Nihil*, inquit, *de iis dicam, qui secretissimi penitus ab omni hominum conspectu, pane solo, qui eis, per certa temporum intervalla adfertur, & aqua contenti, desertissimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhæserunt, & ejus pulchritudini contemplatione beatissimi, quæ nisi sanctorum intellectu percipi non potest: nihil, inquam, de his loquor; videntur enim nonnullis humanas res plus quàm oporteret, deseruisse; non intelligentibus, quantum nobis eorum animus in orationibus prosit, & vita ad exemplum, quo-*
C *rum corpora videre non sinimur.* Hæc S. Augustinus, qui longè alio judicio fuit de eremitis, quàm tu, & tui Calviniani, etiam quod ad exemplum vitæ attinet; nisi enim fallor, S. Joannes Baptista, S. Antonius, S. Hilarion, S. Paulus, patientiæ, moderationis, castitatis, fortitudinis, justitiæ multò luculentiora exempla omnibus posteris præbuerunt, victitando inter frutices & arbores; & ad imitationem quoque mortales magis allexerunt, quàm omnes Calvinistæ, quotquot hactenus vixerunt, aut hodie etiam vivunt in urbibus, quantumvis licet populosis.

D *Magis ergo mirer*, inquis, *eum, qui fortiter contemnit voluptates, quarum ex omnibus sensibus percipiendarum potestas est, quàm qui eisdem necessariò abstinet, quia nulla offeruntur.* Respondebo tibi id, quod S. Hieronymus respondit Vigilantio: *Cur inquies, pergis ad eremum? videlicet ut te non audiam, non videam; ut tuo furore non movear, ut tua bella non patiar; ne me capiat oculus meretricis; ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus. Respondebis, hoc non est pugnare, sed fugere: Sta in acie; adversariis armatus obsiste, ut, postquam viceris, coroneris. Fateor imbecillitatem meam, nolo spe pugnare victoriæ, ne perdam aliquando victoriam: si fugero, gladium devitavi; si stetero; aut vincendum mihi est, aut cadendum. Quid autem necesse est certa dimittere, & incerta sectari? aut scuto aut pedibus mors vitanda est. Tu qui pugnas; & superari potes & vincere; ego cùm fugero, non vinco in eo, quòd fugio, sed ideo fugio, ne vincar; Nulla securitas est, vicino serpente dormire; potest fieri, ut me non mordeat, tamen potest fieri, ut aliquando me mordeat.* Hæc S. Hieronymus. E

S. Hieron. contra Vigilant.

Facilè transitur ad plures, ait Seneca: *Socrati, Catoni, & Lælio excutere mentem suam dissimilis multitudo potuisset, adeò nemo nostrûm, qui maximè concinnamus ingenium, ferre impetum vitiorum, tam magno comitatu venientium, potest. Unum exemplum luxuriæ aut avaritiæ multum mali facit.*

Quod verò prædicas de vestra in oblatis F voluptatibus spernendis fortitudine & animi excelsitate: id vetat me credere Calvinianus spiritus, cereus in vitium, tanquam sibi cognatum. *Nihil est tam damnosum bonis moribus, quàm in aliquo spectaculo* (voluptatis) *desidere.* Tunc enim per *voluptatem facilius vitia surrepunt: Quid me existimas dicere? avarior redeo, ambitiosior, luxuriosior, imò verò crudelior & inhumanior, quia inter homines fui.* Hæc de se quivis, ùt opinor, Calvinista jure profiteatur; *Rari quippe boni*; ait ille Vates. Dicam ego: *Nulli quippe boni*; quia Hæretici: Hæresis enim bona non est, hinc nec bonum facit. Quis tutus erit inter eos, quos hæresis, dæmonis instar, occupat? Hæresis & voluptas bene conveniunt, & in una sede morantur, quíque Hæresi fores patefecit, qua ratione occluderet aditum voluptati Hæreseos pedissequæ? Quis ad virtutem incitabitur, ubi nulla virtutis specimina; nam apud Hæreticos, *nona ætas agitur, pejoráque sæcula ferri temporibus, quorum sceleri non invenit ipsa nomen, & à nullo posuit natura metallo.*

Seneca.

Sed nunc ex Luciani Nigrino Romam de- G pingis, qualis olim sub Trajano, Adriano & reliquis Imperatoribus, *eandémque ejus imaginem, hodiéque perseverare* ais, & eam spectandam proponis, *ut Germani, qui Romæ fuerunt, recentem hanc & Pontificiam Romam, cum illa prisca Imperatoria conferre possint.* Ego vicissim proferam tibi veteris Romæ picturam, ut, qui Romæ fuerunt, veterem illam cum hodierna conferre queant. Nec video, cur, qui Romam vidit, non dicturus sit hodiernam Romam potiùs esse similem veteri, prout eam expressit Rutilius; quàm veteri à Nigrino depictæ. Ita ergo canit Rutilius:

Rutil lib. 1. Itinerarii.

Exaudi regina tui pulcherrima mundi
Inter sidereos Roma recepta polos. H
Exaudi genitrix hominum, genitrixque Deorum,
Non procul à cælo per tua templa sumus.
Te canimus, sempérque, sinent dum fata, canemus,
Sospes nemo potest immemor esse tui.
Obruerint citiùs scelerata oblivia, solem,
Quàm tuus ex nostro corde recedat honos.

A *Nam solis radiis æqualia munera tendis,*
Quà circumfusus fluctuat Oceanus.
Volvitur ipse tibi, qui continet omnia, Phœbus,
Eque tuis ortus, in tua condit equos.

Paulo pòst:

Fecisti patriam diversis gentibus unam,
Profuit injustis te dominante capi.
Dúmque offers victis proprii consortia juris,
Urbem fecisti, quod priùs orbis erat.
Tu quoque legiferis mundum complexa triumphis
Fœdere communi vivere cuncta facis.
Te Dea te celebrat Romanus ubique recessus,
Pacificóque gerit libera colla jugo.
B *Omnia perpetuos, quæ servant sidera motus,*
Nullum viderunt pulchrius imperium.
Quid simile Assyriis connectere contigit arma,
Medi finitimos cùm domuère suos?
Magni Parthorum Reges, Macedúmque Tyranni,
Mutua per varias jura dedère vices.
Nec tibi nascenti plures animæque manúsque,
Sed plus consilii judiciique fuit.
Justis bellorum causis, nec pace superba,
Nobilis ad summas gloria venit opes.
Quòd regnas minus est, quàm quòd regnare mereris,
Excedis factis grandia fata tuis.
Percensere labor densis decora alta triumphis,
Ut si quis stellas pernumerare velit.
C *Quæ mergi nequeunt nixu majore resurgunt,*
Exiliúntque imis altiùs alta vadis.
Utque novas vires fax inclinata resumit,
Clarior ex humili sorte suprema petis.
Porrige victuras Romana in sæcula leges,
Soláque fatales non vereare colos.
Quamvis sedecies denis & mille peractis
Annus præterea jam tibi nonus eat.
Quæ restant nullis obnoxia tempora metis,
Dum stabunt terræ, dum polus astra feret.
Illud te reparat, quod cætera regna resolvit,
Ordo renascendi est crescere posse malis.

Hæc & alia Rutilius de veteri Roma, ex quibus faciem hodiernæ Romæ facilè agnoscet, quisquis eam intuebitur, non ex prostibulis & gurgustiis, ùt solent Hæretici, cùm Romam veniunt: sed ex sublimi Religionis arce, & ex honestatis specula.

D Quòd ais, *eos, qui vitæ innocentiam, & gravitatem inter improbos tuentur, omnibus Eremitis esse præferendos:* in eo ut tibi assentiar, impetrare à me non possum; quia contrarium perspicuè docent ipsa ratio, & sancti Patres, *qui,* ùt inquit S. Augustinus, *in Ecclesia Catholica doctrinæ sanæ studiis claruerunt, spiritualibus armis muniti, & accincti; strenua contra Hæreticos bella gesserunt, perfunctísque fideliter suæ dispensationis laboribus, in pacis gremio dormièrunt:* Deinde quot sunt, qui *tangant picem, & non inquinentur ab ea?* videlicet, *numero vix sunt totidem, quot Thebarum portæ, vel divitis ostia Nili.*

S. Aug. l. 1. contra Julian. cap. 2.

Convictor delicatus, inquit Seneca, *paulatim enervat & emollit; Vicinus dives cupiditatem irritat: malignus comes, quamvis candido & simplici, rubiginem suam affricuit. Quid tu accidere his moribus credis, in quos publicè factus est impetus? Per quinque sensus,* ait S. Hieronymus, *quasi per quasdam fenestras vitiorum ad animam introitus est, non potest antè Metropolis & arx mentis capi, nisi per portas ejus irruerit hostilis exercitus; horum perturbationibus anima prægravatur, & capitur aspectu, auditu, odoratu, sapore, tactu.* Pauló pòst. *His igitur rationibus invitati multi Philosophorum, reliquerunt frequentias urbium, & hortulos suburbanos, ubi ager irriguus, & arborum coma, & susurrus avium, fontis speculum, rivus immurmurans, & multa oculorum, auriúmque illecebra; ne per luxum & abundantiam copiarum, animæ fortitudo mollesceret; & ejus pudicitia constupraretur. Inutile quippe est crebrò videre, per quæ aliquando captus sis, & eorum te experimento committere, quibus difficulter careas, nam & Pythagorei hujuscemodi frequentiam declinantes, in solitudine & desertis locis habitare consueverant. Platonici quoque, & Stoici in templorum locis, & porticibus versabantur; ut admoniti augustioris habitaculi sanctitate, nihil aliud, quàm de virtutibus cogitarent. Sed & ipse Plato, cùm esset dives, & thoros ejus Diogenes lutatis pedibus conculcaret; ut posset vacare Philosophiæ, elegit Academicam villam, ab urbe procul, non solum desertam, sed & pestilentem, ut cura & assiduitate morborum, libidinis impetus frangeretur; Discipulique sui nullam aliam sentirent voluptatem, nisi earum rerum, quas discerent.*

Senec. ep. 7.
E
S. Hieron. lib. 2. cont. Jovin. c. 7.
F

CAPUT IV.

De voto castitatis.

DIxeram, consultum esse, ut quis Paulo similis fiat, quandoquidem ipse ad sui similitudinem, non nisi consultò vocavit, illis verbis: *Volo autem omnes homines esse sicut meipsum. Et mihi consultum videretur,* inquit Misenus, *si omnibus hoc datum esset, quod Paulo.* Sed jam antea ex Tertulliano, S. Augustino, S. Hieronymo, & ex ipsis sacris litteris ostendi; id, quod S. Paulo datum est, dari omnibus, quantum est ex parte DEI: *Quibus enim non est datum, aut nolunt,* inquit S. Augustinus, *aut non implent quod volunt; quibus autem datum est, sic volunt, ut impleant, quod volunt.* Et quodnam fuisset Apostoli votum, cùm optabat; *omnes sibi similes effici;* si putâsset fieri non posse, ut divinâ munificentiâ adjuti, omnes sibi similes efficerentur, quod ad castitatis professionem attinet? Certè votum illud luculenter ostendit; donum castitatis omnibus petentibus, & ea, qua oportet, ratione à Deo id efflagitantibus concedi: nec obstant illa

G
1. Cor. 7.
S. Aug. lib. de gratia & lib. arb. c. 4.
H

A illa verba; *unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic: alius verò sic.* Non enim vult Apostolus, esse quosdam, quibus, quantum est ex parte Dei, castitatis donum denegetur: sicque alius habeat castitatis donum, alius non habeat: sed significat, varietatem hanc existere ex parte ipsorum hominum, qui cùm sæpe nolint æmulari charismata meliora, hoc est, continentiam Virginalem: sequuntur postea continentiam conjugalem, quæ & ipsa est quoddam donum Dei, licèt minùs excellens; & qui hoc donum habet, ille potuisset, divina adjutus gratia, habere alterum præstantius donum, si voluisset.

B Dixeram à S. Augustino & S. Epiphanio tradi, & ex ipsis sacris litteris confirmari, Apostolos tribus Religiosorum votis fuisse obligatos. Respondet Misenus, *id & ab Apostolorum sensu, & Christi, alienum esse, auctoritatémque Augustini & Epiphanii, destitutam divinis testimoniis, nihil probare.* Verùm non exiguam judicii jacturam apud prudentes fecerit, qui non malit S. Augustino, & S. Epiphanio, etiam tunc, cùm sine sacrarum litterarum testimoniis aliquid affirmant, assentiri, quàm tibi, & aliis Calvinistis, quidvis absque scripturarum auctoritate temerè inficiantibus: Calvinistis, inquam, qui, ùt ait Timon Phliasius, sunt ἄνθρωποι κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοί; *utres vana persuasione inflati.* Deinde, neque Augustinus, neque Epiphanius hoc sine sacrorum oraculorum auctoritate asserit; ùt ostendi in Apologia; nam S. Augustinus pulcherrimè id deducit, ex illis verbis: *Ecce nos reliquimus omnia, &c.* S. Epiphanius ex illis: *Sunt, qui se castraverunt propter regnum Dei.*

C Sed ægrè adducuntur Hæretici, ut Patribus hac in re assentiantur; odio monasticæ & religiosæ vitæ, quam non cum Apostolis natam, sed aliquot sæculis post Apostolos institutam fabulantur. Quocirca corrector ille temporum, *quare,* inquit, *tam altè originem τοῦ μοναχισμοῦ repetit Eusebius, cùm Monachos antiquiores Paulo, Hilarione, Antonio, prodere non possit: ipso Eusebio jam nato adhuc viventibus?* Quid agat Eusebius? Si Essæos nominet; in promptu est negare Essæos fuisse Christianos Monachos. Si nominet Cajum θεραπευτὴν, & illos, de quibus Dionysius Areopagita; nihil facilius est, quàm dicere: istum esse ὑποβολιμαῖον, *suppostititium* Areopagitam; post tempora Valentiniani scripsisse; & *Simium esse:* Et quamvis hoc nec auctoritate, nec ratione probes: satis tamen est id asseverare: non secus, ac si Areopagitæ illius ὑποβολιμαίου
D amanuensis aut notarius fuisses. Si nominet Apostolos, tanquam votis obligatos, omnísque religiosæ vitæ coryphæos; assertionémque suam rationibus ex scriptura petitis, & sanctorum Patrum testimoniis muniat: nullius negotii est, & rationes & Patres repudiare, eorúmque dicta vix ad aures, nedum ad mentem admittere.

Ait Misenus, *melius esse, absque voti obligatione castitatem servare, quàm ex voto: quòd melior sit, qui sponte res laudabiles agit, quàm qui quodammodo ex necessitate.* E Qui ex voto castitatem servat, is non coactè, sed liberè eam servat; quandoquidem liberè, nulla necessitate adactus, vovit. Etsi autem indifferentia voluntatis, emisso voto, quadantenus imminuitur; non imminuitur tamen à causa externa, sed interna, nempe ab ipsa libera hominis facultate: quæ hanc sibi legem liberè sancit; & sanctè observandam imponit; ita ut contrarium sine flagitio facere nequeat. Tantum verò abest, ut hæc indifferentia aut meriti magnitudinem, aut operis excellentiam minuat; ut eam magna accessione augeat: ob firmitatem voluntatis, qua & Deo quis adhæret, & operi exequendo insistit.

F Pergis: *Quòd dictum Apostoli, qui se non continent, nubant; melius est nubere, quàm uri, sanctus Ambrosius & Augustinus ad nondum velatas virgines transferunt; id pace tantorum virorum dixerim, libertati Christianæ adversatur, quæ non patitur sibi ab hominibus adimi id, quod Deus concessit.* Ita tu *emendator priorum Antistitum, condemnator veterum sacerdotum,* quos *oportet, ut populi Christiani vestris profanis novitatibus anteponant, eisque potiùs eligant adhærere, quàm vobis.* (Cass. lib. 7. de Incarn. S. August. l. 2. contra Julianum.) Si ego te, ùt olim S. Augustinus Julianum, introducerem *sedandum atque sanandum, non in alicujus Philosophi auditorium, sed in horum sanctorum patrum pacificum, honorandúmque conventum, illique mansuetè & leviter tibi dicerent.* (S. August. l. 1. contra Julianum.) *Itáne,* Misene, id, quod nos docemus, H libertati Christianæ & præcepto DEI repugnat? Rogo, quid responderes? quibus eos *oculis intuereris? Quæ tibi argumenta succurrerent? Quæ tuorum argumentorum vel acies vitrea, vel plumbei pugiones in eorum conspectu exeri auderent? Quæ abs te arma non fugerent, nudúmque destituerent?* Quis tam excors sit, qui credat Lutherum, Calvinum aut Misenum intellexisse mentem Apostoli, ipsiúsque Spiritus sancti, ab eadem autem aberrâsse S. Ambrosium, S. Augustinum, & alios, qui cùm libidini habenas restringendas esse docent, libertati Christianæ doctrinam adversam tradunt. G Et quænam hæc libertas Christiana, omnibus verè Christianis ignota? Hæretica hæc libertas est, Lutherana, Calviniana, Misenica. Profer, Misene, vel unum exemplum ejus Ecclesiæ, in qua Augustinus vixit, quo probes, virginem jam velatam, ad nuptias transiisse, eò quòd ustiones, hoc est, tentationes carnis sentiret, idque Catholicos Doctores, qui tum vivebant, approbâsse. Scio, ùt jam, ita & olim, Moniales quasdam ad matrimonium convolâsse: sed ejusmodi Moniales; qualis fuit

Lutheri

A Lutberi non uxor, ſed meretrix; & aliæ de genere eodem pudicitiæ impatientes Monaſtriæ, ùt & Monachi; quibus, quemadmodum & vobis omnibus, ab Eccleſia Orthodoxa alienis, maxima, & potentiſſima & præſentiſſima numina ſunt veteres illæ, ſed hoc ſæculo renatæ Deæ; Dea *Stimula*; Dea *Volupia*; Dea *Salacia*; *Libentina*, *Flora* ſeu *Chloris*; quæ ad Deum *Jugatinum* non ducunt, ſed rapiunt: quem ſequitur *Cunina*, *Levana*, *Lacturcia*, ſeu *Lacticina*. Et tandem *Cloacina* ob fordes, cui *Stercutius* veſter Lutherus eximios honores decrevit.

De his Calvinianis & Lutheranis Deabus, lege S. Auguſtin. l. 4. de civit. Dei.

B Apoſtolicum, inquis, præceptum, *nullum excipit, & generale eſt: qui ſe non continent, nubant.* At negat hoc Auguſtinus, negat Ambroſius, negant alii: amens ſim, ſi tibi potiùs libidinem tuam prodenti, quàm illis ſententiam S. Pauli explicantibus aſſentiar. *Non excipit*, inquis, *pollicitas virginitatem*: Audio te duntaxat affirmantem, non video quidquam probantem. Num aſſertiones tuas cenſes eſſe axiomata, quæ nulla probatione egeant? Perinde facis, ac ſi ita argumenrareris. Apoſtolus Paulus & Propheta Joël verbis illis: *Omnis, quicunque invocaverit nomen Domini, ſalvus erit*: neminem excipiunt: ergo & adulteri, fornicatores, idololatræ, ebrioſi, ſalvi erunt, dummodo nomen Domini invocent, etiam ſine ullis pœnitentiæ fructibus. Verùm, licèt hoc loco expreſsè non excipiantur, excipiuntur tamen tacitè, hoc ipſo quòd alibi expreſsè excipiuntur; quódque, ut non expreſsè exciperentur, ipſa tamen ratio ſuadet & dictat, ut ab illo generali pronunciato C excipiantur. Pari modo ab illa ſententia S. Pauli: *Qui ſe non continent, nubant*: tacitè excipiuntur hi, qui jam votis obſtricti ſunt: quia alibi expreſsè affirmat S. Paulus, eas, quæ primam fidem irritam faciunt, damnationem ſibi adſciſcere: Et Scriptura paſſim mandat, ut fideliter perſolvamus, quod Deo vovimus. Cæterùm ut hæc deeſſent, ratio tamen clamat à generali illa ſententia exceptionem faciendam eſſe; alioquin qui æſtus carnis ſentiunt, abſente altero conjuge, aut ægrotante, aut caſu, ſeu ſenio ad conjunctionem conjugalem inepto; licitè poſſent aliud matrimonium inire, quia regula generalis eſt, nulla exceptione reſtricta: qui ſe non continent, nubant. Sed regula hæc ſine ulla exceptione, non eſt Paulina, ſed Calviniſtica & Miſenica.

D Ais: *neque ullas excipere poterat Paulus: quia tum nulla erant Moniales*: Ut nomen *Monialium* non fuerit, ſtatus tamen & profeſſio fuit: Quemadmodum enim cum veſtro Evangelio nata eſt profeſſio Veneris; ita cum Evangelio Chriſti profeſſio Virginitatis; oſtendi id ſuprà Jeſſæorum exemplo; quod Inſtitutum ſectabantur non modò viri, ſed & fœminæ, θεραπευταὶ καὶ θεραπευτρίδες. Idem ex S. Dionyſio Areopagita, diſcipulo S. Pauli, compertum eſt; quem ideo E minoris non æſtimamus, quia non ita pridem petulans quædam lingua vetuſtiſſimum hunc & ſanctiſſimum virum, nominavit *Simium*; quid non audeat Hæreticus, omnes illos, qui faſces non ſubmittunt, *pueros, aſinos, truncos, canum* vocitare conſuetus?

Taceo S. Ignatium: S. Martialem, Clementem Romanum, Clementem Alexandrinum, Juſtinum, Tertullianum, Origenem, S. Cyprianum, & alios innumeros, quorum teſtimoniis liquidò demonſtrari poteſt, virginitatis profeſſionem cum Chriſtiana religione natam eſſe: ita, ut quavis ætate licuerit dicere illud, quod de ſuo tempore dicebat S. Auguſtinus. *Quàm multi in noſtra communione veraciter faciunt iſta ſubliniora præcepta Evangelica; quàm multi homines utriuſque ſexus ab omni concubitu puri atque integri: quàm multi experti, & poſtea continentes; quàm multi rerum ſuarum diſtributores & relictores; quàm multi jejuniis, vel crebris vel quotidianis, vel etiam incredibiliter continuatis, corpus ſervituti ſubjicientes; quàm multa fraterna congregationes nihil habentes proprium, ſed omnia communia, & hæc non niſi ad victum & amictum neceſſaria; unam animam & cor unum in Deum caritatis igne conflantes.* F Qui fit, quòd hæc & ſimilia non viſuntur in communione veſtra, ſi Chriſti eſt, non Diaboli? Cur omnibus accinitur iſtud: *Qui ſe non continent, nubant; melius eſt enim nubere, quàm uri*, hoc eſt, quiſquis carnis æſtum ſentit; quicunque ſit, nullo religionis ſacramento abſterritus, matrimonium contrahat, comparémque ſibi jungat, qua fiat pulchra prole parens: Ubi hæc audita unquam in Eccleſia orthodoxa? Nam in Synagoga Vigilantiana, & ſimilium ex Epicuri hara *mystericorum* porcorum, talia dogmata lata & data non ignoramus; ſed in Eccleſia Chriſti hæc agnita, aut ab Apoſtolo præcepta eſſe, id verò pernego: quia *omnes volebat eſſe ſicut ſemetipſum.* G Ipſe autem *utique ab omni conjugii uſu abſtinebat*, ùt ait S. Auguſtinus: quare illa de uſtione conſilia ſunt, non præcepta, non data omnibus, ſed necdum meliora pollicitis. Etſi abſolutè nec conſilia ſunt; ſed potiùs permiſſiones, & ùt vocare ſolemus, συγκαταβάσεις, *condeſcenſiones*, & ad imbecillitatem humanam accommodationes: ſive uſtio accipiatur pro tentationibus duntaxat & incitamentis ad Venerem: ſive etiam pro flagitiis admiſſis & inquinamentis: nullis enim ita ſuadet Apoſtolus nuptias, ut nolit eos meliora chariſmata æmulari, & viam adhuc eminentiorem ingredi: Senſus enim eſt; ſi ſe non continent, hoc eſt, ſi ſe continere & pravas cupiditates domare, & à flagitiis abſtinere nolunt, nubant; non impedio; melius eſt enim nubere, quàm uri, flagitiiſque contaminari: H *Sed nubant, antequam continentiam profiteantur*, inquit S. Auguſtinus, *antequam DEO voveant; quod niſi reddant, jure damnantur.*

S. Auguſt. l. 5. contra Fauſt. c. 9.

S. Aug. l. de bono vid.

Dixeram,

A Dixeram, carnia blandimenta non ſolo matrimonio ſedati, ſed & corporis caſtigationibus, allato ad id probandum S. Hilationis exemplo. Ad hæc quid reponit Miſenus? [Stobæus ſerm. 13.] Convicia, adeò, ut Diogeni & Antiſtheni videatur eripere velle vetera illa cognomenta; quorum alter *tubam conviciorum* ſeſe appellabat; alter pro tuba ſe ſimilem ferebat *veſpis*: quæ alis quidem ſonum haud magnum edunt; ſed acerrimum aculeum infigunt. *De veſtris*, inquit, *caſtigationibus, quò minùs verborum aliquid faciam, pudore impedior.* Unde verò bomini impudenti novus iſte pudor? Inde, opinor; quia pudet eum boneſta ſcribera, ſolis inhoneſtis calumniis & mendaciis effutiendis intentum.

B Quæris, *utrum Jeſuitæ ſolis paleis ſe alant, & fame ſitique conficiant, exemplo Hilarionis.* Reſpondeo, quiſquis caſtitatis amans, in ea lucta verſatur: in qua verſabatur S. Hilarion; cùm aſello ſuo minabatur paleas, famémque & ſitim; is minimè omittit in veſtigia S. Hilationis veſtigia ſua ponere; nec minatur tantùm, ſed etiam à minis ad opua ipſum procedit; donec victoriam reportet, & Dæmonem precibus & jejuniis extermiaet, ſi adverſatius ſit ex eorum claſſe, quos Dominua ait, non exire, niſi *in oratione, & jejunio.* Nec quiſquam obliviſcitur Apoſtolici illius exempli: *Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo;* quod ſi altiùs in pectora veſtra demiſiſſetis, quàm illud veſtrum: *Creſcite & multiplicamini;* forſan bruta veſtra de hoc argumento placita nunquam C fuiſſent nata & ſparſa. Nec audirentur paſſim in ſcbolis veſtris celeuſmata illa ex [S. Hieron. l. 2. contra Jovinian.] Joviniani officina. *Raro* (vel potiùs nunquam) *jejunate, crebriùs nubite; non enim poteſtis implere opera nuptiarum, niſi mulſum, & carnes, & nucleum ſumpſeritis. Viribus opus eſt ad libidinem; citò caro conſumpta marceſcit.* Nec iſtud vobis inſuetum. *Nolite timere fornicationem; qui ſemel in Chriſto baptizatus eſt, cadere non poteſt: qui electus eſt,* inquit Beza, *charitatem, & ſpiritum ſanctum amittere non poteſt, licèt ſcortetur.* Quæ doctrina hauſta eſt, non ex Evangelio, ſed ex illo Publiano Mimo: *Fidem*, boc eſt, ſecundùm Calviniſtas; gratiam & Spiritum ſanctum, *nemo unquam perdit, niſi qui non babet.*

D Addia. *Hieronymo tuo reſpondeo; nuptiatores noſtros virtutes ſequi, non vitia: Chriſtum, non Epicurum: Apoſtolum, non Jovinianum.* Ago inprimis tibi ingentes gratias, quòd S. Hieronymum appellas meum, *Tuo*, inquiens, *Hieronymo reſpondeo.* Libentiſſimè accipio, quem das. Meus eſt, vel potiùa noſter, boc eſt, omnium Orthodoxorum, & Catholicæ Eccleſiæ S. Hieronymus. Ajebat veterum quidam: *Malim unum Catonem, quàm trecentos Socrates.* Ego itidem, malo unum Hieronymum, quàm infinitos Calvinoa, & infinities infinitos Miſenos. Deinde, *nuptiatores tuos* negat S. Hieronymus E virtutes, aut Chriſtum, aut Apoſtolum ſequi. Tu affirmas, ſed non probas. Reſelle S. Hieronymum; ſuſcipe poſt tot annos patrocinium Joviniani; cui, ùt notavit S. Hieronymus, *nomen de idolo derivatum, boc eſt, de ſcortatore, adultero, inceſto. Squalet Capitolium, templa Jovis, & ceremoniæ conſiderunt; cur vocabulum ejus, & vitia apud te vigeant?* apud te, inquam, unum ex novis Jovinianiſtam ſeu à Jove, ſeu à Joviniano: qui niſi tui ſimilium comitatu ſtipatus veniſſet, *nuptiatores tui ebrii atque ructantes, paradiſum intrare non poterant.* Si S. Hieronymus inter mortales viveret, quibus coloribus te, & alios ex *Ariſtippi ſchola* eductoa, *ſubantes inter adoleſcentulos & mulierculas*, depingeret? ſed habetes in exercitu tuo *plurimos ſuccenturiatos, haberes ſcurras & velites in præſidiis, craſſos, comptos, nitidos, clamatores, qui te pugnis calcibúſque defenderent.*

F Præterea non quoſvis vocat S. Hieronymus nuptiatores; ſed illos, qui poſt caſtitatem & diuturnam continentiam *ſubant in coitum*, & pecudum more laſciviunt, qualis Lutherus, Beza, Calvinus, Bucerus, Martyr, innumerabiles alii: & vos jam ex eorundem inſtitutione, qui verbis & exemplis luxuriam accenditis; hos ſequi Paulum, non Jovinianum, tum tibi id affirmanti credam, cùm libroa mei Hiernnymi adversùs Jovinianum refutaveris; qui tuas etiam nuptiatrices, hoc eſt, Borrbam, & ſimiles, hoc elogio exornat. *Virgines, quæ poſt conſecrationem nupſerint, non tam adulteræ ſunt, quàm inceſtæ.*

G *Trabunt*, inquis, *Jeſuitæ ſcripturæ loca: Petite, & dabitur vobis; petite, & accipietis;* item, *qui dat omnibus affluenter: ad ſuum caſtitatis votum, cùm dicta illa velint hæc peti, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, tum noſtram, tum alterum; ſed cœlibatui nihil peculiare promiſſum eſt.* Hæc tu ex tuorum Magiſtrorum commentariis; qui te nihil ſapere docuerunt; qua mercede, ignoro equidem. At primùm ſententiæ illæ, quæ jubent nos *à Deo petere*, generales ſunt. Quidquid *petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis;* cur ergo vos ad certum duntaxat genus reſtringitis? Secundò, licèt cælibatus ad ſalutem non ſit neceſſarius; quandoquidem ad vitam ingredi quis poteſt, *ſi ſervet mandata;* eſt tamen ad ſalutem neceſſarius, poſtquam quis, libera voluntate, perpetuum cœlibatum Deo nuncupavit; adeò, ut ſine ſalutis æternæ diſpendio nequeat quis à propoſito reſilite: *vovete & reddite*, clamant non ſemel divina oracula. H Et viduæ illæ, quæ *primam fidem* irritam fecerant, damnationi ſeſe obnoxias reddiderunt. Si igitur cœlibatus ex bypotheſi ad ſalutem eſt neceſſarius voventi, (imò etiam cuivis extra matrimonium viventi, quamdiu extra matrimonium vivit) omnino ſequitur, quòd etiam

etiam peculiares promissiones habeat; quod dupliciter ostendo.

A Primò inde, quia DEUS non solet vocare ad id, quod vires humanas superat, nisi simul eis, quos vocat, opem & subsidium ferat; nisi enim opem ferre vellet, vocando ad ea, quæ facultatem humanam superant, potiùs illuderet, quàm seriò vocaret, cùm sine auxilio cœlesti nemo eò, quò vocatur, eniti & pervenire queat. Certissimum est autem ex divinis litteris, homines à Christo vocatos esse ad cœlibatum: nam Apostolos ad hunc vocavit, & illum Juvenem Matth.
B 19. Et in his omnes alios; hoc ipso enim, quòd dixit: *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & sequere me:* ad castitatem certè invitavit; si enim illum voluisset ducere uxorem: non dixisset; *vade & vende omnia, & da pauperibus, & veni sequere me;* quia uxori ducendæ nihil minùs est accommodatum, quàm ut quis vendat omnia, & det pauperibus, cùm pecunia sit, ùt nervus belli, quod ille ait; ita & matrimonii; & notum est, eos, qui Christum sequebantur cœlibes cœlibem, vel potiùs cœlites cœlitem vitam securos esse, quia inde nomen inditum est, ùt ait S. Hieronymus, quòd *cœlibes cœlo digni sint, quia coitu careant.* Igitur eo ipso, quòd ad cœlibatum invitavit, opem obsecundantibus peculiarem promisit.

S. Hieron. l. 1. contrà Jovinian.

C Secundò; sequentibus se, & tam uxorem ductam, quàm ducendam relinquentibus promisit Dominus vitam æternam: *Habebis*, ajebat, *thesaurum in cœlo;* & omnibus illis, qui *patrem aut matrem, aut filios, aut fratres aut sorores, aut uxorem* desererent, pollicetur in hac vita *centuplum*, & in altera *æternam beatitudinem;* Ex quo necessariò conficitur, illis, qui uxorem tam ductam, quàm ducendam deserunt, peculiare auxilium promissum esse; quia merces, quæ his decernitur, non potest sine peculiari auxilio obtineri: oportet igitur, ut promittendo mercedem, promiserit etiam auxilium; cùm nulla ratione fieri possit, ut quis hoc præmium sine peculiari auxilio adipiscatur.

D *Num satis est*, inquit Misenus, *si verbis S. Augustini respondeas?* Rebar equidem satis esse, si, ubi controversia de sensu scripturæ est, inter Hæreticos & Catholicos, S. Augustinum loquentem introducerem; eúmque potiùs, quàm te aut Calvinum sequerer, lectoríque meo sequendum proponerem. Frustra enim es, Misene, si exspectas, fore unquam, ut aut tibi, aut cuivis alteri ministro Lutherano aut Calviniano plus fidei adhibeam, quàm S. Augustino. *Quantus vir* S. Augustinus, inquit Calvinianus Capellanus Guilelmus Toocker. *Quàm infinita laude dignus? quod & quale flumen eloquentiæ per omnes campos Ecclesiæ ubertim decurrens? Qualis & quàm magnus Ecclesiæ Catholicæ magister? Sal orbis terrarum, ingenii, industriæ,* E *& sanctitatis lumen. Huic ego præconi sanitatis charismatum non credam? non omni fide dignum judicem; cujus ego religioni plurimum tribuo, testimonium tanti facio, ut innumeris contradicentium catervis præferam?* Hæc tuus ille in Calvini schola condiscipulus. Cujus judicium de S. Augustino, ùt tibi arrideat, aveo cognoscere. *Vult*, inquis, *Augustinus cœlibatum esse donum Dei, & offerri omnibus, qui velint; Sed hæc explicatio planè contraria est verbis filii DEI: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est; qui potest capere, capiat.* Salutem seu beatitu- F dinem, sive donum salutis, & beatitudinis offerri omnibus, qui velint, atque adeò salutem in omnium potestate esse: vix, opinor, inficiaberis; aut si inficiaberis, ùt quidem debes, si principia Calvinianæ perfidiæ tueri velis: tum minùs mirabor, te negare, castitatem ab omnibus, divina ope adjutis, si velint, obtineri posse, quandoquidem eò absurditatis, ne dicam impietatis, progrederis, ut abnuas, salutem omnibus esse possibilem; Sed facis, ut, te id non negaturum; si igitur Christus de dono salutis orationem in hunc modum instituisset: *Non omnes capiunt verbum istud; sed quibus datum est;* (non enim omnes donum salutis capiunt, ùt liquet, sed nonnulli duntaxat, quibus id, divino munere, obtigit) *qui potest capere, capiat:* Si, inquam, Christus hoc modo locutus fuisset, sicut verissimè loqui G potuisset; an tu rectè concluderes inde, non omnibus à DEO donum salutis offerri, sed quosdam in eo statu versari, ut salutem consequi nequeant, licèt divina gratia adjuti velint, & conentur divinæ gratiæ cooperari; & si damnentur, non ideò damnari, quòd divinæ gratiæ cooperari, & quod hinc est consequens, salvari noluerint; sed quia divino auxilio destituti fuerint, Deo illis donum salutis, & quæ ad hoc donum necessaria sunt, non offerente? An non hìc etiam D. Augustini sententia locum haberet? *quibus non est datum; aut nolunt, aut non implent, quod volunt; quibus autem datum est, sic volunt, ut impleant, quod volunt: Itàque ut hoc verbum, quod non ab omnibus capitur, ab aliquibus capiatur, & Dei donum est, & liberum arbitrium.*

Toock. lib. qui charisma inscribitur cap. 4.

Secundùm Augustini mentem, inquis, H *dicendum erat, omnes capiunt hoc verbum, quicunque capere volunt; quæ verba sensum Christi planè pervertunt.* Non absolutè; quicunque *volunt capere;* sed quicunque adjuti ope divina volunt capere; ita, ut velle illud ex sententia S. Augustini, sit & ex DEI dono, & ex libero arbitrio; & si quis velle illo careat; non ideò careat, quòd DEUS opem suam subtraxerit; sed quia quis ope divina uti liberè noluerit. Quæ explicatio sensum Christi non pervertit, sed aperit.

A *Si dicam*, inquis, *non omnes in aulam Imperatoris recipiuntur, sed quibus hoc à majestate ipsius concessum est; tu contrà inferas: omnes in aulam Imperatoris recipi, qui velint, & petant, & instent precibus, quid responsi accepturus sis, vel rustici viderint.* Hoc tuum exemplum ineptum esse, noo modò rustici, sed etiam cæci rustici viderint. Ideo enim in aulam Imperatoris non recipiuntur omnes, qui volunt, & petunt, & precibus instant; quia Imperator nuoquam & nusquam dixit: *Petite & accipietis: quærite & invenietis; pulsate & aperietur vobis:* &, *Quidquid petieritis in nomine meo, dabitur vobis; omnes enim qui petit, accipit; qui quærit, invenit; & pulsanti aperietur;* & quia nec petere, oec quærere, oec pulsare potestis sine meo auxilio; præsto vobis semper ero, & iofirmitatem vestram ope mea adjuvabo; talia promissa Imperator nunquam dedit; si dedisset, omnis qui peteret, quæreret, & pulsaret, in palatium veniendi viam expeditam haberet;
B At Christus hæc & similia plura pollicitus est nobis Christianis; possunt ergo omnes, qui volunt, promissorum participes fieri; Et si non fiunt participes, id ideo fit, quia nec petunt, nec quærunt, nec pulsant; Et ut in exemplo tuo persistam; aptúmque ex inepto efficiam; sicut Imperator, si facta illa liberali promissione; diceret; *non omnes capiunt verbum istud;* non significaret, esse aliquos, qui simpliciter in aulam recipi non possent, & hanc gratiam consequi; sed indicaret, reperiri aliquos, qui propriis rationibus ducti, nolint uti oblata liberalitate; quòd fortè aulæ labores & molestias fugiant; ita & Dominus dicendo; *non omnes capiunt verbum istud;* non sigoificat esse aliquos, qui simpliciter oon possint hoc verbum capere; sed qui ideo non possint, quia nolint, ob difficultates, quæ cœlibatui annexæ.

C Item sicut Imperator dicendo: *qui potest capere, capiat;* non significaret, esse aliquos, quibus aditus ad aulam simpliciter esset occlusus: sed esse nonnullos, qui hujus munificentiæ nequeant esse capaces, eò quòd à se impetrare nequeant, ut eâ velint uti, ita & Dominus, illo modo loquendi, non indicavit, esse aliquos, qui simpliciter capere non possint verbum illud de continentia, sed qui capere non possint, quia oolunt exantlare labores, qui necessariò suscipiendi sunt illis, qui hoc stadium decurrere proponunt: sicut cùm opulentis dicitur, ut dent eleemo-
D synas: *non omnes capiunt verbum istud;* non quia noo possiot, sed quia nolint, & dum nolunt, non possunt: *Qui potest capere, capiat;* hoc est, qui à suo animo obtinere potest, ut eleemosynas muoificas egenis largiatur, is obtineat; sed non omnes hoc obtinent, non quia non possint, sed quia ob nimium pecuniæ amorem nolint: par in nostro proposito ratio. *Grandis fidei est,*

S. Hieron. lib. 1. contra Jovin.

grandisque virtutis, inquit S. Hieronymus, E
Dei templum esse purissimum; totum se holocaustum offerre Domino; & juxta eundem Apostolum, esse sanctum & corpore & spiritu.

F *Omnibus*, inquis, *nuptiæ præceptæ sunt, qui castitatis donum non habent;* hoc est, ùt ego interpretor, habere nolunt; Omnibus igitur Calvinianis nuptiæ sunt præceptæ: non à Christo, non ab Apostolo, sed à Beza & Calvino: & ab ejus avia *Venere calva*, & à Joviniano, & id genus aliis Aristippicæ scholæ Doctoribus. Sed sciscitari ex te lubet, cur hoc donum castitatis tam pauci apud vos habeant; præsertim ex Ministris & Prædicantibus; cùm olim in vera Ecclesia, eorum, qui virginitatem profitebantur, omnia fuerint plenissima: quod testimonio vetustissimorum Patrum liquet: Justini, Origenis, Tertulliani, Clementis Alexandrini, Augustini, Hieronymi, Basilii, Nazianzeni, Nysseni; cur adeò *abbreviata est* manus Domini erga vestram Ecclesiam: si est Ecclesia Christi, non synagoga Epicuri?

G Deinde, libenter intelligerem, utrum apud vos donum castitatis maneat usque ad illud punctum, quo vobis lætissimum illud carmen accinitur; *Vesper adest juvenes, consurgite, vesper Olympo, Exspectata diu vix tandem lumina tollit. Hymen ô Hymenæe Hymen ades, ô Hymenæe.* An verò is, qui uxorem ducit, doourn castitatis nunquam habuerit? Si nunquam habuit, qoomodo se igitur usquam ad illud tempus intra honestatis & pudicitiæ limites continuit, quandoquidem sine hoc dono castam vitam nemo potest ducere: Multi autem ex vobis, uxores ducunt anno vigesimo, vigesimo quinto, & seriùs, non quòd citiùs nolint, sed quia aliquando uxorem citiùs reperire non possint. Quomodo igitur ad id usque temporis vitæ rationes instituunt; qui tam serò uxores ducunt? Si autem donum castitatis usque ad ipsum nuptiarum momentum perseverat, utique etiam ulteriùs duraret: si à nuptiis abstineretis. Potest ergo quis absque matrimonio vitam agere, donóque castitatis frui; quod si negatis, ùt certè negatis, magnam profectò, Misene, securim existimationi vestræ & liberorum vestrorum impiogitis, & uberem nobis de vestra integritate non valdè integra suspicandi materiam præbetis.

H *De precibus vestris*, inquis, *de corporis castigationibus, de jejuniis, de ciliciis, de flagellis, mihi nihil constat.* Quid tum? An ideo horum omnium nullus apud nos usus, quia nihil tibi de his constat? An nihil spiritualium exercitationum suscipi potest, nisi de quo tibi constet? Inter Hæreticos natus, educatus, & perpetuò versatus es, mirarísque, si tibi incomperta illa, quæ bonis omnibus sunt compertissima?

A *Si fortè*, inquis, *Ingolstadium venero, non antè discedam, quàm cilicia tua, & flagella videro.* Promptissima mente non modò videnda, sed & utenda dabo: Et quia exploratum mihi est, tibi horum armorum nullum penitus esse usum; non invitus te instruam, quomodo iis uti debeas dextrè, & ex præscripto artis; spero, te docilem fore discipulum: adeò, ut non longo pòst tempore, ejus, quod privatim disces, publicum specimen edere possis, progressus cum aliis Athletis in palæstram; nudus dorsum, faciem obnuptus, tota Ecclesia inspectante, pronúmque in verbera pendentem, admirante. Quod fieri licebit, si quadragesimæ diebus huc te conferre velis: sicut quadragesimæ tempore Philo ad Essæos circa Maream degentes venit.

B Dixeram ex Apostolo, *Deum esse fidelem; nec sinere, ut quis tentetur supra id, quod potest; sed facere cum tentatione proventum, seu, ùt Calvinianus textus habet; evasionem: Sed heus tu*, ait Calvinista, non mecum, sed cum S. Paulo dimicans; *qui sibi videtur stare, videat, ne cadat: ergo donum castitatis non conceditur nullis, aut certè perpaucis; qui vel à natura, vel ab hominibus Eunuchi sunt facti: quòd enim quis seipsum propter regnum Dei castrare velit, id frustra est, non obstantibus amplissimis Christi monitis & præconiis, quibus hujusmodi Eunuchos dilaudat: nam qui*
C *stat, videat, ne cadat.* Sed noveris eum, qui tentationi dat manus, sua culpa succumbere, non defectu opis divinæ, quæ semper præsto; si ea uti lubeat; & illa commonitio Apostoli ad omnia dona Dei, non tantùm ad castitatem pertinet; quivis enim, qui fide, spe, & charitate stat, metuere potest, ne cadat in infidelitatem, desperationem, & aversionem à Deo; quidquid tuus Calvinus aut Beza deliret: quia sententia illa, ab Apostolo alibi quoque posita, generalis est, & ad omnia Dei munera cautè asservanda spectat. Quemadmodum ergo fidei, spei, & charitatis dona divinitus obtinere & possidere possumus, licèt magna diligentia fuit custodienda; ita & donum castitatis, Dei concessu, impetrare & retinere licet, quantùmvis tantum thesaurum feramus in vasis fictilibus; quæ facilè franguntur. Verùm hæc fragilitas majoris cautionis causa est.

D Ais: *Apostolus non cogitabat de votis Monasticis*, (quando dixit, Deum non pati, ut quis supra vires tentetur) *quæ quasi fulmine prostravit his verbis: Melius est nubere, quàm uri:* Apostolus, ex cujus ore Christus loquebatur, & qui spiritu Dei plenus erat, disertè scribit; Deum omnibus illis, qui tentantur, opem ferre, ne ab hoste vincantur. Igitur ex sententia Apostoli, illis quoque fert opem, quos caro adversus promissam castitatem illecebris suis exagitat: nam & hæc tentatio est, & quidem gravissima, & molestissima, & maximè divini subsidii indiga: E
Quare de votis Monasticis æquè cogitavit Apostolus; cùm illa scripsit, ac de aliis bonis & donis, in quæ Dæmon impressionem facere potest & solet: omnia enim cœlesti munimento vallari ait, ut, si homo eo rectè utatur, de hostibus victoriam reportet. Nam quod de *fulmine* addis, illud non ab Apostolo provenit; sed à Joviniano, Luthero, Calvino, Beza, & id genus aliis Cyclopibus: qui putant verba illa: *Si non se continent; nubant. Melius est enim nubere, quàm uri:* pertinere ad quasvis personas, etiam voto obligatas: quod verum non est; ùt ex S. Augustino & S. Ambrosio in Apologia ostendi. Repetam hic verba S. Ambrosii. *Dicit* F
aliquis, melius est nubere quàm uri. Hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad nondum velatam, cæterum quæ se spopondit Christo, & sanctum velamen accepit: jam nupsit, jam immortali juncta est viro: Etiamsi voluerit nubere communi lege connubii, adulterium perpetrat; ancilla mortis efficitur; & habebit damnationem, ùt inquit ex Apostolo S. Hieron. *quia primam fidem irritam fecit.* Nec verba illa præceptum indicant, ùt suprà dictum: nec absolutè consilium: sed permissionem. Sensus enim est: Qui se continere nolunt: nubant. Melius est enim nubere, quam uri, posito, quòd se continere nolint. Ergo verba illa non sunt Apostolicum, sed tantùm Calvini, & Lutheri fulmen, non beoè Æthnæis in antris à Pyracmone edolatum: non enim addidit; *tres imbris torti radios, tres nubis aquosæ, rutili tres ignis & alitis Austri.* Verùm istos *Salmonei nepotes*, qui non *imitabile fulmen*, simulârunt, jam *pater omnipotens, densa inter nubila telo contorto*, præcipites immani turbine adegit ad Tartara. Cave Misene & resipisce: ne idem tibi cum tuo *fulmine* contingat.

S. Ambros. ad virg. lapsam cap. 5.

Lib. 1 cont. Jovin.

G Dixeram, Hæreticos malè de omnibus suspicari exemplo Neronis, qui cùm hircus esset, neminem putabat posse esse hominem, hoc est, castum & continentem, alios suo pede metiens. Hic Misenus, *Jesuitarum conscientias non examino, sed de illis loquor, ut de hominibus, non Angelis:* ubi temerario judicio de arcanis alienæ conscientiæ facto, adjicit mendacium; An tu non judicas conscientias nostras, qui & directè & obliquè, in hoc & priore tuo libro, ea de oobis spargis, quæ licèt vera essent (cùm sint falsissima) scire tameo non posses, nisi aut Deus, aut confessarius Jesuitarum esses. *Tu quis es, qui ju-* H
dicas alienum servum? Domino suo stat aut cadit. Nolite ante tempus judicare, monet Apostolus, *quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Domino. Sed Jesuitæ sunt homines, non Angeli: ergo licet de illis pessima quæque*

Rom. 14. 1. Corint. 4.

suspi-

A *ſuſpicari, nec ſuſpicari tantùm, ſed ſuſpiciones etiam chartis mandare:* Egregiam verò ratiocinationem; & dignam ſubtilitate Miſenica. Si de aliis malè ſuſpicari licet, quia homines ſunt, non Angeli; liceat etiam mihi ſuſpicari, te latronem, furem, ſcortatorem & adulterum eſſe, quia homo es, non Angelus; & omnia, quæ nominavi, crimina in hominem cadere poſſunt. Deinde, quæro ex te, quodnam judicium prohibuerit Dominus & Apoſtolus: nónne hominis de homine, & quidem temerarium, cujuſmodi omne illud, cùm de rebus occultis, nulla, aut non idonea ratione ducti judicamus? Quòd verò Suetonium citavi, calumniæ occaſionem Miſeno præbui: Dicit enim id ideo factum, *ut intelligi poſſit, quibus lectionibus extraordinariis utantur Jeſuitæ ad carnis libidines comprimendas: omnia munda mundis*, inquit Apoſtolus, *coinquinatis autem & infidelibus* (Calviniſtis) *nihil eſt mundum, ſed inquinatæ ſunt* (Tit. 1.)
B *eorum & mens & conſcientia.* Quo fit, ut non modò ex Suetonio, ſed ex ipſis etiam divinorum eloquiorum libris libidini ſuæ nutrimenta petant; ubi multa non ſatis pudica percenſentur, quæ impuri lectitant ad ſuam ipſorum perditionem: Viri boni & honeſtatis amantes, *floriferis ut apes in ſaltibus, omnia libant;* non ut venenum conficiant; quò ſibi ac aliis exitium afferant; ſed ut antiquitatis cognitionem inde hauriant, inſpectáque propiùs vitiorum turpitudine, ea magis fugiant, alióſque ad fugiendum inflamment. *Qui judicio & diſcernendi facultate præditi ſunt*, inquit Theodoretus de ſcriptis Ethnicis, *quæ ſibi uſui fore cognoſcunt, inde ſumentes, reliqua miſſa faciunt. Ut qui roſaria demetunt; ſpinas quidem intactas* (Theod. lib. 1. de cur. Græc. affect.)
C *dimittunt, roſarum verò calyces legunt. Ipſis quoque apibus hanc natura legem inſtituit, ut non ſolùm floribus, qui ſunt dulces, inſideant; ſed qui etiam amarulenti; cùm tamen ſolam dulcedinem hauriant; amaritiem autem averſentur; ac ex diverſis qualitatibus, amaris videlicet, acerbis, auſteris, acutiſque, mel, quod hominibus dulciſſimum eſt, conficiant. Harum itaque & nos exempla ſecuti, e veſtris illis amarulentis pratis, dulce nobis ac perquam utile mel componimus. Ac veluti corporum curatores è venenatis feris atque ſerpentibus, ſalutares medicinas conficiunt, deque ipſis viperis, alia quidem rejicientes, alia verò elixantes, multos, harum rerum præſidio, morbos propellunt; ita & nos veſtrorum poëtarum, hiſtoricorum, Philoſophorúmque monumenta verſantes, alia ex iis, ùt noxia & peſtifera, declinamus; alia verò ſparſim noſtræ inſerentes doctrinæ, auxiliarem vobis ac ſalubrem curationem afferimus.* Hæc Theodoretus Græcis; Ego tibi.

D Sed ne temerè judicium de Jeſuitis tuliſſe videaris, hujuſmodi ſyllogiſmo judicium tuum defendis. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſororis tuæ: ſuperbia, ſaturitas, panis abundantia, & otium ipſius, & filiorum ejus, & fecerunt abominationes:* Ezech. 16. *Hæc ſit Major*, inquit Miſenus; Sit ergo Major, quando ita vis. *Aſſumo*, inquis: Aſſume, ſed vide, ne mendacium aſſumas: *otium, ſaturitas, panis abundantia ſunt apud Jeſuitas.* Præſagiebat mihi animus, te aſſumpturum falſum. Nego Minorem, Miſene, quomodo probas? Ais: *Adde tu concluſionem:* Non addo, nec tu addere potes, quia negavi Minorem: Negata altera ex præmiſſis, curſus ſyllogiſmi intercíditur; otium nullum apud nos niſi litterarium, quod, ùt nôſti, laboris eſt ſynonymum: Et jam dudum omne otium à B. P. N. Ignatio proſcriptum eſt, ex Ordine noſtro, hoc edicto. *Omnes, quamdiu corpore* F
bene valent, in ſpiritualibus vel exterioribus rebus habeant, in quo occupentur, ne otium omnium malorum origo, quoad ejus fieri poſſit, domi noſtræ locum habeat. Otium ſine litteris mors eſt, inquit Seneca, *& vivi hominis ſepultura.* (Senec epiſt. 82.) Quod longè rectiùs dicitur de otio, quod ſpirituales, hoc eſt, Religioſorum proprias exercitationes excludit. Quàm autem otium litterarium, præſertim perpetuum, idque publicum & privatum, appoſitum ſit ad laſciviam, verè oſtendit ille, qui dixit; *continuationem litterarii laboris; omnem gratiam corpore detergere, habitudinem tenuare: ſuccum exſorbere, colorem oblitterare, vigorem debilitare.*

Porrò ùt otium noſter Ordo neſcit, ita G
neſcit ſaturitatem, & panis abundantiam; hoc eſt, eorum, quæ ad vitam tuendam & ſuſtentandam pertinent, copiam: *Noſtra religio*, inquit S. Hieronymus, *non πύκτας, non athletam, non nautas, non milites, non foſſores, ſed ſapientiæ erudit ſectatorem, qui ſe Dei cultui dedicavit, & ſcit, cur creatus ſit, cur verſetur in mundo, quo abire feſtinet;* (S. Hier. lib. 2. contra Jovin.) qui inopiam pro copia, & paupertatem pro Gazis Perſicis amplectitur. *Magna divitiæ ſunt*, inquit nobilis ille Philoſophus, *lege naturæ compoſita paupertas:* (Senec. epiſt. 4.) Lex autem illa naturæ, ſcis, quos nobis terminos ſtatuat? *Non eſurire, non ſitire, non algere: ut famem ſitimque depellas, non eſt neceſſe, omnium rerum copia affluere; maria tentare; caſtra ſequi. Ad manum eſt, quod ſat eſt; cui cum paupertate bene convenit, dives eſt.* Tu Miſene, *promptuariis ex hoc in illud eructantibus inſtructus, manduca & bibe; &, ſi tibi placet, cum Iſraële lude conſurgens, & cantito; manducemus & bibamus, cras enim moriemur:* (S. Hieron. loc. cit.) *Manducet & bibat, qui poſt cibos exſpectat interitum: qui cum Epicuro dicit, poſt mortem nihil eſt, & mors ipſa nihil eſt. Nos Paulo credimus intonanti: Eſca ventri, & venter eſcis: Deus autem & hunc, & illam deſtruet.*

Habuimus, inquis, *hactenus Tatianum: Nos, neque Marcionis & Manichæi dogma ſectantes* H

A *nuptiis detrahimus*; utar enim defensione S. Hieronymi: *nec Tatiani Principis Encratitarum errore decepti, omnem coitum spurcum putamus, qui non solùm nuptias, sed cibos quoque, quos Deus ad utendum creavit, damnat & reprobat. Scimus in domo magna non solùm vasa esse aurea & argentea, sed & lignea, & fictilia, &c. Non ignoramus honorabiles nuptias, & thorum immaculatum; legimus primam Dei sententiam: Crescite & multiplicamini, & replete terram: sed ita nuptias recipimus, ut virginitatem, quæ de nuptiis nascitur, præferamus. Nunquid argentum non erit argentum, si aurum argento preciosius est; aut arboris & segetis contumelia est, si radici & foliis, culmo & aristis, poma præferantur & fructus?*

a. Hier. lib. 2. contra Jovinian.

B Addis. *Jam colloquemur cum Pelagio.* Qua de causa verò? quia dixeram, fidem à Deo offerri, & reipsa etiam dari illis, qui hujus doni cœlestis sese participes faciunt, divina adjuti gratia: Est enim Deus lux illa, quæ *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*; Illuminat autem maximè per fidem: nec reipsa illuminat nolentem, sed volentem: Estne hoc Pelagianum placitum? Quæso, evolve illos, qui catalogos Hæreticorum contexuerunt: & inter hos S. Augustinum, ut discas, quænam fuerint Pelagii & Pelagianorum decreta. *Audi Jesuita*, inquit meus Calvinista; *lux illa illuminat omnem hominem, qui illuminatur*; Actu quidem omnem illum illuminat, qui actu illuminatur; sed non tantùm hoc agit, verùm & illis, qui reipsa non illuminantur, lumen offert, ut, si velint, cùm gratia divina liberaliter oblata, suas quoque partes jungere, reipsa illuminentur;
C Nam Evangelista ait: *Omnem hominem venientem in hunc mundum*, ab illa luce illuminari; at non tantùm fideles, sed & infideles in hunc mundum veniunt: ergo & illi illuminantur; non quidem actu, posito, quòd non illuminentur; sed potentiâ, quatenus Deo adscribi non potest culpa, cur non illuminentur; cùm ipse paratus sit actu etiam eos illuminare, si præstent & ipsi, quæ
1.Timot. 4. suarum sunt partium. Hoc indicavit quoque Apostolus, qui Deum vocat *Salvatorem omnium, maximè fidelium.* Cur omnium, nisi quia omnibus necessaria ad salutem confert? Cur omnium, nisi quia illuminat, quantum est ex sua parte, omnem hominem venientem in hunc mundum? Cur maximè fidelium? Quia ita eorum illuminator est, ut reipsa etiam illuminentur per fidem. Ita eos adjuvat, ut reipsa etiam necessaria ad salutem, vel omnia vel aliqua consequantur.

D Nec obstat illud Apostoli: *Non enim omnium est fides*; sensus namque est, non omnes amplecti fidem, non quòd illis hoc donum à Deo subtrahatur; ita ut credere non possint; sic enim omnium est fides; sed quia fidem amplecti nolint, flagitiorum blanditiis nimiùm irretiti & immersi. Ais: *Nunquid idonei sumus, cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis?* Idonei sumus, non viribus nostris, sed cœlesti ope adjuti: Nam cùm credimus, cùm speramus, cùm Deum amamus, nos utique credimus, speramus, amamus, sed non *ex nobis*, quasi *ex nobis*, hoc est, non viribus duntaxat nostris, sed *sufficientia nostra ex Deo est*, inquit Apostulus: à Deo enim adjuvamur, ut actiones illas, vim naturæ nostræ longè transcendentes, exercere possimus. Pari modo, *nemo venit ad Christum, nisi pater cœlestis traxerit eum*, quia opus est divino subsidio, ut ad Christum perveniamus; sed qui non venit, is trahi noluit; tractus fuisset, si voluisset, potuisset autem velle trahi divina adjutus gratia, quæ ad hoc ipsum etiam volendum præsto erat. Nec tractio hæc *necessitatem* significat, ùt tu tibi imaginari videris; sed liberam ad Christum motionem; *amando trahitur*, inquit S. Augustinus, *sine læsione corporis trahitur, cordis vinculo trahitur; & trahitur eo modo, quo trahit sua quemque voluptas.*

E 2. Thess. 3.

F

G Pergis: *fides secundum Apostolum non est omnium, sed electorum:* Secundùm Apostolum, Genevensem videlicet, non illum à Tharso Ciliciæ. Ubi hæc verba in Apostolo Misene? Qua fronte tu illa: *sed electorum*: ita refers & excudi itidem curâsti, quasi sint verba S. Pauli, cùm sint ex impia Calvini & Bezæ glossa; quasi vera fides solis electis & prædestinatis concedatur; falsúmque sit illud Apostoli, cùm ait: quosdam, qui sine dubio non erant electi, *à fide naufragâsse*: hoc est, fidem amisisse: quomodo enim amittat fidem, qui nunquam habuit fidem? Sed de illo loco Apostoli: *Non enim est omnium fides*, jam satis dictum.

H Dixeram, ad virginitatis integritatem non requiri, ut mens nullis illicitis flammis inardescat: id enim in hoc statu nulli concedi; sed satis esse, ut ad ardores illos nullus voluntatis consensus accedat, cum firmo proposito conservandi corporis puritatem & integritatem. Respondet Misenus: *Atqui 1. Corinth. 7. Vult Apostolus, ut virgo sit sancta & corpore & spiritu.* Rectè: Quia licèt caro concupiscat adversus spiritum, & naturales hominis facultates adversus id, quod rectum est, insurgant; nihil tamen detrimenti aut labis sine voluntatis libero consensu afferunt; cùm motus illi non sint voluntarii & liberi. Scio, quæ sit vestra de his motibus sententia, quàm stulta & amens; sed ex ea nihil aliud conficitur; quàm nullas apud vos esse virgines nec muliebris nec virilis sexus. Non enim mihi persuadere possum, ullum aut Calvinistam, aut Calvinisticam fœminam hactenus exstitisse; quæ non potuerit dicere; *Video autem aliam legem in membris meis, repugnan-* Rom. 7.

A *pugnantem legi mentis meæ; & captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.* Nec illos tuos præstantes viros, quos castitatis donum habuisse ais; excipio. Nam si *ista lex peccati*, ùt Apostolus vocat, tollit virginitatem & castitatem; tum intrepidè affirmo, tuos illos castè non vixisse; quia ùt cæteri hominum, ita, nisi fallor, & ipsi, justitia primæva destituti, & in iniquitatibus concepti, & in peccatis à genitrice sua progenerati sunt. Neque Eunuchos Calvinisticos, qui aut à natura, aut ab hominibus tales facti sunt, ab hac lege, is, qui vestram sectam & malitiam novit, liberos pronunciaverit: sunt enim, ùt ille apud Terentium suppositititius Dorus: & si quid flagitii re consciscere nequeunt, id consciscunt desiderio & voluntate.

B Dixeram, virginitatem mentis posse reparari; ubi iste occasionem mentiendi & calumniandi nactus; *Ego*, inquit, *hactenus putavi, virginitatem semel amissam, nunquam instaurari posse.* Virginitas carnis semel amissa reparari nequit, quod cum S. Hieronymo omnes libenter fatentur. At virginitas mentis, hoc est, propositum perpetuò conservandi integritatem corporis instaurari potest, si eam quis contrario proposito interruperit; dummodo ab omni actu Venereo seu licito seu illicito abstinuerit; quod, ut alios taceam, nominatim notat S. Thomas & Sotus, quorum auctoritatem, ut tu maximè contemnas, ea tamen tanti apud me est, ut illam tuæ futilitati longè anteponendam existimem; qui nihil candidè & sincerè, ùt virum probum & ingenuum decet, refers: sed arbitratu tuo omnia pervertis; ubi enim C scripsi, virginitatem, per scortationem, vel per alium actum Venereum voluntarium, licitum, aut illicitum, interruptam, *instaurari per confessionem auricularem, accepta absolutione, & impositis satisfactionibus?* Hæc tua sunt seu somnia seu convicia, non mea dicta, ùt lector, meo libro etiam non inspecto, deprehendet: quis enim nescit, virginitatem per actum Venereum voluntarium semel deperditam, irreparabilem & irrevocabilem esse?

S.Thom. in supplem. q. 96. a. 5. Sotus 4. d. 49. q. 4. a. 2.

D Cæterùm quod tibi hic de virginitate respondeo, idem responsum volo Lutherano cuidam Prædicanti: etsi te multis partibus hebetiori & insulsiori; qui eodem, quo tu fundamento nixus, carpit, quod scripseram, pravas cupiditates virginitati nihil officere, si absit voluntatis consensus. *Virgo*, inquit, *debet sancta esse, & spiritu & corpore.* Ita, mi Prædicans; sed hanc sanctitatem non tollunt involuntariæ motiones, cujusmodi istæ, de quibus loquimur. Quòd si virginitatem auferunt isti motus; tum audeo dicere, licèt id pace tua non sim dicturus; matrem tuam non fuisse virginem tunc, cùm primum maritum duxit; nec virginem fuisse eam Superintendentis filiam, quæ nuper nupsit tuo filio Prædicanti; & te quoque virginitatem amisisse; simul atque ratione uti cœpisti, longè ante matrimonium initum; qualis autem ad nuptiarum usque tempus fueris; num incestus, num scortator, num alterius notæ & nominis ex Ballionum tribu, parùm laboro; satis est, quòd stulto tuo & bruto dogmate indicas, te non fuisse castum. Igitur Jesuitæ novam virginitatem, Apostolo repugnantem, non cudunt, ùt tu nugaris, sed vos eam comminiscimini, quam neque in filiis, neque in filiabus vestris unquam reperietis; licèt Argus, aut Lynceus, toti oculei, eam quærerent. S. Ambrosius tantum te juvat, quantum S. Paulus. Verba S. Ambrosii hæc sunt: *Non solùm carnis virginitas, virginem facit; sed etiam mentis integritas.* Quis negat hoc Prædicans? Proba, per motus illicitos involuntarios, & rationis imperium antevertentes, mentis integritatem violari: Et quamvis per actus deliberatos & liberos, quales non sunt illi, de quibus loquimur, integritas mentis violari possit; reparabilis tamen est per pœnitentiam, ùt paulò antè dicebam Miseno. Sed mirum est, hos Porcios, eò impudentiæ progredi, ut testes laudent eos, quibus se esse detestationi, evidenter sciunt. E

Prædicans Lavinganus.

Verùm misso Lutherano rabula, ad te, Misene, regredior, qui quòd laudes matrimonii ex S. Augustino refers, bene facis. F
Nescivissemus scilicet matrimonium a S. Augustino celebrari, nisi tu encomia ejus ex variis S. Augustini locis corrasisses. Sed quare non ex eodem doctore collegisti laudes virginitatis, easque nuptiarum præconiis per antithesin opposuisti? Ignosco; videbas fore, si id faceres, ut lector uno intuitu intueretur, virginitatem laudibus longè majoribus, quàm matrimonium à S. Augustino decantari: cui rei probandæ non alium do testem, quàm librum de sancta virginitate B. Augustini.

S. Chrysostomi locum, quem petieram, jam citas, & rectè; illud non rectè, quòd inde conficere conaris, matrimonium esse aut par aut præstantius cœlibatu. Nam quòd S. Chrysostomus ait: *primum fore in regno, qui nuptiis moderatè utitur;* non significat simpliciter fore primum, aliàs etiam Joannem Baptistam antecederet, & plerósque Apostolos; Sed primum inter conjugatos: quorum multi non obtemperant illi monito, ut, qui uxores habent, sint tanquam non habentes. Quo fit, ut à perfectione impediantur, ad quam eo loco S. Chrysostomus omnes cujuscunque status & conditionis, cohortatur. G

S. Chrysost. Hom. 7. ad Heb.

Adjungis: *Jesuita, quia videt, conjuges non posse excludi à beatitudine, hujus gradus quosdam fingit, quos per mansiones varias, de quibus Christus loquitur, interpretatur; qua ad felicissimam illam vitam cuncta assignantur* H

secun-

A *secundùm fructum, quem hero tulerunt, vel tricesimum, vel sexagesimum, vel centesimum.* Animadverto, te non modò Calvinistam, sed & Jovinianistam esse; is enim pari & æquali beatitudine omnes donandos esse docebat, quod dogma ab eodem, ùt & alia ab aliis Hæreticis, accepit avus tuus Lutherus, quem in Joviniano, jam olim doctissimè & elegantissimè refutavit S. Hieronymus, etiam ex
Joan. 14. S. Hieron. l. 2. contra Jovinian. hoc loco Domini apud S. Joannem: *In domo patris mei mansiones multæ sunt:* Cùm enim Jovinianus hunc locum interpretaretur de Ecclesiis toto terrarum orbe constitutis.
B *Quis risum*, inquit S. Hieronymus, *tenere queat in eo, quòd multas mansiones apud patrem, Ecclesias arbitretur, in toto orbe diffusas; cùm manifestissimè scriptura doceat, secundùm Evangelium Joannis, non de Ecclesiarum numero, sed de cælorum mansionibus, & æternis tabernaculis, quæ Propheta desiderat, Domino fuisse sermonem. In domo*, inquit, *Patris mei mansiones multæ sunt: si quò minùs dixissem vobis, quia vado vobis parare locum: Et, si abiero, & præparavero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad meipsum; ut, ubi ego sum, & vos sitis. Locus & mansiones, quas præparare se dicit Christus Apostolis, in domo utique sunt patris, id est, in regno cælorum, non in terra, in qua præsens Apostolos relinquebat: simúlque sensus scripturæ*
C *intuendus. Dicerem, inquit, vobis, quia vado, & præparabo vobis locum, si non mansiones multæ essent apud patrem, hoc est, si non unusquisque mansionem sibi, non ex largitate DEI, sed ex propriis operibus præpararet, & ideo non est meum parare, sed vestrum: quia & Judæ nihil profuit paratus locus, quem suo vitio perdidit. Juxta quem sensum, & illud intelligendum, quod ad filios dicitur Zebedæi, quorum alter à sinistris, alter cupiebat sedere à dextris: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem à dextris meis, sive à sinistris, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Non est filii dare; & quomodo patris est præparare? Paratæ, inquit, sunt in cælo diversæ & plurimæ mansiones, plurimis diversisque virtutibus,*
D *quas non persona accipiunt, sed opera.* Item, *si pater & filius mansionem faciunt apud credentes, & ubi Christus est, ibi nihil deesse existimas: puto, quòd aliter Christus habitaverit in iis, apud quos Paulus Apostolus peccata multa deprehendit, & aliter in iis, quibus sacramenta à seculis ignorata disseruit; aliter in Tito & Timotheo, aliter in Paulo. Certè inter natos mulierum, non surrexit major Joanne Baptista. Ubi autem major dicitur, necesse est, ut cæteros habuerit minores. Et, qui minimus est in regno cælorum, major est illo. Vides ergo, quòd in cælis sit maximus & minimus, & inter Angelos quoque, & inter invisibiles creaturas sit multiplex & infinita diversitas.* Hæc S. Hieronymus; cætera vide apud eundem, & refelle, si potes, in gratiam tui Joviniani, debes hoc manibus tam sancti Magistri. Quod si feceris, tum plura à me de hoc argumento exspecta. Tum fortassis liquidiùs etiam in- E
telligemus, num ejusdem præceptoris tui hunc Stoicismum tuearis: *Omnia peccata esse paria; & convicium & homicidium; Racha & adulterium, & otiosum sermonem & impietatem, uno supplicio repensari.*

Quod ad fructum tricesimum, sexagesimum & centesimum attinet, audi non me, sed eum, quem jam sæpius, quàm tibi gratum sit, nominavi S. Hieronymum: *Cen-* S. Hieron. lib. 1. cont. Jovinian.
tesimus & sexagesimus & tricesimus fructus, quanquam de una terra, & de uno semine nascatur; tamen multum differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias: sexaginta ad viduas; centesimus numerus exprimit virginitatis coronam. Sed fortè magis jucundum erit audire S. Augustinum: accipe igitur, quæ S. August. L. 15. de civ. Dei cap. 26.
scribit; & animo reconde: *possunt etiam* (in Gen. 6.
eo, quòd arca Noë alibi tricamerata fuisse Matth. 13.
scribitur) *tres illæ ubertates Evangelicæ* (intelligi) *tricena, sexagena, centena; ut in infimo habitet pudicitia conjugalis; suprà vidualis, atque hac superior virginitas.* Ita S. Augustinus.

F *Quàm libenter*, inquit Calvinista, *hypocrita diceret, sibi assignatum iri centesimum: sed heus tu, fructus non sunt ejusdem generis: malim ego sexagesimum fructum tritici, quàm centesimum avenæ.* Quem ego fructum exspectem, tunc tibi dicam, cùm meus fueris confessarius. Interea patienter ignora mentem meam. Quod addis de avena, ex equili hausisse videris, non ex cœlo, ubi non dominantur steriles avenæ, sed totum stipendium, quod militibus istbic persolvitur, triticum est. Itaque quòd mavis triginta mensuras tritici, quàm sexaginta aut centum; agnosco prudentiam tuam: sed magis te delectat avena, quia Jovinianistæ, qualis tu, facti sunt sicut *equus & mulus, quibus non est intellectus;* Idcirco à *fideli & prudente illo servo, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det unicuique in tempore suo tritici mensuram:* non petunt triticum, sed avenam; convenienter nimirum equino aut asinino palato.

G Lepidum est autem, quod sequitur, cùm locum illum Apostoli 1. Tim. 5. *Adolescentiores viduas devita, cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt;* aliter non posset Hæreticus eludere, oppressus & rationibus & auctoritatibus, ait: *vocabulum κρίμα non significare semper condemnationem, eámque æternam à Deo factam, ut semper ponatur pro κατάκριμα.* Quis verò dixit;
H κρίμα semper significare talem condemnationem? Satis mihi est, quòd hoc loco ejusmodi damnationem significat, ùt apparet ex omnibus circumstantiis, & loci illius Apostolici particulis, & ex testimonio & explicatione plurimorum & antiquissimorum Patrum: & ex aliis sacrarum litterarum locis; ubi κρίμα, latinè *damnatio*, accipitur pro pœna seu obligatione, & adjudicatione ad

A ad pœnam coram tribunali Dei, non pro infamia coram hominibus, ùt tu nugaris. Quare non refutâsti mea argumenta? id longè satius fuisset, quàm quòd, adductis scripturæ quibusdam locis, probas, quod probatione non eget, cùm ultrò tibi concedatur.

B Quòd verò Apostolus ait: *quasdam viduas retrò post Satanam conversas esse; de nuptiis intelligi non potest*, inquit Misenus. *Nam nubere idem esse, quod Satanam sequi, vix Satanas ipse dixerit.* Duplices sunt nuptiæ, Misene, quædam veræ & permissæ; quædam innuptæ & impermissæ; Nuptiis prioris generis se obstringere, non est Satanam sequi; nuptiis secundi generis se illigare, aut illigare velle, est Satanam sequi: quod ne ipse quidem Satanas negaverit. Ad has nuptias inconcessas, pertinebant viduarum illarum nuptiæ, quæ nubendo fidem Deo datam de perpetua castitate servanda, violabant; ad has pertinent etiam nuptiæ Lutheri, & similium refugarum, quorum matrimonia nihil aliud sunt, quàm scortationes, pulchro matrimonii vocabulo velatæ. Detrahe speciosæ appellationis fucum, & invenies, non uxorem, sed meretricem; non maritum, sed Apostatam

C sacrilegum: *non possum quidem dicere:* inquit S. Augustinus, *à proposito meliore lapsas, si nupserint, fœminas, adulteria esse non conjugia: sed planè non dubitaverim dicere, lapsus & ruinas à castitate sanctiore, quæ vovetur Deo, adulteriis esse pejores. Si enim, quod nullo modo dubitandum est, ad offensionem Christi pertinet, cùm membrum ejus fidem non servat marito, quanto graviùs offenditur, cùm illi ipsi non servatur fides in eo, quod exigit oblatum, qui non exegerat offerendum. Cùm enim quisque non reddit, quod non imperio compulsus, sed consilio commonitus vovit: tantò magis fraudati voti auget iniquitatem, quanto minùs habuit vovendi necessitatem. Si inter decem testes confectis sponsalibus*, inquit S. Ambrosius, *nuptiis consummatis, quævis viro fœmina conjuncta mortali non sine magno periculo perpetrat adulterium, quid putes fore, si inter innumerabiles testes Ecclesiæ, coram Angelis, exercitibus cæli, facta copula spiritalis per adulterium solvitur? Nescio, an possit ei digna mors, aut pœna cogitari.*

S. August. lib. de bono viduit. c. 11.

S. Ambros. ad virg. lapsam cap. 5.

D Nec verum est, quod ais; *Viduas istas adigi ab Apostolo ad nuptias:* Quomodo enim ad nuptias adigeret ille, qui omnes homines sibi cupit esse similes? *Volo autem omnes homines esse sicut meipsum:* Ergo illa verba; *volo juniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse:* non intelliguntur de iis viduis, quæ jam se Deo per votum consecrârant; has enim, etiam nubere volentes, in damnationem incidere, testatur Apostolus; sed intelliguntur de viduis, quæ, ùt alibi loquitur S. Paulus, *potestatem habent suæ voluntatis*; quippe nulla voti religione obligatæ: Et hoc quoque dicit, *secundùm indulgentiam, non secundùm imperium:* quo item sensu alibi scripserat; *propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat; & unaquaeque suum virum habeat:* & plura in eandem sententiam: *Quomodo virginibus ob fornicationis periculum concedit nuptias*, inquit S. Hieronymus, *& excusabile facit, quod per se non appetitur, ita ob eandem fornicationem vitandam, concedit viduis secunda matrimonia. Nuptiarum bonum*, inquit S. Augustinus, *Apostolica sobrietate, & auctoritate commendat, non procreandi officium etiam eis, quæ continentiæ bonum capiunt, tanquam ad obsequelam legis, imponit. Denique* F *cur hoc dixerit, pandit, cùm adjungit & dicit: nullam occasionem dare adversario maledicti gratia. Jam enim quædam conversæ sunt retrò post Satanam: ut his verbis ejus intelligamus, eas, quas nubere voluit, meliùs posse continere, quàm nubere: sed meliùs nubere, quàm retro post Satanam ire; id est, ab illo excellenti virginalis vel vidualis castitatis proposito in posteriora respiciendo cadere & interire. Proinde quæ se non continent, nubant, antequam continentiam profiteantur, antequam Deo voveant: quod nisi reddant, jure damnantur. Alio quippe loco de talibus dicit: Cùm enim in delitiis egerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, id est, voluntatem ad nuptias à proposito continentiæ deflexerunt. Irritam quippe fecerunt fidem, quæ priùs voverant, quod perseverantia implere noluerunt.*

1. Corin. 7.

E

S. Hieron. lib. 1. contra Jovin.

Vide S. Hieron. epist. ad Ageruchiam.

S. August. lib. de bono viduit. c. 8.

G *Joviniani*, inquis, *dictum, de vestro cœlibatu, quidquid dicat Hieronymus, ineptum non est.* Videris stipendio conductus a Joviniano, ut causam ejus adversùs S. Hieronymum agas. Joviniani dictum hoc est: *Hoc genus* (cœlibem vitam ducentium) *nunquam in sæculo esse probatum: & novum dogma contra naturam Religionem Christianam prodidisse:* quod dictum non modò ineptum est, sed & planè falsum, ùt copiosè demonstrat S. Hieronymus, repetita omnis antiquitatis memoria: Cujus disputationem tu refutare debebas, Misene; antequam tui Joviniani dictum commendares; ut non tam Veneris, quàm veritatis amore laudâsse videreris. Sed Lutherano & Calviniano spiritu ebrius, parùm moraris, quidquid S. Hieronymus disputet: tota cogitatione ad voluptuosissimum doctorem tuum Jovinianum conversus: quem S. Augustinus vocat *monstrum:* sed hoc monstrum tibi pulchrum est; quia *bucca ejus exbent*, ùt loquit S. Hieronymus, *nitet cutis, comæ in occipitium frontémque tornantur; Protensus est aqualiculus, insurgunt humeri, turget guttur, & de obesis faucibus vix suffocata verba promuntur:* Cujus schola ex Epicuri & Aristippi hara extitit: Ubi & ille versiculus natus: *nascitur indignè, per quem non nascitur alter.* Quam pecudis, non hominis vocem, hodierni Jovinianistæ usurpare non verentur; ut mihi quidem suspicio sit, eos non esse ἡμόνες sed totos ὄνες. Quos enim alios

S. Hieron. Lib. 1. contra Jovin. cap. 26.

H

S. Hier lib. 2. contra Jovin.

A alios versus pangeret pandus asellus! Lucius ille apud Lucianum in pecus auritum transformatus; ἐγὼ μὲν, inquit, τὰ μὲν ἄλλα ὄνος ἤμην, τὰς δὲ Φρένας καὶ τὸν νοῦν ἄνθρωπος: *specie asinus eram, mente homo*, contrarium tibi & tuis evenire videtur: sub corio humano animum & sensum asininum tegitis; alioquin tam impudenter & ruditer pro voluptatibus contra castitatem non ruderetis.

B *Quòd idololatræ*, inquis, *olim fuerint cælibes, quid vestram causam juvet, non video.* Facilè credo, te non videre, quia ad hanc tantam honestatis lucem talpa es. At vidit S. Hieronymus, qui inde Joviniani tui imposturas doctissimè redarguit, perspicuisque argumentis demonstravit, virginibus & virginitati semper eximium honorem apud omnes gentes habitum, & omnibus venerationi fuisse. Videmus & nos, quid ejusmodi exempla, adversus vestra commenta, nos juvent: si enim Ethnici in tanta rerum cœlestium caligine & ignorantia, castitatem religiosè servarunt & coluerunt; qua fronte asseritis, castitatem servatu esse impossibilem, hoc gratiæ & Evangelii tempore, ubi tot spiritui adversùs carnis illecebras adminicula suppetunt; ubi castè viventibus tanta præmia promittuntur; ubi via ad castimoniam veniendi non ùt olim paucorum trita pede, sed infinitorum, qui per eam ingressi sunt,
C calcata est & æquata vestigiis? Quo ore tuus ille Lutherus, ea pronunciata de castitate effudit, quorum similia nunquam prodiêrunt ab ullo mortalium, quantumvis perditissimo & flagitiosissimo? Periculum est Misene, ne totam disputationem S. Hieronymi & aliorum de multitudine, frequentia, & præstantia virginum, & virginitatis in Catholica Ecclesia, repellas eo telo, quo eam olim repulerunt Manichæi, edocti fortassis à tuo Fausto: *Soletis & vos*, inquit S. Augustinus, Manichæos alloquens, *cùm catholicarum vobis virginum multitudo prædicatur, dicere: Etiam mula* virgo est; quasi servare virginitatem res sit vel nulla, vel certè exigua laude digna, quippe quam mula præstet. Sed nos his Calvinisticis & Jovinianisticis mulis valere jussis, ad alia gradum faciamus.

S. August. lib. de moribus Manich.

CAPUT V.

De voto paupertatis & obedientiæ.

D QUod Dominus Juveni dixit: *Si vis perfectus esse, vade & vende, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni, sequere me*, id vult Misenus fuisse *speciale seu personale præceptum: datum homini hypocritæ & propria justitia persuasione inflato.* Ubi primò imperitè consilium cum præcepto confundit; non enim dedit juveni illi Dominus præceptum, sed consilium: *Si vis*, inquit, *perfectus esse, vade & vende, quæ habes*; qui modus loquendi non est præcipientis, sed suadentis: Secun-

Matth. 19.

E dò id, quod suasit huic juveni, suasisse Dominum omnibus, ex eodem Evangelicæ historiæ contextu manifestum efficitur. Cùm enim audivissent Apostoli tam magnificam adolescenti illi promissionem factam, simúlque non sine magna admiratione intellexissent, quantæ difficultatis esset, divitem in regnum cœlorum ingredi: voluerunt & ipsi scire, quidnam præmii ipsis sperandum esset, eò quod reliquissent omnia, & secuti fuis-
F sent Dominum. Quare Petrus omnium nomine, Christum compellans, dixit ei: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* Quibus cùm copiosissimam mercedem promisisset: subdidit generalem & ad omnes pertinentem promissionem: *Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, propter nomen meum; centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* An non his verbis pollicetur omnibus idem, quod supradicto juveni promiserat? quem cùm Misenus hypocritam vocâsset, respondi, non esse verisimile, futurum fuisse, ut Christus eum diligeret; quod testatur S. Marcus, si hypocrita fuisset: à Christo enim nullum hypocritam diligi.

G Hoc responsum ut Misenus eludat, ingeniosè duplex genus hypocritarum statuit: *Alterum*, inquit, *simulat studium pietatis, & occultè genio indulget; alterum, honestius aliquantò; quod seriò virtutes colit, ac seriò sibi persuadet propter opera bona sua cælum sibi datum iri: illos Christus odit, hos diligit: quia facilè in viam revocari possunt: si ad Christum confugiant.* Pulchra distinctio, quam haud gravatè comprobarem, si hypocrisis virtus esset, non vitium: Quia verò omnis hypocrisis vitium est, & omnis hypocrita vitiosus (quippe qui aliud præ se ferat, quàm in pectore clausum teneat) vix distinctioni tuæ fidem conciliabis, nisi demonstres, vitiosos à Christo diligi: hoc enim si ostenderis, tum in gratiam tuam non invitus credam, hypocritas secundi generis à Christo diligi: aut si fortè hoc demonstrare nimis tibi arduum
H accidet; contentus ero, si doceas, illum, qui propriæ justitiæ persuasione & opinione singularis perfectionis inflatus est, (ita enim hypocrita secundi generis à te depingitur) esse probum & bonum hominem: nam si tali persuasione & existimatione tumescere, virtus est, non vitium; non inficiabor, hujusmodi hypocritam à Christo amari; omnis enim virtute præditus, amatur à Christo: At si adeò magnificè de se sentire & loqui, manifestæ arrogantiæ & impudentiæ argumentum est: quo tu ore dicis, talem, huc est, arrogantem & impudentem à Christo amari? cúmque amaverit adolescentem illum, necessariò conficitur, eum ab hoc turpi vitio vixisse immunem: nec fuisse hypocritam, ne secundi quidem generis, quod ex tuo

A tuo cerebro ineptè nobis extundis: nam hypocrita ex ipsa vi & notione nominis est is, qui aliud simulat, externis actibus, & aliud mente tegit: aut etiam exteriùs aliud agit; sed occultè & absque arbitris, quàm agat publicè, & aliis inspectantibus. Qui verò propriæ justitiæ opinione inflatus est, & certò sibi persuadet propter sua opera cœlum sibi donatum iri, is non aliud simulat externis actibus, aliúdque mente celat: sed quod animo tegit, ore prodit, & palàm præ se fert: non est igitur hujusmodi homo hypocrita, sed potiùs arrogans & superbus: Distinguuntur autem arrogantia & hypocrisis, tanquam specie diversa vitia.

B Sed video, cur adolescentem illum adeò insecteris, & propriæ justitiæ opinione inflatum clamites; quia non fuit Calvinianus, nec à Christo Calvinisticum responsum ad quæstionem suam accepit; quod ut clariùs elucescat, totum illud cum Christo colloquium percurrere juvat. Ita ergo S. Matthæus.
Matth. 19. Marci 10. Lucæ 18. *Et ecce unus accedens*, (vel ùt habet S. Marcus, *procurrens quidam genu flexo ante eum*) ait illi: *Magister bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam? dixit illi: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata:* Si quis ex Luthero aut Calvino sciscitatus fuisset; *Quid boni faciam, ut habeam vitam æternam?* Expeditè respondissent; nihil facias: Nam bona opera potiùs impediunt à vita æterna, quàm ad illam promoveant: aut certè dixissent; *Si vis ad vitam ingredi, crede, & salvus*
C *eris.* Non ita Dominus, sed, *serva mandata. Dicit illi, quæ? JEsus autem dixit, non homicidium facies &c. & diliges proximum tuum sicut teipsum. Dixit illi adolescens: omnia hæc custodivi à juventute mea.* Præclarè, etsi non Calvinianè, aut Lutheranè. Nam si adolescens ille fuisset Calvinianus aut Lutheranus, sine mora respondisset: *Domine, hæc præcepta observatu sunt impossibilia; à nemine impleri queunt: mentitur, qui ea se custodire profitetur: qua igitur ratione per observationem mandatorum, quæ mihi est impossibilis, ad vitam æternam pertingam?* Nihil horum adolescens ille, quem S. Lucas vocat *Principem*: sed, *hæc omnia observavi à juventute mea.*

D *JEsus autem intuitus eum, dilexit eum: & dixit ei, unum tibi deest, &c.* Non ita Calvinus, Lutherus aut Misenus egissent cum hoc juvene, sed oculis torvà tuentibus eum aspexissent, & apagè confidentissime & arrogantissime hypocrita acclamâssent. *In peccatis natus es totus*, & mandata Dei te implêsse jactitas, quæ nemò mortalium unquam servavit; sed nec servare potest, cùm sint *servatu impossibilia. Vide arrogantiam hujus adolescentis: potest quis, inquit, mandata Dei verè & integrè servare, nemo ita unquam dicere ausus est.* His & id genus aliis clamoribus, juvenem illum excepissent, vel potiùs sibilis

E exsibilâssent. Non ita Dominus: *sed intuitus eum, dilexit eum;* ob animum illum mandatorum Dei tam observantem. Quocirca adjecit: *adhuc unum tibi deest, si vis perfectus esse; vade, omnia, quæcunque habes, vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me.* Hoc consilium Calviniano & Lutherano Evangelio è diametro repugnat. Nam si adolescens ille Calvini consilium exquisivisset, utique audito adolescentis de observatione mandatorum Dei responso; non dixisset Calvinus: *adhuc unum tibi deest;* sed omnia adhuc tibi desunt: Cares fundamento veræ fidei: toto cœlo aberras à via ad cœlum: putas, te observâsse mandata Dei:
F Falleris, nunquam observâsti, quia observari nequeunt, non ergo unum duntaxat, idque ad majorem perfectionem pertinens, tibi deest, sed omnia adhuc desunt: itaque mutata velificatione, si vis ad vitam ingredi, nihil boni operare: mandata Dei impossibilia cense; & si quo perfectionis desiderio teneris, vade & retine omnia, quæcunque possides; nec vendas, nec in egenos distribuas; non enim habebis thesaurum in cœlo ob facultates in egenorum subsidium effusas; cùm nulla sint nostra apud Deum merita, nulla decreta operibus nostris merces: sed tantùm crede, & habebis thesaurum in cœlo, nec illud credas esse verum;
G *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Non deserendo hæc omnia, sed retinendo, præsertim uxorem, si habeas, aut si non habeas; sine mora ducendo; vitam æternam possidebis. Hæc & similia Lutheranum & Calvinianum Evangelium, quæ cùm directè repugnent iis, quibus hunc adolescentem Dominus erudivit, & iis, quæ postea cum Apostolis, occasione hujus adolescentis, disseruit; non mirum, si vestro palato tota hæc actio minùs arrideat: quia nihil minùs, quàm Calvinum aut Lutherum olet.

H *Valde bellum est*, inquis, *quòd Monachorum paupertatem cum primitiva Ecclesia communione confert.* Non ego tantùm, sed & sancti Patres conferunt, nec tu habes, quod huic collationi opponas, præter anilia nugamenta. *Singulis dividebatur, prout cuique opus erat*, inquit S. Lucas inter cætera. Tu sacri historici egregius glossator: *scilicet singulis quinque mensura vini, ùt factitatum fermus in monasteriis.* Mi Misene, si ratio Monastici Ordinis consisteret in quinque mensuris vini; auderem, quovis deposito pignore, certare, te quoque è vestigio monachum futurum. Videris enim ex eorum natione, *quorum anima*, ùt quædam glossa ait, *non libenter habitat in sicco;* loco hymnorum matutinorum & vespertinorum, quos Monachi ex B. Davide decantant, tu modulareris hymnos Orphei & Homeri in Bacchum, Ce-

A rerem, & Matrem Acidaliam; & loco versiculorum, accineres hæc ex Mantuano vate: *Huc ades ô Lenæe (tuis hic omnia plena muneribus, tibi pampineo gravidus autumno floret ager: spumat plenis vindemia labris) Huc pater ô Lenæe, veni, nudatáque musto tinge novo mecum direptis crura cothurnis.* Quòd si ùt olim Heicetæ Monachi, de quibus Damascenus, cum Monacharum cætu simul tripudiis & saltationibus vacare posses: tum demùm ab omni parte beatus Bardocucullus esses.

Damascen. lib. de Hæres.

B Cæterùm, quòd Fuldæ (jam enim tandem nominas locum) tam malè acceptus es ab hospite, ídque culpa Jesuitarum, qui omnes aviculas, perdices, & gallinas, quotquot erant Fuldæ, eo die coëmerant; multas ob causas vehementer doleo tuam vicem, quia sine dubio iter illac ex Saxonia faciens, ùt ais, & fessus de via, admodum esuriebas; nec aliter fames illa eximi poterat; nisi aviculis, perdicibus, & gallinis. Sunt enim famis varia genera, nec quævis quovis placatur: sed unaquæque eo, quod appetit, placari cupit. Mala profectò ave ingressus es viam eo die, quæ tibi omnes aves negavit. Apud Plautum, si rectè memini, augurium capit Parasitus quidam de futuro prandio, aut cæna ex fumo. Cur tu iter faciens, ex avium volatu manè non captas, quid tibi circa meridiem, aut vesperam de avibus sit

C sperandum. Si auguriorum & auspiciorum tantus es contemptor, ut aut absque auguriis & auspiciis, aut contra illa pugnare audeas, mirari non debes, si res ex animi sententia non cedat. Sed quare non explicâsti necessitatem, in qua versabare, Jesuitis Fuldensibus, qui eo die, quo Fuldam inauspicatò delatus es, longè majus epulum instruxerant, quàm fuerit illud Regis Assueri: haud gravatè te aliqua alicujus aviculæ portiuncula adspersissent propter singularem illam tuam in nostrum Ordinem benevolentiam; Si quando Ingolstadium veneris, & in similem ærumnam incideris; cave, de nostra humanitate dubites; mitte quàm primùm ad collegium; faxo *habeas muranas ex freto Siculo, & Mæandri anguillas; & qui in Melo sunt, hædos; & qui in Schyatho, mugiles; Pelori conchas, & Abydena ostrea; & Manas, quæ sunt in Lipara; & rapum Mantinæum, & Betas apud Ascræos, & pectines Methymnæos, & soleas Atticas, & turdos Daphnios, & caricas Chelidonias, Phasidis aves, attagenas Ægyptias, &*

D *Medicos pavones.* Quid vis amplius? Non video, quid amplius meritò desiderare queas, quamvis sis ex eorum hominum numero, *qui vivunt, ut comedant;* quod, ùt inquit Clemens Alexandrinus, *commune habent cum brutis, quibus nulla alia, quàm venter, vita.* Si tamen necdum, quæ nominavi, cupiditatem tuam explent, adi Φαγητικὰ piscium genera, quæ, ùt Apulejus ait. Q. Ennius versibus innumerabilia scripsit: Et inde cape, quæ palato tuo maximè grata: Sed nec erres, *apriculum piscem primum scito esse Tarenti.*

Clemens lib. 2. Pædag. cap. 1.

Apul. Apolog. 1.

E A mercatoribus, qui tecum infelicibus illis epulis accubuerunt, mercari nihil lubet: pro vero enim falsum darent, mercati idipsum à suo hospite; quem tu nominare non audes, ne Fulda in Hispaniam *ad Inquisitionem* à Jesuitis transmittatur: satis commentorum tu mihi vel reluctanti obtrudis, & jam cum illo apud tuum Lucianum: *ἡδέως δ' ἂν ποθεν ἐπὶ πολλῷ ἐπριάμην ληθεδανόν τι φάρμακον ὧν ἤκουσα, ὡς μήτι κακὸν ἐργάσηταί με ἡ μνήμη αὐτῶν, libenter vel magno pretio compararem mihi medicamentum, quod tot mendaciorum oblivionem induceret, ne fortè memoria eorum damni aliquid procreet.*

F Hoc pharmaco abolerem etiam figmentum tuum de Decano, in celebri quodam Lusatiæ oppido, qui in quadragesima quatuordecim genera *delicatissimorum pisciculorum convivis apposuit*, inter quos, nisi tu *pisciculos* nominares, suspicarer, fuisse etiam illum piscem, de quo Athenæus, *ostreo similem, grandem, oblongum, carne intus ampla, candida, odoris apprimè suavis, ex cujus ossibus, quæ alba sunt, fiunt inaures, monilia & armillæ brachiorum, pedúmque ornamenta apud Medos, Persas & Asiaticos* (fortè etiam apud Lusatios) *pluris æstimata, quàm quæ ex auro conficiuntur.* Felices convivas, qui & saturi, & hujusmodi apophoretis donati abiêrunt. At quod addis: *Decanum illum hoc fecisse, ut illuderet legibus jejunii in quadragesima;* id à vero abhorrere censeo. Nam qui legibus Ecclesiæ illudere volunt, ii more vestro, *tergora diripiunt costis, & viscera nudant, verubúsque trementia figunt*, & cum Ergasilo tuo *totum cum carne carnarium deturbant; jus dicunt larido, & quæ pendent indemnatæ pernæ, eis auxilium ferunt*, Carniúmque struicibus mensas onerant; *implentur veteris Bacchi, pinguísque ferinæ.*

Athen. lib. 3.

G *Inter has delicias*, inquis, *facilè credo ab esu carnium se quis abstinebit.* Valde dubito de tua facilitate, & omnium Hæreticorum: quandocunque enim die prohibito cum piscibus carnes apponuntur; ipsi ad carnem manus porrigunt; juxta illud: *Nitimur in vetitum.* Ajunt Philosophi, *nutrimentum debere esse simile ei, quod nutritur:* nil ergo mirum, si carnalis Calvinista, ad dapes carnales ruat. Vetus & vulgatum hic valet; *similis simili:* propone bovi inter quatuordecim genera delicatissimorum pisciculorum illius tui Decani, manipulum aut fasciculum fœni; videamus, num delicatissimos illos pisciculos, an verò fœnum sit electurus & esitaturus.

H Nunc ad obedientiam: Ais; *de obedientia tua tu videris.* Hactenus, ut de obedientia mea sollicitus essem, causæ nihil erat, quia tu id mihi non mandaveras; postquam autem jam mihi curam obedientiæ meæ commit-

A mittis, curabo sedulò, ne quid incuria mea negligam: & hoc inprimis ad meam curam spectare arbitrabor, *ne serviam Papa propter ventrem*, quod me facere ais: Crede mihi, si animus esset servire alicui propter ventrem; servirem eidem, cui tu servis; Calvino nimirum, aut Luthero; aut simili hero cum *collativo ventre: atque herbeis oculis*: quorum symbolum hoc: *si ventri benè, si lateri est pedibúsque tuis, nil divitia potuerunt cœlestes addere majus.*

B Ut Institutum Ordinis S. Benedicti (de quorum votis insulsè scripseras) meliùs intelligeres, misi te ad secundum librum Dialogorum S. Gregorii. Quid tu? *ei perlegendo, modò otium non est.* Quod responsum toties das, quoties ad veteres aut recentiores auctores te ablego. Ut calumnieris & mentiaris, satis supérque otii reperis: ut aliorum monumenta evolvas, quæ necessariò evolvenda sunt, si argumentum, quod proposuisti, tractare & exequi velis, non impostoris, sed viri eruditi ritu; tempore & otio destitueris. Quid ergo agis? Misene, procul abes ab illo, cujus hæc vox; *Nullus mihi per otium dies exit, partem noctium studiis vendico, non vaco somno, sed succumbo, & oculos vigilia fatigatos, cadentesque in opere detineo. Tempore Hieronymi*, inquit Misenus, *Monachi fortasse fuerunt tristes, pallidi, sordidati; hoc nostro tempore sunt crassi, nitidi, sues &*

C *canes.* Assentior, si loquaris de tuis Monachis, hoc est, de Luthero, Munstero, Bucero, Martyre, Richero, Oecolampadio, Ochino, & quem vel primo loco nominatim oportuit, Joviniano tuo: sunt enim Epicuri de grege porci, *buccis tumentibus loquentes, inflata verba trutinantes, repromittentes in cœlis libertatem, cùm ipsi corruptionis, servi sint, atque luxuriæ, canes revertentes ad vomitum suum; & sues lota in volutabro luti.* Nam cùm Monachi fuerint, & *post sordidam tunicam, & nudos pedes, & cibarium panem, & aqua potum, ad candidam vestem, ad nitidam cutem, ad mulsum & elaboratas carnes, ad jura Apitii & Paxami, ad balneas quoque & fritillas & popinas se contulerint: manifestum est, quòd terram cœlo; vitia, virtutibus; ventrem pratulerint Christo.*

S. Hier. lib. 2. contra Jovin.

D De Catholici nomine cùm loqueris, misereor tui, adeò miserè loqueris: sed ignosco; non poteras aliter. *Catholicum istud*, inquit Pacianus, *nec Marcionem, nec Apellem, nec Montanum* (nec Lutherum, nec Calvinum) *sonat, nec Hæreticos sumit auctores. Certè non est ab homine mutuatum, quod per sæcula tanta non cecidit.* Ut res ipsa Hæreticos vos esse taceret; clamaret illud Catholici vocabulum; nam si vestra Ecclesia est Catholica; ostendite illam per orbem totum *radios suos porrigere; ostendite illam per universam terram ramos suos copia ubertatis extendere. Hinc enim & Graco vocabulo Catholica nominatur. Quod enim gracè ὅλον dicitur, latinè totum vel universum interpretatur. Per totum ergò, sive secundum totum est, καθ᾽ ὅλον; unde Catholica nuncupatur: si hoc nôsti, quare te nôsse dissimulas? si autem ignoras, quare non priùs, quàm loqueris, quod nescis, eos, qui nôrunt, interrogas? Quod si displicet tibi, non græcam, sed aliquam linguam inveni, qua doceas καθ᾽ ὅλον non per totum sive secundum totum, vel secundùm universum significare.* Sed *diversorum Hæreticorum Ecclesiæ ideo Catholica non dicuntur, quia per loca, atque per suas quasque provincias continentur; hæc verò* (nostra) *à solis ortu usque ad occasum, unius fidei splendore diffunditur.*

Pacian. epist. 1.

S. August. lib. 3. contra Gaudent. cap. 1.

E

S. August. serm. 131. de tempore.

F Et licèt cùm Hierosolymis, & in Judæa nata est, & promulgata, nondum totum orbem terrarum occupârit, Catholica tamen erat; quia mox totum orbem occupatura erat; & illi, qui eam sequebantur, Catholici erant; hoc ipso, quòd doctrinam ex Prophetarum oraculis universum terrarum orbem occupaturam, profitebantur, & hac appellatione orthodoxi ab omnibus Hæreticis distinguebantur, simul atque Hæreses & Hæretici extiterunt: quod factum, non modò, post Apostolorum mortem, sed & ipsis Apostolis adhuc viventibus; nec negat hoc Pacianus; sed Symphoriano *Catholici* nomen temporibus Apostolorum usitatum non fuisse contendenti, per concessionem, notam Rhetoribus figuram, non refragatur: *Esto*, inquiens, sic fuerit, *vel illud indulge;*

G *cùm post Apostolos hæreses extitissent; diversisque nominibus columbam Dei atque Reginam lacerare per partes & scindere niterentur: nónne cognomen suum plebs Apostolica postulabat, quo incorrupti populi distingueret unitatem, ne intemeratam Dei virginem error aliquorum per membra laceraret? Nónne appellatione propria decuit caput principale signari? Ego fortè ingressus populosam urbem, cùm Marcionistas, cùm Apollinariacos, Cataphrygas, Novatianos* (Calvinistas, Lutheristas, Anabaptistas) *& cæteros ejusmodi comperissem, qui se Christianos vocarent, quo cognomine congregationem mea plebis agnoscerem, nisi Catholica diceretur? Nostra enim Ecclesia Catholica nuncupatur, non solùm à suis, sed etiam ab omnibus inimicis. Velint enim, nolintve, ipsi quoque Hæretici & schismatum alumni, quando non cum suis, sed cum extraneis loquuntur, Catholicam nihil aliud, quam Catholicam vocant. Non enim possunt intelligi, nisi hoc eam nomine discernant, quo ab universo orbe nuncupatur.*

S. August. lib. de vera Relig. c. 7.

H At quod Vincentius Lirinensis ait; Catholicum id censendum, *quod ab omnibus creditum est;* id tibi stomachum movet. *Quid est*, inquis, *quod ab omnibus creditum est? de religione loquor;* Si de omnibus loqueris mathematicè; & ut logicè loquar; in individuo; nihil est, quod ab omnibus creditum fuerit. Si autem loqueris de omnibus nationibus & regionibus, tum falsum est, nihil ab omnibus creditum fuisse; nam id, quod hodierna die docet Romana Eccle-

A ſia, ab omnibus creditum eſt; & quod hinc conficitur; id, quod ipſa docet, *Catholicum eſt;* quia toto terrarum orbe diffuſum eſt. Oſtende mihi tuæ ſectæ terminos, *à mari uſque ad mare* perpetuò fuiſſe prolatos, ídque *ſemper* & *ubique* creditum, quod tu, Calvino auctore, credis, téque lubens, ùt Catholicum ſalutabo & honorabo.

B *Antiquitas*, inquis, *nihil valet ſine doctrinæ veritate & puritate.* Fateor, antiquitatem veritatis præſidio deſtitutam, nihil valere, ſed proba antiquitatem ſedecim ſæculorum, quam novitati veſtræ objicimus, veritate & puritate deſtitui. *Nuſquam invenitur veritas & puritas*, inquis, *niſi in propheticis & Apoſtolicis ſcriptis.* Cur ergo credam aut tuis, aut Calvini, aut Bezæ ſcriptis; ſi nulla in eis veritas, nulla puritas? Veniam dabis diſſentienti, Miſene, quia, ut dictis tuis fidem abrogem, tu ipſe mihi auctor es; obtemperabo igitur, & nihil, aut parùm tibi credam. Sed audi Miſene: ſi veritas & puritas nuſquam habitat, niſi in propheticis & Apoſtolicis dictis; ergo Prædicantes veſtri cùm concionantur, ſine veritate & puritate concionantur: quia nec Prophetæ ſunt, neque Apoſtoli, ùt ipſemet alicubi ingenuè confite-
C ris. Veritas & puritas, Miſene, reperitur in Prophetis & Apoſtolicis ſcriptis, ùt in mari; in antiquitate, hoc eſt, in veterum Patrum & Doctorum monumentis, tanquam in rivis inde deductis: nec aliter intelligere poſſumus, num ii, qui ſe gloriantur veritatem, puritatémque propheticam & Apoſtolicam ſequi: revera eam ſequantur; niſi per antiquitatem cum ea ſeſe conjungant: quàm primùm hac ſpreta nihilominus Prophetarum & Apoſtolorum veſtigiis ſe inſiſtere gloriantur; à vera longè ratione recedunt avii: cùm enim ab Apoſtolis, & Prophetis tot ſæculis diſtent, non poſſunt cum illis copulari; niſi per interjectam antiquitatem; ſicut lux vicina terræ connecti nequit cum ſole, niſi per lucem intermediam, & uſque ad ipſum ſolem perpetua ſerie continuatam.

D *Apoſtoli*, inquis, *& Prophetæ ſunt patres & majores noſtri.* Ita quidem vos exiſtimatis & jactatis; ſed ſi Apoſtoli & Prophetæ interrogentur, non aliud vobis reſponſum dabunt, quàm illud, quod dedit Dominus Judæis. *Vos ex patre Diabolo eſtis.* Si Patres veſtri ſunt, oſtendite ſucceſſionem; oſtendite, per quos atavos, abavos, proavos, avos, patres, à remotiſſimis illis majoribus deſcendatis. Depingite nobis, ùt Canoniſtæ ſolent, arborem conſanguinitatis veſtræ. Facite, quod nobiles familiæ faciunt, cùm à prima origine genus repetunt. A S. Petro uſque ad Calvinum ſtemma veſtrum, ſerie non interrupta, deducite: ſi hoc præſtare nequis; tam parùm credam, patres & majores tuos eſſe Apoſtolos, quàm parùm tibi crederem, ſi te ex familia Caroli Magni eſſe E
jactitares: nec tamen hujus tuæ aſſertionis evidentem rationem poſcenti dares.

Conſenſionem, inquis, *intelligo eam, quæ per ſpiritum ſanctum ſit diffuſa in corda fidelium;* F
adde ubique terrarum diffuſorum, & cum iis, qui ſuperioribus ſæculis vixerunt, conſpirantium: ita ut dicere queant, quod majores noſtri docuerunt, hoc docemus; quod tenuerunt, hoc tenemus; quod prædicârunt, hoc prædicamus; quod repudiârunt, hoc repudiamus; *univerſitatem*, inquis, *referimus ad capita Chriſtianæ fidei, quæ perpetuæ & Catholicæ ſunt.* Dic, oro, quænam proximo ante hoc ſæculum ſæculo fuerunt capita veſtra? nomina, quæſo te, ſingulis ætatibus uſque ad Apoſtolos aliquot capita, hoc eſt, *Doctores*, cum quibus veſtra doctrina universè conſentiat. Dic ſodes, antequam G
Calvinus aut Lutherus naſceretur, ubi erant Doctores Lutherani & Calviniani? ſi nomines Huſſium, aut Wickleſum, ſtatim petam alios, donec ad Apoſtolos perveniamus: nec diſquiram, utrum, ſi unum aut alterum ſequimini, idcirco univerſitatem ſequamini: quia duo non ſunt univerſi. Et ut maximè univerſitatem eorum ſequeremini; qui ſemper ab Orthodoxis pro Hæreticis ſunt habiti, nihil aliud inde conficeretur, quàm vos quoque Hæreticos eſſe, utpote Hæreticorum diſcipulos & ſectatores gnavos. Idem tibi reſponſum volo, ſi per capita Chriſtianæ fidei intelligis doctrinam. Oſtende doctrinam, quam Lutherus aut Calvinus tradit, fuiſſe univerſalem, & ab omnibus creditam proximo ab utriuſque ortu ſæculo, aliiſque conſequentibus, uſque ad Apoſtolorum ævum.

CAPUT VI.

De cauſis, quibus Ribadeneira impulſus ad ſcriptionem vitæ B. P. Ignatii acceſſit.

PRima cauſa eſt, ſtudium obedientiæ, ut H
morem gereret iis, qui id Chriſti loco præcipiebant: quos qui audit, Chriſtum audit, qui ſpernit, Chriſtum ſpernit; juxta illud Domini ad Apoſtolos. *Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit. Hoc mandatum Chriſti*, inquit Miſenus, *refert ad omnes, qui præſunt, nimis generaliter.* Cur non referrem ad omnes, qui præſunt legitimè, *cùm non ſit poteſtas, niſi à Deo*, ùt teſtatur Apoſtolus, cúmque ii, *qui reſiſtunt poteſtati, Dei ordinationi reſiſtant; qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirant;* & hoc propterea, quia non audiunt Chriſtum in vicario ſuo aut præcipientem aut prohibentem. Ais: *præeſt Jeſuitis pater ſuperſtitioſus, Pontifex profanus, ergo ſi hos audiunt, Apoſtolos audiunt.* Antecedens tuæ rationis falſum eſt, Miſene, nec ſuperſtitioſi, nec profani nobis

A nobis præsunt: sed religiosi patres, & Pontifices ipso munere & potestate, qua valent, sancti. Sed faciamus præesse nobis *superstitiosos & profanos:* qui eos audiret religiosa & sancta præcipientes; mala verò & profana vetantes; is non modò Apostolos, sed & Christum ipsum audiret:

B Olim Christianis præerant Ethnici magi-
Rom. 13. stratus, hoc est, *superstitiosi & profani:* & tamen de his ait Apostolus: *omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit*; & eundem magistratum ter, eodem loco, ministrum Dei appellat. Ex quo perspicuum, etiam superstitiosum & profanum, cùm justa & rectæ rationi consentanea mandat, audiendum; in eóque potestatem à Deo acceptam, imò ipsum Deum honorandum & suspiciendum esse, sicut & in Pharisæis ex Cathedra Moysi docentibus, potestatem docendi & præcipiendi honorandum Dominus dixit; licèt ipsi Pharisæi *superstitiosi* & *profani* essent.
S. August. lib. 2. contra litter. Petil. c. 51. *Nunquid Dominus JEsus*, inquit S. Augustinus, *propter Pharisæos, de quibus ait: dicunt enim, & non faciunt; Cathedræ, in qua sedebant, ullam injuriam fecit?* Nónne illam cathedram *Moysi commendavit, & illos servato*
Matth. 23. *cathedræ honore redarguit? Ait enim; Qui supra cathedram Moysi sedent, quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite. Dicunt enim & non faciunt. Usque adeò autem cœlestis Magister obedientiæ studium omnibus commendavit; ut etiam de præpositis malis*, inquit alibi
S. August. epist. 166. S. Augustinus, *plebem securam faceret; ne propter illos doctrinæ salutaris cathedra desereretur: in qua coguntur etiam mali bona dicere, neque enim sua sunt, quæ dicunt, sed Dei, qui in cathedra unitatis doctrinam posuit veritatis.*

C *Sed ne Doctor ille*, inquit Misenus, *caliginem imperitis offundat, honorificè loquendo de sua obedientia: expendat quæso lector ea, quæ à quodam Jesuita ordinis desertore, scripta sunt;* móxque recenset, quid calumniarum ille Apostata in epistolam B. P. Ignatii effuderit; quòd à Societatis hominibus exigat Ignatius obedientiam, quæ non modò subditi voluntatem, sed & judicium cum voluntate, &
D judicio superioris conformet. Verùm jam dudum ostendi Miseno, Patrem nostrum Ignatium nihil novi tradidisse; sed id, quod jam olim à SS. Patribus, nominatim à S. Basilio scriptum & præceptum erat, repetiisse, nobísque præcepisse. Cur Misenus aut subsidiarius ejus, desertor Ordinis, argumenta, quibus id probavi, non refutat? cur solo silentio rem transigit? Cæterùm quòd Apostata ille obedientiam religiosam, & perfectam insectatur; quid mirum? *Feruntur sem-*
S. Cyprian. epist. 49. *per mali suo furore dementes*, inquit S. Cyprianus, *& posteaquam scelera fecerint, conscientia ipsa sceleratæ mentis agitantur:* Et fanda infanda insanorum more evomunt; *Nec remanere in Ecclesia Dei possunt, qui Deificam & Ecclesiasticam disciplinam, nec actus sui conversatione, nec morum pace tenuerunt.* Quod E
Hipparcho, cùm à schola Pythagorica descivisset, Lysis, ejusdem scholæ alumnus; & cuidam alteri in deterius demutato, S. Gregorius Nazianzenus, τέθνηκάς μοι: *Mortui loco te habeo;* id huic tuo desertori, quivis æquus lector occinet.

Porrò quòd S. Basilii *Ascetica*, tanquam F
spuria rejicis, agnosco Calvinianum genium. Sed ne id temerè videaris fecisse, duo argumenta affers, sanè quàm efficacissima: Primum est stylus; *qui videtur jejunior & siccior, quàm ut ubertati & elegantiæ Basilianæ respondere videatur.* Parùm abest, quin tibi assentiar, Misene; stylus ille in *Asceticis* jejunior est & siccior; quia multùm versatur circa jejunia & xerophagiam seu siccorum esum, & jurulentorum abstinentiam. Quis non animadvertat jejunitatem & siccitatem styli, qui nihil de lautis dapibus & vino Chio, Massico aut Falerno, sed tantùm de jejunio; aut si multum, de pane, leguminibus, & aqua; quæ tamen siccitatem istam Calvinisticam non tollit. Vinum affundatur oportet pellendæ ariditati; & quidem elegans & copiosum, ut ubertati & elegantiæ Calvinisticæ respondeat. Non dubito, tua sententia, jejunum & siccum videri omnem illum stylum, qui aliquid de jejunio agit.

Alterum argumentum ducitur ab eorum G
auctoritate, qui Evagrium Monachum auctorem horum esse volunt. Sed quinam illi? Cur non nominas? Forsan metuebas, ne si nominares, tu unà cum illis exploderis, quòd tui similes essent, homines, quos stylus jejunior & siccior, hoc est, qui de jejuniis disserit, valdè parùm delectat. Inspexi Gennadium, Evagrii magnum admiratorem, imò & interpretem: is Ascetica Basiliana Evagrio suo minimè adscribit. Verba Gennadii hæc sunt; (attexam enim, ut tuis auctoribus auctoritatem detraham.) *Scripsit multa Monachis necessaria; è quibus ista sunt.* Attende Misene; num Ascetica S. Basilii, stylo nimis jejuno & sicco scripta, reperias. *Adversus octo principalium vitiorum suggestiones, octo ex sanctarum scripturarum testimoniis opposuit libros, composuit & Anachoretis simpliciter viventibus librum centum sententiarum per capitula digestum; & eruditis ac studiosis quinquaginta sententiarum.* Hæc Gennadius. H
Prior liber non potest esse ille Basilii, qui inscribitur; ὅροι κατὰ πλάτος κατ' ἐρώτησιν καὶ ἀπόκρισιν; quia hic tantùm continet capita quinquaginta quinque: posterior non est ille S. Basilii, cui inscriptio: ὅροι κατ' ἐπιτομήν, quia iste complectitur capita tredecim supra trecenta: at Evagrianus habet tantùm quinquaginta. Nec dicere licet, quòd Evagrianus quinquaginta sententiarum, sit ille Basilianus quinquaginta quinque: tum quia numerus non convenit; tum quia Evagrianus ille erat duntaxat pro doctis conscriptus: at Basilianus pro omnibus: multóque

minùs

A minùs verisimiliter affirmabis illum Basilianum tredecim & trecentorum capitum esse, Evagrianum centum duntaxat capitum; cum quia numerus nimiùm distat; cum quia Evagrianus ille pro simpliciter tantùm viventibus compositus erat, teste Gennadio; at Basilianus omnibus servit. Quid ergo tu de Evagriu garris, & cujus auctoritate fretus?

B Jam dudum monui te, ut auctores cites nominatim, quò dispicere liceat, cujus sint fidei & auctoritatis. Nam si Erasmum quempiam, aut similem de genere eodem Nasonem Criticum afferas, qui sagacissimè stylos jejuniores & ficciores odorantur, tu ipse scis, aut scire saltem deberes, quanti eorum sit apud nos auctoritas, & quàm omnem operam ludas, cùm eos ad nos citas. Extant quidem in veteri editione latina S. Basilii centum capita de Institutione Monastica, interprete Rufino. Sed iste liber centum sententiarum non est ille Gennadii; quia ipsemet Rufinus, eum, quem transtulit, ait esse S. Basilii, in præfatione, quam interpretationi præfixit. C Secundò, idem liquet ex Gennadio, quia dicit se primum fuisse, qui opus Evagrii centum sententiarum, & aliud quinquaginta sententiarum in latinam linguam transtulerit: non est ergo illud, quod transtulit Rufinus; quia si à Rufino translatum fuisset, non dixisset se primum fuisse interpretem. Nec potuit hæc ignorare Gennadius, tantus Rufini admirator, qui eundem Rufinum sententias Evagrii in latinam linguam vertisse scribit: Sed istæ aliæ sine dubio fuot ab illis, quas se transtulisse profitetur: licèt etiam centum illa capita, quæ in veteri editione S. Basilii, feruntur, Rufino interprete; non tam videantur à Basilio scripta, quàm ex variis Basilii locis consarcinata; ùt lector intelliget, qui Rufiniana illa cum Græcis Basilianis conferre volet.

D Verùm ne te duntaxat refellam, sed & probem, Ascetica, quæ inter opera S. Basilii continentur, verè esse S. Basilii, adduco inprimis consensum totius Orientis, etiam hoc tempore: omnes enim Græci venerantur & amplectuntur hæc Ascetica, tanquam à S. Basilio profecta; præsertim Monachi. Si mihi non credis, mone aliquem ex Calvinistis, cui Italiam lustrare animus, ut, cùm Venetias venerit, colloquatur de hac re cum aliquo vel aliquibus Græcis; eorùmque sententiam ad te perscribat. Opposui etiam antea auctoritatem S. Hieronymi, qui Basilium ἀσκητικὸν scripsisse ait. Tu dicis; *Hieronymus ἀσκητικῦ mentionem facit, non ἀσκητικῶν.* Frigida defensio. S. Hieronymus totum opus, quasi unum intuitus ἀσκητικὸν appellavit; quod alii ùt in plures partes distinctum, numero multitudinis vocant ἀσκητικά; utrique rectè: sicut cùm quis historiam animalium Aristotelis, & libros historiarum Aristotelis; Historiam de plantis Theophrasti, & libros historiarum Theophrasti nominat; non diversa, sed unum & idem opus significat.

E Sed ut os non modò tibi obstruam, sed & contundam, audi Photium in Bibliotheca sua de his Asceticis in hunc modum scribentem: Ἀνεγνώσθη τῦ ἐν ἁγίοις Βασιλείῦ ἐπισκόπῦ Καισαρείας Καππαδοκίας τὰ λεγόμενα, ἀσκητικὰ, ἐν δυσὶ λόγοις. χρήσιμον μὲν τὸ βιβλίον, εἴπερ τὶ ἄλλο, ἑκάσῳ τῶν εὐσεβεῖν αἱρυμένων, καὶ τυχεῖν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν. μάλισα δὲ τοῖς ἐν κοινοβίῳ τὸν ἀσκητικὸν διαθλῦσιν ἀγῶνα. ἔχει δὲ καὶ ἀπορημάτων πολλῶν γραφικῶν, ὅσα συνεπικοσμεῖ τὸ ἦθος ἐν συνόψει λύσεις τὲ καὶ σαφηνισμόν. F *Legi S. Basilii Episcopi Cæsareæ Cappadociæ ea, quæ vocantur Ascetica, duobus libris comprehensa: opus, si quod aliud, utile his, qui pietati student, & cælestia bona adipisci conantur: maximè verò iis, qui in cœnobio religiosam vitam ducunt: continet autem multarum ex sacris litteris dubitationum, quæ ad morum compositionem pertinent, solutionem & declarationem.* Infrà: εἶτα οἷον ὅρυς τινὰς ἀσκητικὺς ὡς ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει προηγμένυς ἐκτίθεται, τὸν ἀριθμὸν πεντήκοντα πέντε. καὶ πάλιν συντομώτερον ἑτέρυς ὅρυς τιγ´. *Deinde velut definitiones & quæstiones quasdam Asceticas ad interrogationis & responsionis formam comparatas exponit, numero quinquaginta quinque: & rursum compendiosiùs alias quæstiones trecentas tredecim.* Hæc & plura alia Photius, quæ ex amussim Asceticis S. Basilii, adhuc extantibus, conveniunt. Ad quæ tu pudenter & sapienter nil: inscienter & impudenter omnia dicere poteris, sat scio.

G Altera causa; qua Ribadeneira ad scribendum impulsus, est laus Dei. Hic Misenus; *quasi ex mendaciis putidissimis laus emanet ad Deum.* Quæsiveram, unde probet ea, quæ Ribadeneira scribit, esse mendacia: Respondet; *Unde probem, nisi ex ipso libro mendaciorum plenissimo?* Sed idem probare per idem, non est, Misene, nisi fatui. Ais: *Ea, quæ Ribadeneira scribit, esse mendacia:* petitur, ut probes. Tu sine mora insignem probationem ex latomiis Misenicis petitam adducis: *Liber Ribadeneiræ est plenissimus mendaciis: ergo quæ Ribadeneira scribit, sunt mendacia.*

H Citaveram Theodoretum dicentem, eum, qui Sanctorum historiis non credit, non credere etiam iis, quæ sacræ litteræ tradunt per Moysen, Josue, Heliam, & Helisæum gesta. Hic Misenus hæsitat, utrum verba, quæ adduxi, sint Theodoreti. Quid dubitas Calvinista? Nónne citavi locum? Aperi oculos, & inspice libros. Si tibi nullus domi Theodoretus, facilè à collega quopiam exemplar mutuò habebis. Facilè tibi Melissus, qua est humanitate, ad instructissimam bibliothecam Palatinam aditum patefaciet. Quæ hæc

A hæc ſeu imperitia ſeu improbitas, omnia in dubium vocare; *καὶ ἀκίνητα κινεῖν*, quaſi ullius ſit ingenii aut artis dicere, eum locum, qui tibi minùs arridet, non eſſe hujus vel illius auctoris? Ita olim agebat Fauſtus tuus cum Evangeliis. Ita Marcion cum Evangelio ſancti Lucæ, quod unicum recipiebat: excindebat enim & amputabat, ſi quid minùs ad ſtomachum ſuum faceret. *Verba*, inquis, *Theodoreti, ſi ejus ſunt, redolent impietatem.* Hæc tua eſt in Theodoretum, Græcorum longè doctiſſimum, reverentia; ſic etiam Neſtorio verba S. Cyrilli; Eutycheti verba S. Leonis, impietatem redolere videbantur. Non te pudet tuæ frontis Miſene? Num neſcis illud: *geminat peccatum, quem delicti non pudet?* Sed hic eſt mos eorum, quos Epicharmus *ἀσκὼς πεφυσημένυς*, *utres inflatos*, nominat: qui arrogantia tumidi, ipſos etiam pietatis Doctores pietatem docere nituntur.

B Quòd quereris de Hæreticis in Hiſpania, & alibi exuſtis, contra Magiſtrorum tuorum doctrinam agis. Nam Calvinus & Beza, exemplis & libris docuerunt, & etiamnum docent, Hæreticos ſupplicio capitali afficiendos eſſe; cum quibus ſi quæ nationes ſentiant, ídque, quod Calvinus & Beza docent, reipſa præſtent, non video, cur à Calviniſta in crimen vocentur; cùm agant id, quod Calviniſtarum anteſignani docent. Quid autem & tu & tui aliud agitis, quàm ut toti mundo Calvini & Bezæ opiniones perſuadeatis? Quòd ſi Itali aut Hiſpani Hæreticos perimunt, faciunt id etiam exemplo tuorum Britannorum, qui Orthodoxos immaniſſimè trucidant; non aliam ob cauſam; quàm quia Orthodoxiam pro Hæreſi, & Orthodo- C xos pro Hæreticis habent: Etſi ſævitiæ ſuæ crimen læſæ majeſtatis, & alia prætendunt, imitatione veterum Ethnicorum; nominatim Maximi Madaurenſis, qui, cùm neglectis Diis, coli videret à Chriſtianis Chriſtianos Martyres, ægerrimè id ferens, in hæc convicia erupit. *Quis ferat Jovi fulmina vibranti præferri Mygdonem, Junoni, Minervæ, Veneri, Veſtæque Sananem & cunctis, proh nefas, diis immortalibus martyrem Namphanionem, inter quos Lucitas etiam haud minore cultu ſuſcipitur, atque alii interminato numero diis hominibúſque odioſa nomina, qui conſcientia nefandorum facinorum, ſpecie glorioſæ mortis, ſcelera ſua ſceleribus cumulantes, dignum moribus factisque ſuis exitum maculati repererunt.* Hæc Ethnicus ille Grammaticus. Eadem tui Calviniſtici ſymmyſtæ: ſed qua fide ille; eadem & iſti.

D Parodia, quam hic texis, ex anagrammatiſmo in nomen Ignatii, aptiſſima & veriſſima erit, ſi paucis mutatis *καὶ παρῳδηθεῖσι* transferatur ad Calvinum Tartareum corporum & animorum ignem, quia;

Ut miſera horrendis flagrarent ſæcula flammis,
Rogóſque mille cernerent
Stigmatias ſubito; turpiſque furentibus auſis E
E bellicoſa Gallia
Exſtitit, hic dudum ſopitos excitat ignes,
Ignémque ſe eſſe comprobat,
Namque puto inſtinctu Satanæ triſtiſque Megæræ,
Nomen Picardo hoc inditum.
Impietatis uti conceptos mente vapores
Afflaret oris omnibus.
Utque eructaret majora incendia terris
Quàm fundit Ætna Sicelis.
Eque lacu Allobrogum properanter ad uſque Britannos
Diſcurreret fax improba.
O magnum pecus hoc ævi, tu calvus es ille
Dignus vel igne fulminis.

Habes tuam parodiam *παρῳδημένην*.

F Dixerat Miſenus, *egentes in ordinem noſtrum cooptari.* Reſpondi, hoc convicio non tam noſtrum Ordinem, quàm totam Religionem Chriſtianam feriri. De qua Apoſtolus ſub ejus primordia: *Non multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus.* (1.Corint. 1.) Quid jam Miſenus? *Ineptiſſimè verba Apoſtoli ad ſuum Ordinem detorquet. Temporibus Apoſtolicis, qui amplectebantur religionem Chriſtianam, non ad otium & lautas culinas vocabantur, ſed ad crucem & perſecutiones.* Non quæritur, Miſene, ad quid, ſed qui vocati fuerint. Alia quæſtio eſt, *qui*; alia, *cujus gratia*: Tu Ordini noſtro convicium facere voluiſti, quòd ad eum egentes confluerent. Idem convicium eodem modo cum Celſo fratre tuo in Chriſtianam Religionem conjicere potes, quia *infirmi, ignobiles, contemptibiles*, eam, teſte Apoſtolo, amplectebantur. Si egeni religionem Chriſtianam, non dehoneſtârunt; ſed quàm maximè cohoneſtârunt; cur egentes & parvuli, quibus ea revelantur, quæ ſapientibus & prudentibus ab- G ſcondita manent, noſtrum Ordinem dedecorarent, & non potiùs decorarent? Nam quod de vocatione ad otium & lautas culinas attexis, ea criminatione nemo nos appetit, præter illos, qui, ùt ait Clemens Alexandrinus, (Clemens lib. 2. Pædag.) *circa cochlear & mortarium totam vitam ſuam conſumunt: vitam ipſam vendentes, ſuper ventrem ſerpentes, beſtiæ hominibus ſimiles, ad imaginem patris ſui, edaces voracéſque belluæ, & qui eos ἀσώτυς appellârunt, bene mihi eorum finem videntur ſignificâſſe*; inquit Clemens, *quaſi vocet ἀσώσυς, hoc eſt, à ſalute alienos.* Otium ſectari nequit, cui compertum, quod omnibus Religioſis compertum eſt, Deum unicuique daturum *ſecundùm opera; non ſecundùm otia*: eundémque vocare ad denarium non ceſſatores, ínque foro otioſè ſtantes, ſed operarios.

Quòd ais, *Jeſuitas ſe comparare cum Apoſtolis*; candorem tuum deſidero; ùt & cùm H ſcribis, Ribadeneiram conferri à me cum Origene. Nihil ego unquam de hac collatione. Te cum Celſo comparavi, fateor, nec comparationis me pœnitet; aut Celſus redivivus

A divivus es ipſe, aut Celſi vivum, & ſpirans ſimulachrum; ita furma ſimili calumniatores eſtis, uti *mater, quæ mammam vobis dedit, internôſſe non poſſet;* niſi fortè malis eſſe Julianus, qui & ipſe à Chriſto & Apoſtolis, *egentes* duntaxat ad profeſſionem Chriſtianam traductos dictitabat. *Gaudebant*, ajebat ille, *ſi ancillas deciperent & ſervos, & per hos, mulieres & viros, quales Cornelius & Sergius, quorum unus, ſi videtur nominatus inter nobiles, qui tunc erant: credite, quod de omnibus mentiar:* cui quid reſpondeat S. Cyrillus, tu ipſe legito, & idem à me reſponſum habeto. Sed deerit otium, quantumvis otioſiſſimo.

S. Cyrill. libr. 6. contra Julian.

B Quòd dixi, in noſtra Societate vivere & vixiſſe Principes, Comites, Barones, Nobiles, & plurimos alios opulentis Majoribus prognatos: id iſte ſuperſtitioni deputat: *nam & in homines divites fortunatóſque ſuperſtitionem cadere.* Ita more ſui Celſi, ſemper paratas calumnias habet, ſive opulenti Ordinem noſtrum amplectantur, ſive egeni. Si illi, ſuperſtitione; ſi iſti, ſpe otii & lautæ culinæ ducuntur. Quid facias huic Calviniano Celſo, cui maximè placet, quod in Italicis & Syracuſanis menſis Platoni maximè diſplicebat: *bis, imò terque quaterque ſingulis diebus ſaturum fieri, noctu nunquam ſolum dormire*, & id genus alia, quæ hoc vivendi inſtitutum comitantur.

Clemens lib. 2. Pæd.

C Dixeram, noſtris Conſtitutionibus facinoroſos à Societate noſtra arceri. *Quid mihi cum veſtris Conſtitutionibus*, intonat Miſenus. Nihil prorſus, ùt video, nam ſi quid tibi vel parùm negnoï cum his Conſtitutionibus eſſet; mentem meliùs conſtitutam haberes. *Ego*, inquis, *acquieſco judicio Sorbonæ, appellantis veſtrum ordinem receptorem flagitioſorum & facinoroſorum hominum.* At ego jam antea à Sorbona malè informata, appellavi ad eandem Sorbonam meliùs informatam: & à vetere decreto ad recentius. Quæ hæc tua malitia, ut de bonis non niſi mala credere velis? *Atqui periniquum eſt*, inquit ille, *ei fidem in pejoribus habere, cui in melioribus non habes: poſſe litteras ejus ad perniciem, non poſſe ad ſalutem. Eadem via multi rei cujusvis maleficii poſtulabuntur, ſi ratum futurum eſt, quod quiſque in epiſtola ſua, vel amore, vel odio, vel*
D *ignoratione cujuſpiam ſcripſerit.* Præſertim cùm is ipſe, qui contra quempiam aliquid ſcripſit, aut edixit, ſententiam retractat; ùt fecit Sorbona tum, cùm non multis annis pòſt, Societatem in Galliæ regnum recipiendam ſuffragio ſuo ſuaſit. Neque mutare ſententiam, re meliùs perſpecta, levitatis eſt, ſed prudentiæ: Et qui judicem aliud decreviſſe ait: veritate certiùs explorata & cognita, is judicem, nequaquam injuſtitiæ aut temeritatis inſimulat. Non omnia ſtatim liquent & lucent, quamvis, ut liqueant, debitum ſtudium adhibeatur. Quæſo te, unde jus appellandi ab inferiore ad ſuperiorem judicem? Unde ſupremo in tribunali jus, quod quis habet, petendi *reviſionem*, ùt vocant, etiam poſt pronunciatam ſententiam?

E Verùm ut perſpicuè appareat, quàm ſis alienarum rerum curioſus, tuarum autem incurius; nôſſe te jactitas, non modò quid Jeſuitæ agant in urbibus vicinioribus, ſed etiam in remotiſſimis provinciis; ùt Vilnæ in Lithuania, *ubi quidam Jeſuita, urbis porta egreſſus, cùm interrogaretur, quorſum tenderet: Romam inquit.* En crimen & quidem geminum. Alterum, quia percontanti, candidè patefecit, quò tenderet: Quod hactenus nemo mortalium fecit, imò ex tot millibus, qui hoc ſacro anno Romam petiêrunt; nemo, licèt amicè de via roganti, Romam ſe ire indicavit; aut ſi indicavit, eodem crimine, quo ille Jeſuita, ſeſe obſtrinxit. Alte- F rum, quòd Jeſuita ille auſus fuerit ex Lithuania proficiſci Romam, itinere magis inſueto & inſolito, quàm fuerit illud Dædali, qui, *præpetibus pennis auſus ſe credere cælo, Chalcidicáque levis tandem ſuperadſtitit arce.* Quis enim unquam ante illum Jeſuitam Vilna Romam abiit? qualia crimina? ὦ λύκοι, ὦ θῶες, ὦ ἀν᾽ ὤρεα φωλάδες ἄρκτοι. Pergamus & adhuc majora canamus: *non omnes arbuſta juvant.*

G *Redit*, inquis, *cum ſuo Celſo:* imò cum tuo. Nec rei, nec nominis hujus honorem tibi invideo: *& quod paulò antè negavit, hoc ipſum concedere videtur*, nempe, *infames & nequiſſimos homines in iſtum ordinem admitti.* Quæſo te, Miſene, quibus libri mei verbis id concedere videor? Cur non deſcribis mea verba, & quidem integra, ut lector judicet, num verum dicas, an verò mentiaris: ἔστω ἐσθλὸς ἤρυγε λαίμος; *Si Ignatius*, inquis, *imitator extitiſſet Apoſtoli, ſicut Paulus Chriſti, facilè ferrem, Jeſuitas eſſe imitatores Ignatii.* Antea dixeras, nullum ad imitationem proponi poſſe, præter Chriſtum aut Apoſtolum; nunc cùm objeciſſem, Apoſtolum monere Philippenſes, ut obſervent, hoc eſt, imitentur eos: *qui ita ambulant, ſicuti habetis formam noſtram:* hoc eſt, alios, etiam non Apoſtolos: qui vitam ſuam ad meam conformant: hæc, inquam, cùm objeciſſem, ſtylum nunc vertis, téque facilè paſſurum ais, Jeſuitas eſſe imitatores Ignatii, ſi Ignatius eſſet imitator Chriſti. Audi Miſene; ùt ex dicendi genere cognoſcitur, num quis ſit imitator Ciceronis, ita ex vivendi genere facilè percipitur & perſpicitur, num quis ſit imitator Chriſti aut Apoſtolorum: quorum ſpirantia & viva exempla in ſacris litteris, & in aliorum Sanctorum monumentis expreſſa, intuemur. A quibus tantum diſtatis fide, vita, & moribus, *quantus ad æthereum cæli ſuſpectus Olympum.*

H *De voluptate*, inquis, *quam perciperem ex lectione Ribadeneiræ, dixi, quæ volui.* Eoam Celſus tuus dixit, quæ voluit, de voluptate, quam

A quam percepit ex sacris libris antiqui & novi testamenti. Similiter Julianus, Porpbyrius, Hierocles, & Lucianus contra Christianam professionem dixit, quæ voluit; hoc est, quæ fatua & cæca libido dictavit. Addis, *utrum plures fabulæ contineantur in Luciano & Apuleio, an in vita Ignatii, in præsentia non pronunciabo.* Mirum, te nolle, cùm alioquin pronuncies & dicas, quidquid vis, & quidquid in buccam venit, sive verum sive falsum: nam pro regula sermonis tui non habes prudentiam & veritatem; sed furiosum animi impetum, more tui Celsi, qui & ipse, lecto Æsopo & Evangelio, facilè in hæc tua verba prosiluisset: Utrum plures fabellæ contineantur in Æsopo, an in Evangelio; in præsentia non pronunciabo; & non pronunciando pronunciâsset, sicut tu facis; fratris, aut, si mavis, patris tui Celsi exemplo.

B Quòd optas, ut Jesuitæ, qui in Indiam navigant, *unà cum navigio, in alicujus balænæ alvum deferantur, nec inde exeant; donec à S. Maria liberentur:* agnosco inprimis spiritum mansuetudinis & lenitatis tuæ, eíque nomine eorum, qui in Indias vela faciunt, ingentes gratias habeo. Deinde si tu, Misene, fortè uxorem tuam, aut aliam Calvinianam Canidism veneficam in Oceanum miseris,
C Bellerophonteo invectam birco, quæ, ùt Juno Trojanis in mari Sieulo, tempestatem coquat; noveris nullum Jesuitam fore tam timidum, qui & propriæ & alienæ salutis causa; easum, qui tibi in optatis, non libentissimè sit subiturus; certa spe fretus se & socios suos, multò citiùs, Jonæ instar, ex immanis balænæ visceribus liberatum iri, ope & intercessione beatissimæ Virginis Mariæ: quàm te & tuos Calvinistas ex faucibus Orci & Cerberi, ope & intercessione Calvini: alium enim, qui pro vobis in talem locum delapsis intercedat, non video, præter Calvinum, ubi meritò occines illi illud tuum de trivio: Ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. *Medice cura teipsum.* Eripe teipsum ex locis, ubi *Centauri stabulant Scyllæque biformes:* & tum de nobis eripiendis sollicitus esto.

D Ais; *utilitatem libri Ribadeneiræ, æstimat Jesuita distractione exemplarium, & iterata aliquoties impressione, non ignarus, historias, quò lepidiores sunt, & festivis fabulis pleniores, eò sæpius prælo subjici.* Non nego; Tomi Lutheri, Calvini, Bezæ, quò lepidiores & festivis fabulis pleniores sunt, eò crebriùs, hoc quidem tam festivo & fabuloso tempore, typis describuntur, & avidiùs emuntur & teruntur, quàm alii gravitatis & sanctitatis refertissimi libri; sed quia liber Ribadeneiræ, etiam tuo judicio, nullo modo comparari potest, cum libris Lutheri, Calvini aut Bezæ, oportet, ut alia de causa tot exemplaria Ribadeneiræ variis linguis sint distracta; aliâ, cur tot volumina Lutheri, Calvini, Bezæ; nam hæc pascunt *Sarmenti scurræ mentem,*

E *Messique Ciceri.* Quare non mirum, si multi ad horum operum forum advolent. At quòd librum Ribadeneiræ omni gravitate redundantem, tot nationes, tam cupidè arripuerunt, cùm nihil condoneat eorum, quæ mundo grata sunt & accepta; id demum est, quod ego prædico & dilaudo, & majori cuidam, quàm humanæ virtuti adscribendum duco. Cætera, quæ scripsi de Ribadeneiræ præfatione, ùt & alia plurima tam hic, quàm toto libro; silentio præterit Misenus, & ad illud suum: *Hactenus de præfatione; properat,* & ex tanta messe, quam ei sevi, & quæ feliciter succrevit: vix paucas spicas carpit potiùs, quàm legit.

CAPUT VII.

De ortu & conversione B. P. N. Ignatii.

F Quæsieram, cur Misenus eredat Ribadeneiræ scribenti de natalibus & familia Ignatii, rebúsque in bello gestis, non autem eredat eidem, cùm multa ab Ignatio supra naturæ vires patrata commemorat. Hic Misenus: *Ineptè quærit Jesuita.* Cur ita verò, mi Misene? *Quia hæc etiam ex aliis sciri poterant; quæ assuta sunt de illustrationibus & miraculis, à solis Jesuitis, & ab ipso Ignatio conficta sunt.* Qui verò sunt illi, qui genus & familiam Ignatii litteris commendârunt; de cæteris autem, hoc est, de conversione & miraculis ab eo factis, siluerunt? Nomina quæso scriptores illos;
G nam quos ego hactenus legi, præter Ribadeneiram & Maffeium; illi de Ignatio non tantùm ea scriptis mandant, quæ tu eredis, sed & longè plura; quæ omnem tuam Calvinianam fidem exsuperant, eùm à Jesuitis percensentur; non exsuperent ergo, cùm à non Jesuitis enumerantur. Habes igitur Didacum Payvam Lusitanum; habes Surium, ut hos duntaxat nominem; bis duobus non Jesuitis, si, ùt præ te fers, credes; eredes etiam Ribadeneiræ Jesuitæ. Et eredes, quod refert, Ignatio ægrotanti D. Petrum apparuisse; quam visionem ego pluribus aliis ex probatissimorum Patrum monumentis comprobavi: inprimis visione illa beatæ Agnetis, quæ oblata Constantiæ Constantini Magni filiæ, quam S. Ambrosius memoriæ mandavit.

H Hic Misenus, *facillimè fieri potest, ut Diabolus in fraudem homines impellat, & ad superstitionem adducat, objiciendo interdiu vel noctu ea phantasmata, quæ simulacrorum cultum vel introducere, vel confirmare posse existimantur.* Hæc tu. Sed longè aliter S. Ambrosius, qui hanc visionem litteris consignavit. Utri ergo assentiar? tibi homini profano: an Ambrosio, quem ipse Augustinus, raro aliter, quàm *beatum,* aut *beatissimum* vocat? At quantus quantum? Etsi Misene valde perfrictæ frontis es, tam impudentem tamen, non nisi timidè arbitror, ut te intelligentia rerum divi-

A divinarum, diſcretione, & dijudicatione ſpirituum S. Ambroſio anreponi cupias; te, inquam, olim Inrerpretem Homeri; & nune fortaſſe Luciani, aut alterius de genere eodem Etbnici ſcriptoris. At quid Interpres Homericus aur Lucianicus, iſque longè ineptiſſimus, ad S. Ambroſium? Quantò verius eſt, mi Miſene, te Celſi ſpiritu agi, &, ùt ille viſiones veteris & novi teſtamenti exagitabat, ita te, ſpiritu maligno inſtructum, exagitare viſiones; quæ patrum monumentis continentur: nam quòd parcis iis, quæ ſacrarum litterarum voluminibus commemorantur; id ideo fit, quia ita ribi jam lubet; ubi contrarium lubuerit, ùt in libris Macbabæorum, & id genus aliis; contrarium etiam facies: quia ùt ipſemet teſtaris; ea dicis & facis, quæ cupis. Quæ autem non cupis?

B Dixeram, S. Petrum, cùm adhuc viveret, oratione ſua paralyticum Æneam curâſſe, & mortuam Tabitham excitâſſe; potuiſſe igitur & jam in cœlis regnantem, ægro Ignario priſtinam ſanitatem reſtituere. Miſenus totis viribus contendit, Petrum jam eſſe mortuum; cui ego nibil aliud, quàm quod olim S. Hieronymus Vigilantio; *mortuum ſuſpicaris, & idcirco blaſphemas. Lege Evangelium, Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Jacob, non eſt Deus mortuorum ſed vivorum:* Sed nunc ἐκ πίθε Vigilantii largius ἀντλῆς: & ita loqueris, quaſi os tuum & Vigilantii ſint unum

S. Hieron. contra Vigilant.

C & idem. Dicebar Vigilantius: *quòd dum vivimus, mutuò pro nobis orare poſſumus, poſtquam autem mortui fuerimus, nullius ſit pro nobis exaudienda oratio.* Hæc tu totidem fermè verbis, ut ſuſpicer, re aliquando ad rabernam Vigilantii divertiſſe, (fuit enim caupo Calagurritanus) unáque cum mero hæc itidem verba tibi propinata combibiſſe: Sed quod S. Hieronymus huie cauponi, id ego tibi ejuſdem cauponis compotori diſcipulo, & promo condo. *Si Apoſtoli & Martyres adhuc in corpore conſtituti poſſunt orare pro cæteris: quando pro ſe adhuc debent eſſe ſolliciti; quanto magis poſt coronas, victorias, & triumphos? Unus bomo Moyſes ſexcentis millibus armatorum impetrat à Deo veniam. Et Stephanus imitator Domini ſui, & primus Martyr in Chriſto pro perſecutoribus veniam deprecatur, & poſtquam cum Chriſto eſſe cœperint, minùs valebunt? Paulus Apoſtolus ducentos ſeptuaginta ſex ſibi dicit in navi animas condonatas; & poſtquam reſolutus eſſe cœperit cum Chriſto, tunc ora clauſurus eſt, & pro iis, qui in toto orbe ad ſuum Evangelium crediderunt, mutire non poterit? Meliórque erit Vigilantius canis vivens, quàm*

D *ille Leo mortuus?* Si S. Petrus adhuc in corpore conſtitutus, quando adhuc pro ſe ſollicitus eſſe debebar, precibus ſuis Æneam curavit, & Thabitam vitæ redonavit: cur jam receptus in cœlum poſt coronas, victorias & triumphos, non potuiſſet Ignatii preces exaudire, eíque exoptatam valetudinem reddere?

Ais: *S. Petrum nihil ſcire de noſtris rebus.* E
Hoc ipſum docuit te Vigilantius. Explicarem modum, quo & S. Petrus, & alii cœlites vota noſtra, & deſideria ſcire queunt, eúmque non unum, ſed multiplicem, niſi poëta mihi inſuſurraret illud: operam perdes infelix, *ſi aſellum in campum doceas parentem currere frænis. Magna eſt impietas,* inquis, *ſanctos mortuos quoſcunque invocare.* Nimirum in caupona Vigilantii, ubi *eſtur, bibitur, editur, vomitur;* magna bæc eſt impieras: non in Eccleſia Dei. Ais: *Invocatio nulli creaturæ tribui poteſt, teſte Athanaſio, in multis locis.* Utinam ex his multis vel unum indicâſſes; ſtatim dixiſſem, & verè dixiſſem, nefas eſſe, ullum bominem invocare ùr Deum, rerúmque omnium conditorem, non autem ùt Dei, rerúmque omnium conditoris amicum. Nam ut de cæteris Patribus ſileam, nónne ipſe S. Athanaſius invocavit beatiſſimam virginem Mariam? F
Nónne hoc in indice Athanaſii græcè & latinè apud vos, inſigni Eccleſiæ fructu, excuſi, diligenter notatur? Origenes, quem citas, loquitur de adoratione ſoli Deo debita: hæc ſine piaculo, ne ad Sanctos quidem transferri poteſt, neque ullus Catbolicus adnrationem & cultum divinæ majeſtatis proprium, ad cœlites derivat. Quæſiverat Miſenus, unde Ignatius ſcire potuerit, ſe interventu B. Petri ex mortis faucibus ereptum. Reſpondi primò: quia pervigilium feſti Apoſtolici agebatur. Hîc *Pantolabus* ſcurra noſter, *Momentanúſque nepos: hoc ſcilicet Petrus ex æramentorum ſono intellexerat.* Feſtivius dixiſſes; ex Calendario, eóque veteri, hoc eſt, veſtro: nam novum necdum fuerar natum. Ex ſono certè æramentorum G
Eccleſiarum veſtrarum S. Petrus intelligere nequit, quando dies ſibi dicatus adſit, quia jam pridem æramenra hæc Eccleſiaſtica apud vos obmutuerunt; & nec laudes, nec in laudes Divorum ſonant: & ſi quando ſooanr, populum non convocant ad panegyres Apoſtolorum & Martyrum: ſed ad inſanos clamores, quibus boat miniſterium veſtrum. Agnoſco leporem ex Celſi, Apiotis, & Luciani, Doctorum tuorum, horto: qui & ipſi lecta hiſtoria de Pauli converſione: Chriſtíque ad eundem deſcenſu; facilè dixiſſenr; Chriſtum aut ex ungularum equeſtrium ſono, inrellexiſſe Paulum iter Damaſcum tendere; ſi unà cum ſociis ſonipede invectus eſt: aut ſi pedires erant, ex mutuis colloquiis; quæ illi, ùt fir, inter ſe agitabant.

Refert Jonas, ſcriptor antiquus & probæ notæ: S. Bertolfo Abbari, cùm graviſſima febri cruciaretur, in ipſo pervigilio paſſionis beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli; B. Petrum apparuiſſe, omnémque morbum depuliſſe. *Interea beatus Apoſtolorum princeps* H

Jonas in vita S. Bertolfi.

Petrus

A *Petrus advenit ;* inquit Jonas, *ac super stratum agri patris adstans : surge, inquit, & sospes cum conviatoribus tuis abscede,* (nam dum Roma domum rediret, in morbum inciderat) *Inquirente autem beato patre, quis esset, qui sibi talia juberet : Ego sum Petrus, cujus hodie clara in toto orbe terrarum celebrantur solemnia.* Fortè & hic S. Petrus ex æramentorum sono intellexerat, diem sibi festum advenisse, & ex lamentis comitum S. Bertolfi, ipsum Bertolfum, periculosè decumbere.

B Secundò respondi, quia Ignatius ex intimis animi sensibus ad patronum suum D. Petrum preces emiserat. Quærit Misenus: *Hunc Clientem Petrus, quo tempore notum habuit? unde scivit miles ille, Petrum suum patronum?* Ab eo tempore B. Petrus Ignatium tanquam notum clientem, babuit, quo se in clientelam S. Petri commisit; & inde scivit, S. Petrum suum Patronum, quia sciebat Sanctos cum Christo sempiterno ævo perfruentes, esse patronos cùm communiter omnium Christianorum, tum speciatim eorum, à quibus speciatim quoque, subsidii causa, in patronos deliguntur. Unde tu scis, Deum esse tuum patronum, inde sciebat Ignatius etiam S. Petrum esse suum: nam iidem oculi fidei orthodoxo homini utrumque renunciant.

C Respondi tertiò, *quia Ignatio species D. Petri divintus fuerat oblata.* Hic Misenus. *Unde noverat Petrum esse?* Quid antea responderim, dicam postea; Nunc quæro, unde S. Bertolfus noverat Petrum esse, qui in ipsa vigilia S. Petri ægro Bertolfo, non secus ac ægro Ignatio eadem nocte apparuerat? Nónne inquisivit Bertolfus, quis esset, qui talia juberet? unde novit S. Petrum piscator ille, cui S. Petrus apparuit, tempore Meliti Episcopi, ùt scribit Ealredus in vita S. Edmuodi Regis? nónne etiam nihil sciscitanti aperuit, quis esset? Apparuit item S. Petrus puerulo cuidam peste laboranti, ùt testatur Beda; Apparuit item Apostolus Ursino presbytero, Gallæ ancillæ Dei, Tbeodoro Mansionario, & puellæ cuidam paralyticæ, ùt scribit S. Gregorius: Ea ratione, qua isti, & plurimi alii agnoverunt S. Petrum præsentem, agnovit eundem & noster B. P. Ignatius: imò & ea, qua Paulus adhuc Saulus, agnovit Do-

Apud Sur. Tom. 1.
Bed. lib. 4. hist. Angl. cap. 14.
S. Greg. lib. 4. dial. cap. 11. 13. lib. 3. cap. 24. 25.

D minum. Quæsivit enim; *quis es Domine?* Quid ad bæc Misenus? *Sæpe conquestus sum, & adhuc queror, fabellas Jesuiticas cum veritate Evangelii impiè confundi, id quod & à Ribadeneira factum, & crebrius à Theologo Ingolstadiano.* Quæ hic confusio, Misene, historiæ humanæ cum divina? An non æquè promptum fuit Ignatio interrogare, quisnam esset, quem cernebat, ac Paulo, quisnam esset, quem loquentem audiebat; si maximè cætera cognoscendi indicia defuissent? Quid proclivius, ubi vel vox, vel homo ignotus alicui objicitur, quàm percontari, tu quis es?

E *Petrum*, inquis, *qui nunquam viderat : quo pacto certus esse poterat de Petri præsentia?* Tu dic mibi vicissim: Paulus, qui nunquam viderat Christum, quo pacto potuit certus esse de Christi præsentia? *Mendacii*, inquis, *patrocinium quærit Theologus à veritate Evangelica.* Non quæro patrocinium mendacii, sed refutationem tuæ inscitiæ, qui putas, neminem posse esse certum de ullius præsentia, nisi eum antea viderit. Nunquam equidem, quod sciam, te vidi, Misene, aut tu me; an si tu Ingolstadium venires, aut ego Heidelbergam, ego de tua præsentia non possem esse certus, aut tu de mea? Ergo de nullius, etiam amicissimi, qui prima ætate absens fuerit, certus esse poteris præsentia, licèt coràm præsens præsentem aspicias.

F *Quo jure*, inquis, *me adigas, ut credam, omnia vera esse, quæ à vobis narrantur?* Quis te cogit, Misene, ut narrationibus nostris credas? Non agimus boc, sed ineptas tuas nugas refellimus: qui ita scribis, quasi nemo ullum, quem priùs nunquam viderit, vel sciscitando, vel alio modo agnoscere possit: cúmque stultitiam tuam ex sacris litteris redarguimus, tunc excandescis; nósque divinæ Scripturæ injuriam irrogare vociferaris, quòd ejus testimoniis adversus te pugnemus. Quod dum facimus, minimè opus est, ut demonstremus, eandem esse auctoritatem sacrorum oraculorum & historiæ bumanæ, quia licèt sacra Scriptura auctoritate longè superet omne id, quod ab homine scribitur, possumus tamen etiam divinæ historiæ exemplis humanam confirmare, si quis Miseno Celsus, aut Celso Misenus eam criminari instituat.

G Vide autem, benevole lector, mirificam Hæretici hujus argumentationem. Dixeram, in cœlo nullum Calvinistam reperiri. Ille, ut me refellat, ita ratiocinatur. *Reperiuntur in cœlo, qui Calvastri fuerunt, ùt Helisæus; ergo etiam reperiri poterunt, qui Calvinistæ fuerunt, & adhuc sunt.* Primùm concesso antecedente, negare licet consequentiam: non enim idem Calvaster & Calvinista: nec idem calvities & Calvinismus: alioquin Synesius encomium Calvinismi scripsisset, quia scripsit encomium calviciei. Quocirca necesse non est, ut, ubi calvaster est,
H ibi sit etiam Calvioista. Secundò, quoad unam partem concedo consequentiam: non enim dubito, reperiri io cœlo, qui Calvinistæ fuerunt. Sed ante diem supremum, ad Ecclesiam redierunt: Sicut dubitandum non est, esse in cœlo, qui fuerunt idololatræ: sed fuerunt. Ultimam tuæ consecutionis partem non admitto: nam ùt nulli, qui adbuc sunt idololatræ, adulteri aut ebriosi, in cœlo reperiuntur: ita etiam nulli, qui adbuc Calvinistæ sunt, reperiuntur in cœlo. Nec magis capiunt cœlestes sedes bos, quàm illos: nec magis illos, quàm hos.

A Quæsiverat Misenus, cujus jussu Ignatius coluerit & invocaverit Petrum. Hanc quæstionem, Salvatoris exemplum secutus, solvi hac quæstione: cujus jussu, ardentissimo studio, veteres Christiani, Martyres coluerint: cujus rei, præter innumeros alios, testem habemus Theodoretum. Respondet Misenus; *si quis ex Theodoreto quæreret, cur Christiani, Martyres tam impensè coluerint, fortasse responderet, se panegyricè locutum, non dogmaticè.* Sed si hoc tuum responsum Theodoretus audiret, sanctè affirmaret, te ignorare, tàm quid tu loquaris, quàm quid sit panegyricè loqui aut dogmaticè: Toto enim octavo libro, qui de Martyribus inscribitur, nihil aliud agit, & quidem sine ulla verborum amplificatione, quàm ut Græcis persuadeat, meritò coli Christianos Martyres, qui pro salutiferis dogmatibus retinendis, mortem libentissimè sustinuerunt, *iisque defendendis non linguas ad defensionem objecerunt, sed flagris humeros, lampadibus latera, ferreisque ungulis & cervices gladiis supposuerunt, tympanis ac fidiculis extenti, palis infixi, & ab* B *immanibus feris crebrò laniati. Jure qui certamina hæc proposuit*, inquit Theodoretus, *inexstincta illos gloria illustravit, memoriámque factorum nunciam tribuit, quæ potens sit vires temporis superare. Nam cùm cætera omnia paulatim marcescere abolerique instituerit, horum tamen gloriam incorruptam servavit, ac animæ quidem triumphatorum martyrum, in cælesti nunc patria, vitam agunt Angelorum choris intersita. Eorum verò corpora non singula quidem singulis monumentis conduntur, sed civitates, oppida, paganique conventus, hæc inter se sortito partiti sunt, laborantibúsque animis, ac ægrotis corporibus, salutares eos confiteri non* C *cessant. Nihilóque secius urbium custodes ac locorum præsides venerantur, quorum precibus & interventu apud Deum utentes, per eos demum divina munera consequuntur: sectis itaque eorum corporibus, integra tamen vis & gratia perseverat, tenuésque ac tantillæ reliquiæ toti parem habent, nullásque in partes Martyrii dissecto virtutem. Gratia enim, quæ pollens vigénsque persistit, petentibus dona distribuit fidei supplicantium liberalitatem suam commensa.* Hæc Theodoretus & plurima alia, maximè sub finem libri (quorum partem jam suprà exscripsimus) ex communi omnium Christianorum consuetudine, quæ Græcis ignota non erat. Neque Theodoretus in libris ad Græcos panegyres scripsit, sed dogmata explicanda suscepit.

D Cæterùm, quia videbas, hoc tuum responsum nimis esse panegyricum, aliud das, idque priore longè adhuc futilius. *Fortasse*, inquis, *etiam hoc adderet Theodoretus, non à se hæc scripta, sed ab idololatris Monachis inserta.* Hoc tuo responso multò adhuc magis Theodoretum in te concitares, cui, quæ de Martyribus scripsit, abjudicare non potes, nisi illi abjudices totum librum octavum doctissimi operis de Græcanicis affectionibus E curandis; nam demptis illis, totus liber nec caput, nec pedes habet. Deinde vidistine vetustum manuscriptum Theodoreti codicem, carentem illis, quæ tibi bilem movent; aut viditne alius quispiam in ulla Bibliotheca, ita, ut cum aliqua ratione, sicut eruditum virum decet, asseverare possis, illa de cultu Martyrum, non ex Theodoreti officina, sed ex malè feriati hominis indocto cerebro profecta esse? Nónne codices bibliothecæ Palatinæ, hoc est, vestræ, codices Augustani, & illi, quibus usus est Acciaolus, hæc omnia repræsentant? Nónne nuper ex vestro Typographejo elegantissimè prodierunt? F Quem unquam vel tenuissima suspicio suppostitii partus subiit? Ne ipse quidem Sylburgius, qui Theo[d]oreto præclaram operam navavit, quidquam spurium aut adulterinum deprehendit, sed bona fide, quidquid in antiquis exemplaribus repererat, evulgavit, & in Indice, quem copiosissimum ad Theodoretum adjecit; studiosè, quæ Theodoretus de cultu Martyrum disserit, quasi in Epitomen redegit, ùt lector uno intuitu totam Theodoreti disputationem intueri queat, licèt in epistola dedicatoria suos Veterenses præmoneat, ne ab hac tanta Martyrum luce, Lutheranas tenebras fugari sinant, modestè tamen, ut satis appareat, Sylburgio longè candidiorem fuisse animam, quàm tibi.

G Nimis effrons es, Misene, cùm sine ope ullius codicis antiqui, & absque ullo rationis præsidio, rem apud omnes eruditos certam & exploratam in dubium vocas. Nec est, quòd à S. Augustino patrocinium speres; quærimus enim hoc loco, quid Theodoretus scripserit, non quid S. Augustinus. Nec proferes puto, ullum locum ex omnibus S. Augustini voluminibus, ubi sanctus ille Doctor affirmet, à Monachis idololatris, Theodoreti librum fuisse additamento illo corruptum. *Sed S. Augustinus negavit*, inquis, *Martyribus templa, sacerdotia & sacrificia constitui*, ergo Monachi, idololatræ inseruerunt illa verba Theodoreti disputationi. Etiamsi antecedens verum esset; non valeret consequentia, ùt vel cæci vident.

H Quia verò S. Augustinum contra nos citas ex cap. 27. lib. 8. de Civitate Dei, placet hic paucis adscribere, utrum Orthodoxi cum Augustino & Ecclesia, in qua S. Augustinus vivebat, concordent & consentiant, an verò Calviniani, aliíque Sectarii: ex quibus perspicuè etiam elucescet, utrum S. Augustinus à Theodoreto dissentiat. Primùm igitur veteres Christiani colebant Martyres. Nam Martyrum cultum probri loco objecerunt Orthodoxis Faustus Manichæus, Maximus Madaurensis, Julianus, & alii Ethnici & Hæretici. *Colimus Martyres*, inquit S. Augustinus, *eo cultu dilectionis & Societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei, quorum*

S. August. lib. 20. contra Faustum c. 21.

cor

A *cor ad talem pro Evangelica veritate passionem paratum esse sentimus. Sed illos tantò devotiùs, quantò securiùs post certamina superata: quanto etiam fidentiore laude prædicamus jam in vita feliciore victores, quàm in ista adhuc usque pugnantes* II. Non colebant Martyres tanquam Deos, seu cultu divino; ùt calumniabatur Faustus. *Illo cultu*, inquit S. Augustinus, *qui græcè latria dicitur, latinè uno verbo dici non potest, cùm sit quadam propriè divinitati debita servitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi unum Deum.* III. Martyribus memorias seu Basilicas exstruebant. *Nos autem Martyribus nostris*, ait S. Augustinus, *non templa sicut Diis, sed memorias, sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt spiritus, excitamus.* Nam tempore S. Augustini templi erectio seu templum, signum erat cultus soli Deo debiti: Strictior enim erat templi significatio; quàm posterioribus seculis; quibus factum, ut vox templi, sicut & Ecclesiæ, promiscuè, pro quovis sacro domicilio usurpetur. Solent enim temporis progressu rerum significata restrictione aut ampliatione, aut etiam desitione mutari. *Ut sylva foliis pronos mutantur in annos, prima cadunt; ita verborum vetus interit ætas; & juvenum ritu florent modò nata vigentque.*

S. August. lib. 22. de civit. c. 10.

B

C IV. Ad has Basilicas Christiani frequentes confluebant, maximè die festo Martyrum; idque varias ob causas: ùt ex his S. Augustini verbis planum fit. *Populus Christianus memorias Martyrum religiosâ solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum consocietur, atque orationibus adjuvetur: utque ea celebritate & Deo vero de illorum victoriis gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum atque palmarum eodem invocato in auxilium ex eorum memoria renovatione adhortemur.*

D V. Invocabant Martyres. Quid enim aliud est Martyrum memorias obire & celebrare, ut eorum *orationibus adjuvemur, & meritis consociemur*, quàm Martyres, ut pro nobis intercedant, invocare? Quid illud aliud, quàm invocatio Sanctorum, quod ùt alibi scribit S. Augustinus, ore Christianorum frequentabatur; *cùm se cuique Sanctorum humilis quisque commendabat dicens: Memor esto mei.* Quid aliud fecit Florentius ille *homo religiosus & pauper, qui ad viginti Martyres, quorum memoria apud nos est celeberrima*, inquit S. Augustinus, *clara voce, ut vestiretur, oravit.* A quo beneficium hoc petivit? Nimirum ab ipsis Martyribus: ideo enim ab adolescentibus, qui aderant, irrisus & exagitatus fuit, (crederes fuisse pueros Calvinianos aut Lutheranos) *quasi à Martyribus, quinquaginta phollès* (monetæ id genus) *unde vestimentum emeret, petivisset.* Quo autem miraculo viginti Martyres Florentium illum voti compotem fecerint, exponit ille idem S. Augustinus. Quid aliud est Martyrum

S. August. lib. 21. de civit. c. 27.

Basilicas adire, & à Martyribus aut sanitatem, aut alia hujus generis postulare; quàm Martyres invocare? At hoc faciebant veteres Christiani, cujus moris testis est S. Augustinus cùm alibi, tum lib. 22. de civit. Dei, c. 8. nam persuasi erant, & meritò, Deum miracula per Martyres patrare, aut ipsis etiam Martyribus operantibus, *aut eis orantibus tantùm & impetrantibus:* aut utrumque simul agentibus. Quare etiam à Martyribus postulabant, quod Martyrum ministerio præstari, meritò & orthodoxè credebant: Quæ omnia nihil aliud erant, quàm Martyrum invocatio. Ex quibus facilè elucescit, quisnam sit sensus horum verborum S. Augustini: ad quæ tu, Misene, suprà potiùs allusisse videris; quàm ad illa contra Faustum: etsi antea secus mihi videbatur. *Nos Martyribus nostris, non templa sicut Diis, sed memorias, sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt spiritus, fabricamus: Nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus Martyribus, sed uni Deo & Martyrum & nostro sacrificium immolamus: ad quod sacrificium, sicut homines Dei, qui mundum in ejus confessione vicerunt, suo loco & ordine nominantur, non tamen sacerdote, qui sacrificat, invocantur: Deo quippe, non ipsis sacrificat, quamvis in memoria sacrificet eorum: quia Dei sacerdos est, non illorum.* Non invocantur videlicet Martyres, tanquam Dii per cultum sacrificii; sic enim solus Deus invocatur, sicut & huic soli sacrificium immolatur: Invocare autem alia ratione sanctos Martyres, tanquam amicos Dei, ut eorum *meritis consociemur & precibus adjuvemur*, Christianis prohibitum non est; ùt ex paulò antè adductis S. Augustini testimoniis perspicuum efficitur. Et ipse S. Augustinus invocavit opem B. Martyris Cypriani; Adjuvet nos, inquit, orationibus suis in istius carnis mortalitate. Quid, quòd illa ipsa nominatio Martyrum ad altare tempore sacrificii, hoc etiam fine instituebatur, ut Martyres pro nobis Deum orarent; ac proinde cùm nominabantur, invocabantur: quod ex sancto Augustino hunc in modum scribente discimus. *Ideo quippe ad ipsam mensam non sic eos commemoramus, quemadmodum alios, qui in pace requiescunt, ut etiam pro eis oremus; sed magis ut orent ipsi pro nobis, ut eorum vestigiis adhæreamus.* Habes ergo, Misene, aliud responsum ad tuam cavillationem ex S. Augustino suprà contextam, ut arrideat hoc posterius; si forsan prius illud minùs arridebit. Sed nunc cætera colligamus, in quibus à S. Augustino & veteribus Christianis toto cœlo discediris.

E

Lib. 22. cap 9.

Lib. 19. de civit c. 10. Suprà c. 2. fol. 206. g.

F

G

Lib. 7. de baptis. contra Donatistas.

Tract. 84. in Joan. Vide serm. 17. de verb. Apostol.

H VI. In Basilicis & memoriis Martyrum sacrificabant; licèt non ipsis Martyribus: sed Deo. Liquet hoc ex citatis verbis S. Augustini; & ex his contra Faustum. *Cùm ad hunc cultum* (latriæ) *pertineat oblatio sacrificii, unde idololatria dicitur eorum, qui hoc etiam idolis exhibent: nullo modo tale aliquid offerimus, aut offeren-*

Similia lib 8. de civit Dei c. 27.

A *offerendum præcipimus, vel cuiquam Martyri, vel cuiquam sanctæ animæ, vel cuiquam Angelo, & quisquis in hunc errorem delabitur, corripitur per sanam doctrinam, sive ut corrigatur, sive ut condemnetur; sive ut caveatur.* Item. *Quis antistitum in locis sanctorum corporum adsistens altari, aliquando dixit: Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane: sed quod offertur, offertur Deo: qui Martyres coronavit; apud memorias eorum, quos coronavit.*

B VII. Sacrificium hoc Deo in memoriis & ad memorias Martyrum oblatum, non erat qualecunque & commune sacrificium laudis: sed peculiare quoddam & proprium Christianæ religionis: *Ipsum sacrificium*, inquit S. Augustinus, *est corpus Christi.* Alibi ab eodem vocatur sacrificium corporis Christi, *quod Deus sibi sacrificari, novi testamenti manifestatione, præcepit: quod pertinet ad illum cultum, qui latria dicitur, & uni Deo debetur.* Vocatur insuper ab eodem sancto Præsule sacrificium Christianorum. Ergo ex sententia sancti Augustini sacrificium hoc aliquid amplius est, quàm sacrificium laudis præcisè; quia hoc etiam ante Christum natum fidelibus perpetuò usitatum fuit. Neque infrequenter hoc sacrificium Deo offerebant in memoriis Martyrum. *Frequentissimè hoc facimus*, inquit S. Augustinus.

C VIII. Altaria in memoriis Martyrum erigebant, & sacra & sacerdotes constituebant; licèt non ipsis Martyribus, sed Deo; quia *quæcunque adhibentur religiosorum obsequia in Martyrum locis*, inquit S. Augustinus, *ornamenta sunt memoriarum, non sacra vel sacrificia mortuorum tanquam Deorum.*

IX. Reliquias Martyrum religiosissimè custodiebant & venerabantur, & in Basilicis, imò in ipsis altaribus, tanquam in sepulchris condebant. Quod planum, ex locis S. Augustini jam sæpius citatis, maximè ex cap. 8. lib. 22. de civit. Dei.

D X. Deum in memoriis Martyrum per merita Martyrum, invocabant, & varia ab illo beneficia poscebant; ùt ex eodem capite apparet; & ex more ferendi epulas ad memorias Martyrum, quem non reprehendit S. Augustinus, eùm qui id faciunt, *orant, cibósque inde auferunt, ut vescantur*, vel ex eis etiam indigentibus largiantur; nam sanctificari eas ibi volunt, per merita Martyrum in nomine Domini Martyrum. Hæccine & similia, quæ ex 8. & 22. de civit. Dei, & ex lib. 20. contra Faustum colliguntur, Calvinismum aut Lutheranismum olent? Hæccine Sectæ vestræ patrocinantur? Certè si ex tota antiquitate alia argumenta execrandi Calvinismum & Lutheranismum mihi non suppeterent, hæc sola, quæ jam ex S. Augustino adduxi, mihi satis forent; méque ad Catholicam Ecclesiam reducerent, & in eadem constanter retinerent. Sed *tanta homines impii sunt cæcitate, ut in montes quodammodo offendant, rébque oculos suos ferientes nolint videre*, ùt alicubi S. Augustinus loquitur. Lib. 8. de civit. c. 26.

E Sed jam institutam viam persequamur Misene; ubi tamen priùs monuero lectorem, ut observet, quàm diligens sis Celsi fratris tui etiam in hac de Theodoreto calumnia, imitator; nam ùt tu hic Theodoretum à Monachis; ita ille Sybyllina carmina à Christianis corrupta mentiebatur, intrusis illis, quæ Christi laudes & actiones continent. Sed ùt Origenes à Celso petiit exemplaria, Orig. lib 7. contra Celsum. quæ vaticiniis de Christo carerent; ita jure flagitamus nos à Miseno codices vetustos, in quibus illa de cultu Martyrum non appareant. Hos codices nobis exhibebit Misenus tunc, cùm, ùt ille ait; Assyrium vulgo nascetur amomum, *incultisque rubens pendebit sentibus uva.*

F Exagitaverat Misenus Ignatium, quòd lectione historiarum de Sanctis conscriptarum cœperit meliora cogitare; objeci duos milites, qui lectione S. Antonii, teste S. Augustino, è vestigio mundo multam salutem dixerunt. Hic nihil aliud Misenus, quàm *superstitionem etiam in viros fortes cadere:* scilicet his calvæ Veneris nepotibus superstitiosus est, quisquis uxore ducenda supersedet, quia *nisi inter fusos & calathos puellarum, nisi inter mulierum textrinas, uteros tumentes, infantiúmque vagitus*, nulla est religio, quidquid extra est, superstitio est. S. Hieron. epist. ad Domnionem & lib. contra Vigilant. *Joannes Baptista*, inquit Misenus, *militibus auctor non fuit, ut armis depositis cucullos sumerent.* Quid si auctor fuisset; num auctorem hunc aut tu, aut aliqui ex Calvinianis militibus sequerentur? *Diceres*, mi Misene, *superstitionem, etiam in Joannem Baptistam cecidisse.* Deinde, an

G non auctor fuit militibus, aliísque, ut vitam religiosam sectarentur, qui tanquam prodromus viam Domino, omnem perfectionem suasuro, præparavit? Quid verò Dominus? *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæcunque possides, & da pauperibus & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me.* An putas, Angelum illum, Heliam illum, præcursorem illum, Christo Domino perfectionem hanc tantam postea annuncianti, viam non munivisse? Etiam S. Augustinus, audita S. Antonii conversione, moras omnes abrupit, séque sæculo ereptum in tranquillo religionis portu statuit.

H *Id tribuo*, inquit Misenus, *communi sæculi illius errori. Ac in sanctis quoque nævos aliquos conspectos esse, & etiamnum conspici, ne Gretserus quidem negârit.* Hoc loco, Misene, in quo tibi contradicam, nihil habeo: nam si error fuit vitam Monasticam amplecti, is eo tempore communis fuit; eum secutus est Augustinus, Hieronymus, Basilius, Gregorius Nazianzenus, infiniti alii. Interim libenter ex te intelligerem, cur hos huic tanto errori, vestra sententia; obnoxios, Deus tot miraculis illustrârit, tantáque ingenii, eruditionis & pietatis laude cumulârit, ut nullus

unquam

A unquam Calvinista extiterit, quamvis ab omni hujus generis nævo purus, qui se his Monachis verecundè, non dicam anteponere, sed vel comparare ausus fuerit? Verecundè inquam: nam quid inverecundè, & facie meretricia soleant agere, neminem fugit, nisi quem ratio fugit.

B Quod annectis de cucullis; noveris cucullum non facere Monachum. Hæc sunt Hæreticorum diverticula, cùm ex ipsius Augustini testificatione audiunt, Augustinum Monachum fuisse: quærunt nostri isti Hæretici cuculi, num habuerit cucullum, instar Capucinorum aut Carthusianorum. Et hac quæstione putant, se jam omni ulteriùs respondendi labore probè defunctos esse. Nec præterire possum illud, quod priùs dictum oportuit. *Non legimus*, inquit Misenus, *Cornelium centurionem, deserta militia, Monachum factum.* Infero ego; (quandoquidem Misenus tantummodo, tanquam antecessor, antecedens ponit) ergo malè faciunt, qui dum ad Christum convertuntur, ulteriùs procedunt, & monasticam vitam amplectuntur. Malè ergo Augustinus; malè Hieronymus: malè Basilius; malè Nazianzenus, & longè adhuc pejùs S. Gregorius Magnus. Periculum est, Misene, ne si diu tecum verser, & colloquar, novam me logicam doceas. Quam enim juvenis didici, & postea docui; longè λογικωτέρας argumentandi regulas præscribit, quàm à te observari videam. *Legendas Sanctorum mihi relinquis, tu sacram scripturam tibi retines.* Utinam retineres. Sed vide, ne idem tibi accidat, quod Æneæ, qui, dum Creusam se complecti putat, umbram complectitur. Taceo Ixionem, cui nebula supposita. Quàm vereor, ne te oblectet nebula, dum tibi blandiris de scriptura.

C Piscator apud Theocritum dives erat, quia ἀνείλκυσε χρύσεον ἰχθὺν, *aureum piscem hamo ceperat:* Sed in somno. Experrectus eadem egestate se pressum vidit, qua antea. Ita tu dormiens, *scripturam & verbum Domini* somnias; καὶ γὰρ ἐνύπνοις πᾶσα κύων ἄρτως μαντεύεται, ἰχθύα κἠγών, inquit ille. Ubi evigilaveris, canes illud Davidicum:

Psalm. 75. *Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt, omnes viri divitiarum in manibus suis:* videbísque aliquem fame perire posse, καίτοι χρυσέοισιν ὀνείροις, licèt aurea somnia somniet.

D Ais: *tota scriptura clamat: Fide nobis applicari meritum, vel sanguinem filii Dei.* Mirum, vos tam auritos, ut scripturæ clamorem audiatis, quem nemo vestri dissimilis audiat. Sed estis sicut Pythagorici, qui mirabilem cœli concentum & harmoniam percipiebant, quam cæterorum mortalium nemo percipere poterat, quia aures tam purgatas non habebant. Non abnuo; fidei adscribitur in scriptura salus & beatitudo; sed *soli*, nunquam. Ubi enim hæc vox *exclusiva: sola fides?* Quare quod aliquando scriptura tribuit fidei; id postea tribuit spei; mox charitati; deinde pœnitentiæ; aliquando timori; non rarò operibus. Sic omnia, si rectè comparentur, conspirant amicè, & alia aliorum ope egent. Sed Hæretici nostri ad *solam fidem* sunt intenti, quia videót, nihil esse facilius, quàm ut quis credat, se esse filium Dei, & in album æternæ prædestinationis relatum, quamvis nepotetur, helluetur, scortetur, prædetur: & id genus aliis facinoribus & flagitiis inquinetur: Certò enim sibi persuadent, ea apud Deum sibi non fore fraudi: Et hoc ideo, quia bona, hoc est, Lutherana & Calviniana fide credunt, sibi non fore fraudi; quàm primùm enim crederent, ea sibi nocitura, hoc ipso nocerent, quia sibi nocitura crederent. Nam in Calvinismo & Lutheranismo omnia pendent ab opinione, non à rerum conditione. E

Dixerat Misenus, *adorationem Mariæ esse Idololatriam.* Objeci exemplum Paulæ Romanæ, fœminæ sanctissimæ, quæ *prostrata ante crucem, quasi pendentem Dominum cerneret; adorabat.* *Quid hæc ad Mariam?* loquit Misenus; Paucis, adverte, docebo. Etsi frustra fortassis peto, ut animum advertas; quia quod Heraclitus dicebat, ἀσύνετοι ἀκούσαντες κωφοῖς ἐοίκασι φάτις αὐτοῖς μαρτυρεῖ, παρεόντας ἀπεῖναι. *Cùm stulti aliquid audiunt, surdis similes sunt. Vetus verbum, eos, vel præsentes, absentes esse testatur.* At licèt vel præsens sis absens, dico, exemplum Paulæ Romana ad nostrum propositum idcirco pertinere; quia sicut B. Paula absque ullo Idololatriæ crimine, Christum Dominum per crucem & in cruce adoravit, teste S. Hieronymo; ita etiam Ignatius, sine ullo idololatriæ piaculo, prostratus coram D. Virginis imagine, Deiparam adorare potuit: tanquam Domini matrem cælíquè Reginam; etsi diverso adorationis genere: aliter enim adoratur Deus, virginis filius; aliter Deiparens. F

Theodor. lib. 1. de cura. Græc. affect.

G

H Ex facto S. Paulæ nihil aliud colligo, quàm fas esse coram imagine, eum, quem imago illa repræsentat, adorare: quod Calvinistæ negant. Itaque proba est hæc consequentia: S. Paula benè fecit, quòd prostrata ante crucem, tanquam ante imaginem Salvatoris, Christum Dominum in cruce & per crucem adoravit: ergo & Ignatius culpandus non est, tanquam Idololatra, quòd ante imaginem beatissimæ virginis prostratus B. Virginem coram imagine, & per imaginem, adoravit; etsi diverso adorationis genere ab eo, quo Christus adorari solet; non enim hic quæstio est de eo, qui adorari possit; sed potissimùm de modo adorationis; utrum liceat coram imagine, & per imaginem; hoc enim Hæretici nostri pertinacissimè inficiantur.

A Quod attuli ex Prato spirituali seu ex Sophronio, de Diabolo, nihil ab Eremita petente, quàm ut imaginem D. Virginis, puerum JEsum gestantis, ex conclavi ejiceret, id iste somniator in somniis numerat: *Dico nobis narrari somnia Monachorum Idololatricorum.* Etiam Celsus tuus & Apion putabant, sibi narrari somnia, quotiescunque veteris aut novæ legis libros lectitabant. An ideo somnia erant? Quidquid Æsopus aut Gabrias quispiam audit, id fabulam, aut apologum esse suspicatur, ob cerebrum fabularum plenissimum; quod ut expurgetur, ne *bellebori quidem jugere*, ùt Comicus ait, *obtineri ser potest.* Quantò rectiùs hoc tuum responsum somniis adscribitur; & quidem ægri somniis, nullo vinclo sibi cohærentibus; ùt & hoc; Dæmonem, *non seriò, sed simulatè illud postulâsse ab Eremita; si postulavit, ut cultum idolorum magis stabiliret.* Nimirum, tu tanquam intimus Diaboli Consiliarius, & ad arcana ejus admissus, probè nôsti, quia hostis ille tuus seriò, quid per simulationem agat. Ita patres tui Bogomili olim dicebant, dæmonem, non seriò, sed simulatè, crucem fugere; ut homines ad majorem crucis venerationem inducat; quod ipsi Dæmoni, nihil dubito, non modò somnium, sed & ridiculum somnium visum est.

B Collyridianos meritò reprehendit S. Epiphanius; sed nihil ad nos ejus reprehensio, quis enim colit D. Virginem eo cultu, quem ei Hæretici illi tribuebant, divino nimirum, soliúsque Dei proprio? Alia, quæ citas contra Imagines, non sunt S. Epiphanii dicta, sed Iconoclastarum figmenta, ùt plurimis argumentis ostensum est in secunda Nicæna
Act. 6. tom. 5. synodo. Quæ tu antè refellere debebas, quàm hujusmodi exoletas merces nobis iterum exponeres.

C *Adoratio*, inquit Misenus, *vel invocatio, cultus est soli Deo conveniens:* Non omnis adoratio, aut invocatio soli Deo competit; sed quædam, quæ proprio nomine vocatur latria. Proba, nullam adorationis aut invocationis speciem competere posse sanctis: & tum te fatebor victorem; & ùt victorem coronabo, neque tunc inficiabor adorari B. Virginem à nobis, ùt Deam; quod quoties priore illo tuo non demonstrato, asseris; toties, quod veritatis amantem virum dedecet, agis.

D Quòd autem Leo X. Pontif. Max. sanctissimam Virginem *Deam* nominavit (si modò nominavit, neque hoc Hæretici, more suo, de Leone X. confinxerunt) id tam incommodum non est, ut propterea Leo in invidiam vocandus, omniúmque sectariorum maledictis sit proscindendus. Nam primò vocavit Deam, eo sensu, quo S. Gregorius Nazianzenus (seu quisquis est auctor Tragœdiæ, cuj titulus; (*Christus patiens*) eandem virginem *Deam* dixit: usurpato *Dea* nomine, ùt significat Divam; virtutibus cæterísque animi & corporis dotibus insigniter excultam; & supra reliquorum mortalium sortem, conditionémque evectam: qualem *Deam* esse Deiparam, nemo jure abnuerit. E
Vocavit secundò Deam; eo sensu, quo ipse olim Deus Exod. 7. Moysen *Deum Pharaonis* constituit. Moyses Deus non erat natura & essentia, sed metaphoricè, portentis, quæ edebat, & prodigiis.

Vocavit tertiò *Deam*, ea notione, qua Sancti omnes *Dei* nomen sibi vendicant. Etenim F
si, ùt præclarè ratiocinatur Damascenus lib. 4. cap. 16. *Omnium conditor & Dominus, Rex Regum, & Dominus dominantium, & Deus Deorum dicitur, omnino & Sancti Dii, & Domini, & Reges erunt. Horum & est, & dicitur Deus, & Rex, & Dominus & Deus. Deos autem dico, & Reges & Dominos, non natura, sed quòd affectibus imperent & dominentur, divinaque imaginis similitudinem, qua geniti sunt, integram custodiant, uniti Deo, per voluntatem, quem etiam inhabitatorem habent, facti hujus communione per gratiam, quod ipse est natura.*

Vocavit quartò *Deam* eo modo, quo ii G
omnes, ad quos sermo Dei factus est, Dii appellantur, Psal. 81. *Ego dixi, Dii estis.* Quo ipso Prophetæ dicto defendit se etiam Christus Dominus Joan. 10. qui licèt naturalis filius Dei esset, & Deus de Deo, ídque verissimè prædicaret; mirantibus tamen incredulis Judæis, eúmque blasphemiæ arguentibus, objecit illud Psalmi: *Ego dixi, Dii estis.* Quasi diceret, etiamsi non essem filius Dei naturalis; non tamen blasphemâssem, appellando me Deum; quia si illos Propheta dixit Deos; ad quos sermo Dei factus est, & non potest solvi scriptura, quantò magis nomen hoc tribuendum erit ei, quem pater sanctificavit, & in mundum misit, & qui talia opera in omnium conspectu quotidie facit?

Vocavit quintò *Deam* ea ratione, qua ipse H
Christus Matth. 16. suos Apostolos Deos censuit, teste D. Hieronymo: *prudens lector attende*, inquit D. Hieronymus, in Matthæum, *quod ex consequentibus, textúque sermonis, Apostoli nequaquam homines, sed Dii appellantur. Cum enim dixisset; Quem dicunt homines esse filium hominis? subjecit; vos autem, quem me esse dicitis? Illis, quia homines sunt, humana opinantibus, vos qui estis Dii, quem me esse existimatis?* Et paulò suprà: *Qui de filio hominis loquuntur, homines sunt; qui verò divinitatem ejus intelligunt, non homines, sed Dii appellantur.* Quis autem hominum divinitatem Christi magis intellexit; quàm illa, quæ Verbi genitrix fuit?

Vocavit sextò *Deam*, eo modo, quo D. Gregorius Nyssenus ait: *Illum Deum fieri, qui* Nyss. orat.
fiat misericors. In multis, inquit, *locis scri-* 5. de beatit.
ptura divina, nomine misericordis nominatur

Numen

A *Numen divinum. Si ergo misericordis appellatio Deum decet, ad quid aliud hic te sermo hortatur, nisi ut Deus fias; tanquam formatus & insignitus propria nota Deitatis?* Quis autem magis est misericors, quàm illa, quæ est mater misericordiæ? Cùm igitur Dei nomen sanctis & electis Dei tot modis, non proprio (sic enim incommunicabile est) sed metaphorico significatu tribuatur; quid mirum, si ad Divam Virginem, Sanctorum omnium Reginam, nomen hoc interdum transferatur? Illud magis mirum est, reperiri tam effrontes, qui dicant; nos propriè Dei nomen, & rem nomine significatam Deiparæ adscribere; quod Catholicorum nemini unquam in mentem venit. Hæc ego olim Hæreticis generatim: Nunc eadem tibi speciatim pro Leone Pontifice.

B Vitio verterat Misenus Ignatio; quòd B. Virginem absentem, & in cœlo residentem Invocâsset & adorâsset. Quæsivi, num ipse Christum absentem secundùm humanitatem, & in cœlo ad dextram Patris considentem, nunquam invocet aut adoret. Ad hoc Misenus: *Ego Christum, si in terris versaretur, cum suo corpore, eodem modo invocarem, ut nunc invoco in cœlum receptum.* Adoras igitur & Invocas, ùt video, Christum, licèt corpore C absentem, & super astra evectum. Si igitur tu rectè facis adorando & invocando Christum, quamvis absentem: non obstabit absentia, quò minùs etiam D. Virgo absens corpore, adorari & invocari queat: quia si in Deipara absentia præcisè ùt absentia est, impediret invocationem & adorationem; impediret etiam in Christo, cùm absentia illa in Christo generatim considerata, & in Deipara, ejusdem sit rationis, quippe præsentiæ negatio. Non ergo culpandus Ignatius eò tantùm, quia absentem corpore virginem adoravit: alioquin tu quoque à culpa liber non eris, cùm Christum corpore absentem invocas & adoras. Sed quoties quotannis?

D *Adorationis objectum*, inquit Misenus, *non est vel in terris vel in cœlis Christi humanitas, sed Deitas. Adoro sanè integrum Christum Deum & hominem, non tamen adoro respectu humanitatis, sed Deitatis.* Quid hæc ad rem, ô Lithe? nisi mihi fortè declarare vis, te Danæi fermento infectum; qui impiè negabat, Christum ùt hominem, seu Christum secundùm *humanitatem*, hypostasi divinæ conjunctam, & ùt conjuncta est: esse adorandum & colendum latriæ cultu; licèt enim humanitas Christi non sit ratio, ob quam Christus est colendus latria, atque adeò non sit *objectum quo*, (ùt scholæ appellant) verè tamen adoratur; quatenus in verbo subsistit, eique hypostaticè est conjuncta, ita ut ratio colendi humanitatem Christi hoc cultu, sit divinitas, ipsa autem humanitas cultus illius & adorationis sit & jure vocetur aliquis terminus: Et mirum sanè est, si, ùt ais, totum Christum, ùt Deus est & homo, adoras, *adorationis tuæ* E *objectum* non esse divinitatem pariter & humanitatem Christi. An non humanitas Christi in Christo continetur? Sed in vos quadrat illud, quod dixit Dominus ad Samaritanam: *Vos adoratis, quod nescitis.*

F Dixeram, honorem imaginis transire ad prototypum; & in imagine prototypum coli. Ad quod Misenus, ex institutione Calvini: *quasi verò Judæi Jehovam colentes in sculptilibus & vitulis, non fuerint Idololatræ.* Sed tu probare, non tantummodo cum Calvino tuo asserere debebas, Judæos in vitulis & sculptilibus, tanquam in imaginibus coluisse verum Deum: non ipsis vitulis & sculptilibus divinos honores tribuisse; de quo verbum non addo, donec tu Bellarmini & Gregorii Valentiani argumenta dissolveris, quibus copiosissimè probant contra Calvini inscitiam & impudentiam, Judæos & Ethnicos, ipsa Idola pro Diis habuisse, aut certè eorum aliquos in idolis aliqua creaturas, numinum instar, honorâsse, vociferaberis, ùt tuus est mos, tibi non esse hos auctores evolvendi otium. At noveris Misene, multò minus otii mihi suppetere, ut, quæ jam ab aliis doctissimè profligata sunt, ego denuo refutem, ea solùm de causa, quia à te sine ullo argumento novo repetuntur.

Bellarmin. lib. 2. de imag. cap. 13. Valent. lib. 1. de Idolol. c. 5.

G Quia tamen non erubescis citare S. Augustinum ex Calvino: agedum videamus; quàm tibi & Calvino tuo S. Augustinus faveat; nam primò apertè testatur S. Augustinus, Ethnicos saltem aliquos, simulachra habuisse pro Diis: hinc ait: *eos ita fuisse affectos*, ut, dum coram Idolis preces funderent, putarent se ab illis exaudiri. *Quis*, inquit, *adorat vel orat intuens simulachrum, qui non sic afficitur, ut ab eo se exaudiri putet, ac ab eo sibi præstari, quod desiderat, speret?* Putabant ergo Idola vivere, & Deos bonorum largitores esse: quare ipso etiam sole & mari derelicto vertebant se ad statuam Solis aut Neptuni, eámque, quasi sentientem, gemitibus feriebant, & hoc adscribit S. Augustinus similitudini simulacri, quam habet cum homine; quæ in sole aut mari non apparet. *Hoc enim facit, & quodammodo extorquet illa figura membrorum, ut animus vivens in sensibus corporis, magis arbitretur sentire corpus, quod suo corpori simillimum videt, quàm rotundum solem, undásque diffusas, & quidquid non eisdem lineamentis formatum conspicit, quibus illa formata sunt, quæ viventia videre consuevit.*

S. August. in Ps. 113.

H Secundò dicit; fuisse nonnullos, & quidem, ùt ipsi videri volebant, sapientiores, qui dicerent, se non ipsa simulacra adorare ùt Deos, sed ea, quæ per idola significabantur; significata autem hæc erant creaturæ, non creator. Id adeò ex ipsis S. Augustini verbis liquet, quæ tu truncata adduxisti, fuci faciendi causa. *Videntur sibi*, inquit,

A inquit, *purgatioris esse religionis, qui dicunt, nec simulacrum nec Dæmonium colo, sed per effigiem corporalem ejus rei signum intueor, quam colere debeo. Ita verò interpretantur simulacra, ut alio dicant significari terram, alio mare, sicut Neptuni simulacro; alio aërem; sicut Junonis, alio ignem, sicut Vulcani:* paulò pòst. *De quibus rursus cùm exagitari cœperint, quòd corpora colant, respondere audent, non se ipsa corpora colere, sed quæ illis regendis præsident numina.* Hæc & plura in eandem sententiam S. Augustinus, quæ adversus nos valerent, si per imagines coleremus creaturas aliquas cultu divino tanquam Deos, aut Deos harum creaturarum præsides, ùt Ethnici cautiores de se dicebant: quia verò per imagines Dei, verum Deum colimus, cultu divino; & per imagines Sanctorum, Sanctos cultu longè inferiore; nihil penitus ex hoc D. Augustini loco contra nos conficis: etsi multum contra Calvini deliramenta conficeres, si velles, aut posses: nam & alibi de Ethnicis asserit S. Augustinus, eos *simulacra venerari vel tanquam Deos, vel tanquam signa & imagines Deorum.*

S. August. l. 3. de doct. Christiana.

B *De fabulosis apparitionibus*, inquis, *& tædet & piget aliquid addere.* Etiam me, mi Simo; sed necdum ostendisti, fabulosas esse apparitiones illas, quas Ribadeneira commemorat. Nec opus, ut aliquid addas Ribadeneiræ narrationi; quia quidquid addes, aut mendacium, aut figmentum poëticum erit. Ergo rectè agis nihil addendo. Laudo omissionem. Ais: *Nemo nisi insanus credet, verè apparuisse Mariam cum puero JEsu Ignatio.* Idem dixisset, si in mentem venisset, frater tuus Celsus de apparitionibus Christi, quæ sacris litteris consignantur; nominatim de illa, qua Mariæ Magdalenæ hortulani specie apparuit. *Nemo insanus credet, verè apparuisse JEsum sub hortulani specie.* Quid his insanis clamoribus effecisset tuus Celsus? Idem, quod tu nunc efficis: aliquid fortassis apud suos Epicureos; nihil apud prudentes, quibus mens non mota loco.

C *Estne*, inquis, *vel fuit Christus puer, cùm Ignatius viveret, vel potiùs infans, qui gestetur in matris ulnis?* Quæram & ego: Estne Christus vel fuit hortulanus, cùm Maria Magdalena in horto eum quæreret? Estne Christus vel fuit peregrinus, cùm duobus discipulis Emaunthem tendentibus sese patefecit? Si Angelus conspicuum sese efficere potest ea, qua vult figura, & modò majore, modò minore, cur non & Christus Angelorum Dominus? D Dic mihi, Misene, fuitne Christus leprosus, cùm, specie leprosi, Martyrio Monacho apparuit, ùt refert S. Gregorius, cujus narrationem, velis nolis, audire debes, licèt cum Celso tuo aures, *aspidis instar*, obtures, ne exaudias vocem sanctissimi Pontificis *incantantis sapienter.* Stomachaberis, satis scio, & fortè nauseabis, ùt cùm de Xaverio loqueris; Sed tanti non est tua aut bilis aut nausea. E Audi igitur S. Gregorium, quem ut tibi, non dicam, anteponam, hoc enim sacrilegium esset; sed vel comparem; exspectes licet, dum labitur Ister; at ille volvitur & volvetur in omne volubilis ævum: ubi cursum confecerit, tum à me, & quovis cordato postula, ut te fide digniorem & auctoritate & sanctitate potiorem arbitremur, quàm Gregorium Magnum purissimum illud & lucidissimum omnis sanctimoniæ & integritatis speculum. Sed S. Gregorium audiamus. *Epiphanius Diaconus, Isauria provincia exortus, in vicina factum terra Lycaonia solet narrare miraculum; ait enim,* F *quòd in ea quidam Martyrius nomine, vita valdè venerabilis Monachus fuit, qui ex suo monasterio, visitationis gratia, ad aliud monasterium tendebat, cui spiritualis pater præerat: Pergens itaque leprosum quendam, quem densis vulneribus elephantinus morbus per membra fœdaverat, invenit in via, volentem ad suum hospitium redire; sed præ lassitudine non valentem. In ipso verò itinere se habere perhibebat hospitium, quo idem Martyrius Monachus ire festinabat. Vir autem Dei ejusdem leprosi lassitudini misertus, pallium, quo vestiebatur, in terram protinus projecit & expandit, ac desuper leprosum posuit, eúmque suo pallio undique constrictum super humerum levavit; secúmque revertens detulit. Cúmque jam monasterii foribus propinquaret, spiritalis pater ejusdem monasterii magnis vocibus clamare cœpit: Currite, januas monasterii citiùs aperite: quia frater Martyrius venit Dominum portans.* G *Statim verò, ut Martyrius ad monasterii aditum pervenit; is, qui leprosus esse putabatur, de collo ejus exsiliens, & in ea specie apparens, qua recognosci ab hominibus solet Redemptor humani generis, Deus & homo Christus JEsus; ad cælum, Martyrio aspiciente, rediit; eique ascendens dixit: Martyri, tu me non erubuisti super terram; ego te non erubescam super cælos. Qui sanctus vir, mox ut est monasterium ingressus, ei pater monasterii dixit. Frater Martyri, ubi est, quem portabas? Cui ille respondens dixit: Ego si scivissem, quis esset, pedes illius tenuissem. Tunc idem Martyrius narrabat, quia cùm eum portâsset, pondus ejus minimè sensisset. Nec mirum: Quomodo enim pondus sentire poterat, qui portantem portabat? Qua in re pensandum est nobis, quantum fraterna compassio valeat, quantum nos omnipotenti Deo misericordiæ viscera conjungant.* Hæc S. Gregorius. H Ubi tu illa Calvinianæ modestiæ plenissima intonabis: *Quis non videt hæc ex Monachorum cellis deprompta, impudentissimè nobis offerri?* Imò quis non videt hæc ex Calvini lustris deprompta, impudentissimè effundi, chartisque mandari; cùm non afferatur ulla vel in speciem verisimilis ratio, quæ has & similes apparitiones vanitatis & falsitatis convincat; & hæc tua convicia non sunt dormiturientis tantùm aut nictantis, sed planè insanientis animi manifesta argumenta.

S. Gregor. Hom. 39. in Evang.

De

A *De castitate Ignatii*, inquis, *mihi ignota, ineptus sim, si tecum litigem.* Bene dicis Misene. Non enim adeò te odi, ut, cùm quid vero consentaneum profers, id non laudem: Ineptus esses, si de castitate Ignatii mecum litigares, sed cur antea cum Ribadeneira de eadem litigâsti: Fortè biennium abhinc erat tibi notior, quàm modò. Cur ineptias notam non perhorrescis, cùm de aliis rebus æquè tibi ignotis mecum contendis? Publianus Mimus est. *Malitia, ut pejor veniat, se simulat bonam.* Tu etiam fingis te nolle contendere, ut postea rixandi impotentiæ fræna laxes. Ais: *Nunquam mihi persuaseris, ut credam, Ignatium, donum illud, si modò* B *habuit, ex visione tua fabulosa accepisse.* Neque ego multùm enitar, ut tibi persuadeam; quis enim equo aut mulo persuadeat castitatem; aut etiam hoc fieri posse, aut factum esse; ut aliqui viri sanctitate præstantes id doni cœlitus acciperent, ut nullas ampliùs libidinis titillationes & flammas sentirent: quod S. Benedicto divinitus obtigisse post vehementissimam carnis tentationem, magno animo superatam, refert S. Gregorius. S. Greg. l. 2. dial. cap. 2. *Ex quo tempore*, inquit sanctissimus Pontifex, *ita in eo est tentatio voluptatis edomita, ut tale aliquid in se minimè sentiret.* Idem Methodio patriarchæ Constantinopolitano evenisse Zonaras scribit: nam cùm ei Apostolorum præcipui Petrus & Paulus apparuissent, rei venereæ sensum & appetitionem in perpe- C tuum exemerunt. Tu arbitraris *fabulam*. Libenter credo, te ita credere; Etiam hoc credo, te non passurum, ut simile donum tibi conferretur, licèt totus Apostolorum Chorus, omnésque Angelorum ordines id tibi liberaliter offerrent. Imitareris Lucium apud tuum Lucianum, in asinum transformatum, qui cùm in periculo versaretur, ne Eunuchus fieret: Ἐγὼ δὴ ἐδάκρυον, inquit, *ὡς ἀπολέσων αὐτίκα τὸν ἐν τῷ ἄνω ἄνδρα.* Nec mirum, ventrem pro Deo habes. Cur tam sancto numine te privari sineres?

D Toto cœlo differs ab illo juvene, de quo Justinus Martyr, qui, ut reipsa probaret, se, & alios Christianos, illicitis voluptatibus non vacare (ùt Ethnici calumniabantur) petiit, etsi non obtinuit, à Medicis, & à præside Alexandriæ, ut execraretur. Hoc nimio nimium tibi videbitur; sed ut ut sit, Justinus Martyr ardorem & amorem castitatis, quo adolescentis hujus animus flagrabat; commemorare non dubitavit, in ea pro Christianis Apologia, quam ad Antoninum Pium misit. Si olim hac Calviniana mente imbutus vixisses, non potuisses fieri unus ex Athenienfium Hierophantis; hos enim S. Hier. contra Jovi. scribit S. Hieronymus, *usque ad suam ætatem, cicuta sorbitione castrari solitos; & postquam in Pontificatum fuerint electi, viros esse desinere.* Itaque loco Hierophantæ; factus es sycophanta.

Christianis tamen castitatem profitentibus, cicuta opus non est, ùt tu in scholiis tuis insinuâsti; sed gratia Dei, qua muniti, blandimenta carnis facilè aspernantur. E *Apud Atheniensses*, inquit Origenes, *unicus Pontifex, ne ipse quidem satis sibi fidens, quòd imperare possit cupiditatibus, cicuta oblitis genitalibus, putatur satis idoneus ad castè obeundas ejus civitatis solennes ceremonias. At apud Christianos non desunt viri, quibus cicuta ad hoc nihil opus est, ut Deo castè serviant, sed pro cicuta eis verbum Dei sufficit, ad expellendas ex animo concupiscentias & vacandum precationibus.* Orig. lib 7. contra Celsum. Hæc Origenes contra tuum Celsum; qui etiam præcedentibus verbis indicat, quanta Christianæ Religioni vis & efficacitas insit flectendis hominum mentibus ad castitatis & integritatis laudem & decus; & quantopere dissideat Christiana professio à professione Philosophorum, qui præclara de Deo, rebúsque divinis in scholis differentes, omni flagitiorum genere sese inquinabant, *dedecorantes sua corpora lascivìis & turpitudinibus. Caterùm homines idiota*, inquit Ori- F genes, *à Philosophis pro nihilo habiti, ùt stulti & illiberales, si modò committant se in fidem Dei, & doctrinam Christi recipiant, tantum absunt ab omni lascivia, spurcitia, turpitudine libidinum, ut in morem perfectorum sacerdotum ab omni coitu abhorrentium, multè eorum in totum purè castéque vivant, alieni à congressu mulierum, etiam legitimo.* Quòd si vestra doctrina est illa, de qua hic loquitur Origenes, cur, quæso, nulli tales ex vestra doctrina existunt, quales hoc loco scribit Origenes? Cur cuncta cogitatio cordis vestri intenta est ad Venerem, aversa à castitatis pulchritudine? Cur, cùm de hac materia aut scribitis aut loquimini, non facitis id hominum, sed pecudum more?

Legat, qui volet, Hæreticorum Epitha- G lamia, ut hæc duntaxat ex multis nominem, & ex cantu statim, quales Cycni sitis, agnoscet. Nuper cùm Prædicans quidam filium Prædicans Lavinganus suum Prædicantem; Prædicantis & Superintendentis filiæ connubio jungeret, non defuerunt, qui tam benedictas, & ex tam Evangelico semine coalitas nuptias cohonestarent, versibus, verbis & sententia sordidissimis, Prædicantium tamen munere & spiritu non indignis. Ex quibus unus, H Pudet quidem commemorare; sed pudorem vincit Prædicantium impudentia, qui videri volunt pleni Paulo & Evangelio, cùm sint plenissimi Sybaritico genio; commemorabo autem, *non ut inficiam aures auditorum aut lectorum*, inquit S. Epiphanius, Gnosticorum turpitudines patefacturus, & conscripturus: *sed ut prudentibus odium magis excitem adversus ipsos, & aversionem ab actionibus pravis: non calumniam struens cælestis illis, sed per veritatem ea, qua ab ipsis fiunt, in apertum triumphum ducens.* Ita

 igitur

A igitur unus : *O te felicem quapropter docte Magister, cujus nunc intrat bella puella thorum: ut sit perpetuò lecta corona viri. Talis curarum socia est, & dulce levamen, Tempore qua cuncto vulnus amoris alit. Quæ longè superat pondera mille Tagi.*

Quàm expressa vox, inquit ille apud Senecam, *quàm ex imis visceribus emissa, non experti tantùm, sed delectati.*

Ergo novo thalamo latus nunc utere, sponse: Sponsaque tu collo circunda brachia sponsi ; & qui non pater est, hunc citò redde patrem. Festina lentè, Prædicans, non placent Hipprocrati partus præproperi. Sed Prædicantium judicio, *mora nulli rei prodest, nisi iracundia*, ùt ait Publianus Mimus ; Valet apud illoa illud : μηδὲν ἀναβαλλόμενος.

B Verebatur fortassis versificator iste, ne Prædicans imitaretur Ammonem illum, de quo Socrates, *qui cùm adolescens esset, à nuptiis abhorruit. Sed cùm nonnulli amicorum eum exhortareatur* μὴ καθυβρίζειν τὸν γάμον, *ut non detrectaret nuptias, sed uxorem duceret: illis morem gessit, venitque ad nuptias: Ac statim ut virginem è thalamo exemerat, & consueta cum pompa in interius deduxerat cubiculum: tandem ubi necessarii illius decessissent, arrepto in manum libro Apostolico, Epistolam Apostoli ad Corinthios cæpit legere, præceptáque illius de nuptiis conjugi exponere: deinde multa aliunde adjicere: docere nuptiarum incommoda, quàm tristis sit inter virum & mulierem vitæ consociatio, quàm acerbi dolores mulierem gravidam pungant. Addere etiam molestias, quæ in liberorum educatione inesse solent: postremò virginitatis commoda percensere, & quatenus vita pura, inviolata, & ab omni labe vacua, sit libera: & quòd virginitas ad Deum nos* C *quàm proximè faciat accedere. Hæc aliáque multa apud uxorem virginem elocutus, persuasit illi, ut priusquam congrederentur, eam vitæ rationem, quam humana consuetudo postulat, prorsus abjicerent. Ambo igitur quasi fœdere ea de re pacto, ad montem, qui Nitria vocatur, rectà se conferunt, ibique ad exiguum tempus in tugurio ætatem degentes, communem vitæ monasticæ disciplinam exercuerunt, nullo virilis aut muliebris sexus discrimine habito: sed unum corpus, ùt est apud Apostolum, fuerunt in Christo. Non longo pòst tempore, nova sponsa & virgo incorrupta Ammonem sic affatur: Non te decet, qui temperantiæ & castitati colendæ se totum dedisti, fœminam in tantillo domicilio* D *conspicari. Quare si videtur quisque nostrûm separatim in monastico vitæ genere exercendo se ponat. Hoc itaque de utriusque sententia pactum est: atque alter ab altera segregatus, quod reliquum erat, vitæ, eo modo contrivit.* Hæc Socrates de Ammone ; quem qui imitaretur Prædicans, nullus à condito Evangelio Lutherano usque ad hanc dient repertus est ; nec futuro tempore reperietur. Quòd si quis ex horum grege sponsæ suæ quidpiam ex Apostolo prælegeret ; non illa, quæ Ammon ; sed hæc prælegeret : *Unusquisque suam uxorem habeat : & unaquæque suum virum habeat : uxori vir debitum reddat ; similiter autem & uxor viro.* Nec, quæ sequuntur, adderet, more nimirum Magistri sui Diaboli Psalmum nonagesimum citantis ; nec qua mente & occasione verba illa Apostolus protulisset, explicaret : Sed ut Polypus ad Petram ; ita iste ad textum istum non Apostolicè, sed hæreticè intellectum, adhæresceret. E

Socrat. lib. 4. cap. 18.

Jam alium Cycnum Prædicantis nuptias decantantem audiamus. *Quid magis oblectat, quàm nominis atque bonorum hæres? quis talis? filius ipse tuus. Hic autem thalamo dabitur, non cælibe vita. Beatum te dico, nubit quòd pia virgo tibi. Ore charis, te sequitur, soli se tibi tota dicat. Ut tibi conviuat ; & si vel morbus cruciet, vel grandior ætas subveniat. Crescat prole domus.* F

Alius longè adhuc suaviùs cantat in hunc modum : *O te felicem, te tèrque quatèrque beatum, Tot Divæ thalami cui sacra festa parant. Hymen adest, adsunt Juno, Minerva, Venus ; O te felicem, talis cui nupta jugatur. Nec laudare satis sponsam, quam gratia frontis commendat, possum. Hæc tua spes fiet, deliciúmque tuum ; Gemma puellarum fuit olim, gemma mariti nunc sit. Quid loquor? huic forma cedet Venus aurea sponsa. Nec te sponsa minùs felicem prædico, cujus vir talis thalamos, qualis hic ipse petit ; Spes, amor, ac pectus cor, columénque tuum. Hunc igitur geminis ulnis amplectere : totum se tibi qui tradit, córque animámque suum.*

G Quid tibi videtur Misene? An non hoc Epithalâmium dignissimum est Evangelicis Prædicantibus, successoribus illius, qui monialem sacrilegis nuptiis incestavit? Ubi pastores & Doctores populi capri sunt & hirci, quid de grege sentiendum erit? Si Prædicantes mulieribus sunt *spes, amor, pectus, cor, columen*, & vicissim mulieres Prædicantibus *gemma, spes, delicium, lecta corona, dulce levamen* ; satis indicant, quantum habeant, de Joviniano, Auxentio, Germinatore, Felice, Protino, Geniali, Martiano, Januario, & Ingenioso, hæreticis, à Syricio, Romano Pontifice, & à S. Ambrosio damnatis : & quàm parùm de Christo aut Paulo ; quantum de Sardanapalo, quàm parùm de Evangelio Christiano.

Apud S. Ambros. lib. 10. epi. 80. & 81.

H *Quid magis pædagogicum*, & triviale, quàm verba hujus poëmatis? Quid turpius & ἀνευαγγελικώτερον, quàm sensa? ut mihi quidem Catullus in suis Epithalamiis purissimus, & planè Evangelicus Prædicans, videatur fuisse, cùm istos intueor, quibus nulla major est beatitudo, quàm Catullianum illud : *Ludite, ùt lubet, & brevi liberos date, non decet tam vetus sine liberis nomen esse, sed indidem semper ingenerari. Prædicans volo parvulus, matris è gremio suæ porrigens teneras manus, dulcè rideat ad patrem, sed micante labello.*

A *labello.* Hæc profectò & similia Prædicantium cantica & placita, non proficiscuntur ex schola Christi, sed Joviniani, nec ex mente Pauli, aut aliorum Apostolorum, sed ex sententia illius, quæ olim canebat. *Felices nupta, moriar, nisi nubere dulce.* O *te supplicio omni dignam,* inquit Seneca, *cui quidquam sacerdotio felicius est.*

Senec. lib. 6. controv. 8.

CAPUT VIII.

De profectione B. P. Ignatii ad montem Serratum, & quid ibidem gestum.

B DE *nobilitate Ignatii, & rei militaris usu,* inquit Misenus, *nunquam tibi litem movi.* Qui nunquam, cùm quæcunque frater retinendi Ignatii causâ dixerat: elevaveris & riseris, ùt ipse confiteris. Dixerat autem etiam de familiæ splendore, ejúsque Ignatium spem vocârat; & de militari peritia, aliísque donis, quibus exornatus à natura fuerat Ignatius, quæ dona Ribadeneira capitibus superioribus tacitus non prætericrat. Quo igitur ore dicis, te mihi de familia Ignatii, & bellica scientia, non movisse litem? Scripseram, qua prudentia fuerit Ignatius, id vel maximè elucere ex Societatis amplificatione. *Videris,* inquit Misenus, *nescire illud Plinianum: quæ spectatissimè floreant, celerrimè marcescere.* Cur id accidat in plantis, si accidit; viderint Physiologi, qui plantaria Theophrasti & Aristotelis colunt: Si à plantis transferatur dictum illud ad instituta & genera vivendi, tum plerumque fit, ut, quò deteriora sunt, eò sub primordia sua nitidiùs floreant; sed absque

C constantia, subitò enim deflorescunt. *Videas,* inquit S. Cyprianus, *schismaticos,* (& Hæreticos) *semper inter initia fervere, incrementa verò habere non posse, nec augere, quod illicitè cœperint, sed statim cum prava sua æmulatione deficere:* Sunt enim impii, sicut *pulvis, quem projicit ventus à facie terræ. Vidi impium superexaltatum, & elevatum, sicut Cedros Libani,* inquit B. David, & *transivi, & ecce non erat:* Sunt enim improbi, ut Homerico verbo utar, ὠκύμοροι & μινυνθάδιοι. At virtutis & honestatis sodalicia, sunt sicut lignum, quod plantatum est *secus decursus aquarum, quod fructum suum dat in tempore suo, cujusque folium non defluit;* & sicut *ager plenus, cui benedixit Dominus.*

S. Cyprian. epist. 52.

D *Nondum,* inquis, *à primordio sæculum præteriit, & ex amplissimo Gallarum regno societas ejecta est:* Non ex totò, mi Simo; nam undecim domicilia in ditione Christianissimi Regis adhuc possidemus: quod, ut dolorem tuum, quem ex nostro exilio concepisti, lenirem, jam antea tibi indicavi, adscriptis etiam singulorum domiciliorum nominibus, & sociorum numero. Bono sis animo, Misene, restitutio in integrum needum aut ex foro, aut ex usu, aut ex juris voluminibus sublata est. ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες, ait Theocritus. E *Fortasse,* inquit, *sub initium alterius sæculi exturbabitur societas ex Germania, atque ita deinceps ex aliis provinciis.* Nulla me tenet dubitatio, quin exturbaretur, si ejus faciendi penes te & tuos Calvinistas arbitrium & potestas esset. Interea donec tu Dominus Germaniæ fias, optabis, quod cogitas, & cogitabis, quod optas, & hoc sine ulla difficultate. οὐ γὰρ χαλεπόν ἐστι τὰ τοιαῦτα νοῆσαι, ait alicubi Aristoteles, ἀλλὰ ποιῆσαι μᾶλλον, τὸ μὲν γὰρ λέγειν εὐχῆς ἔργον ἐστὶ, τὸ δὲ συμβῆναι, τύχης. *non est difficile talia cogitare, sed facere: Nam dicere, optantis est; evenire, fortunæ.* Hoc tuum de excidio nostro vaticinium revocat mihi in memoriam prædictionem Ethnicorum, qui ariolabantur, Christianam Religionem ultra trecentos sexaginta quinque annos non perseveraturam. Quàm verum fuit hoc augurium: tam verum arbitror tuum, & ut tam verum sit, Deum precor.

Arist. lib. 7. Polit. cap. 12.

F Nunc syllogismo, & quidem cornuto, invadit me corniger meus Misenus. *Vel scivit Ignatius, vel nescivit, quid charitas esset: si nescivit, ego vera scripsi. si scivit; otiosè Ribadeneira mentionem fecit investigationis.* Quantò rectiùs ita argumentareris. Vel scripsit Ribadeneira Ignatium nescivisse; quid sit charitas; quid humilitas, quid patientia; vel non scripsit: si scripsit, ego vera scripsi, si non scripsit; ùt revera non scripsit; ego sum mentitus, & tu rectè me mendacii coarguisti, quòd dixerim, Ribadeneiram scripsisse, quæ nunquam scripserat: id adeò planum est ex verbis Ribadeneiræ, quæ sunt ista. G *Et ut intelligamus, quibus Deus quasi gradibus, in milite suo rerum divinarum cognitionem, animique virtutem auxerit, hoc ille tempore, minimè sanè investigabat; quid charitas, quid humilitas, quid patientia, quid sui contemptio, quæ cujusque virtutis vis & natura esset, quibus finibus temperantiæ modum circumscriberet, quid ratio, quid spiritalis prudentia postularet: sed id complexus, quod optimum tunc videbatur, & præsenti statui maximè congruebat, totus in eo erat, ut res maximas & maximè arduas, quæ positæ sunt in corporis afflictatione, perficeret.* Hæc Ribadeneira. Ubinam verbum de tuo *nescire?* Nam non *investigare* quid charitas esset, non est nescire, quid sit charitas; quid humilitas, quid cætera; sed est, ùt in Apologia dixi, his aliud quiddam præponere, usu saltem & exercitatione, nempe corporis per inediam & flagra afflictationem; quòd putaret à tirone potissimùm exigi, ut in hac palæstra desudet & algeat.

H Verùm ut κερατίνῳ tuo λόγῳ cornua frangam; respondeo primùm, etiamsi *otiosè* scripsisset Ribadeneira, Ignatiùm non investigâsse, quid sit charitas, quid humilitas, &c. tu tamen non idcirco liberareris à mendacii culpa.

A culpa. Non enim, quod tu scribis, scripsit Ribadeneira, nescisse Ignatium, quid sit charitas, quid humilitas, &c. Deinde nego, Ribadeneiram otiosè fecisse mentionem *investigationis*, si Ignatius scivit, quid sit charitas, quid humilitas, quid prudentia. Multa enim scimus, quorum ductum & præscriptum, ut sequamur, minimè laboramus, aut investigamus, intenti potiùs ad aliorum hortatus, quibus potiùs auscultandum ducimus. Præterea an nescis, nos in scientia & cognitione

B crescere posse? Certè Apostolus inter cætera dona, quæ optat iis, ad quos scribit, non rarò optat, ut crescant in cognitione, & scientia: ergo etiam is, qui scit, quid sit charitas, quid prudentia, quid humilitas, investigare potest; quid sit charitas, quid prudentia, quid humilitas; non ut absolutè cognoscat; sed ut in cognitione crescat; idque, quod jam scit, accuratiùs intelligat, & cognitionem augeat. Quod responsum ex bicorni facit te *unicornem*: sed uno cornu nemini formidinem incuties.

C Fateris, Apostolum Paulum corpus suum castigâsse, & in servitutem redegisse, ais tamen, *te non ob id imminuendam putare libertatem Christianam, introductione jejunii aut cilicii.* Neque Apostolus imminuit suam libertatem, (quæ utique Christiana erat) cùm corpus suum castigavit, & in servitutem redegit, quia sponte sua & libera mente has castigationes & afflictiones suscepit. Porrò id, quod liberè suscipitur, nequaquam libertatem Christianam imminuit, cùm maximè ex Christiana libertate suscipiatur, etsi non ex Calviniana, cui omne illud, quod sensuum titillationi molestum accidit, Christianæ libertati adversari videtur; ita, quod vetat

Galat. 5. Apostolus, *libertatem in occasionem carnis datis*; neque unquam Apostolus Calvinistis

1. Thess. 1. dicere poterit, quod dixit Thessalonicensibus: *Vos imitatores mei facti estis, & Domini*; Nunquam enim adduci poterunt, ut castigent corpora sua, & in servitutem redigant: quibus omnis castigatio, adeò est invisa, ut ne verbum quidem *castigandi* ferre potuerint, substituto in ejus locum *sugillandi* vocabulo: *sugillo corpus meum.*

D Eremitas, ut Paulum; Antonium; Hilarionem, & similes, mihi relinquis. Benè facis, quia frustra eris, si hos Calvinianis castris asserere nitaris. Dixi jam olim, nunc itero: *Calvinianus sim, si Calviniani isti: Ego,* inquis, *ζῶον sum γελαστικὸν καὶ πολιτικόν*, Territus sum, fateor, lecta prima parte hujus definitionis. Putabam enim, te scripsisse, *ζῶον sum γελοῖον καὶ πολιτικόν*, *animal ridiculum & politicum*, jamque te novum simium salutare parabam. Quid ni enim? An non & simius, si se definiret, totidem verba usurparet: Ego sum ζῶον γελοῖον καὶ πολιτικόν, quia versatur inter homines. Deinde libenter concedo, te esse ζῶον, imò si loco

E generis posuisses θηρίον, nihil, quod culparem, habuissem. Nec displicet γελαστικόν, nisi fortè magis placet γελαστέον, *animal ridendum*: verùm prior quoque lectio tolerari potest, quamvis in severum criticum incidat; Nam γελαστικὸς es, hoc est, aptissimus ad ridendum divina pariter & humana, more Luciani; nihil risus tuus non ridet. Si ineptè, si impiè, manum non verteris; non moraris illud veteris poëtæ: *risu inepto res ineptior nulla est.*

F Sed quæso, cur te potiùs vocas animal γελαστικὸν, quàm λογικόν; an quia cares λόγῳ, an quia λογικὴ tibi ignota? An quia, ridere, quàm ratione & ratiocinatione uti, tibi jucundius est & familiarius? Quam rationis penuriam proximis quoque verbis indicas, cùm scribis, *Deo non placere castigationes à nobis susceptas.* Ergo Deo non placebat, quando S. Paulus corpus suum castigabat, & in servitutem redigebat. Deo non placebat, quando beatus David *in jejunio humiliabat animam suam, & cilicio induebatur.* Sed hæc olim fuerunt, inquies, cùm vetus lex, & vetus Evangelium regnarent. Nunc exorto novo Evangelio ex lacu Lemanno, contraria Deo placent. Ita credo; sed Deo, etiam novo, non veteri.

G Quod attinet ad disputationem Ignatii cum Mauro de perpetua virginitate Deiparæ; *respondissem*, inquis, *virginitatem partu non tolli; sed viri concubitu, qui, quia abfuit; & ante, & in, & post partum virgo mansit.* Præclarè profectò Mauro respondisses, & longè adhuc præclariùs satisfecisses, præsertim si ille inscitiæ tuæ ideo tantùm assensus fuisset; quia id tantus ignorantiæ Doctor asseverâsset. Quid ais, Misene? An virginitas, quam defendit Ecclesia, in Diva virgine, hoc est, integra mentis & corporis, non sublata fuisset in partu, si castissima genitrix, reseratis pudicitiæ claustris, peperisset? An tu ad Virginitatem illibatam & intactam, qualem Ecclesia in beata Virgine prædicat, corporis integritatem pertinere inficiaris? *Virginitas*, inquis, *non tollitur partu, sed viri congressu.* In cæteris quidem fœminis hoc accidit, quia virginitas, quæ jam ante partum sublata fuerat, in partu tolli

H nequit. At in diva virgine sublata fuisset in partu, si, patefacta corporis sui lege, filium enixa fuisset; quandoquidem de spiritu sancto viri expers conceperat. Quòd si tu cum Beza tuo & Fortunato asseris in partu corpus Virginis patefactum, agnosco novum discipulum veteris Joviniani, qui, ut docet

S. August. lib. de Hæres. S. Augustinus, *Virginitatem Mariæ destruebat, dicens, eam pariendo fuisse corruptam.* Agnosco item, quàm insigniter Mauro occurrisses, affirmando id, quod ipse Maurus affirmabat, cujúsque contrarium Ignatius fortiter & animosè defendebat.

At

A At si confiteris, quod Catholici confitentur in symbolo Apostolico, Christum natum ex Maria Virgine; non tantùm ex illa, quæ fuit virgo: quia omnis homo nascitur ex muliere; quæ aliquando fuit Virgo; sed ex illa, quæ in ipso etiam partu mansit Virgo, intacto & illæso virginei pudoris signaculo; tum tibi gratulor ob veritatem agnitam. Video tamen te hoc responsum dando, nullum responsum Mauro fuisse daturum; quia de hoc ipso quæstio erat, quomodo Deipara, licèt incolumi Virginitate concepisset; eadem Virginitate incolumi, parere potuerit, cùm partus ea videatur necessariò rumpere; sine quorum integritate, virginitas non consistit. Itaque ut aliquid ad rem responderes, ostendere debuisses, quo modo divinæ potestati non repugnet, ut corpus per clausum corpus educat & efferat: cui probando tot tibi argumenta suppetivissent, quot suppetunt orthodoxis, cùm adversus Bezam virgi-

B nitatem D. Virginis in partu adstruunt. Vix mihi tempero, quò minùs te mittam ad Gregorium de Valentia, qui quæstionem hanc adversus Crellianam impietatem fusè jam olim tractavit, sed statim clamabis. *Mallem me ablegari ad scripturam.* Contentus esto jam ablegatione ad Valentianum, invenies & ibi satis scripturarum, ne dubites; tu tantùm adfer mentem docilem, & oculos ad lectionem attentos. Mihi nec vacat, nec lubet de integro retexere omnes controversas quæstiones, quas tu imperitè tangis aut immisces, peritè jam disputatas ab aliis.

Gregor. de Valent. lib. contra Fortunat.

C Occasione confessionis triduanæ, quam Ignatius instituit, quæris ex me, recténe fecerit David, *quòd per triduum non enumeravit crimina sua, sed Psalmo brevi complexus confessionem delictorum, veniam à Domino petiit.* Subtilis quæstio, quia Calviniana. Respondeo tamen, rectè fecisse Davidem; quòd sacerdoti peccata sua non enumeravit; quia sacramentum pœnitentiæ necdum à Christo Domino fuerat institutum. Non sequitur autem; rectè fecit David non confitendo sacerdoti peccata sua: ergo & Misenus rectè facit, cùm à confessione auriculari, tanquam a piaculo, abstinet; licèt longè gravioribus sceleribus sit obrutus, quàm eo tempore erat

D Rex David. Nec sequitur: David, *postquam concionem pœnitentiæ ex propheta Nathan audivit* (sic enim loquitur Smidelinus in colloquio Mompelgartensi) pœnitentia ductus, exclamavit: peccavi; nec opus fuit, ut sacerdoti sigillatim peccata sua exponeret; quia, ùt Smidelinus ait, *absolutionem à Nathane accepit, illis verbis: Dominus transtulit peccatum tuum*, ergo & Misenus, cùm perpetratis flagitiis, qualiacunque illa sint, post audiram concionem Prædicantis, Stentorea voce, de supero loco tonantis, Calviniana devotione plenus, in hæc verba erumpit: *peccavi;* psalmúmque cantare incipit; ad confessionem sacerdoti faciendam non obli-

gabitur; translatis jam peccatis. Istæ tuæ consequentiæ, quas tacitus, innuis, magis decent ζῶον γελαστικὸν, cujusmodi tu, quàm λογικὸν, cujusmodi tu non es. E

F *Vide*, inquis, *insaniam Jesuitæ.* In qua rè sanissime Simo? *Ignatium suum cum Joanne Baptista comparare audet.* Non comparavi: Injuriam mihi facis, & lectori, quem tuis mendaciis irretis. Vocaveras Ignatium Cynicum, quòd stipem quotidiè cogeret, & aqua & pane vitam toleraret. Respondi: si inusitata vivendi ratio Cynicum efficiat, etiam Joannem Baptistam à te in Cynicorum classe collocandum esse, qui locustas & mel sylvestre sibi voluerit esse cibum. Estne hoc comparare Ignatium cum Joanne Baptista? An cùm factum unius, alterius facto defenditur, unus cum altero comparatur? Quantum intelligo, necdum intelligis, quid sit defensio, quid comparatio. Si Ignatius Cynicus est, quia aqua & pane victitavit. Cynicus sit oportet, tuo judicio, Joannes Baptista, quia locustas & mel sylvestre esitavit, vinúmque & siceram, & omne, quod in-

G ebriare potest, non bibit. Quid ergo bibit Misene? Expunge Baptistæ nomen, & pro tua Calviniana modestia suppone nomen Cynici, ut tandem à Cynico Miseno babeamus Joannem Cynicum. Cynicum fuisse oportet Justinianum Imperatorem, maximè exeunte Quadragesima. De quo hæc Procopius. *Omnibus illis diebus, qui paschalem solennitatem antecedunt, jejunio addictus, duram quandam vitam egit: nedum regi alienam, sed neque privato civi aliquo modo acceptabilem. Per duos dies cibis abstinebat. Cibum sumpturus, vinum, panem, & id genus alia cibaria abesse voluit, brassicam solum & agrestes herbas, longo tempore sale & aceto emaceratas edebat: potus erat sola aqua. Neque iis ad saturitatem utebatur, sed petitum cibum paulisper degustatum, mox dimisit, non eo sumpto, qui natura erat satis.* En, Misene, Cynicum Imperatorem.

Procop. lib. 1. de ædif.

H Cæterùm, qui me insaniæ arguis, planè hoc loco insanivisse, & de potestate mentis exiisse videris. *Pergit*, inquis, *& comparat Ignatium suum cum Davide insaniam simulante.* Ubi ego de hac re ullum verbum Misene, in toto capite, cujus tu hîc frustilla, & paucissimas lineas vellicas? Utar Misene tuo vocabulo, bona cum venia tua; *proculdubio* plusculum te invitâras, cùm hæc scripsisti; si non bacchanalia, saltem *Quirinalia*, hoc est, ùt interpretatur Festus, *Feriæ stultorum* erant, quas tu cum tuis religiosè obis; postquam ex sacris fastis ferias Sanctorum, D. Virginis, imò & Redemptoris nostri erasistis. *Cum reliquis Monachis*, inquis, *facilè patior Ignatium paribus ambulare passibus.* Videlicet, nisi tu patiaris; Ignatius imitari nequibit Joannem Baptistam, Antonium, Hilarionem, & Paulum primum Eremitam: imitari, in-

A quam, nequibit aſperitate vitæ, cultus & veſtitus, quotidianis jejuniis, aliiſque pietatis exercitationibus, quas in Serrato monte, tactus dolore cordis intrinſecus, ſuſcepit. Cynicus à te audiet, ſi te invito quidquam tentet. Sed quàm glorioſum & expetendum eſt hoc convicium; quod cum tantis viris, imò cum Chriſto Domino commune habet. Pudeat te hujus tuæ impudentiæ. Sed quid ego hæc tibi? *pudor doceri non poteſt, naſci poteſt*, inquit Syrus.

B Nominaveras Ignatium *Cynicum*, ob habitum extraordinarium; quem in monte Serrato induit. Reſpondi; tuo judicio, Cynicos quoque fore, qui in *melotis & pellibus caprinis circuibant, egentes, anguſtiati, afflicti. Apoſtoli*, inquis, *verba, Jeſuita ad ſuos Monachos refert.* Nihil minus, Miſene; non refero ad meos Monachos, ſed Ignatii veſtitum, quo ſe pœnitentiæ cauſa veſtivit, excuſo à Cyniciſmo per veſtitum ſanctiſſimorum virorum, quos Apoſtolus ſummis laudibus evehit. Si Ignatius ob ſuum veſtitum Cynicus fuit, fuerunt & iſti; quia multò inuſitatiores veſtes uſurpârunt. Si iſti non fuerunt Cynici, neque Ignatius Cynicus fuit. Nil ego hic de Monachis. Quò longiùs progredimur, eò magis arridet mihi definitio, qua te ſuprà definiviſti; appellans te animal non λογικὸν, *rationale*, ſed γελαςικὸν, *riſibile*: quia nulla ratiocinandi facultate polles: Tantùm garris, quàm appoſitè; id ſcilicet ζώῳ γελοίῳ non eſt curæ. Quocirca præterfluere ſino convicia, quæ hic in Monachos fundis, quos ais, *in aulis & gynæceis luxurioſiſſimis domicilia ſua figere*; Prædicantes, opinor, tuos deſcribere volebas; nam ut *veſpertinus circumgemit urſus ovile*, ita iſti tui ſubantes capri & hirci circumeunt porcilia & caprilia, &, ut inquit S. Hieronymus, *inter uteros tumentes, infantium vagitus, & lectulos maritorum*, libentiſſimè Calvinianum Evangelium Evangelizant.

C Cùm Lucianus Lutheranum Prædicantem & Calvinianum inſtruit, hoc illi præceptum vel maximè commendat & inculcat: ut cum fœminis familiaritatem arctiſſimam ineat καὶ σοι μελέτω, inquit, ὑπὸ τῶν γυναικῶν σπουδάζεσθαι δοκεῖν. πολλὰ γὰρ ἐκ τοῦ τοιούτου πρὸς τὴν ῥητορικὴν χρήσιμα παραγίγνεται, πλείων ἡ ἀναισχυντία καὶ θράσος, ὁρᾷς, ὡς λαλίστεραι αἱ γυναῖκες, καὶ λοιδοροῦνται περισσῶς, καὶ ὑπὲρ τοὺς ἄνδρας. *Curæ tibi ſit, ut videaris mulieribus curæ eſſe. Multa enim ex hac re ad prædicantis officium commoda manant: Major videlicet impudentia & audacia. Cernis viros loquacitate & conviciandi libidine longè à fœminis ſuperari.* Hæc inſtruendorum Prædicantium cauſa tuus Lucianus.

D Cæterùm, quod ſuprà ſignificavi, te hæc ebrium ſcripſiſſe, id ut vehementer ſuſpicer, facit, quod proximè ſubjungis de confeſſione auriculari, quam dicis me probare ex eo, E *quòd ad Joannem exivit omnis Hieroſolyma, & omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem; & baptizabantur ab eo in Jordane, confitentes peccata ſua.* Non diſputo, quidnam probabilis argumenti pro Confeſſionis ſacramento ex hoc loco duci poſſit. Tantùm quæro: ubi in tota apologia ullus locus inveniatur, qui indicet, ex hoc loco, me confeſſionem *auricularem* demonſtrare voluiſſe. Tu ex Plutarcho dixeras, *ſuperſtitioſum eſſe peccata ſua aliis patefacere.* Reſpondi; ſi hoc ſuperſtitioſum eſt: ergo omnis Hieroſolyma, omnis Judæa, omnis circa Jordanem regio in ſuperſtitionis crimen incurrit, quia confitebantur peccata ſua, cùm à Joanne Jordanis undis abluerentur. Probâtne, qui hoc dicit, ex teſtimonio illo S. Matthæi, & facto populi Judaici, confeſſionem auricularem? poſſem te, & meritò quidem, mendacii coarguere; ſed quo fructu? Nôſti documentum, quo Prædicantes & tui ſimiles Rabienos erudit Doctor tuus Lucianus; Si mentiaris, ἓν ἐστι φάρμακον ἡ ἀναισχυντία: *unicum medicamentum eſt impudentia.*

F Nunc duos ſyllogiſmos adverſus me texis: quos totidem verbis expediam. Primus ita formatus eſt. *Superſtitionem ex Plutarcho concedis eſſe affectionem ex falſa perſuaſione ortam: Sed cælum promereri poſſe in ſolitudine degentem & ſacco indutum, lachrymis, gemitibus, humicubationibus, eſt affectio ex falſa perſuaſione orta; ergo eſt ſuperſtitio.* Reſpondeo, Minorem eſſe falſam. Tu fac jam, quod tuarum eſt partium, proba Minorem: & tum aliud reſponſum accipies. Sed loco probationis alio ſyllogiſmo me aggrederis: & eſt ſecun-

G dus. *Superſtitioſus eſt, qui exhibet cultum divinum, cui non debet, vel eo modo, quo non debet; ſed Ignatius cultum divinum exhibuit, cui non debet, ut Mariæ, Petro; & non eo modo, quo debet; ergo Ignatius fuit ſuperſtitioſus.* Reſpondeo, Minorem eſſe falſam; tu proba veram. *Dixi*, inquis, *jam ſuprà*, veram eſſe; ſed dicere & aſſerere duntaxat, non eſt probare; licèt millies hanc tuam Minorem repetas, nunquam tamen efficies, ut repetitio ſit probatio.

H De peccatis mortalibus & venialibus pulchrè profectò diſſeris: *omnia*, inquis, *venialia ſunt in electis & fidelibus.* Ergo quando ſcortaris, aut blaſphemas, *veniale* duntaxat peccatum admittis: magno privilegio. Nec mireris, me ita loqui; neque enim dubito, te non dubitare, quin ſis *electus* & *fidelis.* Imò ſi dubitares, electus & fidelis Calvinianus non eſſes; quandoquidem cùm nomen tuum in Album æternæ prædeſtinationis inſcriptum eſt, æquè præſens fuiſti; atque cùm nomen tuum inſcriptum eſt in catalogum Academiæ Lipſienſis, aut Wittenbergenſis, cùm æquè ſis certus de illo, ac de hoc. Et cur non æquè certus eſſes, cùm Beza & Calvinus ita docuerint, & te credere juſſerint? *Electi*, inquis, *ſtatim perpetrato aliquo*

ſcelere

A *scelere ex animo dolent.* Ita est. Electus meus Misenus, quando pridie fuit ebrius, postridie postquam edormivit crapulam, ex animo dolet, si eo die sese iterum inebriandi nulla offeratur occasio. Dolent Electi Calviniani statim perpetrato flagitio, sicut olim Electi Manichæi, de quorum repentino dolore ex peccatis concepto, multa S. Augustinus, bonus Electorum illorum *Confessarius.* (S. Augustin. lib. de mor. Manich.) *In reprobis*, inquit, *& in infidelibus omnia sunt mortalia, etiam quæ levissima videntur.* Sed quinam reprobi & infideles, nisi non Calviniani, aut si etiam nonnulli Calviniani, illi tantùm, qui in Calvinismo ad finem usque non perseverant. Miseros nos & infausto sidere genitos. Tu cùm scortaris, aut mœcharis, peccatum veniale facis. Nos simplices homines, & *cicures Enniani*, quando otiosum verbum proferimus, facinus orco dignum patramus. *Gallinæ tu filius albæ, nos viles pulli, nati infelicibus ovis.*

B Scripserat Ribadeneira, Ignatium rerum spiritualium adhuc rudem multos inflammâsse ad virtutem. Hic Misenus dissimulatis, ùt solet, iis, quæ ad priores calumnias respondi. *Ut concedam*, inquit, *Ignatium facibus divini amoris fuisse incensum, non tamen alia re, nisi oratione inflammare potuit. Oratio è rebus nascitur, & quidem spiritualis ex spiritualibus. Ignatius autem rerum spiritualium rudis fuit: unde ergo illa inflammatio exstitit?* Primùm, Misene, non solis sermonibus, sed & exemplis inflammatur proximus, & quidem ardentiùs. (Senec. ep. 6.) *Longum iter est per præcepta*, inquit ille, *breve & efficax per exempla. Zenonem Cleanthes non expressisset, si eum tantummodo audisset. Vitæ ejus interfuit, secreta perspexit, observavit illum, an ex formula sua viveret. Plato & Aristoteles & omnis in diversum itura sapientium turba, plus ex moribus, quàm ex verbis Socratis traxit.*

C Secundò: cùm Ribadeneira ait, eo tempore Ignatium fuisse *rudem rerum spiritualium*; minimè vult dicere, eum, rerum spiritualium penitus fuisse ignarum: sic enim de rebus spiritualibus sermones instituere non potuisset: sed *rudem* nominavit eo sensu, quo plebejos, litteris non expolitos, vel in virtutis studio nondum exercitatos; vulgò rerum spiritualium rudes dicimus; quibus hoc loquendi modo non adimimus omnem rerum cœlestium cognitionem; sed illam accuratiorem & exquisitiorem, quæ reperitur in illis, qui rerum divinarum meditationi & studio diligenter

D vacârunt. Potuit igitur Ignatius, sermonibus de rerum divinarum pulchritudine & excellentiâ institutis, auditores, illo, quo ipse ardebat, igne inflammare, licèt accurata rerum cœlestium cognitione necdum excultus esset. Quid, quod hujusmodi homo non rarò, paucis verbis, majores faces & stimulos audientium animis subdit, (charitatis magnitudine, & occulta quadam energia divinitus verbis insita, defectum scientiæ compensante) quàm alius longè doctior, verba νιφάδεσσιν ἐοικότα fundens. *Parvus & est melior Cycni canor, ille gruum quàm clamor, in ætheriis dispersis nubibus Austri.* E

CAPUT IX.

De rebus à B. P. Ignatio in monte Serrato gestis aut toleratis.

F OCcasione Sacramenti Confessionis, quod in monte Serrato Ignatius religiosè, quovis dominico die obibat, argumentatur Misenus, tam argutè contra confessionem, quàm suprà. Videamus argumenta. Primum: *David non est confessus sacerdoti, sed dixit, tibi soli peccavi; ergo rectè non egit Ignatius confitendo peccata sua sacerdoti.* Secundum: *Petrus postquam Christum negaverat, non est confessus sacerdoti, sed foras exiens, flevit amarè: ergo contra Petri exemplum fecit Ignatius, quando multis cum lachrymis sacerdoti peccata sua aperuit.* Tertium: *Deus respicit contritionem cordis, non lamenta & questus, aut verberum castigationes, quia his etiam uti possunt hypocritæ: Non rectè igitur Petrus, qui post negationis piaculum flevit amarè, quia etiam hypocritâ flere potest.* G Non rectè B. David, qui post peccatum per singulas noctes stratum suum lacrymis rigare consuevit; quia hoc etiam hypocritis facere proclive est. Non rectè S. Paulus, qui corpus suum castigavit, quia idem hypocrita præstare potest; multóque minùs excusandus erit Ignatius ob ista pœnitentiæ seriæ argumenta: Nam si magni illi viri coram Miseni tribunali non absolvuntur à culpa, quòd hæc & id genus alia fecerunt, quæ ab hypocritis etiam præstari possunt, (etsi non seriò, sed simulatè) non video, qua ratione absolvi queat Ignatius. Nihil respondeo ad hæc Miseni argumenta: Tantùm propono, sola propositio, est responsio; simúlque ex Miseno quæro, an nunquam legerit illud D. Augustini: *Oves non debent pelles suas deponere, si aliquando eis lupi se contegant.* (S. Augustin. de Sermon. Domini in mont.)

H Jam ad alia: Ais. *Nullas otiosas cæremonias nobis reliquerunt Apostoli:* Verum dicis, Ecclesia Catholica nullam otiosam cæremoniam usurpat, pleno assensu tibi assentior: non item cùm subdis: *Jejunia & preces solennes à Calvinianis fortasse, majore cum devotione observari, quàm à meis rasis fratribus.* Cupio, ut me certiorem facias, quandonam Quadragesimam Calvinianam celebretis, quando *Angarias* seu quatuor tempora Calviniana. Quando vigilias Calvinianas. Nam in Calendariis Calvinianis, & Ritualibus libris, nihil de his invenio. Jejunâtis videlicet, ùt Plautini parasiti; cùm nihil est,

A quod edatis; aut cùm nihil in macello, aut foro venit, aut deest æs, quo mercemini: cujus jejunii tempore cum tuo Ergasilo in has sæpiùs voces prosilis. *Miserrimus est, qui cùm esse cupit, quod edat, non habet. Ego huic diei, si liceat, oculos effodiam libens; neque jejuniosiorem, neque magis effertum fame vidi.*

B Cupio etiam instrui, de diei hora, ad quam jejunium extenditis. Hactenus enim ad vos pertinere arbitrabar illud Ammiani de Persis: *Non est hora præstituta prandendi, sed venter unicuique, velut solarium est, eóque monente, quod inciderit, editur.* Si ante præscriptam horam vobis jejunium solvere nefas esset, non deessent ex vobis, qui horæ illi, & Auctori illius, imprecarentur, quod parasitus apud Plautum, horis & solariis; *ut illum Dii perdant, primus qui horas reperit, quique primus adeò statuit hoc solarium: nam me puero, uterus hic erat solarium, multo omnium istorum optimum & verissimum. Edebatur, ubi iste monebat esse, nisi cùm nihil erat, nunc etiam quod est, non estur, nisi soli lubet. Est quidem belluarum ritus*, ùt ait Cassiodorus, *ex ventris esurie horas sentire; & non habere certum, quod constat humanis usibus attributum.* Sed hæc non sunt curæ Hippoclidæ.

C De precibus solennibus Calvinianorum, multò minus mihi constat, quàm tibi de nostris jejuniis, de corporis castigationibus; de ciliciis; de flagellis. Valdè nimirum fatigatis Superos ardentissimis & assiduissimis orationibus vestris, & delubra vestra nil, scilicet, aliud noctes diésque resonant, quàm hymnos & laudes DEI.

De Eucharistiæ Sacramento mirificè sanè disputas Misene. Dixeram esse Sacramentum viventium, non mortuorum, hoc est, eos, qui fructum aliquem ex Sacramenti hujus sumptione percipere cogitent; gratia DEI præditos esse oportere, (hos enim viventium nomine significavi,) non peccatis mortalibus irretitos; quos per *mortuos* intellexi. *Cur igitur*, inquit Misenus, *pro mortuis Missæ celebrantur?* Egregiam quæstionem. Agimus de sumptione Eucharistiæ; tu de sacrificio Missæ pro defunctis offerri solito cogitas. Eucharistia à nullo mortuo sumi potest, à mortuo, inquam,
D qui ex hac vita decessit. Ab illo, qui ob peccata mortalia mortuus dicitur, sumi potest Eucharistia, sed sine fructu; quia Eucharistia alimentum est, vivere oportet eum, qui nutritur. Ut alimentum non dat primam vitam, sed vitam aliunde acceptam conservat, propagat & auget: ita nec Eucharistia per se dat primam vitam spiritualem. Porro Eucharistiæ Sacramentum, ùt est sacrificium, sic non tantùm est *viventium*, sed & *mortuorum*, quia fructus sacrificii mortuis, gratia DEI præditis, applicari potest: Et hoc sensu voces licèt Sacramen-
tum *mortuorum*, neque horum duntaxat E
mortuorum, qui jam vita functi sunt; sed & illorum, qui dum vitam hanc adhuc vivunt, mortem animæ per peccata incurrerunt; nam & pro his sacrificium Missæ offerri potest; ut DEUS miseriam eorum miseratus, eos in statum gratiæ restituat, vitámque per scelera amissam reddat; sed ut quis fructum Eucharistiæ, ùt sacrificium est, capiat; necesse non est, ut reipsa ipsum Eucharistiæ Sacramentum percipiat.

Ais: *Si is, qui peccatis mortalibus irretitus est, verum Corpus Christi recipit, quis hunc* F
neget eodem nutriri, imò salvari? S. Paulus hoc negat, & cum S. Paulo omnes orthodoxi. Audi verba Apostoli: *Quicunque* 1. Cor. 11.
manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè; reus erit corporis & sanguinis Domini. Et: *Qui manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit.* Habes Apostoli & Orthodoxorum sententiam, cui tu opponis verba Christi. *Qui edit* Joan. 6.
carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Adde; qui edit *dignè*; qui bibit *dignè*; habet vitam æternam; manétque in Christo, & Christus in eo. Ita unico vocabulo & tua vanitas refutata, & Apostoli sententia cum Christi dictis concors manet.

Si electus es, inquiunt Calvinistæ, *Spiritum S. ejúsque gratiam nunquam amittes.* G
Hanc doctrinam tu nunquam evertes, ait Misenus: Rectè dicis; Quis enim evertat eam doctrinam, quæ jam pridem à gravissimis scriptoribus funditus est eversa; neque hactenus à Calvinistis reædificata; etsi conati sunt, sed eo successu, quo temporibus Juliani Apostatæ, Judæi templum Salomonis reparare tentàrunt. *Electi*, inquis, *sic nunquam toto corde adversus Deum ruunt, ut fiant hostes, & gratia ejus penitus excidant: Spiritúmque sanctum prorsus excutiant.* Hæc doctrina omnis spurcitiæ & injustitiæ officina est & latibulum. Si enim peccatis mortalibus & capitalibus gratiam DEI, & amicitiam Electi non amittunt, maximum ad peccandum calcar addatur oportet iis, qui suoptè ingenio sunt ad vitia promptissimi. Nam quivis Calvinista credit se esse H
electum, & quidem firmo assensu, ùt suprà dicebam; nam nisi hanc credulitatem, tanquam Calvinismi fundamentum, præstrueret, nunquam germanus & sincerus Calvinista esset. Hac persuasione posita, quod, oro, superest retinaculum, quo quis retineatur, ne in gravissima quæque scelera prolabatur? An timor amittendæ gratiæ divinæ? At hanc nunquam amittes: ait Beza & Calvinus, & utriusque Catulus Misenus. An timor expellendi Spiritum sanctum? Sed neque hunc exterminas, quantumvis te infinitis flagitiis contamines. An timor excidendi ab ultima beatitudine? Sed prædestinatus es, & electus, & hoc certò tibi

A tibi liquet. Cur igitur trepidares, quasi à cœlesti patria excludendus? An timor inferni? Sed nunquam eò præcipitaberis. An timor purgatorii? Sed hoc in fabulis electus Calvinista numerat. An timor, ne tempore agendi pœnitentiam destituaris? Sed quid opus est pœnitentia? Gratiam & amicitiam DEI, ipsúmque Spiritum sanctum retinuisti, quibus non amissis, nil opus est pœnitentia, aut etiam satisfactione pro injuriis DEO per peccata irrogatis, quando Christus copiosissimè pro peccatis Miseni, & aliorum electorum Calvinistarum jam pridem satisfecit. Nil restare video Misene, quàm ut huic doctrinæ vestræ subjiciatis hanc coronidem: *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur, & arva beata petemus; divites & insulas, reddit ubi cererem tellus inarata quotannis, & imputata floret usque vinea, illic injussæ veniunt ad mulctra capellæ, refertque tenta grex amicus ubera.*

B Miserum Davidem; qui licèt electus esset, post admissum tamen geminum peccatum, tot lamentis se dedidit, tot noctes diésque lacrymando traduxit. Miserum Petrum, qui exiit foras, & *flevit amarè*, ob negatum Christum. Quid opus fletu tàm amaro, si non deperdita gratia & amicitia DEI, si non excussus sanctus Spiritus? Quorsum tot monita Apostoli, etiam ad Electos, ut videant, ne cadant? Nam nullus Electus cadit, si Calvinum audimus; quid enim casus est, nisi amissio gratiæ, & amicitiæ divinæ, à qua omnes Electi, privilegio à Calvino & Beza concesso, sunt longè tutissimi.

C Calvinistarum mens & oratio hæc est. *Si electus non es, nec ad sempiternam illam gloriam prædestinatus, quidquid agas, quidquid moliaris, Spiritum sanctum nunquam acquires. His verbis*, inquit Misenus, *hoc indicare videtur D. Decanus, se non esse alienum à Pelagianis & Huoberianis opinionibus: quòd fides naturalis sit, quòd sit donum DEI, commune omnibus, quódque fides sit à DEO quoad incrementa, non quoad initium; & quòd sit opus nostrum, ut credamus.* Verba illa non sunt mea, sed tui Bezæ, & aliorum Calvinistarum; itaque quidquid absurditatum inde colligas, id nihil ad me; qui Bezanismum, Hubertanismum, Lutherismum, Calvinismum,

D & Satanismum eodem loco habeo. Licèt quòd fides sit donum commune omnibus, spectando liberalitatem DEI, omnibus omnia ad salutem necessaria munificè suppeditantis, (etsi hac liberalitate DEI non omnes utuntur) non sit paradoxum, sed dogma pium & Orthodoxum, oppositum impio vestro placito, quod est: *fidem & gratiam, quantum est ex parte DEI, non dari omnibus, atque adeò salutem nonnullis esse impossibilem, nec Christum pro omnibus esse mortuum*, qua de re præclarè profectò tuus Beza cum Smi-

deliuo in colloquio Mompelgartensi disseruit, ut libros Bezæ, quibus eandem impietatem adstruxit, silentio prætercam. E

Ais. *Valde indignatur, quòd patrem Ignatium insanum appellaverim; propterea quod vel catulum sibi præceptorem, & perturbatæ mentis pacificatorem dari optet.* Quàm valdè verò indignor? Certè impudentia tua plus quàm canina, sæpius mihi commiserationem, quàm indignationem excutit: Assuetus enim jam sum ad tua convicia; eáque sive in me, sive in B. P. Ignatium jacta, pluris non facio, quàm Philosophus ille procacis adolescentis λακτισμὸς & impactas calces. *Ille magnus & nobilis est*, inquit Seneca, *qui more magnæ feræ latratus minutorum canum securus obaudit.* Stultum fuerit irasci *catenario cani. Recede longiùs*, monet Seneca, *& ride, quia ipsa sibi est hostis vesania, seque furendo interimit, moritúrque suis ira ignea telis*, ùt verè canit Christianus poëta Prudentius.

Seneca l. 2. de ira c. 32.

F Sed cur tu nihil ad meas rationes & argumenta, quibus factum & votum Ignatii defendi? Refutatis meis responsis, tum demum sciscitari licebat: *Quid opus Christiano catulis ad mentis purificationem? Si scivit, Spiritum sanctum esse mentium purificatorem; cur catuli mentionem fecit? Si nescivit, quid turpius Christiano?* Non est nunc tempus interrogandi, Misene, sed respondendi ad ea, quæ ad has, & similes tuas nugas jam antè respondi. Nisi de catulo paulò ingeniosiùs disserere inceperis: repetam, quod antea dixi: sagacitatem catuli non esse pro hebetudine ingenii tui, ac proinde te ob stuporem tarditatémque mentis magistro asino opus habere, ùt olim Balaam; quem tui stuporis doctorem citiùs reperies inter Calvinianos, quàm inter Catholicos; nisi fortè peregrinitate delectaris, talémque tibi pædagogum ex Sardinia aut Arcadia advocare

G cogitas. Interim ex quæstionibus tuis, elicio utilissimum scholium ad illa verba Job à me pro catulo Ignatii adducta: *Interroga jumenta, & docebunt te: & volatilia cæli, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris.* Quæ verba hoc scholio clariora reddes: *Quid opus est Christiano jumentis ad instructionem & mentis illuminationem? Quid opus volatilibus cæli? quid opus terra? quid opus piscibus maris? Si scivit Job Spiritum sanctum esse paracletum & doctorem, qui omnem veritatem doceat, mentésque scientiæ lumine illustret, cur jumentorum, cur avium, cur terræ, cur piscium mentionem facit? Si nescivit, quid turpius tali propheta?*

H Invaserat Ignatium, dæmonis instinctu, cogitatio, ut se præcipitem daret ex cellula, ubi erat. Hic Misenus; *ejusmodi cogitationes hominis pii & sani non sunt, & qui excusat eas, insaniorem judico, quippe Diaboli partes agentem.* Si tibi invito & reluctanti,

 occur-

A occurrat cogitatio de furto aut adulterio perpetrando, num ob id nec pius, nec ſanus eris? Neſcis, Miſene, multa objici, etiam repugnanti, quorum nullam penitus culpam quis ſuſtineat? Quò pertinet illud
Rom. 7. Apoſtoli. *Quod enim operor, non intelligo, non enim, quod volo, hoc ago, ſed quod, odi, illud facio*, impulſu videlicet cùm Dæmonis, hujuſmodi motus in nobis excitantis, tum etiam carnis, hoc eſt, appetitus ſenſitivi rationem ad hæc bona ſenſibilia pellicientis. Et quia hujusmodi motus ſunt actiones quædam vitales, addit Apoſtolus: *quod odi, illud facio*; quia verò ſunt involuntarii, ait: *non enim quod volo; hoc ago, & quod enim operor; non intelligo*: per approbatio-
B nem ſcilicet & conſenſum. Si quis affirmaret, Diabolum benefacere, hujuſmodi cogitationes juſtis hominibus ſubjiciendo, is Diaboli partes ageret: at ſi quis dicat, hunc vel illum tales cogitationes à malo Dæmone injectas & excitatas pertuliſſe, & animosè repuliſſe; is non magis Diaboli partes agit, quàm qui laudaret Ducem quempiam militarem, quòd capitalis hoſtis inſultus, invicta dextera, ab arce ſua propulſaſſet.

C Quid verò tandem, Miſene, tecum incipiam? Quidquid ſeu ex ſacris litteris, ſeu ex probatiſſimorum Patrum monumentis pro defenſione Ignatii & Ribadeneiræ profero, id tibi ſtomachum movet; & cùm, quod dicas, non ſuppetit; ſemper illud ſuppetit, libros Ribadeneiræ, aut Patrum non eſſe Canonicos. Non agitur hoc, mi Lithe, ſed hoc; utrum, quæ Ribadeneira de Ignatio ſcribit, defendi queant exemplis jam olim ſacrarum litterarum & antiquiſſimorum Patrum voluminibus conſignatis; quæ dum proferuntur, ſicut plurima hujus generis protuli; perſpicuè eluceſcit, te non tam Ignatium carpere, quàm in Ignatio alios iidem ſanctimonia præſtantes viros, divinorum eloquiorum libris, & ſanctorum Patrum lucubrationibus ſummoperè decantatos.

D Nunc ad ſacroſanctam Eucharistiam immundum pecus recurris: ſed cave, ne lapideris. Noſti, nemini, præſertim impuro, ad montem illum divina majeſtate fulgentem, patuiſſe acceſſum. *Scriptura*, inquis, *nominat Euchariſtiam panem, ergo nihil aliud eſt, quàm panis, & quidem veriſſimus panis.* Argumentum tam ſubtile, quàm ſubtilis eſt Lithus recens ex Latomia exciſus. Cur Euchariſtia vocetur panis, ſæpiſſimè à noſtris explicatum eſt. Attuli & ego nonnullas rationes. Tu aut refelle; ſi potes; aut tace, ſi potes; quanquam non potes: non didiciſti cum Pythagoricis diſcipulis benè tacere, & verba, quæ *volantia* appellant Poëtæ, *detractis pennis, intra murum candentium dentium premere*, quia ſi hoc didiciſſes, didiciſſes etiam bene loqui.

O ſimplicitas Apoſtolica ubi es? Meritò E
clamore tuo Apoſtolicam ſimplicitatem quæritas, quam inter Calviniſtas nunquam reperies. Abiit jam dudum, & veſtras terras tot feſſa dolis deſeruit. *Ubi legimus*, inquis, *corpus Chriſti poſt aſcenſionem in his terris fuiſſe adoratum?* Paſſim hoc legimus in hiſtoriis veterum; quin & in ipſis Apoſtolorum monumentis. Putas tu S. Paulum tam fuiſſe omnis religionis expertem, ut cùm aliquoties ei Chriſtus apparuit; eundem ut Dominum & DEUM ſuum non adoràrit? Et tu ſuprà dicebas, te adorare Chriſtum DEUM & hominem. Adoras igitur etiam Chriſtum in terris, quia nècdum, ut opinor, ad cœlum aſcendiſti, neque intra hunc annum aſcendes, ſi Calvinianus vitam finias. Sed nolim nimiùm F
tua verba urgere. Video, quid volueris. *Quid clarius*, inquis, *his verbis Auguſtini?* Quibus, oro? His: *Non dubitavit Dominus dicere, hoc eſt corpus meum, cùm daret ſignum ſui corporis.* Furatus es hunc locum, quem more tuo, ſine loci indicio profers, ex Calvino aut Prædicante quopiam Calviniano; nam ipſum S. Auguſtinum, te hominem tam negotioſum & occupatum lectitare, qui credam? cùm enim tot ſuſtineas & *tanta negotia ſolus*, Heidelbergenſem Academiam tuearis, moribus ornes, legibus emendes, in publica commoda peccet Auguſtinus, ſi vel puncto temporis te longo ſermone ſuo moretur. Sed quò minùs hunc S. Auguſtini locum explicem, facit Bellarminus, qui tres interpretationes contra Calvinum & ſymmyſtas tuos adducit: cùm refutaveris, tum reſponſum à me accipies. Interim nec quæ ab aliis dicta ſunt, exſcribere, nec nova excogitare juvat.

Quæ ratio, inquit Miſenus, *docuit te adorare filium DEI ſub ſpecie panis?* Illa videli- G
cet ratio, quæ me docuit, adorare filium DEI in *omni loco dominationis* ſuæ: Ubicunque filius DEI eſt, ibi adorandum eſſe, ratio monet; in Euchariſtia filius DEI eſt, & velis nolis, *continetur*: Tu jam pone concluſionem. *Quæ*, inquis, *antiquitas præcepit?* Orthodòxa, eáque tota, non Calviniana, quæ nondum eſt antiquitas, ſed *novellitas*: nondum cana, imò nunquam cana futura; Nam ante canos interibit funditus; ita, ut vix memoria ejus ſuperſit, aut ſi ſuperſit, non niſi cum ſumma deteſtatione, & omnium dirarum imprecatione ſuperſit.

Exemplum animæ diverſis in locis con- H
tinuis exiſtentis; ſatis evidenter oſtendit, quo pacto corpus queat eſſe in pluribus locis diſtinctis: nec video, quid tu contrà afferas, præterquam *corpus* non eſſe *animam*: nec *animam, corpus*: ad quam rem, etiam ruſticis notam, nobis opus non erat Doctore Miſniaco. Nam vis argumentationis in eo conſiſtit; ſi anima, non obſtante ſua unitate, eáque impartibili, in diverſis

A versis membris exsistere potest; & quidem tota in quovis: cur nequeat, absoluta Dei potentia, corpus in diversis locis exsistere, salva unitate corporis: non enim tam est difficultas propter rationem corporis, quàm propter rationem unitatis: & licèt quis dicat, membra illa atque adeò loca, in quibus exsistit anima, esse continua; facilè nihilominus apparet divinæ potentiæ non repugnare, ut, sicut jam in continuis exsistit; ita etiam in disjunctis & disgregatis virtute omnipotente remaneat. Sed hæc non capit meus Lithus, quia caput, quo capiat, non habet, aut cerebri vacuum habet, sicut ille ἄγαλμα Æsopicum, cujus pulchritudinem vulpes admirata, hoc elogium protulit. *O caput pulchrum, si cerebrum haberet!*

B Dixi, corpus Christi contineri in Sacramento: infers; *Ergo sacramentum continet, corpus Christi continetur.* Ita est; Sacramentum, si pro speciebus duntaxat sumatur, continet; & corpus Christi continetur. Perge, *jam quod continet, & continetur, idem sunt? Haud dixeris.* Non dixerim, mi Misene: *Ergo duo sunt.* Quis neget species & corpus Christi duo esse. *Quomodo igitur stare possunt hæ duæ enunciationes? Verum Christi corpus est in sacramento, & sacramentum vel panis est*
C *corpus Christi.* Optimè simul stare, imò, si velis, etiam sedere; &, ut tua juridica loquendi formula utar; etiam *paribus passibus ambulare* possunt illæ duæ enunciationes. *Verum corpus Christi est in sacramento, prout sacramentum pro solis speciebus panis & vini usurpatur. Et sacramentum est corpus Christi, prout sacramentum pro re continente simul & contenta accipitur.* Itaque unico verbulo puerilem tuam contradictionem; quam indissolubilem, reputabas, dissolutam cernis. Mirum est, vos tam nugacibus argumentis instructos & suffultos, tantos triumphos agere, quantos homo modestæ frontis non ageret: licèt demonstrationes Euclideis longè evidentiores, adduceret.

D Sed necdum finis est hujusmodi propositionum ἀντιφατικῶς, (rectiùs diceres, φανταστικῶς) ἐναντίων: *Panis Eucharistiæ transsubstantiatur in corpus, & vinum in sanguinem*, &, *Christi corpus sub forma panis continetur.* Ecce quanta contradictio: cui conciliandæ, quis conciliator satis erit? Satis tamen erit, quisquis dixerit, secundam enunciationem ita concipiendam esse: *Corpus Christi sub specie panis continetur*, species panis, Misene, non est panis, quia accidentia substantiæ, non sunt ipsa substantia; sicut species hominis, non est homo. Ergo licèt vera sit illa enunciatio: *panis seu substantia panis transsubstantiatur in corpus Christi*: vera nihilominus erit & hæc: *Corpus Christi sub specie panis continetur, quia substantia panis transsubstantiatur, non autem species, hoc est, accidentia panis.* Sed tu loco speciei substi-
E tuisti *formam*; ut ambiguitate vocabuli, lectoribus fucum faceres, quasi forma substantialis post factam transsubstantiationem maneat. Nam si formam panis usurpes pro forma accidentali; tum tam vera est hæc: Corpus Christi sub forma panis continetur: quàm vera est ista: Corpus Christi continetur sub specie panis.

F Dixeram: Deum, ubicunque est, ibi contineri: *Quæ explicatio mihi nova videtur*; inquit Misenus. facilè assentior, quidquid enim audis, id tibi novum & insolitum accidit; quia iis in locis educatus es, & moraris, ubi, quæ vetera sunt, nova censentur: & quæ nova, vetera; ordine præpostero. Addis. *Continendi vocula res finitas respicit, ut vel pueri intelligunt.* Pueri fortè Calviniani, à te veteri puero malè informati, qui putas comprehendi & contineri loco idem esse. Testimonium S. Athanasii me non urget, non enim nego, in omnibus rebus Deum esse; ita namque argumentor: Ubicunque Deus est, ibi continetur; sed in omnibus rebus Deus est; ergo: Sed non ausim conclusio-
G nem disertè exprimere: Vereor enim, ne mihi nimiùm succenseas: continere tamen me non possum, quin præter ea, quæ in Apologia dixi, quæ silentio, ut soles, præteris, repetam hic, quæ non ita pridem dixi alteri cuidam Calvinistæ; qui tua scholia expilaverat: & sunt hæc: Cùm Calvinistæ, alioquin valde sint acuti verborum aucupes, miror, eos non animadvertere, hanc notionem vocis, quam nos Catholici defendimus, ipsi voci, quàm maximè consentaneam esse. Continere enim, ut & græcum συνέχειν, est *simul tenere*; sicut *concurrere* simul *currere*; *colloqui*, cum altero loqui; *colludere*, cum altero ludere; *conjungere*, simul jungere: Quemadmodum ergo unus non dicitur *colloqui*, seu *colludere*, seu *concurrere*; ita nec unus continere. Si igitur plura loca Deum, quasi teneant, tunc maximè *continere* dicentur, quia singula loca tenent Deum cum cæteris; & sic continent, quia simul tenent. Hæc in gratiam Calvinianorum vocabulariorum.

In Apologetico contra Lenneum.

H *In sequentibus*, inquis, *ex Ignatio facit S. Stephanum.* Nusquam ego hoc, Misene, satisne sanus es, qui hæc scribas? Mendacia tua refutavi miraculo ex rebus S. Stephani petito. Estne hoc ex Ignatio S. Stephanum facere? Num larvatus es, aut cerritus? At quòd Ignatium digniorem censes, qui lapidibus obruatur, quàm S. Stephanum: id tu jam quidem ita blatis. Sed si B. P. Ignatium, & S. Stephanum simul haberes, fortè sine ullo majoris aut minoris dignitatis discrimine, tu meus Lithus Lithos in utrumque jaceres. Es enim unus ex illis, qui sunt *incircumcisis cordibus & auribus*, & qui ab ineunte ævo spiritui sancto restiterunt. Tantum amas S. Stephanum, quantum Maximus Madaurensis

daurensis Grammaticus, is autem eum tantum amabat, quantum tu Ignatium.

A *Nondum*, inquis, *ex acuta Jesuitæ disputatione intelligere possum, quid sit interiore animi obtutu humanitatem Christi videre:* In te culpam hujus rei confer, non in me; stupor tuus obstat: dixi suprà: Tarditatem mentis tuæ magistro asino opus habere; nisi fortè etiam hujus magisterium, sit supra captum tuum. *Fortè*, inquis, *crucifixi imaginem pridie adoraverat, & de hac ipsa sequenti die devotè cogitârat. Hoc Jesuitis est interiore animi obtutu humanitatem Christi intueri.* Nondum, quod sciam, conductus es, ut sis interpres mentis Ribadeneiræ, aut alterius cujusquam B Jesuitæ. Cur igitur munus tibi non demandatum ultrò sumis; & Jesuitarum mentem tam amenter & insipienter explicare niteris? scilicet humanitatem Christi videre, nihil aliud est, quàm imaginem & simulacrum Christi sua in imagine visi, in animo efformare & contemplari, eo modo, quo omnium rerum, quas semel conspeximus, & earum etiam, quas non conspeximus, formas quasdam in mente effingimus. *At si hoc non est humanitatem Christi intueri, explicent se, quid velint*, inquit Misenus. Jam explicavit se Ribadeneira; explicavi & ego me. Ignatium oculis animi, hoc est, visione intellectus, crebrò Christum Dominum humana carne indutum vidisse. Sed derepentè adest Misenus, cum axiomate Philosophico, quo C hanc explicationem profliget. *Nihil potest esse in intellectu, quod non prius fuerit in sensu: Christi autem humanitatem, quo in loco antea viderat Ignatius? Nusquam.* Hoc tuo axiomate prosternes & evertes omnes visiones Isaiæ 6. Prophetarum. *In anno, quo mortuus est Ozias Rex, vidit Isaias Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum;* Vidit & Seraphim; Vidit & Ezechiel plures visiones, & Daniel, & alii vates. Qui ergo Dominum corporis oculis nunquam viderant, quomodo potuerunt eum intueri visione intellectuali; cùm nihil sit in intellectu, quod priùs non fuerit in sensu? Sed nôsse debes, Misene, dictum illud de ordinario intelligendi modo intelligi, non de extraordinario, & qui supra communem naturæ cursum: Nam Deus ad ministerium sensuum minimè alligatus est tunc, cùm quid supra sensum famulis suis ostendit.

D Needum quærendi finis. *Iterum quæro*, inquis, *quid tandem sit humanitatem Christi videre? subjecta vel concreta videmus, abstracta non item.* Ergo tu nunquam vidisti *albedinem*, nunquam *nigredinem*, nunquam *magnitudinem*, nunquam *multitudinem*, quia hæc omnia sunt abstracta. Fortè etiam nunquam gustâsti dulcedinem, nunquam sensisti caliditatem; nunquam frigiditatem, quia hæc omnia sunt abstracta; non concreta. Vanè nugator: an non idem est videre Christum hominem, & Christi humanitatem, sicut idem est videre album & albedinem? E Neque aliud voluit Ribadeneira, quàm Ignatium vidisse Christum hominem, seu Christum secundùm humanitatem; Sed tu ut Philosophus ille; τράπεζαν vides, & κύαθον, non autem τραπεζότητα & κυαθότητα. Lentulum vides & Appium, non autem *Lentulitatem* & *Appietatem*. Laert. lib. 6. Sed quod Plato respondit Diogeni, hoc à me accipe. οἷς κύαθος καὶ τράπεζα θεωρεῖται, ὀφθαλμοὺς ἔχεις, ᾧ δὲ τραπεζότης καὶ κυαθότης βλέπεται, νοῦν οὐκ ἔχεις. *Oculos habes, quibus cernitur cyathus & mensa; at animo cares, quo videtur mensalitas & cyathitas.*

F Ait Ribadeneira, ab Ignatio aliquando etiam beatissimam Virginem Mariam visam; *Solus vidit B. Virginem*, inquit Misenus. Non dicit hoc Ribadeneira. Multi viderunt B. Virginem ante Ignatium: aliquot exempla recensui in Apologia. Cur attingis de tuo, de quo Ribadeneira nunquam cogitavit? *Scire*, inquis, *aveo, qua forma vel habitu visa sit. Dicat nobis Gretserus, qua veste induta se conspiciendam præbuerit.* Dic tu vicissim, qua forma, quo habitu, qua veste indutus, apparuerit Christus Dominus S. Stephano, S. Paulo sæpius, & aliis quàm plurimis. Apparuit idem Salvator noster Constantino Magno, ut & tunc, cùm Mauricius ad imperium evehendus erat testibus Eusebio & Evagrio. Cedo, qua forma, qua veste: Apparuit S. Cyprianus non paucis, cùm in ærumnis versarentur; qua forma? qua veste? Apparuit D. Virgo Cosroi Persarum Regi; qua forma, qua veste? ô *circulatores* & ἀπατεῶνας, inquit modestissimus Misenus. Euseb. de vit. Constant. Evagr. lib. 5. cap. 21. Evagr. lib. 4. c. 16. & Procopio. Niceph. lib. 18. cap. 27. Ita solet, G cùm nihil habet quod dicat, tum interrogat aut exclamat, quod cuivis circulatori & ἀπατεῶνι facillimum, etiam tunc, cùm alias Christi Domini, aut sanctissimæ Virginis; aut aliorum cælitum apparitiones in vetustissimorum & probatissimorum Patrum monumentis legit: imò quò quis major est circulator & impostor, eò crebriùs & promptiùs *circulatoris* & *impostoris*; hoc est, sua cognomenta & epitheta in insontes conjicit: sed exiguo successu, κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀναλκιδος οὐτιδανοῖο.

H Consequentia, quam subjungis; non est à me formata, sed à te somniante conficta; *potest quis divinitus ita illustrari: ut rerum tàm cælestium, quàm naturalium cognitionem acquirat. Ergo Ignatius in hunc modum illustratus fuit.* Lector videat mea verba, & de informi hoc Calvinista judicet; qui passim format, deformat, truncat, invertit & pervertit, tàm mea quàm Ribadeneiræ verba, & de suis, quidquid lubet, assuit; quasi quia abstulit *sibi intelligentiam* (ut verba Cassiani Cassian lib. 7 de Incarnat. cap. 14. eum simili sycophanta disputantis usurpem) *auferre possit omnibus lectionem, aut ideò perdituri omnes ad legendum, oculos capitis sui essent; quia ipse jam mentis oculos perdidisset.*

Quæ

A Quæ de illustrationibus divinis & apparitionibus & S. Athanasio ex S. Gregorio Nysseno attuleram, eludit Misenus hoc joco: *De his tantùm hoc dico; quod vestri Doctores de opinionibus, à Romana quidem Ecclesia non receptis; à scholasticis tamen traditis: cautè hic legendus Durandus.* Sed nôsse debes, neminem adhuc extitisse, præter Hæreticos, qui scripta S. Athanasii aut S. Gregorii Nysseni hujusmodi notis interpungeret; & quasi signum erigeret; quo lector monitus, ruinam caveat. Nihil in S. Athanasio aut Nysseno occurrit, quod simili cautela egeat, quali indigent placita quædam paucorum scholasticorum, analogiæ fidei non satis consentanea, & à communi sensu aliorum Doctorum

B abhorrentia. Deterior es, Misene, quàm Hæreticus ille Franistes, quem in Dialogo, qui *immutabilis* inscribitur, loquentem inducit Theodoretus. Ex quo cùm quæsivisset Orthodoxus: *Videtúrne tibi fide dignus celeberrimus ille Athanasius, qui fuit clarissimum Ecclesiæ Alexandrinæ lumen?* Respondit Eranistes; *maximè:* Cujus responsum approbans Orthodoxus subjicit: *fuit enim, quæ pro veritate perpessus est afflictionibus doctrinam confirmavit.* Tu longè aliud responsum dedisses: nam ùt olim monebat Judas suos Judæos, ut Christum cautè ducerent; ita tu dixisses id, quod jam dicis: *Athanasium minimè esse fide dignum, sed cautè legendum.*

C. Hanc modestiam edoctus es à Prædicantium didascalo apud Lucianum: qui suo Prædicanti, præter cætera, etiam hoc documentum tradit: ἀλλὰ καὶ ἀναγίνωσκε τὰ παλαιὰ μὲν μή σύγε, μηδὲ εἴ τι ὁ λῆρος Ἰσοκράτης, ἢ ὁ χαρίτων ἄμοιρος Δημοσθένης, ἢ ὁ ψυχρὸς Πλάτων. ἀλλὰ τὲς πρὸ ἡμῶν ὀλίγον λόγες. *Lege; verùm non antiqua; neque si quid nugator Isocrates; aut gratiarum omnium expers Demosthenes; aut frigidus Plato scripsit; sed quæ ab illis tradita, qui ætatem nostram paulò sunt antegressi.* Ne legas, aut si leges, cautè legas; Athanasium, Nyssenum; & similes; Lutherum, Calvinum, Bezam, inoffenso percurres pede.

D Simili reverentia tractas hic S. Augustinum, S. Paulum primum Eremitam; S. Hilarionem, & alios. *Proba*, inquis, *Augustinum fuisse ipsius Christi voce vocatum ad fundationem Ordinis: proba ab ipso Christo jussum fuisse Paulum in eremum secedere, aut Hilarionem.* Non omne illud illicitum est, Misene, quod ipse Christus immediatè non jubet: alioquin tu quoque illicitè ex Saxonia Heidelbergam te recepisses. Nusquam enim totis Bibliis reperio, tibi hoc à Christo immediatè mandatum. Deinde quod petis, facilè est probare. Augustinum, ad religiosam vitam sequendam, & familiam religiosam instituendam vocavit ille, qui dixit: *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ possides, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni, sequere me.* Idem eadem invitatione vocavit Paulum, Hilarionem, & E alios ad eremum. Quid vis amplius? Num acquiescis jam? *Redit*, inquis, *cum suo Celso*: imò cum tuo: qui tibi omnem suam *celsitatem* inspiravit; & quamvis illa Ciceronis *Lentulitas & Appietas* sub aspectum non cadant; tuam tamen *celsitudinem* in *abstracto*, ubique, similiter ac ipsum te Celsum in *concreto* intueor: *Quasi verò*, inquis, *Jesuitarum secta quidquam habeat similitudinis cum Christianismo, quem Celsus insectatur*, tantam habet similitudinem nostra Religio cum Christianismo; quantam pars ὁμογενὴς & *similaris*; cum toto ὁμογενεῖ & *similari*: quantam pars aquæ cum aqua; pars ignis, cum igne.

Antitheses, quas hic verbosissimè texis, F non continent doctrinam Christianam & Jesuiticam, sed mendacia tua impudentiæ & vanitatis plenissima. Nam Christiana & Jesuitica doctrina sibi non adversantur, ut ex iis repugnantes antitheses conficere liceat, sicut ex dogmatibus vestris comparatis cum iis, quæ Ecclesia Catholica perpetuò credidit, longissimi antitheseon catalogi confici possunt. Quod autem vel utraque pars, vel altera singularum tuarum Antithesewv, manifestam falsitatem contineat, lector ex his exemplis perspicuè intelliget. *Apostolica Ecclesia*, inquit Misenus, *didicit hominem mor-* G *tuum in peccatis, nihil per se intelligere posse, hoc est, non habere liberum arbitrium, in rebus spiritualibus, & ad salutem pertinentibus. JEsuitæ libero arbitrio tantum tribuunt, ut ex Pelagii schola profecti esse videantur. Christiani solius Christi satisfactionem pro peccatis nostris agnoscunt: Jesuitæ ex parte Dei judicio nos satisfacere posse dicunt, & merita de congruo & condigno somniant. Ecclesia Orthodoxa credit nos tantùm fide in Christum justificari; Jesuitæ non tantum fide, sed etiam operibus docent nos consequi, imò promereri vitam æternam. Ecclesia Christiana semper idola fugienda esse præcepit; Jesuitæ ad adorandum prostituunt. Ecclesia credit Christum evectum super omnes dominatus: Jesuitæ infra matrem collocant. Christiani nôrunt in institutione cœnæ Christum habuisse, & etiamnum habere verum corpus nostris corporibus ὁμοούσιον, Jesuitæ sub specie panis latitare fingunt corpus impalpabile, atque adeò à corporibus nostris toto genere diversum. Christiani ponunt duo tantùm sacramenta, Jesuitæ septem.* Quid multis opus est? numeret, H qui volet, tua mendacia, numerúmque mihi renunciet. Mihi in his immorari non lubet. In promptu sunt disputationes Bellarmini: & aliorum Societatis nostræ Theologorum: quæ doctrinam nostram totiúsque Ecclesiæ Orthodoxæ luculenter explanant, & explanando vanitatem tuam manifestè redarguunt.

CAPUT X.

Refutatio calumniarum, quas Misenus in reliqua libri primi Apologiæ capita effutivit.

A CÆtera, quæ usque ad finem libri primi differui, faltuatim Misenus carpit: *De libro*, inquit, *exercitiorum, Italorum testimonia exspecto. Gallorum jam habemus.* Frustra exspectas, quia Italorum testimonia jam habemus tum Pauli III. & aliquot Cardinalium; tum aliorum doctissimorum hominum, qui jam olim librum lectum subscriptione sua approbârunt; Cujusmodi approbationibus, si tuus liber instructus esset: non deferretur *in vicum vendentem thus & odores, & piper, & quidquid chartis amicitur ineptis;* B *nec laxas scombris sæpe daret tunicas.* Nec paucorum Gallorum judicia de libro Exercitiorum extant; plurimi enim ex illa natione, postquam ejus præceptis diligenter informati & exculti sunt; vel mundo penitus valedixerunt; vel vitam in melius commutârunt. Quòd Calvinistis & Calvinizantibus Exercitiorum liber displicet, id ego laudem duco maximam. *Macte virtute*, ait S. Hieronymus, alloquens S. Augustinum, [Apud S. August. epist. 27.] *in orbe celebraris, Catholici te conditorem antiquæ rursus fidei venerantur atque suspiciunt, & quod signum majoris gloriæ est, omnes Hæretici detestantur.*

C *Calvinistæ*, inquis, *quando Romam veniunt, coguntur cernere lupanaria;* adde, *& quærere.* Sed à quo coguntur? An, ut sua quemque voluptas trahit, ita & cogit? an sua cuique coactio fit dira cupido? Hoc nimirum vestræ doctrinæ in acceptis referendum est, quæ tradit castitatem *servatu impossibilem.* Qua persuasione, si quis imbutus sit, quid restat, nisi ut aut jam factam fornicem quærat; aut nondum factam, faciat; & quidem necessariò. Neque aliam causam diu multúmque cogitans invenire potui, cur tui Calvinistæ, cùm Romam veniunt, cogantur cernere lupanaria; nam orthodoxorum multa millia hoc anno sacro Romam venerunt; quos certum est hujusmodi lustra oculis non usurpâsse. Qui fit, quòd hæc impuritatis latibula, in oculos tuorum Calvinistarum adeò incurrunt, ut cogantur ea cernere? cur non claudunt potiùs oculos, quàm se cogi sinant?

D Ais: *Hispanicum frigus quantum sit nescio*, patienter nesci, mi Misene. Est, nisi fallor, ejusdem speciei, cujus Germanicum, etsi non ejusdem intensionis & diuturnitatis. Nec te frigoris Hispanici experiundi libido capiat. Loco frigoris, reperires fortè calorem, quod tu ipse formidas, cùm ais: *Regionem valdè calidam esse, vel ex Inquisitorum indice probari posse:* Ita est Misene. Multi gregis tui præ nimio calore nimiùm sudârunt, sine ope refrigerii. Hispani parentarent tibi seu vivo seu mortuo, sicut Æneadæ apud Virgilium parentârunt Gentili tuo & E homonymo Miseno. *Pinguem tædis & robore secto, ingentem struerent pyram;* ejúsque latera frondibus atris intexerent, & *ferales antè cupressos* constituerent, séque tuósque libros superimponerent, & subjectam, more parentum, non aversi, sed conversi, tenerent facem. Quid hinc aliud sequeretur, nisi illud? *congesta cremantur thurea dona, dapes; fuso crateres olivo.* Fortè etiam alicui monti Hispanico nomen inderes, immortali nominis tui gloria; quem prætereuntes monstrarent hoc elogio: *Hic mons Misenus ab illo dicitur, æternúmque tenet per sæcula nomen.*

Ad excusationem, inquis, *mendaciorum semper assumit Origenem & Celsum.* F Forsassis scribere volebas: *ad refutationem mendaciorum;* & quidem *tuorum.* His enim refellendis adhibeo testimonia & verba Origenis, qui te needum natum præclarè in Celso tuo profligavit. Hoc te crucias Misene; sed huic tuo cruciatui aliud pharmacum non novi, quàm patientiam. *Arcessit*, inquis, *nescio quem Sulpitium similis fabellæ auctorem:* Et quis tu, mi Simo, *nescio qui*, qui tam contemptim de Severo Sulpicio, scriptore antiquissimo & doctissimo loqueris, quasi tuus fuisset lixa aut cacula? Sed nihil à Calvinistarum ingenio abhorrens facis: pro *matula* habent omnes antiquos scriptores, *matulæ ipsi.*

Ais: Ribadeneiram ea, quæ scripsit de G fulgore supra caput Ignatii viso, suffuratum esse ex Sulpicio, & hoc te, quovis deposito pignore, contendere. Si paratus es, quovis pignore deposito certare, depone ergo caput tuum; & caput quantocyus amittes: Etiam Palæmone judice, qui nunc, ut olim, sententiam suspendet; sed sententia secundùm Ribadeneiram pronunciata, te capite imminutum, quo voles, dimittet.

Pertæsum est, inquis, *vanitatis toties itera-* H *tæ, & multò magis profanitatis blasphemæ:* Hoc, ut opinor, meo loco dicis, quem vanitatis tuæ & impudentiæ & blasphemiæ jam dudum ingens tædium cæpit; in cujus libris nil inest, quod eruditum virum oleat; omnia scurram & calumniatorem sapiunt. Nam quæ impietas, cùm criminationes tuas in Ignatium depello per ea, quæ Redemptor noster, aut Apostoli, aut alii sanctimonia insignes viri egerunt, aut pertulerunt? Hoc qui facit, is Ignatium nec cum Christo, nec cum Apostolis comparat; sed ostendit, ea nunc à petulantibus linguis evenire Ignatio, quæ olim evenerunt Christo, ex ipsius etiam Christi prædictione; *Si me*, inquit, *persecuti* [Matth. 10.] *sunt, & vos persequentur, si patremfamilias Beelzebub vocaverunt, quantò magis domesticos ejus?* Itaque vociferare, quantum voles, me Ignatium comparare cum Christo; servum cum Domino: non comparo; sed quod Christus prænunciavit, id etiam in viro Dei Ignatio impletum ostendo. Prædixit fore, ut iisdem conviciis

A viciis proscinderentur, & iisdem mendaciis onerarentur pietatis professores, quibus ipse laceratus & oneratus fuit: tu prædictionem hanc, unà cum tuo Celso, strenuè & impigrè imples.

B Jam deventum est ad mendacium palmarium, quo affirmat Misenus, affirmasse me, *Ignatio Roma Venetias iter facienti, Christum Dominum apparuisse, non secus atque Paulo apparuit Damascum petenti.* Si hæc verba in meo libro ostenderis, tum à mendacio te absolvam. Interea dum non monstraveris, sicut neque unquam monstrare poteris; non ægrè feres, si absolutionis beneficium denegem; impudénsque caput suspendam, sed suspendio Ecclesiastico. Quòd ais: *Christum Dominum ab Apostolo Paulo non esse visum,* id silentio suppressisses: si hanc ipsius Apostoli vocem compertam habuisses. *Nonne Christum JEsum Dominum nostrum vidi?* Dic Misene, num verum dicat Apostolus: & si verum scribit; ubinam & quando Dominum viderit. *Potuit,* inquis, *nobis per apparitionem apparere, ut Paulus audiret vocem, neque tamen quemquam cerneret.* Sed obstat, Misene, ipse Paulus, qui dicit, Dominum à se non modò auditum, sed & visum. Cui credam, tibíne somnianti, an Paulo videnti? Aliud est videre, aliud audire; aliud visus, aliud auditus. Deinde quale hoc tuum argumentum: *potuit ita fieri, ergo ita factum est.* Scis, quid de simili argumento non meo, sed ex cerebri tui officina profecto suprà dixeris?

1.Corint.9.

C Miraculum illud de senatore Veneto illustratur simili miraculo ex vita S. Benedicti, prodito à sanctissimo Pontifice Gregorio: cujus verba hæc; postquam narrasset, quomodo S. Benedictus triennium integrum in spelunca delituisset, & à Romano Monacho, certis temporibus, panem accepisset: *cùm jam Deus omnipotens & Romanum vellet à labore quiescere, & Benedicti vitam in exemplum hominibus demonstrare, ut posita suprà candelabrum lucerna claresceret, quatenus omnibus, qui in domo Dei sunt, luceret: cuidam presbytero longiùs manenti, qui refectionem sibi in paschali festivitate paraverat, per visum Dominus apparere dignatus est, dicens: Tu tibi delicias præparas, & servus meus illo in*

S.Gregor. lib.2.Dial.

D *loco fame cruciatur. Qui protinus surrexit, atque in ipsa solemnitate paschali cum alimentis, quæ sibi paraverat, ad locum tetendit, & virum Dei per abrupta montium, per concava vallium, per defossa terrarum, quæsivit; eúmque latere in specu reperit. Cúmque, oratione facta, benedicentes Dominum omnipotentem, consedissent, post dulcia vitæ colloquia, is, qui advenerat presbyter, dixit: surge, sumamus cibum: quia hodie pascha est. Cui vir Dei respondit dicens: scio, quia pascha est, quia hodie videre te merui: longè quippe ab hominibus positus, quia die eodem paschalis solemnitas esset, ignorabat. Venerabilis autem presbyter rursum asseruit dicens: veraciter hodie resurrectionis Dominicæ paschalis dies est, abstinere tibi minimè congruit; quia & ego ad hoc missus sum, ut omnipotentis dona Dei pariter sumamus, Benedicentes igitur Dominum, sumpserunt cibum.* Hæc S. Gregorius.

F Valde malè habet Misenum, quòd scripsi, loca à Christo Domino Hierosolymis, & alibi, cùm in terris versaretur, contacta & calcata; tactu illo sacrosancto sanctificata esse. *Vides hic,* inquit, *Romanam officinam omnis superstitionis.* Si loca illa ut sancta venerari, superstitio est: tum superstitio hæc cum tota antiquitate virisque sanctissimis & eruditissimis nobis communis est, quam pectori nostro nullus unquam eripiet Calvinista, qui nec antiquus est, quia heri natus; nec sanctus, quia impius; nec eruditus, quia ignarus. Tot millia ad hunc usque diem ab ortu Christianæ religionis, loca illa, ut sanctissima, venerati sunt, & ut coram venerarentur, nullo terræ marísque discrimine absterreri potuerunt; & tu nobis persuadere conaberis, nihil in illis locis sancti-

G moniæ & religionis inesse? Qui olim vel minimum de terra sancta pulvisculum possidebat, is tanquam pretiosum thesaurum auro & argento includebat, & velut tutamen domi forísque circumferebat. Scis, quid de Hesperio Tribunitio, qui terræ sanctæ particulam possidebat, memoriæ prodiderit S. Augustinus? Sed tu S. Augustinum longè infra tuum Calvinum collocas: & non aliter de illo aut sentis aut loqueris, quàm olim Hæretici, contra quos scribebat; quia cùm adversus illos scripsit, scripsit etiam adversus tuos Magistros Calvinum & Bezam. Si ergo Doctores tuos amas, & æstimas; amare profectò & æstimare non potes S. Augustinum, religiosum & religiosi Ordinis institutorem. Ostende mihi aliquem Calvinistam, qui Religiosæ familiæ sit parens. Desertores Ordinum non cupio, ut nomines, plures, quàm optem, novi.

S. August. lib. 11. de civit. c. 8.

I

H Ais: *quod addit de difficultate creandi Provincialis in ordine Minorum, risu excipiendum, non verbis refutandum:* ab eo nimirum, qui se jam suprà definivit ζῶον γελαστικὸν, *animal risivum:* seu, quod magis probo, γελοῖον, *ridiculum,* non λογικόν, talis enim cùm risu valeat plurimum, ratione nihil; omnia risu, nil ratione refellere potest. An tu putas, Simo, non esse majoris difficultatis opus, ut quis fiat Minister Ordinis Minorum, quàm ut quis fiat minister Calvinianus, aut Lutheranus Prædicans? Tam facilè fit quis Prædicans, quàm facilè ille Rhetorum Doctor apud Lucianum Rhetorem & Oratorem efficiebat. Scin, quanto tempore ad opus hoc absolvendum indiguerit? Audi Lucianum, audiésque, nisi me fallit animus, longè libentiùs, quàm S. Augustinum aut S. Hie-

A Hieronymum. πρὶν ἥλιον δῦναι ῥήτορά σε ὑπὲρ τὰς πάντας ἀποφανῶ, ἀναμφιλέκτως τὰ πρῶτα καὶ μέσα καὶ τελευταῖα τῶν λέγειν ἐπιχειρούντων ἔχοντα. *Antequam sol occidat, faciam te prædicantem, cæteris omnibus longè excellentiorem; licèt antè fueris curvi moderator aratri; ita ut absque ulla dubitatione, & primas, & medias, & ultimas partes obtineas inter omnes, qui se ad dicendum*
B *contulerint.* Sequuntur deinceps præcepta, quæ os Prædicantis balbum adhuc, figurant, & ad unguem formant, ut fiat totum teres atque rotundum. Lege, oro, Misene, & tum indica mihi, cum in Ordine Minorum tanta celeritate Minister Provincialis creari queat.

C Sed longè adhuc illustrior locus est alibi apud Lucianum, ex quo clarissimè elucescit, quàm nullius laboris opus sit Prædicans. πολλοί, inquit, τὰς τέχνας ἀφέντες ἐπὶ τὴν πήραν ᾄξαντες, καὶ τὸ τριβώνιον, αὐτοσχέδιοι φιλόσοφοι ἐκ σκυτοτόμων ἢ τεκτόνων περιέρχονται τὴν ἀρετὴν ἐπαινοῦντες, *Multi, relictis opificiis, ad peram & pallium* (Prædicantium) *ruentes extemporanei prædicantes, ex sutoribus aut fabris lignariis facti, circumcursitant, Evangelium crepantes.* Uno verbo, sie werden Prädicanten/ ait Germanicis verbis ille plurimorum Prædicantium didascalus, Martinus Crusius; cùm hunc ipsum locum Luciani interpretaretur, neque enim reperit, quo mentem Luciani meliùs lectori ob oculos poneret, quàm repentinam illam sutorum, fartorum, laniorum & fabrorum in Prædicantes metamorphosin. *Fit subitò cycnus; qui modò corvus erat. Fit subito pastor; qui modò pastus erat.*

Crusius in Syntaxi Græca.

D Cùm Ignatius Hierosolymis versaretur; Christum Dominum denuo, clara specie, vidit. Hanc visionem vocat Misenus *fabulam.* Defendi eam aliquot Christi apparitionibus, proditis à gravissimis & antiquissimis auctoribus, ut à S. Paulino; à S. Ambrosio; à S. Gregorio, à Sulpitio, à Joanne Diacono. Quid Misenus? *fabulas*, inquit, E
confirmat fabulis. Macte Misene, proficis in schola τοῦ διδασκάλου τῶν ῥητόρων, qui tantos scriptores pro fabulatoribus Æsopicis habes. Notat Suetonius, seu quisquis est auctor libelli de illustribus Grammaticis & claris Rhetoribus, impudentiam Rhemnii Palæmonis, qui M. Varronem *porcum* appellabat: *secúmque & natas & morituras litteras jactitabat.* Sed tua longè major est impu- F
dentia, qui tantos Religionis nostræ antistites in fabulatorum classem conjicis. Itaque præclarè præcepto illi institutoris tui obtemperas; χρὴ θαῤῥεῖν, ἡ τόλμα γὰρ καὶ ἡ ἀναισχυντία, καὶ τὸ ψεῦσμα πρόχειρον. *Nunquam desperandum est, in quascunque angustias compingaris. Audacia & impudentia, & mendacium semper sunt in promptu, opemq́; presso ferunt.* Semper dicere licet; *quasi verò argumentis opus sit, in refutandis anilibus fabulis; quarum falsitas tam perspicua, ut vel à pueris cernatur.* Item illud: *Martini* G
somnium, vel Sulpitianam visionem Jesuitis relinquo. Item; *si quis fabulis delectatur; is legat Ambrosium, Paulinum, Gregorium, Sulpitium. Gretserus claudum illum militem cum filio Dei confert;* & id genus alia audaciæ & impudentiæ, clarissima symbola & specimina. Sed quia Rhemnii Palæmonis H
jamjam mentio incidit, submonere te lubet, an non putes Miseni nomen, hoc est, tuum, in sexto Æneidos à Virgilio μαντικῶς & προνοητικῶς positum; sicut Rhemnius arbitrabatur nomen Palæmonis, hoc est, suum in Bucolicis non temerè positum, *sed, præsagiente Virgilio, fore quandoq́; omnium poetarum ac poëmatum Palæmonem judicem.* Quid velim, intelligis, opinor. Itaque abjungo, libróque primo finem impono.

FINIS LIBRI PRIMI.

APO-

APOLOGIÆ PRO VITA B.P.N. IGNATII. LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Depulſio calumniarum, quas Miſenus in ſtudia & ſocios B. P. Ignatii conjicit.

A [Theodor. l. 3. Hæret. fabul.] PUlchrè Theodoretus, inter doctiſſimos Græciæ ſcriptores non injuria computandus, hæreſes & Hæreticos cum muribus comparat. *Quemadmodum enim terreſtres mures ex quadam aëris intemperie, & fœtida putrefactionis qualitate è terra enaſcuntur, & ſeminibus quidem exitium adferunt, & arbores quoque perdunt; agricolæ autem venantes eos interimunt: ita ex malitioſo Diaboli artificio hæreſes exortæ ſunt, quæ paulò quidem leviores homines lædebant: ſed optimi veritatis agricolæ, eas ex divinis ſegetibus expulerunt, & ut omnino de medio tollerentur, effecerunt.* Ex his muribus non eſt infimus meus Miſenus: imò, ne illi debitum encomium ſurripiam, ipſe eſt, ἐν μύεσσι νέος παῖς ἔξοχος ἄλλων ἀγχέμαχος, Φίλος υἱὸς ἀμύμονος, ἀρτεπιβέλε, ὄρχαμος, αὐτὸν ἄρη Φαίνων κρατερὸς μεριδάρπαξ; non molas lingere, ſed alieni nominis famam & exiſtimationem rodere; & lacerare doctus.

B Sed quod Theodoretus ait, colonos facere adverſus illos mures, qui ſegetes depaſcuntur; id & ego pro viribus præſtare pergam adverſus iſtum, donec vel ictus ſapiat & ab innocentiâ calumniis inceſſenda abſiſtat.

C Initio libri ſecundi ſcribit Ribadeneira, quomodo Ignatius pecunia fraudatus ſit maleficii ſodalis dolo. Id antea diſplicuerat Miſeno, & etiamnum diſplicet, quantumvis aliquot ſacræ ſcripturæ exemplis à me defenſum. *Quæro,* inquit, *cur hujuſmodi res leviculas inſeratis narrationi, in qua omnia de eminentiſſimo viro peculiaria eſſe debebant, & quaſi captum humanæ conditionis ſuperantia.* Videor mihi audire Celſum, fratrem tuum; qui & ipſe lectâ apud S. Joannem Judæ furto; & apud S. Paulum triplici virgarum ſupplicio, triplicique naufragio, facilè in has tuas voces adverſus Chriſtianos erumpere D poterat: Quæro, cur hujuſmodi res leviculas inſeratis narrationi, in qua omnia de eminentiſſimis viris, peculiaria eſſe debebant, & quaſi captum humanæ conditionis ſuperantia. Quid autem peculiare & eximium, ſi fur viro probo nummos ſurripiat? An non hoc quotidiè fieri aſſolet? Quid peculiare, ſi quis virgis cædatur, aut naufragium patiatur? creberrimè hæc evenire E conſueverunt. Quid peculiare, ſi Diotrepes primatum affectârit, & *verbis malignis* in ſanctum Joannem *garriverit?* [Epiſt. 3. S. Joan.] An nullus unquam primas ambivit, linguámque caninam in viros ſanctimonia præſtantes exeruit? Quid peculiare, quòd Alexander F ærarius multa mala Apoſtolo Paulo oſtendit, [2. Timot. 4.] valdèque verbis ejus reſtitit? An non ſunt, qui ſimilia in ſingulos dies audeant? Cur hujuſmodi res leviculas narrationi aut ipſi inſeruerunt, aut alios inſeri paſſi ſunt, cùm de tantis viris, nihil niſi eminentiſſimum litteris mandari debuerit? Oro te, Miſene, ſi Celſus tuus hæc, & id genus alia, intonaret, quodnam reſponſum dares? Diceres, opinor, *omnis ſcriptura divinitus inſpirata utilis eſt ad docendum, &c.* [2. Timot. 3.] Et: *Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt:* [Rom. 15.] Quod tu Celſo reſponderes ſcripturam calumnianti, hoc ego tibi dictum volo hiſtorias Sanctorum, reſque geſtas Ignatii inſectanti.

Monet S. Jacobus, ut *exemplum accipiamus* [Jacob. 5.] G *laboris & patientiæ Prophetas; qui locuti ſunt in nomine Domini.* Sicut igitur prophetæ in omnibus illis, quæ perpeſſi ſunt, ad imitationem ſui nos provocârunt; ita & alii viri ſancti, Deóque chari: Et ſicut eo, præter cætera, conſilio ſacris litteris conſignata ſunt illa, quæ alioqui videntur minuta, ut exemplum patientiæ, & moderationis, aliarúmque virtutum capiamus: ita eandem ob cauſam, quæ in Sanctorum hiſtoriis continentur, inſtruunt nos ad illam animi æquitatem, quam in Sanctis elucere conſpicimus, ſive illa ſint magna, ſive exigua; ſive rara & eximia; ſive uſitata & quotidiana; nam & in iis, quæ non ſunt inuſitata, magnum virtutis ſpecimen dari poteſt.

H Cruces profectò & afflictiones internæ & externæ, tàm frequentes ſunt, ut vix quidquam ſit frequentius. An in his fortiter tolerandis eximia virtus, quaſi in theatro, ſpectari non poteſt? Quilibet ex Sanctorum numero id de ſe, ſaltem tacitè, profitebatur, quod Eleazarus ille disertè. *Adoleſcentibus exemplum fortè relinquam; ſi promptè animo ac fortiter, pro graviſſimis ac ſanctiſſimis legibus, honeſta morte defungar.* [2. Macch. 6.] Itaque furtum ipſum, ipſa maledicta in Sanctos conjecta, aut plagæ impoſitæ, non ſunt quid peculiare & eximium: ſed furta patienter tolerare ſine vindictæ cupidine, ſu-

A riquc non modò veniam dare, sed & ingentibus beneficiis cumulare: maledicta & verbera hilariter excipere, próque maledicentibus & cædentibus preces fundere: id verò peculiare est & eximium, captúmque Misenicæ & Calvinisticæ conditionis superans. Cùm Theodoretus de Juliano Anachoreta maxima quæque, & admiratione dignissima percensuisset, attexuit tandem quiddam, quod Miseno aut Celso alicui videri poterat minutum, potiúsque silentio premendum, quàm oratione explicandum. Quid Theodoretus? Audi Misene: *Fortè aliqui ex iis, qui ex aliorum reprehensione magnam capiunt voluptatem, & ea, quæ sunt honesta, solum didicerunt irridere, dixerit, hanc narrationem non esse dignam, quæ commemoretur. Ego autem aliis hujus viri miraculis hoc quoque adjeci, non solum magnorum virorum volens in eum pietatem ostendere, sed etiam morum ejus suavitatem & moderationem declarare existimans conducibile.* Hæc Theodoretus suo & Ribadeneiræ nomine.

Theodor. in hist. religiosa.

B Statuerat Ignatius, si herum reperisset, cui suam operam locaret, in eo Christum Dominum agnoscere, & venerari. Cùm hoc propositum Misenus reprehendisset, defendi id Apostoli jussu, qui vult, ut servi Dominis carnalibus obediant, sicut Christo. Occurrit Misenus. *Lojola de hero loquitur erudito, à quo aliquid discere queat.* Quid tum? eò magis hujusmodi hero in simplicitate cordis, tanquam Christo, obtemperandum erit. Nam si tale obsequium Apostolus præstari voluit, Dominis etiam Ethnicis & ineruditis, & S.Petrus, non tantùm bonis & modestis, sed & *dyscolis*: quantò magis Domino erudito mos gerendus erit, *sicut Domino, non homini*, ùt alibi Apostolus loquitur.

Ephes. 6.

1. Petr. 2.

Coloss. 3.

C *Quæro, utrum quivis vir doctus loco Christi habendus sit, præsertim in doctrina Religionis. Jesuita annuit;* ait meus Misenus. Nondum annui Misene. Tu formas tibi, arbitrio tuo, quæstiones, & arbitratu tuo ad easdem responsa comminisceris; more fratris tui Celsi, in quo simile artificium notavit Origenes. Accipe igitur meum responsum, & quidem tuis verbis: Hero vel præceptori non simpliciter obediendum est, sed quatenus ipsius mandatum vel doctrina cum voluntate Dei congruit. Nec aliter in hero vel præceptore Ignatius agnoscere voluit Christum: nam si quid contra voluntatem Dei præcipiat, falsámque doctrinam tradat, jam non Christi, sed dæmonis vicarium agit, quatenus talia aut præcipit aut docet, nec ore ejus Christus loquitur, sed Christi hominúmque adversarius. Et Apostolus, qui

Orig. lib. 6. contra Celsum.

D præcipit, ut servi *per omnia obediant Dominis carnalibus:* minimè vult, ut illis sese morigeros præbeant in illicitis, divinæque voluntati adversantibus: Et tamen ait: *per omnia, & in omnibus;* & quod imperat servis, hoc imperat etiam filiis respectu parentum. *Filii obedite parentibus per omnia. Hoc enim placitum est in Domino.*

Coloss. 3.

Ais: *ut in rebus divinis præceptores sequamur ad idololatriam ducentes, id mihi Ignatius non persuaserit.* Neque mihi, mi Misene; Nescio tamen, ubi Ignatius hoc vel tibi, vel mihi, vel aliis persuadere voluerit: aut undénam hunc persuadendi conatum Ignatii colligas. Addis: *Si Ingolstadium veniat aliquis, verbi causa, Calvinista, qui tua institutione uti velit, tu autem ex præscripto Romanæ Ecclesiæ doceas illum, quo venerationis gestu adorandæ sint statuæ in templis vestris positæ, nónne hoc inde eveniet, ut te sequens ducatur ad Idololatriam?* Hactenus tua quæstio. Exspecta igitur meum responsum: sed non exspectas: Celsi te spiritus urget. Quæstioni à te positæ, subjicis fictam à te responsionem. *Fateberis*, inquis. Oro te, satísne es sanus? *Estne aliquid, quò tendis, & in quo dirigis arcum? An passim sequeris corvos testâ lutóque, securus, quò pes ferat, atque ex tempore vivis?* Putásne me affirmativè ad tuam quæstionem responsurum? Quo argumento persuasus id in animum inducis credere? ùt & illud; quòd ais, *me confessurum talem ductum iri ad Idololatriam, sed ad licitam, Eò enim*, inquis, *redacti estis, ut cogamini dicere, idololatriam aliam esse illicitam, aliam licitam.* Quis Jesuitarum hoc unquam somniavit, Misene; non enim dicam; *dixit:* nam nullus est, qui privatim & publicè non doceat, Idololatriam intrinsecè esse malam, perinde ac furtum, adulterium, stuprum, quod tuum est exemplum: & ita malam, ut nullo casu, nulla peristasi, nulláque necessitate effici possit bona & licita. Quàm metuo, Misene, ne à Calvinistarum statione conjectas te paulatim ad castra Origenistarum: quos scribit S. Hieronymus *mendaciorum Orgiis inter se fœderari*, eò quòd mendacium aliquando docerent esse permissum: nisi eadem tibi mens esset, non tam crebrò, opinor, & tam perfricto ore pseudologias funderes. Hi si ipsi, te longè modestiores, magistris duntaxat potestatem mentiendi concedebant; Tu & tibi, tanquam magistro, & discipulis tuis. Cur enim non imitarentur Magistrum suum, *qui dum benè mentitur*, ùt inquit S. Hieronymus, *& absque ulla verecundia, quidquid in buccam venerit, confingit in fratres, Magistrum se optimum probat.*

E

F

G

S.Hier. lib. 1. in Ruff.

H Posthæc disputat Misenus de interioribus animi instinctibus tam insulsè, ut *Arcadiæ pecuaria rudere dicas.* Capere non potest meus Lithus, quomodo eædem cogitationes potuerint esse cœlestes & Diabolicæ, etsi diversa ratione: cælestes ratione materiæ, Diabolicæ ratione auctoris; nam à Diabolo erant, qui Ignatium à litterarum studiis remorari contendebat, ne eveniret id, quod eventurum animo præcipiebat & præsagiebat, si Ignatius liberalium artium disciplinis sese traderet, quódque jam ipse evenisse dolet, túque pariter cum illo. Hanc Philosophiam Misenus capere nequit. *Ego*, inquit, *hactenus putavi cogitationes a Diabolo excitatas, esse de rebus terrenis ducentibus ad libidines, volupta-*

tes,

A *ter, flagitia, scelera.* Quid tu putâris, id scilicet curæ non est, nec iis, qui extra, neque iis, qui intra columnas Herculis degunt. Dolus an virtus, quis in Dæmone requirat? Protuli exempla ex vita S. Antonii, quibus planum fit, Dæmones, etiam specie orationis, jejunii, vigiliarum, & similium rerum planè divinarum objectu, exitium struere. *Nam invenit, quomodo homines etiam boni sectationibus perderet,* inquit Tertullianus, *& nihil apud eum refert, alios luxuria, alios continentia occidere.* Sacrificium utique res cœlestis erat & divina: & tamen sacrificii obtentu decepit Diabolus Saulem primum Israëlitarum Regem, quia non erat tempus sacrificandi, sed aliud quoddam mandatum DEI accuratissimè exequendi.

Tertul. lib. 1. ad uxorem.

1. Reg. 15.

B *Omnia tempus habent,* ait Sapiens. *Tempus nascendi, & tempus moriendi, tempus plantandi, & tempus evellendi, quod plantatum est.* Hunc temporis articulum, & alias circumstantias, cùm generis humani hostis non observet; facilè fit, ut per id, quod alioquin sanctum est & laudabile, incauto perniciem afferat: propterea monet S. Petrus: *Sobrii estote, & vigilate:* Quorsum hæc monitio? ut fraudes Dæmonis sive occultas & specie recti velatas, sive manifestas animadvertamus, quod factu non proclive: nisi quis sobrius sit & vigilet, aciémque mentis in omnia intendat, ne fortè à vaferrimo insidiatore circumve-C niatur. Quæ si perpendisses, inepta hac quæstione supersedisses; *Si Diabolica non fuerunt ratione materiæ secundùm Jesuitam, & tamen fuerunt Diabolica, ipso Jesuita teste: quo respectu tandem dicemus fuisse illas Diabolicas?* Facilis responsio. Respectu auctoris & effectoris Diaboli: Nam & ab auctore res nomen sortitur; non tantùm à materia & objecto. Cogitatio Saulis, post victum Amelec, de sacrificio instituendo, non fuit Diabolica ratione objecti & materiæ; quia sacrificare ad cultum divinum pertinet; fuit tamen Diabolica respectu auctoris, qui Saulis animo hanc cogitationem subjecit, ut eam exequeretur, cùm tamen aliud quiddam sibi à Domino specialiter mandatum, exequendum esset.

Eccles. 3.

1. Petr. 5.

D *Oritur,* inquis, *& alia quæstio:* plenus es quæstionibus in hoc capite, ut mihi quidem veterem quendam *Quæstionarium* recens evolvisse videaris, alioquin non ita eructares quæstiones, sicut Menippus Jambos, post suum cum Euripide apud inferos congressum: Audiamus tamen quæstionem, quæ est ista: *An cogitationes de rebus cœlestibus sint præferendæ præceptis Grammaticis.* Præferendæ sunt, neque id negat Ribadeneira; ùt tu comminisceris, sed præferendæ sunt suo loco & tempore: Dixi antea cum Salomone; *omnia tempus habent,* Ædificatio præferenda est destructioni: acquisitio, perditioni; dilectio, odio; pax, bello; sanatio, occisioni; plantatio, evulsioni; ortus, occasui; sed suo loco & tempore: nam si eo tempore plantare velis, quo evellendum; & extruere, quo destruendum; & sanare, quo occidendum est; malè ages, quúmque ratione objecti, & materiæ alioquin bonum E est & cœleste, fiet perversum & Diabolicum respectu circumstantiæ & auctoris, qui te tunc ad id impellit, cùm quidvis potiùs, quàm hoc faciendum esset.

F *Non persuadebis mihi,* inquis, *ad pietatis exercitia Diabolum internis cogitationibus homines excitare solere;* Non cupio tibi hoc persuadere, cur enim cuperem, inani conatu? Lithus es, nullius honestæ persuasionis capax. Satis est, si aliis persuadeam, imò si vel uni. *Unus mihi pro populo est,* ait ille, *& populus pro uno.* Planè ad ea, quæ pietatis exercitia sunt, ratione materiæ, excitat Dæmon, ùt jam probatum aliquot exemplis, & copiosiùs in Apologia, ubi plura ex vita S. Antonii produxi. Tu vocas *hypocriseos exercitia;* Omnino talia sunt; si Dæmon eorum sit auctor; at si à Spiritu sancto proficiscantur, non sunt magis hypocriseos exercitia, quàm Antonius & S. Athanasius hypocritæ fuerunt, quos tu ipse *sanctos* nominas. Si sancti sunt, quomodo hypocritæ? si non hypocritæ, quomodo *hypocriseos exercitia* Antonius suscepit; & ab Antonio suscepta Athanasius in commentarium retulit? Hîc exclamabis: *commentarium de vita S. Antonii non esse S. Athanasii,* verùm de hac tua imperitia suo loco.

G *Dicis, etiam Catholicos studiosos tam strenuè bibere, quàm Lutheranos & Calvinianos, idque te Spiræ vidisse.* Non ignoro esse, quibus summa voluptas, *nocturno certare mero, putere diurno:* Et ut hoc nescirem, tibi tamen, oculato testi, & forsan non tantùm compotationum illarum spectatori, sed &, ut sic dixerim, actori, libens assentirer. Interim & hoc mihi dabis, Calvinianos & Lutheranos fieri & esse potatores, ex ipsa Evangelii, quod sectantur, professione: cujus hoc est celeusma: *Vivite lurcones, comedones, vivite ventres.* Et: *Pone merum & talos, pereat, qui crastina curat:* Catholicos autem, qui huic vitio adhærent, et non adhærere, ipsius religionis, cui addicti sunt, genio & impulsu, sed pravo suo ingenio & instinctu. *Peredaiam & perbibesiam* amplissimas provincias (quarum Reges Polybibus & Macrobibus) Calviniani & Lutherani incolunt, ut αὐτόχθονες, ab eo tempore, quo eas Plautinus Therapontigonus subjugavit: Catholici quidam inquilini duntaxat sunt & advenæ.

H Ais. *Cui suis afflictationibus profuit stolidus ille miles?* Modestè Misene, & placidè; sibi afflictationibus illis profuit Ignatius. Nobis filiis, quos in Domino genuit, profuit; profuit aliis innumeris, quos ipse partim per se, partim per suos ad veritatis agnitionem, vel ad virtutis viam adduxit, vel in utraque conservavit. *Stolidum* appellari Ignatium à stolone, quid mirum? Stolo non esses, nisi alios stolidos reputares. *Quid alios,* inquis, *juvit, vel septem dierum jejunium?* Multum, quia tam illo, quàm aliis jejuniis, fundamenta Societatis posuit, & eorum fructuum semen-

A ſementem fecit, quorum copia oculos veſtros oon modò perſtringit, ſed & propemodum excæcat. Qnod tu quæris de jejunio Ignatii, id Celſus tuus, ſi ei io mentem veniſſet, facilè quæſiviſſet de jejunio Moyſis, Heliæ, Redemptoris, & de jejunio triduano S. Pauli ſtatim à vocatione. *Quid alios juvit vel quadraginta, vel trium dierum jejunium? Quid vel ducentæ plagæ tergo Chriſti & Pauli impactæ? Quid caſtigatio illa quinquies repetita, cùm quadraginta unâ minus accepit?*

B *Quam fidem*, inquis, *Ignatius propagavit? Non Pauli aut Petri, ſed Romanorum Pontificum.* Imò hòc ipſo fidem Petri propagavit, quòd fidem Romanorum Pontificum propagavit, quia Petrus Romanus Pontifex fuit, & propagaudo fidem Petri, propagavit etiam fidem Pauli, quia una utriuſque fides fuit. Quòd ſi propagando fidem Romanorum Pontificum, non propagavit fidem Petri, oſtende, quando Romani Pontifices defecerint à fide Petri. Nomina diem, quin hebdomade contentus ero, imò menſe; imò ſemeſtri; etiam anno, ut liberaliter cum illiberali agam. Ais. *Ab Academia Pariſienſi meo ordini perpetuæ ignominiæ notam eſſe inuſtam.* Nota hæc longè faciliùs & citiùs delebitur, quàm notæ, quæ tuo Calvino fuerunt inuſtæ. Scis quæ illæ? Secundò, nego ab Academia Pariſieoſi nobis inuſtam notam. Nam pauciſſimi ex Academicis adverſus Societatem, actionem inſtituerunt, ùt docet, rerum Pariſienſium te longè peritior Franciſcus Montanus contra Arnaldum; at quod pauculi, odio forſan cæci, fecerunt, id tantæ Academiæ non eſt adſcribendum. Tertiò, jam alibi te monui, ne ob bunc Societatis caſum, aogaris nimiùm; diligentibus enim Deum omnia cooperari io bonum. Vivit, vigilátque adbuc, *qui ſtatuit procellam in auram, & ſiluerunt fluctus ejus*, inquit B. David. *Et lætati ſunt, quia ſiluerunt, & deduxit eos in portum voluntatis eorum.*

C Etymon lapidei examinis Luteriæ uſitati, intellexiſſes, niſi lapis eſſes: An non dilucidè explicavi? Inſpice denuò meam Apologiam, & ſi necdum nominis rationem capis, tunc in gratiam tuam repetam. Interea progrediamur. Ais: *de delatione Ignatii apud Inquiſitores fidei, nihil babet, quod reſpondere poſſit Idololatra:* Quid? an non calumnias tuas ad verbum reſutavi? Sed is mos apud te viget, cùm, quod dicas, nihil babes, me nihil reſpondiſſe criminatis, meáque reſponſa præteris, & nova commenta affers, ùt & bic, cùm texis catalogum quæſtiouum, quas ab Inquiſitoribus propoſi nugaris. Si hujuſmodi catalogum accuratè conficere cogitas, oportet Miſene, ut in Italiam, aut Hiſpaniam ad Inquiſitores te conſeras, & experientia, id, quod

D alios docere inſtituis, diſcas. Admodum certa & evidens eſt illa cognitio, quæ ipſo experimento fulcitur. Ubi ſoſpes ad nos ab Ioquiſitoribus redièris, cum demum bonâ fide quæſtionum ſyllabum conſcribes. Sed libentiùs fortè Æaci aut Minois tribunal adires, quàm Quæſitorum fidei.

E *Riſi*, inquis, *quòd Ignatius ſemper impavido animo, ad inquiſitores adierit; & adbuc video.* Nibil à oatura tua abborrens facis, cùm rides, jam enim ſuprà, cùm te definires, dixiſti, te aoimal eſſe γελαςικὸν, *riſibile*, nulla mentione facta τȣ λογικȣ. Fortaſſe à parente tuo Gelaſimo vocaris γελαςικός. *Semper quæſivi*, inquis, *& adbuc quæro, quid periculi ſit idololatræ apud idololatram.* Quid periculi ſit idololatræ apud idololatram, equidem ignoro: quia nuoquam inter idololatras vixi, niſi inter iſtos nuperos ex Lutbero progeneratos; nec Ignatius idololatra; nec quæſitores, ad quos vocabatur, Idololatræ fuerunt. Itáque, ſi vis, ut

F quæſtiooi tuæ ſatisfaciam, aliter formanda erit, in hunc videlicet modum: Quid Catholico apud Catbolicum periculi immineat in cauſa fidei. Reſpondeo, per ſe quidem nibil, quia inoocentia apud æquos judices ſecura eſt: *per accidens* tamen fieri poteſt, ut Catbolico apud Catbolicos periculum impendeat; quatenus aliquando difficile eſt, ſuſpiciones ab obtrectatoribus excitatas ex animis Judicum eximere, objectiones diluere, & innocentiam ſuam in omnium conſpectu ſtatuere, & ob hanc difficultatem, quæ ſuperanda, periculoſámque aleam, quæ ſubeunda, non cujuſvis, etiam inſontis, eſt intrepido animo ad inquiſitores accedere; ſed ejus duntaxat, qui ea mentis magnitudioe pollet, ut, quamvis fractus illabatur orbis, impavidum feriant ruinæ.

G Ais. *Si tu Romam vocareris, accuſatus de Calviniſmo, num trepidares, num palleſceres?* Quid facturus eſſem neſcio, quia futura neſcio. Noo enim ſum Propheta. Hoc tamen compertum babeo, ſi ea animi conſtantia pollerem, qua Ignatius, nec trepidarem, nec palleſcerem, non quòd nibil moleſtiæ devorandum eſſet, ob haoc accuſationem, quantumvis injuſtam, ſed quia vir fortis & conſtans, leonis more, ad *nullius pavebit occurſum.* Itáque ridens & ludibundus iter faceret, ut ſe probaret bonum Catholicum (agnoſcis tua verba) & frugi Pontificis ſervum.

H Dixeram, Miſenum, ſi ad inquiſitorum tribunal acciretur, trepidaturum, pedibúſqua timorem additurum alas. Exclamat Miſenus: *pulchrè, lepidè dictum:* Nimis benignè, Miſene. Non dixeram; *plauſum date:* & tu tamen *plaudis. Pulchrè, bene, rectè:* Fortaſſis exſpectas, ut plauſum rependam, quò reciprocus fiat. *Diſcedo Alcæus puncto illius, ille meo quis? Quis, niſi Callimachus? ſi plus adpoſcere viſus, eſt Mimnermus, & optivo cognomine creſcit;* Sed quæ tua tam exigua in Deum, ſectámque tuam charitas? *Abſit*, ais, *ut ad veſtrum tribunal ſponte accedam.* Atqui veterum Annalibus proditum eſt, multos ex Chriſtianis, ſponte ſua ad tribunalia Ethnicorum non modò acceſſiſſe, ſed & accurriſſe. Qui fit, quòd pectus tuum ſimili non calet igne? Quantum diſtas ab Origene & Chriſtianis ſæculi illius, de quibus Origenes: *tam incunctanter pro pietate corpus deponimus, quàm promptè Philoſophus vix veſtem exueret.* Orig. lib. 7. contra Celſum.

Vidi

A *Vidi*, inquis, *depictam tantùm inquiſitionis veſtræ tragœdiam, & toto corpore cohorrui*, ſteterúntque comæ, vox faucibus hæſit, gelidúſque per ima cucurrit oſſa tremor: Nec Plautinus Tyndarus ita formidine & horrore perculſus eſt, cùm vidit *multa ſæpè picta, quæ Acherunti fierent cruciamenta.* Minùs te terrent *fuſtitudinæ* & *ferricrepinæ* inſulæ, *ubi vivos homines mortui incurſant boves*, quàm inquiſitio: Quò advenienti, quaſi *patritiis pueris, aut monedulæ, aut anates, aut coturnices dantur, quibus cum luſitent; datur upupa* oblectationis gratia. Non dubito, te quoque toto corpore perhorreſcere, quando in ſexto Æneidos intueris depictum ab optimo pictore Miſeni buſtum.

B *Quid fieret*, inquis, *ſi rogos ardentes, lictores truces, carnifices immanes, & Jeſuitas circumcurſantes intuerer?* Non tam ſcio, quid fieret; quàm quid non fieret. Non fieret, ut cum S. Andrea crucem tuam his verbis compellares & ſalutares: *O bona crux diu amata, ſine intermiſſione quæſita, & aliquando cupienti animo præparata: accipe me ab hominibus, & redde me Magiſtro meo.* Non fieret, ut diceres: *Quàm ſuave eſt hoc: quàm hoc non curo:* quod homo, ùt ſcis, voluptuarius cupiebat à ſapiente, *licèt in Phalaridis tauro eſſet.* Propior ſum exiſtimanti, futurum id, quod evenit, cùm Servetus, non in Hiſpania, ſed Genevæ vidit rogos ardentes, lictores truces, carnifices immanes, Calvinum & miniſtros Genevenſes circumcurſantes, & incitantes vulgus apud Judices ad omne crudelitatis genus. Quid evenerit, docebit te tuus Calvinus, oculatus hujus tragœdiæ teſtis, imò & actor, pœne dixerim choragus.

C Subjungis: *pudeat te hujus provocationis:* cujus oro, Miſene? Quónam te provocavi? Num ad inquiſitionem? Semper ſomnias inquiſitionem; ſed qui conſcius ipſe ſibi, inquiſitionem valde metuit, is facilè de inquiſitione ſomniat. Nam ùt rectè ait Carus: *In qua ratione fuit contenta magis mens, in ſomnis eadem plerumque videmur obire: Cauſſidici cauſas agere, & componere leges: Indupeatores pugnare, ac prælia obire.* Aſpicere Hæretici flammáſque, crucéſque, rotáſque, *His ſcilicet argumentis Hæreticos conſtringitis:* cum malè agentibus non modò argumentis, ſed & pœnis agitur, ritu vetuſtiſſimo. Calvinus tuus quibus argumentis conſtrinxit Servetum? Quibus Miniſtri Helvetici Valentinum Gentilem? Quibus Angli Catholicos, quos Hæreſeos titulo mactant! Quibus Saxones illos Calviniſtas, qui Calvinum in Saxoniam inducere nitebantur?

D *Hæreticos*, inquis, *ante cognitionem jam dudum igni adjudicâſtis.* Etiam fures, latrones, venefici ante cognitionem ad furcam, rotam, flammam, adjudicati ſunt, ſed in genere: nam utrum hic an ille ſit fur, agendus in crucem; aut latro, tollendus in rotam; aut veneficus vertendus in cineres; id E cognitione, & cauſæ diſcuſſione eget. Eadem eſt Hæreticorum ratio. *Hic eſt*, inquis, *ille ſpiritus cruciatuum & cædium, quem ſub humilitatis & humanitatis palliolo tegitis.* Quæ te agitant intemperiæ Miſene? Quin jubes medicos anticyras præbere meraces, ut caput purgetur, & ab his ſpectris libereris. Quis Jeſuitarum te flammis infelicibus uſtulandum aut dixit aut ſcripſit? Quis alios in Germania Calvinianos & Lutheranos? Num Jeſuitæ auctores ſunt inquiſitionis Hiſpanicæ, aut legum Pontificiarum & Cæſarearum de Hæreticorum pœnis, quæ in utroque jure extant? Nam ſi exſpectas, ut leges à majoribus adversùs Hæreticos latas, improbemus, fruſtrà es; quia ſimul improbare- F mus Calvini & Bezæ tui decreta, qui Hæreticos ſupplicio afficiendos eſſe docuerunt, & quod docuerunt, reipſa præſtiterunt. *Et tamen Germania hæc monſtra alit.* Placidè Miſene, ne ſævi, ne monſtrum videaris, dum tam monſtroſè bacchàris. Fortaſſe de Calvinianis hæc intelligis, non de Jeſuitis. Nam quòd Germania alit monſtra Calviniana, id profectò omnem admirationem ſuperat, cùm ipſis Imperii decretis nulli, niſi aut Catholico, aut Confeſſionis Auguſtanæ ſectatori, locus in Imperio ſit conceſſus. Confeſſionis Auguſtanæ homines vos eſſe, ægrè profectò concedent Hunnius & ſimiles præcones, qui Nympham illam connubio ſtabili ſibi junxerunt, nec vos rivales ferre volunt; Etſi eò uſque jam lis proceſſit, ut multi ex Lutheranis Prædicantibus neſciant, vóſne an ipſi ſint Lutherani, & num à veſtris, an verò ab illorum partibus ſtet Confrſſio Auguſtana ſæpius quàm luna mutata; quod non leve ſtultitiæ indicium: nam *ſtultus ut luna mutatur.*

G *Si poteſtas*, inquis, *detur, nos omnes uno ictu Jeſuitæ perimant.* Falleris, Miſene, alióſque fallis. Si poteſtas detur, te tuóſque Calviniſtas omnes Catholicos efficeremus, & vel ad aſtra uſque eveheremus. Non eſt nobis ille animus in Calviniſtas, qui vobis in nos, ſpirans minarum & cædis. Verbum Dei Orthodoxum & Catholicum *in manſuetudine ſuſcipitur;* Quare etiam ad manſuetudinem inclinat; non in furore & amentia; ùt verbum Calvinianum, quod ſectatoribus ſuis vipeream inſpirat mentem, & arma arma fremit, ſitientius cruoris, quàm terra imbris, cùm æſtus hiulcat agros. Spiritum veſtrum H pulchris coloribus jam olim in ſpiritu Ariano depinxit S. Gregorius Nazianzenus. [Naziānz. orat. contra Arian.] Tu lege & compone: Videbis utrumque Spiritum eodem utero fuſum, ac proinde fratres eſſe. Omnes Calvinianos habere unam cervicem minimè optamus, etſi hoc optamus, ut nobiſcum habeant unam mentem. Nullus Jeſuita, quod tu criminaris, hoc votum concepit ad imitationem Caligulæ: *Utinam omnes*

A *Calvinismi unam cervicem haberent.* Qui tibi ſenſus in Jeſuitas ineſt, eum tu Jeſuitis tribuis, quaſi hoc modo in Calviniſtas ſint affecti, ut omnes uno ictu trucidare cupiant. Nominat alicubi Lucianus tuus ἀνθρωπομαγείρες; *cocos, qui homines coquant;* ii, meo judicio, Calviniſtæ ſunt, qui tot orthodoxos jam coxerunt, & in Anglia ita conciderunt, ut veriſſimum ſit de illis dicere, μύϛιλλόντ᾽ ἄρα τἄλλα, καὶ ἀμφ᾽ ὀβελοῖσιν ἔπειραν.

B Sed audiamus jam leniſſimum Miſeni Spiritum, & oraculum, quod nunquam implebitur, cujuſmodi ſunt Lutheranorum & Calvinianorum vaticinia. ἀλλ᾽ ὦ ἔτος ἔσσεται ἦμαρ ὅταν ποτ᾽ ὀλώλῃ ϛῖφος ἀγυρτῶν ἠδ᾽ εἰδωλολατρῶν θύασος κακὸς ἄξιος ᾅδῃ. *Heus tu*, canit meus Miſenus ex tripode: *Tempus erit, quando Agyrtarum vel Idololatrarum turma peribit, catus Orco dignus. Quenam te genuit ſola ſub rupe leana? Quod mare conceptum ſpumantibus expuit undis? Quæ ſyrtis, quæ ſcylla vorax, quæ vaſta Charybdis*, ut in hæc tam ab omni humanitate abhorrentia erum-

Prover. 26. peres? An neſcis illud: *Qui fodit foveam, incidet in eam:* &, *Qui volvit lapidem, revertetur ad eum.* An neſcis, quid Salomon imprecetur his, qui talia maledicta jactant?

Prover. 30. *Oculum, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corvi de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ.* Crede mihi, Simo, citiùs interibunt Calviniani, quàm Catholici. Horum enim Eccleſiæ, non illorum Synagogæ facta eſt illa promiſſio: *Et portæ inferi non prævalebunt adversùs eam:* Quomodo portæ inferi non prævalerent adversùs Calvinianam ſectam, quæ aliis non nititur fundamentis, quàm inferorum portis; ac proinde cùm ab inferorum Rege ſubtrahuntur, neceſſe eſt, ut corruat: atque eat in nihilum, quæ fuit antè nihil.

C Pergis. *Notat Theologus, quòd ridiculum ſupplicium, quo afficiendus virgis in ſchola erat Ignatius, ſcripſerim, à Ribadeneira ita interpretari, quaſi Martyrium fuerit.* Ridiculum tibi videtur ſupplicium, tunc videlicet, cùm de tuo corio agitur; ſi pellis tua ulmis conſeribillanda eſſet, haud ridiculum, ſed flebile ſupplicium tibi videretur, túncque non ζῶον γελαϛικὸν, ſed κλαυϛικὸν eſſes. Non dubito, videri tibi itidem ridiculum ſupplicium, cùm S. Paulus ter virgis cæſus eſt: cúmque quinquies quadragenas una minùs plagas, à Judæis accepit. Ridiculum itidem erat, cùm à Tribuno vinctus, & ad flagra expoſitus erat. Neſcio, quæ tua ſit mens de flagellatione Chriſti, in ædibus Pilati. Niſi me valdè conjectura à vero abripit, ridiculo ζώῳ, ſupplicium hoc ridiculum quoque cenſetur.

D *Ignatius*, inquis, *ipſe dixit eodem in loco, ſibi nihil in vita poſſe accidere jucundius, quàm*

E *verbera experiri. Hoc verò ipſum, ſi non eſt martyrium, eſt tamen quaſi martyrium.* Si eſt *quaſi martyrium*, cur igitur tibi videtur ridiculum ſupplicium? Nec martyrium, nec quaſi martyrium, ridiculum eſt, niſi apud Ethnicos & Calviniſtas, qui martyres, & quaſi martyres faciunt. At quid ſibi vult illud tuum *Quaſi?* Certè tu mihi non quaſi mentitus, ſed luculenter mentitus videris, cùm hoc impendens ſupplicium à Ribadeneira Martyrii loco haberi & tradi ſcripſiſti. Nihil Ribadeneira de Martyrio; nihil de *quaſi martyrio*, non ignarus, quid ad martyrium requiratur. Nunc mendacio tuo mantellum quæris, illo tuo *Quaſi.*

F *Quid carpis Theologe?* inquit meus Miſenus, nihil carpo; ſed mendacium tuum reprehendo. Reprehende & tu idem, mecúmque facies. *Ridiculum eſt*, inquis, *quòd Goveanum, ſuperſtitioſum hominem, confert cum tribuno, qui S. Paulum flagellari juſſerat.* Omnia tibi videntur ridicula, tanquam ζώῳ γελαϛικῷ & Plautino Gelaſino. Quare verò hoc ridiculum? *Tribunus ille non ex ſuperſtitione parcebat Paulo; ſed metu Romanarum legum.* Cæterùm Goveanus pepercit Ignatio, metu legum divinarum. Quæ, cedo, majores, Divinæ an Romanæ? *quid Goveano*, inquis, *metum incutiebat? Superſtitio, qua ligabantur manus ejus.* Si Ignatium, & quid dico Ignatium? Fortè ſi Chriſtum Dominum, & S. Paulum in tuis manibus habuiſſes, nec religio, nec ſuperſtitio manus tuas ligare potuiſſet, quò minùs in illos virgis nodoſis flagelliſque ſtellatis inſtructus immaniſſimè

G graſſareris. Optarem, Miſene, etiam ſine pace tua & commodo, ut tale tibi flagellorum ſupplicium obtingeret, quale Helio-

doro, quem duo juvenes *virtute decori, op-* 2. Macch. 3.
timi gloria, ſpecioſique amictu, circumſteterunt, & ex utraque parte flagellârunt ſine intermiſſione multis plagis verberantes, quorum manus nec Græcorum, neque Romaoorum leges ligahant, multóque minùs ſuperſtitio. Si, Miſene, in ſimiles juvenes incideres, fortè modeſtiùs de flagris, quæ Ignatio imminebant, ſcriberes.

H Circa ea, quæ de conſcientiæ examine ſubjungis, moneo, ut conſcientiæ examen inſtituas, & quidem accuratè, quò intelligas, quæ peccata, dum de conſcientiæ examine tractas, & loquendo & ſcribendo committas. Ais. *Pythagoras docuit ſuos quoque diſcipulos rationem à ſemetipſis exigere: ergo Ignatius nihil eximium nihilque ſingulare fecit, cùm ſocios ſuos doctrina examinandæ conſcientiæ inſtituit.* Pariſſimi eſtis tu & Celſus tuus, qui eodem modo, quo tu, argumentabatur, teſte Origene, in 6. libro ejus operis, quod adversùs fratrem tuum Celſum doctiſſimè elucubravit. *Hoc*, ajebat, *vel hoc, priùs docuit Plato; nihil ergo eximium præſtitit Chriſtus veſter; dum idem tradidit.* Doctrinam profectò de examine conſcientiæ tam eximiam

A miam & singularem arbitror, ut ejus te, ne capacem quidem arbitrer, nedum peritum, quam & hoc argumento oppugnas. *Apollo, hoc est, Cacodæmon ipse, protulit illud: nôsse te ipsum, laudavitque tanquam virum sapientem, qui judex sui esset, seseque totum ad unguem explanaret:* ergo Ignatius malè egit, cùm conscientiæ examinandæ doctrinam tam diligenter tradidit. Perinde ac si ita ratiocinareris: Ipse cacodæmon aliquoties fassus est publicè, Christum esse Filium Dei: ergo Petrus malè fecit, cùm libera voce professus est; *Tu es Christus Filius Dei vivi.*

Matth. 16.

B Sed quia de conscientiæ examine loquimur, agedum, paulò fusiùs de eo agamus, ut intelligas, quos Auctores, & quas rationes secutus Ignatius, statim à conversione sua, hanc spiritualem exercitationem tanti fecerit. Auspicemur à Christianis, tum ad Ethnicos progrediemur. Igitur sancti Patres, examen hoc non modò sedulò instituendum esse scribunt; sed & formam, & modum, & tempus ejus faciendi præscribunt, útque non modò semel, sed bis etiam in singulos dies instituatur, jubent. S. Antonium jam antea in Apologia laudavi testem ex S. Athanasio. Nunc audi alios.

C Et primò quidem sanctum Ephrem, de quo tu alicubi: *nescio, quis Ephrem.* Si nescis, disce ergo: Syrus fuit, sanctissimus & doctissimus fuit, judicio totius Ecclesiæ, tam quæ ad Orientem, quàm quæ ad Occidentem. Si ætatem quæris: S. Basilio synchronus fuit, omni miraculorum genere clarissimus. Hic ergo divinus Ephrem, de hoc conscientiæ examine hunc in modum scribit: *Negotiatores spirituales sumus, dilectissimi mei, sæcularibus negotiatoribus similes. Perpendite, quæ dico fratres. Negotiator sæcularis damna & lucra quotidie computat: & siquidem damna perpessus fuerit, ea resarcire sollicitè studet: sic etiam tu charissime seriò facias ac cures. Diebus singulis vesperi & manè diligenter considera, quo pacto se habeat negotiatio tua, ac mercimonii ratio. Et vespere quidem ingressus cubiculum cordis tui examina temetipsum, ac dicito: putásne hodie Deum in aliquo exacerbavi? Nunquid verba otiosa protuli? Num per contemptum negligentiámve peccavi? Num in re aliqua fratrem irritavi? Num alicujus famam detractionibus laceravi? Num, quando ore psallebam, res sæculares mente versabam? Num quando carnalis in me concupiscentia irruit, blandum virus ego lubens suscepi? Nunquid à curis atque terrenis sollicitudinibus aliquando superatus sum? Quòd si in istis comperens te detrimenta perpessum, futuris lucris præterita damna sedulò resarcire cura. Ingemisce ex intimo corde & plange, ac lachrymas funde. Ne eadem rursus detrimenta atque incommoda sustineas.*

S. Ephrem. serm. Ascetico de vita Relig.

D *Facto jam diluculo, rursus eadem meditare & dicito. Quomodo putas, mihi ista nox præteriit? Lucratúsne sum in ea mercimonium meum? Nunquid mens mea unà cum corpore vigilavit? Nunquid oculi mei lachrymas fuderunt? Nunquid cùm genua mea noctu ad orationem flecterem, somno depressus sum? Nunquid improbæ ac sordidæ cogitationes invaserunt me, atque illis libenter immoratus sum? Et si te in ejusmodi victum esse senseris; sollicitè curari stude, cordique tuo custodiam statue, ne eadem rursus patiaris. Quòd si curaveris, & pro salute animæ tuæ sollicitus fueris, negotiationémque tuam cum lucro sic exercueris, gratus atque acceptus tuo eris Domino, & tibi ipsi magnoperè profueris.* Hæc S. Ephrem. E

F Ex cujus verbis habes tempus, modum, & materiam hujus examinis. Tempus duplex est; alterum vespertinum discutiendis diurnis actionibus, alterum matutinum, examinandis nocturnis gestis. *Dicebant Pythagorei,* inquit S. Hieronymus, *duorum temporum, quàm maximam habendam curam, manè & vesperi, id est, eorum, quæ acturi sumus, & eorum, quæ gesserimus.*

S. Hier. lib. 3. contra Ruf.

G De eodem examine S. Basilius hæc præcipit: *Die exacto & omni opere ad finem perducto, tum corporali tum spirituali; ante quietem interrogari convenit uniuscujusque conscientiam à proprio corde: & si quid factum est, præter id, quod decet, aut cogitatio interdicta, aut sermo extra officium, aut ad orationem segnities, aut psalmodia negligentia, aut communis vitæ desiderium, ne occultet peccatum, sed communitati confiteatur, quo per communem orationem curetur vitium ejus, qui ad tale malum delatus est.*

S. Basil. ser. 4. de instit. Monach.

H Convenit cum his S. Chrysostomus, cohortans illos, qui res alienas avidè scrutantur & judicant, ut in se, & in sua facta diligenter inquirant. *Si,* inquit, *cupiditate judicandi judex esse velis, sedem ego tibi ostendam, quæ magnum quæstum tibi conferet, & nulla criminis sorde maculabit: sedeat mens atque cogitatio tua judex in animam atque conscientiam tuam, adducm omnia delicta tua in medium; scrutare, quæ animo commisisti, & sedulò rationem exigm & dicm; Quare hoc atque hoc ausus es? quare illud & illud perpetrâsti? Quòd si ab his quidem conscientia tua refugit, aliena verò curiosè rimatur, dic ad ipsam: Non ego judex in alios, nec tu alios desrasura judicium subiisti. Quid enim ad te, si hic vel ille malè vivit? tu cujus rei gratia hoc atque illud deliquisti? Non desrude: accusa tua vitia, non aliena: sic assiduè ipsam ad hunc terrorem revoca. Deinde, si causam suam dicere non possit, sed subterfugiat & detrectet; quasi superbam ancillam, & fornicatione corruptam, cæde verberibus, & flagellis dilania. Hoc judicium quotidie tibi diligenter constituatur, venenosum vermem & ardentem fluvium propone, cæteráque omnia tormenta ostende, neque dimittas inposterum cum Diabolo fornicari: neque patiaris, si impudenter dicit, Diabolum ad ipsam venire, insidias sibi ab eo strui: sed dic ad eam: superflua sunt hæc omnia, si tu velis.*

S. Chrysost. Hom. 43. in Matth.

A Alibi expressiùs idem S. Chrysostomus: *Statim cùm surreximus à lecto, priusquam nos conferamus in forum, vel priusquam aggrediamur opus aliquod vel privatum vel publicum, vocato ministro, rationem sumptuum petimus, ut sciamus, quidnam malè, vel quid benè expenderit: Et si viderimus, parùm quiddam desiderari, omnibus modis recogitamus accessionum occasionem, ne inviti perdamus. Faciamus igitur hoc, & in operibus nostris, vocata conscientia nostra. Faciamus similiter rationem verborum, operum, cogitationum; & scrutemur, quid utiliter insumptum sit, & quid in perniciem nostram: quis sermo malè expensus in convicia, in sales, in turpiloquia; quæ concupiscentia oculum in intemperantiam provocârit, quæ*
B *cogitatio cum damno nostro in opus prodiêrit: vel per manus, vel per linguam, vel per cogitationes ipsas. Operam demus, ut ab intempestivo sumptu abstineamus, pro semel malè insumptis aliud repenamus lucrum; pro verbis temerè prolatis, sanctas preces: pro visu intemperatè facto, eleemosynas & jejunia. Quòd si intempestivè insumpturi simus, nullúmque nobis vel reposuerimus, vel thesaurizaverimus bonum, in extremam redacti inopiam, solvemus pœnam, immortali igni nos injicientes.*

S. Chrysost. serm. de pœnit. tom. 5.

C *Igitur servorum manè rationem facere consuevimus; operum autem, post cœnam & vesperam ipsam, in lecto jacentes, nullo interturbante, nullo obstrepente, omnium eorum, quæ per diem facta & dicta, rationes à nobis exigamus: & si viderimus quid peccatum esse, puniamus nos ipsos, increpemus mentem & conscientiam, compungamus rationem tanto impetu, ut non audeat ultra exsurgere, & in idem peccatorum profundum nos inducere, memores vespertinæ plagæ: & quòd tempus hoc huic rationi accommodatius, audi prophetam dicentem: Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini. Multa per diem, non ùt volumus, facimus, & amici exacerbant, & familiares exasperant, & uxor contristat, & puer dolet, & sollicitudo negotiorum tum privatorum, tum publicorum circumsistit, & non possumus tunc attendere, neque quo modo supplantamur. Omnibus autem illis liberati, & apud nos collecti, sub vespera, multáque fruentes quiete, judicium in lecto requiramus, ut Deum per tale judicium misericordem faciamus.*

D Hæc pulcherrimè S. Chrysostomus, quibus totum fermè processum examinandæ conscientiæ complectitur: ùt & alio loco in illa verba Psalmi: *Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Quid est, quod dictum est? videtur enim esse obscurum. Post cœnam, inquit, quando itis dormitum, quando estis decubituri, & nullo præsente, multa quies est & silentium, & nemine interturbante profunda tranquillitas, excita judicium tuæ conscientiæ, ab ipsa rationem exige, & quæ interdiu cepisti mala consilia, vel dolos construens, vel propinquum circumveniens, vel prava desideria suscipiens, ea, cùm in illius quietis tempore in medium adduxeris, & improbis illis cogitationibus conscientiam judicem dederis, fodica & dilania, & de eis pœnam sume, occide cogitationem, quæ peccavit. Id enim sibi vult illud: compungite, pro eo, quod est, pungite, stimulate, quæ in cordibus vestris dixistis interdiu. Hoc est, mala, quæ cogitâstis consilia, ea in cordibus vestris, in tempore illius quietis punite, in ea animadvertite: quando neque amicus interturbat, nec famulus irritat, nec turba negotiorum urget, tunc vitæ interdiu actæ rationem exigite.*

Psal. 4.

E

F *Et cur non dixit verborum & factorum, sed malarum cogitationum? Hoc docens ex abundantia: si enim mala sunt castiganda consilia, ut non in opus exeant; multò magis pro factis & dictis oportet angi animo. Hæc fiant singulis diebus, nec priùs dormieris, ô homo, quàm mente versaveris, quæ à te interdiu perperam acta sunt; & die sequenti eris omnino tardior, ad ea ipsa rursus aggredienda. Et quod facis in pecunia, nec sinis, ut duæ dies prætereant, quin cum famulo rationem ineas, ne confusionem inducat oblivio, hoc etiam fac in actionibus: singulis diebus vesperi ab anima rationem exige, & cogitationem, quæ peccavit, condemna; veluti in ligno suspende, & torque, & jube, ne ea ampliùs aggrediatur.*

G *Paulò pòst: Hac ergo utamur medicina, quæ nihil omnino difficultatis habet. Sin autem non sustinet anima meminisse peccatorum, erubescens & pudore suffusa, dic illi: Nihil lucri facis, si non memineris, sed magnum potius damnum accipis. Si enim nunc non apud te memineris, tunc ante omnium oculos tua statuentur peccata: sin autem nunc ea supputaveris, & ab illis citò liberaberis, & in alia non facilè incides. Anima enim hesternum veritæ judicium, ne eandem rursus subeat sententiam; si pungatur & flagelletur, reddetur ad peccatum tardior, & ex ea re tantum erit emolumentum; quòd si id uno solo mense fecerimus, in perfecto virtutis habitu nos ipsos constituemus. Ne tantum itaque bonum neglexerimus. Qui hoc enim hic judicium statuerit, acerbas illic pœnas non dabit; si enim nos ipsos judicaremus, non utique judicaremur. A Domino autem judicati corripimur, inquit, ne cum mundo condemnemur. Ne ergo condemnemur, hoc faciamus.*

H Vides, Misene, quàm utilis sit, judicio S. Chrysostomi, doctrina discutiendæ conscientiæ, qua Ignatius socios suos imbuere solebat, quam non minori verborum pondere & energia commendat B. Dorotheus: *Docuerunt sæpe nos majores nostri*, inquit, *quo pacto purgemus nos ipsos per singulos dies: & sic pœnitentiam agamus apud Deum, ùt par est, in quo peccâsse nos deprehenderimus. Sanè cùm admodum delinquamus, peccemúsque, obliviscamúrque facillimè delicta & peccata nostra; opus esset nobis in horas cura diligenti & examinatione: quo pacto scilicet ambulâssemus id momenti & temporis, & in quo deliquissemus: deberétque unus-*

S. Doroth. Doct. 11. tom. 2 bibloth. SS. PP.

A *unusquisque nostrûm, à seipso (tanquam judex) rationem cujuslibet facti extorquere, & dicere: Ut quid locutus sum, infelix, quæ fratrem meum morderent & carperent? Ut quid fratrem aliquid facientem judicavi? ut quid eum contempsi? ut quid murmuravi, & oblocutus de ipso sum? cur coquum increpavi? cur pudore illum affeci? cur ego imprudentissimus, in me ipso obmurmuravi, quòd cibaria non bene decoxisset, artificiosè curâsset? Dixit mihi ceremoniarum præfectus vel quivis alius fratrum, verbum: nec ferre potui, ac statim illi adversatus sum: sicque per singulos dies agendum nobis esset, discutiendum & cognoscendum, quo pacto ambulâssemus: debet item quis à se exigere, ut noctem transierit; si videlicet & cum diligentia, & promptitudine ad vigilias surrexerit, si neglexit respondere Excubitori, si contra ipsum in aliquo obmurmuravit.* Hæc Dorotheus instruendis potissimùm religiosæ vitæ professoribus. Nam illa Chrysostomi, & S. Basilii ad omnes omnino pertinent.

B Addamus Senecam, qui naturæ radiis illustratus docuit, quod sancti Patres divino Spiritu instincti tradiderunt. *Omnes sensus perducendi sunt ad firmitatem. Natura patientes sunt, si animus illos desinat corrumpere, qui quotidie ad rationem reddendam vocandus est. Faciebat hoc Sextius, ut consummato die cùm se ad nocturnam quietem recepisset, interrogaret animum suum: Quod hodie malum tuum sanâsti? Cui vitio obstitisti? qua parte melior es? Desinet ira, & erit moderatior, quæ sciet sibi quotidie ad judicem*

Seneca lib. 3. de ira cap. 3.

C *esse veniendum. Quid ergo pulchrius hac consuetudine excutiendi totum diem? Qualis ille somnus post recognitionem sui sequitur, quàm tranquillus, altus ac liber, cùm aut laudatus est animus, aut admonitus, & speculator sui censórque secretus cognoscet de moribus suis. Utor hac potestate, & quotidie apud me causam dico. Cùm sublatum è conspectu lumen est, & conticuit uxor, moris jam mei conscia, totum diem mecum scrutor, facta ac dicta remetior. Nihil mihi ipse abscondo, nihil transeo: quare enim quidquam ex erroribus meis timeam; cùm possum dicere: Vide, ne istud amplius facias, nunc tibi ignosco. In illa disputatione pugnaciùs locutus es. Noli postea congredi cum imperitis. Nolunt discere, qui unquam didicerunt. Illum liberiùs admonuisti, quàm debebas. Itaque non emendâsti, sed offendisti. De cætero vide, non tantum, an verum sit, quod dicis, sed an ille, cui dicitur, veri patiens sit.*

D Igitur inter examinis hujus fructus duo potissimùm excellunt: alter est: *puritas conscientiæ:* alter; *cognitio sui.* Ex puritate conscientiæ nascuntur cùm alia commoda: tum constantia in fide: cur enim Alexander & Hymenæus *circa fidem naufragaverunt*, nisi quia conscientiam bonam repulerunt? cur autem repulerunt, nisi quia conscientiam suam in examen non vocârunt? Si examinâssent, non naufragâssent. Quocirca

1. Tim. 1.

tam studiosè mandat Apostolus Timotheo, ut curam conscientiæ gerat: quomodo autem conscientiæ cura habebitur, nisi quis sæpiùs introspiciat, quid agat, quid non agat? E

Alter fructus est cognitio sui, qui celebratissimo illo dicto, *Nosce teipsum:* declaratur, vel potiùs imperatur. De quo Plutarchus integrum librum scripsit, & Varro Satyram; cui titulus, γνῶθι σεαυτὸν, habitúmque est apud omnes, non nisi cœlestis oraculi loco. *Cælo descendit*, γνῶθι σεαυτὸν, inquit Poëta: Hinc etiam pro foribus templi Delphici inscriptum fuit. τὸ ῥῆμα τοῦτο δόξαν ἐν Δελφοῖς ἔχει, inquit vetus Comicus. Alius: τὸ γνῶθι σεαυτὸν πανταχοῦ ἐστι χρήσιμον. *Quanquam difficile est se noscere*, inquit Ausonius. *Quàm properè legimus, tam citò negligimus.* Hinc verè ille: *In foro vix decimus quisque est, qui ipsus sese noverit.* Et hoc ob difficultatem. Thales interrogatus, τί ἐστι δύσκολον; respondit. τὸ ἑαυτὸν γνῶναι: *difficile est seipsum nôsse.* Sed ùt Ausonianus Chilo ait: *Labor molestus iste, fructi est optimi, quid ferre possis, quidque non, dignoscere, noctu diúque quæ geras, quæ gesseris, ad usque puncti tenuis usque quærere.* F

Aus. in ludo 7. Sapient.

Difficillimum est, inquit Aristoteles, *seipsum cognoscere; sed simul suavissimum.* Quod verò addit, nos ex inspectione nostri non posse venire in cognitionem nostri, id Aristoteli condonandum est. Quæ enim melior imago tui, quàm tu ipse? Sed ait: *eum, qui seipsum consideret & intueatur, rideri, & excitari tanquam attonitum:* item, *quemlibet amore sui ipsius impediri, ne rectè de se judicet; potiùs ergo cognitionem sui ex contemplatione amici petendam esse; quemadmodum*, inquit, *si quis faciem suam intueri velit, in speculum intuemur; sic cùm nos intueri voluerimus, amicum spectantes, nôsse poterimus. Est siquidem amicus alter ego.* Cæterùm longè veriorem nostri cognoscendi rationem per examen conscientiæ tradunt sancti Patres, quorum sententiæ antea adductæ: quos satius audire, quàm Aristotelem, qui nimiùm hic religiosus seu meticulosus; quasi qui attentè in se inquirit secretò & privatim, statim sit habendus ἐμβρόντητος aut θεόληπτος, & quasi homo, dum seipsum in examen vocat, personam judicis induere nequeat, omni affectu, qui sincerum judicium impediat, procul amandato. Sed satis in præsentia de cognitione sui, eximio examinatæ & exploratæ conscientiæ fructu. Cætera petantur ex Apologia. G

Arist. lib. 2. Magn. mor. cap. 18.

Nunc ad Misenum revisamus: qui ob septem primos Ignatii socios multa jam antea de septem planetis nugatus fuerat: quas nugas cùm refellissem; alias nunc oggerit. si cum eo his verbis expostules: *nugas garris:* Respondet cum suo Curculione: *soleo, nam propter eas vivo faciliùs.* Audi, Misene, Hæretici, *planetæ* sunt, si planetæ nomen in vitio accipiatur, quia Hæretici sunt plani, *er-* H

A *rantes*, & *in errorem mittentes*, ùt inquit Apostolus. (2. Tim. 3) Græcè significantiùs: Πλανῶντες, hoc est, πλανῆται, καὶ πλανώμενοι: mali homines, & seductores, *qui in dies in pejus proficiunt*: quos propriis coloribus depingit Judas Apostolus, ita, ut digitum in Calvinistas intendisse videatur: cùm eos vocavit κύματα ἄγρια θαλάσσης, ἐπαφρίζοντας τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας, ἀστέρας πλανήτας. Ecce tuos Calvinianos, Græcè planetas, latinè *errones*, aut *deceptores*, & *impostores*.

B A planetis planetæ instar deerras ad Ecclesiam. *Romana*, inquis, *Catholica Ecclesia non est, quia quod particulare est, universale esse nequit*. Arguté: similiter ac si diceres, Vetus illud Romanum Imperium, universale non fuit: quia quod particulare est, universale esse nequit. Particulare autem fuit, quia Roma, locus quidam particularis fuit. Quasi verò quod à loco particulari nomen habet, nequeat esse universale diffusione sui, gubernatione, & imperio. (Lege Greg. de Valent. lib. 6. Analys.) Romana Ecclesia particularis est, si spectetur, ùt Romanæ diœceseos finibus conclusa. At universalis est, si consideretur, ùt à mari usque ad mare palmites suos extendit, fidémque suam iisdem terminis, quibus sol suum cursum, circumscribit; & ùt pastorem habet, cujus potestas limitibus Romanæ diœceseos non coërcetur, sed in omnes orbis oras diffunditur.

C Ais. *Ante Romanam Ecclesiam fuit Ecclesia Catholica, constans ex Apostolis, Evangelistis, Martyribus & aliis Christianis*. Esto, fuerit Ecclesia Catholica, ante Romanam Ecclesiam, hoc est, antequam S. Petrus Romæ sedem fixit: at nunquam fuit Ecclesia Catholica Christiana, nisi sub Petro, vel reipsa jam principe & pastore universali, ùt fuit post illa verba: *Pasce oves meas*: vel destinatione & promissione: ùt fuit post illa: *tibi dabo claves regni cœlorum*. Et postquam Petrus Romam venit, Romana Ecclesia, & Catholica una eadémque esse cœpit; neque fuit ulla Catholica, nisi Romana. Et quid si negarem, illam Catholicam Ecclesiam, quæ fuit, antequam Petrus Romam venit, non fuisse Romanam; quomodo me refelleres? diceres nimirum, Petrum, necdum eo tem-

D pore venisse Romam. Verùm ut necdum eò venerit, probabile tamen est, quòd à Christo Domino non modò fuerit institutus Episcopus universalis, sed & determinatè Episcopus Romanus, ita, ut sedem suam data occasione, Romæ figere sit jussus; fortè etiam tunc, cùm ei dictum est: *pasce oves meas*, licèt non his verbis, sed aliis ab Evangelista omissis. Quod si verum est, tum Ecclesia Catholica, etiam antequam Petrus Romam venit, Romana fuit, & ita appellari potuit; quia à sancto Petro Romano Pontifice, tanquam à suo capite dependebat; sicut hodie Ecclesia Catholica dependet ab hodierno Pontifice Romano, Petri successore: Quemadmodum enim omnes, E
qui sunt sub Imperatore Romano, rectè dicuntur homines Romani Imperii, etiamsi Romanus Imperator Romæ non sit, sed alibi: ita omnes, qui Petri, Romani Pontificis, tanquam Ecclesiasticæ Hierarchiæ Principis, fidem profitebantur, dici poterant sequi fidem Romanam: licèt Petrus necdum Romam venisset, imò licèt Romæ necdum ulli fideles morarentur.

Itaque non est, quòd exspectes, me eò F
insaniæ progressurum, ut dicam, antequam Petrus vel Paulus Romam veniret, non fuisse alibi Ecclesiam Catholicam per totum terrarum orbem diffusam: etsi revera eo tempore per totum terrarum orbem non tam diffusa erat, quàm diffundenda. Verè tamen Catholica nominabatur, quia paulò pòst in omnes terræ fines exitura erat. Quòd autem vulgò 25. annos in Pontificatu Romano S. Petro tribuunt, id ideo fit; quia numerant annos Pontificatus ab eo tempore, quo Romæ sedere cœpit, non autem ab eo, quo Pontifex Romanus & universalis creatus est. Hæc & id genus alia si adversùs inscitam tuam objectionem disputarem, quibus argumentis disputationem meam refutares?

Dicis. *Ecclesiæ fundamentum esse Christum*: G
Quis negat hoc, Misene? Quid inde conficis? *Ergo Petrus non est fundamentum Ecclesiæ*. Hoc probatione eget, sed tu id supponis, tanquam fundamentum tuæ sectæ; de quo plura tecum nec lubet, nec vacat: quia plurima à plurimis de hoc argumento doctissimè disputata sunt.

Argumenta & media doctrinæ Calvinianæ amplificandæ & conservandæ hoc versiculo jam olim propheticè complexus esse videtur Epicureus Lucretius: *Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tædæ*: qui longè melior est & rotundior, quàm iste tuus, quem ex Lucretiano concinnatum parùm gratè & aptè Calvinianis adimis, & Pontificiis attribuis: *Flamma, rota, gladius, funis, pix, lamina, tæda*. Interroga Calvinianos Anglos, an non his septem argumentis instructi insigniter Evangelizent.

De numero denario, contende cum Phi- H
lone, quantum voles, partes meas non interponam. Mihi pro denario Patrum nostrorum numero à tuis calumniis vindicando, satis est, denarium à Christianis & Ethnicis scriptoribus haberi pro perfectissimo. Suadeo tamen, ne de numeris litem Philoni moveas: nam in his longè est exercitatior, utpote Platonicus & Pythagoricus, quàm tu Calvinianus, qui suprà te definiebas, non ζῶον λογικὸν sed γελαστικὸν (rectiùs, γελοῖον) at nemo mortalium numerare, numerorúmque mysteria enodare novit, nisi animal rationale: Sed finiamus hoc caput cum hac D. Augustini sententia: *Iterum* (S. August. lib. contra ep. st. fundam. cap. 10.)

A *rum* (datus est Spiritus sanctus) *postquam ascendit in cœlum decem diebus transactis, qui numerus perfectionem significat: cùm septenario numero, quo condita universa consistunt, additur Trinitas conditoris.*

CAPUT II.

Refelluntur calumniæ in caput secundum & tertium Apologiæ.

B PUrgat se Misenus sub initium à meodacio. Dixerat, à Ribadeneira scriptum, quòd Ignatius multis sceleribus se obstrinxerit. Negavi id esse verum: Non enim Ribadeneiram hoc dixisse, aut scripsisse; sed Ignatium hoc de se dicere solitum, ex Christiana modestia & humilitate. Respondet Misenos, *esse unum & idem.* Oro te: si dicerem ego, te esse furem, aut magum; idémne esset, ac si scriberem, te de te ipso dicere coosuetum, te esse furem & magum? Nónne si prius dicerem, omnibus sigoificarem, qua de te opinioce imbutus essem; at si posterius dicerem, tum indicarem, quid tu de te ipso judicâsses: cui judicio oecesse noo esset, me assentiri; neque præcisè narrando, ostenderem id mihi, tanquam veritati consentaoeum, probari.

C Sed ais: *Si ipse Ignatius id dixit, ἀξιοπιστότερος certè est, quàm Ribadeneira, noverat enim se meliùs, quàm ipsum Ribadeneira.* Ut id ita sit, tibi tamen propterea nunquam licet mentiri, & id, quod Ribadeneira nunquam dixerat, quasi id dixisset, scribere. Deinde jam dudum tibi demonstravi, peccata ante cooversiooem commissa, non obstare, quò minùs quis conversus ad Dominum, sanctissimam vitam vivat. S. Paulus ait, se priùs fuisse *blasphemum persecutorem & contumeliosum.* Alibi: *Eramus aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis, & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odientes invicem.* An ideo meliora edoctus, & à Spiritu sancto ad saniorem mentem reductus, minùs sanctus fuit, quàm multi, qui nunquam *blasphemi,*
1. Tim. 1. Titum 3.
D *persecutores*, & *contumeliosi* fuerunt? Minimè verò, quia postquam se blasphemum fuisse scripserat; hæc verba protulit: *superabundavit autem gratia Domini nostri cum fide & dilectione, quæ est in Christo Jesu.* Paulò pòst. *Ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternam.* Ecce, Misene, quantas gratiæ divitias adeptus sit ille, qui antea blasphemus & persecutor fuerat. Sed fortè apud te S. Paulus est ἀξιοπιστότερος, *fide dignior*, cùm se *blasphemum persecutorem, contumeliosum, primum peccatorem, & abortivum* vocat; quàm cùm gratiæ magnitudinem, quam acceperat, prædicat. Fortè promptiùs assentiris, cùm ait, *se ter virgis cæsum;* quàm cùm profitetur, se ad tertium cœlum

E raptum. Hic vetus mos & genius tuus. Ad hæc, de Ignatio scriptores vitæ ejus satis testantur, quòd inter sæculares & milites, eam vitam duxerit, quam si Calvioianus quispiam duceret, sanctissimus apud vos haberetur; sed ùt solent ii, qui Deum diligunt, post cooversionem suam, etiam illa, quæ à muodo dediòs hominibus noo magni penduotur, ipse maximi fecit: Et quod vel illis, quæ apud te tuique similes pro nihilo reputantur, Deum offendisset, vehementissimè doluit; útque monito S. Petri sese conformaret, totis viribus elaboravit: quod-
F nam illud? *Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrii, perfectè sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam, in revelatione Jesu Christi, quasi filii obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis: sed secundùm eum, qui vocavit vos, sanctum, & ipsi in omni conversatione sancti sitis: quoniam scriptum est: sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Et si patrem invocatis eum, qui sine acceptatione personarum judicat secundùm uniuscujusque opus: in timore, incolatus vestri tempore, conversamini, scientes, quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis: sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi & incontaminati.* 1. Petri 1.

G Sed nolo, quod ad hoc caput attinet, B. Igoatium verbis meis ampliùs defendere; ipse se à calumniis tuis viodicabit, & quidem ore S. Augustini, cui itidem Hæretici, vitam præteritam exprobrare consueverant. *Loquantur*, inquit S. Augustinus, *adversùs nos, quidquid volunt: nos diligamus illos & nolentes. Novimus enim fratres, novimus linguas eorum: propterea quòd eis non irascamur, patienter ferte nobiscum. Vident enim in causa se nihil habere, & linguas convertunt in nos, & incipiunt de nobis dicere mala: multa, quæ sciunt, multa, quæ nesciunt. Quæ sciunt, præterita nostra sunt: fuimus enim aliquando, sicut dicit Apostolus, stulti & increduli, & ad omne opus bonum reprobi, &c. Et quantum præteritum nostrum non negamus, tantò magis Deum, qui nobis ignovit, laudamus. Quid ego sum? Quid sum? Nunquid Ecclesia Catholica* S. August. in Psal. 36.
H *ego sum? Nunquid hæreditas Christi diffusa per gentes ego sum? sufficit mihi, ut in ea sim. Vituperas mala mea præterita, quid magnum facis? Severior sum ego in malo meo, quàm tu: quod tu vituperâsti, ego damnavi. Utinam velles imitari, ut error tuus aliquando fieret præteritus. &c. Quid dicam? Dicam, doleo? Dolerem, si adhuc essem. Sed quid dicam? Gaudeo? Nec hoc possum dicere. Utinam enim nunquam fuissem: quidquid tamen fui, in nomine Christi præteritum est.* Aliquanto pòst. *Suspicamini quod vultis de nobis. Si boni fumus, in Ecclesia Christi, frumenta sumus: Si mali sumus, in Ecclesia Christi, palea sumus, tamen ab area non recedimus. Tu, qui vento tentatio-*

A *tationis foras volâsti, quid es? Triticum? Non id tolleret ventus ex area. Ex eo ergo ubi es, agnosce, quod es.*

Ais: *Apud me meique similes gravius peccatum esse vesci carnibus die Veneris, quàm decem vel viginti homines innocentes comburere.* Nec mihi, nec ulli bono hic sensus. Minus longè peccatum est die Veneris carnibus vesci, quàm vel unum innocentem perimere, nedum viginti. Nisi tu per Antiphrasin innocentes vocas eos, qui sunt nocentes. Jam enim eò venistis, ut non modò res ipsas commutetis, sed ipsa etiam rerum vocabula invertatis. Si hæc ergo mens tua, tunc intrepidè dico, majus peccatum committi ab illo, qui die prohibito carnes edit, quàm B commiserint omnes illi judices, qui toto superiore sæculo, fures in crucem, & latrones in rotam juridicè, & ex legum præscripto egerunt. Quo exemplo eò libentiùs utor, quia paulò pòst ais, te non posse capere, quomodo aliquis revera innocens, possit *secundùm allegata & probata* condemnari. Facilè credo te hoc non capere, novi enim angustias mentis tuæ, quas ne ipse quidem Chiron laxaret, licèt ei in disciplinam, ùt olim Achilles, traderêre. Audi, obsecro, aliquos Jurisconsultos, qui apud vos non pauci nec obscuri: aut cùm Spiram veneris, (venis autem, quantum ex te intelligo, sæpius) adhibe aliquem ex Jurisprudentibus, qui te doceat, quomodo fieri possit, ut inno- C cens condemnetur *ex allegatis & probatis*, & quomodo etiam judex, qui allegata & probata, hoc est, publicam scientiam, non privatam, sequitur, rectè agat: sed ut ad has quæstiones expeditum responsum reportes, oportet, ut adeas, non juris utriusque Coctorem, quales multi ex Calvinianis; sed Doctorem: nec Jurisconsutum, sed Jurisconsultum; qui & hoc te docebit, talem non damnari non convictum, sed convictum testimoniis, quæ in foro exteroo ad damnationem sufficiunt. Elumbabitur ergo tua illa quæstio, *quomodo juris ratio & forma servari potest, si non convictus damnetur?*

D Pergis: *Credo, te loqui de forma & ratione juris inquisitorii, quòd ad rogum condemnat, nullius erroris convictos.* Falleris Simo, de jure inquisitorum mihi sermo non fuit, sed de jure fori civilis. Cæterùm quia juris inquisitorii mentionem facis, sic habeto: in illo foro neminem damnari, nisi manifestissimæ hæreseos convictum; si mihi fidem non adhibes, experiaris licet, hac tamen cautione adhibita, ut ne putes tum demum te erroris convictum esse, si ipsemet fatearis, te errorem sequi: Nam quis unquam Hæreticus, suo ipsius judicio, erroris convictus est? nam si errorem esse verè judicet, jam Hæreticus esse desinet: satis est Misene, quòd quis virorum prudentium & intelligentium judicio, erroris convincatur. Alioquin si ipsius rei judicium necessarium esset ad hoc, ut condemnaretur, tunc fures facilè negarent, furtum esse furtum: latrones, latrocinium esse latrocinium. Sed quidquid ipsi E dicant, aut sentiant, judices, cognita causa & discussa, fures suspendunt, & latrones in rotam tollunt. Faciamus, Misene, existere hæresin, quæ & theoreticè & practicè judicet, furtum aut latrocinium esse licitum, an ideo puniri non poterunt, quia id, quod egerunt, pro benefacto, non pro malefacto reputant? Hæc exempli causa attulerim. Tibi committo accommodationem ad tuam hæresin.

De legibus contra concubinatum presbyterorum, cùm Ignatius in patria sua degeret, sententiam non muto; quòd repeto, F quod antea dixi, te solenne tuum tenere; quod quidnam sit, non nescis. *Nisi probaveris*, inquis, *nullis concubinis, post Ignatii leges, Hispanos clericos fuisse usos, ego te dicam splendidè mentiri.* Placidè Calvinista & modestè. Non in tota Hispania scribit Ribadeneira, Ignatii hortatu, adversùs impurum concubinatum leges latas, sed in patria. Itaque decretum uno loco in scorta illa publicatum, ad alios alibi degentes pertinere non potuit, cùm emanârit à Magistratu illius ditionis, cui in alias nihil juris. Meminisse hic debes ejus, quod olim vulgò ferebatur in scholis: *Articulos Parisiis definitos non transire Sequanam.* Quod ideo commemoro, quia video te tritis scholasticorum dictis delectari, id quod suprà animadverti ex illo loquendi modo: *Cautè hic legendus Durandus:* Quòd si exigas, ut nullus Clericorum, quidquam ampliùs, etiam in ipsa Ignatii patria, deliquerit post leges illas latas, tunc certè nimis intolerandam provinciam nobis imponis. Nec video, cur me *splendide mentiri* dicas; si post illas leges iterum sacerdos scortator extiterit. An enim ea de causa verum non erit: Ignatii monitu, leges contra concubinatum latas esse? An fieri nequit, ut leges salubriter latæ postea violentur, seu malitia, seu negligentia hominum?

Sed jam ex me nôsse cupis, quo habitu G utantur in Hispania meretrices. Audi, Misene, Hispaniam æquè ac tu nunquam vidi, & quamvis vidissem, sanctè affirmo, nunquam dedissem operam, ut istud discerem. Itaque, si te tanta hujus rei cognoscendæ cura tenet, adi aliquem Hispanum Apostatam, quales fortè Heidelbergæ, aut Neustadii, aut Genevæ; eósque examina, satisfacient cupiditati tuæ, ne dubites, & accuratissimè non modò vestitum, sed & alia, quæ libenter audies, explicabunt.

Dixeram, apud Lutheranos Apostatas, qualis Lutherus, Münsterus, Bucerus, simi- H les, pudicitiam exulare. Respondet Misenus, *hoc non verbis, sed plagis refutari debet.* Agnosco argumenta, quibus adversarios refellitis. An non superiùs ex Lucretio rectè

A ctè commemoravi, quibus armis adversùs Orthodoxos pugnetis? Repetam nuoc: *verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tada.* En Misene, *verbera* primo loco ponuntur; illud videlicet argumeotum, quod mibi boc loco mioaris. Sed mioas tuas oe bujus facio, libera voce clamo, ab Apostatis illis tuis omocm pudicitiam & exulâsse, & etiamoum exulare: cósque ducta putatitia uxore, non maritos, sed sacrilegos scortatores esse. Quid vis ampliùs? Plagas vis, ùt video; fortasse plagis argumentaris cum tuis auditoribus, si fortè imi subsellii magister es, & judex de plano.

B Posthæc coocedit Misenus lectoribus vitæ Ignatianæ facultatem, ut ex iis, quæ in aliquot capitibus à Ribadeneira narrantur, credat quisque, quod placuerit. Habeo gratias pro boc privilegio, quod bactenus maximoperè desiderabamus, & magoo etiam emptum optabamus: sed tu nunc id gratis, quæ tua bumanitas est, impartiris. Quàm primùm recudetur vita Ignatii, in vestibulo boc tuum privilegium, litteris majusculis, ut de plano legi possit, describi curabimos, ut lectores non cogantur io posterumScepticorum &Epbecticorum more, asseosum suspendere, sed possiot illum vel in banc vel io illam partem ioclinare.

C Hærer bic Misenus, quasi io salebris, quomodo Eucharistiæ Sacramentum adversùs itineris difficultates bomioem muniat. Sed ideo hæret; quis vires charitatis divinæ, quæ per boc Sacramentum augetur, ignorat, oec ullas corroborandarum virium ad iter faciendum ratiooes novit, nisi illas, quas edoctus est à caupooibus, qui Cerere & Baccho langueotem Misenum ad iter conficiendum ioltaurant. Suaviter equitat, judicio Miseni, quem duo illa Numina portant.

D *De Francisco Xavier*, inquis, *præ nausea multum verborum facere nequeo. Mindyridem ajunt* Seneca lib. 2. de ira cap. 25. *fuisse ex Sybaritarum civitate*, ioquit Seneca, *qui cùm vidisset fodientem, & altiùs rastrum allevantem, lassum se fieri questus, vetuit illum opus in conspectu suo facere.* Simile quid tu quoque pateris. Vomitaris, quoties animo Xaverium intueris. Faciamus ergo verbis de boc viro compendium, oe vomas. Putabam quidem, te boc bienoio ab bac nausea liberatum fuisse; sed ùt animadverto, Medicorum opem frustrà implorâsti. Fortasse oon expedieris ab boc symptomate, oisi resurgat ille Plautinus Medicus, qui *crus fractum obligavit* & sanavit *ipsi Æsculapio; Apollini autem brachium.* Obtempera moneoti, Misene, comede *purpureum panem*, aut *puniceum, avésque squamosas, & pisces pennatos.* & oausea te deseret. *Gretserus*, inquis, *valdè sollicitè ipsius impuram bypocrisin excusat.* Nullam excusavi bypocrisio, sed tuas refutavi calumnias, etsi, ut verum fatear, ooo valdè sollicitè; cur enim me valdè E sollicitarent tam insulsæ ougæ? *Affert*, inquis, *nescio, quæ ex S. Hieronymo, & Theodoreto de mulierculis superstitiosis & ambitiosis.* Et quis tu, *mi nescio quis*, qui de S. Hieronymo, de Tbeodoreto, de S. Fabiola clarissima fœmina, de Placilla Imperatrice, tam coocemptim loquaris? Nimirum more Calvinistarum agis, qui *alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam, qui ipsi sat habent, quod ipsis possit verè dicier.* Nec S. Hierooymus in facto Fabiolæ, nec Tbeodoretus in facto Placillæ ullam superstitionem & ambitionem deprehendit: & tu *nescio quis* malus Homeri & Ethicorum Aristotelicorum interpres, superstitioois & ambitioois dicam sanctissimis fœminis scribis, diémque dicis?

F Verùm quia facta istarum fœminarum tibi displicent, aliam tibi dabo, noo quidem Imperatricem, sed Reginam, cujus auctoritatem, cùm tuæ sit professionis, minimè defugies. Videamus, num & bic superstirioocm & ambitionem sis odoraturus. Ita igitur Regioæ Anglicanæ bumillimus Capellanus, (sic enim se oominat) Guilielmus Tooker, cùm docet, quo ritu Regina strumosos curare soleat. *Quoties ego vidi serenissimam ejus majestatem in genua procidentem, toto corpore mentéque adorantem, &c. & supplicantem pro talibus. Quoties vidi illam perpulchris manibus* (ῥοδοδάκτυλος ἠώς, aut λευκώλενος ἥρα) *dealbata nive candidioribus* (Homericè λευκότεροι χιόνος) *audaciusculè, absque ullo fastidio, non summis digitis tangentem, sed prementem & contrectantem salubrius & apostemata eorum & ulcera: quoties vidi ipsam quasi seipsam defatigantem, ut strumosos curaret. At quos qualésve viros ac fœminas? Oris certè aspectu & corporis turpiores, & fœditate sordidiores, quas tamen exteriores turpitudines & sordes, ejus majestas aquioribus oculis aspicere, nec aspicere solùm, sed tangere non est dedignata. Quos tamen aliqua fortassis fastidiosa mulieres ac viri ex delicatulis illis ac molliculis* (nota boc Misene pro tua oausea) *sibi supplices, pro ope ac stipe mendicantes, planè & oculis aspernarentur, & auribus respuerent, totisque superciliis renuerent aliquando: at hos sordibus oppletos, squalentes, morbidos & lacrymabiles, Elizabetha princeps, nullatenus reformidat, respuit, aspernatur; sed habet in summis deliciis.* Hæc Calvinianus ille Capellaous. Cujus relationi tu libenter fidem commodabis, nisi fortè officium Capellani ab assensu te præpediturum sit, taoquam αἰπολικόν τι χρῆμα. Quale enim monstrum Calvinianus Capellanus, si ooo est idem quod αἰπόλος? Interim spero, te, boc exemplo audito, non gravatè S. Fabiolam & Placillam Imperatricem ab impacto superstitionis & ambitionis crimioe absoluturum: si enim hæc fiunt in Aoglia sine ulla superstitionis & ambitionis nota: mirum certè esset, eadem vel simi-

In lib. qui inscribitur charisma seu donum sanationis cap. 1.

G

H

A lia, jam olim alibi à prædictis matronis, non potuisse sine superstitionis & ambitionis suspicione præstari: præsertim cùm ipsemet Calvinianus Capellanus Reginam suam cum Placilla Augusta cooferat in hac ipsa miserorum cura. Neque bas duntaxat iterum absolves, sed & S. Joannem Damascenum, qui & ipse à te in hypocritarum & superstitiosorum classem coojicitur, quòd ministeria quædam, judicio Miseni, nimis **B** vilia obiit. Porrò ut hoc obiter anootemus, donum hoc curationis, si Calviniano cuidam Regi conceditur, (hoc enim oonnulli oegant, existimantes, solis piis & Ortbodoxis Galliæ & Angliæ Regibus divinitus concedi) non conceditur confirmandæ hæresi, ùt credit Toockerus; Sed fidei & meritis Regum veterum, qui ùt gloria & opibus: ita & religione illustrissimi fuerunt: quorum isti successores sunt, etsi degeneres; à quibus tamen Deus boc charisma ooo aufert propter David servum suum, hoc est, propter pietatem Regum antiquorum: Nunc ad rem.

C Cum S. Martino mitiùs agis, Misene, oe hypocritam, aut superstitiosum vocare cogaris, negas, verum esse, quod Sulpicius scripsit; eum, Parisiis, cuidam leproso osculum simul & sanitatem tulisse. *De Sulpiciana*, inquis, *narratione dubito.* Audite lectores: Misenus dubitat, oum verum sit, quod Sulpicius prodidit: ergo non est verum. *Jesuitæ*, inquis, *mihi id non vertent vitio*, imò vertent. Nimis multum tuæ impudentiæ de Jesuitis polliceris. Quod argumentum tibi suppetit, quo tuam dubitationem stabilias? Nullum equidem video, præter effrenem quidvis, quod ad tuum stomachum ooo facit, inficiandi libidinem. Longè aliter de facto B. P. Xaverii & S. Martini, si illis notum fuisset, sensissent, & scripsissent duo illa Orientis lumina S. Gregorius Nazianzenus, & S. Gregorius Nyssenus, quorum iste tui similes oauseatores his verbis compellat.

Nazian. orat. de paup. amandis. Nyssen. orat. ejusdem argumenti.

Nostræ nos vivendi consuetudinis non pudet? qui sues & canes contubernales habeamus, adeò, ut ne suo quidem lectulo venator catulum arceat, & agricola vitulum exosculetur, & propriis manibus viator asini pedes lavet, & curandis vulnéribus medicas manus adhibeat, stercúsque auferat, & cubile substernat, eos autem, qui generis necessitudine nobis conjuncti sunt, ipsis etiam rationis expertibus animalibus postponamus? Ne fiant hæc, quæso, ne fiant, ô fratres. Ea sententia adversùs homines rata ne habeatur. Operæ pretium est meminisse, qui simus, de quibus consilium capiamus. Nempe de hominibus homines, qui nihil proprium, & à natura communi sejunctum possidemus.

D Idem paulò pòst. *Ægrotantémne fugis? dic, amabo, ecquid pretexens id facis? an quia in illo corruptus est humor, & putridus quidam succus, atra bile eum ipso humore confusa, san-* **E** *guinem infecit? has enim causas Medici, cùm de moribus disserunt, afferre solent. Quodnam igitur est hominis crimen, si natura materia, mobilis & inconstans, ad illud ægritudinis genus defluxit? Tu verò non cernis, in ipsis etiam valentium corporibus sæpe contingere, ut qui cæterà sanus est, inflammatione, aut carbunculo, aut ejusmodi aliquo modo corripiatur, incensa, supra quàm opus sit, materia humida, & idcirco in tumorem, & ruborem, & putridam saniem conversa? quando igitur sic affecti sumus, eámne carnis partem ægrotantem aversamur; an contra potius reliquas corporis partes sanas omnes ad illius laborantis curationem convertimus? Non igitur eam ob causam, homines despicimus, quòd morbus detestabilis videa-* **F** *tur. Alioquin in nobis etiam ipsis ab ea parte curanda, quæ morbo affecta est, sana partes abhorrerent. Quid ergo nos ab illis disjungit? quid tandem est? illud profectò, quòd non timemus minas illius qui dicit; discedite à me in ignem æternum: quatenus enim uni ex his non fecistis, nec mihi fecistis. Qui enim hæc ita habere arbitrarentur, nunquam adduci in eam sententiam possent, ut ægrotantes à se repellerent, nec studium, quod in calamitosos impenderetur, vitæ nostræ contagium existimarent.*

G Eodem loco occurrit idem S. Pater iis, qui se hujusmodi ægros fugere ferunt, timore infectionis. *Dixerit fortasse aliquis, utile quidem in posterum esse mandatum; sed hoc tempore sibi adhibendam esse cautionem, ne ejusdem morbi contagione contaminetur. Atque ita ne temeritatis pœnas det, & aliquid eorum, quæ nollet, perpetiatur, sibi eorum congressum ac consuetudinem vitandam putat. Nugæ sunt hæ, & excusationes fictæ ac commentitiæ, quibus veluti quibusdam integumentis, inertia, ad conficienda mandata Dei, protegitur. Non autem ita se res habet: nullus enim in exequendo mandato timor inest. Nemo malo malum curet. Quot enim homines licet videre, qui jam inde à pueritia ad ipsam usque senectutem suam in ejusmodi curatione operam collocârunt, neque tamen ob id studium, bona ipsorum habitudo corporum naturalis est ullo modo facta deterior?* Hæc Nyssenus.

H Sed addit: *Quando ejusmodi contagiones grassantur, valeat excusatio, quòd morbus ex eo laborantibus ad alios serpat. At hic quoniam affectionis vis intus contrahitur, & consistit, & tabificorum humorum permixtione quodammodo sanguis corrumpitur, in ægrotante solùm hæret & circumscribitur affectio. Hoc autem sic habere, illud indicium sit. Qui morbo laborant, aliquidne melioris habitudinis acquirunt ex consuetudine & familiaritate eorum, qui commoda fruuntur valetudine, quamvis curentur ab eis diligentissimè? Nihil omnino. Sic igitur è contrario fieri par est, ut nihil ex ægrotantibus ad rectè valentes incommodi perveniat. Quare cùm tanta mandati utilitas sit, ut inde regnum cælorum comparetur, in eo autem exercendo corpus nihil detrimenti accipiat, quid impedimento est, quò*

minus

A *minùs ipsum charitatis mandatum excolatur? Difficile & magni laboris est (inquies) ut homines ad hæc, à quibus naturaliter & inductione quadam animi abhorrent, amplectenda pertrahantur.* *Bellè*, *rationem admitto, & laboriosum esse confiteor. Verùm quidnam eorum, quæ ex virtute perficiuntur, à labore vacuum ostendes? sudores & labores multos rerum cælestium spei, lex divina proposuit, arduámque ad vitam ducentem viam hominibus demonstravit, eámque laboriosissimis ac difficillimis quibuscunque peranguste refersiens undique coarctavit.* Hæc ex S. Gregnrin Nyssenn, pro sedula illa cura, quam Xaverius ægrotantibus in publicis valetudinariis impendit.

B Sed illud admodum te molestat, quòd ulcera tabo fluentia nsculatus est, imò linxit. At recurre ad exemplum S. Martini. Recurre ad alia, quæ attuli de Medicis & Chirurgis gnavis & industriis; quid isti non agunt, ut morbum vel penitiùs condiscant, vel depellant? Ais, *te hæc & id genus alia nescire.* Ne jura, etiam injurato credo, cùm te imperitum esse affirmas. Video, te cùm alia hujus generis, tum hoc inprimis nescire: quòd & cur seu Hippocrates seu ipse Æsculapius vocitatus sit scatophagus, & quid de Aristotele scribat S. Chrysostomus, & alii de aliis; nec alia, quæ in Apologia adduxi, noveras, quæ tu jam solitis glossis glossas, sannisque & risu excipis, convenienter naturæ tuæ; es enim animal non modò *γελασικὸν* sed & *καταγελασικόν*.

Medicamentum pro podagricis, tuum C repertum est, non meum; quia enim ex narratione Ribadeneiræ de Codurio, tam facilè concinnâsti pharmacum depellendæ scabiei, ideo suspicabar, te ex narratione S. Augustini de podagrico per baptismi susceptionem curato, facilè etiam confecturum medicamentum pro podagricis; quod si succedat, recipio plures futuros, qui ante tuas fores jaceant, quàm procos illius, ante cujus jacuisse fertur Græcia tota fores. Displicet tibi in formula, qua modus pharmaci illius parandi conficitur, mentio *crucis*, *salis* & *Chrismatis*. Si hæc adeò displicent, omitte, & ea duntaxat pone, quæ tibi eo loco S. Augustinus suppeditat, neque ego dixeram, ibi horum mentionem fieri; sed quia sciebam, ex mente S. Augustini, quam alibi declarat, crucem, salem & Chrisma ad baptismum adhiberi; hæc omnia in formula posui. Ignosce, si à tua agyrtica mente aber-
D ravi. Nec intelligis, quid sit illud, si bis aut ter abluatur. Metuis anabaptismum, sed inaniter: non enim loquitur formula de duplici aut triplici baptismo; sed de duplici aut triplici aspersione in eodem baptismo, dum verba formæ proferuntur. Cùm ergo Græci trina mersione baptismum perficiant: Latini una seu mersione seu aspersione; tu ne in curanda per baptismum podagra, aut cum Græcis aut cum Latinis consentias, du-E plici ablutione contentus esse poteris, ut modus iste medendi, eò sit inusitatior: taceo, decere, ut Calvinista aliquid peculiare habeat, aliàs enim non videretur novator, si vetera sectaretur.

F Dixeram, Calvinianum spiritum nullius honori parcere, sed promiscuè in cujusvis bonam existimationem irruere, quòd Misenus non modò in Patres nostros; sed & in Venetos & Vicentinos, & alios, cum quibus nostri Patres, sub Societatis primordia, degebant, atrocissima convicia jecisset; quasi molles, cinædi, scortatores, stupidi, trunci, blenni essent; nunc cùm vel culpam impudentiæ deprecari, vel saltem se excusare deberet, priora convicia novis cumulat.

G *Idem*, inquit, *affirmavit olim præceptor meus, hoc versiculo: Tota habitat Veneta mollis in urbe Venus.* Quid nobis cum tuo præceptore Simo: quem tanti facimus, quanti te; hoc est, quanti calumniatorem. An non enim immanis calumnia est, asserere, inclytam illam urbem, nihil aliud esse, quàm spatiosum quoddam Veneris fanum, hoc est, ut expressiùs mentem vestram explicem, lupanar & prostibulum? Quæ est hæc vestra criminandi impotentia? Et audes adhuc ista verba effutire; *Hoc ipsum* (nempe totam Venetam urbem esse domum meretriciam) *negare, superat etiam Jesuiticam impudentiam.* Cùm Venetias veneris, linguarium petas licet. Lubens meritò tibi illud decernet illustrissimus ille Senatus. *Neque tamen Respublica Venetorum*, inquis, *minùs illustris est; licèt tota sit Venerea, & nil nisi fornix.* Impone ori tuo frenum Misene: quò plura blatis, eò in plures laqueos te induis. Qua luce, oro, illustris est illa Respublica, quæ operibus tenebrarum tota est addicta? In qua tota *mollis Venus*, hoc est, opera noctis, non diei regnant. In qua nulli filii lucis, sed tartareæ caliginis; in qua omnes diem fugiunt, noctem quærunt. *Etiam Romana Respublica*, inquis, *olim illustris erat, in qua tamen fortasse non minus meretricum erat, quàm in eadem urbe modò est.* Ethoicè illustris erat, non Christianè; sed Ethnica claritudo, Christianis est obscuritas, quibus omnis claritas in virtutum actionibus, & in operibus lucis posita est. Quòd verò hodiernæ Romæ fæces & sordes cum antiquæ illius, & à Christo alienæ retrimentis æquiparas, id condonandum arbitror Calvinistæ, quid inter Ethnicam & Christianam Rempublicam, intérque Belial & Christum intersit, ignoranti.

H Cæterùm mirari subit, cur tu Venetam urbem illustrem voces, etsi *tota habitet Veneta mollis in urbe Venus*; & similiter Romam veterem; novæ tamen Romæ propter aliquorum, qui impurè vivunt, libidinem, tam iniquus sis, ut tu tuíque similes tenebriones, de ea non aliter aut sentiatis aut scri-

A scribatis, quàm ùt de spelunca latronum: antro Caci, & omnis immunditiæ gurgustio. Cur non tua verba in memoriam tibi redeunt, hæc, inquam, quæ hoc loco protulisti? *Potest Respublica aliqua esse clara & illustris, etiamsi Christiana non sit, aut si nomine sit, re tamen ipsa à Christi doctrina aliena.* (quod addis in gratiam Reipublicæ Venetæ) cur pari benignitate non excusas Romam? cur aliis oculis novam intueris, aliis antiquam? cur potiore loco apud te Romæ veteris incolæ Idololatræ, quàm hodiernæ à Christo Christiani?

B Dixeram ex Lutherana & Calviniana doctrina omnis generis impuritates & spurcitias sequi: *Testem*, inquis, *tui mendacii laudo universam Germaniam & Galliam*, scribere, opinor, volebas, *tuæ veritatis:* pro qua voce mens tua, mendacia semper versare solita, suggessit, & manui calamóque dictavit vocabulum *mendacii*. Verùm ut omni alia probatione destituerer, hoc profectò unicum perfidiæ vestræ decretum, *castitatem servatu esse impossibilem;* satis me doceret, quàm vestra secta sit vitæ integra, sceletísque pura: quid enim non audeat, quid non tentet, quid maculæ non suscipiat, cui persuasio illa insita, primísque Evangelii Islebiensis aut Genevensis rudimentis instillata? Eodem modo ex uno quodam manichæi C Evangelii fundamento & principio ostendit S. Augustinus, Manichæos inquinatissimos & impudicissimos esse: postquam enim varia ipsorum vitia perecensuisset, subjecit: *Illud tamen in omnibus vobis, quemadmodum ferri & tolerari possit, ignoro; quòd cùm animam partem Dei esse dicatis, asseritis tamen, etiam exiguo admixto malo, majorem ejus copiam ubertatémque superari. Quis enim cùm hoc crediderit, & cum libido pulsaverit, non ad talem defensionem potiùs, quàm ejus libidinis refrenationem compressionémque confugiat?* Hæc S. Augustinus de Manichæis: ego de vobis istud: quis vestrûm excitato pravæ cupiditatis incendio, non potiùs ad axioma illud Lutheranum se recipiat: *ἄγαμος θεομαχεῖ καὶ ἀδύνατα τηρεῖ. Celebs cum Diis pugnat, & impossibilia servat;* quàm ad flammarum extinctionem?

S. August. lib. de mor. Manich.

De meo victu, & jejunio, inquis, *non est,* D *quòd sis sollicitus. Optimum jejunium puto, alienum esse à peccatis, & perpetuò frugaliter & temperatè vivere.* Est hoc quidem jejunium, aliqua jejunii species, sed non unica; nam præter jejunium à peccatis, quod tu omnibus Kalendis Græcis, & Neomeniis latinis jejunas, & præter jejunium illud generale, quod consistit in frugali cibi, potúsque usu, secundùm communem normam temperantiæ, est adhuc aliud, situm in diuturniore quadam abstinentia à cibo, vel etiam potu; & in parciore cibi potúsque usu, quàm alioquin temperantiæ præscriptum exigat. Hoc jejunium scire velim, quàm tibi frequens E sit, utrum scilicet tunc tantùm, cùm nihil est, quod edas; an extra hunc quoque casum. Sed nisi valdè aberro; *Pernam, sumen, glandium, poculum grande*, & cætera *ventris stabilimenta toties tibi subtrahis*, quoties quondam Plautinus Curculio, aut Peniculus, aut Saturio, cujus aureum illud dictum: *dum manè est, omnes esse mortales decet, manè quod tu occœperis negotium agere, id totum procedit diem.*

De jejuniis vestris mira narrant, inquis, *qui* F *ex Italia ad nos redeunt. Vobis scilicet esse cellas peculiares, & quidem interiores, in quibus recondi solent delicatiores cibi & Marcipanes.* Nesciebam profectò, Calvinianos Marcipores, Italicis Jesuitis tam familiares esse, ut admittantur ad adyta, hoc est, ad cellas intimas, ubi Marcipanes conduntur, quorum desiderio jam nunc tibi fortasse *dentes dentiunt* & gestiunt, ita ut *iis conventis tibi sit opus*, ut ex Marcipanibus facias Lichi seu Miseni panes, mutato nomine. Felices illos Calvinistas, qui viderunt, quæ ego tot annis nunquam vidi. Felices, qui in illa intima penetralia penetrârunt; à quibus ego domesticus tanto temporis spatio sum exclusus. Nec invideo marcidis Calvinistis has Marci delicias. Illud doleo, te non gustâsse: sed si Italiam petere velis, fortè reliquiarum aliquid in interioribus illis cellis superrerit, quo te bees. Tunc cum Saturione cantare licebit, & quidem devotè: *Nunc huc introibo, visam hesternas reliquias. Quieverint rectè, nec ne, num insuerit febris, opertæne fuerint, ne quis obreptaverit.*

Quid Venetiis, aut in aliis Italiæ urbibus G tui Calviniani, aut Lutherani agant, parùm moror; hoc scio, eos, ubicunque degant, sive in Germania, sive in Italia, parùm boni agere; edocti nimirum sunt à Luthero & Calvino, bona opera nullius ponderis & valoris esse. Non sentiunt Calvinistæ cum Tito Imperatore, qui dicebat, *se perdidisse diem, quo nihil boni fecerat.* Magis moror convicia tua in Italos, quos hoc loco dum lambis, feris: dum laudas, lancinas. Ita soles: altera manu panem ostentas, sed ostentas tantùm; altera lapidem geris; nec tantùm geris, sed & impingis. *Agyrtas* vocâsti Patres nostros, quòd verba fecissent publicè in foro & compitis ad circumfusam multitudinem. Respondi, te eodem jure in H Agyrtarum classem conjecturum Christum & Apostolos; idem enim ab illis factum. Tu negas: nam Ignatium non esse Christum, nec socios ejus, Apostolos. Non agitur hoc Misene. Quæstio est, utrum Agyrta sit, qui concionatur publicè in foro & plateis? Tu affirmas. Ex affirmatione tua sic ratiocinor: omnis ille est agyrta, qui in foro & compitis de rebus divinis verba facit; Christus & Apostoli in foro & compitis verba fecerunt de rebus divinis, ùt à me

A me probatum in Apologia: Ergo Christus & Apostoli sunt agyrtæ. Major tua est, Minor clarissima: forma syllogismi proba. Vide igitur, cujus sit conclusio:

B Ais: *Celsum fuisse hominem profanum, & veros Christianos exagitâsse.* Non ignota refers. Ideo te cum Celso comparare soleo; quia profanus est; profanus & tu: ergo similes. Nec aqua aquæ tam similis. Congruunt inter se concorditer Celsus & Misenus. *Nos*, inquis, *Christiani sumus*; non abnuo, sed æquivocè, ùt jam suo loco ex S. Epiphanio ostensum: & ante eum testatus est S. Justinus Martyr Hæreticos solo nomine Christianos esse. (Justin. Dial. cum Tryph.) At quòd nihil respondi ad illas tuas futiles quæstiones; *ubi in ipsorum concionibus tum habitis, mentio Christi, & ipsius meriti? Ubi idololatriæ insectatio? Ubi artolatriæ? Ubi invocationis Sanctorum, ubi luxus Pontificii, scortationis publicæ & innumerabilium flagitiorum*; id non ideo factum est, quòd conscientia responsionem ademerit: sed quia ipsa quæstionum stultitia non videbatur responsum mereri. Quis enim adorat panem, ut necesse sit artolatriam insectari? Ubi in Italia idololatræ, ut in idololatriam fuerit incurrendum? Quid criminis in invocatione Sanctorum, ut oportuerit eam convellere? An tu primos Patres nostros arbitraris fuisse Prædicantes, qui artolatriam & idololatriam, sibi, ubi non est, fingunt, eámque unà cum invocatione Sanctorum proscindunt? Luxum Pontificium carpere, nihil opus; quia nullus, nisi vestro judicio, quibus Pontificis auctoritas intoleranda. Scortationis publicæ & aliorum flagitiorum, an tu oblitos putas? qui, ùt Ribadeneira scribit, de vitiorum fœditate & virtutis pulchritudine maxima verborum efficacitate disserebant.

C Sed tu hunc concionandi modum vocas Ethicam Theologiam. Quid tum? An quia ad mores pertinet, ùt vel prosunt ad beatitudinem, vel à beatitudine impediunt, idcirco Theologiæ repugnabit? Ergo disputatio de peccatis & virtutibus, præsertim moralibus, à Theologiæ terminis, segreganda erit. Neque hæc disputari potuerunt sine mentione Christi, ejúsque meritorum. Demonstrandum enim fuit, quis sit ille agnus, qui tollit peccata mundi, nósque suo sanguine abluit, & virtutes animo inserit, insertásque custodit. An cupis integras illas conciones à Ribadeneira descriptas esse, non tantùm quædam capita generatim tacta? Si hoc præstitisset, nihilominus calumniandi seges tibi non defuisset.

D Scribit Ribadeneira, Ignatium, *per revelationem* fuisse certiorem factum, de futura Simonis Roderici sanitate. Cùm Misenus hanc revelationem, consuetis spiculis oppugnâsset, defendi eam aliquot revelationibus sancto Antonio Eremitæ factis, teste S. Hieronymo, & S. Athanasio. Hanc meam E defensionem plurimis argumentis, iísque validissimis aggreditur nunc Misenus, singula seorsim inspiciemus, ut clariùs singulorum robur elucescat. Numeremus. Primum. *Antonius consedit in eremo; Pater Ignatius Romæ, ergo Ignatio non potuit divinitus revelatio fieri.* En acumen Misenicum. Sed nihil hoc, præut quæ dicam.

Secundum. *Antonius fuit Eremita, Ignatius Clericus*; sequitur ergo, quod antea; quia nulla revelatio fieri potest nisi Eremitæ. Adhuc majora canamus.

Tertium. *Eremitæ per noctem quiescenti facta est revelatio:* Ignatio inter eundum; ergo F Ignatio non est facta revelatio, licèt ei inter eundum facta fuerit: quia nulli inter eundum fieri potest revelatio; nam nec Paulo quidem facta est inter eundum, cùm Damascum tenderet; sed necesse est, ut noctu molli in strato quiescat. Necdum finis.

Quartum. *Antonius asperè invectus est in superstitionem, qua Sanctorum reliquiæ celebrantur; Ignatius Divorum & Martyrum lipsana veneratus est, & ut alii idem facerent, voluit*; G ergo Ignatius nihil cœlo edoctus didicit, quia nulli potest revelatio divinitus fieri, nisi sit aut Iconoclasta, Divúmque contemptor Copronymus, aut Copronymo progenitus, more Lutheranorum & Calvinianorum.

Unde verò probas, Misene, S. Antonium H graviter invectum esse in Reliquiarum cultum? Extant aliquot epistolæ ejus nomine, ubi in illis ullum de hac re verbum? Sed nec à S. Hieronymo in vita S. Hilarionis, nec à S. Athanasio in vita S. Antonii quidquam hujus, quod tu comminiscetis, apparet. Et Centuriatores, cùm doctrinam D. Antonii, more suo, exponunt, nullum de hoc verbum faciunt. (Cent. 4. cap. 10.) An putas, tacituros fuisse, si S. Antonio mens Vigilantiana fuisset? An non ipse Vigilantius tanti Eremitæ auctoritate adversùs S. Hieronymum, aliósque suos oppugnatores se defendere potuisset? Unde ergo hoc tuum commentum, nisi ex tuo fanatico cerebro, cui excogitando tibi, aut alteri fortassis Hæretico, occasionem dedit S. Hieronymus, qui de S. Hilarione, lustrante locum, ubi habitaverat S. Antonius, sic scribit: *Rogabat senex, ut sibi locum tumuli ejus ostenderent, qui cùm eum seorsim abduxissent; utrum monstraverint, nec ne, ignoratur. Causam occultandi, juxta præceptum Antonii, fuisse referentes, ne Pergamus, qui in illis locis ditissimus erat, sublato ad villam suam sancti corpore, Martyrium fabricaretur.* Quod Antonius ex Christiana modestia, & submisso de sua perfectione spiritu, præcepit, id tu factum interpretaris ex contemptu Reliquiarum, & cultus, iis impendi consueti; & cùm S. Antonius suas, ùt credibile est, rationes, eásque justas haberet, cur mallet, etiam mortuus, inter fratres suos

 manere,

A manere, quàm aliò transferri, tu candidissimus scilicet Interpres, adscribis id persuasioni cuidam Vigilantianæ ac Calvinianæ. Num putas, Monachos illos, qui corpus B. Antonii custodiebant, eidem nullum cultum & honorem impendisse, aut eo modo, cum eo gessisse, quo olim Copronymus cum Reliquiis Cœlitum, & tui Calvinistæ cum corporibus S. Martini, S. Hilarii, & S. Irenæi? Imò ea de causa tam studiosè corpus S. Antonii occultabant illi Monachi, ne tanto thesauro & solatio privarentur.

B Fortè majorem hujus figmenti contexendi occasionem suppeditavit tibi S. Athanasius, qui B. Antonium jamjam ex hac vita migraturum his verbis discipulos suos compellâsse scribit. *Si qua mei vobis cura, si qua patris memoria est, si mihi vicarium repeudatis affectum, nullus ad Ægyptum meas perferat reliquias, ne vano honore corpus servetur, ne vituperati ritus à me, ùt nôstis, etiam circa me serventur obsequia; hujus enim rei gratia maximè huc sum regressus. Vos igitur humo tegite, vos patris cooperite corpusculum, & illud quoque senis vestri custodite mandatum: ut nemo præter vestram dilectionem locum tumuli mei noverit.*

C Verùm enimverò his verbis non improbavit Orthodoxorum in Reliquiis Sanctorum venerandis studium, sed antiquum illum Ethnicorum in Ægypto morem (de quo alibi dictum) & ad Christianos quoque propagatum, repudiavit, qui eos, quos charos habebant, sepulturæ non mandabant, sed pollinctorum arte delibutos, ita exsiccabant, ut absque corruptione integra cadavera servarentur, ut viderentur esse ænea: ab Ægyptiis voce vernacula (teste S. Augustino) *Gabbaros* appellari solita. Hic mos B. Antonio displicuit, & adeò quidem, ut eum, ne in Sanctorum quidem corporibus, observari voluerit, satius esse existimans, ut Sanctorum corpora, ad exemplum Domini sepelirentur, quàm in lectulis privatorum asservarentur. Hæc S. Antonii mens, non illa tua mala & Calviniana, quam beatissimo viro affingis, & quam hac in re modestinres te Centuriatores ausi non sunt B. Antnnin attribuere: nam ipse S. Athanasius satis D supérque explicat, B. Antonium, nihil aliud, quàm quod diximus, voluisse: id hæc ejus verba clarè docent. *Mos Ægyptiis est, nobilium, & præcipuè beatorum Martyrum corpora, linteamine quidem involvere; & studium funeris solitum non negare: terra verò non abscondere, sed super lectulos domi posita reservare: Hunc honorem quiescentibus reddi, inveterata consuetudinis vanitas tradidit* (viguit enim hic mos apud Ægyptios, etiam antequam Christiana sacra susciperent, ùt notum ex veterum scriptis) *de hoc Antonius sæpe & Episcopos deprecatus est, ut populos Ecclesiastica consuetudine corrigerent, & laicos viros ac mulieres rigidiùs ipse convenit, dicens: nec* E *licitum hoc esse, nec Deo placitum, quippe cùm Patriarcharum & Prophetarum sepulchra, quæ ad nos usque perdurant, hæc facta convincerent. Dominici quoque corporis exemplum oportere intueri jubebat, quod in sepulchro positum, lapide usque ad resurrectionis diem tertium clausum fuerit. Atque his modis vitium circa defunctos Ægypti, etiamsi sancta essent corpora, coarguebat dicens: quid majus aut sanctius potest esse corpore Dominico, quod juxta consuetudinem gentium cæterarum humo conditum esse scimus?* Hæc S. Athanasius.

Lib. 1. de S. Cruce. cap. 37.

S. August. de divers. serm. 120. cap. 12.

Porrò quòd S. Antonius cultum Reliquiarum non sit aspernatus, testatum faciunt, F cùm alia, tum tunica S. Pauli Eremitæ, quam summa religione sibi vendicavit, eáque diebus solennibus Paschæ & Pentecostes conspicuus incessit.

Nunc ad alias tuas probationes. *Antonius* G *improbavit peregrinationes, quòd diceret, in omnibus terris esse regnum cælorum: Ignatius religionis caput esse putavit Hierosolymam proficisci, dissentiens ab eo, qui dixerat: non Hierosolymam vidisse, sed Hierosolymis piè vixisse, laudandum est.* Ergo Ignatio non est facta divina revelatio. Consequentia hæc, ùt & aliæ, acumine tuo dignissima est, & antecedens duo minimùm mendacia continet. Nam S. Antonius nihil aliud voluit, quàm ubique terrarum Christum reperiri posse, nec opus esse ad hoc longinquis peregrinationibus, Monachis præsertim, quod verissimum est. An idcirco peregrinationes ad loca sancta, pietatis causa, institutas improbavit? Deinde qua fronte dicis, Ignatium caput constituisse in peregrinatione Hierosolymitana, aut ab eo dissensisse, qui satius rebatur, Hierosolymis benè vixisse, quàm Hierosolymam vidisse? videlicet quod lubet, id adversùs Ignatium fingis, oblitus omnis pudoris & frontis, quasi omnes mortales adoraturi sint tua mendacia, tanquam oracula. Qua confidentia comminisceris etiam id, quod sequitur, captata lectoris benevolentia his humanissimis verborum blandimentis. *Vide stoliditatem Jesuitæ.* Pro nomine *Jesuita* substitue nomen Lithi; nec erit, quod conquerar.

Citat, inquis, *exemplum Antonii, quo im-* H *prudens ordinis sui fundamentum labefactat.* Quodnam, oro, exemplum? Memora Misene. *Antonius cùm sollicitè cogitaret, à Deóque sibi revelari peteret, quanta jam sanctitatis, quantique meriti apud Deum esset, cùm tam innocenter & duriter vixisset, responsum ei est: ipsum cum tota sua castitate, afflictationibus & solitaria vita, cuidam patrifamilias Alexandrino, puto sutori, vix parem pietate & meritis esse.* Egóne hanc historiam de S. Antonio recitavi; qua, tu ais, me Ordinis mei fundamenta convellere? Quis Auctor hujus historiæ?

A riæ? Nihil Hieronymus, nihil Athanasius, nihil alii veteres de hac re; S. Hieronymus, hoc duntaxat; quod hic refellendæ tuæ vanitati repetam. *Cùm jam centum & tredecim annos beatus Paulus vitam cælestem ageret in terris, & nonagenarius in alia solitudine Antonius moraretur, ùt ipse asserere solebat; hæc in mentem ejus incidit cogitatio: nullum ultra se perfectum Monachum in eremo consedisse: at illi per noctem quiescenti revelatum est, esse alium ulteriùs, multò se meliorem, ad quem visendum* B *deberet proficisci.* Hæc S. Hieronymus, non autem illud, quod tu blateras. Ille autem longè perfectior Antonio, testimonio cœlestis revelationis, non fuit sutor Alexandrinus; sed S. Paulus, primus Eremita appellari vulgò consuetus, ejusdem ac Antonius vitæ institutique professor. Non me latet, quod tu refers de Antonio, referri in libro, qui *Speculum exemplorum* inscribitur: Sed cùm tu S. Hieronymo & S. Athanasio aut nihil, aut parùm fidei habeas, admodum miror, cur hujus Speculi Auctori tam promptè assentiaris. Deinde sit historia, C non fabula. Haud tamen inde conficies, vitam civilem inter hominum turbas, & conjugalem perfectionem esse vita religiosa & Eremitica: sed tantùm hoc, fieri posse, ut, qui vitam civilem degit, majore gratia & charitate sit præditus, quàm religiosus: cæterùm istud non contingit ex vi status sæcularis, quasi perfectior sit, quàm religiosus; sed quia in virtutum actionibus frequentiùs & ferventiùs sese interdum sæcularis, quàm religiosus exercet; Quare non mirum, si religiosus superetur, licèt longè majora adjumenta ad perfectionem habeat, si iis uti velit: & longo etiam intervallo alios antecedere possit; si non subsistat, sed passibus non interruptis semper progrediatur.

D Ais. *Simonem Rodericum morbum simulâsse: & tam hunc, quàm Ignatium morbi curationem. Si quid tale factum, audacter* (lege, impudenter) *affirmârim, omnia ex compacto fuisse gesta, ut alter simularet morbum, alter curaret miraculosè verbo.* Salve mi Celse. Ita enim omnia Christi quoque miracula frater ille tuus eludere poterat. Petri socrus febricitans morbum simulavit; Christus se verbo miraculosè curare; sic cæci simulabant cæcitatem, surdi, surditatem: paralytici, paralysim; mortui mortem. Quid verbis opus? omnia compositò agebantur. Ita tuus Celsus cum Christi miraculis: ita tu cum ejus, qui Christo famulabatur, admirandis operibus. Hic solitos clamores tolles; ex Ignatio effici Christum. Erras, Misene. Ex servo non facimus Dominum, sed id, quod Domino, improbitate calumniatorum, evenit, etiam servis Domini, & nominatim huic, nempe Ignatio, accidere ostendimus; & hoc modo impleri id, quod Dominus ipse prædixerat: *Si patremfamilias Beelzebub vocârunt, quantò magis domesticos ejus?*

Quòd ais, fieri posse, *Ut progressu temporis ad nostram postulationem Ignatius canonizetur*, noveris, nos spe optima esse, illud aliquando futurum, & quidem non modò ad Jesuitarum, sed & ad maximorum Regum, Principum, Procerum, & Rerumpublicarum postulationem, quibus omnibus id jam nunc est non modò in optatis, sed in optatissimis. Hoc tamen nec speramus, neque unquam sperabimus, ut vita Ignatii inter libros Canonicos referatur; satis nobis est, quòd habeat stationem suam inter veras & probatas humanæ fidei historias; ex quarum numero, ut tuis, aut tui similis sycophantæ technis & criminationibus eximatur, nunquam sinemus. E

Quòd Bassanense territorium jam tandem vides, gratulor tibi. Nimis grandi cæcitate priùs laborabas, quando integram provinciam non vidisti. Quis Pæon oculos tuos collyrio inunxit? De cognomine illius Antonii Eremitæ Bassanensis, tunc à me certior fies, cùm tu mihi cognomen Magni illius Antonii Ægyptii indicâris. Postulavi id antea, & æquissimo jure postulavi, cur tam difficilis es, ut æqua postulanti aures occludas? F

Dixeras, bonos Angelos non apparuisse aspectu terrifico. Refutavi hoc exemplis ex Numerorum cap. 22. & 2. Reg. 24. & 1. Paralip. 24. Quid tu jam? *Non est credibile, Angelos cælestes eum vultum præ se ferre, quem diabolus.* Neque ego hoc dixi, neque scriptura hoc dicit. Nam ut quis aspectu terrifico appareat, necesse non est, ut vultum dæmonis habeat; sufficit, quòd tota conformatio corporis seu veri seu assumpti, iram & indignationem præ se fert, & interitum minatur: quod & factum, cùm Angeli illi, quos ex sacris litteris citabam, visi. An tu discipulis, aut familiæ tuæ terrifico vultu nunquam appares, nisi faciem Diaboli induas, eo modo, quo à pictoribus repræsentari solet? Vocatur sponsa in Canticis terribilis, ùt Castrorum acies ordinata. Cant. 6. An terribilis esse nequit, nisi facie Diabolica assumpta? Neque ideo Angelus lucis transformatur in Angelum tenebrarum, si munus sibi à Deo commissum, severè, & quasi iram spirans, exequatur. Scilicet blandus solet esse aspectus ejus, qui evaginatum gladium tenet, eúmque jam ad necem inferendam libratum. Gladius nimirum terruerat Davidem, ut vox interclusa hæreret, non Angeli populum percutientis species. G

Cæterùm quòd hic quoque sub finem capitis Celsi nomen & fraternitatem à te amoliri conaris, frustra es, dum talis calumniator es. Nullum par gladiatorum magis par, ullo unquam munere, in arenam venit. Si Celsus revivisceret, quid aliud diceret, quàm illud conduplicati Sosiæ: *Geminus Sosia hic factus est.* CA- H

CAPUT III.

Defensio eorum, quæ ex capite quarto & quinto libri secundi Calvinista carpit.

A PRimò omnium consueto acumine probat, Jesuitas esse Idololatras, in hunc modum. *Idololatra est, qui aliud quippiam colit & adorat præter Deum: Jesuitæ aliud, quippiam colunt & adorant præter Deum, sunt igitur Jesuitæ Idololatræ.* Huic syllogismo hunc alterum seu appono seu oppono, quem tu formâsse debuisses, si non impostor; sed verus argumentator esses. Idololatra est, qui aliud quidpiam præter Deum colit & adorat tanquam Deum: Jesuitæ aliud quidpiam præter Deum colunt & adorant tanquam Deum: exspectas fortasse avidus conclusionem. Sed nego Minorem, qua negata non sequitur conclusio. Tu proba Minorem, ne videaris duntaxat σκιαμαχεῖν & imperitis tuis Calvinianis nebulas vendere.

B De janua aut januis ad cœlum, ne te crucies. Nec decumana, nec prætoria; nec principali dextra, nec principali sinistra porta; sed nec per portulas ullus Calvinista admittetur in cœlum. Si pulsetis clamitetísque: *Domine aperi nobis*, Respondebitur vobis illud: *Nescio vos.* Si institeris, urgeatísque; nónne in nomine tuo speravimus; & plura, quàm volueris, credidimus; videntibúsque lumen ademimus; & audientibus auditum; loquentibus loquelam; ambulantibus gressum; bene habentibus sanitatem; viventibúsque vitam: Eadem vox denuò ad aures vestras accidet: *Amen dico vobis, nescio vos.* Si fa-
C tuis virginibus clausa est janua, quantò magis Calvinianis, qui ut fatui sint, virgines tamen, & virginitatis amatores non sunt. Scis, quid Claudio contigerit, cùm cœli januam pulsans aditum sibi patefieri posceret;
Seneca. *Cyllenius*, inquit non ludicrus ludio, *illum collo obtorto trahit ad inferos è cœlo, unde negant redire quemquam. Omnia proclivia sunt, facilè descenditur:* ῥίψα ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο. Locus ille vos exspectat Misene, ubi *mures ferrum rodunt.*

D Nunc excurris ad cultum imaginum, admodum tempestivè. *Videtur*, inquis, *nobis hic oblata occasio differendi breviter de cultu imaginum.* A quo, oro te, hæc tibi est oblata occasio? Non certè à me, sed ab effrenata tua criminandi impotentia, qui quidvis quovis loco arripis, ut vel hac ratione chartas compleas, & multa adversùs Jesuitas scripsisse videaris. Invitus pertrahor ad argumentum ab instituto alienum, sed quia cogis, jámque alibi cogenti sæpius obsecutus sum; obsequar & hic. *Putidam*, inquis, *Jesuitarum distinctionem inter* εἰκόνα & εἴδωλον *non admittimus.* Distinctio inter imaginem & idolum, non modò Jesuitarum est, sed eorum, qui multis sæculis ante Jesuitas vixerunt. Nam & apud Ethnicos non omnis imago idolum erat. Dic mihi, si nulla est inter imaginem & idolum distinctio: omnis ergo imago erit idolum, & omne idolum imago. Ut hoc posterius verum sit, prius tamen, ut verum esse concedas, vix adducor, ut credam. Nam si quis te depingeret, num imago tua idolum esset? licèt fortè esset, loquendo de tua imagine, quia tu ipse idolum es: oculos habes, & non vides: aures habes, & non audis: pedes habes, & non ambulas: nares habes, & non odoraris: manus habes, & nihil tangis: quæ est non mala Idoli Ethnici definitio. E

Sed relinquamus imaginem tuam, de qua posset esse quæstio, num sit idolum; cùm princeps quispiam aut Rex, seu in moneta, seu extra monetam in foro & charta fingitur, sculpitur, effigiatur, éstne illa imago idolum? Fuítne imago illa Cæsaris, numismati Redemptori exhibito superinscripta idolum? At Christus negat; non enim idolum nominavit, sed imaginem. Súntne imagines seu εἰκόνες, quæ in vestris quoque locis venduntur, idola: imagines, inquam, quas in suo larario habuit Beza, imagines Calvini, imagines Prædicantium, quibus longè jucundius, quàm Alexandro Magno, si aut coloribus efformentur, aut in æs incidantur? Ergo velis, nolis, distinctionem inter imagines, & idola concedere cogeris, nisi Bezæ, Calvini, Lutheri, Melanchthonis, & innumerabilium aliorum novi Evangelii præconum & spermologorum imagines idola vocare velis. F

Ais, *ex cultu imaginum hoc malum consecutum, ut Imperium à Græcis ad Francos transferretur.* Invides igitur, ùt video, Francis hanc tantam gloriam, qua à condita Monarchia Gallicana majorem non habuerunt. Invides, inquam, Gallis, Carolum magnum Imperatorem Augustum, Ludovicum, Lotharium & alios Augustissimos & invictissimos Imperatores. *Hoc malum*, inquis, *consecutum est.* Quid, malum, mali? Quid mali Carolus Magnus, quid mali alii Franci optimi maximi Imperatores Christiano orbi pepererunt: imò quid boni non pepererunt? Quòd si Imperium à Græcis ad Francos non venisset, neque ad nostros Germanos venisset. G

Hoc malum, inquis, *consecutum est, ut à Græcis ad Francos Imperium transferretur:* adde, quia eadem est ratio, *à Francis ad Germanos.* Attendite Principes Germani, Misenus homo obscurus; solis calumniis aliquantulum nunc notus; gloriam vestram *malum* vocat: mallet eam in Græcia, quàm in Germania lucere: mallet Imperatorem Græcum, quàm Heroem Germanum; mallet Copronymum, & illa monstra hominum, quàm illos inclytos sanguinis & nationis nostræ Othones, Caro- H

A Carolos, Rudolphos; Quid vobis videtur de hoc Calvinista, Francis pariter & Germanis infesto? Addis: *propter imaginum cultum majorem partem Orientis, partim ad Machometanos: partim ad Judæos defecisse.* Imò propter imaginum neglectum & despectum. Quæ enim expeditior ratio ad Turcismum, quàm Calvinismus, qui, ùt olim iconoclastæ, omnia pietatis incitamenta & nutrimenta funditus tollunt, & ex templis exterminant; ita ut templa Calviniana à Turcicis Moschæis perparùm distent? Qua propinquitate posita, quid superest, nisi ut dexteras jungant, & ex Calvinistis Machometani fiant. Et quándónam Machometismus potissimùm innotuit, nisi quando Leo Isauricus, Copronymus, & alii sceleratissimi Tyranni, sacris imaginibus & reliquiis bellum indixerunt? Hi solent esse fructus doctrinæ Hæreticæ, præsertim Iconoclasticæ & Calvinianæ, omnibus imaginibus, Turcarum & Judæorum instar, infestissimæ.

B Quòd ais, *de trecentis Pontificiis militibus in Hungaria ad Turcam transgressis:* forcasse non fuerunt Pontificii, sed Calviniani, ùt & illi, qui Papam Turcis prodere cogitabant: Quotus enim quisque est, ex illa colluvie & farragine hominum, qui Lutherum aut Calvinum non tegat sub pectore? Et quid mirum, trecentos milites Pontificios (demus enim Pontificios fuisse) transisse ad Turcismum: cùm florentissimæ provinciæ, quarum incolæ non trecenti, sed decies centena millia; imò adhuc infinitis partibus plures, transierint ad Lutheranismum & Calvinianismum, Turcismi fratres, quia infidelitatis soboles. *Nec quenquam fidelem & Evangelii memorem atque Apostoli præ-*
C *monentis mandata retinentem movere debet*, inquit S. Cyprianus, [S. Cypr. epist. 55.] *Si quidam in extremis temporibus superbi & contumaces, & Sacerdotum Dei hostes, aut de Ecclesia recedunt, aut contra Ecclesiam faciunt: quando tales nunc futuros, & Dominus, & Apostoli ejus ante prædixerint.* Infrà: *Item Paulus nos monet, cùm mali de Ecclesia pereunt, non moveri, nec recedentibus perfidis fidem minui. Quid enim, inquit, si exciderunt à fide quidam eorum, nunquid infidelitas illorum fidem Dei evacuavit? Absit. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax. Neque verò quia pauci temerarii & improbi cælestes & salutares vias Domini derelinquunt, & sancta non agentes à sancto Spiritu deseruntur, ideo & nos divinæ traditionis immemores esse debemus, ut majora esse furentium scelera, quàm sacerdotum judicia censeamus.*

D Iconoclastiæ propagatorem, & quidem impigrum, fuisse Leonem Isauricum, non abnuimus. Sed talis parens exiguo vobis est honori. Lege Zonaram, Cedrenum, Glycam, Theophanem, Latinos, Græcos, & intelliges, quàm meritò tali patre vos Calviniani gloriemini, filii genitore vestro ne pilo quidem meliores. E Et ne contra testes istos excipias, noveris Zonaram, Cedrenum, Glycam, nihil gratiæ aut auribus Latinorum dedisse (erant enim à Latinis alienissimi) sed quidquid scripserunt de Leone Isaurico: id totum veritatis amore scripsisse. *Indixit*, inquis, *synodum;* dicere volebas, opinor, pseudosynodum; conciliabulum, non concilium; si tamen indixit; cùm nihil de hoc Zonaras; sed si coëgit, ei non injuria Orthodoxam synodum opposuit Gregorius Tertius Pontifex Romanus. Sicut & jure illi pseudosynodo Constantinopolitanæ sub Copronymo, opposita est postea Orthodoxa Nicæna sub Constantino & Irene. F Quæ quòd tibi Iconoclastæ Copronymiano & Isaurico Calviniano displicet, quid mirum? (omittam enim mendacia, quæ ex mendacibus auctoribus mutuatus es, de hac ipsa synodo priùs Constantinopoli in Æde Apostolorum congregata, & nefario ausu scelestorum Iconoclastarum disturbata; quantumvis gementibus Orthodoxis Imperatoribus & Episcopis) quomodo namque scrophæ Calvinianæ, synodi illius gemmæ arriderent? *stabilita est*, inquis, *Iconolatria tam puerilibus argumentis, ut Pontificios saniores facilè credam rubore suffundi, cùm legunt.* Si quid ruboris in te esset, hæc tam ruboris omnis G expertia fortassis intra pectus tuum compressisses. Quæ ista tua audacia, qui de synodo Nycæna altera, de flore doctrinæ & sanctitatis in Oriente illo ævo, tam inconsultum & omni judicio destitutum judicium profers, qui fortassis septimam hanc synodum ipse nunquam legisti. Quid enim tu unquam bonorum auctorum legisti? Et tamen ita garris, quasi singula illius Concilii verba ad trutinam expendisses, & quanti quæque sint, ponderâsses. Refuta, si potes, Patrum illorum argumenta. Nec deerit, qui stoliditatem tuam in hoc etiam argumento mundo patefaciat.

H Ais. *Hanc synodum fuisse convocatam à muliere.* Non tantùm à muliere Imperatrice; sed & ab Imperatore Constantino, & præcipuè à Pontifice Adriano. Fuerit Irene, *ambitiosa, crudelis, perjura, cæde filii polluta*, ùt tu dicis, quid hoc ad rem? potest quis Orthodoxus esse, licèt omnibus his vitiis obnoxius: quia sunt vitia morum & vitæ, non dogmatum & fidei: nam quòd superstitiosam quoque criminaris, id novum non est; quia orthodoxia est tibi superstitio, & vice versa. Idem responsum habeto de Theodora Imperatrice. Quales quales enim moribus & vita fuerint, sententia profectò Catholicæ & Orthodoxæ fuerunt, cùm sacras imagines & reliquias in pristinum dignitatis gradum restituerunt. Nec tamen est, quòd calumnieris, nos venerationem imaginum à mulieribus accepisse; quod duæ Imperatrices, Iconoclastarum furorem compressérint, & imagines in Oriente restituerint: nam

A & ante has fœminas, cultus imaginum apud Otthodoxos femper floruit, quippe ab ævo Apoftolico ad fequentia fæcula propsgatus & derivatus, ùt alibi jam oftendimus, & in Occidentis regionibus furor ille Iconoclafticus, tunc noo debacchabatur; fed fuus honos imaginibus integer conftabat. Quòd fi imagines ante Lennem Ifauricum in ufu noo fuiffent, quomodo Leo in eas impreffionem facere, & demoliri potuiffet, & quidem in gratiam Saracenorum, & Judæorum, & proculdubio etiam Calvinianorum, qui tunc adhue in Saracenorum & Judæorum lumbis delitefcebant.

Lib. 2. de S. Gruce cap. 1. Vide Bellarm. de imag. cap. 9.

B Nune ad fyoodum Francofordienfem te confers, de qua pauca & perbrevia capita: quia fatis multa de illa illuftriffimus Cardioalis Bellarminus, & poft bunc illuftriffimus Cardinalis Baronius. I. Fateor, in Francofordienfi Syondo damnatam fyoodum feptimam generalem, feu alteram Nicænam pro imagioibus fub Conftantino & Irene celebtatam.

Bellarm. lib. de imag. Baron. tom. 9.

C II. Probabile effe, hanc damoationem fluxiffe ex falfa perfuafione, quafi Nicæoa fyoodus defioiviffet, imagines coleodas effe cultu latriæ, more modóque Dei: Háncque perfuafionem Patribus illius concilii inditam & ingeneratam à nonnullis Iconoclaftis, & Græcanicorum Icooomachorum fermento infectis, (quales potiffimùm, auctores & confarcinatores libri capitularis à Carolo ad Adrianum Pootificem miffi, & ab Adriano refutati) etfi reclamaotibus Sedis Apoftolicæ Legatis, buicque damnationi affenfum minimè præbentibus; quo fit, ut nullius momenti fuerit, cùm ipfa fynodus Francofordienfis docuerit, definitiooes fine Pontificis Romani approbatione, nullius effe auctoritatis: de quo fufiùs Bellarminus. Porrò fyoodum Fraocofordienfem falfa perfuafione imbutam fuiffe de fynodo Nicæoa, liquet ex fragmento fynodi Francofordienfis, quod ex veteri codice exfcripfit editor fynodi Parificofis. Et eft tale. *Allata eft in medium quæftio, de nova Græcorum fynodo, quam de adorandis imaginibus Conftantinopoli fecerunt; in qua fcriptum habebatur, ut, qui imagines Sanctorum ita ùt Deificam Trinitatem fervitio aut adoratione non impenderent, anathema judicarentur.* Quod fynodo Nicænæ ounquam in mentem venit.

D III. Probabile effe, imagioum venerationem fimpliciter in illo Concilio fuiffe damnatam. Fuerunt enim noo pauci in occidentali Ecclefia, (femiiconoclaftæ dici poterant) qui imagioes docebant effe habendas & retinendas memotiæ, biftoriæ & ornatus caufa, non cultus & veneratinnis. In horum cenfu numerat Baronius Jonam Aurelianenfem, Amalarium, Walafridum Strabonem & Auctnres fynodi feu fynedrii Parifienfis, Hincmarum Rhemenfem Epifcopum & alios: quibus addo Alcuinum feu Albinum Flaccum, Caroli Magni, ùt ferunt, præceptorem: de quo ifta Rogerus fcriptor Anglicanus parte prima Annalium, Anno 792. *Carolus Rex Francorum mifit fynodalem librum ad Britanniam, fibi à Conftantinopoli directum, in quo libro (heu proh dolor!) multa inconvenientia & vera fidei contraria reperiebantur: maximè quòd penè omnium orientalium Doctorum, non minùs quàm trecentorum, vel eò ampliùs Epifcoporum unanima affertione confirmatum fuerit, imagines adorari debere: quod omnino Ecclefia Dei execratur. Contra quod fcripfit Albinus Epiftolam ex auctoritate divinarum fcripturarum mirabiliter affirmatam: illámque cum eodem libro ex perfona Epifcoporum ac principum noftrorum Regi Francorum attulit.* Hæc Rogerus. Et bæc epiftola eft liber ille, quem contra venetationem imagioum ab Albino fcriptum, Gefnerus ex Balæo Hæretico refert. Idem docent libri Carolini. E

Eorum igitur, qui hac perfuafione tenebantur, auctoritate impulfi Epifcopi, damnàrunt in Concilio Francofordienfi imaginum venerationem, oullo Calviniftarum tuorum commodo. Nam pauca hîc reperies, quæ pto Calviniftis faciant, plurima, quæ cootra illos. F

Nam primùm in boc concilio definitum eft, imagines non effe frangendas & comburendas, ùt faciebant Ifaurici & Coprooymiani iconomachi; fed tantùm non colendas. Si igitur concilii Francofordieofis fententia ftare vultis, cur imagines ex omoibus templis exturbatis? cur in flammas conjicitis? cur coofpuitis, longéque magis abomioamini, quàm Turcæ aut Judæi?

Deiode illi ipfi, qui venerationem & adorationem imaginum damnabaot, facrofanctam Domini crucem non modò habendam; fed & adorandam, & religiosè colendam effe afferebaot: nec afferebant tantùm; fed & reipfa adotabaot & venerabantur, ùt liquet ex Jooa Aurelianenfi, qui adorationem & veoerationem Crucis validiffimè à Claudii Taurinenfis Iconoclaftæ Copronymiani impietate vindicat, cùm tamen opinaretur, alias imagines, præter crucifixi imaginem, non effe honorandss. Idem fenferunt Auctores concilii Parifienfis, ùt alibi à nobis dictum; & mitiores quidam in Oriente Iconomachi cæteras imagines coofringebant, & deteftabantur; imaginem Crucis retinebant & venerabantur. G

Lib. 1. de S. Cruce c. 52.

Mich. in vita Theodor.

Teftem bujus rei fideliffimum laudo Theodorum Studitam, qui Leonem Armenium Imperatorem Iconoclaftam in bunc modum, præter cætera allocutus eft. *Sed quoniam vobis, ô Imperator, imaginis quidem honor odio eft, crux verò veneratione digna cenfetur; primum illud capere non poffum; cùm jam utriusque honor conjunctus fit (fimul enim imago, & fimul crux, quandoquidem Domini adventus* H

gle-

A *gloriam utrique attulit.) Nunc à vobis alterum ab altero ſecernitur, ita, ut alteri ſors melior obtigerit; alterum repudietur, & contemnetur. Deinde quæram, ô veteris ſcripturæ interpres, quomodo cùm lex execratione dignam Crucem vocet; maledictus enim ait, qui pendet in eo, tu qui crucem colis, legem vilipendere non videare? Imò verò devotus inter ſe contrariis obnoxius teneris, qui nec legi uſquequaque conſentias, cujus tu cuſtos perpetuus, & in hoc nobiſcum media ex parte ſentias, quos omnibus modis inſectari decreveras, cùm oporteret te, quando impius eſſe ſtatuiſti, nec crucem, nec imaginem confiteri, ut ſic poſſes & conſentanea tibi facere, & congruentia legi, quam obſervas. At enim ratiocinari neſcit improbitas, ipſa ſecum pugnans, &* B *quos imperio ſuo ſubmiſerit, ab omni honeſtate procul avocans. Cui tu quoque ſemel mancipatus nullam poſtea officii, nec decoris rationem habuiſti, ab iis ſolis, quæ tua obſervant, inductus adulatoribus, ſcurris, uni voluptati, ventriſque commodis ſervientibus.* Hæc Theodorus invictus imaginum propugnator, qui pulchrè ſimul ſtultitiam Imperatoris crucem colentis, alias autem imagines deteſtantis redarguit.

III. Syoodus Fraocofordienſis decrevit (ùt C manifeſtum eſt ex libris Carolinis) judicium ultimum cootroverſiarum ad Romanum Pootificem pertinere: & hoc præcipuè argumento rejecit Synodum ſeptimam, quia exiſtimavit ſine Pontificis auctoritate celebratam: ſi ergo ſeptima Synodus, Pontificis conſenſu & approbatione celebrata eſt, ùt revera celebrata eſt, decretum autem illud Francofordienſe editum eſt repugnantibus Apoſtolicæ Sedis legatis, ùt fatentur ipſimet Ceoturiatores, & ſine ulla Pontificis approbatione, (cùm Pontifex Adrianus noo modò per legatos decretum hoc de imaginibus repudiaverit, ſed etiam libros Carolinoa, ad ſe à Carolo miſſos refutaverit) ſequitur, ipſius etiam Francofordienſis ſynodi judicio decretum illud de cultu imaginum abolendo, fuiſſe nullum. Cur igitur Calvioiſtæ adeò probant, quod ipſi auctores, etiam dum illud decretum edebaot, improbabant; & neceſſariò improbare debebant, ſi conſtare ſibi vellent? Itaque ſive ſynodum Nicænam damnârint, quòd ab impo- D ſtoribus quibuſdam perſuaſi eſſent, in ea definitum, imagines, Numinis ioſtar, eſſe adorandas: ſive quòd Iconoclaſtarum quorundam dolis circumventi, crederent, imaginibus nullum prorſus honorem habendum; id nec Calviniſtarum cauſæ prodeſt, nec noſtræ obeſt; cùm ipſimet ſine Pontificis conſenſu hoc ſuum decretum noluerint eſſe ratum. Quod Pontifex nunquam ratum habuit, ſed rejecit, ùt & alii non pauci Occidentis Epiſcopi, ejuſdem cum Adriano ſententiæ, ùt teſtatur quoque Hincmarus, imaginum alioquin hoſtis; ne exiſtimes omnes Occidentis Epiſcopos io huoc errorem per imprudentiam impegiſſe.

Et Anaſtaſiua Bibliothecarius quoſdam E duntaxat Gallos veoerationi imaginum reſtitiſſe ſcribit. Verba Anaſtaſii hæc ſunt in præfatione ad Joannem octavum Pontificem, quam præfixit ſeptimæ ſynodo à ſe translatæ: *Quæ ſuper venerabilium imaginum adoratione præſens ſynodus docet,* (Nicæna ſcilicet) *hæc & Apoſtolica Sedes veſtra, ſicut nonnulla conſcripta innuunt, antiquitus tenuit, & univerſalis Eccleſia ſemper venerata eſt, & hactenus veneratur, quibuſdam duntaxat Gallorum exceptis, quibus utique nondum eſt harum utilitas revelata: ajunt namque, quòd non ſit quodlibet opus manuum hominum adorandum: quaſi non ſit codex Evangeliorum opus manuum hominum, quem quotidie oſculantes adorant, venerabilior tamen, quem non eſſe opus manuum hominum, proculdubio non negabunt. Similiter & forma ſanctæ crucis, quam ſe adorare omnes ubi-* F *que Chriſtiani fatentur; in quo videlicet conſiderare libet, quia ſi quamlibet crucem auream aut argenteam aut ligneam adoramus, quæ utique non eadem eſt ipſa Crux, in qua ſalus noſtra patrata eſt; ſed figura & imago ejus: quare non adoremus figuram & imaginem ejus, qui eandem ſalutem operatus eſt in medio terræ? Venerabilior namque eſt, qui ſalutem operatus; ac per hoc magis eſt adoratione digna imago Chriſti, ſalutem operantis, quàm imago crucis ſalutem tantummodo bajulantis.* Hæc Anaſtaſiua, ad quæ reſpicit quoque Auctor præfatioois in Miſcellam: quam nuper refellimus, cùm Tertullianum à notis Junianis vindicaremua, ubi manifeſtè dicit Anaſtaſius, *quoſdam*, non omnes Gallos imaginum veneratiooem repudiaſſe: & iſti *quidam* vel erant veri Icoomacbi; qualis Leo Iſauricus, Coprooymus, Claudius Taurinenſia; vel erant ſemiiconoclaſtæ, admittentes quidem uſum imaginum ad hiſtoriam & ornatum, non ad cultum, quales illi, de quibus ſuprà.

G Sed ſive de his, ſive de illis, ſive de utriſque Anaſtaſius loquatur; verum non eſt, quod Auctor præfationis in Miſcellam ait, *Nuper admodum Gallos cœpiſſe eſſe imaginoſos:* ſi enim vult nuper admodum imaginum uſum à Gallis receptum: obſtat S. Gregorius, qui ſuo tempore de hoc imaginum uſu, tanquam de re veteri, egit; ſi vult venerationem imaginum apud Gallos fuiſſe novam: obſtant illi ipſi, qui in Gallia venerationem H imaginum oppugnârunt: niſi enim uſitata fuiſſet, ab hoſtibus oppugnari non potuiſſet: *præcedat neceſſe eſt veritas falſum*, inquit Tertullianus. Et ipſe Anaſtaſius *quoſdam* duntaxat Gallos ſive huic tantùm, ſive utrique perſuaſioni addictoa fuiſſe ait. Ergo apud alios, & quidem pleroſque, imaginum uſus & veneratio vigebat. Nec venerationem imaginum rejecit, tanquam illicitam, Gregorius Magnua, cujus auctoritate potiſſi-

A mùm nitebantur adversarii: quod ostendit Adrianus Pontifex, ex epistola ejusdem S. Gregorii ad Januarium & Secundinum, & ex facto ipsius Gregorii, sed satis hæc de his: qui plura volet, Cardinales Baronium & Bellarminum consular.

Tu quoque intempestivæ tuæ digressioni coronidem imponis his verbis: *Pontifices superstitionem semel receptam tutati sunt & propagárunt, usque ad hanc nostram ætatem, frustra reclamantibus viris piis & doctis.* Nimirum pii isti viri fuerunt Leo Isauricus, Copronymus; Leo Armenus, Theophilus, Judæi, & Judaizantes, Mahometani, & Mahometem olentes: Claudius Taurinensis, Bognmili, & id genus alii, qui imaginum venerationi obstrepuerunt, sed non prævaluerunt; quia portæ inferi non prævalebunt adversùs eam, cùm ùt alia Christianæ fidei dogmata, cum ipso Christianismo sit nata, & propagata, ùt rectè dicit Theodorus Studita.

B Quòd Christus Dominus naucleri habitu apparuerit cuidam Catechumeno naufragium passo; scribit & quidem copiosissimè, S. Paulinus. Quid Misenus? *Fabulosum hoc commentum est; sive id scribat Paulinus (quod non credo) sive Longinus sive Bellarminus*, Quid? non credis, Paulinum doctissimum & sanctissimum Pontificem scribere, quæ retuli de illa Christi apparitione? Lege epistolas S. Paulini, & tuæ impudentiæ tandem modum fige: Si non de hoc ipso miraculo integram propemodum & cœlestium solatiorum plenissimam epistolam repereris, tum ad illud tuum (*non credo, Paulinum hoc scripsisse*) confugias. Quàm certum est, epistolas ad Atticum, quæ Ciceronis nomen præferunt, Ciceronis esse; tam certum est, Epistolas, quæ nomine S. Paulini feruntur, ejusdem genuinum partum esse, ut proinde tibi aditus occlusus sit ad solenne tuum illud perfugium: *Monachorum hoc est assumentum.* Cedo, quinam Monachi depravârunt epistolas S. Paulini?

C Sed ais, *te non credere, licèt ipse Paulinus scripserit.* Credo, te hoc esse animo; imò dubito, utrum id crederes, etiamsi à S. Paulo, non à Paulino proditum esset, tantum mihi de tua fide polliceor; Ignosco tamen, non potes aliter, si Calvinista esse velis; nam & Trinitarius sua quædam placita habeat oportet, quibus si quid vel in ipsis sacris litteris adversetur, illud rejiciendum est, si Trinitarius esse velit.

D Idem tuus est sensus de apparitionibus Christi, quæ sancto Martino factæ. *Si quæ somnia*, inquis, *Martino, vel aliis oblata fuère, illa fidei nostræ articulos neutiquam convellere debent.* Ita tu somniator longè miserrimus. Visiones S. Martino divinitus oblatæ non destruunt articulos fidei Christianæ, sed commenta Calvinianæ perfidiæ. Hinc illæ tuæ tam acerbæ in S. Martinum, S. Paulinum, S. Gregorium Magnum, aliósque voces & contumeliæ, quorum visiones cùm Calvinistica fronte inficieris, non est, quòd sperem, te fidem habiturum ei, quæ Ignatio obvenit, cùm à cœlesti Patre, Christo Domino crucem bajulanti est commendatus, cum hac Filii promissione: *Ego vobis Romæ propitius ero.* Dixeram, veritatem hujus approbationis testari ipsum eventum. Quid Misenus? *Careat successibus, oro, quisquis ab eventu facta notanda putat.* Sed frustra oras & optas. Jam suus divinæ promissioni eventus respondit: Neque unquam cum Ovidiano tuo *Careat*, effecies, ut lætis F successoribus caruerit; nisi fortè tam validus es, ut ad præteritum habeas potentiam; quæ in ipsum non cadit Deum. Cùm S. Augustinus contra Donatistas probaret diffusionem Ecclesiæ per totum orbem, & felicissimam illam in omnes terrarum oras propagationem, ex Propheticis & Evangelicis oraculis & pollicitationibus; tu, si tunc vixisses, & à parte Donati stetisses (quare autem non stetisses; non enim deterior Donatus, quàm Calvinus?) statim, tanquam novus Naso, occinuisses: *Careat successibus, oro, quisquis ab eventu facta notanda putat.* Veritas vaticiniorum & prædictionum undénam probatur, nisi ab eventu? Repeto igitur: *exitus acta probat.*

G *Quàm facile erit*, inquis, *Mahometanis similiter concludere: Nostra religio longè verior, quàm Christianorum. Opes nostra, potentia, imperii majestas longè superant Christianorum divitias. An putas me ita stolidum, ut ex incremento vestræ maledictæ sectæ judicem veritatis possessionem penes vos esse?* Tu tibi argumenta fingis; quæ, eadem vanitate, qua finxisti, refellas. Non ita argumentatus sum: Noster Ordo toto terrarum orbe diffusus est: ergo à Deo est; sed in hunc modum: describam enim, ut lectori candor tuus innotescat. An conjicis apparitionem hanc esse commentitiam ex contrario eventu? Atqui eventus gravissimi negotii, planè is fuit, qui in hac apparitione prædictus memoratur. Cùm enim Jesus Patres sibi à cœlesti Patre commendatos in se recepisset, blando placidóque vultu, ùt erat in cruce, ad Ignatium conversus: Ego, inquit, vobis Ro- H mæ propitius ero. An non Romæ, & in toto terrarum orbe Ignatio, sociísque propitius fuit? Nónne Ignatius & socii difficillimis temporibus, non modò inter Catholicos, sed & in medio vestri cœtus, hoc est, inter hæreticos ipsos, collegia, templa, gymnasia erexerunt, quantumvis vobis licèt gementibus & frendentibus: idque non in una aut altera provincia duntaxat, sed quà patet orbis Christianus, imò & ultra Christiani orbis fines, intra tam paucos annos. An non sunt hæc evidentia promissionis illius divinæ argumenta? An non hæc unica Socie-

A cietatis propagatio satis indicat, apparitionem illam & pollicitationem non fuisse vanam; nec ab Ignatio fictam, qui si illam fallendi, aliósque in errorem inducendi gratia finxisset: ausim dicere, nunquam futurum fuisse, ut tantis successibus, vobísque Calvinianis & Lutheranis tam invidendis, augeretur hæc Societas.

B Hæc ego tunc, & plura in hanc sententiam. Quæ cur truncâsti & mutilâsti, nisi quia falsarius es mente, manu, calamo? *Multa sunt, quæ sola prolata, calumniæ viderì possint obnoxia, cujavis oratio insimulari potest;* ait ille: *si ea, quæ ex prioribus nexa sunt, principio sui defraudentur; si quædam ex ordine scriptorum ad libidinem supprimantur; oro te, si litteræ, ita ut partim vocales dicuntur, etiam propriam vocem usurparent; si verba ita, ut poëtæ ajunt, pennis apta vulgò volarent, nónne cùm primùm ista* (& alibi millena alia Misenus) *excerperet, pauca recitaret, multa & meliora sciens reticeret, nónne tunc cæteræ litteræ scelestè se detineri proclamâssent? Verba suppressa de* Misenì *manibus foras evolâssent? Totum forum tumultu complêssent; se quoque ab Auctore missa, sibi etiam, quæ dicerent, mandata. Improbo ac nefario homini falsum facere tentanti ne auscultarent, se potiùs audirent.*

C Cæterùm quòd Mahumetanos Christianis præfers imperii magnitudine, gloria & potentia, amiciùs fortè quàm veriùs facis: Et hoc ob benevolentiam, qua, ùt Calvinista, Mahumetanos prosequeris. Nam si oculos in antiquitatis memoria circumferre voluisses, reperisses Imperatores & Reges Christianos & Orthodoxos, potentia & amplitudine imperii Turcis non inferiores. Deinde argumentum probandæ Catholicæ veritatis non est valdè efficax; hinc si quando Catholici scriptores hoc à temporali felicitate argumentum attingunt; id non tam afferunt, ùt argumentum, quàm ùt reliquarum demonstrationum condimentum, seu adjumentum: quia quædam cum aliis conjuncta vim habent: separatim posita aut nullam, aut exiguam habent. Nôrunt omnes rectè sentientes, caducam hujus vitæ prosperitatem improbis quoque & Hæreticis obtingere posse, & crebrò pessimis optimè, & optimis pessimè esse, justo Dei Decreto, qui suis veras divitias, verámque gloriam in cœlo reservavit. Arianorum & Calvinistarum, & aliorum Hæreticorum hic mos est, ut à temporali felicitate efficacissimum

D veritatis argumentum duci credant.

Lucif. lib. 1. contra Constantium.

De Arianis, eorúmque Imperatore Constantio testatur id Calaritanus præsul. Nam Constantius Imperator dicere solebat: *Nisi nostra fides, hoc est, quæ dicitur à Lucifero Ariana, fuisset Catholica, nunquam in omnes plebes accepissem potestatem.* Respondet Lucifer. *Si ita est, potuit & illorum Allophylorum, qui arcam ceperunt Dei, quisquam fuisse melior, quàm est Dei cultor. Utique tu dicis fidem tuam, quam nos dicimus Hæreticam, hoc tibi præstitisse: sed & Maxentius, Nero, & cuncti illi persecutores domus Dei, dixerunt, Deorum suorum potentia esse factum, ut Christiani sub illorum ditionem veniremus.*

E

Lucif. init. libri de Regibus Apostat.

Idem Antistes causam reddens Constantio, cur librum de Regibus Apostaticis elaborare instituerit, ita Imperatorem compellat: *Usitatum quia habere dignaris verbum; quod enim nisi & integrè crederes, & hæc, quæ geris circa nos, Deo essent placita, jam fuisses exstinctus, paucorum tibi in Apostasia, atque crudelitate æqualium Regum facta desideravi referare, quò possit vox illa tua sepeliri, quæ dicat: nisi Catholica esset fides Arii, hoc est, mea, nisi placitum esset Deo, quòd illam persequar fidem, quam contra nos scripserunt apud Nicæam: nunquam profectò adhuc in Imperio florerem.* Non dissimiliter hodie Calvinistæ, qui ubi vel paululùm, mox perituræ felicitatis aura benignior afflat, statim cristas ad sidera usque tollunt, & quasi Deo charissimi sint, se circumspiciunt, ignari, Fortunam, cùm blanditur, tunc maximè extimescendam esse, ne ruinam machinetur.

F Apparitionem Christi, quæ S. Porphyrio celeberrimo Gazensium præsuli; S. Chrysostomi synchrono, oblata est; tractas eodem modo, quo cæteras. *Fabulam* vocas, & petis, *ut lector infirmitati tuæ ignoscat, quippe timidiori ad fidem habendam iis, quæ in sacris literis non continentur, aut cum illis pugnant.* Igitur, ùt video, nihil credis, nisi quod sacræ literæ tradunt. Utinam vel hæc crederes, bene tecum ageretur. Sed quænam sunt illæ sacræ litteræ? Illæ videlicet, quas tibi Calvinus tradidit, quibus ideo duntaxat credis, quia ita Calvinus jussit; si non jussisset, non crederes, sicut non credis libris Macchabæorum, ea tantùm de causa, quia Patriarcha Genevensis id non mandavit. Ita tota tua fides in libidinem Calvini resolvitur. Sed ais: *has Christi apparitiones cum sacris literis pugnare.* Proba Misene. Probas,

G & quidem argumento Misenico. *Christus ascendit in cælum, & cælo capitur: ergo nunquam est, aut apparet extra cælum.* Perinde ac si dicerem, Misenus ascendit in Gymnasium, & Gymnasio recipitur, seu, ùt malunt Calvinistæ, *capitur*: ergo nunquam est in foro, nunquam in suo domicilio, nunquam Fuldæ, Spiræ, Wormatiæ; quod argumentum adhuc firmiores lacertos haberet, si ea, qua Christus est præditus vi, tu quoque præditus esses, sistendi nimirum tuum corpus pluribus locis præsens. Sed quid ego hæc cum Calvinista, cujus cor, ne ipso quidem Filii Dei in terras descensu, & oratione inflecti posset, ut sibi cœlestes has visiones veras esse persuaderet.

H

Lucif. lib. 1. contra Constant.

Cùm Lucifer Calaritanus ex veteri Regum historia nonnulla protulisset redarguendæ impietati Constantii Ariani, subjecit. *Pau-*

A *ca de multis gestis inter Achab & Heliam, idcirco duxi tibi ingerenda, ut possis noscere, vos, ex quo Deum dereliquistis, neque signis, neque prodigiis facilè converti ad eum; sed magis in vestris durantes erroribus, ut bestias immanes sævire in gregem Dei cultorem.* Verissimum est hoc præclari Episcopi dictum. Si hodierno die Filius Dei ea miracula in terris faceret, quæ olim edidit, credibile est, Calvinistas tantum fidei habituros miracula patranti, quantum habuerunt Pharisæi & Saducæi; & quantum habuissent Ariani, si Christum in terris conspexissent. imitantur sua in perfidia inflexibilem Cacodæmonis cervicem; nullis signis aut portentis cedere nôrunt. Quæ fortè causa est, cur S. Hilarius Auxentium Arianum habuerit pro Diabolo: ait enim. *Mihi certè ille nunquam aliud, quàm diabolus erit, quia Arianus est.* (S. Hilarius lib. contra Auxent.)

B De nigrore vultus Hozii in candorem commutato post excessum è vita, necdum fatuari desinis. Attuli similia de S. Hilarione & S. Martino exempla. Ad quæ tu nihil aliud, quàm Hozium, nec Martinum, nec Hilarionem fuisse, quo tu argumento efficies, nec S. Martinum mortuum, quàm vivum speciosiorem apparuisse. Quia Martinus non fuit Hilarion; sed nec Abramius Eremita Martinus aut Hilarion fuit, & tamen de illo hæc S. Ephrem. (S. Ephrem in vita S. Abramii.) *In hora obdormitionis suæ in specioso vultu cernebatur, quasi Angelorum comitatu stipatus fuisset.* Pari modo nec Martinus, nec Hilarion, nec Abramius, fuit Theophanius Carnutensis urbis comes, & tamen de jam mortuo hæc C memoriæ prodidit S. Gregorius Magnus; (S. Greg. lib. 4. Dialog. cap. 27.) cùm priùs narrâsset, quomodo vivus adhuc, à podagra afflictus, & pedibus in saniem conversis, plenus vulnerum fuerit. *Dum corpus ejus ex more ad lavandum fuisset nudatum, ita manus pedésque ejus sani inventi sunt, ac si unquam vulneris nihil habuissent. Ductus itaque ac sepultus est, ejúsque conjugi visum est, ut quarto die in sepulchro illius marmor, quod superpositum fuerat, mutari debuisset. Quod videlicet marmor corpori ejus superpositum, dum fuisset ablatum, tanta ex corpore ipsius fragrantia odoris emanavit, ac si ex putrescente carne illius pro vermibus aromata ferbuissent.*

Sed hæc & id genus alia, ex S. Gregorio D adducta flocci facis. *Apparitiones*, inquis, *Gregorianas tibi retine & tuis discipulis.* Nunquam animus fuit, tibi has gemmas offerre; lectoris rationem habeo, non tui, te magis delectari scio fimeto Calvini & Bezæ, quàm floribus ex horto S. Gregorii. Neque unquam à me impetrabis, quò minùs somnia tua, S. Gregorii, S. Ambrosii, S. Hieronymi, S. Augustini & aliorum gravissima auctoritate refellam: licèt millies clamites; *hæc esse Monachorum somnia*, nomine Ambrosii, Gregorii, Athanasii & similium publicata. Quis unquam dubitavit, utrum libri Dialogorum sint à Gregorio Magno E conscripti? si hoc negas, damnat te universa antiquitas Græca & Latina: aut ede Auctorem, si non auctor S. Gregorius Magnus. Ais, *fabulas esse, non historias:* ita tu quidem, & similes Calviniani fabulones, quibus ἄμαχον, ὡς ille ait, κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος: In fabulis sati, nati & alti, omnia, præter fabulas, in fabulis reputant. Nemo hactenus sani gustus extitit, qui fassus non sit, S. Gregorii Dialogos rectè à Photio in Bibliotheca appellari βιωφελεστάτες *vitæ fructuosissimos*, qui etiam de eodem sanctissimo Pontifice hæc: F βίες τῶν κατὰ τὴν ἰταλίαν ἀξιολόγες, καὶ διηγήματα σωτηρίαν ἐκπαιδεύοντα συγκαταμίξας τέτοις, ἐν τέσσαρσι διαλόγοις ἐφιλοπονήσατο. *Composuit vitas eorum patrum, qui in Italia floruerunt memorabiles, quatuor libris comprehensas, quibus multa etiam documenta ad salutem conducentia adspersit.*

CAPUT IV.

Refelluntur convicia Miseni in urbem Romanam, in auricularem confessionem, in Paulum III. Pontificem, & id genus alia.

G Auspicabor caput hoc à veteris poëtæ dicto: *Genus est* (Prædicantium) *inter homines, meo quidem animo, uti muscæ, culicésque, pedésque, pulicésque, odio & malo, & molestiæ, bono usui estis nulli.* Multò veriùs hæc in Prædicantes dicuntur, quàm in illos, adversùs quos Comicus protulit. Verè enim Prædicantes muscæ sunt, omnia pervolant, omnia contaminant; sæpissimè abacti, sæpius redeunt. Omnia pungunt, & mordent ùt culices, pedes & pulices, nec à quoquam abstinent. Argumento est vel una Roma, quam criminationibus suis appetere nunquam desistunt, quasi, si suis Romam exosam reddant, de ipsa fide Romana triumphum agere liceat.

H *Ante centum annos*, inquit Misenus, *de Canonicis Romanis quidam ita cecinit: Hi sunt, qui faciunt, quidquid petulantia carnis imperat.* Fortè non descripsit hoc versu Romanos Canonicos; sed propheticè Lutheranos & Calvinianos; nam hi sunt, qui cum suo: *melius est nubere, quàm uri*; faciunt, quidquid suadent hæc tria potentissima apud illos Numina, Venus, Ceres, Lyæus: qui, ùt S. Petrus jam olim de illis præcinuit, *post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant*, 2. Pet, 2.
dominationémque contemnunt, audaces, sibi placentes, qui sectas non metuunt introducere, blasphemantes, qui velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem, & in perniciem, in his, quæ ignorant, blasphemantes, in corruptione sua peribunt, percipientes mercedem injustitiæ, voluptatem existimantes diei delicias, coinquinationis

A *tioni & macula; deliciis affluentes: oculos habentes plenos adulterii, & incessabilis delicti.* Cætera tua, tuorúmque encomia vide apud ipsum S. Petrum; non enim exscribam omnia, ne nimiam tibi laudum tuarum enumeratione, molestiam creem. Frons verecunda, qualis Misenica, non patitur hanc narrationem.

Idem poëta in te tuósque etiam hoc scripsit, non in Romanos Canonicos: *Totus in errores mundus praeuntibus istis ducitur.* Et. *Hi sunt, justitiam qui prostituère pudicam. Falsa loqui linguas qui docuère suas.* Verissima Hæreticorum hujus temporis descriptio. *Non potest meliùs;* ex propriis & nativis coloribus ducta est.

B Jam verò quæ sequuntur, quis non videt, aptiùs quadrare in Angliam, Scotiam, aliásque provincias Calvinianas & Lutheranas, quàm in Romam: hæc, inquam, ejusdem tui oloris: qui albus an ater sit, nescio. Benè profectò de vobis canit. *Quondam larga fuit, proprii nec avara cruoris, Nunc vice conversa sitiens sitit, atque cruorem fundat ut alterius, ebibit ipsa suum.*

De fide Calvinianæ sectæ idem: *Sola fides, solum credo, peccata relaxat: Jam reus es mortis, ni tibi sola fides: Nil tam difficile est, nil tam pravum nec amarum, Quod non emundet sola Lemanna fides. Hæc facit, ut licitè fiat, quodcunque libebit: Reddit & illicitum quodlibet arte pari.* Clausula hæc est: *A summo capitis pariter pedis usque deorsum Ad plantam, sanum nil superesse reor.* Ut placent tibi hæc de tua secta vaticinia?

C Dic mihi Misene, cur quidquid perpauci odio & furore cæci in Romam evomunt, tu quasi balsamum derepentè excipis, & ùt Dionysii adulatores, ejus sputa; sic tu horum vomitum cupidissimè lingis, & mox iterum eructas, ut habeas iterum, quod relingas? Cur paucorum & ignobilium homuncionum, qui Romam vituperant, contumeliæ magis te oblectant, quàm clarissimorum doctissimorúmque hominum laudes, quas pleno ore in Romam congerunt? Nimirum malo nil nisi malum; maledico, nil nisi maledicum arridet: similia simili. λαβροί παγγλωσσίᾳ κόρακες ἄκραντα γαρύοντες facillimè congregantur. *Argumentum est recti, malis displicere,* inquit Seneca: cujus verbis ego præterea ad Romam & Romanum Clerum hoc: *Lætior esto, quoties displices malis, & malorum de te existimationes malas, veram tui laudationem existima.* De Cleri castimonia suo loco plura.

D Nunc Romæ nullam pietatem esse dum probas, attentis auribus adstemus, nec aliò mentes, aliò aures dividamus. *Ubi floret Idololatria, ibi nulla est religio, Roma floret Idololatria: ergo ibi nulla religio. Major est Lactantii,* inquit Misenus, & ideo probanda; Minor Miseni; & ideo improbanda. Minor tui Syllogismi est falsa. Audis Misene? E Proba Minorem. Sed genus hoc hominum ultra primum syllogismum progredi nequit, statim cessat, & signum dat receptui; quasi nullus supersit ampliùs, qui, quod ipsi falsò asseverant, meritò inficiari queat.

Asperserat Misenus scholiis nonnulla de F Confessione. Ne inanem laborem, dicendo, quæ sæpius dicta sunt, caperem, misi eum ad libros Bellarmini & Gregorii de Valentia. Hic Calvinista: *Mallem me ablegari ad Apostolos.* Quid si ablegareris? Diceres, quod jam dicis, tibi non esse eundi otium. Quòd si ipsi Apostoli ad te mitterentur, tantum scilicet apud te efficerent, quantum aliquis ex mortuis, missus ad quinque Epulonis fratres, apud eosdem effecisset. *Habent Moysen & Prophetas,* ajebat Abraham, *audiant illos: si hos non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent;* ita & tu in pertinaci tuo errore persisteres, etiamsi Petrus & Paulus ad te ex Beatorum sedibus descenderent, ut dogma de confessione tibi persuaderent.

Nihil, inquis, *in Scriptura, nihil in Pa-* G *tribus de auriculari confessione apparet.* Qua fide hoc scribas, judices esse volo omnes illos, qui Bellarmini & Valentiani disputationes evolvere non gravabuntur. Adducit Bellarminus testimonia Patrum, omnium ætatum usque ad hanc nostram; præter plurimos sacræ Scripturæ locos. Tria testimonia Chrysostomi, quæ ex Calvino, aut quopiam Calvini expilatore sublegisti, explicant Bellarminus & Valentianus. Quando Calvinum tuum ab horum telis asserueris, tum de Chrysostomo tecum verba commutabo. Interea silere præstat, quàm loqui, nondum enim loquendi tempus.

Bellar. lib. 3. de pœnit. Gregor. de Valent. tom. 4.

Locus S. Augustini ex lib. 10. Confessio- H num cap. 3. nihil penitus ad Confessionem secretam & sacramentalem facit. Loquitur enim S. Augustinus de illa confessione, quam in libris confessionum publicè faciebat, eósque reprehendit, qui confessiones illas suas avidè accepturi erant, desiderio vitæ alienæ cognoscendæ, cùm essent incurii & admodum negligentes suæ; neque etiam confitenti opem ferre possent. Quid hæc ad confessionem auricularem, eámque privatam? Sed ùt alibi, ita & hic solito utuntur Hæretici acumine. Patres dicunt: *Deo peccata esse confitenda: ergo Patres negant ea sacerdoti, suo tempore & loco, tanquam vicario Dei, patefieri debere. Patres dicunt, peccata publicè non esse aperienda: ergo privata confessio nullius est momenti. Patres dicunt, homines vulneribus animæ non posse mederi: ergo confessio nulli sacerdoti facienda est; neque enim peccatis mederi possunt, etiam ùt Christi vicem subeuntes potestatémque adepti ab illo, qui dixit: Quorumcunque remiseritis peccata, remittentur eis.* Hæ sunt Hæreticorum subtilitates.

Cano-

A Canones, quos ex Gratiano citas, exponit Gregorius de Valentia contra Kemnitium. Nisi profligaveris, quæ ille disserit, nullum verbum à me impetrabis, licèt millies vocifereris canonibus illis à Gratiano collectis, confessionem auricularem convelli. Nullus, nullus Canon est, qui confessionis necessitatem destruat. Ostende tu, si quid in te eruditionis, contrarium. Ostende, inquam, & argumentis mecum pugna, non sola asseveratione, quam nihili facio.

B Sed ut lector videat, quàm sis peritus canonista, peritiæ tuæ unum aut alterum specimen proponere lubet. Primum sit, & quidem valde luculentum, cùm verba Gratiani collectoris Canonum, pro ipso canone nobis offers. *Canone*, inquis: *Qui natus*, de pœnit. d. 1. *Cùm ergo ante confessionem, ùt probatum est, simus resuscitati per gratiam, & filii lucis facti, evidentissimè apparet, quòd sola cordis contritione sine confessione oris peccatum dimittitur.* Súntne hæc verba canonis? Quàm insulsus nugator es Misene? Quàm indoctus, qui nescias adhuc discrimen inter canones & verba Gratiani canonum collectoris: Canon, quem citas, bis pauculis verbis finitur: *Qui natus est ex Deo, non peccat.* Cui sua verba, explicationis caussa subjungit Gratianus. Verùm jam antea testati sumus: Gratianum in hac quæstione à vero aberrâsse. Tu cùm probare velis, quid Canones de Confessione sentiant, cur Gratiani verba adducis, quæ Canones non sunt, sed expositiones & connexiones, & ut sic dicam, vincula canonum?

C Pari seu candore seu peritia affers Canonem *Facilius*, cujus non sunt verba, quæ citas, sed ipsius Gratiani: hæc, inquam, verba: *Hoc idem probatur, auctoritate prophetica: in quacunque hora fuerit peccator conversus, & ingemuerit, vita vivet, & non morietur.* Súntne hæc verba Canonis, *Facilius*? An non sunt Gratiani? Disce priùs canones à Gratiani verbis discernere, & tunc ex canonibus argumentare. Quæ hæc seu impudentia seu inscitia, canones jactare, & tamen quid, aut quis sit canon, ignorare? Quam ignorantiam prodis quoque in Can. *Omnis:* Ex quo hæc verba depromis: *Non ergo in confessione peccatum remittitur, quod jam remissum esse probatur: Fit itaque confessio ad ostensionem pœnitentiæ, non ad impetrationem veniæ.* Hæc verba tam sunt Canonis, *Omnis*; quàm mea: Gratiani sunt, Misene, non Canonis. Aliud est Canon, aliud Gratianus. Canon his septem verbis absolvitur: *Omnis, qui non diligit, in morte manet.* Quæso, adi aliquem juris utriusque Doctorem; non ut te doceat intelligere: (nam de hoc omnis spes jam decollavit) sed saltem agnoscere canones.

D Glossa, quam hic citas, non est Glossa Canonis *Omnis*, sed glossa & interpres verborum Gratiani. Volebas, ùt video, ex improviso fieri Canonista; sed ùt ille Lu- E
cius tuus apud Lucianum ἀντὶ ὄρνιθος γέγονε ὄνος, ita tu loco canonistæ prodis nobis novus *onista*. Cur canones producis, quos ne agnoscis quidem? Cur tua glossa blaterat de glossis, cùm, quid interpretetur, minùs scias, quàm Lithus. Idem ingenium elucescit in Can. *Quis aliquando:* ubi rursus ignarus, quis Canon, quis Gratianus; verba Gratiani, pro ipso Canone allegas. Quis te canonum peritissimum esse abnuat, cùm canones vix nomine, facie profectò non noveris, & ex omnibus, quos citâsti, unum duntaxat sine errore citâris? Etsi vix sine errore: nam verba Gratiani cum Canone *Sicut*, confudisti, & quæ canonis non sunt, quasi canonis essent, recitâsti.

Sed mittamus jam canonistam nostrum, F
alia expendamus. Persuadere sibi nequit, Monachum illum, qui Ignatio & sociis persecutiones excivit, & maledico suo ore ingentes molestias creavit, fuisse *Lutherizantem*, seu prægnantem Luthero; quasi inauditum sit, Satanam inter filios Dei reperiri, & abominationem à Daniele prædictam in loco sancto stare. Quoties lupus in ovilia se insinuat, aut in ipsis etiam caulis concipitur, nascitur & adolescit; donec maturus prædæ quærendæ ex claustris in apertum prorumpat. Nihilne unquam audivisti de Ochino? Non infirmo Evangelii vestri firmamento?

Ais: *Michaëlis Hispani judicium de Lojola probo.* Non dubito, imò persuasus sum, nec G
vanis conjecturis: te etiam probare judicium Alexandri Ærarii de sancto Paulo, & Diotrepis de S. Joanne, & Celsi de Christo, & omnibus Apostolis, nullo excepto.

Pontificem pro tua modestia vocas *Dia-* H
boli vicarium. Ferendum convicium, quando à Diaboli mancipio proficiscitur: scripsi aliàs, mirum mihi videri, Hæreticos, & In Apologet. contra
præsertim Calvinistas adeò contumeliosis Lermæum.
verbis in Romanum Pontificem debacchari: cùm quando de Græco quopiam, eóque schismatico Episcopo aut Patriarcha sermo incidit, honorificentissimis Epithetis eos cohonestent, & quidem in *superlativo:* etsi eos etiam supra *superlativum* efferre contendunt, licèt in religionis capitibus toto cœlo dissentiant. Quocirca à quodam non ignoto Calviniano, Patriarcha Antiochenus, qui In lib. de emendat.
qui proximis annis cathedram illam tenuit, temp.
vocatur *venerabilis & doctissimus vir, vir perfectissimus, doctrina virtutúmque omnium absolutissimum exemplar: Vir summus, vir eximiæ doctrinæ, & probitatis. Vir summus & integerrimus, & optimis disciplinis excultissimus. Vir eximius. ὁ μακαρίτης Dominus Ignatius.* At si de Romano Pontifice mentio incidat, nullum honoris & reverentiæ Epithetum occurrit. Mens, lingua, manus, calamus, *Antichristum*, *Vicarium Diaboli*, *tyrannum* & centena talia intonant.

Bo-

A Bobadillam pede tuo metiris. Quod tu aliis in rebus agis, id eum fecisse suspicaris in hoc negotio Indico, ut simulato morbo pericula marium terrarúmque evaderet. Sed mens tua haud apta regula est cognoscendæ mentis Bobadillæ, quia tua est curva, obliqua, obstipa, atra: hujus recta, sincera, candida.

B A mendacio quòd te purgare niteris, laudo: sed dum purgas, rursum novo te contaminas. An enim ideo Ignatius à se, & suis salutem totius orbis pendere dixit: quia Legato Regis Lusitaniæ sex Patres in Indiam abducere cupienti, respondit: *Quid, Jesu bone, reliquo terrarum orbi relinques?* significavit quidem Ignatius, suorum opera, salutem proximorum procurari posse, atque adeò procuratum iri, sed nunquam ei in mentem venit; quasi ab illis ita salus pendeat, ut eorum humeris, tanquam Atlantibus incolumitas omnium mortalium nitatur, quod tu in scholiis tuis Ribadeneiræ per calumniam affinxisti.

C Somnium B. P. Xaverii de Æthiopè & Indis, explanavi per somnium Josephi. Quod Misenus ægerrimè ferens. *Vide*, inquis, *impudentiam horum hominum* (Miseni scilicet & Calvinistarum) *tantundem volunt fidei haberè suis fabulis, quantum debetur sacris Scripturis.* Nunquam petii à te, ut fidem fabulis habeas, imò gratissimum mihi esset & jucundissimum, si fabulis omnem fidem negares. Mox enim fabulator esse desineres; Secundò, nunquam petii, ut tantundem fidei habeas somnio Xaverii, quantum debetur sacris litteris. Scio, quid inter divinas & humanas historias intersit. Tantum tibi ostendi, quòd si Celsus aut Faustus esses, sicut revera es, eodem modo somnium Josephi exagitares: quo nunc somnium Xaverii irrides; & cùm jam somnia nonnulla, quæ in Macchabæorum libris leguntur, tanquam Calvinianus, irrideas, mirum non erit, si ulteriùs procedas, & ad somnia in Genesi scripta, sannas & dentes tuos transferas.

D Quòd de Paulo III. ais, te Balæo & Schleidano credere, id antea satis sciebam. Apperunt labra similes lactucas. Mihi concedis Onuphrium & alios. Valde metuebam, ne mihi mei historici, sine tua concessione, eriperentur. De Balæo tuo & Schleidano, aptissimè dici potest, quod Photius in sua bibliotheca scripsit de Philostorgio Historico Ariano: ἱστορεῖ δ' ἐναντία σχεδὸν ἅπασι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἱστορικοῖς. ἐξαίρει τοὺς Ἀρειανίζοντας ἅπαντας, λοιδορίαις πλύνει τοὺς ὀρθοδόξους. ὥστε εἶναι τὴν ἱστορίαν αὐτοῦ, μὴ ἱστορίαν μᾶλλον, ἀλλ' ἐγκώμιον μὲν τῶν αἱρετικῶν, ψόγον δὲ γυμνὸν καὶ κατηγορίαν τῶν ὀρθοδόξων. *Scribit omnibus propè Ecclesiasticis historicis contraria. Arianos* (Lutheranos & Calvinianos) *ubique extollit. Orthodoxos conviciis proscindit, ut historia illius non sit tam historia, quàm Hæreticorum encomium; mera autem reprehensio & accusatio Orthodoxorum.* Nihil aptius in Schleidani historiam dici potest.

E

F De eodem Philostorgio idem Photius. ἔστι δὲ ἀνὴρ ψευδολόγος τε καὶ οὐδὲ μυθολογίας ἀπεχόμενος, ἐξαίρει δὲ ἐν μὲν λόγοις μάλιστα ἀέτιον καὶ εὐνόμιον μόνους ἀνακαθᾶραι τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα τῷ χρόνῳ συγκεχωσμένα τερατευόμενος. *Est vir mendax, neque à fabulis abstinet. Maximè verò celebrat Aëtium & Eunomium; hos solos pietatis dogmata tempore defossa & obruta repurgâsse prodigiosè mentiens.* Quid aliud Schleidanus de Luthero, Bucero, & aliis nostri ævi Aëtiis & Eunomiis?

G Cunctatio Cardinalis Guidiccionii Societati nihil obfuit, quin multum profuit. Verè & eleganter S. Prosper. *Gratior est fructus, quem spes productior edit, ultro objectorum vilius est pretium.* Verè etiam sanctus Gregorius Nazianzenus. *Nulla res magna probationis atque explorationis est expers. Natura enim ita comparatum est, ut res humiles & abjecta facili labore; res autem sublimes & excelsa, non nisi summo studio & difficultate pariantur.*

S. Prosper carm. de divinis scriptur. Nazianz. orat. ad Doarenses.

CAPUT V.

Refutatio calumniarum in duo postrema capita libri secundi.

H Ne calumniandi artem desuetudine obliviscatur noster Misenus, ante omnia, convicia in Romanum Pontificem jaculatur, *Archipiratam* eum appellitans. Videtur mihi Misenus, ùt olim Balaam à Balae stipendio conductus, ut Pontifici & Jesuitis maledicat. Quis conduxit, nisi Calviniana Hæresis? *veni*, inquiens, *& maledic* Pontifici: *propera & detestare* Jesuitas. Num. 53.
Nec tamen frenat Deus effrenem Calvinistæ linguam, ùt olim Balaam, sed permittit, ut maledicta intonet, eo modo, quo olim sivit, ut Semei contra B. Davidem petulantem linguam exsereret: quò maledictiones in benedictionem commutandi materiam haberet. Vocat Lucianus podagram κωκυτοῦ τέκνον *filiam Cocyti*, ἣν ταρτάρου κευθμῶσιν ἐν βαθυσκίοις μέγαιρ' ἐριννὺς ἐξεγείνατο, μαζοῖσιν ἐξέθρεψε, καὶ πικρῷ βρέφει εἰς χεῖλος ἐστάλαξεν ἀληκτὼ γάλα: *quam tenebrosis in antris Tartari, Erinnys Megara genuit, & Alecto uberibus enutrivit, lacte in labra odiosi infantis instillato.* Rectiùs hæc hæresi Calvinianæ attribueris vel propter solas calumnias, quas in omnes hominum status & gradus, præsertim Orthodoxos, fundit. A quo enim tantam maledicendi & criminandi furiam suxit & traxit, nisi à patre Diabolo; omnium calumniato-

rum principe; & à matre Domina Furia Megæra: & à nutrice Alecto?

A Accusas nos rapinæ. *De rapinis vestris*, inquis, *consulite ipsos Canonicos.* De nostris rapinis, quod verè narrent, nibil, sat scio, suppetet: de vestris, qui vivitis ex rapto, si memorare inceperint, finem nullum invenient. Integra Ilias texenda erit. *Antè diem clauso componet vesper Olympo*, quàm vel millesimam partem percenseant.

B Divitiæ nostræ magnæ sunt, sed in tua phantasia, non extra: scis ex doctrina Epicteti, *eorum, quæ sunt, quædam esse intra hominem, quædam extra:* prioris generis est opum nostrarum magnitudo; quæ in opinione vestra sita; non autem in reipsa; nam alicubi vix est, unde se nostri alant: alicubi proventus habent, uode frugaliter vitam tolerent. Si quibusdam in locis vectigal annuum, liberalitate Principum, largius est & majus, quàm tibi placeat, suadeo, ut oculos & cogitationem ab bujusmodi collegiis avertas, ne te crucient. Certius medicamentum non novi, quàm avocationem animi à re, quæ te molestat, quando rem ipsam amoliri non licet.

C Sed nunc etiam origioem Persicæ nostræ gazæ pandis. Ais. *Hispanos, quæ in direptione Antverpiensi rapuerunt, societati testamento legâsse.* Fortè cùm testamentum illud condebatur, tu aut Notarius, aut testis eras: aliàs tam probè non nôsses, quò præda illa pervenisset. Ego, quia testamentum illud nuoquam vidi, de eo quod dicam, non habeo: neque enim ea sum felicitate, ut, quæ neque sunt, neque fuerunt, neque erunt, sciam: &, quasi sciam, venditem: Tibi bæc felicitas obtigit, ut testamentum, nusquam, nisi in malesano tuo cerebro conditum, quasi Antverpiæ conditum fuerit, cernas. Tam lynceus ego non sum, ut, quid tu in imaginatione tua ludicra architecteris, intueri valeam. Quo fit, ut neque bullas illas in- D dulgentiarum videam, quas tu Romæ scribi, & ab Hispanis In India carò Indis vendi, partémque pretii ad Jesuitas semper derivari scribis. Narrationem hanc ex tui capitis idolotheca deprompsisti: aut fortè ab aliquibus hæreticis mutuatus es; qui oisi de indulgentiarum nundinationibus nugarentur, sæpe noo baberent, quo heroa suos mæstiores exbilararent; sibique dapes, & quidem aliquando menstruales, his melioribus dictis compararent. Nimis jam vulgata sunt hæc coovicia Misene. Nimis contrita. Alia afferas oporter, si focom facere lectori cogites. Unica negationis litura bæc omnia expuoguntur; tu qua ratione probabis, nisi ea, qua asseris, boc est, nulla; aut si ulla: frivola & vana? Si, cùm rationem reddere nequis, testes postulemus, dabis teipsum, aut Calvioistam quempiam. Verùm apud rectè sentientes viget adhuc E lex Francica, perquam vetus, quæ ait, eos, *qui falsam fidem habent*, boc est, Lutheranos (Lib. 5. leg. Francic. c. 182.) & Calvinianos, *non posse esse testes.*

F Quòd me ad Georgium Dousam ablegas, ut videam, quid de Legatione Alexandrina ad Clementem VIII. sentiendum sit, nimis serò ablegas. Legi dudum. Sed jam leguntur etiam illa, & multorum manibus teruntur, quæ superiori anno procaci Calvinistæ respondi (In Apolog. contra Lernæum.), leguotur, inquam, non sine admiratione impudentiæ Calvinisticæ: Lege & tu, & tuum syncalvinistam defende, sed veritatis clypeo, non mendacii scuto. Ais, *esse, qui Ruthenicam quoque legationem fabulosam esse testeutur.* Non dubito. Quia insanus quidvis testari potest, etiam meridie solem non iucere, uoctúque lucere. Et quò quis amentior est, eò est ad hæc, & id genus alia, testificanda apoor.

G Gynecæa, de quibus hîc deliras, relinquimus illis, qui docent, *castitatem servatu esse impossibilem*: qui si quando ad Gynecæa verba faciant, longè aliter id faciunt, quàm soleant Religiosi cum S. Paulo, qui coram (Actor. 24.) Felice & Drusilla uxore ejus *de justitia, castitate, & de judicio futuro* disputans, vi & energia sua, vehementissimè Felicem permovit, *tremefactus est* enim *Felix.* Quis Prædicantium dimisso illo, *crescite & multiplicamini*, concionatur unquam de castitate: & quos motus, finito sermooe, in auditricum suarum mentibus excitant, nisi illum virginis vestalis: *Felices nupta;* aut illum Catulliaoum: *Hymen ô Hymenæe. Quid datur à Divis hac fausta optatius hora?*

H Ais. *Ministros vestros non esse Apostolos.* Nibil verius, Misene; Apostoli non sunt, nisi ejus, qui *tanquam leo circuit, quærens, quem devoret*; ab isto mandatum boc acceperunt. *Ite in orbem.* At quòd ministros uni loco, tanquam Zoophyta alligas, iniquè facis: Cur enim more Ducis sui non obeant orbem universum, Evangeliúmque Lemannicum & Saxonicum gentibus, etiam remotissimis, aoouncieot? *Debent*, inquis, *curam gerere Ecclesiarum, quarum inspectio ipsis commendata.* Ut maximè ipsi ab Ecclesiis, præcipuè domesticis, boc est, uxore & liberis (quorum inspectiooem & superintendentiam ipsi sibi commeodant) discedere nequeant, cur non mittunt illos, quibus nulla adhuc Ecclesia commissa? Quantum distant à Magistro & Episcopo suo, qui à Domino interrogatus, *Unde venis?* Respoodit: *Circumivi terram, & perambulavi eam.* (Job. 1.) Sed ignosco; quò pestis minùs diffunditur, eò melior & tolerabilior reputatur. Non Hæreticorum, sed Orthodoxorum est universum terrarum orbem, Evangelii propagandi & amplificandi gratia, peragrare. Genius sectariorum intra angulos triumphat, & illa se jactat in aula. Quod olim faciebaot Catholici, id & bodie præstant. *Quidam hoc unum sibi desumpserunt negotium*, inquit

A quit Origenes, *ut obambulent non modò per oppida, sed vicos etiam & villas, ut alios quoque ad pietatem verúmque Dei cultum pertrahant.* Nec objici potest, *eos lucri causa id facere, quando sæpe recusant accipere victui necessaria, & si fortè huc interdum coguntur præ inopia, præsenti tantùm usu contenti sunt, etiamsi non desit multorum ultronea liberalitas plura largiri cupientium.* Hæc Origenes.

Orig. lib. 3. contra Celsum.

B Quòd scribis, Turcis Christianam fidem persuaderi non posse, *propter invocationem Mariæ, Petri, Pauli, adorationem Panis, venerationem imaginum, crucis, salem & sputum in baptismo adhibendum, & ob id genus alia,* id non injuria à vero alienum accuratiùs consideranti videri posset. Si enim hæc essent impedimenta, quò minùs Christianam religionem amplecterentur, tunc multò libentiùs & citiùs vestram, aut Lutheranam amplecterentur: quia hos obices, & has remoras diligentissimè amovistis. Dic ergo Misene, quot Turcæ à condito Calvinismo ad vestra castra transiêrunt? quot ad Lutherana? Longè credibilius est, plures vestri gregis transtulisse se ad Turcas, quàm Turcas ad vestram perfidiam.

C Nunc quod Juppiter Gamelius seu Nuptialis feliciter evenire jubeat, ventum est ad nuptias Lutheri, ad quas humanissimè me invitas: & quia diu jam factum est, cùm non fui in nuptiis, inhumanus essem, si humanitate tua non uterer. Veniam itaque, nec sine munere: *Hic dies verè mihi festus atras eximet curas: Adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona Juno:* Sed tu cave, ne ubi mero incalueris, rixari incipias, more Lapitharum & Hippocentaurorum, qui quas turbas in nuptiis quibusdam Lutheranis dederint, vix te tam insignem Lapitham ignorare puto. Memineris illius. *Natis in usum lætitiæ scyphis pugnare Thracum est, tollite barbarum morem, Lutheranúmque Bacchum sanguineis prohibite rixis.*

D Ais: *De nuptiis Lutheri amicè tecum disseram.* Ita decet, in nuptiis omnia sunt amica. Etiam inimicitiæ vertuntur in amicitias. *Affers,* inquis, *nescio quam legem Joviniani, de qua viderint Jurisconsulti.* Si tu, mi nescio quis, nescis illam legem Joviani seu Joviniani Imperatoris (nam tuus Jovinianus Monachus refuga talem legem non tulit, sed ex diametro repugnantem) quare non discis; & necesse non esset usurpare illud tibi solenne *nescio quam legem:* aut si contemptus gratia usurpares; tum totam Jurisperitorum nationem, quibus auctoritas codicis Justinianei adhuc est cordi, in te concitares. Lex, quam tu vocas, *nescio quam*, extat lib. 1. codicis titulo de Episcopis & Clericis, & capitalem sententiam decernit, non modò in eum, qui monialem ducit, ùt fecit Lutherus, sed & in eum, qui tantùm ducere tentat. Similis Lex reperitur lib. 5. legum Francicarum cap. 233. & eadem lex Joviani relata est in Juris Canonici volumen, & in codicem Theodosianum Justinianeo vetustiorem: Jam ergo tute perpende, si Jovinianus, si Theodosius, si Justinianus Imperatores invitati fuissent ad nuptias Lutheri & Bothæ, Monachi & Monialis: quænam dona secum attulissent; lex ipsa loquitur. Accinuissent etiam illud: *Nulla domus tales unquam contexit amores; Nullus amor tali conjunxit fœdere amantes. Currite ducentes ad spicula currite fusi.*

E de pœn.d.1.

De pœnit. d. 1., Lib. 9. cod. Theod. tit. 25. leg. 2.

F *Viderint*, inquis, *Jurisconsulti.* Aliis quoque interdictum non est, præter Jureconsultos, ut nuptiarum Lutheri sint spectatores, perpendántque, quàm cum legibus, non dicam Canonicis, sed & civilibus pulchrè conveniant. Utinam verò Jureconsulti Calviniani & Lutherani legem illam considerent, quæ vel sola satis est ad hoc, ut Lutherum detestentur, tam sacrilegum tantæ legis tantorum Imperatorum legirupam. Nec opus, ut Theologicè rem examinent. Examinent juridicè. Assentiantur suo juri, & Luthero multam salutem dicent. Jus non adversatur fidei, quia & fides jus est, etsi divinum, non humanum. *Theologicè*, inquis, *tecum agam:* sermo est de lege Imperatoria, non de Theologica, de illa mecum age, non de hac: Et qui tu Homeri interpres, Theologicè ageres? Audiamus tamen Theologicum agentem in rebus. *Habuitne jus Jovinianus vel Justinianus mutandi leges divinas?* Pulchra quæstio, quam paucis verbis expedio, cùm dico, neutrum habuisse jus leges divinas mutandi. Quid vis ampliùs?

G *Apostolus ait, melius est nubere, quàm uri.* Ergo Lutherus Monachus benefecit docendo Borram Monialem, & Borra Monialis benefecit ducendo Lutherum Monachum: Melius est nubere, quàm uri: ergo malè fecit Jovianus, & alii Imperatores, quòd passi non sunt, ut Monachus Monialem duceret, & incendium excitatum extingueret. Melius est nubere, quàm uri: ergo quàm primùm Dea *stimula* aut *salacia* te exagitârit; monialem ducito, ne uraris. Melius est enim nubere, quàm uri, tentationes carnis experiri.

H *Hoc Apostoli dictum*, inquis, *prætulerim omnibus omnium Imperatorum legibus.* Ego etiam, si hoc esset Apostoli dictum, *Melius est nubere, quàm uri*, id est, Monachus potest jure & licitè Monialem ducere: ostende mihi hæc verba in Apostolo tanquam prioris sententiæ interpretamentum, & in sententiam tuam concedam. *Sed heus tu, mi Gretsere, quid tandem putas causæ fuisse, cur conjugium Christi Ministris sit ademptum?* Potiorem rationem, mi Misene, non novi, quàm illam, quæ his verbis indicatur ab Apostolo: *Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est, quæ Domini sunt, quomodo* 1. Cor. 7.

A *placeat Deo: Qui autem cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est.* Hæc videtur potissima & primaria fuisse causa: si nôsti potiorem, candidus imperti.

B *Ego*, inquis, *sollicitè de hac re cogitavi.* Fortè post aliquas nuptias, his, de quibus amicè sermocinamur, non absimiles. *Præcipuam*, inquis, *causam inveni.* Oro te, in quibus Topicis? Non in Paulinis, sed Philippicis aut Ramæis; *Potest fieri*, inquis, *ut errem, te judice.* Imò non modò me, sed & quovis intelligente, judice, fieri potest, ut erres, qui toties jam à scopo aberrâsti, & conjectando te Deum Stoicum esse demonstrâsti: *Qui*, ùt ait Seneca, *nec cor, nec caput habet.* Etsi non est, quòd te dicas errare posse: dum te hoc posse dicis, erras: non enim causa cœlibatus Ministris Ecclesiæ indicti est μεθοδεία, *& compendium Sathanæ*, ùt tu blasphemas, sed illa, quam ex Apostolo antea recitavi. Ais: *Esse doctrinam dæmoniorum, si quis nubere prohibeat:* Audiant Jurisconsulti, quid Misenus iste effutiat. Lex, quæ prohibet, ne quis (præsertim Monachus) ducat Monialem, lex est diabolica: Cujus judicio? Judicio Miseni, quem ipse Cacodæmon conduxit, ut saluberrimam illam legem oppugnet; & furioso ore proscindat: *Putidum est*, inquis, *quòd hæc verba 1. Timoth. 4. nonnulli ad Tatianum, Montanum, & Encratitas referunt.* Anne puti-
C dum, quod omnes sancti Patres faciunt? Nomina enim vel unum, qui non fateatur, Apostolum prophericè locutum esse de prædictis, & id genus aliis Hæreticis, qui matrimonium, ùt illicitum & spurcum universim damnabant & repudiabant: quæ mens nulli Orthodoxorum. Matrimonium enim non damnant, sed conjunctionem funestam eorum damnant, qui se conjungere tentant, cùm matrimonio jungi nequeant: eorum, inquam, qui turpitudini suæ speciosum matrimonii nomen prætexunt, cùm sint scortatores, non conjuges. Quòd si nullus à matrimonio arceri potest, permitte ergo, ut, si quis Ammon sororis suæ Thamar desiderio ardeat, eam ducat.

D *Quid respondes*, inquis, *ad Apostolicum Canonem, qui vult ministrum eligi unius uxoris virum; filios habentem subditos & morigeros?* Quid responderem, nisi hoc, Apostolum non præcepisse, ut, qui Ecclesiæ minister futurus est, uxorem aut habeat, aut ducat; aut si nec habeat, nec ducat, ad ministerium Ecclesiasticum ineptus judicetur; sed ut nullus eligatur, qui sit digamus, hoc est, qui aut viduam, aut duas seu plures uxores habuerit, sed ut monogamus tantùm fuerit: quo tamen non prohibet, quò minùs eligi possit, qui à matrimonio perpetuo abstinuit. Quòd si necessarium est, ut minister Ecclesiæ uxorem & filios morigeros habeat; cur aliquando ordinatis Prædicantes, qui E
necdum uxores habent aut filios: Etsi impensè elaborant, ut utrumque ad ministerium afferant, sed tamen fit interdum, brevi saltem tempore, ut Prædicantium quispiam nec uxorem, nec filios habeat. Quid faciunt uxores aut filii ad Evangelium? Quid si filii sint nauci, dicto non audientes, præfracti, ganeones, helluones, num ideo parens à ministerio rejicietur; quia ex Apostolico præcepto non habet filios subditos & morigeros?

Adhæc, cùm Apostolus velit, ut Mini- F
ster Ecclesiæ sit unius uxoris vir, cur toleratis illos Prædicantes, qui tertiam, quartam & quintam uxorem ducunt? Quid respondes ad Apostolicum Canonem? An qui tres quatuórve uxores duxit, unius uxoris vir est? Locum Clementis, si notâsses, mihi rem gratam, & tibi honorificam fecisses. Reperi tamen lib. 3. Stromatum, qui nihil ad nos; ad illos enim pertinet, qui matrimonium à fornicatione non distingui, & à diabolo traditum & introductum docebant. Anne hæc Catholicorum est sententia?

Conjugium, inquis, *Lutheri, si per se con-* G
sideretur, reprehendi non potest, quidquid dicat vel Jovinianus vel Justinianus. Bona verba, Misene, placidè & modestè. Memineris litem tibi contractam cum Imperatoribus, in quos scribere non tutum: quia possunt proscribere; nec consultum lacessere, ne jubeant te facessere. Conjugium si per se consideretur, reprehendi non potest, quia à Deo institutum, & à Christo Domino inter Sacramenta novæ legis relatum est: neque quidquam aut Jovianus aut Justinianus contra matrimonium, si per se consideretur, dixit aut edixit. At si conjugium Lutheri consideretur, ùt Lutheri Monachi, & Borrhæ monialis; sic non nisi æquivocè conjugium est: sicut si quis conjunctionem fratris cum sorore conjugium seu matrimonium appellaret: & hac ratione non modò reprehendendum, sed & execrandum est, tanquam sacrilegium sub honesto matrimonii tegumento delitescens, hócque intuitu Imperatores hujusmodi conjugium per constitutiones suas exterminârunt, talique marito debitam mercedem constituerunt: capitis videlicet supplicium.

Pluris facio, inquis, *leges divinas quàm hu-* H
manas. Ego etiam: sed ostende mihi legem divinam; cui lex illa contra monialium nuptias adversetur. Profers istam; *Melius est nubere, quàm uri.* Primùm, nulla est hic lex. Secundò, quæ hæc consequentia? Melius est nubere, quàm uri: ergo Lutherus voto castitatis obstrictus, rectè egit, quòd sibi connubio putaticio junxit Monialem eadem voti religione obstrictam. Tertiò: si lex illa Joviani & Justiniani erat contra legem divinam, cur nemo orthodoxorum restitit?

Cur

A Cur nullus Episcopus legem hanc, ùt iniquam, repudiavit? Cur omnes obmutuerunt, & tanquam saluberrimam constitutionem legíque divinæ maximè consentaneam approbârunt? Ubi tunc erant Lutherani & Calviniani? Cur non prodiêrunt, & tanquam Protestantes adversùs legem istam protestati sunt? Signum certè est, vos eo tempore nondum fuisse genitos: Nam illa fides censebatur tunc orthodoxa, quam sequebatur Jovianus & Justinianus, quando hanc legem tulerunt. At luce clarius est, hanc non fuisse fidem Lutheranam aut Calvinianam, cui quid magis adversum, quàm ut si quis Monialem, aut Diaconissam ducat, supremo supplicio afficiatur? Et certè Justinianus aut Jovianus tam parùm Lutherani & Calviniani fuerunt, quàm parùm tu Catholicus.

Vide L. raptores eod. de Episc. & cler. Vide Novell. 6.

B *In modo*, inquis, *nuptiarum Lutheri, aliquid desiderari potuit.* Submissè, Misene, & in aurem, ἵνα μὴ πευθοίαθ' οἱ ἄλλοι. Væ tibi, si quid in modo tam sancti conjugii te desiderare intelligant. Rectè tamen desideras, non tantùm aliquid; sed & aliqua, & inprimis hoc; ne Monachus Monacham, ne votivus votivam, ne Legibus humanis & divinis repugnantibus, ne tanta inverecundia & petulantia, ne tanto etiam Hæreticorum quorundam, scandalo. Illud item immodicum fuit: quòd usum scelerati conjugii multis diebus antevertit: ídque publicè impudentissimè testatum reliquit.

C *Lutherus*, inquis, *ex Moniali honestam conjugem fecit.* Non magis, quàm Ægysthus ex Clytemnestra: aut Herodes ex Herodiade: Ex Monacho & Moniali non fiunt conjuges, sed funesti scortatores, & quidquid inde nascitur, non est fructus, sed sacrilegium.

Nunc pro amicitia, quam mihi 'initio pollicitus es, dimittis me in pace his verbis: *Abeas igitur cum tuo Joviniano & Justiniano, tu, inquam, qui Theologus es, & quære, quid Apostoli dicant; quas illi leges ferant.* Quòd Jovianum & Justinianum (cùm hanc legem probârunt) meos vocas, gratias habeo, quas debeo. Mei sunt, non tui: hoc est, Catholici, non Calviniani aut Lutherani, deinde jam dudum quæsivi, quid Apostoli dicant, & quas leges ferant; Nec aliud invenio, quàm eos, qui primam fidem irritam faciunt, *damnationem habere, & retro post satanam converti.* Cùm igitur Lutherus & Bortha primam fidem irritam fecerint, nihil aliud ex Apostolorum doctrina colligere possum, quàm eos in diaboli laqueos incidisse, & tandem ad inferos præcipitatos esse.

D Ægrè fers, quòd Costerus scripsit, sacerdotem, si matrimonium contrahat, graviùs peccare, quàm si fornicetur, aut domi concubinam foveat: tametsi gravi sacrilegio sese obstringat. *Quid hoc rei est; inquis, si fornicatio matrimonio honestior, cur non eam inter sacramenta refers, excluso matrimonio?* E
Non tu tantùm in hæc Costeri verba, sed & alii Hæretici rabulæ impingunt; nominatim Lutheranus quidam præco, qui hæc verba tanquam portenta quædam exagitat. Sed meminisse debes, Misene, túque inepte Prædicans, Matrimonia sacerdotum & Monachorum æquivocè tantùm, hoc est, solo nomine matrimonia esse, reipsa autem fornicationes. Comparando igitur hujusmodi scortationem sub honesto matrimonii titulo delitescentem, cum illa, quæ turpitudini suæ conjugii nomen non prætendit; rectè asseritur, illam esse longè deteriorem, quàm hanc, tum ratione publici F
scandali, ùt alibi me dicere memini, tum quia sacerdos nuptias contrahens, palàm Ecclesiæ, cui se penitus consecrârat, nuncium remittit; tum quia talis plerumque impudentiùs & obstinatiùs peccat, putans sibi licitum, quod minimè est licitum, conjugiúmque vocat, & hoc nomine culpam prætexit; sed Lutherani & Calviniani spermologi dictum illud Costeri, & aliorum Catholicorum ita proponunt, quasi matrimonium sacerdotum sit verum, concessum & legitimum matrimonium, eóque legitimo & concesso matrimonio scortationem & concubinatum minùs flagitiosum esse doceant; quæ non est nostra mens, sed Prædicantium mendacium.

In refutat. hist. Ord. Jesuitici.

Porrò ut commentitiam Udalrici de cælibatu epistolam defendas, novum nobis Episcopum Augustanum creas, Huldericum nomine, nec satis compertum habeo, quis tibi copiam fecerit creandi tuo, paucorúmque aliorum suffragio, illum præsulem, qui fortè nunquam extitit, aut si extitit, Episcopus Augustanus non fuit. Sed singula sigillatim inspiciamus. Ais: *Ad epistolam Hulderici Episcopi Augustani quod attinet, ablegat me ad Bellarminum, & ad auctorem quendam anonymum, quasi non omnes in uno ludo educti essetis.* Nec ad Bellarminum, nec ad Auctorem tibi Anonymum; mihi verò, alíísque literarum amantibus ob summam eruditionem nominatissimum, ablegavi te, ut duntaxat audias, quid asseverent; sed ut attendas, quid probent, quibúsque argumentis vanitatem epistolæ illius redarguant. Cur non refutâsti, si eorum argumenta tibi non probabantur, & si earum virium es, ut refellere queas. G

In eodem, inquis, *ludo educti sunt:* ergo superfluum fuerit firmamenta, quibus nituntur, penitiùs perspicere & cognoscere velle. Ita est, in ejusdem Ecclesiæ Catholicæ gremio educti & edocti sunt. Sed num tu ideo adversariorum argumenta vilipendenda, etiam antequam cognoscas, arbitraris; eò quòd diversæ sint originis & institutionis? Verùm ne penitus obmutuisse videaris, H

A tis, probationibus Bellarmini & Anonymi oppoois auctoritatem, & quidem Pootificis Æneæ Sylvii, qui, Huldericum Episcopum Augustanum, Nicolao Papæ cælibatum introducenti restitisse fatetur. Sed cur dissimulas, quid ad hoc testimooium editor vitæ S. Udalrici responderit? *Objiciunt*, inquit, *Æneæ Sylvii auctoritatem, qui Pontificem ab Udalrico de concubinis reprehensum scripserit. Primum, vacillans illa lectio; neque omnium codicum fides hæc verba tuetur: deinde ut genuina sint, malitia intellectum ejus valde mutaverit necesse est; qui ad impudentem epistolam, quàm ad insignem puritatis & castimoniæ laudem, qua Udalricus per omnem vitam clarus habitus, referre malit.* B *Vixit ille ævo Joannes XII. Pontifex, Alberici Principis Romæ viri filius, fratrem etiam Albericum habuisse, vetustus auctor scriptum reliquit; Hic cùm nulla dignitatis ratione habita, sese libidinibus palàm quodammodo mancipandum traderet, adeò quòd publicè etiam fœminas tenebat (eo nomine concubinas Archiepiscopi Consentini chronicon barbarè designat) frequenter per Imperatorem & Clerum de sua correctione est admonitus. Quæ id nimirum spe religiosus Princeps fuerit aggressus, ejus apud Luitprandum Ticinensem verba ostendunt, Facilè bonorum immutabitur exemplo virorum: Spero, cum objurgatione honesta, suasione liberali, facilè ex illis sese emersurum malis. Jam cùm Udalricus vitæ sanctimonia & auctoritate insigni, gratia apud Ottonem summa, Romæ crebrò versatus, Alberico familiariter usus fuerit (liquent enim hæc omnia ex historia, quam damus) quid sit, cur non eum potissimùm isto officio adversùs Joannem functum esse, eòque Æneæ verba, si is tamen illa unquam scripsit, pertinere credere debeamus?* Hæc Anonymus verè & doctè: Præsertim, cùm Æneas nec Nicolai, C nec epistolæ ad Nicolaom mentionem faciat, neque etiam, ùt fiogis, dicat: *Huldericum Nicolao Papæ cælibatum introducenti restitisse*; Sed tantùm, Pontificem ab Udalrico de concubinis fuisse repreheosum; quod ad epistolam illam & ad Nicolaum referre, nihil necesse, ùt clarissimos meus Anonymus rectè demonstrat. Verba Sylvii, si tamen omnia Sylvii, hæc suot: *Transimus Campidenam & Memmingam illustria oppida, Augustam Vendelicam: Sanctus Udalricus huic præfedit, qui Papam arguit de concubinis, ad Lycum fluvium jacentem. Haud facilè invenies, quæ civitas altera superet, sive nitorem urbis, sive populi & cleri divitias, & reipublicæ formam contempleris.* Hæc Æneas, ubi manifesta glossematis, & quidem incommodè inserti, vestigia. Quis enim ooo videat aptiùs cohærere; *Augustam Vendelicam ad Lycum fluvium jacentem*; quàm si interponaotur, illa de S. Udalrico.

Æn. Sylv. Apol. ad Maijerum. Præfat. ad clerum Augustan.

Absunt ea verba ab edit. Rom. anni 1584.

Fragment. hist. Aquitanicæ.

Luitpr. lib. 6. cap. 6.

D Præterea, ut maximè Æneas Sylvius epistolam illam commentitiam, pro non spuria habuisset, taoti tamen ejus noo est auctoritas, ut propter illum veritas sit deserenda. At Æneas Pontifex fuit: sed tum, E cùm hæc scripsit, si scripsit, fortassis Pootifex noo fuit? Quòd si jam Pootifex hæc scripsisset, quid inde cooficeres? Noo omoia Pootificum dicta, sunt oracula, certa, indubitata, creditu omoibus necessaria; sed ea duntaxat, quæ pontificia auctoritate instructi uoiversæ Ecclesiæ credenda proponunt: Moostra oobis, Misene, decretum, quo maodàrit Æneas Sylvius epistolam illam, ab omnibus, tanquam à S. Udalrico Episcopo Augustano exaratam, admitti & coli; nostrúmque judicium libenter ad Æoeæ judicium accommodabimus. Io oebulam igitur abit illa tua criminatio. *Quæ hæc est impudentia vestra, qua audetis, ipsorum Pontificum auctoritatem profligare, quorum mancipia abjectissima estis.* F Noo profligamus Pootificis auctoritatem, ùt tu profligatè comminisceris; quia Æneas Sylvius oec Pootifex, nec ùt Pootifex hoc dicit, quia ante Pontificatum scripsit, si scripsit; & scripsit, ùt historicus, qui decipi & errare potest. Nec magìs Pontificiam majestatem in Ænea Sylvio aspernamur, rejiciendo hanc sententiam, quàm Theologi, cùm refelluot opiniones quasdam scholasticas Adriani, quas habet io *Quodlibetis*, ùt vocant, & io commentariis io Magistrum; aut Canonum periti, cùm Inoocentii quasdam sententias improbaot: & tamen uterque Pontifex fuit; ille hoc oomine sextus: hic quartus, & neuter sua illa placita, ex Pootificia, sed ex privata, qua quivis doctor pollet, auctoritate & potestate deprompsit. Quare si veritatis regulæ minùs videaotur consona, meritò verioribus sententiis postponuotur, sioc ulla impudentiæ nota. G

Ab Ænea transis ad Onuphrium; *Onuphrius*, inquis, *in Chronico Ecclesiastico, Coloniæ edito, constituit Huldericum Augustanum Vendelicorum Episcopum sub initium Pontificatus Nicolai anno DCCC. LIX. Anonymus autem tuus Udalricum suum natum esse fatetur anno DCCC. XC. & Augustanum Episcopum factum anno DCCCC. XXIII. Alius igitur ab Udalrico Huldericus. Et sic non ego mentior, sed tu cum tuo Bellarmino, & Anonymo.* Hæc tu: sequentia meus Anonymus rerum Augustanarum loogè quàm Onupbrius scientior, quippe in ludo Augusti eductus. *Miserum refugium ad errorem Panvinii, qui quidem manifestus. In* H *catalogo Episcoporum Augustanorum præter S. Udalricum, nullus neque Udalricus, neque Huldericus est.* Hæc illc cootra postremam editionem catalogi testium veritatis, ubi calumniatores Hæretici io aoonymum ὀνομαστότατον & εὐδοκιμώτατον hæc. *Anonymus nuper edidit vitam S. Udalrici Augustanorum Episcopi, & in præfatione Hulderici epistolam ad Nicolaum pro sacerdotum conjugio discerpit. Sed audiat modestus homo Onuphrium Panvinium, Monachum Augustinianum, qui in Chronico Ecclesiastico Coloniæ edito pag. 79. constituit Uldericum*

A *ricum Augustæ Vindelicorum Episcopum, sub initium Pontificatus Nicolai anno DCCC.LIX. Anonymus autem Udalricum suum natum esse fatetur, anno DCCC.XC. & Augustæ Episcopum ordinatum anno DCCCC.XXIII. Alius igitur est ab Udalrico Huldericus, cujus epistolam neglectis Anonymi conviciis, adscribimus.* Hactenus Hæretici.

B In quos simul & io te Anooymus meus: *Majentum tuum & ego vidi. Quàm ineptum illud, Huldericum ab Udalrico distinguere? Quod item postrema editio catalogi testium veritatis priori duplo auctior, cum insectatione anonymi editoris vita Udalriciana habet. Et fortasse alii quoque. Circumspectior Achilles Gassarus, homo, si quis unquam fuit, Pontifici infensissimus, adeò, ut filio nomen Luthero esse voluerit, qui in historia Urbis Augustanæ, quam minister quidam Hæreticus in vernaculum sermonem transtulit, cum decimum quartum Episcopum Udalgerum, Adalgerum sive Olgerum nominâsset, subjungit, Anno Salutis DCCC.XLVIII. vel circiter, Udalgerus, Adelgerus, Olgerúsve decimus quartus Pontifex Augustanus cleri & populi electione fit, ac sedens annis XVI. emolumenta non parva posteris in eadem dignitate hic reliquit. Cumprimis autem Nicolai I. Pontificis Romani impiissimo decreto, quo is Sacerdotum connubia per Germaniam, satis indiscretè prohibebat, Canonica epistola satis viriliter restitit. Ea epistola hodie S. Udalrichi nomine perperam circumfertur.*

C *Bruschius, qui fuit Gassari amicissimus, hunc etiam Udalgerum inter Episcopos Augustanos refert, ante S. Nitgarium sive Neodegarium. Ex cæteris verò catalogis, quos ego quidem viderim, omnibus exulat. Quorum, opinor, omnium vetustissimus, qui in vetusto codice monasterii S. Udalrici habetur, quippe scriptus circa annum Christi M.LXIV. Episcopos hoc ordine recenset.* (Orthographia Codicis antiqui observata.) *Extra ordinem sanctus Dionysius M.I. Zozimus II. Perewelf. III. Tagepertus IV. Manno V. Wicho VI. Pricho VII. Zeizzo IIX. Marchman IX. Wichterpus X. Tozzo XI. Siatpertus XII. Hanto XIII. Nitger XIV. Udalman XV. Wigger XVI. Lanto XVII. Adalpero XVIII. Hiltine XVIII. Sanctus Udalricus. Onuphrii hic testimonium nullum est; apparet, eum fidem habuisse, quibus minimè oportebat.* Hæc Ano-

D nymus.

Ex his vides, quibus potiùs credendum, Onupbrio, an illis, qui ipsas tabulas successionis iospexeruot. Si quæ controversia de testamento quopiam existeret, quis non potiùs, tanquam fide digniorem, audiendum putaret eum, qui testamentum ipsum vidisset & perlegisset, quàm peregrinum quempiam, qui de eo scriberet, neque unquam tamen suis oculis usurpâsset. Et qoamvis tempore Nicolai primi aliquis Episcopus oominc Huldericus Ecclesiæ Augustanæ præfuisset. (qui tamen nullus præfult) an idcirco epistola illa commenticia ooo esset? Quasi verò inauditum sit impia & blasphema scripta magnorum virorum nomioibus insigoita vulgati. ut superioris memoriæ exempla decssent; bæc nostra satis supérque exemplorum nobis subministraret. Nunc E cùm ùt Pallas ex Jovis, ita Huldericus ista ex Centuriatorum & similium sectariorum cerebro progoatus sit (qui eum fabricârunt, cùm se ope ejus maximè ad commeotum suum fulciendum indigere animadverterent) ferrei sit oris oportet, qui tantum mendacium ausit asserere; plumbei cordis, cui possit imponere; ùt meus Anonymus, vir summus, rectissimè scripsit, quem dum mendacii arguis, cave, ne tecum iojuriarum agat; & te in jus ambulare jubeat. Si sapis, cootentus esto conviciis io Jesuitas: ab aliis lioguam maledicam abstine; ne serò facti pœniteat.

F Accedit ad extremum, quòd inter ipsos Hæreticos non coovenit, cujusnam Auctoris sit bæc epistola: Nam in Orthodoxographia, editionis Lugdunensis, adscribitur Volusiano Episcopo Carthagineosi, sub titulo de cœlibatu Cleri, ùt ootavit quoque Cujacius. (Cujac. in 4. Decret. tit. ne clerici vel monach. ad cap. 2. & 3.) Est tamen commentum hujus epistolæ pervetus, & vetustius fortasse, quàm multi suspicantur. Aono enim M.LXXIX. ait Berchtoldus Constantiensis, cujus appendix ad Hermannum Contractum extat, Gregorium VII. in synodo Romana damoâsse scriptum, *quod dicitur S. Udalrici ad Papam Nicolaum de nuptiis presbyterorum: & capitulum Paphnutii de eadem re, immò omnia sacris canonibus adversa.* Sed tibi tuíque similibus merces damnatæ, vel maximè eo oomioe placent, quia damnatæ suot. Hæc de S. Udalrico.

G Cæterùm quòd hic denuo dentes in clerum, ordinésque Religiosos exseris, operam ludis. *Papulas observatis alienas*, ioquit Seneca, *obsiti plurimis ulceribus. Hoc tale est, quale si quis pulcherrimorum corporum nævos aut verrucas derideat, quem fera scabies depascitur.* (Seneca de vita beata, cap. 27.) Non movemur hujusmodi seu crimioationibus seu criminibus, ob causas, quas coplosè in Apologia persecutus sum; quas tu oe attiogis quidem. Ipsa religio & disciplioa religionis iospicienda est, quid tradat, quò inclinet & impellat, non bujus aut illius improbitas. Oculi oon modò in

H paleas; sed & in triticum conjiciendi sunt, illíque coosideraodi in Ecclesia Catholica; qui ad præceptiones professionis Catholicæ & Monasticæ mores suos componunt, ubi tibi mox occurrent, *multi hospitales multi officiosi, multi misericordes, multi docti, multi casti, multi Sancti, multi usque adeò amore Dei flagrantes, ut eos in summa continentia, atque mundi hujus incredibili contemptu etiam solitudo delectet. Istis* (Calvinistæ) *si potestis, obsistite, istos intueamini, istos sine mendacio, si audetis, & cum contumelia nominate. Istorum jejuniis vestra jejunia, castitati castitatem,* (S. Aug. lib. 1. de mor. Cathol. Ecclesiæ.)

vesti-

A *veſtitum veſtitui ; epulas epulis ; modeſtiam modeſtiæ ; charitatem denique charitati , & quod res maximè poſtulat , præceptis præcepta conferte. Jam videbitis , quid inter oſtentationem & ſinceritatem : inter viam rectam , & errorem ; inter fidem atque fallaciam ; inter robur & tumorem , inter beatitudinem & miſeriam ; inter unitatem & conſciſſionem , poſtremò quid inter ſuperſtitionis ſirenas , & portum Religionis interſit. Nolite mihi colligere profeſſores nominis Chriſtiani , nec profeſſionis ſuæ vim , aut ſcientes aut exhibentes. Nolite conſectari turbas imperitorum , qui vel in ipſa vera religione ſuperſtitioſi ſunt , vel ita libidinibus dediti , ut obliti ſint , quid promiſerint Deo.*

B Paulò pòſt : *Nec mirum eſt in tanta copia populorum , quòd non vobis deſint , quorum vita vituperata decipiatis incautos , & à Catholica ſalute avertatis , cùm in veſtra paucitate magnas patiamini anguſtias , dum à vobis exigitur vel unus ex his , quos Electos vocatis , qui præcepta illa ipſa cuſtodiat , quæ irrationabili ſuperſtitione defenditis : ſed & illa , quàm vana ſint , quàm noxia , quàm ſacrilega , quemadmodum à magna parte veſtra , atque adeò pænè ab omnibus vobis non obſerventur , alio volumine oſtendere inſtitui. Nunc vos illud admoneo , ut aliquando Eccleſiæ Catholicæ maledicere deſinatis vituperando mores hominum , quos & ipſa condemnat , & quos quotidie , tanquam malos filios corrigere ſtudet. Sed quicunque illorum bona voluntate , Deique auxilio corriguntur , quod amiſerant peccando , pænitendo recuperant. Qui autem voluntate mala , in priſtinis vitiis perſeverant , aut etiam addunt graviora prioribus , in agro quidem Domini ſinuntur eſſe , & cum bonis hominibus creſcere ; ſed veniet tempus , quo zizania ſeparentur. Aut ſi jam propter ipſum Chriſtianum nomen magis in palea , quàm in ſpinis eſſe arbitrandi ſunt , veniet etiam , qui aream purget , & à frumentis paleam ſeparet , & ſingulis partibus pro ſuo cujusque merito , quod oportet , ſumma æquitate diſtribuat.*

C *Vos interea quid ſævitis , quid excæcamini ſtudio partium , quid tanti erroris longa defenſione implicamini ? fruges in agro , frumenta in area quærite , apparebunt facilè , ſeſeque offerent ipſa quærentibus. Quid nimis in purgamenta oculos intenditis ? Quid ab optimi horti ubertate imperitos homines ſepium aſperitate terretis ? Eſt certus aditus , quamvis paucioribus notus , quo poſſit intrari , quem vos aut eſſe non creditis , aut invenire non vultis. Sunt in Eccleſia Catholica innumerabiles fideles , qui hoc mundo non utuntur , ſunt , qui utuntur , tanquam non utentes , ut ab Apoſtolo dicitur.* Hæc S. Auguſtinus , cui tu oggeres idem , quod mihi.

D *Quanta impudentia eſt affirmare id , de quo tibi non conſtat ? Fortaſſe plures ſunt libidinoſi , quàm caſti ?* quod tuum ſcholium adjicere etiam licebit ad iſta S. Auguſtini verba : *Quàm multos Epiſcopos , optimos viros , ſanctiſſimóſque cognovi , quàm multos presbyteros , quàm multos Diaconos , & hujuſmodi miniſtros divinorum Sacramentorum , quorum virtus eò mihi mirabilior , & majore prædicatione dignior videtur , quò difficilius , eam in multiplici hominum genere , & in iſta vita turbulentiore , ſervare.* Hæc S. Auguſtinus. E

Ergo unde S. Auguſtinus ſcivit , plurimos virtute præſtantes in Eccleſia Catholica vivere ; inde idem nos quoque hodie compertum habemus , & unde ille idem ſanctus Antiſtes ſcivit , Manichæos multis flagitiis coopertos eſſe , inde & nos idem de Calviniſtis , aliiſque Hæreticis didicimus.

De vobis dici poteſt , quod S. Auguſtinus de Manichæis : *Cum noverit veſtra conſcientia eos , quos in veſtram ſectam introducitis , cùm vobis familiariùs jungi cœperint , multa inventuros , quæ in vobis eſſe , cum alios accuſaretis , nemo ſuſpicabatur : quæ tandem impudentia eſt , perfectiones in Catholicis imperfectioribus quærere , ut inde imperitos avertas , & eam nullo modo apud te , iis , quos averteris , exhibere ? Nolite* , inquit idem S. Auguſtinus , *cæcis hominibus , & diſcernere invalidis , oſtentare noſtra zizania , cùm vos ipſi ,* quanti quanti , nihil niſi zizania ſitis : *ubi nihil certum , nihil conſtans , nihil rationabile , nihil inculpabile. Sed omnia dubia , immò verò ſine dubitatione falſiſſima , omnia repugnantia , abominabilia , abſurda. Denique tam multa , & tam gravia peccata in his moribus deprehenduntur , ut , ſi quis accuſare velit omnia homo alicujus facultatis , ſingula , ut minimum ſingulis voluminibus poſſit.* F S. Aug. lib. 2. de mor. Manich.

Quàm de multis veſtrorum Prædicantium (ut vulgus Calviniſticum taceam) ſcribi poſſent ea facinora , & flagitia , quæ S. Auguſtinus memoriæ mandavit de Electis Manichæis. Inter cætera hoc quoque : *Vidimus in quadrivio Carthaginis in platea celeberrima , non unum , ſed plures quàm tres electos , ſimul poſt tranſeuntes neſcio quas fœminas , tam petulanti geſtu adhinnire , ut omnium trivialium impudicitiam impudentiámque ſuperarent. Quod de magna venire conſuetudine , atque illos ita inter ſe vivere , ſatis eminebat ; quandoquidem nullus ſocii præſentiam veritus , omnes , aut certè pænè omnes ; eadem teneri peſte indicabat.* An tu nihil ſimile vidiſti de Prædicantibus , Miſene , aut etiam ſimile ejus , quod ſubditur de lucerna extincta? G

Perge jam. *Nihil agis , mi Gretſere , tu putas te defendere Apoſtolicam & Catholicam fidem. Lutherani & Calviniani idem dicunt :* Non abnuo , idem dicunt , ſed eo jure , quo olim Marcioniſtæ , Donatiſtæ , Ariani , Eunomiani & Pelagiani idem dicebant. Nos non tantùm dicimus , ſed & id , quod dicimus , probamus. Vos quo argumento id , dicitis , niſi ſolenni illo omnium Hæreticorum more ; de quibus Theodoretus. *Unuſquiſque Hæreticorum exiſtimat , ſe veritatem tenere. Quin etiam Judæi , & Græci ſe veritatis decretorum* H Theod. Dial. 1.

autio-

A *auctores arbitrabantur: nec ii tantùm, qui Platonis & Pythagoræ scita colunt; sed etiam qui sunt partium Epicuri*, (Lutheri & Calvini) *& qui sunt omnino impii, & ab omni probabili opinione alieni.*

B Causam, cur ex Calvinista quopiam descriptionem tragœdiæ Parisiensis adducere voluisti, aliam non video, nisi quòd librum tuum aliquot pagellis crassiorem, hoc etiam centone, efficere voluisti; nisi fortè & hæc ratio te impulit, ut doceres me, eos, qui proprio nomine vocantur Calvinistæ, alieno appellari *religiosos*. Hæsi, fateor, ad Religiosi vocabulum, quod nunquam suspicabar ad Calvinistas translatum iri, nisi fortassis translata etiam Monachi appellatione. Transtulit tamen narrationis hujus auctor; cui, si luberet, & opus esset, longè alia Calvinisticæ lanienæ exempla reponere possem. Sed de Calvinistis, ùt quondam de Carthagine, *Melius est silere, quàm pauca dicere.* Extant & extabunt, quoad extabit mundus, integra volumina crudelitatis & sævitiæ vestræ, quæ indelebilem immanitatis plus quàm Turcicæ notam vobis inurunt; & ut libri deessent, illa, quæ in omnium oculos incurrunt monumenta, satis supérque hoc ipsum loquerentur: qualia monumenta innumera erexistis in Anglia, Scotia, Gallia, & utraque Germania.

C *De apparitione*, inquis, *Diaboli, quæ affers, ridicula sunt. Unde enim probas, aliter Ignatio, aliter Luthero eum apparuisse?* Unde probarem, nisi ex ipsius Lutheri testimonio? Luthero apparuit, ùt Doctor & Præceptor, à quo edoctus est argumentum Missæ refutandæ irrefutabile: ergo apparuit illi ùt amicus amico; non enim aliter apparere solet Doctor præsertim Academicus, suo auditori. Secundò, Lutherus fatetur, se cum Dæmone aliquot salis modios absumpsisse; id quod ad stabilem solidámque amicitiam requirunt illi, qui de amicitia scribunt. Quæ res argumento est, longè aliter Diabolum apparuisse Luthero; aliter Ignatio, qui cum tam suavi Trapezita, an Syntrapezita? ne micam quidem salis unquam comedit, cum quo & Cinglio magnam familiaritatem intercessisse oportuit, cùm eidem, instructionis gratia, apparere dignatus sit, etsi discernere nequiit, ater an albus esset; quia jam nox atra colores rebus abstulerat; & omnia tenebris circumfusa erant, ùt & ille ipse, qui apparuerat, auditui, quàm aspectui manifestior. Quis scit, an non & Calvinus simili revelatione fuerit ex Orco illuminatus. Duo quidem priores, ipsimet sua beneficia, vel potiùs veneficia prodiderunt; Calvinus subticuit, juxta tritum illud: *Secretum meum mihi.*

D Purgas te à contradictione admissa in Hispanos, quos uno eodémque ore laudaveras & vituperaveras. Ego hujus controversiæ nolim esse judex. Suadeo, ut coram E
ipsis Hispanis defensionem tui instituas; ipsi meliùs nôrunt, an politicè floreant opibus & laude militari; Ecclesiasticè autem sint, *despicatissima mancipia, quibus nihil abjectius, nihil humilius, nihil paratius ad jugum ferendum*, (agnoscis, opinor, tuam copiam Misenicam.) Habebis propitios judices, ne trepida; dummodo solidis probationibus instructus venias; ídque demonstres, fieri posse, ut, qui magnanimus est politicè, sit Ecclesiasticè vilissimum timoris & pavoris mancipium.

Nunc in Indiam abis, quovis velocior F
Euro. Ais: *Quæ Reginaldus ille turpissimè & mendacissimè de Gallis*, (hoc est, de Richero & Prædicantibus Calvinianis Genevensibus) *scripsit, tibi relinquo.* Tui sunt isti, Misene, non mei. Nihil mihi cum istis negotii. Donatos à te tibi redono liberaliter. Pulchra & honesta scribere non potuit Reginaldus, quia, quæ tui Ministri egerant, nec pulchra, nec honesta erant: quem cur accuses mendacii, non satis dispicio; nisi quia etiam tunc, cùm alios mendacii accusas, tibi mentiri lubet. Quæcunque scripsit Reginaldus, ea probat ex Villagagnone, imò iisdem propemodum verbis, quibus Villagagnon recitat. At iste interfuit, totiúsque turpitudinis spectator, quin & agonothetes fuit. Utri potiùs credam? Tibíne, qui ex obscuro antro clamitas, hæc esse falsa; an generosissimo Villagagnoni, qui, quæ vidit, litteris mandavit?

Vocamur, inquis, *Christiani, non Jesuitæ, & Symbola Ecclesiæ amplectimur: ergo sumus Christiani.* Idem dicunt Lutherani; idem olim Ariani & Eunomiani, idem alii, qui symbola Ecclesiæ amplectebantur: sed suæ Ecclesiæ, non orthodoxæ. Christiani estis, sed æquivocè: causa jam sæpius dicta.

G Catalogum eorum, qui crucis signo & aqua benedicta usi, ingentia miracula patrârunt, omisi in Apologia; quia in libris de S. Cruce longissimum horum catalogum jam antea texueram, ad quos quia te remisi, his verbis mihi agis gratias: *Libros tuos quatuor de Cruce, quâ jam pridem dignus fuisti, tibi retineas licet, unà cum Lipsiaca.* Utinam cruce Christi dignus essem, Magnum mihi, quem tantoperè odisti, optas beneficium. Utinam, quia tu crucem mihi optas, ea mens divinitus mihi mittatur, ut, quo ardore & desiderio eam S. Apostolus Andreas expetiit, & amplexus est, eadem & ego, saltem imitatione quadam, eandem excipiam & salutem. Quæ verò hæc tua importuni- H
tas, Misene, expostulas mecum, quòd miracula crucis non percensuerim, cùm tamen ostenderim tibi librum, ubi plurima & testatissima percensui. Num putas, me tua causa quidvis, quovis loco, dicturum, & quæ alibi aut à me, aut ab aliis disputata sunt, & accuratè pertractata, repetiturum? Refuta, si potes, miracula de S. Cruce, quæ

A adduxi, maximè in secunda Operis de S. Cruce editione: aliàs non tam cruciger, quàm furcifer habeberis, & optio tibi dabitur, ut ex clarissimi summíque viri Justi Lipsii libris de cruce & furca, tibi furcæ formam eliges, (plures enim proponit) quam ferre, & ex qua pendere velis.

B Et quia Calvino tam plenus es, ut putes fabulis annumerandum, quidquid de miraculis, virtutéque sanctæ Crucis proditum legimus; quærere ex te lubet, an arbitreris

Cap. 7. & 9. etiam commentitium, quòd Regina Angliæ, signo crucis adhibito, curet strumosos? *Crucis signum, qua parte morbus est, facit;* ait Guilielmus Tooker, Calvinianus, qui te & tui similes rigidos Calvinianos his verbis depingit: *Certorum & solennium verborum formam & lectionem scripturarum, & appensionem auri, & crucisignationem, isti minutuli (si Diis placet) non ferunt, non patiuntur.* Infrà: *Fastidiosi sunt his, qui Crucis signum magno cum supercilio renuunt, ejúsque signum non fabrefactum, sed sine materia ulla vel aurea vel argentea, vel lignea, factum tamen super strumosam partem fastidiunt, & toto pectore abominantur. Sed Crucis signum nemo bonus vituperat.* (Nota hoc Misene à Calviniano, non à Pontificio.) Quid de his sentias, libenter intelligam, quandoquidem video, te Calvinianos Anglos admodum diligere. Forsan & ipse aliquando à struma liberatus es, crucis signatione, jámque dissimulas, ingratus Cruci.

C *Risi*, inquis, *Martyres Anglicanos:* Convenienter nimirum Evangelio Neroniano, Deciano & Calviniano. Ridebant & Ethnici Christianos martyres. At risus improborum non facit, ut Martyres non sint Martyres. *Rei*, inquis, *majestatis ad pœnas tracti sunt, quòd negarent, eam potestatem Reginæ tribui posse, quam Josaphat, Ezechiæ, Josiæ tribuit Deus.* Iste crudelitatis vestræ Turcicæ prætextus est: D ista excusatio, ab Ethnicis & antiquis Hæreticis accepta, ùt alibi dictum. Martyrum laus & gloria tam illustris est, ut ipsi hostes formident, ne, quos trucidant, Martyrum honoribus afficiantur. Quocirca, quibuscunque modis possunt, obstant, ne Religionis causâ mortem oppetiisse videantur.

Lucif. lib. 2. pro S. Athan. Ita Constantius Arianus Imperator Martyres irridebat, quasi non pro Deo, sed pro *creatura* morerentur. E

De Religione, inquis, *nihil cum illis actum.* Falsum, Misene, falsum. Lege historias Anglicanas, nominatim illum librum, qui *Concertatio Ecclesiæ Anglicanæ cum Puritanis & Calvinopapistis inscribitur;* videbísque, si quid videre velis, num cum illis de Religionis negotio actum sit. An non enim Religionis caput hoc, Reginam Anglicanam esse Anglicanæ Ecclesiæ caput in spiritualibus, rebúsque Ecclesiasticis. Nam quòd ais: *Martyres Anglicanos noluisse agnoscere, & confiteri potestatem, quam Deus dedit Ezechiæ, Josiæ & similibus:* in eo Calvinistam agis; & cùm F Calvinistam nomino, totum Philopseuden Luciani intellectum volo: Omnes enim, qui ab anno octogesimo passi, confessi sunt, Reginam esse legitimam Angliæ Dominam, & caput illius regni in rebus politicis & temporalibus, cujusmodi potestatem habuerunt quoque prædicti Reges populi Judaici. Non enim te eò impudentiæ processisse existimo, ut dicas, Ezechiam, Josiam, & cæteros hujus classis fuisse summos Pontifices, hoc est, capita Ecclesiæ, in rebus spirituali- G bus, quod tamen Anglicanæ fidei articulus est: Etenim Reginam esse caput Ecclesiæ, si non credas, aut confitearis, in crimen læsæ majestatis incurres. Et tu ipse jam læsæ majestatis reus es: disertè enim scribis hic, Christum esse caput Ecclesiæ, non ullum Regem. Si nullus Rex: ergo nulla Regina. Ob hanc ipsam confessionem, quam tu hic edis, tot inclyti viri immanissimè sunt perempti. Nam quòd Rex vel Princeps suæ Ecclesiæ sit membrum primarium vel præcipuum, quis, oro, unquam abnuit? Quòd autem ais, *plus sanguinis innocentum Martyrum effusum esse uno anno Reginæ Mariæ, quàm triginta septem & ampliùs annis Reginæ Elizabethæ:* H id perinde est, ac si diceres: plus sanguinis innocentis uno año Constantini Magni aut Theodosii Magni effusum esse, quàm omnibus annis Neronis aut Diocletiani: & quàm verum hoc, tam verum illud. Testes laudo historias Anglicanas, & primò omnium Sanderi historiam de schismate Anglicano: & Concertationem Ecclesiæ Catholicæ cum Puritanis & Calvinopapistis.

FINIS LIBRI SECUNDI.

APOLO-

APOLOGIÆ
PRO VITA
B. P. N. IGNATII
LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

Refutatio eorum, quæ Misenus in capite primo & secundo nugatur.

A INicio libri tertii copiosè explicat mihi Misenus, quidnam sit illud Homericum *ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ.* adducto itidem Aristotelis testimonio ex tertio Ethicorum de *voluntario mixto:* Nesciebam, Misene, te virum tam doctum, & in subtili disputatione *de voluntario* & *involuntario* tam feliciter versatum. Etsi, ut me tibi candidè aperiam; excitâsti tantùm cupiditatem meam, nondum explêsti. Aveo enim scire, quam partem animi illud θυμὸς significet; participémne rationis, an rationis expertem, an utramque simul: & num quis sit *ἑκὼν & ἀέκων* secundùm unam tantùm, an secundùm utramque simul; sive an *ἑκουσία* sit in una duntaxat potentia, in altera *ἀκουσία.* Quæ si mihi expediveris, tum demum Minerval me tibi debere ἑκουσίως confitebor, paríque alacritate persolvam.

B De confessionibus nostris, quòd tam sollicitus es, frustra es. Tu tuam conscientiam cura & judica; curam & judicium nostræ nobis relinque: nisi fortè hæc alienas conscientias discutiendi provincia cœlitus tibi nuper commissa est, & secretorum cognitio donata; quandoquidem tam probè nôsti, cur Jesuitæ Jesuitis duntaxat, ex Ordinis præscripto & disciplina, errata sua per confessionem patefacere soleant. Quòd verò putas id fieri, ne *alii Jesuitarum scelera cognoscant*, solita confers undique verba Simo; quare *non conviciari te putabo, sed vagire velut infantes miserrimos.*

C Quòd nescias, quid sit *patena*, scivi jam dudum, ùt & hoc, quòd scias, quid sit *patina.* Nihil opus erat denuò hoc testari. Quomodo ignorares, quid sit patina, cùm illud Evangelium sequaris, cujus finis est; *uncta vixisse patella, semper & assiduo curata cuticula sole.* *Gestio*, inquis, *videre libros à Jesuitis exaratos de modo confitendi.* Non unus, sed plures hujus argumenti extant: vel solas Institutiones Costeri, aut Enchiridion Polanci inspice, & gestire desines.

Ais: *te nunquam optâsse scire nostras interrogationes in confessionibus audiendis:* & tamen jam jam dixisti, te gestire, ut cognoscas, quem modum interrogandi & examinandi pœnitentes, scriptis libris tradamus, & observemus. Quàm hæc inter se concorditer congruunt, Misene? Quòd si non optas scire interrogationes nostras, easque nescis; ùt revera nescis, cur tam multa de eis nugaris, quasi non modò sæpissimè confessus, sed & omnium statuum Confessarius ipsemet fueris. D

Modus interrogandi, quem tu hic comminisceris, figmentum vestrum est, non nostrum inventum, & à Ministris Calvinianis usurparetur, si confessionem funditus non sustulissent, quem si communicare velis cum iis Lutheranis Prædicantibus, apud quos adhuc umbra aliqua confessionis superest, magnas tibi habebunt gratias: etsi non tam discent, quàm quod jam dudum didicerunt & factitàrunt, recognoscent; cùm hæc tua ex quinto Evangelio deprompta hortamenta legent; hæc, inquam, quæ his verbis tradis. *Sit peculiaris forma in audiendis senibus, peculiaris in adolescentibus, peculiaris in examinandis aniculis, eáque brevis, præsertim pauperculis, peculiaris in puellis formosis, & matronis opulentis, eáque paulò longior & diligentior. Quid jucundius* (Prædicanti Lutherano aut Calviniano) *quàm curiosis quæstiunculis ex puellis & matronis elicere arcanissima quæque, & recordatione eorum, quæ audieris, oblectare animum?* Hæc & plura in hanc sententiam tu pro tuis Prædicantibus, qui Lutheranas confessiones audiunt. Ministris tuis Calvinianis privatim non modico usui erit hæc eadem à te præscripta formula. Ita una opera utriusque generis Prædicantes tibi devinxisti. E

De querelis quarundam mulierum, satis supérque in Apologia. Tu, mulierum more, easdem hic iteras, prætermissa omni responsione ad mea responsa. Sed mihi repetere non lubet, quæ jam semel dicta, & à te silentio transmissa. F

Si, inquis, *mihi confitendum erit, Domino confitebor, non tibi.* Jam verebar, si me Confessarium eligeres, ne mihi aliquoties in anno Heidelbergam, aut tibi Ingolstadium excur-

A currendum esset; tibi faciendæ, mihi excipiendæ tuæ confessionis gratis. Dic, Misene, quoties quovis anno confiteris Domino, & quo tempore? Fortè tunc, ubi *discubuère, tenéntque pocula sæpe homines, & inumbrant ora coronis, ex animo ut dicant, brevis est hic fructus homullis, jam fuerit, neque pòst unquam revocare licebit. Umbra enim transitus est tempus nostrum, & non est reversio finis nostri. Venite ergo & fruamur bonis, quæ sunt, & utamur creatura, tanquam in juventute celeriter.*

B Quòd cum, qui animam Codurii in cœlum evolare vidit, nunquam natum dicis, id ideo dicis, quia etiam illum, qui animam S. Germani Capuani Episcopi, & animam S. Scholasticæ, & animam S. Pauli primi Eremitæ ad cœlos ascendere conspexit, nunquam extitisse arbitraris. Nec satis scio, utrum credas, natos aliquando illos, qui Christum in Monte Oliveti ad cœlestem gloriam abeuntem, contemplati sunt: Et tuo judicio fortè nunquam natus est Helisæus, qui Heliam igneo in curru raptum vidit.

C De sequentibus tuis verbis ita statuo: Etsi Ribadeneira esset Hieronymus aut Theodoretus; & Ignatius, Hilarion vel Julianus Anachoreta, tu semper Misenus esses, & ab ingenio tuo ne latum quidem culmum abires: & ùt jam Ribadeneiram & Ignatium pro nugatoribus & deceptoribus habes: ita & tunc eosdem pro iisdem haberes: & si Ribadeneira ipsissimus Hieronymus esset, tu esses ipsissimus Jovinianus aut Vigilantius: Et si Ignatius ipsissimus Julianus Anachoreta esset, tu ne uno quidem pilo, quàm nunc sis, melior esses, quippe omnium conviciorum non sacculus, sed prægrandis saccus. Quòd rides Ignatium coco in culina ministrantem, nihil ab indole tua alienum facis; brutum es γελαςικὸν, Quis miretur, si rideas? *Si hoc est humilitatis argumentum*, inquis, *valde coqui commendantur.* Cùm lotionem pedum apud Joannem cum tuo Celso lectitas, proculdubio (utar enim hac vocula, ut tibi stomachum moveam) in hæc itidem verba prorumpis. *Si discipulorum pedes abluere est humilitatis argumentum, valde commendantur balneatores, qui non modò pedes: sed & totum corpus, etiam eorum, qui ex infima plebe, abluunt.*

D *Appellavi*, inquis, *Jesuitas Nebulones & deceptores.* Necdum excidit modestia tua, Misene. Manet ima condita mente, non ut vindicem: Memini enim illud: *Maledicent illi, & tu benedices*; sed ut, quo ore sis, & qua fronte, data occasione, lectori demonstrem. Omnes boni per totam Germaniam, imò ex Calvinistis ipsis graviores & honestiores, fatebuntur, si tua legerint, plus à te tributum petulantiæ, quàm veritati; plus impudentiæ, quàm professionis tuæ, qualiscunque est, dignitati. Utrum autem nos cœna Dominica abutamur; an verò vos, E intelligere poteris ex Inquisitoribus, quos cupis in Saxoniam & Palatinatum mitti; nimis inconsultè: nam si toto pectore cohorruisti, visa duntaxat Inquisitionis imagine, ùt ipse fateris, quid fieret, si in rem præsentem veniretur, jámque illud decantaretur: *Ferro non auro vitam cernamus utrique.*

F Nunc rursus impetum in confessionem auricularem facis: Fortè surdaster es; aut auribus census & imminutus, quando tantoperè confessionem auricularem odisti. Ais: *Peccata nostra sanguis Filii Dei abluit: si seriò resipiscamus.* Bene addis: *Si serio resipiscamus.* Verùm hactenus nullus Calvinista manens Calvinista, aut ex Calviniano Lutheranus, Anabaptista, vel Turca factus, seriò resipuit: nullius ergo peccata sanguis Filii Dei abluit. *Ab Ethnicis*, inquis, *introducta est Confessio.* Multò magis hoc affirmare poteris de Baptismo, & Eucharistia, ùt in Apologia monui; si ideo originem confessionis ad Ethnicos referre velis, quòd similia quædam, etsi longissimo intervallo similia, egerint.

G Nescis diabolum, ùt simium, affectare res divinas? Atqui multis Tertulliani aliorúmque testimoniis id te docui. Nunc & hoc accipe ex eodem Tertulliano: *Sacerdotium viduitatis & celebratum est apud nationes pro diaboli scilicet æmulatione. Regem seculi Pontificem Maximum, rursus nubere nefas est. Quantum Deo sanctitas placet, cùm illam etiam inimicus affectat; non ùt alicujus boni affinis, sed ùt Dei Domini placita cum contumelia affectant.* (Tertul. lib. 1. ad uxor. cap. 7.) Pulchrè Auctor operis imperfecti in Matthæum, Homil. 4. sub finem. *Habet diabolus & mansuetos & humiles, habet castos, & eleemosynarios, & jejunos: & omnem speciem boni, quam creavit Deus ad salutem hominum: ipsam speciem & diabolus introduxit ad seditionem, ùt inter bonum verum, & simulatum confusio fiat: ut simplices homines, qui boni veri & simulati differentiam intelligere cautè non possunt, dum quærunt bonos Dei viros, incurrant in seductores diaboli. Solam autem charitatem sancti Spiritus non potest immundus spiritus imitari. Omnis ergo species justitiæ in impostoribus invenitur; Sola autem gratia veræ charitatis non invenitur, nisi in solis servis Dei.*

H Glossatoris opinio de confessione nullius ponderis apud Orthodoxos habetur. Itaque (De pœnit. d. 5. init.) operam ludis, cùm nos hac auctoritate, quæ omni pluma levior, premere instituis. Ipsi Canonum periti commentum hoc explodunt; Habes apud Bellarminum Confessionem sacramentalem à Christo Domino ad hæc usque tempora comprobatam. Refelle, si potes, & tum demum Glossatoris errorem nobis oppone.

Cæterùm quinam fidei observantiores sint, Catholici an Calvinistæ, tace, si sapis, quærere. Alioquin quæram ex Gallis, Belgis,

A gis, Anglis, Scotis, etiam ex Germanis, imò & ex Saxonibus de veritate vestra, in dictis & factis. Mira audies. Ad Collegia nostra quod attinet, noveris ea nec erecta, nec dotata pecunia ex Confessionibus auditis accepta; sed liberali Principum & Rerumpublicarum munificentia. Si non credis, obi saltem Germaniæ Collegia; nam de Hispanicis non suaserim; & ut fundationis tabulæ & instrumenta tibi exhibeantur, postula. Quærito curiosè, num inventurus sis nummos Confessionum artificio comparatos.

B Post Confessionem oppugnas Romam, solitis machinis & arietibus. *De numero*, inquis, *scortorum Romanorum tecum non disputabo:* Occuttit illud non ignoti Scriptoris; *absurdè facit, qui tacere se dicit, quod ibidem dicendo tacere sese, non tacet; & ipsa professione, quod profitetur, infirmat.* Si de his sordibus disputare non vis, cur ergo disputas? Cur etiam antea disputâsti? Quis te coëgit sub fornicem descendere? Sed quando necdum finem facis, par est, ut & ego non faciam finem. Cum S. Hieronymo dicam. *Periclitamur responsionis verecundia, & quasi inter duos scopulos, & quandam necessitatis & pudicitiæ συμπληγάδας, hinc atque inde vel pudoris, vel causæ naufragium sustinemus. Si ad proposita respondeamus, pudore suffundimur; si pudor imperârit silentium, quasi de loco videmur cedere & adversario feriendi occasionem dare; melius est tamen clausis, quod dicitur, oculis, Andabatarum more pugnare, quàm directa spicula clypeo non repellere veritatis.* Hæc S. Hieronymus.

S. Hier. lib. 2. cont. Jov.

C *Cum Balæo*, inquis, *litiger licet*. Et cum hoc litigo, & tecum. Cum illo; quia tam spissa & crassa mendacia primus prodidit. Tecum; quia quæ Balæus mentitus est, tu exscribendo & repetendo fecisti tua. *Tu numerum*, inquis, *contrahis ad duodecim millia.* Non contraho, Misene, μὴ ψεύδεο, monet ille: Sed cùm tu cum Balæo asseruisses, tempore Pauli III. vixisse Romæ quadraginta quinque millia meretricum; dixi mendacium futurum fuisse probabile, si 12. millia nominâssetis; ipsam enim numeri immensitatem vestro figmento omnem fidem abrogare. Estne hoc numerum ad 12. millia contrahere? Nam quantus Romæ hujusmodi mulierculárum numerus sit, tam mihi notum est, quàm quot sint arenæ maris. Neque verò nôsse cupio, nec aut tibi aut Balæo admodum honorificum est, tam D expeditè nôsse hunc numerum; unde enim Balæo & tibi hæc notitia, nisi quia ille est Ballio, tu ejus Subballio. Nec tamen hac tua impudente temeritate contentus es: Etiam Balæo & tibi ignotas, delitescere putas *in palatiis Cardinalium, & Canonicorum ædibus.* Unde hæc tibi suspicio, nisi quia quod apud te, tuósque fieri vides, id iisdem apud alios perpetrari censes; quódque E suspicaris, id in chartas evomendum est, ut & alii, quid suspiceris, intelligant: plenus rimarum, nil continere vales. Dictum Heracliti est. πολλοὶ ἐ διαφέρουσι κεραμίων σαθρῶν, ὡς μηδὲν στέγειν δύνασθαι, ἀλλ' ὑπὸ γλωσσαλγίας διαῤῥεῖν. *Multi à fractis & putrefactis fictilibus non differunt, quippe qui nihil continere valeant: sed omnia, innato linguæ vitio, statim effundant.*

F At quòd me accusas, quòd insimulem *adolescentes & juvenes Germanos, nobiles & honestissimis familiis natos, quasi scortandi causâ Italiam invisant.* Injuriam mihi facis. Non enim de omnibus hoc pronunciavi, sed de illis, qui ex Italia in Germaniam ad suos Lutheranos & Calvinianos reversi, nil nisi scorta crepant; nil nisi prostibula, & lupanaria, & lustra, & ganeas loquuntur; quasi in tota Italia, præter fornices & lupas, nihil aliud viderint, cætera omnia clausis oculis prætervecti. De his dixi, nec dixisse pœnitet, eos satis indicare, quæ studia in Italia sibi proposuerint, quid potissimùm toto conatu indagârint. Non, inquam, dixisse pœnitet, quando & tu meam sententiam tandem confirmas, *multósque ad vos regredi moribus depravatissimis*, lamentaris, quæ tamen depravatio vestræ potissimùm institutioni debetur, non Italiæ; ubi si ad honestatem oculos non clauderent, viderent infinita, quæ vidisse juvaret.

G Quòd dixi, etiam Hierosolymis, tempore sancti Hieronymi, ipso S. Hieronymo teste, fuisse scorta, mimos, scurras, & omnia, quæ solent esse in cæteris urbibus, refutat Misenus in hunc modum: *Magna dissimilitudo est: Primùm, non illa Hierosolyma fuit, quam tu dicis Salvatoris morte & sanguine consecratam.* Ut illa non fuerit ædificiis; at illa ipsa fuit loco & solo: nam in ea terra, quam Dominus præsentia, tactu & sanguine suo dedicavit, posterior Hierosolyma ædificata est; Si igitur in civitate tam sancta hujusmodi fæces repertæ sunt, quid mirum, si & alibi reperiantur? Quòd si urbs illa, quæ à Romanis vastata, verè sacra fuit, ùt revera fuit, propter Christi in ea commorationem non infrequentem, & sacrosanctam passionem & mortem, quantò magis illa, quæ tempore S. Hieronymi erat, sancta dicenda erat: infidelibus jam aut omnibus aut fermè omnibus extinctis, & ad Christiaoa sacra traductis.

H Addis: *Etsi à Constantino Idolorum templa eversa, non tamen statim in omnibus locis introductus Christianismus, aut si introductus fuit, non subitò tamen evanuit Ethnicismus.* Eo tempore, quo S. Hieronymus Bethleemi & Hierosolymis degebat, tota civitas Hierosolymitana Christum agnoscebat & venerabatur; nihil loci Ethnicæ superstitioni ampliùs relicto, & tamen in illa Christiana & alma civitate, testatur S. Hieronymus fuisse scor-

A ta, mimos, ſcurras, & omnis, quæ ſolent eſſe in cæteris civitatibus. At quæ illa, civitates aut comitari, aut ſubſequi ſolita, non ſecus ac umbra corpus? Eleganter perſcenſet S. Gregorius Nazianzenus, & ſunt hæc: *Multitudo popularis, tumultus, forum, ſpectacula, ingurgitationes, flagitia, contumelia, præfectorum in ſubditos injuria, luctus, fletus, gaudium, nuptiæ, funera, mutua convicia, probra, inſectationes reciprocæ, & reliqua hujusmodi ſylva & colluvies.* Itaque non eſt, quòd ſordes illas civitatis Hieroſolymitanæ Ethniciſmo adſcribas; quemvis agrum, quantumvis Deo conſecratum, & optima ſemente conſitum, conatur inimicus homo zizaniis ſuis conſpergere, magis minúsque pro magnitudine & amplitudine illius agri; ſuccedit conatus partim ob oſcitantiam, partim ob infirmitatem mortalium, qui in carne nati & educati carnem cum vitiis & concupiſcentiis crucifigere detrectant.

Nazianz. orat. cont. Maxim.

B Ais: *Epiſcopus Hieroſolymitanus id Juris non habuit in ſua urbe, quod habet Pontifex Romanus.* Quid ſi habuiſſet, num ideo omnibus flagitiis & ſceleribus, in tanta advenarum & indigenarum frequentia, occurrere potuiſſet? Certè Juſtinianus & alii imperatores idem jus politicum Conſtantinopoli habuerunt, quod Pontifex Romæ; & tamen quæ ſordes, quantis annis, Conſtantinopolitanam civitatem fœdaverint, diſces ex ipſius Juſtiniani Conſtitutionibus adversùs lenones.

C *Poterat*, inquis, *Pontifex, ùt magiſtratus, edicto tollere omnia lupanaria.* Idem ego dicam de omnibus Imperatoribus Conſtantinopolitanis. Poterant: ſed num omnia, quæ poterant, expediebant? poterant ſervi illius patrisfamilias evellere zizania; nec permittuntur, ſed audiunt illud: *Ne fortè eradicetis & triticum; ſinite utraque creſcere uſque ad tempus meſſis.* Ergo & hic conſiderata locorum & incolarum natura, conſuetudine, & genio; ſæpe ſatius ducit magiſtratus permittere, hoc eſt, non punire quædam flagitia, quàm vetare; ne dum leviora prohibentur, graviora, ùt adulteria, raptus, homicidia, & id genus alia exiſtant. Neque tu ullo argumento evertis id, quod fusè in Apologia oſtendi, licere nimirum

D mala quædam permittere (permittere, inquam, non *imperare*; aut *jubere*, aut auctoritate ſua *approbare*) ut graviora mala evitentur. Quo reſpectu permittuntur aliquando Hæreſes, & jure permittuntur, quamvis hæreſes haud paulò leviora ſint ſcelera, quàm ſcortationes, & Hæretici haud paulò ſceleratiores, quàm ſcortatores. At poſſet Magiſtratus edicto tollere omnia Hæreticorum latibula. Si poſſit, ita ut non ſimul etiam evellat triticum, hoc eſt, ut non ſequatur ex hac ſublatione gravius malum, tunc tollat ſanè & Hæreſes & Hæreticos. At ſi periculum immineat, ne ex hoc conatu naſcantur majora incommoda, tunc prudentiæ eſt zizaniis locum dare inter triticum uſque ad tempus meſſis, dum demetantur ſteriles avenæ, & urenda filix, quæ jam cultis agris innaſcitur. E

Quòd Lutheri ſpurcitiæ, & prætextata, & Feſcennina, & quovis capripede Satyro & Fauno indigniſſima dicta, naribus tuis nihil fœtoris halare videntur, ſed merum balſamum, ſtacten & myrrham: id mihi non accidit mirandum. Non ad idola tantùm, ſed & ad Hæreticos pertinet illud: *Nares habent, & non odorabunt: manus habent, & non palpabunt.* Etiam porcis hara gratiorem ſpirat odorem, quàm *biferi roſaria Pæſti: nobis cœnum teterrima cùm ſit ſpurcities, eadem ſubus hæc res munda videtur, inſatiabiliter toti ut volvantur ibidem.* Mihi profectò hæc Lutheri in dicendo & ſcribendo impuritas & obſcenitas, qualis in nullo Petronio Arbitro, ſatis argumentorum ſuppeditaret, Lutherum deteſtandi, licèt nulla alia ratio ſuppeteret. Quis tam inverecundus eſt, qui non verecundetur, ſi aut legat, aut audiat, quæ de caſtitate & rebus Venereis flagitioſus Apoſtata effutivit; quæque clariſſimus vir Doctor Joannes Piſtorius, ex Luthero fideliſſimè exſcripſit, & in certos locos digeſſit. Egóne crederem, tali ore tam ſpurco & nefando Deum uſum ad inſtaurationem & reparationem Evangelii? A condito orbe auditum non eſt, hujusmodi os fuiſſe Spiritus ſancti inſtrumentum. Quoties enim prædicatores miſit, qui extra ordinem aliquid mundo annunciarent, ſemper verbis & moribus graves, pudicos & modeſtos viros miſit, ut ipſa ſermonis gravitate & majeſtate ſatis indicarent, à quonam inſtincti & impulſi loquerentur. Nam ut ſapientia, quæ *deſurſum eſt*, primùm quidem in ſemetipſa *pudica* eſt; ita etiam pudica eſt, cùm ſe per verba prodit, ſéque cum aliis communicat. Nec ſine cauſa dixit S. Jacobus, ſapientiam cœleſtem primùm eſſe *pudicam*, ut diſceremus, impudicitiam, & verborum turpitudinem certiſſimum argumentum eſſe, non ſpiritus divini, ſed diabolici; nam ex *abundantia cordis* impuri, *os loquitur* impura: Et ad hoc argumentum vel inprimis attendendum, quando veniunt, qui *ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & non ſunt:* ſtatim enim dicere licebit, quod eodem Apocalypſeos loco ſubjungitur. *Et inveniſti eos mendaces. Eloquia Domini eloquia caſta*, ait beatus David. Sed purgant Prædicantes *Stercutium* ſuum Lutherum, eodem ſucceſſu, quos is, qui lavat fuſcum Maurum. Præter cætera ajunt: *Lutherum multa etiam præclarè ſcripſiſſe de virtutibus & honeſtate, déque vitiorum turpitudine.* Verùm ut id ita ſit; de hoc enim, num verè affirmetur, curioſiùs inquirere in præſentia ſuperſedebo: nihil tamen ad excuſationem novi hujus Prophetæ, & Evan-

B (beside "Quòd Lutheri"); Lucret. lib. 6. (beside "Etiam porcis"); G (beside "do Deum uſum"); H Apocal. 2. (beside "cunt Apoſtolos"); Pſalm. 11. (beside "loco ſubjungitur")

A vangelicæ doctrinæ reparatoris conducit. Ostendatur enim Propbeta aut Apostolus, aut quicunque alius, qui divinitus traditam doctrinam denuò instauràrit; ùt isti de Luthero ferunt, qui suo in sermone partim tantummodo bonesta, partim verò spurcissima & flagitiosissima protulerit, ósque, ut sic dicam, *spurchonestum*, babuerit. *Eloquia Domini, eloquia casta*, clamat Propheta; Non partim casta, partim incesta; partim honesta, partim Venerea; sed tota casta, tota bonesta, tota pudica. Unde & is, qui sermones Dei loquitur, toto eloquio casto utitur: non jam Casto: paulò pòst Epicureo & Aristippico, Plautino, & Aristophanico aut Petroniano. Deinde licet bic usurpare, quod vulgò dici solet: Nullum malum esse sine bono; & malum, si purum malum sit, boc est, absque ulla admixtione **B** boni, sibi ipsi interitum afferre. Ergo quod Lutberus turpitudini suæ bona quædam dicta interserit, non ideo Propbeta & vir bonus censendus est; nam & Horatius pulcherrima turpissimis miscet; & tamen quid aliud, vel suo proprio testimonio, est, *quàm nitida & bene curata cute Epicuri de grege porcus.* Quid de virtutibus non disputàrunt Epicurus & Aristippus? At quid aliud sunt, nisi id, quod sunt: Epicurus scilicet & Aristippus. Ergo eodem modo Lutberus manet Lutherus, hoc est, omnis impuritatis vorago, tam in ore, quàm in corde. Nam quale os; tale cor: rectè enim veterum quidam vocavit os, *animi vestibulum: orationis januam; & cogitationum comitium.* Sed hæc bactenus: nam de Lutbero, ùt de Carthagine, *Silere præstat, quàm pauca dicere.*

C *Si tu negas*, inquis, *conjugalem copulam esse rem divinam, negabis etiam Deum auctorem conjugii.* Matrimonium esse rem divinam non nego; quia est Sacramentum. At copula non est ipsum Sacramentum, sed usus semel initi matrimonii. Itaque non video, cur Lntherus bunc matrimonii usum ita celebràrit, quasi ex omnibus rebus cœlestibus & divinis, nulla sit magis cœlestis & divina. Nam si tu conjunctionem illam ideo divinam appellare vis, quòd à Deo sit instituta, tunc etiam brutorum conjunctio divina erit, quia & bæc Deum auctorem habet, & benedictionem illam; *Crescite & multiplicamini*, accepit. Multa alia divina essent, quæ non nomino, ne, cùm de impudentia Lutheri ago, ipsemet impudentiæ labem contrabam. [S. Aug. lib. 4. de Civit. Dei. cap. 12.] *Nolo omnia dicere*, inqnit sanctus Augustinus, *quæ possent occurrere cogitantibus, dici autem sine verecundea non possunt.* Eò, mi lector, processerunt isti, ut jam non quæ propria sunt bominum, divina vocent, sed illa, quæ cum bestiis babemus communia, ùt actiones edendi, bibendi, gignendi. O **D** Evangelium à Patre cœlesti revelatum!

[Schlusselb. lib. 3. de Theol. Calvin.] Quis sit Schlusselburgius nescio, nec scire admodum laboro. Hoc scio, Calvinianis infestissimum, operáque Peuceri, Crucigeri & Petzelii Calvinistarum ex Academia **E** Wittenbergensi ejectum; & à successoribus in integrum restitutum esse. Calvinistas profectò non malè depingit; præsertim Bezam, quem dum excusas ob flagitia, amicè facis. Admitterem excusationem, si, quando Beza ad Calvini castra transiit, flagitiosus esse desiisset; sed quia tum primùm ex instituto sectæ Calvinisticæ libidinibus fræna laxare cœpit, non video, cur eum venia digner: maximè cùm tu facinora non enormia, qualia Bezæ, sed errata quædam, qualia multis, qui vulgò probi censentur, communia; ab Ignatio ante conversionem comissa, remittere nolis; nimis clemens in Bezam, nimiúmque severus in Ignatium. Et tamen *quid paleis ad triticum?* [Hier. 23.]

F Dixi, vos abstulisse lupanaria centum, & substituisse mille. Hic præ furore crebris micat ignibus meus Lithus. *Quid hoc aliud est*, inquit, *quàm infamare honestissimas familias, quotquot etiam Ingolstadii, in conjugio degunt.* Satisne sanus es, Simo? Num ego prædictis verbis familias, quæ in conjugio degunt, accusavi? Nunquam mibi bæc accusatio in mentem venit. Scio, legitimum conjugium laudabile & sanctum esse, etiam apud vos. Hoc dixi; ut apertiùs me explicem, vos per vestra dogmata Lutherana & Calviniana, omnia libidinibus & impuritate implêsse: postquam publicè docere & clamitare cœpistis, *castitatem servatu esse impossibilem:* **G** & rem uxoriam esse planè divinam, cibo & potu, imò & hac, qua vescimur aura, magìs necessariam. Quid enim ex bac doctrina semel imbibita, & in intimas medullas demissa, aliud sequatur, quàm ut *omnis caro corrumpat viam suam;* quóque fert impetus, sine ullo repagulo, ruat; licèt externa quadam specie, banc turpitudinem vestram velare conemini, sublatis publicis & manifestis prostibulis. Sed præponderat professio vestra, à qua mores non degenerant; cùm blandissima sit, & depravatis naturæ ioclinationibus convenientissima.

H Præterea in locum lupanarium publicarum, quot substituistis contubernia Monachorum seu Sacerdotum Apostatarum, & Monialium, & similium Venereis obsequiis mancipatarum mulierum? Veniam dabis, Misene, si, ùt tu Pontificios ais in locum veterum idolorum suffecisse idola nova, ita & ego dicam, vos in locum antiquorum lupanarium substituisse bæc nova, eáque plurima: omnia ad formam primi illius efformata; contubernii, inquam, Lutheri, & Borrbæ; quid enim aliud fuit domus Lutberi, quàm lupanar, ubi lupus & lupa? Quid aliud, quàm fornix, ubi fornicator Monacbus, & fornicatrix Monialis? Igitur ubicunque videris domum, in qua desertor sui ordinis aut sacerdos profugus, cum

Lesbia

Lesbia aliqua habitat, revoca in mentem mea verba, & fortè veritatem eorum agnosces.

A Dixeram, fornicationem simplicem adversari temperantiæ, non justitiæ. Hic Misenus, *O egregium Christi vicarium, & dignos hoc vicario stipatores, qui dicunt, fornicationem nihil contra justitiæ leges committere, atque ita tolerari posse.* Fornicationem simplicem temperantiæ repugnare, non justitiæ, notius est, quàm ut ab ullo docto negari; subtilius autem, quàm ut ab imperitissimo Miseno capi possit, qui nec scit, quid sit justitia, nec injustitia; nec quid temperantia, nec quid intemperantia, saltem theoricè, etsi practicè in injustitia, & in intemperantia satis sit exercitatus. Neque ego ita argumentatus sum: Fornicator non repugnat justitiæ: ergo tolerari potest. Figmentum hoc tuum est, non meum argumentum; sed cùm tu
B orthodoxos quosdam Principes, & in primis summum Pontificem incesseres, quòd meretrices tolerent: dixi, hoc flagitium ab illis permitti, quòd eo sublato majora mala, ùt homicidia, adulteria, stupra, raptus, eventura verisimiliter timeant, consideratis hominum & locorum circumstantiis, & hanc æquam esse causam, cur mala quædam possint permittere, hoc est, in suo foro non punire: prudentiæ enim esse, minus malum majore malo curare nolle: seu quod idem est: ex duobus malis potiùs pati, ut minus vigeat, quàm ut majus ingruat. Si, cùm febri laboras, febrim pellere non posses, nisi succedente peste, permitteres, opinor, febrim, ne in gravius malum incurreres.

C *Valde*, inquit, *laborat Theologus in retinendis lupanaribus.* Non laboro, Misene, imò si mentem meam scire desideras, optarem omnia (salvis, & ad pœnitentiam reductis incolis) ibi sepulta, ubi sepultus est Dathan, Core, & Abyron. Hoc dico, tolerari posse, ubi tolerandi graves, justæque causæ suppetant. *Eò*, inquis, *devenit, ut dicat, nunquam ab Apostolo damnari permissionem malorum, ut bona eveniant, vel ut vitentur majora mala.* Ita est: dixi hoc, & jam rursus dictum puta. Quid inde? *Quam igitur vim habet præceptum Apostoli, quo vetat, ne quis polluat libidinibus corpus suum?* Hanc vim habet, ne quis malum faciat; nam contaminare corpus libidinibus, est malum agere. At nos de permissione mali loquimur, intuitu vel majoris boni obtinendi, vel grandioris mali evitandi. Aliud est facere, aliud permittere: facere nunquam licet, nullo respectu, nullâque spe ullius boni adipiscendi, aut mali fugiendi; permittere interdum licet.

D *Vetare*, inquis, *& permittere mihi quidem videntur contraria:* Etiam mihi, si quis id, quod vetat, permittat fieri, hoc est, si eius, quod vetat, faciendi potestatem concedat, E
idque approbet. Sed in nostro proposito permittere, est non impedire, & ùt in scholis loquimur, negativè se ad id, quod permittitur, habere; quæ permissio cum prohibitione optimè consistit, quod clarum in Deo, qui omnia & singula peccata vetat, & tamen omnia & singula, quæ perpetrantur, permittit, ita ut nullum sit, quod ipso permittente non fiat. Ad eundem modum posset Princeps aut Magistratus prohibere aliquod vitium, illúdque permittere, & in suo foro non punire; non enim necesse est, ut omnis lex pœnam adjunctam habeat, aut si adjunctam habet, posset, qui addidit, eam removere. Sed non opus vetare. Non vetet Magistratus, sed permittat; nihil ideo aut in leges Dei, aut Apostoli committet. Nam si dicas, nihil permitti posse, quod præceptis divinis repugnet: ipsemet, ùt opinor, statim animadvertes, objectionem rudiorem esse: quàm ut longo sermone sit amolienda. Hoc tantùm inde conficitur, nihil, quod prohibitum est, posse probari, mandari, & ita concedi, ut positivo assensu in factum vetitum feramur, quod non fit in hac nostra permissione.

Nónne, inquis, *poterant Corinthii excipere, more Jesuitico, concede nobis Paule scortationem, ut vitentur adulteria?* Non poterant, Misene, F
quia nulla erat causa permittendi illud flagitium in illa Ecclesia: nec majus malum vitatum fuisset: quæ duæ legitimæ mala permittendi causæ. Quocirca etiam Orthodoxi ubicunque has permittendi causas non habuerunt, impudicitiæ latibula, ùt & hæreticorum conventicula, sustulerunt, & adhuc tollunt. Deinde non licet petere, ut agas id, quod est illicitum; cùm ergo scortatio sit illicita, non potuerunt ullo modo Corinthii petere à S. Paulo facultatem fornicandi, nec S. Paulus dare potuit, nec ullus mortalium, sed permittere id potuisset, si ita necessitas exegisset, sicut & jam G
permitti potest, cùm id loci aut hominum genius exigit: Sed mirum tibi videtur, id permitti posse, quod licitè nec mandatur aut approbatur, nec, ut fiat, licitè postulatur: Sed mirum non videretur, si attentior ad res intelligendas, quàm ad calumnias fundendas esses: Addis: *Quæ de loco Augustini ex Thoma philosopharis, planè ἀπροσδιόνυσα, sunt.* Ita tu homo ἀπροσδιόνυσος, Et alio quodam sensu valdè προσδιόνυσος, præsertim in Bacchanalibus. *Quæ*, inquis, *compensatio delictorum ejusmodi est, quæ rectæ rationi convenit?* Illa videlicet, quæ permis- H
sa delicta aut adeptione majoris boni, aut evitatione majoris mali compensat: *Flagitia*, inquis, *nec permittenda, nec admittenda sunt, ut eveniant bona.* De admissione tecum faciu; non enim licet admittere, hoc est, facere mala, ut eveniant bona. De permissione jam dudum à te dissensi, & adhuc

A huc dissentio, & quoties tu id sine ulla probatione asseris, toties principium petis, & id, quod demonstrandum erat, assumis.

Audiamus tamen: *scortatio flagitium est, ergo nec permittenda, nec admittenda. Hæc mea simplex sententia est.* Verè simplex est, hoc est, rudis & indocta, quia iisdem propè verbis asseveras, quod antea asseveraveras; de admissione damus, quod cupis; de permissione abnuimus, iis conditionibus, de quibus jam satis suprà, & fusiùs in Apologia. Ostende, quod cupimus, videlicet hujusmodi permissionem illicitam esse, quod dum non præstas, aërem verberas, & cum larvis luctaris, neque me feris; sed tuam inscitiam patefacis. præter ea, quæ ex S. Augustinn & S. Thoma in Apologia attuli, lege, si lubet, Richardum 3. d. 27. a. 3. q. 3. sed non lubebit, satis scio, quia libido tua ad longè alios auctores te rapit, quàm ad Richardum, & similes ejusdem classis & census.

CAPUT II.

Refutatio capitis tertii, in quo potissimùm de cælibatu.

B Rides, & iterum iterúmque rides, quòd Ribadeneira scripsit, nos operum, quæ in sanctissimo Carthusianorum Ordine fiunt, participes factos esse. Non opus, ut nobis indices, quando rides & irrides. Quid enim aliud ageres, cùm sis animal *γελαστὸν, γελαστικὸν* & *καταγελαστικὸν*, non *λογικόν*. Locum illum, *particeps ego sum omnium timentium te*, tam bene explicas, quàm Glossator, quem suprà laudâsti testem, verba illa Gratiani: *In pœnitentia:* de pœnitentia dist. 5. ubi tu solita peritia verba Gratiani pro Canone nobis adduxisti, nescius inter Canones & verba Gratiani distinguere.

C Calvinianos plus credere, quàm Deus velit, facilè demonstratur: ubi enim unquam voluit Deus, ut crederetis vos certissimè *Electos*, & in librum æternæ prædestinationis relatos esse, aut *Electum* gratiam & Spiritum sanctum nunquam amittere posse. Nec plura nimiæ vestræ credulitatis exempla cumulo.

D Ais: *Calvinistis nihil placet, nisi quod ex penu Dei depromptum.* Crederem, si juvenilia Bezæ & sermones sympofiacos Lutheri, & alia dicta & scripta ejus, non viderem vobis sapere; & quidem super *mel & favum*, super *aurum & topazion.* Vulpeculis Sampsonis, de quibus hic nugaris, parissimi estis vos Calviniani & Lutherani; caudis, hoc est, libidine & voluptatibus bellissimè convenitis; utrique enim castitatem & cælibatum pessimis modis odistis: capitibus adeò disjuncti estis, ut vix Oriens & Occidens tantum distent. Lupis & agnis quanta sortitò obrigit, discordia vobis mutuò est.

Quòd Ignatius Romæ domum S. Marthæ ædificari curavit pro iis mulierculis, quæ se ad castra Christi transferebant, relictis impuræ Veneris gurgustiis, in eo Justinianum Imperatorem secutus est; de quo ista Procopius. *In opposito littore olim Regiæ erant spectatu digna; has Deo in hunc modum consecravit Justinianus Imperator. Apud Byzantium conventus erat mulierum, in lupanari Veneri servientium, non quidem sponte, sed urgenti paupertate, à lenone victum accipientes; cogebantur subinde per singulos dies corpora vulgari, & viris ignotis, quos casus ferebat, admisceri, olim enim hic erat lenonum copiosa familia, quippe qui ex libidinis officina lucrum aucupabantur, in foro publicè alienam pulchritudinem venditantes, & illaqueantes castitatem. Rex autem Justinianus & Theodora Regina invicem pietate moti, scelestum lupanaris conventum expurgârunt, & expuncto lenonum nomine, mulieres paupertate oppressas, ab intemperantia servili liberârunt, dato illis libero victu & castitate libera. Hæc igitur Rex administravit in littore, quod in dextra occurrit ingredienti Euxinum mare, Priores regias in celebre monasterium commutavit, in receptaculum scilicet mulierum, quæ propter vitam malè actam pœnitentiam agunt. Quapropter hoc mulierum conventiculum ob rei similitudinem cognominabant Pœnitentiam. Multis pecuniarum proventibus Reges ipsi Monasterium hoc locupletârunt, multa præterea venustate & sumptibus in primis excellentia ad consolandas mulieres ædificârunt, ne ad servanda castitatis munia quoquo modo segniores fiant.* Hæc Procopius. E F

Procop. lib. 1. de ædif. Justinian.

G Narrat Ribadeneira, quo modo ab Ignatio fœmina quædam mœcho erepta, in domum S. Marthæ translata sit, donec marito reconciliaretur, & quomodo mœchus hoc factum Ignatii ægerrimè ferens, omnis generis convicia in Nostros sparserit. Ubi Misenus: *Uter major plagiarius, mœchus an Ignatius?* Mœchus, opinor, quia crimen Plagii nihil ad Ignatium, nisi fortè tu post tot annos mœcho illi litem movere velis, ut tibi potiores partes Plagii assignet. Quam litem meam non facio, tu hoc in genere quidquid voles, tibi vendica; nullum invidiæ periculum à me tibi imminebit. At quòd mulieres illæ sub cura Italici sacerdotis, & aliqua etiam ex parte Ignatii vixerunt, noveris illas longè fuisse securiores, quàm si tibi tuísque Prædicantibus Lutheranis & Calvinianis commissæ fuissent; ubi illud tuum vel maximè valuisset. *O præclaros custodes ovium lupos!* qui castitatem impossibilem, & conjunctionem utriusque sexus rem divinam, cibóque & potu magis necessariam vociferantur.

H Cæterùm quis mœchus ille fuerit, tibi æquè ignotum est ac mihi. Tu suspicaris fuisse lenonem, ideo fortè, quia propter communia studia nullo negotio lenones agnoscis. Et ùt balbus balbum facilè intelligit,

A ita tibi ob morum similitudinem proclive est lenonem internoscere; quem quòd postea flagidosum suum scelus detestatum, & Ignatio reconciliatum scribit Ribadeneira, calumniæ materiam tibi præbuit. Sed ùt sæpe jam testatus sum; utiliter laboras edendo scholia in vitam Ignatii,& in meam Apologiam; quia inde sumere licebit pulcherrimas notas & notationes, sacrarum litterarum oraculis illustrandis; *responsura tuo nunquam est par fama labori*, cùm in libris Regum ad adulterium Davidis perveneris, & ad ea loca,ubi cum inimicis in gratiam rediit, his tuis scholiis uti poteris. *Hic primò notandum, Deo fuisse reconciliatum mœchum; deinde maledico Semei, & populo quoque Israëli-* B *tico, qui Absalonis filii* arma contra mœchum secutus fuerat. Tertiò, mœchos esse propugnatores Israëlitici populi; tum à mœchis beneficia accipere Israëlitas edoctos, si non à Terentio, certè ab aliquo illorum temporum vate: *abs quovis beneficium accipere gaudeas, cùm opus est.* Atque hæc scribi à Miseno, Homeri & Aristotelis interprete, quis non miretur præter Calvinistas? Quòd si fortassè nimis longum erit, dum scholia in Biblia publices, fas erit hæc tua annotamenta ad vitam Bezæ interea adjicere in hunc modum. Notandum primò, mœchum Bezam Calvino fuisse reconciliatum; deinde mœchos esse propugnatores ordinis Calvinistici, tum à mœchis beneficia accipere Calvinistas, à Terentio edoctos; *abs quovis beneficium accipere gaudeas, cùm opus est.*

C *Venio*, inquis, *ad notam præcipuam Antichristi.* Quæ illa? *Quòd futurus osor mulierum.* Quis unquam hac nota Antichristum insignivit, aut insignitum iri scripsit, præter hæreticos, qui odio cælibatus & Pontificis Romani impulsi illud Danielis de Antichristo: *Et erit in concupiscentiis fœminarum*, aliter vertunt & interpretantur: in contrarium scilicet sensum; quasi Antichristus non sit futurus mulierosus, & ùt poëta loquitur, *γυναικομανής*; sed studiosus vitæ cælibis cultor; sicque monstrum illud, quo sol flagitiosius nihil aut vidit, aut videbit; Sanctum, & à mulierum amore alienum D faciunt, ut Pontificem & Pontificios criminandi occasionem habeant. Verùm hanc hæreticorum vanitatem jam refellit, lectionémque vulgatæ editionis defensam dedit Bellarminus. (Bell. lib. 3. de Pontif. cap. 21.) Ais: *hanc esse nostram doctrinam, & hæc nostra verba: Matrimonium esse impudicitiæ januam; ac per hæc animis libidinis faces subministrari.* Nullus Jesuita hoc dixit, aut scripsit; nisi fortè de commentitiis Monachorum, Sacerdotum, & Monialium conjugiis. Nomina auctorum, nomina librum, aut ùt hactenus, ita & hîc mihi Misenus, hoc est, impostor & calumniator eris. Non opus, ut objicias nobis illud Apostoli: *Honorabile conjugium in omnibus, & thorus immaculatus.* Fatemur hoc libenter, sed non de Lutheri cum Borrha, & E similium Apostatarum conjugio, verùm de matrimonio eorum, quibus contractus hujus ineundi jus est, & legitima potestas. Nec illud, *in omnibus*, universim accipiendum est; alioquin inde conficeretur, etiam connubium matris cum filio, aut fratris cum sorore honorabile esse, thorúmque immaculatum. Ergo honorabile conjugium in omnibus, quibus à legibus divinis & humanis matrimonii contrahendi facultas conceditur.

Si secundùm Salomonem, inquis, *inveniens* F *uxorem, invenit bonum, & haurit voluptatem à Domino: qua audacia, tu miser Jesuita responsas voci Spiritus sancti?* Vellem inprimis, notâsses locum Salomonis, in quo hæc sententia: prout tu citas. Olet enim ingenium tuum; non Salomonis; Nam apud Salomonem hanc gnomen reperio: (Proverb. 18.) *Qui invenit mulierem bonam, invenit bonum, & hauriet jucunditatem à Domino.* Quæ sententia longè aliter sonat, quàm illa tua. Sed sit tua Salomonis, quid te juvat? aut quam argumentationem inde extruis? Num hanc? *Omnis, qui ducit uxorem, invenit bonum, & haurit voluptatem à Domino: ergo omnibus permittendum est matrimonium, etiam votivis.* At multi contra te è vestigio consurgent, ductáque uxore se nec bonum, nec gaudium, sed malum & dolorem perpetuum reperisse, clara voce testabuntur; & magno clamore verum esse dicent, quod Salomon (Proverb. 19.) ait: *tecta perstillantia mulier litigiosa:* imò G erunt, qui pestem sibi se adscivisse lugebunt. Nam Salomone testante, *tecta perstillantia in die frigoris, & litigiosa mulier comparantur:* & cum eodem Rege non raró ingeminabunt (Prov. 21. 25.) illud: *Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa.* Et: *Melius est habitare in terra deserta, quàm cum muliere rixosa & iracunda.* Fortassis adjicient & illud antiqui Poëtæ: *Negotii sibi qui volet vim parare, navem & mulierem, hæc duo comparato: nam nullæ res duæ plus negotii habent.* *Duxi uxorem*, inquit ille, *quam ibi miseriam vidi? Nati filii, alia cura.* (Terent. citat S. Aug. lib. 19. de civ. cap. 5.) An illa tua sententia nuptias Lutheri, & aliorum Evangelii tui præconum cohonestare & tueri cupis, quasi bene fecerint, ducendo uxorem; eò quòd qui invenit mulierem bonam, inveniat bonum? Sed inprimis hoc tibi probandum erit, Catharinam Borrham fuisse bonam; nam si bona non fuit, Lutherus eam ducendo, bonum reperire non potuit. Eadem probatio tibi incumbit de aliorum Apostatarum Neæris.

Deinde non sequitur, uxor bona est bo- H num quoddam: ergo quivis Ordinis sui desertor potest licitè uxorem ducere. Non potest enim quivis quodvis bonum jure persequi; nam aliena pecunia bonum quoddam est, an ideo eam invadere & expilare licet? Et quare non licet invadere? Quia

nihil

A nihil tibi juris in illam. Et si invadas, tunc id, quod alioquin bonum est, redditur tibi perniciosum. Eadem est ratio conjugii, respectu tui Lutheri, & Luthero similium refugarum.
Proverb. 19. Est quidem *à Domino propriè uxor prudens*, ùt Salomon ait; sed nulla, quæ ducit Sacerdotem aut Monachum, prudens uxor censenda est. Fatua est, præsertim, si sit Monialis; neque à Domino est talis mulier, ex Salomonis oraculo, sed à Diabolo hujusmodi nuptiarum conciliatore & paranympho. Denique desiderio melioris boni fas est valedicere minori. Ergo cùm, qui virginitatem reperit, majus bonum inveniat, quàm qui invenit uxorem bonam; nihil à ratione alienum faciet is, qui relicto minore nuptiarum bono, majus appetit & perse-
B quitur.

1. Cor. 7. *Si propter fornicationem*, inquis, *unusquisque suam uxorem, ex Apostoli præcepto habere debet, & unaquæque suum virum; qua auctoritate fretus tu infringis, quod Deus ratum esse voluit?* Non est præceptum Apostoli, sed permissio; aliud est præceptum, aliud permissio. Id ex ipsius Apostoli verbis manifestum evadit; *Hoc autem dico secundùm indulgentiam, non secundùm imperium.* Cur ergo tu præceptum somnias, ubi nullum præceptum? Et quomodo omnibus præcepit, ut ducant uxores, qui omnes optabat esse *sicut semetipsum;* hoc est, à conjugio liberos &
C exsolutos, quique ajebat: *Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis, si sic permaneant, sicut & ego. Non diceret*, inquit Commentarius Ambrosii, *Bonum est innuptis, ut sint sicut & ego: nisi esset integer corpore. Nec diceret: Omnes homines volebam esse sicut meipsum: Si enim habuerit uxorem, & hoc dixit, virgines esse noluit; sed absit. Sic enim à pueritia spiritui servivit, ut hujus rei studium non haberet: quippe cùm juvenculus anticipatus sit*
S. Ambros. Exhort. ad Virgin. *à gratia Dei.* Alibi S. Ambrosius sacras virgines alloquens: *Volo vos imitatrices esse tanti Apostoli, ut vitam ejus sequamini, qui conjugii vinculum refugit, ut vinctus esset Christi JEsu. Non potuisset ad tantam Apostolatus sui pervenire gratiam, si fuisset alligatus conjugii contubernio.* Nec omnibus simpliciter nuptias permisit Apostolus, ne tuo Luthero patrocinium ex hac Apostoli permissione petas; sed omnibus meliora non pollicitis; omnibus voluntatis suæ potestatem habentibus, qualis nec Lutherus, nec alii desertores & desertrices Ordinum. Itaque nihil quod divina auctoritate ratum est, sed quod vos Calviniana arrogantia & libidine statuere tentatis, infringere & demoliri conor.

D *Audi*, inquis, *quid dicat tuus Ambrosius.* Meus est sanctus Ambrosius, non tuus. Rectè ergo facis, dum mihi, quod meum est, tribuis. Tibi Calvinum relinquo. Tuus sit, rivalis non ero. Sed quid dicit meus Ambrosius? Nihil aliud, quàm eos, qui copulam conjugalem damnant, quales fue-

runt Encratitæ, Manichæi & alii, damnare E
etiam filios, & generis humani societatem. An Jesuitæ conjunctionem matrimonialem damnant? Non damnant istam: Quoties dicendum? num obsurduisti? num obbrutuisti? Copulam Lutheri, & id genus aliorum damnant, quæ non est conjugalis; sed F
meretricia.

Sed audi, quid dicat tuus Ambrosius. Jam audivi crebriùs. Lutherum omnésque Apostatas Monachos dudum in Sarmatione & Barbatiano, duobus Monachis Apostatis descripsit, refutavit, condemnavit. S. Ambr. lib. 10. epist. 82. *Audio*, inquit, *venisse ad vos Sarmationem & Barbatianum* (Lutherum, Munsterum, Oecolampadium) *vaniloquos homines, qui dicunt nullum esse abstinentiæ meritum, nullum frugalitatis, nullam virginitatis gratiam, pari omnes æstimari pretio, delirare eos, qui jejuniis castigent carnem suam, ut menti subditam faciant.* Infrà: *Quæ istos Epicureos nova schola misit, non Philosophorum, ut ipsi ajunt, sed imperitorum, qui voluptatem prædicent, delicias suadeant, castimoniam nullius esse dicant utilitatis? Fuerunt nobiscum, sed non fuerunt ex nobis. Neque enim pudet dicere, quod dicit Evangelista Joannes. Sed hic positi primò jejunabant, intra Monasterium continebantur, nullus erat luxuriæ locus: interdicta ludibriosæ disputationis licentia: hæc delicati non potuerunt ferre. Abiêrunt. Effervescentes itaque disseminare alia cœperunt, quibus incentores essent vitiorum omnium. Miserabiles, perdiderunt utique, quòd jejunaverunt; perdiderunt, quòd se aliquo continuerunt tempore. Nunc itaque diabolico studio invident aliorum operibus bonis, quorum ipsi fructu exciderunt.* Hæc meus Ambrosius de tuis Apostatis.

Audi, inquis, *quid dicat Epiphanius. Ecclesia nuptias habet reverendas, & colit eas.* G
Quem sauciat hoc dictum, méne, qui matrimonium ajo esse Sacramentum; An te, qui profanis rebus annumeras? Ecclesia colit nuptias; sed non Lutheri, non Monialium, non inconcessas: Vidisti suprà, quo loco Jovinianus, & Justinianus, & tota Ecclesia Orthodoxa habuerint incestas nuptias Monialium & Monachorum.

Audi, quid dicat tuus Hieronymus: Meus est, H
non nego: Agnosco meum, & gratulor esse *meum.* Quid ergo meus Hieronymus? *Omnis, qui nuptias damnat, non amator, sed inimicus est castitatis.* Verissimè, quisquis veras damnat nuptias cum Encratitis & Manichæis. At qui impermissas nuptias damnat, non est osor castitatis, sed cultor. Bone Deus, si viveret in his terris meus Hieronymus, quæ verborum fulmina in sacrilegas Monachorum & Monialium nuptias jacularetur? Eódem pertinent aliorum Patrum sententiæ, quas producis; Encratitas & Manichæos, & cæteros nuptiarum legitimarum damnatores damnant. Itaque nihil ad nos. *Nemo*, inquit sanctus Ambrosius, *vel qui*

A S. Ambr. libr. 3 de virg. & ad virg. lapi.

conjugium elegit, reprehendat integritatem: vel qui integritatem sequatur, condemnet conjugium. Namque hujus sententiæ adversarios interpretes damnavit jam dudum Ecclesia, qui audeant solvere copulam conjugalem. Copulam nimirum conjugalem veram, concessam, honestam; qualis non fuit Lutheri & Borrbæ. Si in Lutherum incidisset S. Ambrosius, aliis eum verbis non compellâsset, quàm illis, quibus olim sanctimonialis cujusdam corruptorem affatus est. Quid dicam *de te, fili serpentis, minister Diaboli, violator templi Dei, qui uno scelere duo crimina perpetrâsti, adulterium utique & sacrilegium. Sacrilegium planè, ubi vas Christo oblatum, Domino dedicatum, dementi temeritate polluisti.* Et: *Quid de te arbitrari perdite pariter & perditor, qui vas rationabile consecratum Christo, sanctificatum Spiritui sancto impiè temerâsti, polluisti sacrilegè, & tui propositi immemor, & judicii divini contemptor.* Placet autem, quòd Damascenum quoque & Gregorium inter meos numeras. *Audi*, inquis, *tuum Gregorium, Damascenum tuum, credo non aspernaberis.* Accipio obviis ulnis tantos viros, nec cum sexcentis Calvinis aut Bezis unum illorum permutavero.

B Tertull. libro de habitu mulier.

Protuleram locum ex Tertulliano contra mulieres. Misenus suscepto mulierum patrocinio, ait, *Verba illa non pertinere ad sexum muliebrem.* Ad quos ergo pertinent? Num ad oves & boves? Mirum, si meliùs nôsses, quorsum verba sua Tertullianus direxerit, quàm ipsemet Tertullianus. An non, cùm de sexu muliebri hæc pronunciâsset: *Vivit sententia Dei super sexum istum in hoc sæculo; vivat & reatus necesse est.* Hæc in eundem sexum subdit? *Tu es Diaboli janua, tu es arboris illius resignatrix, &c.* Non enim Evam affatur, ùt tu fabularis, sed illum sexum, cui de habitu regulas tradit. Sed tu succenses Tertulliano, quòd his elogiis tuam quoque Pyrrbam cohonestavit; nam & ipsa in hoc sexu, nisi fallor, comprehenditur.

C Quid facies Ecclesiastico, qui longè adhuc gravioribus verbis in mulieres invectus est? Quid aliud faceres, quàm ut eum ex censu & tribu Scriptorum Canonicorum exturbes: nisi fortè contentus es effundere in illum hoc convicium, quod in me expuis. *Indignus est, qui hominem matrem habuerit, & non pecudem, quemque fœmina utero, non bellua fuderit.* Cogitanti, cur Prædicantes Ecclesiastico tam iniqui sint, occurrit præter cæteras etiam hæc causa: quòd asperior videatur fuisse in mulieres, unica Prædicantium solamina.

D S. Hier. lib. 1. contra Jov.

Ais, *Quæ Hieronymus ex Theophrasto affert, ad perfectos tantùm pertinent, nos viles animæ ad istum sapientiæ gradum nondum pervenimus.* Ergo inferiores adhuc estis Ethnicis, non enim dicam deteriores. Nam quæ Theophrastus scripsit in aureolo de nuptiis libello, quem citat sanctus Hieronymus, ea Ethnicus Ethnicis, & de Ethnicis scripsit; quæ si vos luce Evangelii collustrati non capitis, ergo in virtutum studio, ne Ethnicis quidem pares estis. *Hæc & hujusmodi Theophrastus disserens*, inquit meus Hieronymus, *quem non suffundat Christianorum, quorum conversatio est in cælis, qui quotidie dicunt, cupio dissolvi, & esse cum Christo.* At quòd vos *animas viles* vocas, longè libentiùs tibi assentior, quàm cùm Hispanos *viles animas* appellitas. Quid vilius animabus ad ventrem & libidinem abjectis, & nihil supra carnem sapere & intelligere doctis? E

F *Non intelligimus*, inquis, *quomodo pugnet conjugium cum præscripto legis naturalis.* Neque nos hoc intelligimus: quia matrimonium nec cum præscripto legis naturalis, nec experientiæ quotidianæ pugnat. Etsi enim lex naturalis non præcipit singulis nuptias, singulis tamen permittit, nisi ipse homo liberè per votum, se abdicârit eo, quod alioquin à præscripto legis naturalis permittebatur. *Qui fit*, inquis, *ut omnium sapientissimi olim judicati conjuges fuerint, Socrates, Pythagoras, Crates?* Erras Misene; ut hi conjuges fuerint, at alii quoque sapientissimi judicati, non fuerunt conjuges; & inprimis tuus Demonax, ut hunc ex multis nominem. Et nostræ religionis sapientissimi quique (ad quorum exemplum tu oculos convertere debebas, non ad Ethnicos, si Christianus videri cupiebas) aut conjuges non fuerunt, aut si fuerunt, conjuges esse desierunt. Ex quorum commentariis tu potiùs indagare debebas, quid de conjugio & cælibatu sentiendum & scribendum sit, quàm ex Musonio, qui te Aristippicam, Jovinianisticam, & Epicuream amusiam docuit. *Periret*, inquis cum tuo Musonio, *genus humanum, si conjugio spreto, omnes cælibatum sequerentur.* Respondet meus Hieronymus, *hac ratione nihil omnino erit, ne aliud esse desistat. Verbi gratia, si cuncti Philosophi sint, agricolæ non erunt; quid loquar de agricolis? non Oratores, non Jurisconsulti; non reliquarum artium Professores: si universi principes, quis erit miles? Si omnes caput, cujus vocabuntur caput, cùm cætera membra defuerint? Vereris, ne si virginitatem plures appetierint, cessent lupæ, cessent adulteræ, ne infantes in urbibus villisque non vagiant. Quotidie mœchorum sanguis effunditur, adulteria damnantur, & inter ipsas leges & secures ac tribunalia flagrans libido dominatur. Noli metuere, ne omnes virgines fiant, difficilis res est virginitas, & ideò rara, quia difficilis. Multi vocati, pauci electi; Incipere plurimorum est, perseverare paucorum. Unde & grande præmium eorum, qui perseveraverint. Si omnes virgines esse possent, nunquam & Dominus diceret, qui potest capere, capiat, & Apostolus in suadendo non trepidaret. De virginibus autem præceptum Domini non habeo.*

G S. Hier. lib. 1. contra Jovin. H

Alibi

A Alibi ad eandem tuam & Vigilantii tui querelam meus Hieronymus: *Si omnes virgines fuerint, nuptiæ non erunt; interibit humanum genus, infantes in cunis non vagient, obstetrices absque mercedibus mendicabunt, & gravissimo frigore solus atque contractus Dormitantius vigilabit in lectulo.* *Rara est virtus, nec à pluribus appetitur, atque utinam hoc omnes essent, quod pauci sunt, de quibus dicitur: Multi vocati, pauci autem electi: vacui essent carceres.*

S. Hieron. contra Vigil.

Nonnullos dixisse audivi, inquit S. Ambrosius, *quòd periit mundus, defecit genus hominum, conjugia labefactata sunt. Quæro, quis tandem quæsivit uxorem, qui non invenerit?* Paulò pòst: *Si quis putat consecratione virginum minui genus humanum, consideret, quia ubi pauci virgines, ibi etiam pauciores homines, ubi virginitatis studia crebriora, ibi numerum quoque hominum esse majorem. Discite, quantas Alexandrina, totiúsque Orientis & Africana Ecclesia quotannis sacrare consueverint. Pauciores hic homines prodeunt, quàm illic virgines consecrantur.*

S. Ambros. lib. 3. de virg.

B Ais; sed Græcè, ne vulgus intelligat: *κατὰ Φύσιν ἐστι ἄλλο καὶ τὸ γαμεῖν, Matrimonium inire; si quid aliud, naturæ consentaneum est: cur ergo sapiens naturæ repugnet?* Pulchrum argumentum: quo eodem uterentur bos, canis, equus, mulus, si loqui possent. Dixit etiam Aristoteles, omnium naturalium actionum hanc maximè naturalem esse, quia à ratione maximè recedit, non modò quia hominibus est communis cum brutis; sed quia rationem quoque non raró obscurat & obnubilat. Quòd si homo vitam duntaxat bruti viveret, non etiam

C ejus, qui rationis particeps, & qui jussus ad sidera tollere vultus, tunc fortè tu meus Brutus aliquid tuo argumento efficeres, probarésque, non repugnandum inclinationi huic omnibus insitæ; sed quia ratio sublimior est, & meliora monstrat, hinc quivis licitè, propensioni illi & appetitui repugnat, & ad sanctiora charismata æmulanda animum appellit, præsertim cùm illa inclinatio legem non præscribat, necessitatemve imponat; sed cujusvis, id, quod sequi velit, arbitrio committat. Nam si tot Philosophi rationis lumen secuti, amore sapientiæ cupiditates & impetus illos naturæ continuerunt, cælibe vita instituta: quid Christianum non oportet facere, cui, si castè vivat, carnémque coërceat, tot in cœlo reposita sunt præmia, & tot serta, castimonia fulgentibus decreta?

D Abi ergo cum tuo argumento, à brutis accepto. *Maximè naturale est generare: Ergo malè facit, qui nuptias repudiat. aut: ergo benè faciunt Monachi & Moniales, qui carnem & sanguinem secuti, matrimonium ineunt, liberósque ad conservationem & ornatum hujus universi progignunt.* Subtilia sanè mei Miseni argumenta, & ex Aristippicis Topicis deprompta.

E Sed tu cum Musonio tuo majora canis, quasi hucusque duntaxat luseris, & ad interiora Epicuri & Joviniani penetralia procedis. *Opifex*, inquis, *hominis, bipartito divisit genus nostrum*, hoc est, ùt Scriptura loquitur, masculum & fœminam fecit eos, *& vehementem utrique injecit cupiditatem*, *τῆς ὁμιλίας καὶ τῆς κοινωνίας* (Græcè loquitur Misenus, pudore, ùt puto, quamvis impudens, absterritus, ne talia vulgo nota lingua proferret) *Ergo malè faciunt, qui à matrimonio abstinent*; vel, ut consequentiam duplicemus: *Ergo bene fecit Lutherus, & alii Apostatæ, qui carnis impetum secuti, fœminas sibi junxerunt, nomine uxores, re meretrices.* Probas consequentiam ex Musonio; *Ingens desiderium utrique alterius concitavit, ut mas fœminam appeteret, fœmina marem*, Sequitur ergo, quod antea. Possem

F hæc omnia argumenta tua doctissimis mei Hieronymi adversùs Jovinianum verbis refellere: sed nolo, ipsemet legito lib. 1. contra Jovin. cap. 21. Mihi satis est, hæc & similia jam olim à porcis objecta, à te itidem objici, per quod monstras, quonam sis sanguine cretus. Illud addo, S. Basilium & alios, qui de virginitate libros conscripserunt, ex hac inclinationis naturalis vehementia præstantiam & nobilitatem virginitatis & cælibatus colligere, & vel maximè ob hanc difficultatem, omnes exhortari, ut ad tam ardua enitantur, spe præmiorum corroborati; nam pulchra sunt difficilia. Neque

S. Hier. lib. 1. cont. Jov.

G propensio hæc argumento est præcepti de matrimonio contrahendo singulis præscripti; sed est incitatio ad id, quod ad speciei humanæ conservationem necessarium est, quam qui sequi cupit, si adhuc liber est, bene facit; si sequi renuit: meliùs facit, juxta illud Apostoli: *Qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit; qui non jungit, meliùs facit*, non obstante illa inclinatione ad conjugalem copulam; sed metuis, ne si virginitatis & cælibatus studium invalescat, urbes deserantur, & familiæ deficiant. Cæterùm hanc formidinem jam dudum exemit S. Hieronymus, Joviniano & Vigilantio; nec est periculum nimiæ hominum penuriæ, dum Calviniani & Lutherani Prædicantes superant; vel soli sufficiunt conservandis urbi-

H bus; sunt enim ex genere leporino, *in quibus*, ùt ait Theophylactus Simocates, *conceptio non terminatur: Sed cùm primus fœtus adhuc fertur ad perfectionem, superconcipiunt. Sic alios quidem fœtus peperit lepus* (Prædicans) *alios parit, alios in ventre gestat imperfectos:* Ægyptum & Danaum quasi *fœcundissimi forent, poëtæ celebrant; sed iis superior est lepus*, (Prædicans) *ùt inquit Abderita. Hoc autem, ut credas, impunè licet.* Finio hoc caput, si priùs ex te percontatus fuero, quomodo Ministri vestri, possint eo, quo decet modo, vacare Evangelio, & Theologicis studiis, uxoribus & liberis implicati, cùm Theo-

Theophyl. quæst. 11.

 phra-

A phrastus putaverit, fieri non posse, ut quis uxorio jugo devinctus Philosophiæ seriò det operam. Ait enim apud meum Hieronymum, *impediri studia philosophia* (per uxorem) *nec posse quemquam libris & uxori pariter inservire: Et Cicero rogatus ab Hirtio, ut post repudium Terentia, sororem ejus duceret, omnino facere supersedit; dicens, non posse se uxori & Philosophia pariter operam dare.* At Prædicantes nostri Evangelium & uxorem eximiè consociare nôrunt.

[S. Hier. lib. 1. cont. Jov.]

CAPUT III.

Refutatio criminationum, quas Misenus in reliquam partem libri tertii effutivit.

B CRuciat te purpureus Bellarmini galerus, quasi contra Ordinis nostri leges comparatus. Magnus, ùt video, observator es, & rigidus exactor nostrarum legum, quæ Ecclesiasticis dignitatibus nobis quidem interdicunt, sed cum hac clausula: nisi imperet & cogat ille, qui sub periculo peccati mortalis imperare & cogere potest. Scis, quisnam ille? Hoc & Bellarmino evenit, alioquin quàm parùm tu cupis esse Jesuita, tam parùm ille appetiit esse Cardinalis, non quòd Cardinalatum detestaretur, sicut tu Jesuitismum; sed quòd, utpotè non modò doctissimus, sed etiam religiosissimus, longè satius existimaret in schola humilitatis perseverare, quàm ad honoris illius fastigium ascendere. Si mihi fidem non adhibes, ipsum Bellarminum, cùm Romam veneris, examines licet. Libenter, qua est humanitate, tibi demonstrabit, quomodo nihil in Ordinis sui leges deliquerit.

C Introduxeram ad Miseni imitationem Calvinum & Bezam de egregiis suis facinoribus colloquentes, & quidem versibus Plautinis. Ubi Misenus. *Voluit Theologus esse facetus, & Calvinum & Bezam introduxit ad imitationem mea* παρῳδίας *inter se loquentes. Si quis ineptiis delectatur, poterit pellegere:* tuam videlicet parodiam longè omnium ineptissimam. Meam enim omnes decori numeros observare, ne ipse quidem Beza, non malus alioquin poëta, & poëmatum æstimator, abnuerit. Itaque quod hac de re jam dudum fratri tuo Celso Origenes dixit,

D id in gratiam tuam hoc loco repetam. Dicimus, inquit Origenes, *artificium fingentis personas in eo consistere, ut servetur decorum in moribus & voluntate persona, quam inducit. Vitium verò, si parùm convenientia verba persona loquenti affingat. Itàque non probantur artifices, inducentes philosophicè loqui personas barbaras, ineruditas, serviles, qua nunquam audièrunt Philosophos, licèt fabula auctor non sit rudis placitorum philosophia: sicut contra non decet, ubi persona fingitur sapiens, huic tribui vulgares affectus, & sententias plebeias, magnam præseferentes imperitiam.* Hæc Origenes, quæ utrum tu novus Celsus observaveris; ipsum Bezam non defugio arbitrum. E

[Orig. lib. 7. cont. Celsum.]

Optabat Xaverius noster, omnes Nostros, qui in Indiam mittuntur, esse similes Antonio Criminali, magnæ sanctitatis sacerdoti, qui & animam suam pro ovibus sibi creditis in India posuit. Ex hoc Xaverii loco collegerat Misenus, non modò aliquos Jesuitas Antonio non esse similes; sed & nonnullos *esse ambitiosos, admiratores mundi; orationi parùm deditos, flagitiosos.* Responderam, hoc non sequi, & ineptiam hujus consequentiæ aliquot exemplis declaraveram. Ad quæ Misenus: *Qua est absurditas hujus consecutionis? Si quis præceptor optet discipuli unius cujusdam modesti, pii, ingeniosi, diligentis, omnes reliquos esse similes: an non inde sequeretur, aliquos ex discipulis esse stupidos, negligentes, petulantes, improbos? Quid ais Logice?* Hoc ajo, minimè hoc sequi; sed hoc duntaxat, non omnes esse tam modestos, pios, ingeniosos & diligentes, quàm est ille, ad cujus exemplum, tanquam perfectum & consummatum, cæteros exigit. F Potest quis modestus, pius, & diligens esse, & tamen modestiam, pietatem, & diligentiam alterius non assequi. Quo casu, si optem, ut ad alterum non modò accedat; sed & ipsum æquet, non adimo illi modestiæ, pietatis, & diligentiæ laudem; nec inter stupidos, negligentes, petulantes, & improbos repono; sed majorem duntaxat modestiam, pietatem, & diligentiam ei exopto. At quòd scribis: *Antonium, ne in infimo quidem virtutum gradu constitisse: ac proinde videndum esse, in quo sint nonnulli Jesuita Antonio dissimiles;* id cæteris tuis criminationibus annumeretur. Utinam tu vel micam, ut sic dixerim, de virtutibus Antonii haberes: Quàm G felix esses: Verè S. Gregorius Nazianzenus. *Quod in seipso aliquis minimè sensit, is nec alteri, de se affirmanti* (aut de ipso aliis) *nunquam crediderit: qui autem ita aliquando se affectum sensit, is profectò ad assentiendum faciliorem se præbebit, utpotè invisibilis affectus invisibilis testis, formaq; aliena speculum.* Porrò quòd non omnes similes sunt Antonio, quid mirum? Nónne in omni rerum genere certos est reperire gradus? *Et quamvis summum assequi grande est ac difficile, sequi tamen pulchrum est atque sublime. Quoniam in summa rerum,* ait Cassianus, *non adeptio tantùm; sed etiam imitatio ipsa laudanda est, quia nunquam ferè ejus rei portione ad plenum caret, ad quam scandere & pervenire contenderit.*

[Nazianz. orat. contra Maxim.]

[Cassian. lib. 7. de Incarnat.]

H Ais: *nos nostra ministeria non obire gratis.* De nobis ex tuo, vel potiùs vestro more conjectas: apud quos ἄνευθε χαλκοῦ Φοῖβος οὐ μαντεύεται: *absque ære Phœbus non vaticinatur.* Valétque illud proverbium; *Obolo nihil esse præstantius.* Ubi nullus Cycnus canit, nisi spiret ex marsupio *genitabilis aura Favonii.* Quære ex discipulis nostris

[Nazian. orat. 1. in Julian.]

A stris, si quando veneris in illam urbem *Judicii sedes ubi Cæsaris inclyta*, quodnam didactron nobis persolvant. *Unde*, inquis, *tot collegia, si gratis obitis vestra munia?* Non ex stipendiis ministeriorum, sed ex liberalitate Fundatorum. Habes originem. Et quia Insulæ Deli mentionem facis, arbitror, non minùs vos mirari, extitisse tot Collegia, quàm olim Delum ex uodis enatam admirabantur prætereoavigantes nautæ. Sed nostine in Delo fuisse altare, quod *piorum* appellabatur; id enim scriptum reliquit sanctus Cyrillus? Certè tuum nec fuit, nec si extaret, modò esset; nec in eo sacrificandi potestas tibi concederetur. Ipsa ara, te propinquante, clamaret: ἑκὰς ἑκὰς ὅςις ἀλιτρός.

S. Cyril. lib. 9. contra Julian.

B Dictum illud: *Non privatio Sacramenti* (Baptismi) *damnat; sed contemptus*: si in S. Bernardi libris ostenderis, tum Bernardi esse credam. Interea ooo ægrè feres, si in tua officina ortum arbitrer. Quid verò tibi in mentem venit scribere: *infantes non baptizatos à me damnari, quibus tamen fidem concedam?* Egóoe infantibus non baptizatis fidem tribuo? Ubi Misene? nomina locum, paginam. *Actualem* fidem nec baptizatis inC esse firmissimè credo, cur non baptizatis aut hanc, quæ in actu, aut illam, quæ in babitu coosistit, inesse existimarem? Nec cum impiis gratiam communico, si baptizentur, affectúmque ad peccata mortifera, per aliquem saltem dolorem, non ponant: non ita insanio. Fieri quidem poterit, ut legitimè baptizentur; sed nisi præteritæ vitæ peccata detestentur, non sanctificabuotur per gratiam inhærentem, primarium baptismatis effectum. Evanescunt itaque tua illa verba: *cum impiis Simone Mago, & aliis, si modò baptizentur, gratiam communicas.*

D Nunc avolas in Galliam: *De accusatione Arnaldi non laboro*, inquis. Laudo coosilium. Parce labori infructuoso, omnem laborem in mendaciis & conviciis poneres, si quid laboris in illa accusatione poneres. Ais: *te contentum esse judicio totius Galliæ, à qua noster Ordo in publicis monumentis perniciosissima factionis hæresis pestifera nominetur.* Viden, te non esse cootentum judicio totius Galliæ, sed tuo mendacio. Nego, judicium hoc totius Galliæ esse, aut Epigraphen illam, tota Gallia approbante, in columnam incisam: Imò nobilissimæ & amplissimæ civitates aliter judicant, quia nos retinuerunt, & ùt antea, ita & nunc tueotur & fovent. Ipse Christianissimus Rex aliter judicat, tum quia ipsius permissu io Aquitania quædam Collegia excitata sunt; tum quia suo decreto & regia auctoritate Collegium Turnonense cooservavit, cùm ab hostibus nostris vehementissimè oppugnaretur, & io extremum propemodum discrimen adductum esset. E

Convicia in Pontificem, quæ hic largiter fundis, surda aure pertranseo. Noo descicis ab ingenio tuo. Facis, quod io schola Calvini eductus es. Ad Pontificios non multum valent ejusmodi nugæ. Canis igitur tibi & tuis crimioatricibus Musis. Ex Glossis Juris Canonici, & dictis factísve Pootificum alioquin rectis, si à recto oculo legantur aut aspiciantur, sugitis vos, araneorum instar, venenum, & optima quæque & saluberrima in toxicum vertitis. F

Lutherum sub fioem sollicitè excusas & purgas ab omni maleficio. Agnosco pietatem oepotis in avum. Si nepotes & filii non excusarent Lutherum, quis excusaret? Quis Catilioam pro Catone haberet, & Marcionem vel Arium pro discipulo Christi, oisi id faceret Cethegus, aut Marcionista, aut Arianus? Si Lutherus vir boous, bonos effecisset alios quoque. Sed Hæresiarchæ tam bonos reddunt sectatores suos, quàm olim Ethnici suos. Accommodemus ad Hæreticos, quæ saoctus Gregorius Nazianzenus eleganter scripsit de Ethnicis. *Quid dixeris*, inquit, *de ea ipsorum disciplinæ parte, quæ circa mores versatur? unde & à quibus principiis ordientes, quibúsque rationibus utentes, ad virtutem eos informare, consiliisque suis & hortationibus præstantissimos efficere poterunt? Verbi gratia: optima res est concordia, optimum animorum consensu inter se civitates, & populos, & familias, & singulos homines jungi, legem videlicet ordinémque naturæ sequentes, quæ omnia distinxit simul atque constrinxit, ac totam hanc rerum molem mundum unum ex pluribus rebus effecit. Quibus autem exemplis hoc illi docebunt?* Ibidem: *Citiùs profectò ex pacatis bellaces, & ex sapientibus excordes, & phanaticos, quàm contrà ex audacibus & stolidis moderatos atque pendentes hujusmodi exemplis effecerint. Etenim quos remotis etiam vitiorum illecebris, à malo avertere, atque à deteriori parte ad meliorem traducere difficile est; quis tandem his persuaserit, ut placidi & moderati sint?* Cùm audiunt tot bella à Luthero & Lutheranis, Calvioo & Calvinianis excitata: rusticum, Schmalcaldicum, & alia minoris famæ & notæ, Belgica, Gallica, Scotica, Coloniense, Argentinense. Quid præterea? *temperantiam doceant, continentiam suadeant, in propinquo est, qui persuadeat intemperantiam* exemplo suo, dum Monialem sibi conoubio jungit; & doctrioa, *dum castitatem servatu impossibilem esse* tradit. Hactenus de calumniis Misenicis in tertium Apologiæ librum.

G

Nazianz. orat 1. in Julian.

H

FINIS LIBRI TERTII.

APO-

APOLOGIÆ
PRO VITA
B. P. N. IGNATII
LIBER QUARTUS.

CAPUT I.

Refutatio calumniarum capitis primi & secundi.

A FAtetur Jesuita, inquit Misenus, *se & suos ex Ignatio fecisse Paulum imitatione.*
Dixeram eum, qui alterum imitatur,
effici ipsum, quem imitatur, non
natura, sed imitatione, quia personam al-
terius quodammodo induit: nam ùt is, qui
Ciceronem ad imitandum sibi proponit,
Cicero fit, qui Virgilium, Virgilius; non
natura, sed quali quali repræsentatione; ita
qui ad cœlitis alicujus, ùt S. Petri, S. Pauli
vitam & mores, suam vitam & mores per
sedulam imitationem componit, eum, Pe-
trum vel Paulum fieri necesse est, non na-
tura, sed imitatione. Hic Misenus. *O imi-
tatores servum pecus!* Ergo qui S. Paulum
imitari studet, is, tuo judicio, nihil est
aliud, quàm *pecus*, & quidem *servum*. Et
S. Paulus cùm Philippenses his verbis co-
Philip. 3. hortatur: *Imitatores mei estote fratres, &
observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis*
B *formam nostram:* nihil aliud voluit, quàm
ut Philippenses *servum pecus*, efficerentur; ùt
& tunc, cùm ad sui imitationem Corin-
1. Corint. 11. thios excitavit. *Imitatores mei estote sicut &*
1. Corint. 4. *ego Christi.* Et cùm eosdem Corinthios ob-
secrat: *Rogo vos, imitatores mei estote:* nihil
aliud rogat, quàm ut servum pecus fiant.
Poteris, Misene, hoc tuo Horatiano scho-
lio non pauca sancti Pauli loca illustrare;
Præter dicta etiam illum: *Estote imitatores*
Ephes. 5. 1. Thessal. 1. *Dei, sicut filii charissimi.* Et hunc: *Vos imi-*
1. Thess. 2. *tatores nostri facti estis, & Domini.* Et hunc:
*Vos imitatores facti estis, fratres, Ecclesiarum
Dei, quæ sunt in Judæa in Christo JEsu.* Li-
cebit, inquam, his & id genus aliis Paulinis
sententiis obscurioribus lucem accendere ab
Horatio; adjecta ad oram hac exclamatio-
ne: *O imitatores servum pecus! ut mihi sæpe
bilem: sæpe jocum vestri movêre tumultus.*
Hebr. 6. Nec minùs bene mereri poteris de epi-
C stola ad Hebræos, quam utrum pro Paulina
agnoscas, incompertum habeo. Ubi enim
Apostolus monet Hebræos, ne efficiantur
segnes imitatores eorum, qui fide & *patien-
tia hæreditabunt promissiones.* tu loco tenebri-
coso clarissimam facem inseres; si ὅσον σθένος
cum Horatio exclames, *O imitatores servum
pecus!* Item: *Decipit exemplar vitiis imitabile.*
ut, quod jam alibi monui, dum *unam fideli-
am* paras, pro duobus parietibus dealbandis
satis materiæ pares.

Quo iure, inquis, *Ignatius Paulum imita-* D
tus est? præter cætera in hoc; quòd, sicut
Paulus, sapientis Architecti instar, Ecclesiæ
Corinthiacæ fundamentum posuit; ita &
Ignatius, tanquam sapiens architectus, fun-
damentum Societatis JESU posuit; cui alii
nunc superædificant. Ais: *quod fundamen-
tum Ignatius posuit? Mariam, Petrum, alios
Sanctos;* non nego; sed post Christum Do-
minum, primarium totius hujus substru-
ctionis fundamentum: nec mirum tibi vi-
deatur, si unicum spirituale ædificium plu-
ribus fundamentis constet. Nónne Ecclesia,
præter illud fundamentorum fundamentum,
quod est Christus JESUS, aliud habet, nem- E
pe Petrum? non enim frustra est illud: *Et* Matth. 16.
super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et
præter Petrum proximum à primo, adhuc
alia, nimirum Apostolos & Prophetas?
nam falsitatis non redargues illud Apostoli-
cum: *Fratres, jam non estis hospites & ad-* Ephes. 2.
*venæ, sed estis cives Sanctorum, & domestici
Dei, superædificati supra fundamentum Aposto-
lorum & Prophetarum.* Nónne murus civi- Apocal. 21.
tatis illius, quam vidit & descripsit S. Joan-
nes, duodecim fundamenta habet?

Quem, inquis, *Paulus ordinem instituit ùt* F
Ignatius? Nullum quidem Ordinem religio-
sum instituisse legitur; exemplo tamen suo
alios ad vitam religiosam perfectámque
Christi sequelam incitavit; ùt libro primo
fusiùs dictum. Imitatio, quam Ribadenei-
ra indicavit, non consistit in hoc, quòd,
sicut Paulus religiosum Ordinem instituit,
ita & Ignatius: sed in hoc; quòd sicut Pau-
lus *sapientis architecti* munere functus est,
Ecclesiæ Corinthiacæ fundamenta jaciendo,
ita & Ignatius sapientis architecti partes ex-
pleverit; dum Societatis JESU fundamen-
tum jecit. Nil igitur ad rem, etsi non pa-
rùm ad fucum, hæc tua quæstio: *Quem
ordinem Paulus instituit?* Quasi verò si Pau-
lus nullum Ordinem religiosum instituit,
aliis instituere sit inconcessum.

Ad

A *Ad nullos*, inquis, *ordines, qui tum in rerum natura nulli erant, scripsit.* Esto, ad nullum Ordinem scripserit S. Paulus; non sequitur tamen, nullos fuisse Ordinis & Instituti religiosi professores: sicut si non scripsisset ad Christianos, non sequeretur, ideo nullos tunc extitisse Christianos. Erant tempore S. Pauli, qui tribus Religiosorum votis obligati erant, tam viri, quàm fœminæ; erant Jessæi; ùt libro primo copiosè ostensum: erant igitur Religiosi; si Religiosi: ergo & religiosi Ordines; etsi fortassis eo tempore, necdum eo, quo nunc, modo, in varias & discrepantes familias distincti. Discrepantes, inquam, victu, vestitu, moribus & ritibus, non iis, quæ ad Ordinis ipsius essentiam spectant; licèt Jessæorum Institutum ab aliis non fuerit minùs diversum, quàm hodie sit familia S. Francisci ab Ordine S. Dominici.

B Sacrificuli nomen, si tuis Ministris tribuere velis, nemo vetabit, sacrificant enim suis numinibus; de quibus jam alibi, præsertim Deæ *Salacia* & *Stimula*, quæ sunt, ùt Maximus Madaurensis dicere solebat; *magni Dei vestri*; hoc est, ventris, *partes*. Verbum *sacrifico*, inquis, *honorificum est, ergo & sacrificuli*. Acutè, & perinde ac si diceres; verbum *doceo* honorificum est, ergo & nomen *Doctorculi*. Verùm ut omnes intelligant, quantus sis seu *sacrificus*, seu *sacrificulus*, de sacrificiis disserere ingrederis, eáque adducis, quæ nemo nostrûm priùs novit. *Primum*, inquis, *sacrificium, & quidem cruentum, est illud, quod Christus in cruce obtulit.* Magnam à nobis gratiam inis, qui tam abditam veritatem pandis. Nemo unquam antea legerat epistolam ad Hebræos; nemo quidquam de hoc unico & soli Christo competente sacrificio inaudierat. Tu jam princeps hæc mysteria patefacis, & *avia Scripturæ peragras loca nullius antè trita solo.* Sed hic tuus est mos, *Juvat* nimirum, *integros accedere fontes, atque haurire, juvatque novos decerpere flores, insignémque tuo capiti petere inde coronam; unde priùs nulli velârint tempora Musæ. Juvat immemorata ferentem ingenuis, oculisque legi, manibúsque teneri.*

C *Hoc*, inquis, *sacrificium iterari non potest.* Neque hoc noveramus; semper exspectabamus, donec Christus denuò, in medio terræ, pro salute hominum, mortem obiret: liberâsti nos magno errore: *Quæ te tam læta tulerunt sæcula; qui tanti talem genuêre parentes?* In cœna, inquis, celebratur memoria hujus sacrificii. Nescio, quid celebretis in vestra cœna: Mihi concœnatio vestra longè videtur aptius mnemosynon symposii, in domo Aristæneti instituti, & à Luciano scitè depicti, quàm sacrificii in cruce peracti.

D *Aliud est*, inquis, *Sacrificium, aliud Sacramentum, si propriè loqui velimus.* Rectè. Interim si Calvinianus non esses; haud inficiareris, idem diversa ratione, & sacrificium & E sacramentum esse posse: Sed hoc attigisse satis esto; ne te sacrificiorum genera denarrantem moremur.

Ais: *Secundum sacrificium est laudis & precum.* Miror, te nondum præmium petere; ob res tam abstrusas, tam feliciter & dilucidè explanatas. Quis enim hactenus hoc sacrificii genus intellexit? quis illum Davidis versiculum legit? *Sacrificium laudis honorificabit me?* At quòd locum Malachiæ ad Malach. 1. hoc commune & generale sacrificium refers; id ideo facis; quia à Calvino ita institutus es: si meliorem magistrum nactus esses, meliùs sapere didicisses.

F *Tertium*, inquis, *sacrificium est; quo corpora nostra, hoc est, nos ipsos, Deo viventem, sanctam & acceptam hostiam offerimus. Quartum; quo egestatem fidelium sublevamus.* Pollicebatur vates ille maximum sibi præmium; *Primum*, inquit, *quòd magnis doceo de rebus, & arctis religionum animum nodis exsolvere pergo. Deinde quòd obscura de re tam lucida pango carmina.* Quantò rectiùs easdem ob causas tu didactron à nobis flagitares? Cui enim ad hunc usque diem exploratum fuit id, quod Propheta canit: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus*; aut illud Apo- Psalm. 50. stoli: *Beneficentiæ & communionis nolite oblivisci. Talibus enim hostiis promeretur Deus?* Hebr. 13.

G Perge jam, quintúmque sacrificium nobis expone; Sed hic obmutescis: ubi te quàm maximè vocalem esse oportuit. Loco igitur quinti sacrificii, quæris, quodnam ex prædictis sacrificiis obtulerit Ignatius. In promptu est responsio: primum non potuit, quia solius Christi est. Igitur secundum, tertium, & quartum obtulit: ùt planum est ex historia de vita ejus. At quòd sacrificium laudis non obtulerit, in hunc modum probas: *Obtulit sacrificium Missæ: ergo non obtulit sacrificium laudis; quia sacrificium Missæ, non est sacrificium laudis.* Proba, Misene, consequentiam: etsi injuriam tibi facio poscendo probationem; jam enim probâsti, *quia sacrificium Missæ non est sacrificium laudis.* Sed liceat, oro, à te probationis probationem quærere, qua demonstres sacrificium Missæ, præter cætera, quæ propria & peculiaria habet; non esse sacrificium laudis. Verùm citiùs à pumice, qui ipsus sitiat, aquam impetrârim, quàm à te probationem.

H Ergo, ne, quod asseris, probare cogaris, trajicis in Hispaniam; fortè eo consilio, ut ex Hispania probationem accersas. Sed fallitur, cui hæc persuasio: In Hispaniam migras ea solùm de causa, ut doceas Calvinistas inter Hispanos non satis tutam & quietam vitam ducere. Quis verò ignorat, Misene, cœlum ibericum Calvinistis non satis esse propitium, quòd nimis sit *æstuosum*, ùt tu ipse alicubi scribis. Quòd si qui tuæ sectæ in Hispaniis degunt, ii nimirum muti sunt,

A non ſecus ac rana Seriphia, aut Cyrenæa in ſua aqua: cùm ad Lemannum lacum, Nicrum, Rhenum, aut Oceanum Britannicum redeunt, vocem recipiunt, quod etiam ranis Seriphiis, ſi in aliam aquam transferantur, uſuvenire teſtatur Theophylactus Simocates.

Theophyl. quæſt. Phyſic. 17.

Pictura inquiſitionis, inquis, *ſatis de Apoſtolica veſtra humanitate nos inſtruit*. At longè meliùs de Calviniſtica manſuetudine inſtruit nos liber, qui *theatrum crudelitatis Calviniſticæ* inſcribitur; & tot monumenta, quæ Geneventem clementiam, qua Angli Orthodoxos tractant, non modò verbis prædicant, ſed & picturis repræſentant. O pulchrum modum extirpandi fidem avitam, & introducendi Hæreſes; dignum carnificibus!

B Nunc adversùs B. P. Xaverium cornua vertis. *De Xaverii*, inquis, *virginitate neſcio quæ diſſeris.* Si neſcis, cur non diſcis? cur carpis, quæ neſcis? Verùm tu diſputationis de virginitate tam capax es, quàm brutum: *Hoc*, inquis, *videor didiciſſe, multos apud Jeſuitas, & alios ordines virginitatem & integritatem amiſiſſe.* Hoc ex diſſertatione mea non didiciſti; ſed illinc, unde cæteras Pſeudologias & criminationes didiciſti. Lector Apologiam conſulat; & judicet, num, me Doctore, convicium hoc didiceris.

C Vocaverat Ribadeneira Xaverium virum ſingularem, virginem prorſus & *impollutum*. Ex hoc collegerat Miſenus, ſolito acumine, cæteros Jeſuitas aut omnes, aut aliquos eſſe flagitioſos, & libidinibus contaminatos. Sed cùm hoc Miſenicum acumen multis, iiſque perſpicuis argumentis refelliſſem, nunc breviter hoc cornuto ſyllogiſmo me oppugnat. *Vel ſolus Xaverius fuit talis, qualem deſcribis, vel cum aliis? Si ſolus fuit, vici ego: ſi cum aliis: ergo ineptus Ribadeneira, qui quod multorum eſt, uni tribuit.* Ante triumphum Pæanem canis. Etiamſi ſolus talis fuiſſet, non ſequeretur, cæteros eſſe flagitioſos & impuros. Nam qui virginitatem per uſum legitimi matrimonii amiſit, is virgo non eſt, nec tamen propterea flagitioſus eſt. Quòd ſi quis illicito modo virginitatis jacturam feciſſet, flagitium quidem commiſiſſet, ſed poſt actam pœnitentiam, amicitiámque cum Deo rurſus initam & redintegratam, ampliùs non niſi à flagitioſis impurus & flagitioſus haberetur, quippe jam ab omnibus inquinamentis expurgatus & ſanctificatus: niſi tu ſanctiſſimum præſulem Auguſtinum inter flagitioſos numeras, quòd ante ſuam ad meliorem vitam regreſſionem, caſtimoniæ legibus adverſam vitam duxerit. Ubi eſt ergo victoria, quam jactas?

D Deinde licèt Xaverius non fuiſſet ſolus virgo prorſus & impollutus, ineptè tamen non feciſſet Ribadeneira, laudando illum ab ornamento cum aliis communi. Quàm multos vocamus *doctiſſimos, eruditiſſimos, clariſſimos, viros raros & ſingulares, eximiæ eruditionis, & decora hujus ævi.* An quia iſti honoris tituli multis tribuuntur, & verè; ideo ineptè facit, qui eiſdem unum quempiam inſignit, eundémque virum clariſſimum & eruditiſſimum nominat! An tu non magni æſtimabis hanc prædicationem, ſi audias eadem de aliis quoque nonnullis dici? E

F *Si omnes*, inquis, *Jeſuitæ virgines ſunt & impolluti, qui fit, ut Ribadeneira dicat, ob hoc ipſum & admirabilem & venerabilem fuiſſe Xaverium, etiam Ethnicis?* Perinde ac ſi quæreres; ſi omnes Apoſtoli morum ſanctitate & integritate admodum præſtabant; qui fit, ut B. Paulus, ob hanc ipſam ſanctitatem admirabilis & venerabilis fuerit, etiam Ethnicis? An tu nihil admirationi & venerationi eſſe putas, quod in aliis itidem reperiatur? Virtus & ſapientia in omnibus admirabiles ſunt, & venerabiles; & quam admirationem & venerationem commovent, ùt ſunt in hoc aut illo, eandem commovent, ùt ſunt in altero, ſi æquè agnoſcantur, & cætera non ſint admodum diſſimilia. Nimis importunus es calumniator, dum, ut convicia tua defendas, nihil abſurditatum non comminiſceris; nam ut quis ob virtutem & eruditionem aliis ſit admirationi & honori; minimè oportet, ut ſit phœnix, hoc eſt, ſolus & unicus, qui in hoc genere præſtet; ſatis eſt, ut ipſe dotibus illis excellat; licèt alii earundem non ſint expertes.

G Addis: *De virginitate veſtra non opus erat tantoperè gloriari te.* Gloriatus non ſum, & ſi gloriatus fuiſſem, *in Domino gloriatus fuiſſem:* nec tam de hominibus, quàm de ipſa profeſſione caſtitatis diſſerui, occaſione calumniarum, quas tu in Xaverium largiter evomueras, eò quòd Xaverii meminiſſe nequeas ſine nauſea, imò & vomitu ex imo ſtomacho. Semper enim videris tibi videre Xaverium ulcera tabo & ſanie manantia lingentem. Quòd autem ais: *noſtram caſtitatem plures producere fœtus, quàm Calvinianorum matrimonium:* id ſi verum eſſet, ideo fortaſſis accideret, quòd matrimonii fines tranſcenditis, nec una uno, nec unus una contenti eſtis. Hic clamores tolles, totámque Calvinianorum gentem inſigni injuria affici vociferaberis. Sed quæ injuria, ſi ego ejus, quod tu aſſeris, rationem reddere coner? Deinde, cùm, ùt ſuo loco dictum, Prædicantes veſtri ſint ex genere *leporino*, cui triplex ſemper fœtus, perſuadere mihi nequeo, fœtus horum, ſi vel ſoli ſpectentur, non adæquare ſobolem omnium eorum, qui toto ſuperiori ſæculo, voti & profeſſionis ſuæ immemores, in Eccleſia orthodoxa ſpuriorum genitores fuerunt. Nimis fœcundum eſt veſtrum Evangelium: Nec mora, nec requies, ubi perpetuò inculcatur H

illud:

illud: *Crescite & multiplicamini.* Et: *Meliùs* A *est nubere quàm uri.*

Quot verò in Ecclesia Catholica virginitatis aut castitatis laude excellentes vivant, non tibi, opinor, notum, sed Deo; & si hominibus aliquo modo ootum est, magis erit notum illi, qui inter Catholicos degit, quàm illi, qui in Calvini syoagoga delitescens, alios ex libidine sua æstimat, quósque igoes patitur, iisdem alios ardere & coosumi suspicatur. Qui propriæ libidinis ignes, & suspiciones de alienis flammis efficiunt, ut nemo libentiùs & faciliùs inoocentes accuset B libidinis, quàm quibus libido jecur ulcerat. Sic mœcha illa Ægyptia flagitii accusavit Josephum; & duo illi impuri senes apud Danielem, Susannam. Apud Ethnicos Phædra, Hippolytum; Phylonome seu Peribœa, Tennum. Antæa, Bellerophontem. Hippodamia, Myrtilum. Hippolyte, Peleum. Noverca privigoum suum Timasionem Ægyptium. Damasippe, Hebrum. Alia noverca Myenum. Alia Comminium. Ochna, Eunostum. Socrus Clematium Alexandrinum. Denique Fausta Crispum. Cùm igitur hæretici Orthodoxis perpetuò venereas maculas objecteot: facilè apparet, quas flammas proprio sub pectore alant, & quàm magnas. *Vulnus enim vivescit, & inveterascit alendo.* ùt canit Lucretius.

C Vocat Calvinista Xaverium μαινόμενον, hoc est, *furiosum & insanum*, quòd aliquando diviois rebus intentus, dum iter faceret, in lapides offeoderit, pedes laceràrit, in vepres se induerit, sioe ullo dolore aut sensu. Sed non dubium, quin meus Misenus illos itidem Martyres habeat pro *furiosis & insanis*, qui prunas sine ullo dolore aut sensu calcâruot, picémque liquefactam, & oleum fervens, & id genus millena, ita tolerârunt, quasi oon ex ossibus & oervis compacti, sed ex ære conflati essent; ídque non aliam ob causam, quàm quia dulcedo illa rerum cœlestium, omnem doloris sensum adimebat. Fortè S. Petrus in monte Thabor judicio tuo, μαινόμενος erat & ἀνάλγητος; nescitbat enim, quid diceret.

D Versiculus ille Persii, quem citas, *Dicite Pontifices, in templo quid facit aurum?* Calvinianus est, & à Calviniano spiritu jam olim effictus. Quo si non verbis, certè sensu, olim etiam illi, qui toties templum Hierosolymitanum expilàrunt, compellare solebant, Judaici populi aotistites. *Dicite Pontifices, in templo quid facit aurum*, & quidem tam multum? Cui bono hæc taota bona? ut quid perditio hæc? Perdamus aurum, ne perdatur. Sic Diooysius Tyrannus mirabatur olim aurum & argentum in templis, & ex nimia admiratione rapiebat & diripiebat, quidquid poterat. Et Hermon Epicureus sacerdos apud Lucianum, Dioscoros, aureis capillis coospicuos, totoodit, indignum ratus, ut aurum in templo esset. E Horum vestigiis goaviter vos Calviniani insistitis, & jam hoc versu Persiano: sicut Magi carminibus quibusdam umbras, & Medea Hecaten; evocâstis & elicuistis ex templis, à secta vestra occupatis, omne aurum & argentum; ut præter unum vel alterum poculum cœoosæ vestræ cœnæ deputatum, nihil aureum aut argenteum invenire liceat.

F Declamatiunculam, quam subjungis, adversùs Romanæ Ecclesiæ amplitudinem & majestatem, prætereo; quia præter convicia & maledicta, nullo liberali homine; sed furioso rabula digna, nihil complectitur: oec multùm laborandum, si is, qui benedicere non didicit, maledicere perpetuò perseveret. Quid aliud agit canis, quàm ut sannas exerat, latret & mordeat. Verè Pindarus, τὸ ἐμφυὲς οὐδ' αἴθων ἀλώπηξ, οὐδ' ἐρίβρομοι λέοντες διαλλάξαιντο ἦθος. *Naturam nec vulpes, nec leo mutaverit.* Addo ego, nec calumniator.

G Scripserat Ribadeneira, Xaverium multis quæstionibus, iisque diversissimis, sibi propositis, ita una responsione satisfecisse, quasi ad singulas singula & propria responsa dedisset. Misenus, ut hoc eredat, in animum inducere nequiit. Itaqoe ad consueta linguæ suæ spicula, quibus Ribadeneiram & Xaverium configeret, coosugit; sed cùm osteodissem, quàm sit hoc Deo proclive factu, oec deesse, qui Apostolis uoa lingua loquentibus, simile quid usuvenisse tradant: majores arietes ad Ribadeneiram & me expugnandum sibi admovendos putavit, oova igitur, eáque nec pauca, oec infima argumenta promit, quæ ordine propooam, ut robur eorum lector dilucidiùs intueatur. *I. Mendacium est, & quidem evidens, ac impudentia Jesuitica majus:* Ergo ooo est verum, quod scribit Ribadeneira. *II. Ribadeneira non scripsit quintum Evangelium;* Falsum est ergo, quod de Xaverio tradidit, oec ùt veritati consentaneum approbari debet, cùm non contineatur in quioto Evangelio, cui soli Calvinistæ fidem habent. H *III. Si quis me Misenum ex Scriptura, & exemplo Apostolorum, & ex omnipotentia Dei, refellere velit, ùt facit Gretserus; tunc quidvis ex quovis fieri poterit, ex Pontifice Draco; ex Monacho simia; ex Jesuita locusta; contra illud axioma, quod negat, ex quolibet ligno Mercurium Misenicum edolari posse:* Sequitur ergo quod antea, nempe falsum esse id, quod Ribadeneira prodidit, & Gretserus defendit. *IV. Miracula, quæ de Xaverio traduntur, infuscant divinam potentiam:* Ergo sunt commeotitia. Probatur antecedens. Quia cæcorum illuminatio, & mortuorum excitatio infuscant divinam potentiam: ergo etiam Xaverii miracula; nam præter cætera, fertur quoque cæcis lumen reddidisse, vitámque mortuis, contra Calvinianum morem; qui videntibus affert te-

A nebras, viventibus mortem. *V. Commentarius de rebus Indicis editus Coloniæ, est plenus fabulis: ergo quod de Xaverii corpore incorrupto scribitur, nihil nisi figmentum est.* Quidquid oculati vel jurati testes, & publica ab inclyto Lusitaniæ Rege instrumenta erecta in contrarium afferant.

B Has quinque machinas noonihil à me formatas & perpolitas, intorquet hac vice Misenus adversùs Xaverium & Ribadeneiram, ratus, se munere refutatoris egregiè defunctum, si quidquid in buccam venit, insulsè duntaxat afferat, sine ullo vel in speciem verisimili argumento. Quid non evertet hoc scribendi genere Misenus, si hoc est ratiocinari, non profligatè conviciari? Quasi verò in Ecclesia Dei inaudita sint, divinámque potentiam superantia ea, quæ de Xaverio Ribadeneira literis mandavit; ut proinde in Xaverio oppugnet omnes illos, qui aliquando miraculis claruerunt: nominatim eos, quibus divinitus obtigit, ut eorum corpora longo tempore incorrupta permanerent: Ex quorum numero unus Cudbertus, sanctitate & miraculis clarissimus in Anglia præsul, de quo hæc Beda: *Volens latiùs demonstrare divina dispensatio, quanta in gloria vir Domini Cudbertus post mortem viveret, cu-* (Beda lib. 4. hist. Eccles.)

C *jus ante mortem vita sublimis, crebris etiam miraculorum patebat indiciis, transactis sepulturæ ejus annis undecim, immisit in animo fratrum, ut tollerent ossa illius; qui more mortuorum, consumpto jam & in pulverem redacto corpore, reliqua sicca invenienda putabant, atque in novo recondita loculo, in eodem quidem loco, sed supra pavimentum digna venerationis gratia locarent. Quod dum sibi placuisse Eadberto antistiti suo referrent, annuit consilio eorum, jussitque, ut die depositionis ejus, hoc facere meminissent. Fecerunt autem ita, & aperientes sepulchrum invenerunt corpus totum, quasi adhuc viveret, integrum, & flexibilibus artuum compagibus multò dormienti, quàm mortuo similius: sed & vestimenta omnia, quibus indutum erat, non solùm intemerata, verùm etiam prisca novitate & claritudine miranda apparebant.*

D Similia prodidit idem Beda de quibusdam Deo dicatis virginibus, regio sanguine progenitis; Et S. Gregorius magnus de Herculano Perusino Episcopo, qui cùm Totilæ jussu, capite plexus fuisset, sectis etiam barbara immanitate ex pelle ejus corrigiis, quadragesimo à sepulturæ die integer prorsus repertus est, licèt corpus pueri, qui pariter tumulatus fuerat, jam putresceret; *Cùmque itum esset ad sepulchrum*, inquit S. Gregorius, *effossa terra invenerunt corpus pueri pariter humati, utpotè jam die quadragesimo, tabe corruptum, & vermibus plenum; corpus Episcopi, ac si die eodem esset sepultum. Et quod est adhuc magna admiratione venerandum, quia ita caput ejus unitum fuerat corpori, ac si nequaquam fuisset abscissum, sic videlicet, ut nulla vestigia* (Bed. lib. 3. cap. 8. Lib. 4. cap. 19. S. Greg. lib. 3. dial. c. 13.)

E *sectionis apparerent; cùmque hoc & in terga verterent, exquirentes, si quod signum, vel de alia monstrari incisione potuisset; ita sanum atque intemeratum omne corpus inventum est, ac si nulla hoc incisio ferri tetigisset.* Hæc S. Gregorius. Scribit quoque Pachymeres, cadaver Cuboclasii monachi post aliquot à morte annos integrum repertum esse. (Pachym. lib. 12. hist.)

F Sed tu hic à veritate auditum avertes, & ad fabulas converteris, fabulásque iterum iterúmque ingeminabis. At nimiùm fatuus sit, qui te potiùs, quàm S. Gregorium, aut Bedam audiendum putet; & quamvis mihi de tua fronte nihil pollicear, vix tamen credo, si S. Gregorius & Beda, tales ac tanti viri, coram lectoribus tecum starent, te sine mutatione vultus petere posse, ut tibi potiùs, quàm illis assensum commodarent. Nihilominus conari haud velim, ut tibi meliorem mentem injiciam, irrito conatu: nam quod respondit Apollo consultus ab Ethnico marito de Christiana uxore, quomodo à Christo abduci posset; id jure ego ad pertinaciam tuam transtulerim. Audi oraculum à S. Augustino ex Porphyrio Philosopho recitatum: *Fortè magis poteris in aqua impressis literis scribere, aut inflans leves pennas, per aëra, ut avis volare; quàm semel polluta revoces impiæ uxoris* (rectiùs impii Miseni) *sensum. Pergat, quomodo vult inanibus fallaciis perseverans, & lamentationibus fallacissimis mortuum Deum* (Calvinum) *cantans*, & ineptissimè delirans, veritatique imperitissimè obstrepens. Quid enim imperitius, quàm ad refutationem nihil aliud adducere, præter trivialia illa: *Quod de integritate corporis Xaverii commemoratur, mendacium est; figmentum est, fabula est, & quidem evidens.* Quid hac negationis libidine non negabitur? (S. August. lib. 19. de civit. cap. 23.)

G Si quid ingenii in tuis nugis eluceret, longè tolerabilior sycophanta esses. Nunc cùm tanquam truncus vocifereris tantùm, absque ulla probationum verisimilitudine: quis te ferat, quis te non exsibilet? Quare non affers saltem ea, quæ olim Plato, & alii afferebant, teste Tertulliano, de cadaveris incorruptione, si quando contingebat; quod nimirum etiam post mortem quædam animæ adhæreant corporibus, & illa à tabe & putredine conservent. *Ad hoc enim & Plato*, inquit Tertullianus, *etsi quas vult animas, ad* (Tertul. lib. de anima. cap. 51.)

H *cœlum statim expedit, in politia tamen cujusdam insepulti cadaver opponit, longo tempore, sine ulla labe præ animæ scilicet individuitate, servatum. Ad hoc & Democritus crementa unguium, & comarum in sepulturis aliquanti temporis denotat. Porrò & aëris qualitas potuit corpori illi tutela fuisse; Quid si aridior aër, & solum salsius? Quid si & ipsius corporis substantia exsuccior? Quid si & genus mortis ante jam corruptrices materias erogârat? Ungues autem cùm exordia nervorum sint, meritò nervis resolutione porrectis provectiores, & quotidie defi-*

ciente

A *ciente carne expelli videntur. Coma quoque alimenta de cerebro, quod aliquandiu durare præstat secreta munitio.* Hæc Tertullianus. Ex quo si tu argumenta aliqua oppugnando Xaverio petiisses, ingenii saltem eruditi documentum aliquod dedisses, neque purus putus conviciator visus fuisses. Simul etiam mihi occasionem præbuisses demonstrandi, nihil horum, quæ Tertullianus commemorat, in Xaveriani corporis integritate locum habuisse; sed totum hoc divinæ potestati adscribendum esse.

CAPUT II.

Depulsio criminationum in reliquam partem libri quarti.

B ADmodum amare videris Inquisitionem, & quidem Hispanicam, cùm toties ejus mentionem facias; nam crebet de re quapiam sermo, non est obscurum amoris argumentum. Scribit Theophylactus Simocates, in mari Pontico reperiri omnis generis pisces, præter Polypum; cui *mare illud odio & abominationi esse* ait. Ego etiam rebar, te non minùs aversari Hispaniam; sed ferè à sententia discedo, cùm te tam sæpè, & tanto sensu fabulari video de Hispanica Inquisitione; à qua Ignatio nibil aliud unquam impendit, quàm labor defendendi & demonstrandi suam innocentiam: quo, nemo est, qui non malit carere, quàm onerari; nam si quis humanis momentis rem ponderet, semper satius est, non accusari, quàm absolvi.

C De judicio illo veteri Sorbonæ non semel jam tecum egi. Tu manes in sententia, laudásque Sorbonam ob illud decretum in nos, sub Societatis primordia, factum. Sed quæ hæc tua improbitas, probare sententiam, quam ipsa Sorbona postea retractavit & improbavit, quippe edita, Societate necdum cognita? si κακοηθείας & improbæ mentis indicium est; uti, ùt inquit Plutarchus, τῆς δυσχερεστάτοις ὀνόμασι καὶ ῥήμασι ἐπιεικεστέρων παρόντων, *nominibus & verbis odiosis, quando suppetunt humaniora & amiciora;* quæ tandem malitiæ species erit, obtrudere decretum, negotio non perspecto, promulgatum; silentióque præterire alia, quæ postea Sorbona de Societate in Galliam recipienda & retinenda publicavit, publicandóque illud vetus edictum revocavit & antiquavit?

Plutar. lib. περὶ κακοηθ. Herod.

D Si, ùt idem Plutarchus docet, κακοηθείας & maligni, lividíque animi argumentum est, δυοῖν ἢ πλειόνων περὶ ταυτῦ λόγων ὄντων, τῷ χείρονι προστίθεσθαι. *Cùm duo aut plura de eodem feruntur, ei, quod deterius est, assentiri.* quantæ perversitatis signum erit, cùm plura Sorbonæ de Societate extent judicia: ad primum semper adhærescere; & posteriorum, quibus primum illud abrogatum est, nullam penitus rationem ducere? E ὁ πρὸς τὸ χεῖρον εἰκάζων, δυσμενής ἐστι καὶ κακοήθης. ait idem & verè Plutarchus: *Qui omnia in priorem partem rapit, is hostis est & pravis moribus.*

F Græcorum errores de Purgatorio: de primatu summi Pontificis, de utraque specie, *vocas dogmata* ὀρθοδοξότατα. Miratus fuissem, si aliud judicium tulisses, quod tanti apud rectè sentientes est, quanti judicium Lucretii, cùm placita Epicuri appellat *aurea dicta, aurea perpetua semper dignissima vita.* In cæteris, quàm Græci vobiscum amicè conspirent, discere licebit ex scriptis Hieremiæ Patriarchæ Constantinopolitani ad Tubingenses, olim tuos fratres, nunc ne amicos quidem: & ex bis, quæ nobilissimo doctissimóque tuo Dousæ non ita pridem consideranda proposui. Nactus sum insuper jam Meletii, eum quo Dousa Constantinopoli familiariter versatus est, scripsum de Eucharistia adversùs Calvinum; quod fortassis aliquando tua tuíque Dousæ causa in lucem proferam; ut dispicias tu; (Nam Georgium Dousam eò isse audio, unde negant redire quemquam) utrum & illud de Eucharistia Græci præsulis dogma sit ὀρθοδοξότατον.

G Malam berbam citò crescere, si antea ignoravissemus, perspicuè id nos docuisset Lutherana & Calviniana hæresis, quæ celerrimè, quasi irrigua herba succrevit; si causam nôsse cupis bujus tam præproperi incrementi, quo malum augetur, duplicem invenio; alteram in ipso malo, alteram in eorum voluntate, qui malum amplectuntur. causa in malo, est imperfectio mali: nam id, quod imperfectum est, magno apparatu non eget, nec diuturno tempore ad perfectionem & complementum suum. Vides, quot mensibus æstivis, una vel altera nox scarabæos, bruchos, locustas, vermes, muscas, culices, & id genus alia insecta progignat. Quæ causa hujus celeritatis? Unica & sola imperfectio. Tam citò nec homo, nec elepbas, nec aliud ullum perfectiorum animalium nascitur; hic valet tritum illud, quod citò fit, citò perit. Nam ùt malum faciles & obvias causas habet ad productionem sui & ortum: sic faciles & obvias habet ad destructionem & interitum.

H Altera causa, quæ in ipsis bominibus hæret, est naturæ depravatio: cui malum dulce & delectabile ob corruptionem. Quo fit, ut cupidè arripiatur & propagetur, brevíque spatio caput inter nubila condat. Utraque causa hæresim vestram ad hanc amplitudinem provexit, & adhuc magis provehit, quia hæresis destruit tantùm, non extruit. *Facilius autem semper est labefactare & perdere*, inquit S. Gregorius Nazianzenus, *quam conservare. Et labore quidem homo pro-* crea-

Nazianz. orat. in Maximum.

A *creatur, quemadmodum ait Job: & navis exstruitur, & domus ædificatur: interficere autem, aut evertere, aut incendere quivis facilè potest. Ad deteriora faciles sumus,* inquit Seneca, *quia nec dux potest, nec comes deesse: & res etiam ipsa sine duce, sine comite procedit: non pronum iter est tantùm ad vitia: sed praceps.*

Job. 5.

Senec. epist. 98.

B Sectam vestram Martis & Bellonæ esse filiam & parentem, clarius est, quàm ut sine impudentia negare possis. Loquatur Gallia, & utraque Germania, Anglia, Scotia. Qua ratione inducta est in has plagas doctrina vestra? Nónne tympanis, gladiis, hastis, sclopis? Sicubi hæreticorum sanguis fusus est, sive in militia, sive in pace, non est, quòd messem aliquam exspectes. Catholicorum sanguis semen est. Nobis dicere licet: *plures efficimur, quoties metimur.* Ex hæretico cruore tam læta seges existit, quàm ex sparso sale: aut si quid inde existit, id inde enascitur, quod ex semente dentium, quam Cadmus fecit.

C Ineptus tibi sum, *qui Calvino & Luthero opponam meum Ignatium.* Ego non oppono, sed si ullis conjecturis verosimilibus divinæ providentiæ rationem assequi possumus; Deus illum utrique opposuit. Vide ergo, num & hunc ineptiæ velis accusare, quòd hæreticis istis Ignatium opposuerit. *Lutherus,* inquis, *& Calvinus doctrinam cælestem Apostolico nitori restituerunt.* Videlicet illi vel simili nitori, cui olim illam restituit Donatus, Arius, Manes, Marcion, Ebion, & id genus alii proavi & atavi vestri. Mirum, vos tum de nitore gloriari, cùm *à Calcaria ad Carbonariam* venistis. Sed ignosco. Amor caret oculis saltem rectis: nam *hoc faciunt homines, plerumque cupidine cæci, & tribuunt ea, quæ non sunt his* (hæresibus) *commoda verè.* Illius tibi gratiam facere nequeo, quòd à Luthero cœlestem doctrinam Apostolico nitori restitutam scribis. Quæ te dementia cepit, ut hoc affirmares? Nam si ipse doctrinam de Eucharistia, exempli causa, Apostolico nitori restituit, cur Calvinus in hoc nitore non acquievit? Cur nec vos catuli ejus acquiescitis? Cur de hoc nitore cum Lutheranis atrocissimè digladiamini, ita, ut in solis contentionibus vestris referendis Schlusselburgius integros libros consumat?

D Verùm, ut rem in pauca conferam, sic habeto; si Lutherus cœlestem doctrinam Apostolico nitori restituit; non restituit Calvinus; quia Calvinus non docet, quod Lutherus; nec Calviniani, quod Lutherani. At si Calvinus doctrinam cœlestem Apostolico nitori restituit, non restituit eam Lutherus; quia Lutherus non docet, quod Calvinus; nec Lutherani, quod Calviniani. Quo fit, ut, quidquid dicas, falsum dicas, necessariúmque sit, ut hoc nitore utrique careatis. Nam si vos Calviniani Apostolicè nitetis; non nitent igitur Apostolicè Lutherani: quia Apostolicus nitor unus est, nec nisi inter unos; vos verò ùt nominibus, ita & dogmatibus disjuncti estis. At si Lutherani Apostolicè nitent, quomodo vos Apostolicè nitere potestis, cùm in gravissimis capitibus, quod Lutherani habent pro luce & nitore, vos reputetis caliginem & meram noctem? Ita dum omnes nitetis Apostolicè; nullus nitet Apostolicè; sed Apostaticè & Aristippicè, non fide, sed cute, non religione, sed libidine. Sed vale cum tuo nitore, qui tantus est, quantus erat olim in antro Caci aut Trophonii. Ne tamen videar credere, Lutherum & Calvinum nihil egisse, fateor, eos aliquid egisse; quia uterque *nihil prorsus aliud egit,* ùt inquit de Ariano Imperatore Constantio S. Hilarius: *quam ut orbem terrarum, pro quo Christus passus est, diabolo condonaret.* E

S. Hilar. lib. cont. Constant.

F Quòd Jacobus Laines mortuo Ignatio se commendavit, id *superstitioni adscribit* Misenus. Objeci exempla S. Antonii, S. Hieronymi, & Theodoreti. Respondet: *Exempla Hieronymi, Theodoreti, & aliorum, non multum ponderis habent apud eos, qui à Deo edocti, Domino commendant vias suas:* scilicet, qui à Deo edocti; corrige & rescribe: *Qui à Calvino edocti:* nam omnes, qui in schola Christi instituti sunt, invocant cum S. Hieronymo & Theodoreto, Sanctorum opem; intercessionémque implorant.

G Quòd ais, *apud nullum ex veteribus orthodoxis, reperiri precationes ad Sanctos, & per merita Sanctorum, ad ipsum Deum,* id Calvinianæ imperitiæ, si non meritò, attamen libens condono; non enim suppetit tibi otium scripta Patrum evolvendi, & licèt evolveres, idem tamen de illis pronunciares, quod de S. Hieronymo & Theodoreto, *nimirum à Deo non esse edoctos.* Si Patrum testimonia perpendere libuit, cur non inspexisti Bellarminum, qui ex Latinis & Græcis plurima & testatissima collegit. Reperisses non ab uno, sed à pluribus præstitum id, quod à nullo ex veteribus orthodoxis factitatum fabularis. Vel unum Gregorium Nyssenum audi, sed commodus & patiens, dum hisce verbis invictum Christi Martyrem Theodorum compellat. *Multorum beneficiorum indigemus, intercede ac deprecare pro patria apud communem Regem & Dominum:*

Nyss. orat. in S. Theodorum.

H *Nam patria Martyris est etiam locus passionis. Timemus afflictiones, exspectamus pericula. Non longè absunt scelesti Scythæ bellum adversum nos parturientes. Ut miles propugna (pro nobis) ut martyr pro conservis utere libertate loquendi. Etiamsi superâsti sæculum; at nôsti affectus, & usus, necessitatésque humanæ conditionis. Pete pacem, ut hi publici conventus non desinant; nec debacchetur atque grassetur adversùs templa altariáve rabiosus & sceleratus Barbarus; nec conculcet sancta profanus & impius. Nos enim etiam, quòd incolumes & integri conservati sumus, tibi beneficium acceptum referimus. Petimus autem etiam futuri temporis præsidium at-*

que

A *que securitatem. Quòd si majore etiam opus fuerit advocatione ac deprecatione, fratrum tuorum Martyrum coge chorum: & cum omnibus unà deprecare. Multorum justorum preces, multitudinum ac populorum peccata luant. Admone Petrum: excita Paulum, Joannem item Theologum ac discipulum dilectum, ut pro Ecclesiis, quas constituerunt, solliciti sint, pro quibus catenas gestaverunt, pro quibus pericula & mortes tulerunt, ne simulachrorum cultor adversum nos caput tollat: ne hæreses, sicut spinæ, vineæ succrescant: ne zizanium editum suffocet triticum: ne qua petra veri roris pinguedine carens, adversum nos existat, & sermonis ac verbi fertilitatis vim, radicis expertem efficiat: sed vir-* B *tute tua sociorúmque tuorum deprecationis, ô vir admirande, atque inter Martyres eminens & excellens, Christianorum Respublica, campus segetum reddatur, qui campus ad finem usque maneat in pingui fertilique arvo fidei in Christum.* Hæc S. Gregorius Nyssenus. Ut tibi arridet hæc sancti Theodori invocatio, à tanto Doctore & Theologo profecta? Vereor, ne si unam vel alteram lineam legeris, facias id, Hier. 36. quod Judi fecit cum volumine Hieremiæ Prophetæ. *Cùm legisset Judi tres pagellas vel quatuor*, inquit Scriptura, *scidit illud scalbello scribæ, & projecit in ignem, qui erat super arulam, donec consumeretur omne volumen igne, qui erat in arula.*

C Animam B. Pauli Eremitæ vidit S. Antonius ad cœlum abeuntem; non per *somnium*, ùt tu somnias; sed videns & vigilans, quod ex B. Hieronymi verbis perspicuum omni illi, qui vigilans, more tuo, non dormitat aut somniat. Tam miraris verò quàm quod maximè, quòd Ignatius non sit *visus à quoquam ex patribus ad cælos ferri: Angelorum choris ponè sequentibus.* Vehementer fortassis miraris quoque, cur anima S. Petri, aut S. Pauli, aut S. Stephani, non sit ab ullo visa in cœlum proficisci: aut si visa est; hoc non esse literis proditum. Magis, si non resipiscas, & pedem à Calvinismo referas, miraberis aliquando, non tantùm, quòd nemo alius te ad cœlum ascendentem intueatur; sed quòd ne tu ipse quidem te ipsum. Citiùs videberis duci ad ollam Vulcani, quò olim ductus Theodoricus Rex, quàm ad cœlestes illas beatorum sedes, quæ, ùt in Apologia dicebam, obtineri nequeunt, nisi quis se tollat & vibret in altum charitatis & gratiæ alis, quas tibi jam dudum Calvinus ademit.

D Scripserat Ribadéneira, Nicolaum Bobadillam, cùm Ignatii opem implorâsset, statim ardentissima febri solutum esse. Quid Misenus? *Quòd Bobadilla morbo levatus sit, ubi se mortuo Ignatio commendavit, quódque alii item convaluerint, invocato alicujus Sancti auxilio, id precibus ægrotorum, vel mortuorum hominum, etiam sanctissimorum, efficacitati, sine blasphemia in Deum, tribui non potest.* Ad hanc blasphemam criminationem satis mihi E est, unicus liber Theodoreti de Martyribus, octavus inter illos, quibus doctissimus ille Scriptor Græcorum ægritudines sanare studet. Ex quo, suprà, libro primo, multa deprompsimus, quæ abundè docent, quanta beneficia à Martyribus in humanum genus conferri soleant, & quàm de divino honore cultus Martyrum & invocatio nihil detrahat aut decerpat, cùm totus iste honos, ad Deum tandem, velut ad omnis boni fontem remittatur.

F Calumniam hanc, Misene, ab Ethnicis mutuatus es, qui, ùt Theodoretus testatur; *pro ridiculo se habere dicebant, quòd honore ullo Martyres prosequamur. Insignis enim stultitiæ genus esse, si qui viventes homines ab his, qui jam vita defuncti sunt, ullum sibi commodum comparare contendant.* An non tu planè similia effutis, ut proinde os tuum non sit os Christianum; sed planè Ethnicum. Deinde si salus impetrata ipsius etiam ægroti, adhuc vivantis & videntis, precibus, sine blasphemia in Deum, assignari nequit; nihil aliud restabit, quàm ut omnes à precibus desistant, & neque pro sua, neque pro aliena incolumitate vota concipiant, ne blasphemi in Deum fiant. Ad quid enim preces, si nihil impetrant? Quorsum vota, si non sint tantæ efficaciæ, ut Deum ad misericordiam commoveant, blasphemúmque sit in orationibus, tanquam ad impetrandum idoneis, fiduciam collocare?

G Illud de Christo: *loquebatur tanquam potestatem habens;* de quovis, qui sermone potens est, & efficax, atque adeò de Ignatio, rectè affirmatur: nec obstat illud: *Nunquam* Joan. 7. *sic locutus est homo, sicut hic homo:* nam primas in orationis efficacitate Christo tribuendas esse, nemo abnuat. Itaque Christus loquebatur tanquam potestatem nullis finibus circumscriptam habens; quo pacto nemo hominum unquam loquutus est. At viri sancti loquuntur, tanquam habentes potestatem, certis limitibus comprehensam.

H Periverat Misenus, Italos, Jesuitarum encomiastas: produxi non paucos. Nunc contra laudatores, quos postulabat, excipit, eósque Pontificis adulatores nuncupat. Nimirum hoc ipsum est, quod in Apologia ajebam, Misenum non fore contentum, licèt Calvinistas, Jesuitarum præcones, producerem. Quandocunque enim Ordo noster commendatur, Miseno unguis in ulcere hæret, & animo malè est, & tam æquis auribus laudem eam accipit, quàm laudem Christi acceperunt Pharisæi, cùm Hierosolymam ingenti laudatorum multitudine comitatus intraret.

Absentem absenti adulari posse, nescivissem; nisi me docuisses: *si tamen spes Abbatiæ*, ùt vis, causa est, cur quis aduletur Pontifici, aut alteri etiam longè dissito; non

appa-

A apparet, quomodo Xaverius Ignatio assentari potuerit: cùm in Japonia, & in Sinarum regione, & in aliis locis, quæ Xaverius obibat, nullæ fuerint Abbatiæ; & ut maximè fuissent: in Ignatii tamen potestate non fuissent. Neque Xsverius is erat, qui *spe Abbatia* sese, alio in orbe, objiceret *periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in jejuniis multis, in frigore & nuditate.* Alia spe incitari debuit ad hos tantos labores subeundos: & si *Abbatiam* sperâsset, longè faciliùs in Europa, quàm inter Sinas, aut in Moluccis insulis reperisset. Itaque quidquid Ignatio honoris deferebat, id Dei amore, tanquam superiori suo deferebat.

B Non damnas, si quis reverentiæ vel honoris causa amici, aut Priocipis aut alterius, quem magni faciat, imaginem appensam circumferat; & tamen damnas, si quis imaginem Crucifixi aut S. Petri, aut S. Pauli collo appensam gestet; quasi Calvinus aut Beza, quos tu magni facis; aut quispiam tuorum amicorum, cujus multa in te constant officia, melior, & præstantior, & sanctior sit, quàm Christus crucifixus, aut quàm Petrus, aut Paulus, cæteríque cœlites. *Hoc*, inquis, *jure reprehendam, si quis circumferat, tanquam scutum firmissimum.* Meo judicio, jure reprehendes omnem illum, qui C hoc, aut quocunque alio animo imaginem Calvini, Bezæ, & aliorum sectariorum circumferet. At si quis Crucem Christi, Sanctorum imagines, aut reliquias, tanquam firmissimum scutum, circumferat, hunc tu non nisi injuria reprehendes: quia mos hic omnium Christianorum fuit, tot miris supra naturæ vires patratis comprobatus & illustratus: cujus cùm in aliis veterum Patrum monumentis multa exempla occurrunt, tum in S. Gregorii epistolis; & à præsidio & tutela, quam sibi fideles inde promittebant, appellabantur vulgò phylacteria.

D Quo consilio Protestantes bellum adversùs Carolum V. susceperint, non dubito: hoc compertum habeo, si victoriam tam propitiam habuissent, quàm Cæsar, non E passuros fuisse, ut Catholica religio in Germania remaneret. Nam si jam, ubicunque prævaluistis, Orthodoxos exterminatis; quid fecissetis, si tota Germsoia sub jugum vestrum venisset? Fabulam de Paphnutio, quam hìc ingeris, tu tibi retine; jam sæpius à nostris profligata est. At etiam sine meo monitu libenter retinebis: blanditur enim carni, & vestris ἱερομάντοις ἀνδράσι, hoc est, Prædicantibus, classicum ad nuptias canit.

Cæterùm, qua mente paulò pòst hæc mi- F hi verba affingis? *Quid enim, inquit, Jesuita, opus erat illis ad populum phaleris, eò præsertim tempore, quo scilicet cremandi erant hæretici, mandato Papæ?* Súotne hæc mea verba, quæ tu tanquam mea lectori proponis? *Calvus* nimirum, Calvinista, hoc est, fallis, non te, quia scis non esse mea; sed lectores tuos; etsi & te fallis, dum speras, tam crasso mendacio fucum fieri posse prudentioribus. Semper rogum & incendia crepas. Qui fit, quòd istbæc tuo animo perpetim obversantur? Nullum ego de concrematione verbulum. Quid tu ergo de pyra comminisceris? Nec Jesuitæ soli do- G cent, Pontificem esse supra Concilium, sed & alii doctissimi & gravissimi Theologi, id & jam docent, multisque annis ante Societatis nostræ ortum docuerunt. Pari candore agis, cùm in hunc modum scribis: *Locum Paulinum egregiè explicat Jesuita. Honorem enim habere corpori, est illi saginare corpus.* Nunquam in mentem mihi venit hæc explicatio. Vestra est, & vestri benè saginati Evangelii, qui in præceptum illud Apostoli H graviter peccari censetis, si quis corpus suum jejuniis maceret, ut spiritui subjiciatur. Quid enim aliud corporis sagina, quàm ei, quidquid appetit, concedere; & libera fræna ad quidvis dare, cúmque in hac ipsa libertate honorem corporis reponatis, sequitur, corpus honorare, vobis nihil aliud esse, quàm corpus saginare. Nec illud Tertulliani perpenditis: *Corpus saginari, & spiritum esurire, non prodest.* Hactenus de calumniis tuis in librum quartum.

FINIS LIBRI QUARTI.

APOLOGIÆ PRO VITA B. P. N. IGNATII

LIBER QUINTUS.

CAPUT I.

Refelluntur calumniæ Miseni in caput primum libri quinti.

A Librum quintum Apologiæ pro vita B. P. N. Ignatii auspicatus sum à sententia quadam S. Athanasii, bujus verò exordium ducere lubet ab illo, qui S. Athanasium contra Constantium Imperatorem Arianum, omnésque Arianos, fortissimè & constantissimè defendit; à Calaritano, inquam, Antistite, magni quondam nominis, & adversùs Arianam perfidiam incredibilis zeli & ardoris. Hic igitur pro S. Athanasio, cui Constantius perpetuò necem machinabatur; in hunc modum compellat ipsum Imperatorem Constantium. *Dicas inter hæc precor, quam ob rem persequeris Dei domus Antistitem? Dicit enim Apostolus, quia qui odit fratrem suum, homicida est: si non vis habere homicida nomen, cur odis fratrem tuum? Proba odio dignum Athanasium. Quid malorum operatus sit, manifesta? ut sit odiri dignus etiam ab omnibus nobis. Profectò non dabis opus commissum aliquod injustum, quod eum faciat odiosum. Cùm hæc ita sint, necesse est te idcircò odisse illum, quia opus tuum sit malignum, Athanasii verò justum.*

(Lucif. lib. 2. pro S. Athanasio.)

B Iisdem verbis jure affari possem Misenum, tantùm nomine *Athanasii*, in nomen *Ignatii* commutato. Quæ enim causa, cur tantoperè oderit Ignatium, nisi quia & ipse Misenus *malignus est*, & *ex maligno*, & opus ejus malignum, quandoquidem nullum opus tanto odio dignum ab Ignatio commissum, Calvinianus sycophanta monstrare potest: qui Ignatium ducem nostrum telis suis appetit, ut, dum illum vulnerat, nobis omnibus, filiis Ignatii, plagas imponat. *Sic namque in corporali prælio fieri solet*, inquit S. Gregorius, *ut is, qui in certamine vexillum portat, ipsum hostis vehementer impetat; quatenus si ipse, qui à cæteris attenditur, vulnus acceperit, multitudo omnis citiùs dispersa capiatur.*

(S. Greg. lib. 6. epist. 14.)

C Sed inanem operam sumit Misenus. Quæcunque mittat spicula, Ignatium non feriet, jam extra omnem teli jactum; semper occinere licet illud Homericum ἤμβροτες, ἐκ ἔτυχες, *aberrâsti, non attigisti.* Quare nun multùm moramur petulantiam linguæ Misenicæ. D *Nec movere nos debent convicia perditorum*, inquit S. Cyprianus, *quò minùs à via recta, & à certa regula non recedamus, quando & Apostolus instruat dicens: si hominibus placerem, Christi discipulus non essem. Interest, utrum quis homines promereri an Deum cupiat: si hominibus placetur, Dominus offenditur: si verò id enitimur & elaboramus, ut possimus Deo placere, & convicia & maledicta debemus humana contemnere*: quia à Miseno, & aliis sectariis, non tam nostrorum *modestia & humilitas cæditur, quàm illorum ipsorum spes & vita laceratur. Neque enim qui audit, sed qui facit convicium, miser est, nec qui à fratre vapulat; sed qui fratrem cædit, in lege peccator est. Et cùm nocentes innocentibus injuriam faciunt, illi patiuntur injuriam, qui facere se credunt. Denique hinc illis percussa mens, & hebes animus & sensus alienus est.* Sed ad rem.

(S. Cyprian. epist. 55.)

E Ridet initio Misenus Ignatii lachrymas, quas fundere solebat, insigni rerum cœlestium dulcedine perfusus. Fortassis ideo ridet, quia ipse *pumiceos oculos habet, non potest lachrymam exorare, ut expuant unam modò. Genus* Calvini ut & Pseudoli, *semper siccoculum fuit.* Facilè adduci poteris, ut rideas quoque Paulum Domino *cum lacrymis & humilitate servientem*; & Israëlitas, qui audito Angelo, ita fleverunt, ut nomen loci illius vocatum sit; *locus flentium seu lachrymarum.* Et discipulum Pauli Timotheum, uberes lachrymarum fontes profundere consuetum, qui S. Paulo risum non excussérunt; sed desiderium excitârunt, videndi corámque salutandi Timothei: *noctè ac die desiderans te videre*, inquit, *memor lachrymarum tuarum.*

(Jud. 2.) (2. Timot. 1.)

F Pro lachrymis Ignatii citaveram S. Athanasium. Hic tu: *gratia lachrymarum cuivis alii potiùs, quàm Ignatio conveniat.* Quid ita verò Lithe? *Quia illa oritur ex contemplatione peccatorum, pœnarúmque his debitarum, tum ex misericordia Dei admiratione gratis nos propter filium justificantis & salvantis.* Esto, oriantur lachrymæ cùm ex consideratione horum capitum, tum aliorum. *Quid hæc*, inquis, *ad Ignatium? qui neque peccati magnitudinem intellexit unquam, neque vim gratiæ:*

A *tia: cui minùs tribuit, quàm fuis meritis.* Felix esses, Misene, si vel centesimam partem haberes luminis illius, quo illustratus fuit Ignatius ad peccatorum magnitudinem perspiciendam. Dic, oro te, sed candidè, quoties ob commissa piacula lacbrymas effudisti, quoties fletibus ora rigasti? tu, inquam, cui tanquam electo Calvinistæ, omnia peccata levia sunt & venialia. Toties nimirum malefacta deploras, quoties Lithus.

B Ea fortassis sententia es, qua vetus Poëta: ὁ προσέχει τὰ πράγματ᾽ εἰς ἀποβλέπει ἐάντε κλαίῃς, ἐάντε μὴ, πορεύεται. τί δὲ ποιεῖς πλέον; οὐδέν. *Fletu res non mutantur: sive plores, sive non; cursum suum tenent. Quid fructus inde capis? Nihil.* Sed ut tu hoc antiqui varia dictum probes; ἐγὼ δὲ κοσμεῖσθαι πρόσωπον ὑπὸ δακρύων ἡγοῦμαι μᾶλλον, ἢ ὑπὸ γέλωτος. δάκρυσι μὲν γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον σύνεστι καὶ μάθημά τι χρηστὸν, γέλωτι δὲ ἀκολασία. *Lacrymis faciem magis ornari puto, quàm risu: nam lacrymis plerumque jungitur probum aliquod documentum, risui intemperantia.*

Dio in Oecon. citat Stobæus.

C Mendacium illud, quòd Ignatius plus meritis suis tribuerit, quàm gratiæ, tibi condono. Qua fide id accepisti à magistris tuis, qui universim id in Orthodoxos jaciunt; eadem videlicet expromis in Ignatium. Assiduæ lacrymæ beatæ Paulæ Romanæ, de quibus S. Hieronymus, olent tibi superstitionem. Celso etiam lacrymæ Christi, cùm Hierosolymam intraret; cùm Lazarum excitaret, & cùm in cruce penderet, videri poterant superstitiosæ; quid si & tibi novo Celso? Num ideo superstitiosæ censeri debent, quia vos Celsi censores ita censetis? Libenter mitterem te ad Cassiani disputationem de dono lacrymarum; sed homini tot occupationibus distento, aut deerit otium, nisi fortè in Bacchanalibus, cùm stultescis; aut in canicularibus, cùm nimio æstu percitus furis: aut illa etiam, quæ Cassianus disserit, superstitioni deputabis: neque à superstitionis nota immunem abire sines, qui hæc de se ipso. *Frequenter recordatione delictorum meorum, abortis lachrymis, ita sum ineffabili gaudio, visitante Domino, vegetatus, ut desperare me illorum veniam non debere, lætitia ipsius magnitudo dictaret. Quo statu nihil reor esse sublimius.* Misenus diceret, *superstitiosius.*

Cassian. collat. 9. c. 28. & 29.

D De Asceticis S. Basilii actum jam satis libro primo. At quòd iterum nobis copiam facis credendi apparitionibus, quas varii scriptores literis prodiderunt; denuò gratias babemus pro tam propensa in nos voluntate tua. Sanctos Martyres Cosmam & Damianum apparuisse Justiniano Imperatori, non credidissemus narranti Procopio, nisi tu credendi potestatem fecisses. Neque nobis persuasissemus, tanquam vero consentaneum, quod idem Procopius tradit; Apostolos, post Apostolorum templum Constantinopoli extructum & consecratum, sæpius à mortalibus visos esse. *Constat, quòd Apostoli beneficiorum memores,* inquit Procopius, *ad Regis honorem nunc hominibus apparuerint, regis, inquam, pii & religiosi: neque enim ab humanis negotiis recedunt divina; sed admisceri percupiunt, & hominum conversatione oblectantur.* E

Procop. lib. 1. de ædif. Justin.

F Multò minùs, absque tuo permissu, verisimile nobis accidisset, quod proditur in Originibus Constantinopolitanis, à tuo Dousa latinitate donatis: nam cùm *Theodora Augusta pecuniis destituta hæsitaret, quomodo inceptum Apostolici templi ædificium perficeret: sancti Apostoli per somnium ipsi apparuerunt,* inquit auctor ille: *dicentes: De pecunia, ne sollicita sis, neque à Justiniano marito tuo nummos require: sed abi extra portam Dexiocratis, ad littus, ibi invenies humo condita duodecim vasa fictilia auro impleta.* Hæc auctor ille.

G Ais: *Ad visionem Cypriani quod attinet, potuit, talis aliqua ægroto offerri per quietem.* Quid inde extruis? Hoc nimirum, te calumniatorem esse; quando apparitiones, revelationes, & illustrationes novas eo solùm nomine rejicis, quòd arbitreris, & quidem sine ullo argumento, eas esse impossibiles; cùm nulla à Ribadeneira memoriæ sit mandata, cujus similem nobis non suppeditent vetusta Sanctorum monumenta: & quidem probatissima; qualia esse S. Cypriani scripta, ne tu quidem inficiari audes; qui tamen omnia audes, quanquam visio, quam ex S. Cypriano commemoravi, non ipsi Cypriano, sed Episcopo cuidam oblata fuit, litteris duntaxat à S. Cypriano consignata.

H Et quia de S. Cypriano sermo est, audi, quid de eodem referat Evagrius ex Procopio, cùm enim commemorásset, quantum doloris Christiani Orthodoxi ceperint, quòd templum S. Cypriano dedicatum, à Vandalis profanatum fuisset: *Fertur,* inquit Evagrius, *Cyprianum, illis secundùm quietem apparuisse: dixisseque, Christianos non debere ob eam causam in mærore & sollicitudine esse: se enim post aliquod temporis spatium, eam injuriam vindicaturum: quæ prædictio temporibus Belissarii expleta fuit: Nam idem Cyprianus Martyr prædixerat, Carthaginem, post nonagesimum quintum annum, quo à Vandalis capta & excisa, in potestatem Belissarii, ducis exercitus Romani, venturam, & Vandalos omnino expugnatum, & opinionem Arianam ex finibus Libya prorsus relegatum iri, & Christianos sua templa recuperaturos.*

Evagr. lib. 4. cap. 16.

Visiones quasdam Ignatii confirmaveram visionibus S. Antonio divinitus oblatis, & à S. Athanasio posteritati commendatis. Ubi Misenus. *Heus, tu sæpissimè citas Athanasium de vita Antonii. Quem autem tu Athanasium habes?*

A *habes? In meo non extat vita S. Antonii. Monachi opusculum est, ut suspicor, nomine Athanasii publicatum, ut sub auctoritate tanti viri, fabulæ essent speciosiores.* Cùm Apologiam conscriberem, habui Athanasium Parisiis anno Domini M.D.L.XXXI. excusum; Jam præterea nactus sum Athanasium apud vos, hoc est, Heidelbergæ à Commelianis nuper editum, duobúsque tomis distinctum: In utraque editione extat vita S. Antonii, nomine S. Athanasii; licèt latinè tantùm, etiam in Commeliana, penuriâ Græci exemplaris: Asservatur autem Græcè scripta eadem S. Antonii vita in Bibliotheca Bavarica.

B Porrò S. Athanasium scripsisse vitam Antonii, testatur Socrates, Rufinus, & S. Hieronymus, in libro de viris illustribus, seu in catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, in Athanasio & Antonio. Eandem ex Græco in Latinum transtulit Evagrius Episcopus Antiochenus; teste S. Hieronymo. Epitome Gesnerianæ Bibliothecæ asserit, eandem de vita S. Antonii historiam, auctore S. Athanasio, ab Evagrio Monacho, Macarii familiari, in latinum sermonem translatam. Nescio qua auctoritate; nisi quòd mihi valdè fit probabile, Gesnerum, Evagrium
C Antiochenum cum Evagrio Monacho confudisse: quod & Trithemio evenisse video. Ipse etiam S. Hieronymus, se (S. Hieron. epist. 101.) eandem vertisse ex Græco scripsit; ita tamen, ut sententias sententiis redderet; qua de causa dixit Gelasius Pontifex ab Hieronymo (Gelas. in decreto de libris authent. & apoc.) vitam Antonii fuisse conscriptam. Ex quibus evanescat oportet, inanis tua de suppositirio partu suspicio. Non enim ideo ab Athanasio non est profecta, quia in ea, quam tu habes, aut in Basileensi editione non reperitur vita S. Antonii; alioquin alia non pauca, Athanasiana non essent, quia in illa editione non comparent: nobísque satis supérque est temeritati tuæ redarguendæ auctoritas sancti Hieronymi.

D Christum Dominum Ignatio Romam eunti apparuisse, Ribadeneira tradit. Apparitionem hanc à calumniis tuis asserui in Apologia. Ad quæ tu nihil suo loco, & nunc hoc alieno unicum illud tuum *ἀρνῦμαι* affers. *Nego*, inquis, *Ignatio Christum apparuisse.* Si causam petam, aliam non extorquebo, quàm illud Misenicum *Nego;* in quo Calvinista omne suum præsidium collocatum habet. Profer testimonia aut rationem, cur neges? Sed ùt video, testimonium aliud tibi non est, quàm judicium tuum, hoc tu contentus es; hoc & alios contentos esse jubes, more Socratis, qui hæc de se: (Arian. lib. 1. cap. 26.) *Ego quidem haud alium testem exhibere eorum, quæ dico, solitus fui; sum enim me ipso, qui mecum antea de his rebus disputando contulerim, contentus, eique testimonio suffragium meum adjicio, & pro teste cito, qui mihi, cùm sit unus, instar tamen omnium erit.* Sed cùm tu, Misene, necdum in Socratem transformatus sis, exuto E Miseno, non ægrè feres, si plura à te exigamus; quàm Socrates à se voluerit exigi.

Messaliano Ignatium fuisse similem, probas ex visionibus. Quo argumento facillimè demonstrabis, Moysem, Isaiam, Hieremiam, Ezechielem, Danielem fuisse Messalianos; cùm plurimæ illis oblatæ fuerint visiones. Apostoli Petrus & Paulus Messaliani erunt; quia cœlestibus visis crebrò illustrati sunt. Plerique sanctorum Martyrum & Eremitarum Messaliani erunt; quia eodem beneficio sæpius cumulati sunt.

Mendacii me accusas, quòd scripsi, ve- F stro judicio, per Baptismum non tolli peccata, sed radi tantùm aut tegi. Quid ergo volunt sibi hæc tui Calvini verba? (Calvin. in Antid. Concil. Trident. Similia lib. 4. Instit. c. 15. §. 10. & 11.) *Manet verè peccatum in nobis, neque per Baptismum statim uno die exstinguitur, sed quia deletur reatus, imputatione nullum est.* Aut ergo Calvinum desere, aut me à mendacii nota absolve: Quid tritius in schola vestra, quàm concupiscentiam, quæ in renatis, etiam post baptismum, manet, peccatum esse, etsi electis non imputetur ad damnationem? Sed te ita comparatum video, ut nec vulgaria tuæ sectæ dogmata nôris.

Missæ effectus missos facias suadeo. Quid G porco cum amaracino? *Amaracinum fugitat sus*, inquit Lucretius, *& timet omne unguentum; nam setigeris subus acre venenum est.* (Lucret. libro 6.) Colloquium cum Jesuita Spirensi plus fidei apud me meruisset; si Jesuitæ nomen expressisses. *Debuerat nomináße istos*, inquit Origenes de Celso, *quos ait sibi auditos, ut probatis nominibus facilè fieret judicium, veráne an falsa Celsus diceret.* (Orig. lib. 7. cont. Cels.) Nam qui tam humaniter tecum de quæstionibus scholasticis disseruit; is pari humanitate nomen, quo vocatur, patefecisset, si voluisses. Etsi suspicor, te quæstiones illas, non tam ex familiari illo congressu hausisse, quàm ex scholastico quopiam, aut fortè ex Stutgardiano Prædicante descripsisse; qua suspicione ut me liberes; opus erit exprimere ea, quæ tu sine ratione à Ribadeneira flagitas; ego summa ratione à te postulo: nempe tempus colloquii, nomen collocutoris, & id genus alia, quæ ad fidem faciendam necessaria censentur tunc, cùm is, qui aliquid commemorat, dubiæ & lubricæ fidei homo est.

De quæstione; utrum mus aut aliud bru- H tum, corpus Christi comedat, cùm species Eucharisticas comedit, vide, si lubet, tractatum Erasmi Milii I.L. Licentiati, quem scurtili cuidam de hac ipsa materia libello Stutgardiani Prædicantis scitè & festivè opposuit.

Factum Ignatii, cùm litterarum fasciculum à consanguineis missum, non resolutum, non lectum, in lucentem focum conjecit, necdum potes concoquere. *ἀστοργίαν & ἀπανθρωπίαν* intonas. *tales non fuisse ve-*

A *teres illos Monachos, Ægypti & Thebaidis incolas.* Sed, more tuo, dicis tantùm, nec probas, nisi quòd probationis loco tuam nobis auctoritatem offers. Quæso, ad quem dedit literas, aut à quo litteras accepit Paulus Eremita toto illo tempore, quo in eremo delituit, ad quem alii, quos in Apologia nominavi? Cur tu ad hoc obmutescis? cur cum næniis jam antea profligatis recurris? Cur nihil ad simile factum cujusdam Monachi, de quo Cassianus, cujus exemplo factum Ignatii defendi? Nihil Cassianus, nihil alii veteres astorgiæ, aut inhumanitatis in facto illo observârunt aut notârunt. Tu solus omnis humanitatis expers, mirabilem ἀπανθρωπίαν hic odoraris.

B *Ut liberè dicam*, inquis, *quod sentio, non puto intra 300. annos quidquam pestilentius à Pontifice Romano orbi terrarum fuisse obtrusum vestro ordine, qui, quò eruditior est aliis, eò odiosior.* Calvinistis nimirum, Lutheranis, aliísque sectariis, quibus odiosum esse, magnus fructus est. *Existimas, cùm tibi displicemus*, clamat Calaritanus Antistes ad Constantium Imperatorem, *non nos tunc Deo placere?* Repetam, quod jam alibi dictum ex Seneca. *Argumentum est recti, malis displicere.* Cujus & hoc monitum: *lætior esto, quoties malis displices, & malorum de te existimationes malas, veram tui laudationem existima. Regium est*, inquit ille, *malè audire, cùm benefeceris.* At quòd Ordinem nostrum *perniciosum* vocas; non ægrè fero, quia à peste hæc vox missa est: Bonum autem & salutare est, quod pesti, hoc est, hæresi perniciosum est.

Lucif. de non parcen. delinquent.

C Quæ scripsi de precibus nostris pro omnibus Principibus & Regibus etiam vestræ sectæ, non attexui, reclamante conscientia, ùt tu fortassis reluctante conscientia comminisceris: sed id scripsi, quod sentio, quódque veteri more in Ordine nostro geri video. Libenter obedimus Apostolo obsecranti, *ut fiant obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus & omnibus, qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate.* Nec excidit nobis illud Domini præceptum: *Orate pro persequentibus & calumniantibus vos, ut sitis filii patris vestri, qui in cælis est.* Si preces fundendæ pro persecutoribus & calumniatoribus, quantò magis pro Regibus & Principibus, à Calvino aut Luthero in errorem abductis, qui nobis aut nihil penitus molestiæ inferunt, aut si quid inferunt, Prædicantium linguis, quasi flabellis excitati, id faciunt. *Qui putas*, inquit Tertullianus, *nihil nos de salute Cæsarum* (Principum Calvinianæ aut Lutheranæ Professionis) *curare, inspice Dei voces: scito ex illis præceptum esse nobis ad redundantiam benignitatis, etiam pro inimicis Deum orare, & persecutoribus nostris bona precari. Qui magis inimici & persecutores Christianorum, quàm de quorum majestate quærimur in crimen? sed etiam nominatim atque manifestè, orate, inquit, pro Regibus & pro Principibus & potestatibus, ut omnia tranquilla sint. Nobiscum enim concutitur imperium, concussis etiam cæteris membris ejus: utique & nos (licèt extranei à turbis æstimemur) in aliquo loco casus invenimur.* E

1. Tim. 2.

Matth. 5. D

CAPUT II.

Refutatio calumniarum in caput secundum, tertium & quartum libri quinti.

F QUòd Ignatius se gelidis aquis immerserit, capite tantùm extante, ut amatorem quendam ab amica abstraheret, *ed ut credam*, inquit Misenus, *ne sexcenti quidem Jesuitæ mihi persuaserint.* Etiam Celso tuo, ne sexcenti quidem Christiani persuadere potuissent, Christum, pro salute humani generis supplicium crucis subjisse. An hoc ideo verum non erat, quia Epicureus plumbei cordis & cerebri, id ut crederet, à se impetrare non poterat? Christum resurrexisse, ne sexcenti quidem Apostoli persuasissent Thomæ, nedum tam pauci. Ajebat enim: *nisi videro, non credam.* An ob hanc Thomæ incredulitatem resurrectio Christi peracta jam non fuerat? scilicet à tuo assensu & dissensu veritas rerum pendet; sicut olim ab opinione Bionis, Deos esse aut non esse; nam cùm bene valeret, negabat Deos esse; ægrotans affirmabat esse, ut sanaretur; quem Laërtius meritò irridens ita canit. μωρὸς δ' ὅς ἤθελέν τινος μισθῦ τὸ θεῖον εἶναι, ὡς τῶν θεῶν ὄντων, ὅταν Βίων θέλῃ νομίζειν. *Stultus, qui volebat, mercedis gratia, Deos esse, quasi Dii tunc essent, quando eos Bion volebat esse; tunc non essent, quando eos nolebat esse.* G

Laërt. in Bione. lib. 4.

H *Amens fuisset Ignatius*, inquit Misenus; *si hoc fecisset, poterat enim in terra compellare hominem.* Idem Celsus de Christo crucifixo. Præscribens Dominus Ezechieli, quo cibo potúque uti deberet, subjecit; *& quasi subcinericium hordeaceum comedes illud, & stercore, quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorum.* Et: *Ecce dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis, & facies panem tuum in eo.* Nullo negotio, si bene te novi, adduci poteris, pro tuo scholiis tuis profana simul & sacra illustrandi desiderio, ut ad hunc locum hoc scholium appnnas. *Planè amens fuisset Ezechiel, si obtemperâsset.* Dices. Ezechielem habuisse expressum à Deo mandatum: fateor, interim tamen non satis scio, quomodo hoc mandatum tam insolitum, & extraordinarium tibi arrideat. Cæterùm, ùt olim Deus præceptis expressis Prophetas suos ad insueta opera perpetranda excitabat; ita postea viros sanctos instinctibus internis

Ezech. 4.

ad

A ad facta à communi alioquin sensu abhorrentia impulit, & adhuc impellit; vel propriæ vel alienæ utilitatis gratia; quæ amentes, qualis Misenus, amentiam, & stulti stultitiam reputant. Sed qui hæc cœlestibus momentis ponderant, facilè advertunt, quàm stolidi & insipientes sint, qui per summam stoliditatem, facta heroica, divinæ virtutis impulsu suscepta, amentiæ adscribunt.

B Optabat Ignatius omnibus ludibrio esse, & pro ridiculo haberi, nudísque pedibus, & cornibus onustus incedere; si id proximis emolumento foret, & ad supremi numinis gloriam cederet; Misenus propositum hoc animo suo comprehendere nequit: homo, ùt apparet, Dei & proximorum parùm diligens: cùm eorum gratia nihil facere sit paratus, etiam ex hypothesi. *Non video*, inquit Misenus, *quid nudis pedibus & onustum cornibus incedere aliorum salutem juvet, aut juvare possit.* Ignatius non dixit hoc aliorum salutem juvare, sed hypotheticè locutus est; *si id aliorum salutem juvaret, tunc nudis pedibus, cornibúsque onustus, non recusarem incedere.* In quo proposito quid, oro, criminis, cùm optimæ mentis argumentum sit, ea subire & præstare velle, quæ ad divini numinis gloriam amplificandam

C conducunt. Deinde non intelligo, quid sibi velit hæc tua argumentatio. *Non video, quid nudis pedibus incedere ad salutem proximi juvet: ergo nihil juvat.* Quàm multa enim non vides, quæ ad salutem proximi juvant, nec ideo, quia tu non vides, juvare desinunt; tu, inquam, qui cornua ferrea in fronte geris instar Sedeciæ, quibus in Ignatium incurris, ùt ille in Michæam; qui cornutus

3. Reg. 24. percussit Michæam verum Dei Prophetam vera canentem, *in maxillam & dixit: Mene ergo dimisit spiritus Domini, & locutus est tibi?* Ita tu, cornibus tuis feris, tanquam falsum, quidquid Ignatius aut dixit aut optavit, sed absentem verberas.

Quòd Ignatius alias vestes habuit, cùm lai-

D cus adhuc esset; alias, cùm ad loca sancta peregrinaretur; alias, cùm litteris operam daret; alias, cùm sacerdos factus, & Dux Religiosi Ordinis, id tu hypocrisi adscribis, quòd vir bonus semper debeat sibi esse similis, tum in aliis, tum in victu & cultu corporis: Ergo tu & tui eodem victu & cultu corporis utimini tum foris, tum domi; tum pacis, tum belli tempore: tum in foro, tum in gymnasio, neque unquam togam sago, aut sagum toga permutare licebit, ne quis in hypocrisin incidat? Ergo ùt populus, sic & sacerdos erit; & ùt sacerdos, sic populus; absque ullo discrimine status aut conditionis. Hypocrita fuit S. Hieronymus, quia alio vestitu usus est Romæ, alio in eremo. Hypocrita S. Augustinus, cui, Rhetorices professori, aliud vestimenti genus, aliud Episcopo. Hypocritæ alii innumeri, qui E

cum diversitate status vestem variàrunt, ut hactenus post homines natos semper factum, ubicunque graduum & officiorum aliqua distinctio reperitur; nec quicquam in hac mutatione hypocriseos includitur, cùm à viris probis suscipi non soleat auræ popularis gratia, quam potissimùm appetunt hypocritæ, *hypocritæ enim sunt*, ùt in- S. Hieron. in cap. 5. Matth.
quit S. Hieronymus, *qui quodlibet faciunt, ut ab hominibus glorificentur.*

De Angelis & tutela, qua mortalibus præ- F

stò sunt, suadeo, ut scribere desistas. Non cadit in mentem tam duram & saxeam ulla de subtilissimis illis spiritibus subtilia cogitatio. Quomodo silentium, quod mendacium approbat, possit esse verecundum, necdum explicas. Itaque nihil dicam, donec tu aliquid dixeris. *Ignatium fuisse sterquilinium & detestabilem, facilè*, inquis, *concesserim.* Non ignota est mihi hæc tua facilitas. Quin ego facilè etiam concesserim, 1. Reg. 24. & 26.
te concedere, Davidem fuisse *pulicem & canem mortuum*, sic enim se ipse submissionis causa nominavit.

Ita animo affectus fuit Ignatius, ut om- G

nibus risui esse, nudúsque & sordibus opletus, ut insanus crederetur, per vicos ambulare, paratus esset. *Si ego*, inquit Misenus, *viderem talem Jesuitam, nudum & opletum sordibus per vicos ambulare: quid facturus sim, non facilè dixerim.* At ego facillimè dixerim, quid facturus esses; faceres, quod majores tui fecerunt, de quibus S. Joannes: Joan. 8.
Tulerunt lapides, ut jacerent in eum. Faceres, quod parvi pueri, qui egressi de civitate il- 4. Reg. 2.
ludebant Helisæo dicentes: *Ascende calve, ascende calve.* Tu, pro tua maledicendi exercitatione, nullo negotio hoc calvi convicium, ad institutum tuum accommodares. Epicteti hoc documentum est; *Si* Epict. Enchir. cap. 19.
quid proficere vis, ne recusa, quò minùs ob res externas fatuus & amens habearis. Si quis, amore philosophiæ, non injuria velle potest fatuus & amens haberi; cur id nequeat amore Dei; hac tamen lege, ut non velit & probet peccatum proximi, quod committit, quando eum, qui sanus est, insanum temerè judicat?

De obedientia tam miserè disputas, ut me

H tui misereat. Primas defers Deo. Rectè. Secundas Ministris Calvinianis, non rectè. Eam enim merentur à vobis obedientiam, quam ipsi præstant aliis, nempe nullam. Tertio loco ponis magistratum politicum: ea tamen lege, ne quid præcipiat, quod voluntati vestræ adversetur, nam obedientiæ vestræ regula est libido vestra. Ais: *in sacris litteris non extare præceptum de obedientia præstanda Abbatibus, Prioribus, Provincialibus.* Ubi ergo hæc extat sententia? ut alias præ- Hebr. 13.
teream. *Obedite præpositis vestris, & subjacete eis, ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro*

animabus vestrû reddituri; ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes.

A Citaveram prn obedientia S. Basilium, S. Hierooymum & Cassianum, ubi tu; *nihil moror, quidquid dicat vel Basilius, vel Hieronymus, vel Cassianus.* Et nns multò minùs moramur, quidquid contra hos tantns Doctores dicat iodoctus Misenus, scilicet tu iis sanctitate & eruditiooe majnr es; ut tibi potiùs aures sint dandæ, quàm illis. *Valde*, inquis, *ineptè D. Decanus me cum Celso comparat.* Imò valdè aptè, ùt jam sæpiua ostensum. Nnstine Laridas, Dauciam & Tymbrum simillimam prolem, suisque parentibus indiscretam, tametsi grato errnre? Longè tu & Celsus similinres estis. Si ca-

(Virgil. 10. Æneid.)

B lumniatnrum vitas parallelas scriberem, te æquè aptè Celso oppnnerem & apponerem, ac Plutarchus Alexandrum Magnum Julin Cæsari. *Ego*, inquis, *Christianus sum.* Nnmine, non re. Etiam Epicureus dicebatur Philosophus, an ideo erat? Tantum tibi prodest Cbristiani oomen, quantum *calvo pecten, caco speculum, surdo tibicen. Qui Christiani nominis opus non agit*, inquit Salviaous, *Christianus non esse videatur: nomen enim sine actu atque officio suo, nihil est. Nam sicut ait quidam in scriptis suis, quid est aliud Principatus sine meritorum sublimitate, nisi honoris titulus sine homiae? Aut quid est dignitas in indigno, nisi ornamentum in luto? Itaque ut iisdem verbis etiam nos utamur, quid est aliud sanctum vocabulum sine merito, nisi ornamentum in luto? sicut etiam per divinas litteras sacer sermo testatus est, dicens: Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua: & in nobis itaque Christianum vocabulum quasi aureum decus est; quo si indignè utimur, fit, ut suis cum ornamento esse videamur.*

(Salvian. lib. 4. de gubernat. Dei.)

(Prover. 11.)

C *Celsus*, inquis, *fuit homo profanus.* Tu quoque, mi Misene. *Christianismi derisor;* Tu qunque Misene. *Ego*, inquis, *amplector Evangelium;* Calvini, ooo Christi. Celsus quoque amplectebatur Evangelium, onn Christi, sed Epicuri; cujus iste erat Catechismus; *Edamus, & bibamus, cras moriemur.* Legi ouper apud Salvianum Massiliensem, quod tecum communicare volui; Negat is, apud Hæreticos ullam Scripturam sacram reperiri. Quòd si Scripturam non habes, quomodo Evangelium amplecteris? Verba Salviani hæc sunt. *Eadem, inquis, legunt illi* (Hæreuci) *quæ leguntur à nobis.*

D *Quomodo eadem, quæ ab auditoribus quondam malis & malè sunt interpolata, & malè tradita, ac per hoc jam non eadem, quia non possunt penitus dici ipsa, quæ sunt in aliqua sui parte vitiata. Iacolumitatem enim non habent, quæ pleaitudinem perdiderunt, nec statum suum omnino servant, quæ Sacrameatorum virtute privata sunt. Nos ergo tantùm Scripturas sacras plenas, inviolatas, integras habemus, qui eas vel in fonte suo bibimus, vel certè de purissimo fonte haustas, per ministerium puræ translationis hau-rimus. Nos tantummodo bene legimus, atque utinam quàm bene legimus, tam bene adimpleremus.* Hæc Salvianus. Tu sequentia.

Ignatium verè Christianum fuisse constanter nego. Si ùt imperium Mnysis vertebat uodam in sanguinem, ita tuum *negare* verteret Cbristianum in nnn Cbristianum: tunc confiterer & ego, Ignatium verè Christianum nno esse; quia jam pridem per tuum *nego* in nnn Cbristianum enmmutatus fuisset: sed quia tuum *nego*, nibil aliud est, quàm inaoe *nego*, commodus & patiens patieris, si à te dissentiam, téque pro Calviniaoo, Ignatium autem prn verè Christiano habeam. *Christiani sumus, ô Ariani* (Calvioistæ) clamat S. Athaoasius, *Christiani, inquam, sumus, & propriè ad nos pertinet, benè ex Evangelio de Salvatore* (aliisque fidei capitibus) *sentire: si & vos vultis Christiani esse, deponite vesaniam Arii* (Calvini) *vestrásque aures sordentes blasphemiarum verbis, eluite pietatis sermonibus, pro certo habentes, omisso Arianismo* (Calvinismo) *rejectâque Judæorum perversitate, statim vobis è tenebris, veritatis lucem orituram esse.* E

(S. Athan. orat. 4. contra Arian.)

F Ais: *nos exortam veritatis cœlestis lucem, quantum in nobis est, exstinguere, immò vel ruina ipsius imperii opprimere conari.* Hæreses vestras, quæ tibi lux sunt; & quidem cœlestia; ooo à cœlo, sed à Cœlesti Africano Idnln, opprimere conamur. Verùm *lorica justitiæ, scuto fidei, galea salutis, gladio spiritus;* noo ruina Romani Imperii, cui si ruinam moliremur, onbis ipsi, qui in Romaoo Imperin vivimus, interitum macbinaremur. Vnbis Calvioianis Catilinis, Cethegis, & Lentulis, munus Imperii evertendi competit. Neminem fugit, quem ratio oon fugit, quænam sint vestra consilia; quæ cogitata; *Unde Cassii*, inquit Tertullianus, *& Nigri & Albini* (lege Calvini, & similes Romani Imperii pestes) *si pectoribus* (Calvinistarum) *ad translucendum quandam specularem materiam natura obduxisset*, inquit idem Tertulliaous, *cujus non præcordia insculpta appareat novi ac novi Cæsaris scenam in congiario dividundo præsidentis, etiam illa hora, qua acclamant, de nostris annis tibi Juppiter augeat annos. Hæc Christianus* (Catbolicus) *tam enunciare non novit, quàm de novo Cæsare optare.* Hæc Tertulliaous. G

(Ephes. 6.)

(Tertull. Apolog. cap. 35.)

H Socratem & Demooactem longè præfers Ignatio. Patitur nimirum Christi famulus à te, quod Christus Dominus à fratre tun Celso; qui Christo ono modò antepooebat Herculem, Æsculapium; sed & Orpheum, Anaxarchum, Epictetum, Sibyllam. Ubique *Celsizas*, & quidem insigniter. Rursus exprobras Ignatin *ἀϛοργίαν, & inhumanitatem* io sanguine junctos: Et ne sine causa Ignatium hac labe aspergere videaris; argumeotum affers nppidò quam firmum & robustum. Et est hujusmodi: *Apostolus ait,* quos-

(Orig. lib. 7. cont. Cels.)

A Rom. 1. *quosdam, qui cùm Deum cognovissent, nec tamen ùt Deum glorificâssent, datos in reprobum sensum; repletos omni iniquitate; ἀϛόργυς*, hoc est, ùt vertit noster interpres, *sine affectione: Ergo ex horum astorgia vitio laborantium cœtu, unus itidem fuit Ignatius, quia* Matth. 19. *fratres & sorores deseruit.* Et Christus ipse ad astorgiam hanc invitavit tunc, cùm omnibus, qui patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut fratrem, aut sororem, aut domum, aut agros relinquerent, centuplum in hoc sæculo, & in altero vitam æternam promisit.

B Indicis expurgatorii parùm prudenter mentionem facis. Vix me contineo, quò minùs tibi enumerem fraudes & mendacia, quæ *αὐτῷ τῷ ϑυλάκῳ*, admensus est Junius, ea in præfatione, quam prædicto indici præposuit. Sed dabitur aliquando de Juniano candore aptior dicendi locus.

C Mendacia sua de Cardinali Joanne Dominico de Cuppis & Quirino Garzonio ad hunc modum excusat Misenus. *Fateor, me errâsse*, hoc est, mentitum esse, *Res autem non magni momenti.* Videlicet apud illos, qui, ùt loquitur S. Hieronymus, de Origenistis, *mendaciorum orgiis fœderantur.* Ad id, quod sequitur, obstupui; quia nesciebam, Misenum nostris tam familiarem, ut ad intima penetralia penetrârit; explicari enim sibi cupit, quidnam Hieroglyphica nonnulla, quæ abditis in recessibus vidit, mysticè & symbolicè significent: *Quæro*, inquit, *quid scopæ & linteamina sibi velint suspensa ante introitum loci secreti, quid sub his positum vasculum aquæ plenum, quid in olla arena; quid duodecim sedes, mortis imago singulis portis affixa.* Adverte Misene, paucis docebo, quid hæc sibi velint, quando tanta te sciendi cupiditas tenet. Munditiem volunt, studiúmque munditiei significant, & in memoriam reducunt il-
Deut. 23. lud, quod in Deuteronomio legitur: *Dominus Deus tuus ambulat in medio castrorum tuorum, ut eruat te, & tradat tibi inimicos tuos, & sint castra tua sancta, & nihil appareat in eis fœditatis, ne derelinquat te.* Ecce, quanti Deus munditiem externam quoque fecerit. Hanc scopæ, hanc velum, hanc vas aquarium, hanc arena spectat, ùt & observationem illius regulæ à beato Patre nostro nobis præscriptæ; *munditiæ, quæ & ad valetudinem, & ad ædificationem confert, omnibus curæ sit, tam circa seipsos, quàm circa alia omnia.*

D Mortis imago indicat illud; *pulvis & umbra sumus*: aut si mavis Græcum; *σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος*: Nisi fortasse te magis oblectat
Clem. lib. 1. Stromat. vox illa divina: *pulvis es, & in pulverem reverteris.* Sed quid ego hæc tibi? *Difficile est*, inquit Clemens Alexandrinus, *de vero lumine verè puros & perspicuos sermones ostendere suillis & indoctis hominibus.*

CAPUT III.

E

Refutatio capitis quinti & sexti Misenici responsi.

SOlebat interdum Ignatius ob leviora errata graviores pœnas infligere, propter causas à Ribadeneira, & à me in Apologia adductas. *Dederim hoc locum habere*, inquit Misenus; *ubi bis peccare non licet, ùt in bello.* Ergo etiam in Religione locum habet, in qua non modò non bis, sed ne semel quidem peccare licet. Et quid aliud est Religio, quàm militia? Quid aliud Ordo, quàm castrorum acies ordinata? Si F ergo in bello, leves ob culpas, exigere licet aliquando severas pœnas, cur id illicitum esset in hoc spirituali bello? Fieri quidem potest, ut, qui plectitur, caput quasset, medicinæ asperioris impatiens, injuriámque sibi irrogati clamet; cœlum, omnésque cœli incolas testatus: sed non ideo ab officio suo absistunt Antistites; Medicos imitantur, de quibus hæc eleganter Theodoretus: *Qui artis medicæ professores censeri volunt,* Theod. lib. 1. ad Græcos. *quantumvis morosi ægrotantes sint, æquo animo ferendi sunt, patientérque tolerandi, vel si conviciis eos aspergant, vel si pugnis aut calce petulantes se præbeant: solent enim quandóque hoc* G *injuriæ genere delirantes peccare: Neque tamen eùm hæc fiunt, animo perturbantur, qui verè sunt medici; sed vincula potiùs colligandis intendunt, capútque unguento aspergunt, quanquam reluctantibus & invitis. Nullum denique non remedii genus excogitant, quo ægritudinem procul submoveant, pristinámque partium æqualitatem corpori universo restituant. Quamvis autem haud ita multi numero essent, qui hujus morbi servitio premerentur, essentque pinguissimæ cuidam faci persimiles, quæ crassitudine impeditur, quò minùs per coli foramina transigatur; at ne sic quidem posthabendi essent, neque dissimulanter ferendum, eos, ab ejusmodi peste corrumpi, sed omnis potiùs excogitanda ratio esset, qua insidens eis nebula tolleretur, splendórque intellectualis luminis appareret.* Hactenus Theodoretus.

H Posthæc Monachos exagitas, & quidem conviciis ex Dialogis *Arnoldi de Villa nova*, quasi convicia illa ea solùm de causa non sint convicia; quia ante trecentos annos scripta. Convicium, Misene, nunquam mutat naturam, etiamsi senio Sibyllam vincat. Petiliani, Donatistarum, Arianorum, Copronymi, & Copronymianorum, Vigilantii & Vigilantianorum convicia in Monachos, hodie æquè sunt convicia, ac eo, quo primùm nata sunt, die, ut proinde parùm moveamur, quidquid hujus generis ex superiori memoria adducas. Semper Religiosis Institutis sui fuerunt obtrectatores & insectatores. *Erras*, inquit Seneca, Sen. epist. 98. *si existimas nostri sæculi esse vitium, luxuriam & negligentiam boni moris* (& odium Monasticæ

A ſtioꝛ vitæ) *& alia, quæ objicit ſuis quiſque temporibus. Hominum ſunt iſta, non temporum. Nulla ætas vacavit à culpa* (& ab oſoribus Monachorum) *omne tempus Claudios, non omne Catones feret.* Omne tempus fert Arnoldos de Villa oova: Gulielmos de ſaocto amore; Deſiderios Longobardos, Gyraldos de Abbatis villa, Guidooes Bonatos, Gualteros Mapos, Wiclephos, & ſimiles religioſorum hominum, & domiciliorum criminatores, qui ſervos Dei perſequantur, nec ſine cauſa. *Nam quis dicere poſſit*, inquit Salviaous, *quòd ſine cauſa? homines ſcilicet omnibus à ſe vita ac morum ſtudiis diſcrepantes, in quibus nihil vidébant ſuum, quoniam Dei* B *totum. Maxima enim cauſa eſt diſcordiarum diverſitas voluntatum, quia fieri aut omnino non poteſt, aut vix poteſt, ut eam rem in alio quiſquam diligat, à qua ipſe diſſentit. Itaque eos non ſine cauſa, ut dixi, oderunt, in quibus omnia ſibi æmula atque inimica cernebant. Illi enim vivebant jugiter in nequitia, iſti in innocentia: illi in libidine; iſti in caſtitate; illi in luſtris, iſti in monaſteriis: illi propè jugiter cum Diabolo, illi ſine ceſſatione cum Chriſto.* Hæc Salvianus.

Salvian. lib. 8.

C Qui ſtatim etiam ſubdit; quid iſti Monachorum irriſores & perſecutores effecerint apud Carthaginenſes; ut mihi non tam Carthaginis, quàm alicuius Lutheranæ aut Calvinianæ civitatis inſolentem & impiam io Monachos petulantiam & procacitatem deſcripſiſſe videatur. Sed ante Salvianum audiamus S. Eulogium. Commoda, oro, aures, Miſene; & poſtea circumſpice, an non noveris aliquas urbes, ubi talia accidant Religioſæ vitæ profeſſoribus, & ſacerdotibus, qualia eis io Hiſpania à Saracenis evenisse ſcribit S. Eulogius. *Nemo noſtrûm*, ioquit, *inter eos ſecurus ingreditur, nemo quietus permeat, nemo ſeptum eorum, niſi dehoneſtatus pertranſit. Etenim cùm nos cujuslibet rei familiaris neceſſitas ire in publicum coëgerit, mox ut ſtigmata in nobis Ordinis ſacri advertunt, acclamatione deriſionis, ut amentes, & fatuos impetunt, præter illa puerorum quotidiana ludi-* D *bria, quibus non ſatis eſt inferre lingua convicia, turpia exaggerare ſcurrilitatum, verùm etiam à tergo nos lapidibus inſectari non deſinunt.* Similia in eosdem Dei famulos perpetrârunt Carthagine hæretici, & alii improbi, quæ adſcribam; ut lector intelligat, Hæreticos & Saraceoos io eadem ſchola inſtitutos eſſe. *Non ſine cauſa iſtud fuit*, ait Salvianus, *quod inter Africæ civitates, & maximè intra Carthaginis muros, palliatum & pallidum, reciſis comarum fluentium jubis, usque ad cutem tonſum videre, tam infelix ille populus, quàm infidelis, ſine convicio atque execratione vix poterat. Et ſi quando aliquis Dei ſervus, aut de Ægyptiorum cœnobiis, aut de ſacris Hieruſalem locis, aut de ſanctis eremi, venerandisque ſecretis, ad urbem illam officio divini operis acceſſit, ſimul ut populo apparuit, contume-*

S. Eulog. lib. 1. Mem. Mart.

lias, ſacrilegia, & maledictiones excepit. Nec E *ſolùm hoc, ſed improbiſſimis flagitioſorum hominum cachinnis, & deteſtantibus ridentium ſibilis, quaſi taureis, cædebatur. Verè, ut ſi quis ea, inſcius rerum, fieri videret, non aliquem hominem ludificari, ſed novum inauditúmque monſtrum abigi, atque exterminari arbitraretur. Ecce Afrorum, & præcipuè Carthaginenſium fidem. Tutiùs quondam Apoſtolis, paganas urbes licuit intrare, & minùs primum eorum adventum atque conſpectum feri illi ac barbari ſacrilegorum cœtus deteſtabantur. Sanctum electionis vas, Paulum Apoſtolum, de unius Dei cultu ac majeſtate dicentem, ſuperſtitioſiſſimus licèt Athenienſium populus, patienter tamen audivit, Lycaonii autem in tantum etiam admirati ſunt, ut, cùm in Apoſtolis divinas virtutes ineſſe cernerent, eſſe eos homines non putarent. Intra Carthaginem verò apparere in plateis & compitis Dei ſervos, ſine contumelia atque execratione vix licuit.*

F Sed tu fortaſſis te defendes eo defenſionis genere, quo olim Afri: *Perſecutionem*, ioquit Salvianus, *hoc quidem fuiſſe non putant; quia non & occiſi ſunt. An occiderint, neſcio*, ait Salvianus, *non affirmo.* At ego à vobis Religioſos occiſos & ſcio, & affirmo: teſtémque laudo Aogliam, Scotiam, Galliam, Belgium. Sed faciamus noo eſſe occiſos; *magna ſcilicet defenſio eſt; ſi hoc tantùm in eis de Paganorum non fuit perſecutione, quod habet perſecutio ipſa poſtremum. Putemus ergo occiſos illic non eſſe Sanctos, ſed quid faciemus, quòd non ſunt longè ab occidentibus, qui animo occiſionis oderunt? Præſertim cùm Dominus ipſe dicat: Qui odit fratrem ſuum ſine cauſa, homicida eſt.* Joan. 3. *Latrones quidem hoc proverbio uti* G *ſolent, ut, quibus non auferant vitam, ſe dediſſe dicant; ſed in urbe illa non tam hominum fuerunt hæc beneficia, quàm legum. Interfici enim indemnatum quemcunque hominem, etiam duodecim tabularum decreta vetuerunt. Ex quo agnoſcitur, quòd magna illic prærogativa Dominicæ Religionis fuit, ubi ideo tantùm Dei ſervis licuit evadere, quia à Pagano jure defenſi ſuat, ne Chriſtianorum manibus trucidarentur.* Et certè ſi io hac ſuperiore Germania nullus ab Hæreticis Lutheranis & Calvinianis Religioſus trucidatur, id non eſt beneficium ſectæ veſtræ, cui nihil dulcius & ſapidius, quàm ſanguis Religioſorum effuſus: ſed legum & politiæ. Abſque his repagulis foret, non aliter eum noſtris ageretis Religioſis, quàm Angli, Scoti, & Batavi cum ſuis.

H Sed cave, ne vobis hodiernis religioſæ vitæ oppugnatoribus & exterminatoribus eveniat, quod evenit his, de quibus loquimur, Africanis: In Vandalicam enim tyrannidem deveoerunt. *Et miramur*, inquit Salvianus, *ſi nunc barbaros illi perferunt, cùm videamus, quòd ſancti viri in illis barbaros pertulerunt. Juſtus ergo eſt Dominus & juſtum judicium ejus.*

Qua

A *Quæ enim, ùt ſcriptum eſt, ſeminârunt, hæc & metunt, ut verè videatur de improbitate gentis illius dixiſſe Dominus. Reddite eis ſecundum opus ſuum, juxta omnia, quæ fecêt, facite illi, quia contra Dominum erecta eſt. Miremur itaque, aut indignemur, quòd aliqua nunc illi ab hominibus mala perferant? multo illa majora ſunt, quæ ipſi in Deum antè fecerunt; ſi juxta perſonarum diverſitatem æſtimentur, quæ patiuntur, & quæ fecerunt.* Hactenus de tuo Arnoldo Novavillano.

B Nunc ubi ſatis riſiſti Monachos, & in Monachis Jeſuitas, recipis te ad porrò exagitandum Ignatium. Cùm Celſus nullum Orig. lib. 7. cont. Cels. calumniarum in Chriſtum jaciendi finem faceret; ſuſpicatus eſt Origenes, eum ab aliquo Dæmone, poteſtate & virtute Chriſti expulſo, impulſum & incitatum fuiſſe, ut dæmon ille profligatus per Celſum, vindictam quaſi à Chriſto ſumeret. *Vides*, inquit Origenes, *hic quoque Celſo fuiſſe propoſitum conviciis Jeſum impetere, concitato, ùt opinor, ab aliquo Dæmonio, per Jeſum debellato, quòd antea nidoribus & cruoribus paſci ſolitum, dementaverat Deum quærentes in ſtatuis terreſtribus, nec ſuſpicientes ad verum Deum univerſorum Dominum.* Ego ſimiliter planè mihi perſuadeo, Calvinianum iſtum inſtigari ad tot tantáſque criminationes in Ignatium effundendas, ab aliquo Diabolo, quem Ignatius ſeu vivus, ſeu vita jam functus, & in cœlum receptus ex energumeno quopiam ejecit: qui, ut damnum acceptum vindicet, hunc novum Celſum delegit, cujus ore & calamo, Ignatio maledicat, quandoquidem malefacere jam non licet.

C Commemoraverat Ribadeneira dicta quædam Ignatii, quæ Miſenus carpit, tum quia jam ab aliis uſurpata, tum quia, judicio ejus, non ſatis venuſta & arguta. Ubi rurſus Celſum exprimit, & ad vivum repræſentat, qui eodem modo dicta Chriſti, Prophetarum & Apoſtolorum ſugillabat. *Habent* Orig. lib. 7. cont. Cels. *Chriſtiani*, ajebat Celſus, *præcepta hujuſmodi: Injuriam ne repellito: ſi quis etiam in maxillam te percuſſerit, præbe ei & alteram. Vetus & hoc eſt: longè dictum antea. Sed hic commemoratum ruſticiùs & ineptiùs*, (nota, Miſene, nota) *uſurpatúrque apud Platonem à Socrate*

D *differente cum Critone;* Et mox ſubdit Celſus verba Socratis: Idem Epicurocalvinianus 1. Cor. 3. Orig. lib. 6. cont. Cels. dicebat hanc ſententiam: *Sapientia hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum;* deſumptam Idem lib. 7. ex Heraclito & Platone. Ad quæ Origenes. *Ad hoc, & alia, quæ Celſus, quia non audet perfricta fronte negare vera eſſe, communia nobis cum Græcis aſſerit, reſpondendum eſt: ſi quod placitum ſanum eſt, & utile, relatum idem & apud Græcorum aliquem, ſive Platonem, ſive alium, & apud Judæos in Moſis voluminibus, aut Prophetarum alicujus, & apud Chriſtianos in Jeſu ſermonibus, aut alicujus Apoſtoli, non ideo debere accuſari, quæ apud Judæos aut Chriſtianos reperiuntur, quòd eadem ſint in litteris*

E *Græcis, præſertim cùm conſtet, Hebraicas antiquiores eſſe, quàm Græcas. E contra ſi eadem Græcè eloquuntur venuſtiùs, non ſtatim putandum eſt, ea dici etiam meliùs, quàm ſimplicia noſtra ennunciata frugaliter: quandoquidem Prophetæ ſimplici ſtylo uſi, reliquerunt nobis libros ſcriptos Hebraicè, non inornata tamen compoſitione juxta linguam propriam.* Hæc Origenes tuo Celſo: & partim etiam tibi; non enim vitio dandum, ſi quis dicta priorum uſurpet: nec culpandum: ſi ea planiùs, licèt rudiùs, & ad multorum intelligentiam aptiùs, proferat: etſi, ùt in Apologia dicebam, multa Ignatii dicta plus gratiæ & venuſtatis contineant, quàm plurima, quæ tanquam acuta & arguta apophthegmata circumferri ſolent.

F Sed tu dicta Ignatii detruncas & decollas, & inter ſordes tuas collocas, quo fit, ut gratia, quæ in illis ineſt, tam clarè non eluceſcat. *Multum intereſt*, inquit Theodoretus, Theod. lib. 2. ad Græcos. *utrùm unio ſtatuatur in cœno, an poſitus in corona reſplendeat. Ipſæ profectò digitorum particulæ, ſi abjungantur à ſeipſis, ac diſſecantur, non eandem pulchritudinem commoditatemque præ ſe ferunt, quam ſibi conſitas & compactas habere cernimus: ſincera igitur ac impermiſta veritatis pulchritudo ſpectanda eſt; etenim ſi adverſis admiſta coloribus, emicat tamen atque effulget; multò ſcilicet manifeſtiùs effulgebit, ſi à noxiis abducatur.*

G De Crucio rurſus tam ſubtiliter ratiocinaris, quàm antea. Argumentum tuum hoc eſt. *Homines ſimplices & ſuperſtitioſi facilè ab aliis poſſunt decipi. Crucius fuit ſimplex & ſuperſtitioſus: ergo facilè ab Ignatio, & aliis potuit decipi. Major nota omnibus non planè ſtupidis*, inquit ſubtilis & formalis Doctor Miſenus. *Minor auctoris eſt.* Cujus auctoris Miſene? An Ribadeneiræ? an mea, an tua? Nec Ribadeneira pro ſua, nec ego illam pro mea agnoſco. A neutro poſita aut prolata eſt. Vocaverat quidem Ribadeneira Crucium hominem ſimplicem; ſed ubi vocaverit ſimplicem & *ſuperſtitioſum*, id demonſtrari à te cupio: Si dicas: *omnem ſimplicem eſſe ſuperſtitioſum:* primò quidem tu id dices; at non ego; non Ribadeneira. Secundò, ſi omnis ſimplex ſuperſtitioſus: oportet ergo beatum illum Job, & Patriarcham Jacob, fuiſſe ſuperſtitioſos; quia fuerunt H ſimplices, & ſimplicis titulo cohoneſtantur à Scriptura ſacra. Putáſne, fieri non poſſe, ut quis ſit columbæ inſtar ſimplex, & more modóque ſerpentis prudentia valeat? Ergo Minor illa, tua eſt, & ideo falſa, & quia falſa, nego Minorem. Cui jam probandi partes incumbant, judicent non modò Jureconſulti, ſed & Dialectici. Quid ergo reſtat jam, niſi ut tu *pecus* ſis (agnoſcis tua verba; nam ad auctorem remittere placet) qui vim, imò propoſitiones argumenti non intelligas.

A Nihilo meliorem pecude te nobis exhibes, cùm ais, *me concedere, eum, qui Crucio pecuniam tradidit, fuisse hominem ab Ignatio fallaciter subordinatum.* Nunquam hæc mihi mens, quia tua & mala. Absit à me omnis mens Misenica. Cùm enim dixisses ὑπερβολικώτερον à Ribadeneira scriptum; quòd, qui pecuniam tradiderat, subitò ex oculis mirantis evanuerit; Respondi: Ribadeneiram rei naturæ convenienter dixisse, eum evanuisse ex oculis mirantis, sive homo, sive Angelus sub specie humana fuerit, qui Crucio pecuniam attulit: non enim tantummodo spiritum, sed & hominem verè dici evanescere tunc, cùm derepentè ex conspectu intuentis se proripit. Estne hoc dicere illum, qui Crucio æs dedit, fuisse hominem? B aut quod tu dicis, *fuisse hominem ab Ignatio, fuci faciendi causa, subornatum.* Qua ergo fronte sequentia effutivisti? *Vides Jesuitam planè insanire, qui hyperbolen illam eodem modo interpretatur, quo ego.* Quia te malus abstulit error Misene? Dic, quæso, indicátne hominem fuisse, qui ita loquitur; *sive Angelus is fuerit, sive homo?* Et quamvis definitè dixissem, fuisse hominem, an ideo dixissem, quod tu dicis: fuisse hominem ab Ignatio, fraudis texendæ causa, subornatum? An quia Ribadeneira scripsit, fuisse, qui in summis rei familiaris angustiis pecuniam ultro offerrent, vel etiam deferrent, ideo mendacio tuo suffragatur, nihilque aliud dicit, quàm Ignatium *submisisse occultè hominem, qui obvio Crucio non modicam pecuniæ summam præter exspectationem donaret?*

C Confirmaveram factum hoc simili exemplo de S. Benedicto ex dialogis S. Gregorii. At Misenus eodem candore tractat S. Gregorium, quo Ribadeneiram: eodem S. Benedictum, quo B. P. Ignatium. Fraudes & imposturas fraudulentus impostor ingeminat, venenatámque linguam in omnes furiosè stringit, sed cum Prudentio dicam: *Lex habet illud nostra genus belli, furias, omnémque malorum militiam, & rabidas tolerando exstinguere vires.*

D Celsi nomen necdum digerere potes. *Tam sum*, inquis, *Celsus, quàm tu Origenes.* Infinitis partibus magis es Celsus, quàm ego Origenes. Non tam pares, etsi *cuncta pares*, Eurymedon & Lycormas apud Silium, quàm tu & Celsus: ac proinde si cum Celso coram genitrice tua stares, labor esset, *sua nomina natis reddere*, quia simillimum Celso efficit te improbitas & libido calumniandi; at me longissimo intervallo sejungit ab Origene eruditio, quæ in illo summa & rara; in me aut nulla, aut exigua; tanta tamen, ut non modò nullum Misenum pertimescam; sed nec ullum alium ex Calviniana secta clamosum Ministrum: Et ut deessent cætera, quæ te germanum Celsi ostendunt, illud satis esset, quòd, ùt suprà dicebam, dicta & facta Ignatii, ab aliis accepta fuisse, aut in aliis illustriùs enituisse vociferaris. E Quo nihil solennius tuo Celso, ùt multis exemplis jam demonstravi. Et liquet etiam ex hoc, de quo Origenes his verbis. *Dictum illud in divites, faciliùs esse camelum intrare per foramen acus, quàm divitem in regnum cælorum, ait Jesum omnino à Platone, paucis mutatis, desumpsisse: quandoquidem ipsius sit sententia, impossibile esse, ut eximiè bonus, idem egregiè dives sit. Quis non rideat Celsum vel mediocriter cordatus, sive is Christianus sit, sive unus reliquorum hominum, dum audit, Jesum apud Judæos natum & educatum, Josephi fabri existimatum filium, qui nunquam ne Hebræas quidem, nedum Græcas litteras didicerit, sicut de hoc veraces Scriptura testantur, legisse libros Platonicos; & delectatum ejus sententia de divitibus: Impossibile esse, ut eximiè bonus, idem egregiè dives sit; detorsisse nonnihil, & novam ex ea fecisse; faciliùs esse camelum per foramen acus intrare, quàm divitem in regnum Dei.* Orig. lib 6. cont. Cels.

F Sic Idem Celsus, quæ de humilitate Christiani profitebantur, ex Platonis fontibus hausta esse comminiscebatur. *Celsus*, inquit Origenes, *quasi levi aliquo rumore de Christiana humilitate, ac ne hoc quidem satis intellecto, tactus, fatetur quidem eam apud nos esse: putat tamen hanc quoque perperam desumptam è Platonis doctrina, qui in libris de legibus alicubi sic loquitur; Deus enim (ùt vetus proverbium est) Principium & finem rerum omnium, & media continens, quæ recta sunt peragit natura accedens, hunc verò justitia semper subsequitur, eos plectens, qui divinam solverint legem: hanc justitiam, qui futurus est felix, humilis, & compositus sectatur.* G *Nec videt apud multos Platone antiquiores extare in precibus voces illas; Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me, nisi humiliter.* Infrà idem Origenes: *Tam præclarum est hoc humilitatis institutum, ut non vulgarem auctorem habeat; sed ipse Salvator noster dicat: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.*

H Ribadeneiræ, cùm quædam de corruptis moribus quorundam Orthodoxorum commemorat, avidissimè assensum præbes: eidem aliquid de Catholicorum virtutibus, rebúsque præclarè factis percensenti, fidem omnem denegas: ídque eò, quia ùt ait S. Gregorius Nazianzenus, *levitas credula est*, tenáxque, præsertim malorum, quia & ipsa mala est & vitiosa; ac proinde vitia facillimè apprehendit, occlusis bono & honesto cunctis ad mentem foribus: & ùt *impostoram*, ita etiam facilè fidem facit, *quidquid delectat.* Nazianz. orat. 2. contra Julian. Quare cùm scelera sceleratos plurimùm delectent, citò apud eos fidem inveniunt; eo consilio, ut Catholicis insultandi argumentum habeant, & simplices ad suas synagogas pelliciant.

Pul-

A Pulcherrimè S. Cyprianus: *Etsi in Ecclesia videntur esse zizania: non tamen impediri debet aut fides, aut charitas nostra, ut quoniam zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus. Nobis tantummodo laborandum est, ut frumentum esse possimus, ut cùm cœperit frumentum dominicis horreis condi, fructum pro opere nostro & labore capiamus. Apostolus in epistola sua dixit: In domo autem magna non solùm vasa sunt aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia, & quædam quidem honorata, quædam verò inhonorata. Nos operam demus, & quantum possumus, laboremus, ut vas aureum vel argenteum simus. Cæterùm fictilia vasa confringere Domino soli concessum, cui & virga ferrea data est.* Hæc sanctus Cyprianus.

S. Cyprian. epist. 51.

B Locum B. Petri citavi ex fide veteris interpretis; quem ut tibi postponam, hodie à me impetraturus non sum, quid alio tempore facturus sim, nondum scio: sed si bene me novi, in eadem sententia perseveraturus sum. Græca verba hæc sunt: *ἀγαπητοί, μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γινομένῃ, ὡς ξένου ὑμῖν συμβαίνοντος.* Vetus interpres: *Charissimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quasi novi aliquid vobis contingat.* Quibus verbis ad verbum exprimuntur Græca, ùt notum iis, quibus Græca nota: & aptissimè ad refellendam calumniam tuam (quam tunc concinnabas) quadrant. Etsi non nego, locum etiam aliter verti, & de afflictionibus & ærumnis accipi posse. Verùm non ideo aut versio, aut interpretatio loci alicujus sacri repudianda est, quòd eidem loco diversi sensus subjiciantur, sed quidquid cum mente sancti Spiritus concordat, illud piè suscipere, & reverenter amplecti decet.

1. Petri 4.

C De sacrosancto Eucharistiæ Sacramento differis, ùt Calvinista, quorum voces jam in vulgus notæ: nec opus repetere: & *de opere operato* loqueris, ùt operarius, nec nomina, nec rem nominibus substratam intelligens, *Bœotum in crasso jurares aëre natum.* Nec peritiùs agis de augustissimo Missæ sacrificio. Ais, *docere nos, Missam boni & mali sacerdotis ejusdem valoris esse, neque adimere quidquam sacerdotis impuritatem; perinde atque vino in se bono, nec confert nec adimit quidquam Oenopolæ qualitas.* Gratum fecisses, Missene, si nominâsses Jesuitam, cujus hæc,
D & alia, quæ citas, verba; licèt nihil in eis, quod reprehensione dignum, sit: etsi tu reprehendis: sed ita, ut uberem tui reprehendendi materiem suppedites. *Cæci,* inquis, *non vident, si Missa vino in se bono comparanda est, quòd bona in se sit ipsa, qualis qualis sit sacrificus, sicut bonum est vinum; qualis qualis est œnopola; inde hoc consequi, nihilo minus de virtute illius participare hominem reprobum, quàm fidelem & justum; si illam, data pecunia, à sacerdote coemerit. Nam virtus*
E *vini sic comparata est, ut non modò eadem sit sive à bono, sive à malo vendatur, sed ex æquo operetur, sive à malis, sive à bonis bibatur.* Hæc tu acutissimè. Sed singula videamus sigillatim.

F Convicium cæci revocat mihi in memoriam tuum Faustum, qui, cùm Apostolos nominâsset cæcos & surdos testes, respondit sanctus Augustinus: *Utinam tu non tantùm cæcus & surdus fuisses, ne tam vana & sacrilega disceres; sed etiam mutus, ne talia doceres.* Deinde si cæcus non esses, vanitatem tuæ consecutionis facilè vidisses; cùm ais, inde sequi, ut reprobus tantum utilitatis capiat, quantum probus: aut enim nomine reprobi, intelligis eum, qui peccatis mortalibus irretitus est; & tunc nihil minùs, quàm quod dicis, sequitur; non enim ignorant Orthodoxi, quas dispositiones sacrosanctum Missæ sacrificium requirat, ut fructus suos in animo hominis producere possit. Et quamvis non negent, eum, qui in peccatis mortiferis hæret, posse aliquos fructus (ùt auxilia gratiæ, quibus ad meliorem vitam convertatur) ex hoc sacrificio percipere; omnes tamen nôrunt, ex hoc gratiarum fonte multò præstantiores & uberiores utilitates manare ad justos, maximè, si pro iis speciatim offeratur, quàm ad injustos: aut intelligis nomine reprobi, eum, qui non est prædestinatus; licèt pro præsenti statu aliquando gratia divina sit præditus; G
& filius Dei audiat; & tunc fieri potest, ut tantum fructus reprobus inde capiat, quantum electus: sed semper cum discrimine; quia in electo fructus ille durat; & si intercidat, per pœnitentiam reviviscit; in reprobo non durat. Et hoc non magis est absurdum, quàm illud, quod omnibus Orthodoxis certum est & exploratum: nempe fieri posse, ut, qui reprobus est, aliquando pro præsenti statu, & aliquo tempore, majore gratia polleat, quàm electus. Exemplum tuum de vino nihil est, nisi exemplum. Sunt autem exempla ita similia, ut in multis sint dissimilia: Hinc tritum illud: *Omnis similitudo claudicat.* Quare licèt quis, ut effectus Missæ declaret, exemplum vini adhibeat, quod naturam bonam, si bonum sit, non mutat; sive à malo, sive à bono vendatur, minimè tamen vult ex parte fructus sacrificii percipientium esse eandem rationem bonorum & malorum: sicut est eadem ratio omnium bibentium vinum, sive boni sint, sive mali. Hæc non sunt nostrorum argumenta, sed tuæ cavillationes; inscitiæ vel malitiæ, vel potiùs H
utriusque indices. Nec emitur Missa aut fructus Missæ à sacerdote, sicut vinum ab œnopola, ùt tu calumniaris. Neque enim ulla *res Dei pretio constat*, ùt inquit Tertullianus, sed totum, quod sacerdoti datur, non est pretium operis, sed stipendium ad susten-

S. Aug. lib. 7. contra Faustum.

A fuſtentationem ſacerdotis ordinatum, naturalíque & divina lege debitum.

Si hæc, inquis, *eſt conditio Miſſæ, quid impedit, quò minùs omni pietatis ſtudio ſublato, omnes per illam ſalventur*, ὅπερ ἔδει δεῖξαι. Si talis eſſet, qualis non à oobis, ſed à te deſcribitur, verum fortaſſe diceres; ſed quia nemo ſanus de Miſſa ſentit ea, quæ tu confiogis; ocmo etiam ſanus his tuis verbis movebitur; niſi ad riſum; maximè propter illa, à Mathematicis petita: ὅπερ ἔδει δεῖξαι; quod erat demonſtraodum: quantò rectiùs dixiſſes; ὅπερ ἔδει ληρῆσαι ἢ φλυαρῆσαι; Oro te, quid demonſtrâſti? Tota tua demonſtratio hac brevi argumentatione concludi poteſt. *Vinum in ſe bonum eoſdem effectus habet, ſive bibatur à bonis, ſive à malis; Ergo & Miſſa in ſe bona eoſdem effectus habebit; ſive offeratur pro bono, ſive pro malo*, ὅπερ ἔδει δεῖξαι: Quis ergo tam clara demonſtratione allata ampliùs dubitet?

CAPUT IV.

Refelluntur, quæ Miſenus contra poſtremam partem Apologiæ objicit.

B RUrſus, ne ab ingenio ſuo degeneret, convicia io Monachos profundit, eáque vetera, ante trigiota ſupra quingentos annos nata. Fides Chronologiæ ſit penes Miſenum. Ego criminationes veteres tanti facio, quanti novas; & Petilianum taoti, quaoti Lutherum aut Calvioum: non ignarus, ad injuriam Dei redundare, quidquid criminatiooum in ſervos Dei evomitur. *Sacrilegii quippe genus eſt*, ioquit Salvianus, *Dei cultores odiſſe*; hoc eſt, Monachos, quos ipſe Buccananus Calviniſta ait, corrupto nomine, à Scotis vocatos *Culdeos*. quaſi cultores Dei. Subdit Salvianus. *Sicut ſi ſervos noſtros quiſpiam cadat, nos in ſervorum noſtrorum cadit injuriam; Et ſi à quoquam filius verberetur alienus, in ſupplicio filii pietas paterna torquetur; ita & cùm ſervus Dei à quoquam læditur; majeſtas divina violatur, dicente idipſum Domino ad Apoſtolos ſuos: qui vos recipit, me recipit; qui vos ſpernit, me ſpernit: Benigniſſimus ſcilicet ac piiſſimus Dominus communem ſibi cum ſervis ſuis, & honorem ſimul & contumeliam facit, ne quis, cùm læderet Dei ſervum, hominem tantùm à ſe lædi arbitraretur; cùm abſque dubio injuriis ſervorum Dominicorum, Dei admiſceretur injuria; teſtante id ſuis Deo affectu indulgentiſſimo in hunc modum: quoniam qui vos tangit, quaſi qui tangit pupillam oculi mei. Ad exprimendam teneritudinem pietatis ſuæ, tenerrimam partem humani corporis nominavit, ut apertiſſimè intelligeremus, Deum tam parva Sanctorum ſuorum contumelia lædi, quàm parvi verberis tactu humani viſus acies læderetur. Inſectabantur itaque Afri, atque oderant ſervos Dei, & in iis Deum.*

Salv. lib. 8.

Buccan. libro 6. hiſt. Scot.

C

D

E *Sed quæritur forſitan, quibus modis probetur odium illorum? Illis ſcilicet, quibus etiam Judæorum odia comprobantur in Chriſtum, cùm dicebant ad eum: Samaritanus es tu, & dæmonium habes: cùm irridebant, cùm maledicebant, cùm inſufflabant in faciem ejus, & frendebant dentibus ſuper caput ejus. Unde etiam in Pſalmis dicit Salvator ipſe, qui pertulit; omnes, qui conſpiciebant, aſpernabantur me, & locuti ſunt labiis, & moverunt caput. Et alibi: Tentaverunt, inquit, me, & deriſerunt deriſu, frenduerunt in me dentibus ſuis. Ita igitur & in Monachis, id eſt, Sanctis Dei, Afrorum probatur odium; quia irridebant ſcilicet, quia maledicebant, quia inſectabantur, quia deteſtabantur, quia omnia in illos penè fecerunt, quæ in Salvatorem noſtrum Judæorum impietas antè fecit, quàm ad effuſionem ipſam divini ſanguinis perveniret.* Hæc Salvianus de Afris; ego de Calvioiſtis, Calviniſtarúmque quibuscunque majoribus, quocuoque tempore, & occaſiooe linguam & calamum in Monachos armârint: quia uni calumniatori, ſemper, quacunque ætate, decem aut viginti, imò inoumeros, laudatores & approbatores opponere licebit.

F

G Quocirca operam ludis, Miſene, quidquid maledictorum hoc in genere corradas: & ipſi Monachi rabiem oris tui ſuſque deque habent; nôrunt enim, non curandos Hæreticorum futiles & vanos rumores. Pulchrè Theodoretus ex Platooe: *De juſtis rebus atque injuſtis, déque honeſtis & turpibus, maliſque item ac bonis, de quibus nunc conſultatio nobis eſt, utrum tandem multorum hominum ſententia nobis eſt conſectanda, eadémque timenda; an unius potiùs, qui audit omnia, quémque unum præ cunctis aliis timere ac revereri oportet, quem, inquam, niſi conſectabimur, corrumpemus illud ac vitiabimus, quod juſto quidem accedente, melius factu eſt, injuſto autem deterius.* Paulò pòſt: *Haud itaque prorſus eſt, ô vir optime, curandum, quid multi de nobis autument ac loquantur, ſed quid ille, qui & juſtos audit, & injuſtos, qui eſt unus & ipſa veritas.*

Theod. lib. 8. ad Græcos.

H Nunc imagines quatuor Patrum Præpoſitorum Generalium, itémque Bobadillæ, Salmeronis & Xaverii exagitat Miſenus, ſimul enim horum imagines in æs iociſæ, publicatæ ſuot Antverpiæ, opera eorum, qui putabaot utile fore, effigies majorum, cum titulis, & epigraphis idoneis, evulgari, memoriæ fideliùs conſervaodæ, & imitationis vehementiùs excitandæ cauſa. Prima imago continet nomen JESU, quod dextra lævâque piorum multitudo flexis genibus adorat. Quid Miſenus? *Prima*, inquit, *imago plena eſt impietatis.* Ergóne nomen JESU adorare impietati deputas Calvioiſta? Ergóne genua flectere ad illud nomen, cujus virtute flectitur omne genu cœleſtium, terreſtrium, & infernorum,

im-

A impietatis argues? *Visuntur*, inquis, *nescio qui Principes, vel Reges à sinistra parte, unà cum Pontifice Romano à dextra, & Cardinalibus, & universo Clero, genibus flexis, & manibus sublatis adorare nescio quid.* Quis verò tu, *mi, nescio quis*, quì tam contemptim loquaris de summis Regibus & Principibus, qui unà cum Romano Pontifice nomen JESU adorant? Reges illi & Principes, quos tu, *nescio quis*, nescis, sunt Imperator Romanus, & alii Orthodoxi Imperii Romani Principes, ut taceam, alios extra Imperium, quì sibi laudi & gloriæ ducunt, si pingantur & sculpantur coram Sacrosancto JESU nomine prostrati & abjecti: Hujus enim servitutis neminem pudet, etiam summo in fastigio fortunæ & dignitatis locatum.

B *Adorant*, inquis, *nescio quid.* Verè nescis, quid adorent. Nescis quid sit JESUS, nescis, quid sit JESU nomen, nihil verius in hoc capite, de te ipse scripsisti. Judicio tuo Celsico adorant etiam illi Seraphini apud Isai. 6. Isaiam *nescio quid*, & viginti quatuor seniores Apocal. 4. in Apocalypsi, procidentes ante thronum, *& adorantes viventem in sæcula sæculorum;* adorant, *nescio quid*, mittentes coronas suas, *nescio quas*, ante thronum, *nescio quem.* Ita quidquid ad pietatem cultúmque divinum spectans offertur, id tibi, *nescio cui*, est, *nescio quid.*

C *Etsi*, inquis, *infrà scriptum est, In nomine JESU omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, mysterium tamen hujus dicti non omnibus notum.* Sub dicto hoc non latet aliud mysterium, quàm quod eidem Apostolus subjecit, cùm hoc scripsit; illud enim mysterium continent verba; quæ cùm ex sua significatione, tum ex scribentis voluntate & proposito continent; quod, quale sit in supradictis verbis, omnibus notum est, quibus JESUS notus, noménque JESU non incognitum. Audiamus tamen, quàm tu sis egregius Apostoli interpres, & quàm insigniter abdita sensa ejus in lucem extrahas. *Hoc*, inquis, *voluit ostendere, quòd Papa major sit omni alia creatura, ac potestas ipsius extendat se ad cœlestia, terrestria, & infernalia.* Si Paulus verbis illis hoc indicare D voluit; dubium nullum me tenet, quin verum sit, quandoquidem verissimum est, S. Paulum verbis & sententiis suis nihil protulisse aut literis mandâsse, quod falsum esset: At verò, si tu ex verbis illis hoc elicere & deducere voluisti, fidenti animo dico: falsum esse, quod colligis; quia tam tibi innatum & consuetum est falsa dicere, quàm edere & bibere; neque sensum, quem fingis, ex nostrorum sensu; sed ex solo, eóque malè sano cerebro tuo extundere potuisti. Nemo enim sanæ mentis, sic argumentatur: Apostolus ait, in nomine JESU flectendum esse omne genu cœlestium, terrestrium, & infernorum: ergo Papa est major omni alia creatura, & potestas ejus extendit se ad cœlestia, terrestria, & infera. E Insani, Misene, qualis tu, hæc oratio, vel potiùs cavillatio est; Alia nobis firmamenta suppetunt, quibus amplissimam Pontificis potestatem probemus.

F *Prope Papam*, inquis, *ignis purgatorius conspicitur, in quo excoquuntur, nescio qui miseri homines.* Iterum ades cum *tuo nescio quis.* Calvinistæ certè non sunt, qui in purgatorio excoquuntur; & cùm purgatorium depingitur, pérque imaginem repræsentatur, nullus ibi Calvinistæ personam subit, quia ignis iste non est destinatus excoquendis & emundandis Calvinistis, quos alia fornax exspectat; non ut purget, sed tantùm ut urgeat & urat, nec tamen, quantumvis in sempiternum urendo, comburat. Quòd ais: *Animas non esse, quæ in illa imagine pinguntur:* facilè tibi assentior. Nam pictura animæ, non est anima; sicut pictura hominis, non est homo, aut si est homo, per repræsentationem homo est, non per naturam.

G Sed lepida est ratio, quam addis; cur, quæ ibi pinguntur, tanquam in purgatorio versentur, non sint animæ. *Quis*, inquit, *animas esse putet; cùm faciem, barbas, & ora intueatur?* Utrum animæ Calvinianæ sint barbatæ, equidem ignoro: eas, quæ ad purgatorium deferuntur, barba carere exploratum habeo; ùt & illud, per corporea signa rectè repræsentari: nam si res incorporeas per formas corporeas non putas exprimi posse tum, ut alios innumeros sacræ scripturæ locos taceam, scholio tuo eximiè illustrare licebit locum quendam Danielis, de antiquo dierum, qui à Daniele visus: Daniel. 7. *cujus vestimentum candidum quasi nix, & capilli capitis ejus quasi lana munda.* Quis Deum, aut Angelum loco Dei, esse putet; cùm vestimentum, capillos & thronos, quibus confideat, intueatur? Quis Angelos fuisse putet, quando in veteri testamento morta- H lium aspectui conspicuos sese obtulerunt: cùm visa sint facies, ora, & cætera humani corporis lineamenta? An tu fortè, Misene, nôsti artem sistendi oculis nostris res inaspectabiles, sine aspectabilium rerum specie? Quod si ita est, libenter pictores tam veteres, quàm novi, quanquam celeberrimi & decantatissimi primas tibi in arte pingendi deferent. Opus tamen erit, ut specimen aliquod admirandæ tuæ scientiæ præbeas; nobísque rem incorpoream sine corporeis coloribus repræsentes. Sed quia fortassis invitus tam raram artem in vulgus prodes, contenti erimus; si ejus, quæ verba novissima reddit, &, *indicii vocem, quæ sine mente gerit;* imaginem nobis exhibeas, quæ suum pictorem his verbis instruit apud poëtam; *Si vis me similem pingere, pinge sonum.* Sonum ergo pinge nobis; sed ùt in se est, sine

fine colnribus, nobisque abundè satisfacies.

A *Ignatii*, inquis, *symbolum est, ad majorem Dei gloriam.* Quid tibi in hoc symbolo ex Apostoli institutione deprompto, displicet Calvinista? *Indicatur*, inquis, *ab hoc milite ordinem introductum, qui gloriam Dei à Lutheranis obscuratam illustret.* Et hoc, & alia hoc symbolo significantur; quia Ignatio verè propositum fuit; tenebras à vobis mundo inductas, conjuncta cum aliis Dei famulis opera, doctrinæ & pietatis radiis dispellere, ídque ad majorem Dei gloriam; eidem etiam firmum fixúmque animo sedit, quidquid ageret, ad majorem Dei gloriam agere, ex Apostoli præscripto: *sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* 1. Cor. 10.

Ais: *nomine Dei non intelligendum illum,*
B *quem omnes Christiani adorant; sed Deum Felini, id est, Papam.* Pulchrum hic quoque elaborâsti scholium ad lucem Apostolico monito afferendam: nam ad citatum locum, in ora libri, commodissimè addes: *Nota lector, Apostolum; cùm ait, omnia in gloriam Dei esse facienda, intelligere Deum Felini, hoc est, Papam; non illum Deum, quem omnes Christiani adorant.* Felices illos lectores, qui sacra Biblia scholiis tuis illuminata nancisceentur. Tantum fructus inde capient, quantum ex scholiis tuis in vitam Ignatii.

Quod ad Deum Felini attinet, longè pro-
C fectò eum prætulerim Deo Calvini, hortatori, auctori, satori, artificíque scelerum. Sed quæ hæc tua, & Prædicantium aliorum impudentia, cùm quod optimo animo & sensu scripsit & dixit Felinus, vos in pessimum, & à mente Felini alienissimum rapitis, quasi voluerit Pontificem propriè, & verè esse Deum; non impropriè & metaphoricè, ea ratione, qua est vicarius Dei: ùt enim is, qui vices Regis obit, vocatur aliquando Rex, non propriè; sed substitutione & repræsentatione: ita à Catholicis scriptoribus bona mente Pontifex interdum *Deus* est appellatus, nun quia verè Deus sit; sed quia Dei locum in Ecclesia teneat.

Verùm de nomine Dei, quomodo, &
D qua notione aliis præter Deum tribui possit, fusiùs jam libro primo. Pari candore tractas tu & tui rabulæ Lutherani & Calviniani Decium & Gomesium, quòd dixerunt; *Papam omnia facere posse, quæ facit Deus.* Bardorum Rex sit oportet ille, qui clarissimos hos viros sensisse credat, aut aliis eos id sensisse affirmantibus, fidem habeat; *Pontificem posse, quidquid Deus potest;* Et tamen his & id genus aliis modis, rudi plebeculæ, improbi veteratores fucum faciunt, & quasi Decius id docuerit, summa impudentia mentiuntur. Quæ ergo illorum Doctorum mens? Hæc nimirum; quòd, quæ Pontifex in terris solvit, aut ligat: Deus in cœlo grata & rata habeat: juxta promissionem sancto Petro & successoribus à Christo Matth. 16. factam.

Symbolum Jacobi Lainesii est: *apprehendite disciplinam.* *A Jesuitis*, inquit Misenus, *præscriptam.* Videlicet & hanc & illam præ- E
cipuè, quæ sacris Litteris traditur. Quid criminis disciplinæ studiosum esse, cùm, ùt rectè ait S. Cyprianus, *disciplina sit custos spei,* S. Cypr. lib.
retinaculum fidei, dux itineris salutaris, fomes ac nutrimentum bonæ indolis, magistra virtutis, facit in Christo manere semper, ac jugiter Deo vivere, & ad promissa cœlestia & divina præmia pervenire. Hanc & sectari salubre est, & aversari ac negligere letale. In psalmis loquitur Spiritus sanctus: Continete disciplinam, ne fortè irascatur Dominus, & pereatis à via recta, cùm exarserit citò ira ejus super vos. de discipl.

Alii Christiani, inquit Misenus, dicerent; F
Osculamini filium: veriùs dixisses, *novatores*, quibus fides & integritas veteris interpretis displicet. Christiani, opinor, fuerunt sancti Patres, & in his S. Cyprianus, qui nobiscum legunt: *apprehendite & continete disciplinam;* non tecum & cum tuis: *osculamini filium;* quanquam idem utriusque lectionis sensus, ùt ostendit Bellarminus: Et nostra 70. interpretes, & Paraphrasten Chaldæum adstipulatores habet. Bell. lib. 2. de verbo Dei, cap. 13.

Perge jam: *Franciscus Borgia usurpavit. A te quid volui super terram? Quid quæris, Francisce,* clamat Misenus. *Nihil aliud voluisti,* G
quàm superstitionis confirmationem & Idololatriæ propagationem. Idem responsum dedisset Davidi Celsus & Apioni; si conspexissent Davidis imaginem, cum hac ejusdem Regis sententia. *A te quid volui super terram?* Cæterùm neque David Rex, neque Borgia Dux interrogârunt, quasi tuo aut alterius conviciatoris responso egerent; satis enim sciebant, se præter Deum nihil mortale & caducum appetere; sed hoc ipso percontandi modo suum erga Deum, cui arctissimè inhærebant, affectum declarare voluerunt. Et certè Franciscum Borgiam, nihil præter Deum, divinámque gloriam in hoc mundo quæsivisse, satis planum fecit, cùm amplissimo principatu, cunctisque, quibus eminebat dignitatibus, sese abdicans; Religiosam vitam amplexus est. Quòd si superstitionis & idololatriæ confirmationem & amplificationem quærere voluisset, ùt tu calumniaris, longè commodiùs propositum suum exequi potuisset Princeps, quàm Jesuita; neque opus fuisset mundo valedicere, & ad vexillum crucis advolare.

Quartus pater Everhardus Mercurius, in-
quit Misenus, *sibi hoc adscribi voluit: In nomine tuo salvum me fac.* Mala fide agis Misene; H
ùt P. Everhardus se pingi non voluit; ita nec divinam illam sententiam adscribi voluit; Et quod de P. Everhardo assero, id de

A de reliquis etiam intellectum volo. Nullus enim est, qui optârit, suam imaginem exprimi & circumferri. Nullus Religiosioris paulò animi id optat; tantum abest, ut hoc cupiverit Everhardus Mercurianus, vir Religiosissimus: sed alii, qui hæc tanta virtutum exempla, ex hominum pectoribus eripi nolebant, tam Ignatium, quàm alios, coloribus expresserunt; eisque, quas unicuique maximè accommodatas sententias arbitrabantur, adscripserunt: *Edixerat olim Alexander universo orbi suo*, inquit Apulejus, *ne quis effigiem Regis temerè adsimularet ære, colore, calamine, quin ipse solus Polycletus ære duceret, solus Apelles coloribus delinearet, solus* Apul. lib. 1. Florid.

B *Pyrgoteles calamine excluderet:* Poterat edictum seu interdictum hoc videri modestiæ, nisi delectus præstantissimorum artificum, superbiam, sub hoc ipso facto delitescentem proderet: præsertim, cùm, tanquam sacrilego, extrema quæque minatus sit; si quis uspiam, præter hos tres nobilissimos in suis artificiis, imagini Regis reperiretur manus admolitus. Exemplum hoc hujus Regis nemo Religiosus, cui Religiosa humilitas nota & chara, imitatur; & tam non cupit pingi, fingi, sculpi & cælari à peritissimo, quàm ab imperitissimo artifice.

C Sed audire juvat, quid tu stomachi in hoc symbolum Mercuriani ejectes: *Quanquam enim barbarè alios insectari; audientium calumnia est;* ùt ait is, quem paulò antè citabam; Afer: sustineamus tamen hanc à Miseno calumniam, assueti jam his talibus, multò magis, quàm fluenta Caystri cycnorum cantu. Ais: *De quo nomine loquatur, equidem dubito.* Non dubito te dubitare; quia nomen Domini JESU, in quo nos salvos fieri oportet, ignotum tibi est, ùt suprà dictum. *Si de Jesu*, inquis, *solo loquitur, sociis Hæreticus est; si Mariam intelligit; nobis idololatra.* Iterum bicorniger ades; sed nullo negotio utrumque comminuetur bestiæ hujus cornu: Solo nomine JESU tanquam Salvatoris & Redemptoris se salvatum iri sperabat Mercurianus; Quocirca clamans: *Deus in nomine tuo salvum me fac;* nihil aliud optat, quàm ut in nomine Christi Redemptoris, qui unicus & solus est, salutem consequatur. *Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat* Actor. 4.

D *nos salvos fieri.* Neque nobis ideo Hæreticus est, potiùs tu nobis ob hanc criminationem calumniator es, qualis ubique es; insulsus nimirum, inscitus & effrons. Nec D. Virginem intelligere poterit, qui precatur: *Deus in nomine tuo salvum me fac;* quia nomen Deiparæ, non est nomen Dei: Et qui in nomine D. Virginis se salvum fieri optat, is D. Virginis intercessionem duntaxat & opem, tanquam Dei Genitricis, non quasi generis humani redemptricis imploрat. Sed cultus hic, judicio tuo, idololatricus est. Fortassis eò, quia D. Virgo animo tuo idolum, hoc est, nihil est.

E *Atque hæc*, inquis, *sunt symbola Patrum Generalium quatuor. Claudit Aquas vivas, qui floret in ordine Quintus:* Imò non claudit, sed pandit Aquas vivas, qui floret in ordine Quintus; útque quàm diutissimè tantus Pater floreat & vigeat, nobísque aquas vivas subministret, Deum precamur omnes.

F *Symbolum ejus me latet*, inquis. Multa alia te latent, Misene, & inprimis veritas, cujus te ignarum esse, ægriùs ferre debebas, quàm quòd ignoras symbolum P. Claudii Aquavivæ: quid enim, si scivisses symbolum; non quod ipse usurpat; sed quod fortassis addetur, labentibus annis, ad ejus effigiem; eo modo, quo addita sunt ad imagines aliorum Generalium; quid, inquam, faceres, licèt hoc tibi symbolum notum esset? An non solitam artem factitares; & convicia, quasi de plaustro, impuro ore, jaceres?

G *Sequitur*, inquis, *symbolum mirificum Francisci Xaverii unius ex decem illis leprosis.* Ita Misenus leprosissimus, quia Hæreticus: nam Hæresis lepra est, Hæreticus, leprosus; maximè Hæreticus, maximè leprosus. Quæ confirmo auctoritate S. Augustini, ex quo etiam intelliges, te unum esse ex decem leprosis, quà leprosi; quanquam non ex illorum numero, quà sanati. Ita ergo S. Augustinus. *Leprosi non absurdè intelliguntur, qui scientiam veræ fidei non habentes, varias doctrinas profitentur erroris. Non enim abscondunt imperitiam suam, sed pro summa peritia proferunt in lucem, & jactantia sermonis ostentant. Nulla porro falsa doctrina est, quæ non aliqua vera intermisceat. Vera ergo falsis inordinatè permista in una disputatione, vel narratione hominis, tanquam in unius corporis colore apparentia, significant lepram, tanquam veris falsisque colorum fucis humana corpora variantem atque maculantem.* Hæc S. Augustinus: Ex quibus cognoscere licet; Num Xaverius, an tu unus sis ex decem leprosis. Sed videamus, quodnam sit illud tam mirificum symbolum: *Satis est Domine, satis est. Deceptionum*, inquit Simo, *& hypocriseos.* Imò criminationum & sycophantiarum tuarum satis est, quin plus, quàm satis. Nec frustra mihi persuadeo, Xaverium, jam in cœlestes sedes receptum, cùm tuas in Ignatium, Societatémque ejus calumnias cognoscit, exclamare; *Satis est, Misene, satis est fraudum, mendaciorum, & imposturarum.* Desine miser, alioquin quod pueris, Helisæi irrisoribus, evenit, id & tibi eveniet. *Egredientur ursi de saltu, & lacerabunt te.* S. Aug. lib. 2. quæst. Evang. c. 40. 4. Reg. 2.

H Nec sententiam hanc: *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua?* imagini Alphonsi Salmeronis adscriptam, conviciorum tuorum expertem esse sinis. *Quem compellet*, inquis, *nescio.* Si tu nescis, at alii id sciunt. Compellat

A pellat eundem ; quem compellavit B. David. Quem verò iste? *Opinor*, inquis, *Pontificem: cujus eloquia non tantùm faucibus, sed etiam stomachis Jesuitarum quàm dulcissima esse, quis neget?* Pulchrum scholium pro Psalmo 118. dummodo nomen Jesuitarum mutes in nomen Davidis; & pro pluribus stomachis unum appendas. Eundem compellat Salmeron, quem B. David: si hic Deum; Salmeron itidem Deum; si Pontificem, Salmeron itidem Pontificem. Elige, quodcunque voles.

B Ultimum, inquis, est Nicolai Bobadillæ: *non confundar*, ait, *in æternum.* Adscripta est hæc sacra gnome ejus imagini: non nego. Quid habes, quod culpes? *Si ante quinquennium*, inquis, *vixisset in Galliis, fortasse ejectus cum aliis, mutâsset, credo, symbolum; usurpâssétque hoc: Dividantur nationes; aut, non revertentur in æternum.* Falleris, Simo, hoc ipsum symbolum retinuisset, animóque fidenti cecinisset, *non confundar in æternum.* Quia ut maximè illa expulsio fuisset *confusio;* meritò tamen dixisset, non confundar in æternum; quia confusio hæc finietur etiam in hac vita, & in gloriam aliquando commutabitur: Et ut non finiretur in hac vita: non confundar tamen in æternum, hoc est, in altera vita, cujus duratio æternitas. Ibi non confundar, quia innocens sum, quidquid sit de confusione hac temporali in conspectu hominum, quæ confusio non est, nisi judicio tuo & similium, ærumnas & calamitates humanis momentis ponderantium. Hactenus de glossis in imagines Patrum nostrorum, & in adjunctas Epigraphas seu hypographas.

C Cæterùm quando tanta te tenet libido, symbola imaginibus addita, scholiis tuis illustrandi, Reisnerique imitandi, qui integrum volumen de hoc argumento publicavit; non gravatè monstrabo tibi, quò industriam tuam utiliter convertere queas. Nunquam vidisti imagines quorundam Prædicantium, Evangelium Saxonicum clarissima in urbe promulgantium; quorum iconibus barbitio hircino conspicuis, non sinè malè tornatis carminibus (neque enim Prædicantes morantur illud optimi Poëtæ: *Nec pravè factis decorari versibus opto, ne rubeam pingui donatus munere.*) sententiæ ex sacra scriptura, & aliunde additæ sunt: iis explicandis, si quid operæ impenderes, operam, mihi crede, non infructuosè collocares. Percurramus singula symbola in tuam gratiam, sed breviter; quia tu, si quid omittetur, resarcies.

D Unus ex illis, qui & dicendo & scribendo tot mendacia fudit, quot in æthere sidera lucent, hoc elogium sibi viventi, videntíque adscripsit. *Quod egressum est de labiis*
Hier. 17. *meis, rectum in conspectu tuo fuit.* Sed hoc ipsum sine mendacio dicere non potuit; tam enim rectum est, quod egreditur de ore ejus: quàm rectum, quod olim ex ore Arii, Donati, Manichæi, & Eunomii egressum est. Rectiùs, Misene, adjiceretur hoc ex alio Propheta. *Muta fiant labia dolosa, quæ* Psalm. 30.
loquuntur adversùs justum iniquitatem, in superbia & abusione. Quàm multi ab eo emerunt mendacium, inquit de Mathematico quodam judiciario S. Augustinus, quibus dicebamus: *Filii hominum usquequò graves corde, ut quid* S. Aug. in Psalm. 61.
diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

E Alius: *Dominus assumpsit me.* Sed Dominus ille, de quo verus Dominus: *Nunc Princeps mundi*, id est, Dominus ejicietur foras. Iste ergo Dominus assumpsit me, inquit Prædicans: Juxta illud. *Assumpsit eum* (Do- Matth. 4.
minus) *in sanctam civitatem.* Alius: *Spes mea Christus.* Corrige. Θησαυρὸς ἐμοὶ ἄνθρακες, *Carbones thesaurus meus.* Tam perit Hæreticus, *quàm extrema faba.* Alius. *Justus triumphat ubique.* Pulchrius ex Seneca: *Gallus in suo sterquilinio plurimum potest.* Alius. *Non labor in Domino vester inanis erit.* Rescribe. *En labor in Domino vester inanis erit.* Nisi malit hoc Propheticum: *Ego ædifico parie-* Ezech. 13.
tem; Symystæ autem mei *liniunt eum absque luto cum paleis;* hoc est, ex dicto tui Demonactis; *Ego mulgeo hircum;* Collegæ mei *supponunt cribrum.* Alius. *Pietas ad omnia utilis est.* Verum erit Prædicantis symbolum, si ita concipiatur. *Pietas Lutherana ad omnia fatalis est.*

G Alius: *Sive vivimus, sive morimur, Domini sumus.* In recto, non in obliquo, ex Summula Petri Hispani; nec re, sed conatu. Quis noster Dominus est? Alius. *Amaritudo mea in pace amarissima est.* Credo, quia vox istorum non est; *pacem te poscimus omnes;* sed arma arma fremunt; ideo amaritudo; qua alioquin cruciantur, in pace longè amarissima efficitur. Alius torva tuens: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Quærere hic licebit, Misene, quem Deum intelligat; num Deum Felini, an Calvini, an Lutheri? Nisi fortè quia dictum hypotheticum est, non gravatè permittis, ut hoc symbolo utatur, non secus ac si diceret: si alas haberemus, instar Icari, Dædali, Pegasi, aut Mercurii, volaremus instar Icari, Dædali, Pegasi aut Mercurii. Alius. *Vapor & umbra vita nostra.* Nullum magis probo, quàm hoc, te itidem non improbante, ut spero, Misene; nam Prædicantium vita, non modò vapor est, sed & vappa; Nec tantùm H
umbra, sed & caligo Ægyptiaca. Alius. *Novi, cui credidi.* Credo, quia Luthero. Alius. *Patientia Sanctorum, verum Martyrium.* Pulchrè, si Prædicantes essent sancti, & Prædicantes patientes, veri martyres: sed ut tantùm sunt Præcones feritatis; ita etiam tantùm sunt feri & feritatis martyres. Alii duo: *In manibus Domini tempora mea.* Et, *In manibus tuis sortes meæ.* Dispice Misene, quid in hæc duo memoria & facundia tibi suppeditet.

A ditet. Ego de his finem facio. Neque hæc attigissem; nisi amor in te meus id imperâsset; cùm enim magno desiderio tenearis clarorum virorum imagines & symbola scholiis tuis illustrandi & explanandi, volui tibi demonstrare campum satis latum & spatiosum, in quo multò copiosiore Reipublicæ fructu, & majore nominis tui gloria exspatiaberis, quàm si Jesuitarum imagines commentis tuis contamines. Habes a me paradigma. Tu Imitare, & quæ pressiùs dicta, amplifica. Merentur hanc tuam industriam, cùm isti, tum alii Prædicantes, qui,postquam Divorum imagines ex templis & usu publico exterminant,suas substituunt, ut ipsi honore mactentur, quem Sanctis invident.

B Cave autem, Misene, ne cùm laborem hunc susceperis, & commentariolum Prædicantium imaginibus exornandis moliri cœperis, omittas id, quod proditum est in Originibus Constantinopolitanis, de Imperatore Theodosio, qui Ario, Macedonio, Sabellio, Eunomio, antiquis Prædicantibus, statuas posuit eo Ipso in loco, in quo Arius *animam ebullierat*, *cùm* ùt loquitur de Claudio Seneca, *majorem sonitum edidisset illa parte, qua faciliùs loquebatur.* Idque fecit Imperator, πρὸς αἰσχύνην αὐτῶν, inquit Codinus, ὅπȣ καὶ οἱ παρερχόμενοι κόπρον, καὶ ἔρα, καὶ ἐμπτύσματα ἐνρίπτωσιν αὐτοῖς, *ut prætereuntes stercus, lotium, & sputa ingererent.* Ea de causa non extulit statuas illas in altum, sed humi, aut certè non procul ab humo C collocavit, ut de plano coli possent. Habes hic, Misene, paucis morem effigiandi Prædicantes; & forum, in quo tales effigies ponendæ. Et finem, cur ponendæ, & modum honorandi. Nec est, quòd quis expavescat Tiberium; cujus effigiem nummo vel annulo impressam in hæc talia loca intulisse non tutum: tum quia ille jam dudum interclusa anima mortalitatem explevit: tum quia Prædicantes non sunt Imperatores; tum denique quia Theodosius, major Tiberio, te hoc metu liberavit.

D Ais, *me omisisse refutationem de miraculis Ignatii, & multa alia præteriisse.* Lector conferat mea cum Miseni scholiis, & judicet; quo ore hoc asserat. Plura hujus figmenti coarguendi causâ non affero. In medio posita sunt utriusque scripta. Quia tamen B. P. Ignatii miraculis te admodum delectari video; non gravabor hoc loco percensere ea, quæ ad effigiem ejusdem Sancti Patris nuper addita; & tam Scriptura, quàm pictura expressa sunt; Noveris tamen hæc, quamvis multa, non esse omnia; sed pauca ex multis, quæ Deus per Ignatium edere dignatus est; & adhuc quotidie edit. Tu, non Terentianæ, sed Calvinianæ Simo, *fac vacivas ædes aurium*, cùm miracula hæc percenseo; & quidem iisdem verbis, eadem-

que brevitate, qua ab Auctore illius effigiei E enumerantur: quorum nonnulla jam tibi nota sunt ex Ribadeneira; sed nota cum ignotis simul recognosce. I. Graviter ægrotanti sanctus Petrus apparens, sanitatem reddit. II. Septem diebus in perpetua exstasi persistit. Sæpe inter orandum à sensibus abstrahitur. III. Maximarum rerum scientia momento pœnè temporis divinitus ei infunditur. IV. Aliquoties à terra sublimis miro splendore radiat. Matre cum puero JESU adveniente castitatis dono ornatur. V. Senator Venetus cœlesti jussu admonitus, in publico cubantem noctu conquirit, & in domum suam adducit. VI. Quen- F dam, qui se præ desperatione suspenderat, ad dolendum de peccatis suscitat. VII. Mulierem arido à multis annis brachio, ipsius abluentem pannos sanat; ab altera Dæmonum spectra fugat. VIII. Morbo caduco à multis annis laborantem suo contactu sanat. IX. Diuturnam à fœmina tabem precibus abigit. X. Moribundos à morte revocat. XI. Multos energumenos à Dæmonibus; ægros ab incurabilibus morbis liberat. XII. Dum febri quotidiana laborans sæpe in campo concionatur,ejus verba ultra trecentos passus distinctè audiuntur. XIII. Multa futura prædicit, multa occulta & absentia divinitus cognoscit. XIV. Obscurum ejus ægrotantis cubiculum divinus splendor illustrat. XV. A Deo Patre cum sociis commendatum JESUS in tutelam recipit. XVI. Ani- G mam B. Hozii luce clarissima circumfusam cœlum intrantem videt. XVII. Judæum obstinato animo Christiana sacra respuentem tribus tantùm verbis repentè convertit. XVIII. In SS. Eucharistia JESum aliquoties videt, cœlestes Sanctorum choros intuetur. XIX. Ejus facies divino lumine splendens, sæpe à diversis cernitur. XX. Cœlestes sæpenumero voces sacrificans audit. Multa de SS. Trinitatis mysterio, Deo revelante, cognoscit. XXI. Orans, sacrificans, iter faciens, gravibus de rebus disserens, Christum ac B. Virginem sæpissimè videt. XXII. Dæmonem ad se tentandum venientem frequenter baculo per contemptum abigit. XXIII. Suæ splendore faciei graviter ægrotantem sanat, & cubiculum obscurum illustrat. XXIV. Dæmones sæpe Laureti apparentes post multa remedia frustra ab aliis suscepta, per epistolam fugat. XXV. Qui- H dam incendium illi per injuriam imprecatus, subitò ipse incendio extinguitur. Duorum mortem ei intentantium, unus repentè obrigescit: alter divina voce terretur. XXVI. Multis se post mortem sæpe ostendit, eodémque, quo obiit, temporis momento magna collucens gloria apparet. XXVII. Corpus illius effossum multis luminibus fulget. Cœlestis harmoniæ concentus sæpe audiuntur. XXVIII. Multas in partu à vitæ discrimine; multos à pestilentia, & gravibus

A bus morbis tentationibúsque eripit. XXIX. Dæmoniacos liberat. Cæcis visum, surdis auditum, moribundis salutem reddit.

B Hactenus miracula pauca ex multis; eáque insinuata potiùs, quàm exposita. Quæ, sat scio, sat multum bilis tibi ciebunt. Cæterùm huic tuæ bili expellendæ, aut si expelli nequit, sedandæ, aliud non propinabo pharmacum, quàm hoc Guilelmi Tonckeri, tui in Calvinianis castris commilitonis; &, quod tibi forsitan mirandum, Calviniani Capellani, quod, cùm miraculorum argumentum tractaret; his verbis præscripsit. *Vel exstiterunt consimiles curationes, vel non exstiterunt in Ecclesia. Si non; perihit omnium, qui historiam Ecclesiasticam scripserunt, fides, quorum consensio, lex veritatis propè putanda est; & communis experientia neganda est, quæ nonnulla sanandi charismata, etiam hodie, in media plebe contestatur. Si fuerunt, verisimile est, & hanc mirandam sanationem* (vel potiùs mirandas sanationes, & alia à B. Ignatio supra naturæ vires patrata) *obtinere. Deinde vel non potest Deus, vel non vult per se, vel per instrumenta nobilia potentiæ ex virtutis divinæ assistentia talia admittere. Si primum detur, repugnat divinitatis potestati, quæa dextera altissimi contrahitur; ut non possit, quando vult miraculosam sanationem facere, apud quem omne verbum non erit impossibile. Si secundum, repugnat promissionis veritati, cui totus mundus nequibit resistere. Qui crediderint, super ægrotos manus imponent, & bene habebunt; & ecce ero vobiscum usque ad consummationem mundi. Charismata autem ejus talia sunt, ut eum pœnitere ipsorum nec possit, nec velit, eritque Deus gloriosus in Sanctis, & admirabilis in iis, qui crediderint.* Hæc adversùs te non malè Symmystes ille & Concalvinista tuus.

Toeck in præfat. lib. cui titulus charisma.

C Ad extremum negat Simo meus, se libellum famosum scripsisse: ídque aliquot argumentis probat, quia *opprobriis dignum lacerare licet*, ídque si non Christi; certè permissu Horatii, cujus hac de re versus Simo citat. Sed ut verum sit, quod ais; nondum tamen probâsti, aut Ignatium, aut Ignatii posteros, dignos esse conviciis & opprobriis. Quocirca non obstante, quòd, ùt vult Flaccus, jus fásque est, opprobriis dignum lacerare; potuisti adhuc famosum libellum scribere, (sicut revera scripsisti) & in omnes pœnas famosorum libellorum auctoribus constitutas incurrere.

D Secundò dicis, *Eum non scribere infamem libellum, qui alios amore boni publici traducat.* At nôsse debes, Misene, calumnias, quæ in insontes jaciuntur; nihil ad incrementum boni publici facere; plurimum autem ad decrementum: quid enim bono publico perniciosius, quàm si cuivis effrænati oris rabulæ liberum sit, quemvis etiam optimæ & integerrimæ famæ, in theatrum protrahere, probrísque & conviciis ad satietatem usque lacerare? Proba, Simo, mendacia tua Reipublicæ emolumento esse, & tunc utcunque, ab impacto crimine te expedies. E

F Sed probas. *Jurisconsulti negant injuriarum crimen objici posse ei, qui veritatem etiam per convicium dixerit; cùm Reipublicæ expediat scire crimina, mendacia, calumnias.* Ita quidem Paulus L. 18. ff. de injuriis. Sed addere debebas, id, quod plerumque Jureconsulti notant, & inter hos doctissimus Covarruvias, quem citas, nempe legem illam Pauli intelligi non de omnibus criminibus; sed de iis duntaxat, quæ scire Reipublicæ interest. Non enim facit ad Reipublicæ utilitatem, ut omnia omnino crimina sciat; sed ut ea, quæ pacem & commune bonum turbare solent. Deinde necdum probâsti, ea, quæ Ribadeneira literis mandavit, esse *crimina, mendacia, calumnias.* Proba hoc, ut Paulus cum sua lege tibi opem ferat, alioquin à beneficio legis excluderis. Tertiò, quid opus erat Reipublicæ patefacere ea, quæ jam antea satis supérque erant patefacta? Liber Ribadeneiræ publicè legebatur & terebatur; quæ commemorabat, omnes intelligebant, quicunque latinè nôrant. Nemo crimina, mendacia, & calumnias se lectitare censebat, præter tui similes calumniatores. Qua igitur ratione *crimina, mendacia,* & *calumnias* manifestâsti Reipublicæ; quæ talia non sunt, & si talia essent, jam antea Reipublicæ nota fuissent, ut proinde nova manifestatione nequaquam fuerit opus, nisi fortè hoc de tuis criminibus, calumniis, & mendaciis intelligendum sit, quæ Reipublicæ planissima & testatissima fecisti, ingenti copia, nullo fructu.

Covar. lib. 1. var. resolut. cap. 11. N. 6.

G Præterea Covarruvias ait, impunitum esse non debere etiam eum, qui verum crimen, quódque scire publicè intersit, prava intentione atque animo *injuriandi* objecerit. Quantò magis tu liber à pœna abire non debes; qui Ignatio & Jesuitis falsa crimina objecisti, ex immani, quo in omnes Orthodoxos flagras odio. Ais, *te hoc bona mente fecisse, non animo inferendi injuriam.* Credat Judæus Apella, non ego. Aliud tu loqueris, aliud totus tuus liber. Quæ diversitas, cujus mentis indicium sit, neminem latet. Adhæc quidquid egeris, & quocunque animo, illud mihi mirificè placet, quòd fateris, te conviciatorem esse: Nam qui alteri crimen objicit per convicium, ille conviciator est; tu ais, te Jesuitis per convicium crimina objecisse: es ergo, vel tuo ipsius calculo, conviciator.

H Verùm quidquid sit de criminibus, quæ per convicium in rixa, ùt fit, alicui objiciuntur, tu non modò crimina nobis objecisti; sed etiam libello famoso consignata in vulgus sparsisti: quod longè sceleratius est, quàm illud prius. Percensui autem tibi

A bi jam in Apologia, quæ pœnæ maneant
illum, qui in libello famoso, crimina præ-
fertim falsa, tuo more objecerit. Imò Co-
varruvias & multi alii Jurisperiti, existimant,
capitale esse, libellum famosum evulgare;
licèt crimina, quæ objiciuntur, sint vera;
probaríque possint ab eo, qui objecit; íd-
que ideo, quòd crimina in judicio accusa-
ri, non libellis famosis disseminari debeant.
Ergo cùm tu non vera; sed falsa crimina in-
famibus chartis mandâris, ipse cogitare po-
teris, quidnam præmii ex sententia Covar-
ruviæ, quem pro te laudas testem, exspecta-
re possis. Etsi non ignoro, quid alii Do-
ctores contrà disputent; sed tu Covarruvi-
am sequeris, & meritò. Et licèt ab ejus sen-
tentia abires, ínque aliorum opinionem
concederes, legis tamen severitatem non
evaderes; cùm, quæ per summam maledi-
cendi & conviciandi libidinem effutivisti,
nec probaveris, nec probaturus unquam
sis. *Non, si te ruperis*, inquit ille.
B Notare autem lubet, quàm sis egregius le-
gum civilium interpres. Ais. Valentinia-
nus & Valens statuunt, *eum, qui salutis publi-
ca custodiam gerens libellum aut scriptum edide-
rit, & illius contenta vera esse probaverit*; seu,
ùt textus habet, *assertionibus veri fides fue-
rit opitulata, non pœna aliqua; sed laude maxi-
ma & præmio dignum esse.* Si ipsam legem le-
gisses, & non tuo illi; quisquis est, Juris-
consulto fidem habuisses, ab hac hallucina-
tione fortassis liber fuisses. Non enim lau-
de aut præmio dignum judicat lex eum, qui
C libellum famosum, etsi vera crimina com-
plectentem, conscribit: sed eum, qui omis-
sa libelli scriptione, crimina coram legiti-
mo judice, ore suo accusat, & ritè probat;
hunc, inquam, laude & præmio dignum
pronunciat, si assertionibus ejus veri fides
fuerit opitulata: hic genuinus legis est sen-
sus; etsi in tuam gratiam contrarium indi-
cavi in Apologia. Verba legis hæc sunt.
*Sanè si quis devotionis suæ ac salutis publicæ cu-
ram gerit, nomen suum profiteatur; Et ea, quæ
per famosum libellum persequenda putavit, ore
proprio edicat, ita, ut absque ulla trepidatione ac-
cedat, sciens; quòd si assertionibus suis veri fides
fuerit opitulata: laudem maximam & præmium
à nostra clementia consequetur.* Quæ verba sa-
tis vanitatem tuæ expositionis refutant, &
veritatem meæ confirmant: quam etiam
D ii Doctores recipiant oportet, qui putant
capitale supplicium non decerni iis, qui li-
bellos famosos vera crimina continentes
evulgant: Nam ut hoc ita sit, manifestum
tamen est ex lege, quòd Imperatores à libel-
lis famosis subditos absterreant, & potiùs ad
accusationem juridicam exhortentur & pro-
vocent, maxima laude & præmiis proposi-
tis. Sed quomodocunque lex explicetur,
non est, quòd inde aliquid opis speres, tibí-
que de favore Imperatorum blandiaris. Nam E
tuus libellus falsa crimina continet. Mere-
ris igitur illam mercedem, quam Impera-
tores auctori hujusmodi libelli decreverunt.
Item illam legis antiquæ. *Si quis carmen oc-
centassit, actitassit, condidissit, quod alteri fla-
gitium faxit, capital esto.*
Adducis præterea pro te Ulpianum, ig- F
norans, eum adversa fronte tibi repugnare.
Non enim ait Ulpianus, eo loco, quem
etiam in Apologia citaveram; servum, qui
famosas chartas, quantumvis vera crimina
continentes, scripserit, libertate donandum
esse; sed vult, ùt aliis, ita & servo præ-
mium esse dandum, & fortè libertatem; si
auctorem hujusmodi famosi scripti indica-
verit. *Et qui indicâsset*, inquit, *sive liber,
sive servus sit; pro modo substantiæ accusatæ per-
sonæ, æstimatione judicis precium constituitur:
servo forsitan & libertate præstanda. Quid enim
si publica utilitas ex hoc emergit?* Cùm ergo tu
reus sis, quid tibi ab Ulpiano subsidii pol-
liceris; cùm ei, qui te proderet, si notus
non esses, præmium constituat, & servo
itidem libertatem; quamvis cum illo *fortè?*
Nec ideo potes præmium poscere, quòd
libelli alicujus famosi auctorem indicâris;
nullus enim famosus liber à Ribadeneira con-
scriptus fuerat; ut tuo judicio opus esset.
Nec ùt suprà dicebam, ulla crimina patefe-
cisti, ex quorum cognitione Respublica uti- S. Aug. lib.
litatem caperet. Ergo quid ad te Ulpia- 22. de civit. in fine.
nus?
Videor mihi debitum hujus operis, adjuvante G
*Deo, reddidisse, quibus parùm, vel quibus ni-
mium est, mihi ignoscant. Quibus autem satis
est, non mihi; sed Domino mecum gratias con-
gratulantes agant.* At tu, Misene, addes & Salv. lib. 5.
adjunges fortasse *malis prioribus nova crimi-
na. Considera, quæ te maneant graviora faci-
entem; cùm minora soleant etiam per dæmones
vindicari. Cur tibi injustitia nihil amicius?*
cur calumniandi libidine nil jucundius? cur
mendaciis nil charius? *cur nil judicas pretio-
sius, quàm nequitiam? Fallunt te opiniones* &
criminationes tuæ; *fallit prava & cæca men-
tis improbitas. Si vis probus, si vis magnus es-
se; honestate debes cæteros, non malignitate
superare. Legi quondam in quodam loco; nemo
malus, nisi stultus: si enim saperet, bonus esse* H
*mallet. Et tu ergo, tamen si redire adhuc ad
sanitatem potes, exue nequitiam, si vis habere
sapientiam. Si enim optas sapiens omnino esse vel
sanus, exuendus tibi omnino & commutandus es.
Abdicare igitur à te ipso, ne abdiceris à Christo.
Repudia te, ut recipiaris à Christo. Perde te ip-
se, ne pereas. Qui enim, inquit Salvator,
perdiderit animam suam propter me, inveniet
eam. Delige itaque hanc tuam salubrem perdi-
tionem, ut assequaris veram salutem. Libe-
randus enim à Deo ipse omnino non eris, nisi
te ipse damnaveris.*

Laus DEO, Virginique MATRI.

JACOBI GRETSERI
SOCIETATIS JESU
THEOLOGI,

LITHUS MISENUS CALVINISTA,
NUNC TERTIO' LIBRIS QUINQUE DEDOLATUS

PRO DEFENSIONE
B. P. IGNATII
QUI SOCIETATEM
EANDEM INSTITUIT
AC FUNDAVIT.



REVERENDISSIMO
IN CHRISTO
PATRI AC DOMINO,
DOMINO
QUIRINO LEONINO,
SS. THEOLOGIÆ DOCTORI,
PROTONOTARIO APOSTOLICO,

Cathedralis Ecclesiæ Ratisbonensis Præposito, Archipresbytero, & Vicario Generali, Serenissimo utriusque Bavariæ Duci à Consiliis, &c.

Cùm apud Comicum, REVERENDISSIME DOMINE, amicus amicum amicitiæ jure ac lege objurgans, diceret.

Malè dictitatur tibi vulgò in sermonibus :
Turpilucri cupidum te vocant cives tui.
Tum autem sunt alii, qui te Vulturium vocant,
Hostésne an cives comedas, parvipendere.

Respondit alter.

Est atque non est mihi in manu Megaronides.
Quin dicant, non est: meritò ut ne dicant; id est.

Eadem defensione utar & ego apud illos, qui dicunt : Malè dictitatur vulgò ab Hæreticis Ordini & PARENTI Ordinis vestri IGNATIO, *Seductorem, Impostorem, Hypocritam, Idololatram*, talia sexcenta probri & dedecoris plena ingeminant. Quid agamus? Videlicet, *Est, atque non est nobis in manu. Quin dicant; non est: meritò ut ne dicant, id est.* De Christo Duce nostro dictum est: *Seducit turbas. Dæmonium habet, &* Joan. 7. 10.
insanit; quid eum auditis? Homo vorax, & potator vini, publicanorum & Matth. 11.
peccatorum amicus : Quin dicerent, noluit in manu sua Christus esse; (etsi erat) quia libertati maledicendi frænum imponere noluit : at meritò ut ne dicerent; id in ejus arbitrio situm erat. Idem elucet in Christi servo & Apostolo Paulo, qui Athenis, in *linguata* illa. ùt

Tertullianus loquitur, civitate *ſpermologus*, hoc eſt, *ſeminiverbius* audiît. Quin audiret, in manu ejus non erat. Meritò ut ne audiret, id nimirum penes ipſum erat: ut & penes quemcunque alium, quem petulantia, quaſi ſcopum ſibi præſtituit, ad quem collineans linguæ ſpicula mittat. Sicut & illud cuivis integrum relinquitur, ut innocentiam ſuam aſſerat, ipſa vitæ integritate, quæ optima calumniarum refutatio eſt, ore, ſtylo, calamo, publicè, privatim, quia, ùt Poëta vetus rectè ait.

Omnes bonos bonásque accurare addecet,
Suſpicionem & culpam, ut ab ſe ſegregent.

S. Baſil. Epiſt. 63. ad Clericos Neocæſar. In eandem ſententiam Magnus Baſilius. *πρὸς τὰς διαβολὰς μὴ χρὴ ἀποσιωπᾷν, ἐχ ἵνα διὰ τῆς ἀντιλογίας ἡμᾶς αὐτὲς ἐκδικῶμεν, ἀλλ' ἵνα μὴ συγχωρήσωμεν εὐοδωθῆναι τῷ ψεύδει, καὶ τὲς ἠπατημένες μὴ ἐναφῶμεν τῇ βλάβῃ. Ad criminationes nequaquam ſilere oportet: non ut nos contradicendo vindicemus, ſed ne mendacium curſu proſpero progredi, deceptósque in damno hærere permittamus.* Ea de cauſa tertiò jam refello convicia & *λοιδορίας*, quibus Calviniſta quidam Societatem noſtram Societatíſque conditorem B. P. N. IGNATIUM ſumma animi impotentia & impudentia laceravit, vel potiùs lacerare ſtuduit.

Hic primo conflictu *πολυώνυμος* nominabat ſe *Chriſtianum, Simonem, Lithum, Miſenum.* Nunc videns, opinor, *Chriſtiani* nomenclaturam ſe tueri non poſſe, prudenti conſilio hoc vocabulum omittit. Quis enim credat, *Chriſtianum* aut eſſe, aut dici, qui pluſquam Ethnicè mentitur ac calumniatur? Etſi ego antea quoque *Chriſtiani* nomen libris Miſenicis præſcriptum; non niſi per *antiphraſin* accipiebam, perinde ac ſi ſcripſiſſet, *Achriſtianus* ſeu *Achreſtianus* ab *Achriſto*, ſeu *Achreſto*, non autem à *Chriſto*, ſeu, ùt ſcriptores à noſtra religione alieni Suetonius, Lucianus, ſimiles, nominabant, *Chreſto.* Eſt autem *ἄχριστος, expers Chriſmatis, non unctus*, hoc eſt, à *Chriſto*, ſeu *uncto*, & ab illo *Sancto Sanctorum* ſejunctus. Synonymum ejus eſt *Achriſtianus.* Nam ùt Chriſtus à Chriſmate dictus eſt, ita & Chriſtianus à Chriſto nomen ducens, à Chriſmate originem appellationis ſuæ tandem repetere debet. Ubi autem chriſmate unquam delibutus, Miſenus, ut *Chriſtianus* mereatur nuncupari? Num in *Baptiſmo*? Num in *Confirmatione*? Vereor, ne hæc audiens, recinat mihi cum Plautino Grypho: *Curculiunculos minutos fabulare*, & *tramas putidas*, & *caſſam glandem.* Jam verò *Achreſtus*, quid aliud ſignificat, quàm *inutilem, nihili, & nauci*? ùt & vox inde formata; *Achreſtianus*? licèt hanc Calvinianus libro ſuo non præfixerit; ſed aliam, qua *ἀντιφραστικῶς* hanc intelligi volebat. Certè ſi Auſonius Miſeni librum videret, ſuum illud in *Chreſtum* & *Acindynum* Epigramma repeteret.

Vide ſerm. de unctione Chriſmatis apud S. Cyprian.

Alpha ſuum Chreſto det Acindynos. ipſe ſine alpha
Permaneat. verum nomen uterque geret.

Jam verò alterum nomen *Simon* à *Simone* Apoſtolo deſcendere non arbitror; ſed vel à *Simone* Mago vel à *Simone* quopiam Terentiano; quod ut credam, ipſe mihi perſuadet, qui ſibi non eſt *Simon*, ſed *Simo*: vel à *Simis capellis*; vel à *Similis*, vel à *Simo* naſo: vel fortè à *Semone* quopiam, qui priſcis erant *Dii minorum gentium & patellarii.* Nomen hoc Simo noſter in omnibus chartis ſuis retinuit, quia nulla erat cauſa mutandi, ùt prius illud *Chriſtiani* vocabulum. Sequitur tertium & aptiſſimum *Lithus*, hoc eſt, *lapis*, ex ſtupore, inſcitia, duritia cedere neſcia, & *ἀναισθησία*, compactus. *ἔς λίθος ἐκπάντων λιτὸς ἐγὼ κορύδων. Deſcenderunt in profundum tanquam Lithus ſeu lapis*, cecinerunt Iſraëlitæ de Ægyptiis in mari rubro ſubmerſis, atque in Orcum demerſis. Deſcenderunt, ſicut Lithus iſte noſter deſcendet, nî proximus interitui pedem

pedem maturè retrahat. Jam verò quartum illud *Misenus*, convenientiùs derivabitur *παρὰ τὸ μισεῖν, ab odio*, quod iste in IGNATIUM nostrum, totámque ejus familiam inexsaturabile gerit, quàm à *Misena*, nisi fortè à *Miseno Æolide*, tubicine vano & ventoso, Divósque in certamen vocare auso, deducere placeat. Hæc breviter de Polyonymia Calviniani hujus, adversùs quem tertiam nunc Apologiam in lucem emitto; & quidem; quod feliciter eveniat, tui nominis, REVERENDISSIME DOMINE PRÆPOSITE, auspiciis. Optabam pridem occasionem mihi offerri testandæ meæ in te, observantiæ; & dandæ palàm quoque significationis, quàm tui studiosa sit Societas nostra. Tandem oblata est. Oblatam prætervolare non sivi. Ita enim tuus in me mandabat amor, merita in Ordinem nostrum, & ante omnia constans illa virtus tua, insignis pietas, & cana prudentia æquabili semper tenore per caducas hujus vitæ res ad supera regna tendens; animúsque ab omni fastu liber; & verè, ut omnia paucis complectar, *Sacerdotalis;* quem nec olim Aula omnibus suis blandimentis, &, ùt Poëta loquitur, *sagittatis suavis* immutare potuit: neque postea tot functiones & dignitates Ecclesiasticæ dissimilem sui reddiderunt. Mirentur & prædicent alii in te alia. Ego maximopere capior tua illa egregia munificentia, quæ in hac Academia quotidie in oculos meos incurrit. Colligant alii, comportent, & corradant, quantum velint. Quo fructu; quando triste illud carmen cantabitur? *stulte, hac nocte* (quæ certa, & immobiliter præfinita, quantumvis nobis ignota) *animam tuam repetunt à te: quæ autem parâsti, cujus erunt? Sic est*, inquit Dominus, *qui sibi thesaurizat: & non est in Deum dives.* Quantò consultiùs agerent; si tecum vestigia ponerent in vestigiis illius, qui *dispersit, dedit pauperibus.* Qua mercede? *Justitia ejus manet in sæculum sæculi: cornu ejus exaltabitur in gloria.* Videt quidem hoc tam præclarum facinus *peccator*, & *irascitur*; quanto melius, si imitaretur: *Dentibus frendet, & tabescit.* Quid tum? *Desiderium peccatorum peribit.* Observatione dignum existimo, eum, qui *miseretur & commodat*, vocari à Spiritu sancto; ore Davidis, *jucundum hominem*: verissimè; quia talis & Deo, & Angelis, & maximè hominibus jucundus est: & voluptatem parit: sicut vicissim, injucundus, ingratus & insuavis omnibus istis accidit; cui etiam id, quod satis est; satis non est. *Cui immunifico, scis quid cantari solet?* quærit ille. *Quod habes, ne habeas, & illud, quod nunc non habes, habeas malum: quandoquidem nec tibi bene esse potes pati, nec alteri.* A qua imprecatione longè absunt, quos cura suæ salutis tangit: nam *boni sibi hæc expetunt*, ait vates, *rem*, non condendam; sed promendam, *fidem, honorem, gloriam, & gratiam, hoc probis pretium est*; & inter hos tibi etiam, REVERENDISSIME DOMINE, cui hos Apologeticos libros do & dico; utinam virtutis tuæ tam perpetuum & perspicuum, quàm mei affectus cultúsque sincerum monumentum. Ingolstadii. Die D. Gregorii, Pontificis, Eruditione & Christiana humilitate verè Magni. Anno Domini. M.DCIV.

Reverendissimæ Paternit.
T. addictiss.

JACOBUS GRETSERUS.

AD

AD LECTOREM.

EN iterum pugna mihi cum Miseno. Postrema, si ipse volet: non postrema, sed tertia, si insanire & calumniari pergat. Nam non tacere certum, dum spiritus hos regit artus, Quamvis autem admodum molestum sit συμμωροφεῖν τοῖς μὴ σοφοῖς, *desipere cum insipientibus;* quia tamen semel aleam jecimus; ferendo omnis molestia superari debet. Inscriptionem huic Apologiæ eandem dedimus, quam duabus antegressis: etsi, ut verum fatear; si rem spectemus, alio titulo prænotanda erat. Nihil enim vel parùm in ea de B. P. N. Ignatio agitur, adversario jam ad argumenta alia, controversiásque dogmaticas delapso; ita, ut non nisi obiter aliquando in Ignatium & Jesuitas tela sua vibret. Forsan ideo, quia se jam propè exhaustum videbat: quamvis fœcundo admodum calumniarum pectore præditus sit. Verùm, quia vita B. P. N. Ignatii à Petro Ribadeneira in lucem jam dudum edita, huic scriptioni occasionem dedit; ea de causa Epigraphen à prioribus non diversam retinendam existimavi. Calumnias & mendacia Miseni sollicitè nec appendi, nec annumeravi. Cui enim bono, aut fructui? An lector ideo doctior aut melior erit; si Misenum hoc vel illo loco mentitum aut calumniatum nôrit? Aut num insolens quid censeri debet, si Calvinista, mendacissimæ sectæ sectator mentiatur & criminetur? Quem hujusmodi flores oblectant, is hortum Misenicum, vel obliquo oculo inspiciat; Quocunque se verterit, criminationem aut pseudologiam intuebitur. Monebat olim quidam. *Benefacta Benefactis aliis pertegito, ne perpluant.* Iste monito huic obsecutus sycophantias sycophantiis pertegit, *ne perpluant.* Rem igitur in hac refutatione potiùs spectavi, lectorisque utilitatem, quàm ut mentientem & calumniantem ubique passibus anxiis assectarer. Et certè qui tria hæc adversarii nomina *Simo, Lithus, Misenus* videt, is se conviciorum, imprudentiæ, & ignorantiæ non tres *sacculos*, sed ingentes *saccos* videre cogitet. Immittat manum, extrahet hujus generis plura, quàm libeat.

Nec tamen penitus hæc neglexi. Petulantiam, ubi visum, retudi, ne præter modum exsultaret. Non enim prorsus prætereunda aut in postremis ducenda est. *Intempestivas insimulationes, neque præter modum vereri ac reformidare; neque rursus leviter despicere convenit,* inquit S. Chrysostomus: *sed te oportet, ut falsæ etiam exsistant, ut à plebeis & contemptis hominibus* (qualis iste Lithus) *in te contorqueantur, contendere eas statim, ut exstinguas. Nulla enim res alia magìs famam auget vel bonam vel malam, quàm vulgus incompositum: ut quod citra omnem delectum ac judicium & audire & eloqui cùm assuefecerit, id omne, quidquid occurrerit; temerè proloquatur, nulla prorsus veritatis habita ratione. Quamobrem non oportet te vulgus ipsum contemnere* (cujus Misenus est Vicarius) *quin potiùs suspiciones pravas statim atque exortæ illæ fuerint, intercidere, &c. Sin verò omnia cùm præstiterimus, noluerint, qui nos accusant, quiescere, tum demum contemnere eos licebit, quandoquidem si quis ob populi dicta hujusmodi animo statim dejici*

S. Chrys. lib. 5. de Sacerdotio.

dejici cœperit, nihil is unquam, quod generosum, admirandúmque sit, parere poterit. Siquidem mœstitia, itémque curæ ac sollicitudines perpetuæ animi vim maximè possunt prosternere, eundémque ad summam etiam imbecillitatem perducere.

Monet deinde S. Chrysostomus, ut ad hujusmodi conviciatores & calumniatores aliter affecti non simus, quàm parentes erga filios. *Ac quemadmodum illis neque insolescentibus, neque cædentibus, neque lugentibus admodum laboramus, ac ne cùm nobis quidem arriserint, cristas tollimus, sic nos oportet neque vulgaribus laudibus intumescere, neque probris animum despondere, si quando ea intempestivè erumpere videas. Neque enim si pictor,* ait ille idem sanctus Pater, *qui optimus quidem sit, quique omnes pingendi arte præcellat, imaginem accuratissimè à se expressam ab imperitis artificii illius vellicari videat, convenire putaverim, ut animum statim despondeat, picturámque ab imperitorum judicio ineptam censeat; quemadmodum ne eam quidem, quæ verè inepta sit, ob eorum stuporem, qui pingendi rudes ignarique sunt, admiratione, amore, atque amplexibus dignam censere debet. Sit enim optimus opifex suorum quisque operum Judex, atque is, qui opera ea, quæ facit, hac ratione vel venusta, vel inepta judicet, cùm mens atque ingenium, cujus industria opera ipsa efformata fuerint, tale de illis judicium suffragiúmque tulerit: aliorum autem opinionem errantem, atque arte carentem sic rejiciat, ut ne in animi quidem cogitationem descendere permittat.* Hæc Chrysostomus.

Cujus hortationibus morem gerimus, sive Misenus, sive quis alius calumniator nos allatret. De me, amice lector, nihil est, quod adjiciam. Operam dedi, quod & in prioribus Apologiis præstare studui; ut non tam ego loquerer, quàm veteres Scriptores & antiqui Patres. Ita enim ego comparatus sum, ut in quavis controversia seu de fide, seu de moribus, arbitrer cuivis ex sanctorum Patrum numero, jure optimo dici posse illud:

Nimio citiùs transiges, firmum omne erit, quod tu egeris.
Gravius erit tuum unum verbum ad eam rem, quàm centum mea.

Hoc præsertim sæculo, *quod moribus quibus sit*, nemo nescit: *malus bonum, malum esse vult, ut sit sui similis. Turbant, misent mores mali, rapax, avarus, invidus, sacrum, profanum, publicum, privatum habent, hiulca gens*, ex qua ne sis, erudite lector, voveo; optóque, ut sæpè cum animo tuo recolas illud, quod Comicus de amore pronunciavit: *Qui in hæreseos amore* præcipitavit, *pejus perit, quàm si saxo saliat.*

IN MISENUM CALUMNIATOREM.

Lingua ter Eôos cùm mendax falleret INDOS,
Debuit æterno clausa tacere situ.
Non est lex eadem calamis. Misene, fatemur:
Hinc est, quòd quatuor scribere verba potes.

In eundem,

AUdet Romulea qui FUMOS vendere plebi,
Et sua fucatis nectere verba dolis;
Principis ira suas illi audet subdere flammas,
Quemque videt FUMOS vendere, ferre jubet.
Si tibi vivendum fuerat sub Principe tali:
Mentior, aut totus jam, Lithe, FUMUS eras.
Ingenii est fucos & FUMOS vendere, dices.
O quanta ingenii sunt monumenta tui.

Cur Misenus scribit libros? Mart. lib. 13. Epigr. 1.

NE toga cordyllis, & penula desit olivis,
Aut inopem metuat sordida blatta famem.

Epigramma Miseni per Parodiam domum remissum.

MIsene nuper gloriosè viceras,
Et vanitate & impudentia Lithum,
Qui Christianus absque Christo & Chrismate
Vocatur, hoc est, unctus absque ullo unguine,
Calviniani portio & pecus gregis.
Nunc ipse te vincis, triumpha, cùm lubet.

In Impudentiam Lithi ſeu Lapidis.

Cur tua nulla poteſt dare frons documenta ruboris?
An quia ſigna lapis nulla ruboris habet?
Hæreo; vel potiùs non hæreo; namque colore
Qui rubuit priùs, hic jam Lapis erubuit.

APPROBATIO FACULTATIS THEOLOGICÆ.

Hos tertios libros Apologeticos, pro vita B. P. IGNATII adversùs Lithi Sacramentarii tertias criminationes typis & luce cum fructu donari poſſe cenſeo.

PETRUS STEVARTIUS SS. Theologiæ Doctor, Profeſſor, Parochus Mauricianus, & Collegii Theologici Vicedecanus.

INDEX CAPITUM

Libri Primi.

Libri Secundi.

Libri Tertii.

Libri Quarti.

Libri Quinti.

APO-

APOLOGIÆ TERTIÆ PRO VITA
B. P. N. IGNATII
LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Impudentia Miseni, aliorúmque Hæreticorum in sanctos Patres, eorúmque lucubrationes.

A PRæclarè S. ATHANASIUS, seu quisquis est vetus ille & eruditus Auctor variorum sermonum adversùs Hæreticos. *Quemadmodum, qui recta via iter facere cogitant, omnémque errorem declinare student, quidvis potiùs pati volunt, quam vel tantillum à via regia deflectere: eodem modo, qui vera doctrina viam ingredi cupiunt, vestigia persequuntur eorum, qui nusquam in itinere errârunt: ac ubi regia via indicia accuratè didicerunt, sollicitè sibi à diverticulis flexionibúsque cunctis cavent, atque ita plena veritatis luce collustrantur. Hunc igitur scopum cùm sibi præfixum non habuissent ii, qui novorum dogmatum auctores esse voluerunt, non solùm vestigiis orthodoxorum Patrum non institerunt; sed & quæ viri Theologi via commonstrârant indicia, ea subdolis notis corruperunt, flexúsque multos secuti sunt, partim ab aliis inventos, partim ab ipsis nunc demum excogitatos.* Quamvis hoc, tametsi intolerabile, tolerari utcunque potuisset; nisi hæreticorum insania ulteriùs procederet; neque in sanctissimos, eruditissimos & antiquissimos Ecclesiæ Doctores maledicam linguam stringeret; eáque extremi propè contemptus argumenta daret, quibus significaretur, Patres vix dignos esse, qui collati cum novis & veteribus hæresiarchis, discipuli locum in Republica Christiana teneant.

Serm. 11. Extat. Tom. 2. operum S. Athanasii.

B Hujus impudentiæ in orthodoxæ fidei magistros, propugnatores, & conservatores luculenta testimonia reperire licet in omnibus propè Misenici libelli pagellis, (cui enim ex sanctis Patribus pepercit?) quæ in unum quasi fascem comportare & colligare initiò mei operis volui, ut frons Miseni; (si tamen nondum satis nota est) clariùs agnoscatur: úcque prudens lector illud etiam secum reputet, mirum non esse, si Misenus adeò petulanter Ignatio, Ribadeneiræ, mihi, alíisque Catholicis scriptoribus insultet; cùm veneranda illa antiquitatis canicie absterritus non fuerit, quò minùs Calvinianos suos dentes in religionis Christianæ summos interpretes exereret.

C Ordiamur à sancto Hieronymo, de quo hoc elogium, ex nescio quo criminatore, recitat & approbat Misenus. *Nemo ignorat, qui pagellam saltem legerit unam, quàm sit* (Hieronymus) *amarulentus, quàm immodestus, quàm denique furibundus, adeò, ut sapientissimè olim dictum sit: Responsionem Hieronymi aliud non esse, quàm iræ impotentiam, atque conviciorum plaustra. Tolle enim convicia, caupo Calagurritanus, Dormitantius, Herculis monstra; tolle exclamationes, Tragicas, ampullas & sesquipedalia verba; tolle jurgia, ironias, & forenses rixas, & nihil penè habebis reliqui, nihil Prophetici, nihil Apostolici.* Hæc impudentissimè de sanctissimo, doctissimóque Doctore Misenus, edoctus nimirum hanc effrontem maledicentiam à suo Calvino, Beza, & Luthero, qui in Hieronymum nihilo æquiores fuerunt; Lutherus præsertim, ex quo si convicia in S. Hieronymum colligere tentarem, nimis longum facerem, suffecerit hic vel unicum specimen, quo impudentius ne ipsa quidem impudentia edere potuisset.

Pag. 66.

D Cùm enim Severinus quidam Austriacus Monachus, auctoritate S. Hieronymi permotus, tardiùs quàm Luthero placeret, Monachum exueret; uxorémque sibi ducendam duceret, Lutherus furiis irritatus sic in S. Hieronymum vociferatur. *Primò nil prorsus tribuo hac in re Hieronymo, siquidem video, quamvis alioqui in aliquibus magnum virum, hic tamen in Monastice & in cœlibatu nihil penitus Christiani fuisse judicii: nam qui ausus est Monasticen comparare baptismati, totus insaniit, & sensu etiam communi caruit, ut stipitem potiùs, quàm bestiam dixeris talia garrientem. Quid? Túne credas Hieronymo tam impiè contra Deum loquenti? &c. Et tu potiùs Hieronymum audias, toties errantem, toties*

Luth. tom. 2. epist. ad Sever. fol. 351.

pec-

A *peccantem? &c.* Hæc furens illa bestia Misenum ex abdomine suo enixa, cui *Vigilantius ὀρθοδοξότερος est, quàm Hieronymus in hac quidem controversia, quæ Vigilantio cum Hieronymo erat.* Utinam, inquit, *ejus scripta extarent*, (magnum profectò operæ pretium foret) *ab idololatris de industria suppressa vel abolita, ne posteritas utriusque scripta conferre posset. Hieronymum rectè Erasmus immodestiæ arguit, ausus hæreticum appellare, quem nullius erroris convincere potuit.* Eo frontem Misenicam, quam ex ipsa Lutheri fronte, si expressam dicas; à vero haud avius abeas: cui, cùm in diatriba Erasmus aliquoties S. Hieronymum objecisset; en quid execrandus Apostata reposuerit. *Quid Hieronymus hic nugetur, nihil moramur, certum est, quòd nihil probat; neque de sensu Hieronymi, sed de sensu Scripturæ disputamus: Hieronymus & suus Origenes istis nugis repleverunt orbem, & auctores fuerunt pestilentis hujus exempli, ne simplicitati scripturarum studeretur. Sciat itaque Christianus Origenem & Hieronymum cum suis omnibus perniciosè errare, &c.*

Pag. 132. Pag. 79. Luth. lib. de servo arbit.

B In eodem libro. *Audio, Hieronymus dicit sic: ergo est verum. Ego de Isaia disputo, &c. & mihi Hieronymus objicitur, ut quid asperius dicam* (en quàm clemens Lutherus Hieronymo) *homo nullius neque judicii, neque diligentiæ, &c. Et nos feremus, ut Hieronymus, more suo, Judaicas cæcitates pro historico sensu; deinde suas ineptias pro allegoria obtrudat? Verùm illud Hieronymianum est, qui non uno loco audet superciliosè satis, sed simul ore sacrilego dicere, &c. Atque ubi Hieronymus cum judicio legi debeat, & hoc dictum ejus inter ea numerari, quæ multa vir ille (ea fuit oscitantia & hebetudo ejus in Scripturis intelligendis) impiè scribit, Diatribe ipsum sine judicio arripit, &c.* Hæc & millena talia brutus Lutherus in inclytum illum Ecclesiæ Christianæ Doctorem & defensorem.

C Verùm ne nos satietas capiat, rursus calumniantem Misenum audiamus; alternis calumnientur Misenus & Lutherus, *amant alterna Camœnæ. Ergo ad distributionem fructuum quod attinet*, inquit Litbus, *potest fieri, ut talis futura sit, qualem imaginatur Hieronymus, & Augustinus, quia tamen ex sua tantùm conjectura loquuntur, & singulari ad cælibatum animi propensione, assensionem, credo, sustinere impium non fuerit.* Scilicet quod Hieronymus & Augustinus dicunt, id imaginatio est; quid ergo erit illud, quod dicit Misenus? Quo nomine appellabitur? Num phantasia? At nimis hoc parùm. Num somnium? Nec hoc quadrat. Num convicium? Ita planè. Sed hoc nondum agimus. Nondum refellimus. Tantùm Miseni meretricium erga Patres vultum depingimus, vel potiùs ab ipso depictum, foras proferimus.

Pag. 306.

D *Cum Hieronymo*, inquit, *nihil mihi negotii est, tecum est. Ex Scripturis me erroris convince, non ex Hieronymo vel Augustino.* Imò

Pag. 108

E & ex his, velis, nolis; quia dum ex his, etiam ex Scriptura erroris convinceris; Fuerunt enim Scripturæ fidelissimi interpretes, ita ut stultus sit, qui te potiùs, aut Lutherum, aut Calvinum, aut Bezam, aut Jovinianum, aut Vigilantium audiendos existimet, quàm istos spiritu sapientiæ & intelligentiæ refertissimos. Nec absterremur, quò minùs ita sentiamus, laudibus, quibus Lutherus evehit Jovinianum, aut criminationibus, quibus deprimit S. Hieronymum. *Ego*, inquit, *planè quid Jovinianus senserit, ignoro.* Mentiris. Notum id tibi ex lectione operis, quod adversùs eundem elaboravit S. Hieronymus. *Fortè non dignè tractavit hoc argumentum.* (imò indignissimè; & prorsus eo modo, quo tu in tuo de votis Monasticis libro.) *Confidenter* (imò & impudenter) *assero, nec à Hieronymo dignè tractatum. Virginitatem enim nudam seorsim tractat, fidei non involvit, neque superædificat.* (mendacium prorsus Lutheranum) *Fertur vir sanctus* (eo melle litum gladium) *quod nemo negare potest* (nos non modò negamus, sed & pernegamus) *impetu & fervore humano, & nimio studio obsequendi amicis, & imprimis suo Eustochio, magisque premit Jovinianum auctoritate, quàm solida eruditione.* (gaude & plaude Joviniane, si ullus, ubi moraris, gaudio & plausui locus, ecce quàm strenuum advocatum nactus es) *Id quod probat parùm consideratus ardor corradendi undique testimonia Scripturarum congrua & incongrua, magno ludibrio futurus, si paris auctoritatis Antagonistam sortitus fuisset*; hoc est, Cynici moris & oris Lutherum, cum quo Jovinianus comparatus parùm Cynicus fuit. Necdum finis.

Lutherus lib. de votis Monast. tom. 2. lat. Witemb.

F

G Augustino nunc dat Misenus succedaneum Ambrosium, in eúmque Hieronymo conjunctum dat impetum. *Nisi ex Scripturis*, inquit, *probaveris, &c. frustra ad nos citabis vel Ambrosium, vel Hieronymum; quorum auctoritati tantum tribuimus, quantum* (volumus) *tribui ipsi voluerunt, &c. Interim verum esse puto illud Fabii: non omnia perfecta, quæ magni auctores dixerint.* Et interim omnia, quæ ex Lutheri, Calvini & Bezæ officina proficiscuntur, perfecta erunt, contra sententiam Fabii, qui negat *omnia perfecta esse, quæ magni viri dixerint*: nisi fortè, judicio Miseni, tres isti magni non fuerunt; in quo suffragium meum absque ulla prensatione impetrabit.

Pag. 314.

H *Augustini*, inquit, *& Epiphanii auctoritatem magnam esse fateor; non tamen tantam, ut Scriptura sacra præponderet*, hoc est, judicio meo, si quid Scripturæ sacræ consentaneum existimem, quod ipsi judicant dissentaneum; tunc enim nolo, ut illorum judicium præponderet: quia si præponderaret, scripturæ judicio præponderaret; præponderaret enim meo.

Pag. 71.

A

meo. Quanta autem apud ipsos sit S. Augustini auctoritas, docuit nos Lutherus, à cujus sententia filii si recederent, recessum religioni sibi ducerent. *Etiamsi Augustinus ita locutus fuisset*, ait Lutherus, *quis hanc ei potestatem dedisset, ut cogeremur ei credere? Quibus testimoniis sacra Scriptura hanc sententiam confirmat? Quid si erraret, quemadmodum constat eum multis in locis hallucinatum esse.*

(Luth. de doctr. hominum vitandis.)

Et quid multis ambagibus utimur? *Dei verbum est super omnia;* tonat Lutherus, *Divina majestas mecum facit, ut nihil curem, si mille Augustini, mille Cypriani, mille Ecclesiæ Henricianæ contra me starent. Deus errare & fallere non potest; Augustinus & Cyprianus, sicut omnes electi, errare potuerunt, & errârunt.* Si electi errârunt; quid ni & reprobos, in

(Luth. lib. contra Reg. Angliæ.)

B

quorum numero Lutherus, errâsse censeamus? *Quis est Augustinus?* quærit Lutherus; Imò quis est Lutherus? *Quis coget nos illi credere? Qua auctoritate est ejus verbum articulus fidei?* Nihil moratur Lutherus Doctores. Hinc illud ejusdem. *Neque quæro, quid Ambrosius, Augustinus, Concilia, & usus sæculorum dicant. Ego clamo: Evangelium, Evangelium. Christus, Christus. Ipsi respondent: Patres, Patres; usus, usus: statuta, statuta.*

(Luth. lib. contra Regem Angliæ.)

C

Jam verò, ut ad Misenum revisam, *narratio Epiphanii de Essæis sanè intricatior est; quòd si quis ad Eusebium confugiat, ex hoc itidem quæram, unde habeat. Et fortasse Criticus ille non sine ratione dixit, Eusebium hoc sine ratione asseruisse.* Ex S. Basilio sciscitandum est, *cujus mandatu vel ipse, vel alius Monachatum introduxerit. Ac Basilius si scivisset, quantum detrimenti allaturum esset hoc genus vitæ, Ascetica sua vel in ignem conjecisset, antequam divulgarentur; in quibus maximè alienum à Christianismo videtur Stoicum illud dogma περὶ ἀπαθείας, per quam contradit creatori nos reddi similes. Syricii pudere te debebat*, ait Misenus. *Quanti igitur facienda Syriciana illa condemnatio? Tanti scilicet, quanti cassa nux venit.*

(Pag. 54. Ibid.)
(Pag. 124.)
(Pag. 125.)
(Pag. 150. 151.)

D

Nec Gregorius Magnus hinc abire sinitur absque plaga. *Historias Monachorum*, inquit Misenus, *sive à Gregorio narrentur, sive à Georgio, sive à Jacobo, sive à Baronio, omnes suspectas habeo. Gemmas apparitionum Gregorianarum non curo. Simplicitate hujus & credulitate astuti Monachi abusi fuerunt.* Quid de Sulpicio Severo? *In Sulpicio tuo, quem laudas, nihil reperio præter Salustianam elegantiam styli. Nos delectant Apostolica scripta, à quibus nullus Theodoretus, nullus Palladius, nullus Paulinus, nullus Anastasius nos abducet. Quidquid Cedrenus, Zonaras, Glycas scripserunt de Leone Isaurico, id idololatriæ amore scripserunt monachi illi;* ut similia Misenicæ in Patres Scriptorésque vetustos reverentiæ documenta hoc loco præteream, quibus profectò genuinum Lutheri fœtum sese demonstravit, ut omnia alia indicia nos deficerent.

(Pag. 149.)
(Pag. 263.)
(Pag. 112.)
(Pag. 258.)
(Pag. 254.)

Ecce enim quid Lutheri stultitia an vesania? *protestor adversùs eos, qui insanis vocibus in me clamaturi sunt, quòd contra ritum Ecclesiæ, contra statuta Patrum, contra probatas Legendas & receptissimum usum docuerim, horum nihil me auditurum. Sciant insani Sophistæ, indocti Pontifices, impii sacerdotes, sacrilegi Monachi, & totus Papa cum suis squamis, lupanaribus, lucis, excelsis universis, nos non esse baptizatos, neque credentes in nomine Augustini, Bernardi, Gregorii, &c. Non audimus: Bernardus sic vixit & scripsit; sed Bernardus sic vivere & scribere debuit juxta scripturas.* Hæc & infinita hujus generis Lutherus, qui odio in Patres, novo convicio, *Patristas* appellare solebat eos, qui Patrum testimoniis utebantur, ùt & *Concilistas*, qui Conciliorum decreta afferebant.

E

(Luth. de abrog. Missa privata.)
(Luth. tom. 2. epist. fol. 130. & alibi passim.)

F

Cùm ergo Hæretici, & in his Misenus, fronte tam dura & ferrea Patres insectentur; nil à suo ingenio alienum facere existimandi sunt, si in Ignatium, aliósque Ecclesiæ Catholicæ propugnatores, qui hoc tempore vel florent, vel floruerunt, petulanter incurrant. *Non ignoramus*, inquit Leontius Byzantinus, *quòd, qui nobis adversantur, & quibus unum cum virtnte, & cum sanctis Patribus certamen est, sicut illos, sic etiam nos, qui illorum disciplinam sectamur & defendimus, inhonorant; qui nos potiùs nescientes honorant, dum probra, quæ illis objiciunt, nobiscum communicant. Hi enim & divina ludunt, & Theologos conviciis insectantur, & quid mirum, si nos, qui nihil sumus, contemnunt. In quibus hoc tantummodo dignum est admiratione, quòd omnem virtutem, quæ in actione est, studiosè negligunt, atque ipsos sapientes esse jubent, & sunt ὡς ἐξ ἐπιτάγματος tanquam ex edicto, prudentia præditi, quos eruditos esse fecit velle tantùm. Sed non oportet nos propter illorum depravatam voluntatem, vel fiduciam vel certamen remittere; quin immò contra ad fortitudinem stimulari & urgeri, ut idem eveniat nobis, quod ferro calidissimo, quod quidem aqua frigida immersum & infusum durescit. Et nos dum cum his certamus, ad præmium certaminis roboramur.*

(Leont. lib. 1. contra Nestor. & Eutych.)

G

H

At citant ipsi quoque sanctos Patres. Verùm eo modo & fine citant, quo ipsas sacras Litteras, & Conciliorum sanctiones. *Hi* (Nestoriani) inquit Leontius, *sicut & reliqui hæresum sectatores, videntur divinas Scripturas, & superiores Synodos recipere, non quidem, quòd secundùm eas sentiant; sed ut impietatem suam ad decipiendos simpliciores hac simulatione tegant, &c. útque gravi auctoritate personarum suam impietatem celent, & ut viam sibi muniant ad oppugnandam veritatem.* Citant Patres, eo candore, quo Godeschalcus Hæreticus *Prædestinatianus*, de quo hæc Hincmarus apud Frodoardum. *Non cessat totos dies integros, non solùm scripturas, quas ad voluntatem suam trahit repugnantes, verùm etiam Catholicorum Doctorum sententias mutilatas, & à suo germano sensu detortas effutire.*

(Leont. præfat. lib. 1.)
(Frod lib. 3. Histor. Rhem. cap. 13.)

A *Et eo modo in sui admirationem & æstimationem rapiebat non tantùm idiotas & simplices, verùm etiam mediocriter doctos, & parùm prudentes, qui præ se ferebant zelum Dei habere, sed non secundùm scientiam & discretionem.*

B Citant denique Patres, sicut olim Severus, versutissimus impostor; qui, ùt ait Anastasius Sinaita, se ipsum Doctorum sanctorúmque Patrum judicem constituebat, adductísque eorum sententiis, quas falsa interpretatione eludere poterat, illas sanctorum Patrum esse non diffitebatur: si quæ verò desumptæ essent ex libris reconditis, nec in vulgus notis, eas dicebat esse supposititias. At verò de testimoniis Gregorii, Joannis, Cyrilli, Athanasii, Ambrosii, Procli, aliorúmque illustrium Doctorum, quorum dicta & volumina, extra omnem dubitationem posita sunt, eò quòd toto terrarum orbe prostent; ita decernebat legislator ille & judex Severus, ut diceret, eis veniam dandam, quòd duas in Christo naturas asseruerint; id enim necessitate quadam coactos fecisse, quippe quibus cum Arianis certamen esset. Aliquando impudentiùs ipsos sanctos Patres simpliciter abjiciendos, eorúmque dicta duas in Christo naturas affirmantia absolutè repudianda dicebat, etiamsi ipsius Cyrilli forent.

S. Anast. in suo Hodego.

C Hæc & plura talia de Severo Anastasius, quem etiam librum edidisse & *veri amatorem* indigitâsse refert, tanto in pretio apud Severianos habitum, ut potiùs omnia sacræ Scripturæ & Patrum dicta depravarent, aut exploderent, quàm quidquam contra libri illius præscriptum facerent. *Sive enim illis proferas Petrum sive Paulum*, inquit Anastasius, *sive Eustathium, sive Gregorium, sive Basilium, sive Joannem, sive Athanasium, sive ipsum beatum Cyrillum; sive cujuscunque alterius patris testimonium aut librum, priùs nullum recipiunt, quàm ad Severi librum expendant & examinent; ipsiúsque judicio, & jussu Doctorem ejúsque sententiam aut admittunt, aut rejiciunt.* Qui Severi & Severianorum genius, si in Lutherum, Calvinum, Bezam, Misenum, & similes non immigrâsset, non se *Doctores Doctorum* constituerent, sed potiùs sibi plauderent, si in schola talium virorum inter discipulos locum aliquem reperirent.

CAPUT II.

Quomodo Misenus citet tractétque sacram Scripturam.

D ADspergit Misenus calumniis suis aliquoties scripturæ testimonia, sed tam aptè, ut *nec pes nec caput uni reddatur formæ.* Quare, qui quærenti, quomodo Misenus Scripturas citet, responderet, id eum facere more omnium aliorum hæreticorum; is ùt brevi, ita & vero responso omnia, quæ in hoc capite demonstranda suscepimus, expediret. Quomodo autem alii Hæretici Scripturas tractent & citent, & quo fine, ostendimus primò, in Responso ad Theses Hunnianas. Deinde in Labyrintho Cretico-Hunniano: & in Commentariolo de duobus nummis. Hic tamen in gratiam Miseni idem est ostendendum, etsi non tam meis, quàm sanctorum Patrum verbis. E

F Pulchrè ergo antiquissimus Martyr Irenæus hos Scripturæ, ut sic dicam, *citatores* & *allegatores* comparat cum *centonum* consarcinatoribus, qui ex diversis poëtarum versibus vel potiùs frustis versuum, sensum à poëtæ sensu longè alienissimum conficiunt, ita ut, si quis artificii ignarus in hujusmodi centonem incidat, arbitretur poëtam id voluisse, de quo ne per somnium quidem unquam cogitârat. *Dictiones & nomina,* inquit Irenæus, *dispersim posita colligentes transferunt, sicut prædiximus, ex eo, quod est secundùm naturam, in id, quod est contra naturam, similia facientes iis, qui controversias sibimetipsis qualibet proponunt, pòst deinde conantur & Homericis versibus meditari eas, ita, ut idiotæ putent, ex illa temporali declamata controversia, Homerum versus fecisse, & multi abducuntur per compositam consequentiam versuum, ne fortè hæc sic Homerus fecerit.*

Iren. lib. 1. cap. 1.

G Et postquam Irenæus consarcinationis exemplum protulisset ejus, qui Herculem ab Eurystheo *ad canem in Orco missum* per Homericos versus describit; hæc subjungit. *Quis non ex simplicibus abripiatur ab hujusmodi versibus, & putet sic illos Homerum in hoc argumento fecisse? Qui autem scit Homerica, cognoscet quidem versus, argumentum autem non cognoscet, sciens, quoniam aliquid quidem eorum etiam de Ulysse dictum, aliud verò de Hercule, aliud verò de Priamo, aliud de Menelao & Agamemnone. Si autem tulerit illos, & unumquemque suo libro reddiderit, auferet de medio præsens argumentum. Sic autem & qui regulam veritatis immobilem apud se habet, quam per Baptismum accepit, hæc quidem, quæ sunt ex scripturis, nomina & dictiones & parabolas cognoscet, blasphemum autem illorum argumentum non cognoscet. Etenim si gemmas agnoscet, sed vulpem pro regali imagine non recipiet. Unumquemque autem sermonum reddens suo ordini & aptans veritatis corpusculo denudabit, & insubstantivum ostendet figmentum ipsorum.* Hæc verissimè & pulcherrimè Irenæus, quæ adeò S. Epiphanio placuerunt, ut ea ad verbum transtulerit in suam contra Gnosticos disputationem. Nil enim aliud faciunt hæretici, quando Scripturas citant, quàm quòd *centones* consuunt. Agnoscimus & veneramur Scripturæ verba, quæ afferunt, (si tamen integra afferunt; Interdum enim ipsa verba contra *centonum* leges pervertunt) sensum tamen minimè admittimus; non enim scripturæ, sed centonum H

ἀνύπαρκτον seu *ἀνυπόστατον*, non subsistere valens. S. Epiphan. Hær. 31.

A tonum sensus est; verúsque sensus tum demum redit, cùm quis centonem quasi in sua principia resolvit; & ùt S. Irenæus ait, quodlibet quasi membrum *suo corpusculo* restituit.

B Hujusmodi centonas ex scriptura conficiendi artificium notavit jam olim etiam in Valentino Tertullianus, de quo ait, eum *abstulisse proprietates singulorum quoque verborum, & adjecisse dispositiones non comparentium rerum.* subditque. *Hæc sunt ingenia de spiritalibus nequitiæ, cum quibus luctatio est nobis fratres, merito contemplanda fidei necessaria, ut electi manifestentur, ut reprobi detegantur.* Et ideo habent vim, & excogitandis *instruendisque erroribus felicitatem non adeò mirandam quasi difficilem & inexplicabilem, cùm de secularibus quoque scripturis exemplum præsto sit ejusmodi facilitatis.* Et cùm hujusmodi centonum aliquot exempla in medium adduxisset, sic pergit Tertullianus. *Et utique facundior divina litteratura ad facultatem cujuscunque materiæ. Nec periclitor dicere, ipsas quoque scripturas, sic esse ex voluntate Dei dispositas, ut hæreticis materias subministrarent*, ut centones inde contexerent, quod, ùt ait Quintilianus, contingit, quando ex bene connexis probeque sibi cohærentibus aliqua de re verbis in fragmenta quædam disjungitur atque distrahitur, ex quibus alterius pòst argumenti conjungatur & connectatur, oratio, diversissimè prorsus sententiæ à primi scriptoris sensu: Et sic *per eam*, ùt S. Irenæus loquitur, *quæ est subdolè exercitata verisimilitudo, transducunt sensum eorum, qui sunt inexpertiores, & in captivitatem ducunt eos, falsantes verba Domini, interpretatores mali eorum, quæ benè dicta sunt, effecti.*

Tertull. de præscript. cap. 38. 39.

S. Iren. præfat. lib. 1.

C Eò autem impudentiæ processerunt isti *Centonarii sutores*, ut ægerrimè ferant, insigoémque scripturæ injuriam fieri clamitent, si quis scripturæ frusta, quæ sive dissipata sive colligata producunt, ad examen revocet, & quid ex illis fit consequens, quid inconsequens, accuratiùs explorare tentet: imò absque ulla disquisitione assensum pronum postulant; & nisi, omnibus omissis, statim fasces submittas, impietatis dicam tibi scribunt; & quasi scripturæ oracula repudies, te publicè privatímque traducunt. Quo fit, ut jam tandem maxima eorum
D multitudo reperiatur, *qui, quæ hominum sunt maximè, subvertere conentur omnia, magnóque id studio agant, ut mente quidem homines rationali exuant, nec res natura honestas perdiscant: simpliciter verò omnibus, re in nullam partem excussa, assentiantur, sacrarum literarum oracula absque ulla vel consideratione vel explicatione accipiendo, nec ad finem, quo edita sunt, scopum attendendo. Etenim si, quod illi volunt, verborum quis sensum non perpendat, sed simpliciter, non examinatis verborum ponderibus, dictis inhæreat: relinquitur tam Prophetarum quàm Apostolorum voces frustra aures personare nostras, sermonem eorum omnem inutilem & inefficacem esse: auditores denique ne minimum quidem fructum in cordium suorum penetralia transmittere. Sic enim præcipiunt: auribus quidem audiendum, corde verò non intelligendum, nec dictorum consequentiam spectandam esse.* E

Tom. 2. operum S. Athan. orat. 12. contra varios hæret: fol.258. & 259.

F Hinc ùt olim Apollinaristæ illud: *Verbum Caro factum est, simpliciter contendebant esse audiendum;* quasi Verbum Divinum secundùm suam substantiam in carnem mutatum fuisset; ita & Calvinistæ illud Apostoli: *Panis, quem frangimus, nónne participatio corporis Christi est?* simpliciter, prout præcisè, vocabulum *panis* considerando, sonat, accipiendum tradunt; nec patiuntur, ut quis, num ita sese res habeat, discutere conetur. cùm tamen *verba non solo sono sapiant, sed & sensu; nec auribus tantummodo audienda sint, sed & sensu.* Et *perinde* agunt, *ac si in ipsorum situm sit potestate, sententiam cujusque, non ad id, quod decet & utile est, sed quócunque illis fuerit visum, contorquere. Egóne verbum audiam, & convenientem sensum non inquiram? Ubi igitur aut sermonis consequentia, aut audientis utilitas? Fortè & in brutorum animantium naturam mutari homines præcipiunt, siquidem verborum sonum auribus arrepturi, ex sensu verò fructum nullum animo sunt percepturi. Quis ignorat, eum, qui ad cœnam super potentioris mensa vocatus est, lege divina moneri, ut prudenter, quæ apposita sunt, dijudicet? Consimili modo nec verba suo denudata sensu arripienda sunt: sed considerandum diligenter, quid Deo conveniat, quid nobis conducat, quid ferat veritas, quid legi consentiat, quid naturæ respondeat: quid fidei proprietas, quid spei firmitas, quid charitatis sinceritas, quid nullis obnoxia injuriis gloria requirat; quid superet invidiam, quid gratia dignum sit. Quæ omnia in meditationibus piis concurrunt, desunt verò, ut par est, novationibus absurdis, ad insana ejusmodi dogmata necessariò confugientibus.* G

1. Cor. 10.

Tertull. in Scorp.

Ex S. Athanas. loco cit.

H Sed ajunt isti. Se scripturas non absque sensu afferre. Fateor; at sensus, cum quo scripturas afferunt, non est, ut sic loquar, *scripturarius;* sed ut rem Tertullianeo verbo explicem, *centonarius;* alienus planè à primævo & genuino sensu, ac proinde à nobis jure optimo ad trutinam revocatur; & num subsistere queat, expenditur. Etiam Apollinaristæ & Eutychianistæ non adducebant illud: *Verbum Caro factum est*, sine sensu: sed adducebant sine proprio & legitimo; & hoc eis vitio vertebatur; sicut & idem hodie nostris Sectariis crimini vertitur, quando scripturas sensu proprio spoliatas, alienóque vestitas conglobant, conglobatásque venum profana temeritate exponunt; quibus mirum non evenire, quod olim Theopompo & Theodectæ Tragico evenisse Josephus scribit, cùm sacras litteras pro-

Joseph. lib. 12 Antiq. cap. 2.

A profanis suis scriptis temerâssent ; quorum alter de statu mentis dejectus, alter oculis captus est ; oeuter restitutus, oisi mente in melius commutata. Verùm, quod isti corpore passi sunt, hoc patiuntur bæretici animo ; quem justo Dei judicio furiosum & cœcum babent.

B Causas, cur bæretici scripturas adeò obtendant, plures alibi ex sanctis Patribus reddidimus. Hic duæ suffeceriot. Prima sit ; quia Sectarii sunt errooes erroribus à planta pedis usque ad verticem obsiti. Indigent ergo pallio, quo deformitatem tegaot. Speciosius baud reperire potueruot, quàm Scripturæ mantelum. Hinc eo se ubique operiunt. *Error secundùm semetipsum*, ioquit sanctus Irenæus, *non ostenditur, ne denudatus fiat comprebensibilis, suasorio autem coperimento subdolè adornatus, & ipsa veritate (ridiculum est dicere) veriorem semetipsum præfert, ut decipiat exteriore phantasmate rudiores. Hæc ratio Græcè sic extat apud S. Epiphanium.* ἡ γὰρ πλάνη καθ' αὑτὴν μὲν ἐκ ἐπιδείκνυται, ἵνα μὴ γυμνωθεῖσα γένηται κατάφωρος, πειθανῷ δὲ περιβλήματι πανέργως κοσμεμένη, καὶ αὐτῆς ἀληθείας ἀληθεστέραν ἑαυτὴν παρέχειν φαίνεσθαι (φαίνεται) διὰ τῆς ἔξωθεν φαντασίας τοῖς ἀπειροτέροις, καθὼς ὑπὸ τῦ κρείττονος ἡμῶν εἴρηται ἐπὶ τῶν τοιέτων, ὅτι λίθον τὸν τίμιον σμάραγδον ὄντα, καὶ πολυτίμητόν τισιν ὕαλος ἐνυβρίζει διὰ τέχνης παρομοιεμένη, ὁπόταν μὴ παρῇ ὁ σθένων δοκιμάσαι, καὶ τέχνῃ διελέγξαι τὴν πανέργως γενομένην. ὅταν δὲ ἐπιμιγῇ ὁ χαλκὸς εἰς τὸν ἄργυρον, τίς εὐκόλως δυνήσεται τῦτον

S. Iren. præfat. lib. 1. Transcripsit S. Epiphan. Hær. 31.

C ἀκεραίως δοκιμάσαι ; Quæ ita Latinè vertit Billius: is enim octodecim capita libri primi Irenæi ex Græco traostulit. *Fraus & impostura seorsim non ostenditur, ne alioqui velut detractis vestibus perspicuè se prodat: verùm illecebroso amictu callidè adornata id assequitur, ut per externam speciem apud imperitiores verior quoque veritate ipsa esse videatur: quemadmodum de hujusmodi hominibus à quodam me præstantiore dictum est; quod Smaragdo præclaro alioqui lapidi, ingentisque apud quosdam pretii vitrum artis industria ad ejus similitudinem elaboratum, dedecus infert, cùm haudquaquam præsto est; qui explorare, atque artis solertia, id quod versutè factum est, deprehendere queat. Cùm autem æs argento immixtum fuerit, quis tandem erit, qui facilè ac incorruptè id explorare possit?*

D Ubi observandum; ab illo, quem Ireoæus se præstantiorem appellat; quisquis tandem fuit, (oeque enim hoc liquet, ùt mooet Feuardentius) pulchrè hæreticos comparari oon modò cum paracbaractis, falsisque mooetariis, qui plumbum pro auro suppoount, sed & cum illis impostoribus, qui pro veris gemmis commenotias substituunt, tanta verisimilitudine, ut nisi

Feuard. in Notis ad procem. Iren.

peritus gemmarius adsit, fucus nullo negotio fallat. E Verè enim bæretici falsas gemmas pro veris venditaot, magno imperitorum applausu, quibus tantum judicii oon est, ut veras à falsis internoscere vel possint, vel velint. Scitè autem vitrum smaragdo arte mala simile effectum nominat smaragdi ὕϐριν seu injuriam. Nam falsa gemma contumelia quodammodo afficit veram & genuioam, hoc ipso, quòd nobilitatem ejus & excellentiam fraudulenter imitatur. Sic & falsitas, bæreticorum perversitate, forma veritatis vestita, veoalísque exposita, veritati iojuriam per baoc cootumeliosam imitatiooem infert.

F Altera causa, cur hæretici Scripturas ubique præferaot & proferant, est ista, quia Sectarii sunt piscatores non à Deo, sed à cacodæmone constituti. Hamum ergo suum esca Scripturæ tegere debent. *Quemadmodum nautæ*, inquit Isidorus Pelusiota, *hamum esca occultant, ac pisces improvisò capiunt; eodem modo improbi hæresum defensores sermonis suavitate perversas suas sententias obtegentes, simpliciores homines ad mortem tanquam hamo quodam capiunt.* Hanc & priorem Irenæi ratiooem simul reddidit S. Cyrillus Alexandrinus. *Sicut mulierculæ turpitudini deditæ, veste atque auro, cæterisque ornamentis & turpitudinem suam occultant, & non providentes ad perniciem attrahunt; eodem modo isti* G (hæretici) *veræ religionis pulchritudinem fingentes Scripturæ auctoritate conantur errores suos communire, sed qui vigilanter, & cum ratione Scripturas legunt, dolis ipsorum non capiuntur, sed veram amplexi fidei professionem clamant: Benedictus Deus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Sæpenumero eos miratus sum*, inquit Isidorus Pelusiota, *qui divinas Scripturas perperam interpretantur, suúmque potiùs sensum, quàm eum, qui in ipsis situs est, tueri connituntur, siquidem puram earum & sinceram, atque oblectandi animi facultate præditam mentem malæ atque inertis dogmatum suorum aquæ admiscentes, res divinas, cauponum instar, quæstui habent. Atque huc pertinet illud: Caupones tui vinum aquæ admiscent, &c. quia isti puros ac limpidos sacræ Scripturæ sensus evanidis suis dogmatibus admiscentes, doctrinam adulterant.*

Isidor. lib. 1. epist. 41.

S. Cyrill. præfat. in Thesaur.

Isidor. epistola 125. fol. 523.

H Post quam corruptelam contentis vocibus vel maximè clamant: *Si quis sitit, veniat ad me. Calix meus inebrians quàm præclarus est. Ecce hic est Christus, aut illic. Dicet enim, qui seducere nos voluerit*, ioquit Origenes, *& defendere contraria veritati. Ecce hic Christus, demonstrans aliquem Evangelii locum*, ùt Calvinista demoostrans illum locum: *Panis, quem frangimus, nónne participatio corporis Domini est? quoniam unus panis unum corpus multi sumus omnes, qui de uno pane participamus:* statim exclamabit. *Ecce hic est Christus.* Eucharistia vocatur *panis*, nihil est ergo nisi *panis*.

Orig. Tract. 29. in Matth.

1. Corinth. 10.

A *panis.* Non adest ergo realiter corpus Christi: ergo verba illa: *Hoc est corpus meum;* tropicè accipienda sunt. *Ecce hic est Christus.*

B *Alterius autem erroris auctor dicet*, inquit Origenes, *Ecce hic est Christus, afferens ad exemplum alterum textum* (est cùm & eundem) *qui videtur defendere mendacii illius verbum, quod proposuit vindicare;* ùt Lutheranus demonstrans eundem locum, quem Calvinista; *panis, quem frangimus, nónne participatio corporis Domini est?* Stentorea voce intonat. *Ecce hic est Christus.* In Sacramento Eucharistiæ remanet substantia *panis;* quia vocatur ab Apostolo panis: móxque demonstrans illum locum: *Hoc est corpus meum,* rursus exultabundus ingeminat: *Ecce hic est Christus;* quia panem, hoc est, ipsam panis substantiam vocat Christus corpus suum; sunt ergo panis & corpus Christi simul in Eucharistia. *Ecce hic est Christus: Ecce hic cubat in meridie. Et sic ex Lege & Prophetis & Apostolis profert unusquisque, quæ videntur defendere mendacium illud, tanquam veritatem. Vel sic impletur, quod ait: Ecce hic est Christus, Ecce illic: ostendens non Christum, sed aliquem fictum ejusdem nominis, ùt puta secundum Marcionis* (Calvini) *doctrinam, & secundùm traditiones Valentini* (Lutheri) *aut Basilidis* (Serveti) *longam fabulositatem, aut secundùm Apellis* (Brentii Ubiquistæ) *adversùs Paulum testimonium falsum. Erunt autem & alii plures* (ùt Anabaptistæ, Schvvenckfeldiani, Hussitæ) *qui dicturi sunt discipulis ex divinis Scripturis, conjungentes eis suum proprium sensum: Ecce hic est Christus, Ecce illic.*

C Origen. Tract. 30. in Matth.

Verùm nos *non debemus attendere illis, qui dicunt: Ecce hic est Christus, non autem ostendunt eum in Ecclesia, quæ plena est fulgore ab Oriente usque ad Occidentem, quæ plena est lumine vero, quæ est columna & firmamentum veritatis, &c.*

D Origen. Tract. 29. in Matth.

Si qui autem dixerint vobis, ecce in solitudine: nolite exire; ecce in domibus, nolite credere. Quodcunque professi fuerint de Scripturis, & de mysteriis, quæ sunt in eis ad demonstrationem, nolite credere, quæ dicuntur. Veritas enim similis est fulguri egredienti ab Oriente, & apparenti usque ad Occidentem; qualis est veritas Ecclesiæ Dei: ab ea enim sola sonus in orbem terrarum exivit, & in fines orbis terræ verba eorum, & velociter currit sola verè veritas Dei. Veritas non est in solitudine (Genevensi aut Witebergensi) non est in domibus (Lutheri & Calvini) etiamsi id Lutherani & Calviniani dictitent, *nos illis credere non debemus, nec exire à prima & Ecclesiastica traditione, nec aliter credere, nisi quemadmodum per successionem Ecclesiæ Dei tradiderunt nobis.* Sed satis de his, si tamen unquam satis de hoc argumento dici potest, quo propemodum solo & unico tanquam nassa accommodatissima, hæretici tot millia hominum ceperunt, & indies capiunt, inque sempiternum exitium detrudunt.

CAPUT III.

E

De ineptiis quibusdam Misenicis plusquam puerilibus.

Ut calumniandi suam libidinem Misenus exsatiet, menda nonnulla ab operis typographicis profecta passim exagitat; quo & existimationi & causæ suæ apud prudentiores parùm consulit. Nam aut vidit esse errata operarum & librariorum, aut non vidit? Si non vidit, nimis profectò cœcus est ac imperitus, & ut ad suum auctorem versiculum, quo Responsionem terminat, remittam; *Hic oculis poterit Flacci collyria lippus illinere, aut cæcus sponte manere sua.* Si autem vidit, & nihilominus carpsit, tum prodit primò impotentem, qua ardet, criminandi impudentiam. Secundò, inopia graviorum accusationum & objectionum sese destitui manifestè indicat; F quis enim hæc tam levia consectaretur, si alia majoris ponderis suppeterent, præsertim in hac tam gravi actione; ubi non modò mihi, sed & universæ Societati bellum irreconciliabile indixit. Quàm turpe aquilam Calvinianam, sublimi suo volatu ad sidera usque penetrantem, ibíque fide vel potiùs imaginatione Christi corpus & sanguinem *substantialiter* & *realiter* apprehendentem, has tam viles muscas, abjectósque culices captare; déque omisso vel transposito G accentu aut spiritu in Græcis dictionibus tumido ore delitigare, quasi salus & incolumitas Calviniani spiritus periclitetur, si typotheta vel librarius spiritum Grammaticum aut præteriit, aut loco non suo posuit: aut quasi Misenus non sit facundissimus & latinissimus poëta, historicus, orator, si Gretserus vel vocibus, vel aliquibus loquendi formulis cum vulgo utatur; homo ita comparatus, ut tota vita sua magìs de rebus, quàm de phrasibus sollicitus fuerit.

De accuratione dictionis elaboratæ non satago, H inquit S. Prosper, *nec mihi pudoris est, si disputatio mea, quæ fortè probatur in rebus, aliquos verborum inanium sectatores horrore incorruptæ orationis offendat, &c. Et tamen cùm sententiarum vivacitatem sermo ex industria cultus enervet, & totam vim dictorum splendor elaboratus evacuet, quis non judicet, me affectionem compositionis debuisse contemnere, etiamsi potuissem eam, velut dicendi peritus, implere? Quapropter ea mihi visa est compositio satis ornata, quæ conceptiones animi cum necessaria quadam perspicuitate proferret, non quæ illecebris aurium deserviret. Ea est enim, nisi fallor, judicata latinitas, quæ breviter & apertè, observata duntaxat usitatorum verborum proprietate, res intelligendas enunciat; non quæ vernantis eloquii venustate atque amœnitate luxuriat; & prudentibus viris non placent phalerata, sed fortia; quando non res pro verbis, sed pro rebus enuncian-*

S. Prosper. lib. 3. de vita contemplat. cap. 34.

A *dis verba sunt instituta.* Hæc S. Prosper, pro se & pro me. Etsi fortasse hac Apologia nihil opus; nam si quis in Miseni orationem inquirere vellet, quàm latus inquirendi campus se se aperiret? in Miseni, inquam, orationem, hominis, qui tota ætate, quam supra meritum diuturnam vixit, quippe jam minimùm ad sexagesimum quintum annum provectus, nihil aliud, quàm verba tractavit, & nil etiam aliud quàm verba suis auditoribus dedit.

B Interim si qua severitate in me utitur propter errata non mea, ego adversùs illum uti velim, licebit & mihi dicere, me scire, quid sit λαιμός, nescire autem, quid sit λαῖμος vel λαίμος: alterutrum enim in Misenica charta apparet. Pari modo compertum habeo, quid sit κρησφύγετον seu κρηφύγετον, at quid significet κρεισφύγετον, aut ut correctio habet, κρισφύγετον, nescire me ingenuè fateor. Nec scio, ad quodnam κρησφύγετον confugere queat Lithus, in quo hunc suum lapsum aut purget aut defendat. Sic ego scriberem; Ah hac διχοτομίᾳ, non ab hac διχοτομία, si græcè tam doctus, quàm Misenus forem: nisi fortè cum Frischlino Græcis *Ablativum* jota subscripto in secunda flexione carentem tribuit, quod ab homine Sectæ *Ablativæ*, hoc est, furacis & rapacis, fieri, nequaquam mirandum erit.

C Nec scio, quid sit ἀπερόγραφον, etsi non ignoro, quid sibi velit ἀπερίγραφον; nec quid παλινωδεῖν, etsi scio, quid sit παλινῳδεῖν. Jam verò dicat mihi vel ipse Lexicographorum præcipuus, græcúmne sit an Scythicum hoc vocabulum: μετασιώσει; *Græcissat* quidem, tamen non *Atticissat*, sed nec *Sicilissitat*. Et quid tandem illud? πρὸς πὸ ὄνομα? Quid hujus generis non pauca? quæ afferre ùt supervacuum, ita & tædiosum foret. Neque vel hæc attigissem, nisi Lithi importunum, vel potiùs impudens supercilium me coëgisset: qui indoctissimè illud ex Theocrito ἐκ πίθυ ἀνθλῆς, *ex dolio hauris*, corrigit, quasi scribendum sit; ἐκ πίθυ ἀνθλεῖς, nesciens videlicet Theocritum Doricè locutum; morémque Doricum hunc esse, ut verba circumflexa in άω, in secunda & tertia persona præsentis Indicativi efferantur per η, licèt aliqui putent id faciendum per simplex η sine jota subjecto. Quis vel puer *septuennis*, ùt comicus loquitur, hæc ignorat? Et tamen Lithus meus sexagenario longè major hæc tam contrita, &, ut sic appellem, puerilia crepundia nescit.

D Exagitat Horatius scurram quendam *pantolabum*; quem iste aliter *baptizat*, *pantolabámque* nominat. Et cur non uteretur hoc jure? Qua enim ratione hucusque dicebatur *Scurra*, eadem dicatur in posterum, Miseno edicente, *pantolaba*; juxta illam Grammatices regulam; *Femininum A prima est; veluti* E *latro, præsul & hospes.*

Ventum est ad locum fermè omnium in tota hac disceptatione periculosissimum, quem si feliciter præternavigemus, laudes gratésque immortales superis debebimus. Debebit & Misenus: de cujus capite agitur. De capite, inquam; quæritur enim & quæretur, num sit homo. Si pars negans concludatur; relegabitur ex tribu hominum ad classem pecudum; nam quòd vivat & sentiat, ejus sat manifesta argumenta dedit. At num homo sit, equidem vehementer dubito. Dubitationis causam præter ipsum Misenum aliam nullam scio. Definiêrat se ζῶον γελαςικὸν καὶ πολιτικὸν *animal risibile &* F *civile seu sociale.* Mirabar, cur loco τῦ γελαςικῦ non posuisset *rationale*. Nunc advolat Misenus; nec uno loco conqueritur, quòd tam socors fuerim, ut catalogum correctionum ad calcem libri adjectum non adspexerim; in eo enim σφάλμα emendatum, & loco γελαςικῦ scriptum fuisse ἀγελαςικόν; ut proinde hæc sit Miseni definitio. *Christianus Simo Lithus, Stenius, Lomacensis, Misenus, poëta & Historicus Heidelbergensis*, est, ζῶον ἀγελαςικὸν καὶ πολιτικόν, *animal non risibile & sociale.*

Ex qua definitione si te, ùt Simo Lithus G es, definire voluisti; sic Dialecticus tiro argumentabitur. Cui convenit definitio, ei convenit & definitum; sed prædicta definitio convenit cani, cato, simiæ: ergo cani, cato, simiæ convenit etiam definitum: definitum autem est *Christianus, Simo, Lithus, Stenius, Lomacensis, Misenus, poëta & historicus Heidelbergensis.* Minor probatur. Quia verissimum est dicere de cane, cato, simia, quodlibet ex illis esse animal *sociale non risibile:* ergo de quolibet verè affirmabitur definitum, videlicet *Christianus, Simo, Lithus, Misenus, poëta & historicus Heidelbergensis.* Erit ergo *canis, catus, simius*, Simo, Lithus, Misenus; & Simo Lithus Misenus, *canis, catus, simius.*

Quòd si te definitione illa describere voluisti, non ùt quoddam individuum es; sed ùt H es in aliqua specie; tum sequitur, *canem, felem, simiam*, Simonémque seu Simum, Lithum, Misenum esse ejusdem speciei: quia illa sunt ejusdem speciei, quibus eadem definitio *specifica* convenit; his omnibus eadem specifica definitio convenit: Est enim *canis, felis, simia, animal sociale, non risibile;* Tale animal est etiam Misenus: Quid igitur superest? Quid? nisi illud, ut sicut ille olim immisso in scholam Platonis (si me non fallit memoria) deplumato gallo, clamabat; *en hominem Platonicum*: eò quòd definivisset hominem esse *animal bipes, implume*; ita discipuli tui *canem, felem*, aut *simiam* in auditorium tuum immittant, cum hoc elogio: *En hominem Misenicum.*

Re-

A Rectiùs fecisses, si vetere illa definirione servata, vocâsses te *animal biper, implume:* sed maluisti esse animal quadrupes, quàm bipes, & quidem tam rude & stolidum, quod nesciret τὸ γελαςικὸν, hoc est, *risibile*, seu *facultatem ridendi* esse proprietatem homiois maximè propriam, quippe quæ ex essentia ejus, quà talis, profluat; *omnique soli*, & *semper* competat. Qua si cares; aut homo non es; aut anomalus & heteroclitus homo es, exceptus à communi regula. Sed qua potentia? Certè non humana. De divina, vix credemus: nec tu ipse credes; si tenes Calvinianæ philosophiæ priocipium, quod asserit, proprietates *essentiales* (ita appellant) esse à subjecto simpliciter iosеparabiles, etiam divioa potestate; & hujusmodi *separationem* nibil aliud esse, quàm rei ipsius *interemptionem*. Ex quo sequitur, secundùm Philosophiæ & Theologiæ tuæ axiomata, te ooo esse hominem, si, ùt ais, facultate ridendi destitueris.

B Fortè dices: te esse animal ἀγελαςικὸν, *non risibile*, non ob defectum potentiæ rideodi; sed quia *actu* nunquam rideas: Salvere igitur te oovum Crassum ἀγέλαςον jubeo; moneóque, ut ad cætera tua cognomenta hoc etiam adjicias, ut eorum catalogus longitudine longè superet longissima quædam vocabula, cùm ab aliis, tum à Plauto conficta. Quid enim ad laudem majestatémque aptius, quàm hæc nominum series? *Christianus, Simo, Lithus, Stentus, Misenus, Lomacensis, Crassus Calvinista, animal non risibile, sociale.* Si ideò ἀγελαςικὸς es, quia ounquam rides, idem tibi evenisse video, quod olim Parmeoisco Metapontino, qui, ùt scribit Athenæus, cùm io aotrum Tro- C phooii descendisset, reversus postea nunquam ridere potuit. Nom & tu in antro Trophonii similem jacturam fecisti? Cæterùm tantum abest, ut propterea te appellâris ἀγελαςικὸν, quia nunquam rideas; ut fama ferat, te etiam iosignem γελωτοποιὸν, hoc est, *risus concitandi & excutiendi artificem* esse, & ùt veteri verbo absque *Cerere* & *Baccho* Venus frigere; ita *Ceres* & *Bacchus* ipse, absente Miseno, Heidelbergæ frigere dicitur; calere autem, imò & fervere, eodem præsente; adeò ut Xeoophonteus ille γελω- D τοποιός Philippus. Mandrogeoes item & Straton Atticus de parta gloria periclitentur, propter excellentiam hujus novi Hilarœdi, qui vel ipsi Aoacharsi ilia risu distendat; quem feruot introductis in convivium risus cieodi ingeniosissimis magistris, non risisse: risisse autem adducto *simio*; ejúsque hanc ratiooem reddidisse; quòd *simius natura sit ridiculus*; homo affectatione & institutione. Cùm igitur Simo noster ejusdem sit speciei cum Simio, ùt suprà ex definitione tradita ostendimus; oaturalem γελωτοποιὸν cum esse oportet, & eò magis naturalem, quò longiùs à ratione & ab arte recedit. Hæc de Misenica Miseni definitione E paulò copiosiùs disputare debui, ur lector videat; mibi noo esse negotium cum *rationali* animali; sed cum *irrationali:* quia si Misenus *animal rationale* esset, minimè dixisset; se esse aoimal ἀγελαςικὸν, *non risibile*. Nunc ad examen ipsius Miseoicæ Apologiæ accedamus; hócque περιπατῶν ὀ τῆς σοφίας, ἀλλὰ μωρίας ἄγαλμα; *ambulantem hanc non sapientiæ*, ùt de Socrate Athenienses prædicabant, *sed stultitiæ statuam*, passibus æquis subsequamur.

Athen. libro 14.

CAPUT IV.

Defenduntur miracula à B. P. Ignatio edita.

TExueram sub finem Apologiæ meæ Catalogum miraculorum, quæ divioa F bonitas per B. P. N. patrare digoata est. Misenus calumniandi avidus exspectare nequiit, donec cursu scriptioois ad illum libri mei locum deveniret. Itaque aotevertit: & io primo refutationis agmine hoc de miraculis Ignatil argumentum collocavit; *Respondebo tibi Gretsere*, ioquit, ὕςερον πρότερον ὁμηρικῶς. Scilicet nihil aliud exspectabam ab homine præpostero, ὑςεροπρώτῳ & inverso, oisi præposteram, inversámque scribendi rationem: & quidem *Homericam*, hoc est, fabulosam, & mendacem. Convenieoter agis, ὑςεροπρότερος es; & nisi talis esses, ordinatè scriberes, sentires & judicares, ídque quod prius est, nempe verum, prius duceres, & id, quod posterius est; videlicet falsum, posterius duceres. Nunc falsum priores apud te tenet sedes; verum, nullas. Quocirca io aoimum inducere non potes, ut miraculis Igoatii fidem habeas, nec tamen suppetit, quo refutes. Quid enim aliud affers, præter scurriles & Lucianicas sanoas, irrisionésque à Celso, Fausto, & Apiooe fratribus tuis acceptas & emendicatas? quibus tu, tanquam festivus Peniculus aut Artotrogus, συμπότας tuos sæpius exbilaras, vinúmque oon modò *bibendo*, sed & salsa & falsa narrando *bonum facis*, quarum illepidus lepor, salésque iosulsi, ut ad plures manarent, chartis nimirum iotexendæ erant; quasi non satis scurrilium chartarum omnes librariæ officinæ & bibliothecæ continerent.

G Cæterùm, ut isti tui ludi tuis sodalibus arrideant, aoimósque hilaritate diffuodaot; alii tameo, quibus gravitas & veritas cordi, illos tibi Euripidis versus accinent: *Hominum multi risus gratia festivos sales, & jocosos meditantur: Ego verò captantes risum odi; qui in viros sapientes effreni ore debacchantur, & ne quidem inter viros censentur.*

H Quòd si quis causam quærat, cur hæretici, & in his Misenus, miracula adeò aver-

A sentur, duæ in præsenti occurrunt. Prima, quia sunt capitales Ecclesiæ Catholicæ hostes; quo fit, ut miraculorum gloriam ei invideant. *Si miracula non recipiunt, hostes Ecclesia se declarant*, inquit Guitmundus de Berengarianis, Calvinianorum majoribus: *Ecclesia enim miraculis quàm maximè & propagata est & adulta. Quid denique est aliud miracula cassare, nisi Ecclesiam, quantum in se est, auferre. Quapropter Ecclesiæ hostes sese, & non filios adstruunt, si ejus miracula accipere nolunt.* Hæc verè Auctor ille.

Guitmun. lib. 3. cont. Bereng.

B Secunda, quia Sectarii miraculis adeò carent, ut, quod jam dudum Erasmus scripsit, ne claudum quidem canem hactenus sanare potuerint. Qua ergo gratia se penirus destitutos animadvertunt, eadem orthodoxos itidem carere clamitant. Quare quidquid hujus generis vel ex antiqua vel recentiore memoria depromatur; è vestigio aures avertunt; *nugásque* & *fabulas* nugatores & fabulatores maximi ingeminant; *& libros, in quibus ea leguntur, apocryphos asserunt*, inquit Guitmundus, *ô iniqua licentia! Quos Ecclesia Dei in ædificationem sui per totum orbem tantis temporibus, sub tantis Doctoribus legit, & legendos tradidit, hos pauculi* (Calvinistæ) *minùs docti & animales, nullo rationis intuitu, nisi tantùm, quia non placent eis, apocryphos dicunt. Et quia paganorum libenter historias amplectuntur, Christianorum historias, quas totus amplectitur mundus, cassare laborant, &c. Gesta sanctorum Patrum proprio ore dilacerant, nec ea, quæ de his scripta sunt vel dicuntur, diligunt, qui se in credendo similes non novère. Sed quid mirum, si patrum historias Berengarius* (Calvinus, Misenus) *& sui despiciunt, qui Evangelio etiam contradicunt, dicentes, nullatenus debere credi, quod ibi legitur, intrâsse ad discipulos Dominum JESUM januis clausis.* Quo quid hodie apud Calvinistas vulgatius?

Guitmun. loco cit.

C Rectè autem dicit Guitmundus, istos libenter amplecti paganorum historias, non enim dubito, Misenum longè promptiùs assentiri, cùm Ethnici de Ethnico aliquid miraculo simile narrant; quàm quando verum miraculum Ecclesiasticorum Scriptorum quispiam commemorat. Scribit Eunapius, Porphyrium in Sicilia gravissimè ægrotantem solo Plotini adventu & alloquio à mortis limine revocatum esse. Scribit idem, Porphyrium nescio ex quo loco Dæmonem fugâsse; & Ædesium Diis supplicantem sæpius à terra elevatum, inque sublime evectum, & mirifico splendore illustratum D esse; ídque non semel discipulos & familiares vidisse. Hæc & plura talia cùm Misenus in Eunapio, aut alio hujus classis scriptore legit; pleno & prono assensu assentitur: at cùm hujusmodi quiddam occurrit in Ecclesiasticis Annalibus, aut in veterum Patrum monumentis, frontem corrugat; vultum avertit. si causam quæras; præstò est responsum: *nam ex isthoc loco spurcatur nasum odore illutibili. Apocryphum, Apocryphum* intonat: quasi Apocryphum aut sit aut fiat, quidquid ad *Apocryphi* Miseni palatum non facit; & ideo tantùm, quia ad ejus palatum non facit. E

F Non petimus, ut quibusvis indiscriminatim habeatur fides. Scimus quædam parùm sincerè prodita. Credat, non his, sed aliis, quæ probatissimis anctoribus confirmata, ad nos usque fidelissima testificatione pervenerunt. Credat illis, quibus non credendi alia non suppetit causa, nisi mens incredula, & malè feriata phantasia. Si nulla in Ecclesia eduntur miracula; quorsum ergo illa Christi seu assertio seu promissio? *Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet.* Quæ cùm ad singulos Christianos non pertinere luce clariùs liqueat; oportet, ut ad totum Ecclesiæ corpus pertineant; ita ut in hoc corpore semper aliqua naturæ vires exsuperantia efficiantur, quæ cùm in Calvinianæ synagogæ corpore non appareant, meritò inde colligere deberent, si ratiocinari nôssent; se in Christum non credere; alioquin etiam *opera, quæ Christus fecit, facerent, & majora horum facerent;* non quidem quivis in se & per se; sed in toto corpore, vel in aliquibus corporis illius membris.

Joan. 14.

G Quapropter quod olim Christus Judæis incredulis intrepidè dixit; hoc hodie Catholica Ecclesia adversùs Judæorum fratres Calvinistas & Lutheranos non minore fiducia usurpat. *Si non facio opera Patris mei; nolite credere mihi: si autem facio, & mihi non vultis credere: operibus credite, ut cognoscatis & credatis, quia Pater in me est, & ego in Patre.* Item: *Loquor vobis, & non creditis; opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me; sed vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis;* sed ex hœdis Diaboli. Quæ autem sint hæc opera Patris, quæ in Ecclesia fiunt, semperque facta sunt, Christus instruens discipulos Joannis, nobis explicatum dedit. *Euntes renunciate Joanni, quæ audistis & vidistis, cæci vident; claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt; mortui resurgunt, pauperes Evangelizantur.* Hæc, & hujus generis alia, sunt opera Patris, quæ Christus fecit. Hæc itidem sunt, quæ in nomine Patris & Christi fecit, & facit adhuc Ecclesia, per aliqua corporis sui electa membra. Occlamant quidem Calvinistæ cum Judæis. *Dæmonium habet* (Ecclesia) *& insanit, quid eam auditis?* H At alii responsant. *Hæc verba* (& opera) *non sunt Dæmonium habentis. Nunquid Dæmonium potest cæcorum oculos aperire?* Nunquid Dæmonium patrare potest ea, quæ per reliquias beatissimorum Martyrum Gervasii, Protasii, Stephani, & aliorum; itémque per signum sanctæ Crucis, & per invocationem

Joan. 14.

Joan. 10.

Matth. 11.

Joan. 10.

nem Sanctorum patrata scribit S. Augustinus lib. 22. de civitate Dei, cap. 8. Et Evodius Uzalensis Episcopus in libris de miraculis ad Memoriam S. Stephani factis, ut alios innumeros prætercam.

A Quòd si quis ad vestram Ecclesiam, Misene, mitteretur, sciscitatum; *Túne es vera Ecclesia; an aliam inquirimus?* possetisne, obsecro, id responsi dare, quod dedit Christus discipulis Joannis, quódque nostra Ecclesia cuivis interroganti verissimè dare potest? profectò etsi frons vobis attrita; attamen tam trita non est, ut id audeatis; nimis enim manifestum est, vos id non posse. Aut ergo nullum dabitis; aut hoc vel simile dabitis. Ite, renunciate his, qui vos miserunt, quæ vidistis & audistis. *Videntes ex-*
B *cæcantur, ex ambulantibus fiunt claudi, ex mundis fiunt leprosi: audientes, obsurdescunt: vivi, moriuntur;* pauperes *Calvinizantur*, hoc est, seducuntur & decipiuntur. Aut si hoc responsum nimis est planum & apertum; dabitis paulò tectius in hunc modum. Euntes renunciate, quæ vidistis & audistis; In Calvini Ecclesia cœci manent cœci, claudi manent claudi, surdi manent surdi, leprosi manent leprosi, mortui manent mortui; pauperes inopésque Evangelii, salutiferæque doctrinæ, manent egentissimi, nec *una ramenta* fortunatiores fiunt.

C Fortè dices: Miracula illa, quæ S. Augustinus & Evodius scribunt facta per Reliquias Martyrum, facta esse in vestra Ecclesia. At hoc primùm creditu difficile est; quia cùm Vigilantiana & Calviniana Ecclesia sint una & eadem; miracula autem illa non sint facta in illa Ecclesia, in qua erat Vigilantius, sed in illa, à qua tanquam hæreticus exterminatus fuerat; nemini, nisi rerum omnium ignaro, persuadebitis, miracula illa ad vestram Ecclesiam pertinere, maximè cùm Reliquias, Basilicas, & Altaria Martyribus consecrata funditus abolere & demoliri soleatis. Quæso, ubi cùm alia, tum templum S. Stephani olim in monte *Abrinsbergo?* (qui tibi quotidie in oculis) Nimirum *pulvere pyrio*, ait ille, *totum disjectum & confusum, in id tantùm superest, ut fidem historiæ dictisque nostris* (rectiùs hæreticæ pravitatis & impietatis) *cadavere ruinisque suis facere possit.*

D Præterea; si miracula quondam patrata, nominatim illa, quæ de S. Stephano referunt Augustinus & Evodius, in vestra Ecclesia facta sunt; qui fit, quòd fons ille miraculorum in vestra Ecclesia adeò exaruit, adeò, inquam, ut, quod suprà ex Erasmo dicebam, ne *claudum quidem canem* sanare hactenus potueritis. Dicetis, vobis non esse opus miraculis. At ut vobis opus non esset vestri commodi gratia; vobis tamen opus esset nostræ salutis causâ; si enim in vestra Ecclesia videremus, quæ in nostra videmus; magnum certè calcar nobis adderetur relinquendi nostram & amplectendi vestram.

Adhæc multa Deus Ecclesiæ suæ largiri solet, quibus absoluta necessitate opus non habet: habet tamen opus ad ornatum, solaménque fidelium. Cur igitur hoc ornamento & hac consolatione Ecclesiam vestram Deus privat? & quidem tam evidenter, ut ipsimet id diffiteri nequeatis. Quot extant libri de vitis rebúsque gestis hæresiarcharum, & hæreticorum Calvini, Lutheri, Melanchthonis, Pseudomartyris Junii, & talium sexcentorum. Nihil miraculi in illis apparet; nisi quod apparet in vita Arii, Eunomii, Nestorii, Eutychis, Severi, & aliorum. Decantavit nuper Misenus ipse trinis orationibus funebribus laudes Tossani, Melissi, & Peuceri, quorum prior Minister, Tertius si non Martyr, certè Confessor Calvinianus fuit. Etsi Misenus eum numero Martyrum adscribit: sed eorum, qui *sicca morte* descenderunt *ad generum Cereris*. Exspectabam pro majore commendatione sanctitatis, qua tam eximii viri floruerunt, aliquid vel ante vel post funera, quod miraculum oleret. Nihil attulit Misenus; imò ne mentiar, attulit; sed unum duntaxat; nec suis, sed alienis verbis; nec miraculum vocat; sed omen sive præsagium Peucerianæ mortis. Lubet audire. Narra Lithe.

G *Horologium, quod habuit* (Peucerus) *de illorum genere, quæ automata appellantur, eo ipso momento, quo vir sanctissimus vivere in his terris desiit, finitum ære edidit, cùm toto biennio immotum & ἄφωνον, hoc est, insonum, ut cum Apuleio loquar, quievisset, ac biduo ante ipsius obitum à conjuge custodiæ causâ in cista esset depositum; atque cum ictu malleoli ultimo, hoc est, undecimo, animam ille exhalavit, magna cum admiratione astantium, quibus de horologio illo nihil erat exploratum.* Hæc Misenus ex litteris amici cujusdam; quæ, si luberet, scholiis illustrare possem non meis, verùm Misenicis; sed scurrilitatem sibi Misenus habeat; Ego, si, quod refert, verè evenit, hoc portento, Deum nihil aliud significare voluisse dico, quàm illud, quod Angelus in Apocalypsi voce magna & elata olim proclamavit. *Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora judicii ejus* (Peuceri) *& adorate eum, qui fecit cœlum & terram, &c.* Apocal. 14.
Item illud quod alius Angelus subjunxit.
H *Cecidit, cecidit Babylon illa magna,* (Peucerus) *quæ à vino fornicationis suæ* (Calvinianæ) *potavit omnes gentes;* (totam propemodum Saxoniam) Illud insuper factum, & hoc sonitu indicatum arbitror, quod in eodem capite legimus. *Et alius Angelus exivit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem. Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora, ut metatur, quia aruit messis terræ: Et misit, qui sedebat super nubem, falcem suam in terram, & demessa est terra,* (Peuceriana) *& missa in lacum iræ Dei magnum.*

A Nôsti, nisi fallor, Misene, patremfamilias illum circa undecimam quoque horam exiisse, & operarios in vineam suam conduxisse. Quid si hac undecima & ultima hora vocavit itidem Peucerum, per internos instinctus, ut vel jam tandem desineret stare *otiosus in foro* (Calviniano) séque ad colendam vineam Domini, non ad devastandam accingeret. Utinam vocanti vel hac postrema hora morem gessisset. Redeo in viam.

Matth. 20.

B Qui, quæ hactenus diximus, accuratiùs perpendere volet; is non mirabitur, Misenum miraculis ab Ignatio patratis nullam habere fidem. Calvinianus est. Non potest aliter, nisi se & suam synagogam manifestè condemnare velit. Atqui novit, in Ecclesia Catholica perpetuò exstitisse, qui mortuis vitam redderent, cœcis visum, auditum surdis, gressum claudis, sanitatem ægris; ei nequaquam incredibile accidet, si quid simile de Ignatio, aut alio viro sancto, qui nostra memoria vixerit, à fide dignis scriptoribus referatur; cùm certum sit, hoc etiam miraculorum patrandorum ornamento vestem sponsæ Christi à sponso decoratam & variatam esse. Id quod nec ipsum S. Augustinum fugit, qui cùm alicubi hæc scripsisset: *Nec miracula ista in nostra tempora durare permissa sunt, ne anima semper visibilia quæreret, &c.* videns verba hæc aliter sc volebat, accipi posse; hæc in Retractationibus scripsit. *Non sic accipiendum est, quod dixi, ut nunc in Christi nomine fieri miracula nulla credantur. Nam ego ipse, quando istum ipsum librum scripsi, ad Mediolanensium corpora Martyrum, in eadem civitate, cæcum illuminatum fuisse, jam noveram, & alia nonnulla, qualia tam multa etiam istis temporibus fiunt, ut nec omnia cognoscere, nec ea, quæ cognoscimus, enumerare possimus.* Idem restatur alibi S. Augustinus, præsertim lib. 22. de civitate Dei, cap. 8.

S. August. lib. de vera Religione.

S. August. lib. 1. Retract. cap. 13.

C Prædictis duabus causis, cur Hæretici, præsertim Calvinisni, adeò dura sint cervice; ut quidvis potiùs, quàm miraculorum effectionem credant; addi potest hæc tertia; quia sunt Judæorum, gentis pertinacissimæ, & pervicacissimæ, stolones ac surculi. Ut igitur alia vitia, ita & hanc nulli miraculo fidem habendi contumaciam à majoribus suis Judæis traxerunt, & quasi hæreditate acceperunt, filii nequaquam degeneres, & atavis ne uno quidem pilo meliores. Quid evidentius erat miraculis Christi Redemptoris nostri, illo præsertim, quod patravit in illo, qui à primo ortu cœcus fuerat? ut unum ex plurimis nominem.

Joan. 9.

D Et tamen quid non excogitârunt, ut miraculum ipsa meridiana luce lucidius eluderent? Principio, non deerant, qui negarent; eum, cui visum donatum videbant, esse mendicum, quem priùs noverant. *Alii dicebant*, inquit Evangelista, *quia hic est. Alii autem, nequaquam, sed similis est ei. Ille verò dicebat: quia ego sum.* Nam quis esset vel fuisset, nemo meliùs, quàm ipse scire poterat. Cui cùm meritissimò assentiri deberent; proferunt suum illud *Quomodo*, duriciei & incredulitatis luculentum testimonium. *Quomodo aperti sunt tibi oculi?* Exposuit ille; num fidem fecit? Loco assensus aliam quæstionem ad rem minimè necessariam proponunt; quia *dixerunt ei, ubi est ille?* Quasi verò ad propositum quidquam fecerit, ut scirent, ubi tum JESUS, miraculi hujus effector, versaretur. Diverticula hæc erant, & lapidei pectoris strophæ. Necdum finis. *Adducunt eum, qui cæcus fuerat, ad Pharisæos. Quid isti? Interrogabant eum, quomodo vidisset.* Narravit denuò. Num assensi sunt? Nihil minùs. Calumniati sunt. *Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit.* Fuerat enim *sabbatum, quando lutum fecit JESUS, & aperuit oculos ejus.* E

F Necdum percontari cessant. *Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos?* Quasi verò hoc quidquam ad propositum fecerit. Explicavit ille suam de Christo sententiam. Num mentem in melius retulêre? subdit Evangelista. *Non crediderunt ergo Judæi de illo, quia cæcus fuisset & vidisset.* Oculis suis maluerunt fidem abrogare, quàm miraculo tam illustri fidem commodare. Vocant igitur parentes. En novam obstinatissimorum tergiversationem. Quid ad illos? *Hic est filius vester, quem vos dicitis, quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt?* Rursus adest illud, *Quomodo*, Judaicæ perfidiæ symbolum. Responderunt parentes, quæ pro loco & tempore videbantur respondenda: Sed surdis auribus. Iterum ergo aggrediuntur eum, qui fuerat cœcus; & quidem verbis dolo plenis. *Da gloriam Deo; nos scimus, quia hic homo peccator est.* Ecce quanti majestatis & gloriæ divinæ vindices. Respondit ille, quæ debebat, non quæ volebant. Nec acquiescunt. Rursus cum suo *quomodo* advolant. Quid fecit tibi? *Quomodo aperuit tibi oculos?* Ille tœdio ob toties iteratam interrogationem, & toties frustra datam responsionem affectus, cùm quiddam perfidis injucundius regessisset, in furiam versi, *maledixerunt ei.* At cùm maledictis nihil absterritus miraculum sonora voce prædicare pergeret; atrocibus verbis increpitum *ejecerunt foras.* Et hæc tandem totius actionis, omniúmque Judaicarum strophαrum catastrophe fuit. G

H Ubi profectò hæretici, præsertim Calviniani, moris & genii illustrissimam insignem cernimus. Quid enim usitatius apud eos, quàm illud *Quomodo? Quomodo hoc fieri potuit? Quomodo Ignatius Dæmones expellere, cæcos illuminare; surdis auditum restituere potuit? Nos scimus, quia Papistæ sunt idololatræ; quomodo ergo ulla miracula vel per illos, vel apud illos*

A *illos patrarentur? Nugæ, fabulæ, sive Gregorius, sive Paulinus, sive Baronius, sive Bellarminus, sive Ribadeneira talia commemorent.* In Miseni animo & Calvinistarum Museo nihil aliud efficitur, quàm quod Evangelista ait: *Non crediderunt ergo Judæi* (Calvinistæ) *de illo, quia cæcus fuisset.* Quòd si quis instet, veritatémque argumentis evincere nitatur; séque, aut S. Gregorii Magni, aut S. Paulini, aut S. Augustini, aut S. Dominici, aut S. Francisci, aut S. Benedicti, aut sancti Patris nostri Ignatii discipulum profiteatur; ipsi expeditè clamant. *Tu discipulus illius sis: nos autem* (Calvini) *discipuli sumus. Nos scimus, quia* (Calvino) *locutus est Deus, hunc autem nescimus, unde sit.* Si quis rursus errantes & delirantes meliora edocere velit, statim vociferantur: *In peccatis natus es totus, & tu doces nos?* Móxque majores suos imitati, adjungunt illam coronidem: *Et ejecerunt eum foras.*

B Quamvis, si quis rem paulò penitius introspicere velit, fateri quodammodo cogamur, Judæos, hæreticis nostris hac in re fuisse paulò modestiores & æquiores. Nam cùm initio statim quæstio extitisset; num, quem Christus sanaverat, esset mendicus ille vulgo notus, saltem aliqui reperti sunt, qui affirmarent, esse eundem. Quærebant enim; *nónne hic est, qui sedebat & mendicabat? Alii dicebant: quia hic est.* Rursus re ad Pharisæos delata, *schisma* inter eos de Christo & dissensio exorta est. Aliis dicentibus: *non est hic homo à Deo:* aliis contrà ajentibus: *Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?* At Hæretici nostri, etsi alioqui penitus discordes, in rejiciendis Catholicæ Ecclesiæ miraculis bellissimè concordant; & in hoc uno à majoribus suis desciscunt; quibus proinde illud præclari vatis jure accinas, etsi unica mutatum litterula: *Damnosa quid non imminuit dies? ætas parentum pejor avis tulit vos nequiores, mox daturos progeniem vitiosiorem.*

CAPUT V.

Examinatur professio Calvinianæ fidei, quam Misenus facit.

C DE numero librorum Canonicorum diu tecum non contendam. Habes Cardinalem Bellarminum, & alios, qui argumentum hoc copiosissimè & doctissimè tractârunt & explicârunt. *Quibus veritatem non persuaserunt libri tanta Dei gratia & sapientia, ac summo etiam Philosophiæ & aliarum disciplinarum studio scripti & editi,* inquit Leontius Byzantinus, *quomodo hic meus exilis sermo ex tenuitate tum mentis, tum linguæ profectus persuadere poterit?*

Leontius præfat. lib. contra Nestor.

D Calvinianam duritiem pulchrè depinxit jam olim Simeon, quem Græci novum Theologum appellant. *Qui existimat se aliquid scire, cùm nihil sciat, etiamsi Angelum de cælo ad se descendentem viderit, ùt malum dæmonem, aversatur: & quamvis Apostolum, quamvis Prophetam Dei, etiam ipsum, ùt alium quendam Simonem Magum abominatur, & quod extremæ stoliditatis est, cæcus videntem, ùt cæcum reputat: quique ipse revera nugator est, ejus verba pro nugis habet. Et quomodo cæcus, si qui noctu sæpius affirment solem lucere, fidem eis adjungit, & rursum in meridie lucem esse dicentibus non credit, suspicans se ab utrìque decipi; & sive lucem in die, sive tenebras in nocte sibi prædicantes ambiguus rejicit: ita qui in tenebris perturbationum animi sedent, sensúmque ignorantia occæcatum habent, vel potiùs, qui sensum Christi non habent, ipsius sensum habentem, velut ejus expertem & non habentem, velut ejus compotem reputant.* Hic Calvinianæ sectæ mos est & genius. E

Sim. orat. 27.

F At quòd Patres oppon(is) Patribus, idem facis quod olim Eutychiani. Verùm quod his respondit Leontius Byzantinus, idem tibi responsum volo. *Conari Theologos ad contradictionem adducere, & dicere à seipsis dissentire, hic conatus susceptus, & hoc negotium non est contra nos, sed contra illorum gloriam, imò verò contra Paulum, & adhuc contra Spiritus sancti authoritatem, & Christum, qui in Paulo loquebatur; post enim Apostolos & Prophetas posuit Deus Doctores in Ecclesia secundùm providentiam Spiritus sancti incomprehensam in opus ministerii, ad ædificationem corporis Christi.* Non immoror tuis oppositionibus. Dissolvit omnes nodos Bellarminus. Nec tu novos nectis; nisi fortè non novus modus,

Leont. lib. I. contra Nestor. & Eutych.

G sed nova imperitia censeri debet, quod ais, *in Catalogo Gelasii excludi à libris Canonicis librum secundum Machabæorum.* Ubi verò exclusit Gelasius librum secundum? An ubi dixit? *Liber Machabæorum unus.* Sed si his verbis exclusit librum secundum Machabæorum, sequitur eum itidem exclusisse librum secundum Esdræ; quia simili loquendi genere dixit. *Esdræ liber unus.* Si ergo hic librum secundum comprehendit sub primo: ergo & ibi. Quod & inde liquet; quia in Decreto Gelasii; ùt apud Gratianum recitatur Can. *Sancta Romana.* d. 15. hæc leguntur verba, ubi agitur de libris Canonicis in Ecclesia legi solitis. *In Dominica prima mensis Octobris ponunt librum Machabæorum usque in Calendas Novembris.* Et quamvis Ivo idem Decretum recitans expressè habeat, *libros,* tamen libri nomine utrumque librum Machabæorum significatum esse, inde patet; quia tempore illo, quod in *Decreto* nominatur, non legitur tantùm in Ecclesia liber primus Machabæorum, sed & secundus. Quod ut harum rerum ignarus Misenus nesciat, id tamen ex Ritualibus libris discere promptum est; si quid tamen nolenti promptum esse potest.

H Syllogismus, quem post hæc fabricas, meus non est, sed tuus. *Hæretici utuntur frequenter sacris Scripturis: Calvinistæ utuntur sacris*

A *ſacris Scripturis: ergo Calviniſtæ ſunt hæretici.* Quare non meam, ſed tuam inſcitiam his verbis caſtigas. *Vitium formæ vel pueris patet*, inquit Miſenus, *cùm concludatur affirmativè in ſecunda figura.* At cùm puerilem culpam admiſeris, non eſt, quòd puerilem pœnam depreceris, etſi jam puer canus, & Auguſti Climacterem ſupergreſſus. Meum argumentum ſi in formam redigatur, hujusmodi eſt. Qui ſcripturas ἰδίᾳ ἐπιλύσει, hoc eſt, ex proprio ſuo cerebro & ſpiritu citant & interpretantur, illi ſunt hæretici; Calviniſtæ ſcripturas ἰδίᾳ ἐπιλύσει, hoc eſt, ex proprio ſuo cerebro & ſpiritu citant & interpretantur: ergo Calviniſtæ ſunt hæretici. Hunc ſyllogiſmum inſpice, & num B in ſecunda figura *affirmativè* concludat, diſpice, cujus Major certa eſt, quippe S. Petri auctoritate nixa. Minor evidenti experientia conſtat: neque enim alio ſpiritu citant & interpretantur Calviniſtæ ſcripturas, quàm alii olim hæretici; ſed alii hæretici non alio ſpiritu citârunt & interpretati ſunt ſcripturas, quàm ſuo. Quæ ſcripturas interpretandi ratio omnium errorum fons & ſcaturigo. Præclarè enim Vigilius Martyr. *Origo cunctarum impietatum hæc eſt; dum cæleſtium dictorum virtus, vitio malæ intelligentiæ temerata, non ſecundùm qualitatem ſui ſenſus perpenditur, ſed in alias res pro arbitrio legentis, ſecus, quàm veri ratio poſtulat, derivatur.*

Vigil. lib. 2. contra Eutychen.

C Profeſſio fidei, quam hic opportunè edis, magnam tibi apud me conciliavit auctoritatem. Neſciebam antea, quid crederes; nunc, te docente, intelligo, te nihil credere præter Symbolum Apoſtolorum; orationem Dominicam & Decalogum. De ſymbolo non laboro. Et ſi quid laborandum erit, id laboris jam jam exhaurietur. Decalogum ſi tantùm credis, & non obſervas; quem fructum pariet tibi tua credulitas? Idem de oratione Dominica dico, ſi credere contentus eandem toties recitas, quoties annus Methonis redit.

D *Ais, eſſe quatuor fundamenta, ſuper quibus doctrina Catholicæ Eccleſiæ extructa fuit omnibus ſeculis, & adhuc extruitur.* Pande, obſecro, hæc quatuor fundamenta, facies id propitiis noſtris auribus. Hactenus Calviniani & Lutherani perpetuò clamabant, unicum duntaxat eſſe fundamentum, ſupra quod Chriſtiana Religio exædificata ſit; nempe ſacram Scripturam. Tu novus architectus pro uno fundamento quatuor ponis: *Symbolum Apoſtolorum: Orationem Dominicam, Decalogum, & cœnam.* Poteras addere quintum; prandium, vel merendam; vel jentaculum. *Primum*, inquis, *fundamentum eſt Symbolum Apoſtolorum, quam regulam fidei appellare poſſumus, continentem omnia religionis dogmata, quæ neceſſariò credenda ſunt.* Hic ſiſte gradum Miſene. Occurrunt aliquot ſcrupuli, quos mihi ope tua exemptos cupio. E Primus eſt, quomodo Symbolum Apoſtolicum ſit primum Chriſtianæ religionis fundamentum, ſi, ùt Miniſtri & Prædicantes tui clamant, Scriptura ſacra fidei Chriſtianæ unicum eſt fundamentum? Secundus eſt; unde tibi conſtet, hoc ſymbolum eſſe Symbolum Apoſtolicum? Ex ſcriptura certè hoc tibi compertum non eſt. Ubi enim ſcriptum in ſcriptura, hoc ſymbolum eſſe Apoſtolicum? cùm autem extra ſcripturam nihil credas, ſi principiis ſectæ tuæ convenienter credere cogitas, non video, qua ratione hoc Symbolum Apoſtolorum eſſe credas, cùm id in ſcriptura nusquam extet. Nam ſi id ideo Apoſtolorum Symbolum dicas, quòd cum Apoſtolicis ſcriptis conſentiat, tunc & Symbolum Nicænum & Athanaſianum Apoſtolicum Symbolum erit; quia cum Apoſtolica doctrina concinit; quod, ùt opinor, non inficiaberis, niſi in ore Calviniſtam, & in tacito ſinu Trinitarium circumferas.

F Tertius ſcrupulus eſt; ſi Symbolum Apoſtolicum continet omnia dogmata, quæ neceſſariò credenda ſunt: ergo Evangelium S. Matthæi eſſe Canonicum, non erit neceſſariò credendum; quia non continetur in Symbolo Apoſtolico. Nec neceſſariò credendum erit, Chriſtum à Magis fuiſſe adoratum, à parentibus in Ægyptum, vitandi Herodiani furoris gratia, tranſportatum; & centena talia neceſſariò credenda non erunt, quia non continentur in ſymbolo. Multò minùs neceſſariò credendum erit Calviniſtis, Chriſtum ſubſtantialiter non eſſe præſentem in Euchariſtia; quia hoc nuſquam in ſymbolo continetur; & tamen omnia creditu neceſſaria continentur in ſymbolo, ſi vera canit Miſenus. Hoc autem in Calviniſtica ſynagoga adeò creditu eſt neceſſarium, ut, ſi quis crederet, Chriſtum realiter eſſe in Euchariſtia, is hoc ipſo Calviniſta non foret.

G Cæterùm ut appareat, Miſenum non modò egregium calumniatorem, ſed & inſignem argumentatorem eſſe; en acutiſſima, & planè Lithina argumenta. I. *Pontificem Romanum eſſe Vicarium Chriſti, & caput Eccleſiæ Catholicæ, non continetur in Symbolo Apoſtolico: ergo non eſt neceſſariò credendum*, probatur conſequentia. *Quia quidquid neceſſariò credendum eſt, id continetur in Symbolo Apoſtolico.* II. *Eſſe purgatorium non continetur in ſymbolo, ſequitur ergo quod antea.* III. *Imagines collocari in templis & adorari, Sanctóſque invocari debere, non extat in ſymbolo: ergo non eſt neceſſarium creditu.* IV. *Miſſam eſſe ſacrificium propitiatorium pro vivis & defunctis, panem item & vinum tranſubſtantiari in corpus & ſanguinem Chriſti, non traditur in ſymbolo: ergo, &c.*

H Hæc deliramenta potiùs, quàm argumenta diſſolvere proclive eſt oppoſitu non delira-

A ramentorum; sed veracium argumentorum. Nam primò, *Pontificem Romanum non esse Vicarium Christi, & caput Ecclesiæ Romanæ, non continetur in symbolo: ergo non est necessariò credendum à Calvinistis.* Probatur consequentia. *Quia omnia religionis dogmata, quæ necessariò credenda sunt, continentur in Symbolo Apostolico.* Mutet ergo Misenus fidem seu persuasionem suam, & quia hactenus firmissimè, tanquam dogma & fundamentum sectæ suæ, credidit Pontificem Romanum non esse Vicarium Christi; nec Catholicæ Ecclesiæ caput, jam tandem fidem hanc mutet; & negativum falsúmque assensum ex animo suo exturbet; quia non continetur dogma illud in Symbolo Apostolico. II. *Nullum purgatorium esse, imagines non esse collocandas in templis, neque venerandas: Sanctos item non esse invocandos, non extat in Symbolo Apostolico, ergo non est tanquam dogma religionis à Calvinianis credendum.* III. *Missam non esse sacrificium propitiatorium pro vivis & defunctis, panem & vinum non transsubstantiari in corpus & sanguinem Christi, non continetur in Symbolo Apostolico: non debet ergo à Calvinistis tanquam dogma religionis credi.*

B Ut arrident tibi istæ consecutiones, ex illis, quæ tu seu disputas seu delitas, exstructæ? Si dicas; hæc, quæ creditis, *implicitè* contineri in Symbolo; primùm, dictis tuis non dices consentanea; quia tu ea tantùm necessariò credenda esse affirmare videris, quæ expresse extant in symbolo. Deinde dicam & ego verè, quod tu non nisi falsò; nostra, quæ insectaris, implicitè contineri in symbolo: maximè sub illo articulo: *Sanctam Ecclesiam Catholicam:* Cujus sensus est, omne illud necessariò credendum esse, quod fidelibus, tanquam dogma fidei, ab Ecclesia Catholica proponitur; sive id alioquin ex scriptura perspicuè colligatur; sive ex traditione.

C At quòd ais: *dogma de Transsubstantiatione evertere illum symboli articulum: Conceptus de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine;* facilè video, quò tendas. Nimirum, quia Christus in Eucharistia *circumscriptivè* in loco non existit, *ideo fieri non potest,* ex Calvini institutione, *ut ibi existat; quia circumscriptio est οὐσιῶδες ἰδίωμα, essentialis proprietas quantitatis, quantitas autem corporis, imò quantitas est de essentia corporis,* inquit Misenus. Qua in

D doctrina tot sunt fermè peccata Philosophica & Theologica, quot verba. Nam primò quid sibi vult illud, *essentialis proprietas?* An ulla rei proprietas rei *essentialis* est? Omnis proprietas vel re vel ratione extra essentiam est. Quòd si proprietates ideo nominarent *essentiales*, quia comitantur *essentias*, & ex illis tanquam ex fonte emanant, posset modus loquendi, tametsi philosophiæ & rectæ rationi parùm congruus, utcunque tolerari, sed non hoc tantùm volunt isti; sed aliquid amplius, nempe, proprietates in ipsius es- E sentiæ ambitu contineri æquè ac differentias, quas, quia intra septa, ut sic loquar, essentiæ comprehenduntur, *essentiales* appellare solemus: hoc enim significat Misenus, cùm per summam ignorantiam dicit; *quantitatem esse de essentia corporis.*

Qua sua imperitia non modò inducunt F isti in Ecclesiam rudem indigestámque molem dogmatum, sed & in Logicam & Metaphysicam Categoriarum propemodum omnium confusionem; nam si *quantitas est de essentia corporis:* sedem ergo habebit cum corpore in *prædicamento* substantiæ; nec proprium *prædicamentum* constituet; quia *essentialis* pars alicujus totius in eadem Categoria collocatur, in qua totum; & ex parte *essentiali* nullum unquam proprium & distinctum *prædicamentum* conficitur. Ita fit, ut Calviniana inscitia impetum faciat non tantùm in Christianam, sed & in doctrinam philosophicam, & in id, quod lumine naturali cunctis lucet, qui intellectum supra phantasiam nonnihil evehere nôrunt.

Præterea, si quantitas est de essentia cor- G poris, non poterit corporis essentia sub intelligentiam cadere sine quantitatis notione. Si ergo corpus, quod *prædicamenti* substantiæ species quædam est, substantiæ, summo suo generi proximè subjecta, à Miseno *essentialiter* nunquam concipitur, sine conceptu quantitatis, cogitet eruditus lector, quàm Misenum, suo in cerebro malè constitutum esse oporteat, qui ne corporis quidem absque errore notitiam formare possit. Ad extremum si circumscriptio in loco est de *essentia* quantitatis, tum dicat nobis Misenus, num cœlum supremum sit quantitate præditum, & num sit circumscriptum in loco. Idem quæri potest de quovis alio corpore, si per omnipotentis Dei potestatem in vacuo collocaretur, ut taceam, Misenum eadem peritia, qua prædicamentum *substantiæ & quantitatis permiscet;* permiscere etiam Categoriam *Quantitatis* & *Ubi.*

Instat Misenus. *Christus ascendit in cœlum,* H *& inde venturus est judicare vivos & mortuos. Ergo non est in Eucharistia*, seu, ùt ipse loquitur, *in sacrificulè hostia.* Quod probat auctoritate Vigilii dicentis, *Christum non esse in terra.* Respondeo, consecutionem esse Misenicam, hoc est, vanam & futilem. Nam in cœlo Christus est forma adspectabili; in terris inadspectabili; in terra non est, visibilis scilicet; in cœlo est visibilis: hócque, & nihil aliud voluit Vigilius. Sed idem corpus in duobus locis esse incredibile videtur Litho. Quod ex eodem, quo cætera, ignorantiæ fonte fluit. Quæ enim in hoc contradictio seu *implicatio?* Nam quòd existentiam uno in loco putat corpori esse *essentialem*, id vel inde manifestæ falsitatis arguitur, quòd ne existentia quidem in loco sit corpori essentialis; Ista enim exi-

A stentia est aliquid corporis esseotia posterius: & absque illa consistere valet, ùt liquet in supremo cœlo, quod corpus est, & quidem mole omnium vastissimum, & tamen existentiæ in loco expers est.

B *Pergemus in symbolo*, ait Misenus. *Credimus Ecclesiam Catholicam.* Non credo te credere. Quia si Catholicam Ecclesiam crederes, Cathnlicus utique, non Calvinianus fores, occ vel uoa hora in ea Ecclesia maneres, quam Calvinus Geoevæ architectatus est. Credis, scilicet, sanctam Ecclesiam Catholicam. *Catholicam dicit toto orbe diffusam*, ait S. Augustious, *quia diversorum hæreticorum Ecclesiæ ideo Catholicæ non dicnatur, quia per loca, atque per suas quasque provincias continentur, hæc verò à solis ortu usque ad occasum unius fidei splendore diffunditur. Si vestra est Ecclesia Catholica*, inquit idem sanctus Pater, *ostendite illam per orbem totum radios suos porrigere; ostendite illam per universam terram ramos suos copia ubertatis extendere. Hinc enim & græco vocabulo Catholica nominatur. Quod enim Græcè ὅλον dicitur, latinè totum vel universum interpretatur, per totum ergo sive secundùm totum est καθ᾿ ὅλον, unde Catholica nuncupatur. Si hoc nosti, quare te nôsse dissimulas? Si autem ignoras, quare non priùs quàm loqueris, quod nescis, eos, qui nôrunt, interrogas?* Fortè hic Misenua pro sua de omoibus benè merendi facilitate, Augustinum Græcè loqui docebit; moocbitque oon καθ᾿ ὅλον, sed καθόλȣ seu καθ᾿ ὅλȣ dicendum esse. Quod si faciat, planum faciet, se loqui posse; sapere oon posse.

S. Aug. serm. 131. de temp.

C Quid verò hoc argumenti, quod subjungis? *Ecclesia Catholica non est visibilis; Romana Ecclesia est visibilis: ergo Catholica non est.* Major adeò falsa est, ut enunciatio, quæ ei adversa fronte opponitur, sit verissima; ista nimirum. *Ecclesia Catholica est visibilis. In sole posuit tabernaculum suum, id est, in manifesto*, ioquit S. Augustious. *Tabernaculum ejus caro ejus: tabernaculum ejus, Ecclesia ejus, in sole posita est, non in nocte, sed in die. Quid ampliùs dicturus sum, quàm cæcos, qui tam magnum montem non vident? qui contra lucernam in candelabro positam oculos claudunt?* D *Quando volunt homines videre lunam novam, dicunt, Ecce luna, ecce ubi est: & si sint ibi, qui non valent intendere aciem, & dicant, ubi? Intenditur illis digitus, ut videant. Aliquando dum erubescunt, ne cæci putentur, dicunt se vidisse, quod non viderunt. Nunquid sic ostendimus Ecclesiam fratres mei? Nónne aperta est? Nónne obtinuit omnes gentes? Nónne impletur, quod ante tot annos promissum est Abrahæ, In semine ejus benedicentur omnes geates. Uni fideli promissum est, in millibus fidelium mundus impletus est. Ecce mons implens uaiversam faciem terræ, ecce civitas, de qua dictum est; non potest civitas abscondi super montem constituta. Illi autem* (Hæretici) *offendunt in montem, & cùm eis dicitur; ascendite: non est mons, dicunt: & faciliùs illuc faciem impingunt, quàm illic habitaculum quærunt.* E Hæc eleganter S. Augustinus in Misenum ejúsque sodales sectarios, qui lucem metuentes *speluncas* quæruot, more vulpium, ne quid aliud ex Evangelio dicam: & more illorum quioque Regum, qui Josue ejúsque exercitum fugiebant. Sed invicta veritatis vi extrabuntur ex illis speluncis in lucem.

S. August. Tract. 1. in epist. D. Joan. Idem Tract. 1. in epist. 5. Joan.

Josuæ 10.

F Objicit Misenus. *Quod credimus, non videmus, Ecclesiam Catholicam credimus: ergo non videmus.*

G Sed ad hoc argumentum respoodit jam pridem Bellarminus his verbis: *Dico, in Ecclesia aliquid videri, & aliquid credi. Videmus enim eum cœtum hominum, qui est Ecclesia; sed quòd ille cœtus sit ipsa vera Ecclesia, non videmus, sed credimus. Vera enim Ecclesia est, quæ profitetur Christi fidem. Quis autem evidenter scit, nostram fidem esse fidem Christi? id quidem firma ac certissima fide credimus; sed aliud est credere, aliud videre.* Tu, si respoosum hoc displicebat, cur non refutâsti? Cœtum ergo, de quo credimus, quòd sit Ecclesia Christi & Catholica, ooo credimus, sed videmus toto orbe diffusum; Quòd verò hic cœtus, quem toto orbe diffusum videmus, sit vera & Apostolica Ecclesia, id oon videmus, sed firma fide credimus.

Bellarm. lib. 3. de Eccles. cap. 15.

H Quòd si cœtus vester, de quo vobis persuadetis, eum esse veram Christi Ecclesiam, visibilis non est; id evenire oportet; vel quia perpetuis tenebris immersua est: vel quia lucidus non est; vel quia omni colore caret. Fortassis, ùt Misenus non est risibilis, ipso teste; (est enim ζῶον ἀγέλαστον, *animal irrisibile*) ita grex Calvinianus non est visibilis. Quem ergo alloquuntur pastores vestri, cùm è loco superiore ad circumfusam multitudioem hæc verba detooant. *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: ut virtutes annuncietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum.* Nóune alloquuntur illoa, quos vident, quos oculis suis coràm intuentur? Nóone hos, quos vident, vocant *Ecclesiam Dei; fideles, electos?* nóune de illis ipsis persuadent sibi, eos essa veram & genuinam Christi Ecclesiam? ut ergo Mioistri vestri, & quilibet Calvinianus, de illa congregatione Calvioi, quam oculis suis usurpat, quámque psalmos caotillantem & mndulantem audit, sibi persuadent, eam esse veram Christi Ecclesiam; ita nos de illo cœtu, quem toto terrarum orbe diffusum evidenter scimus; vera & Catholica fide credimus, eam esse veram & germanam Christi Ecclesiam. Igitur ùt vos in illo articulo: *credo Ecclesiam Catholicam*, aliquid videtis, nempe cœtum illum in omnibus provinciis Calviniania conspicuum; & aliud tamen, licèt falsò, creditis; oempe, cœtum illum omnibus conspicuum esse veram

1. Petr. 2.

A ram Christi Ecclesiam; ita nos in illo articulo, aliquid videmus, cœtum scilicet, qui *à mari usque ad mare terminos suos protulit:* & aliud credimus, nimirum, cœtum illum esse veram Christi Ecclesiam, & hoc ipso Catholicam, quòd à solis ortu usque ad occasum propagatur.

B Quòd remissionem peccatorum credis, laudo, etsi non laudo, quòd malè credis. Quæ enim scriptura, nisi Calvini, jubet, ut *fide speciali*, tam certò credas tibi remissa esse peccata; quàm certò credis corporis tui futuram resurrectionem! omnes enim resurrecturos sacræ Litteræ disertis verbis tradunt, & quidem absque *cooperatione* nostra: at verò Miseno peccata esse remissa; id hactenus in nullis Bibliis legi. Pollicetur quidem Deus per Scripturam, cunctis pœnitentiam legitimè agentibus remissionem peccatorum; sed num Misenus legitimè pœnitentiam aut agat, aut egerit, aut aliquando acturus sit, de hoc Scriptura silet. Neque ipse Misenus hoc certò nôsse potest: *pravum enim & inscrutabile cor hominis; quis cognoscet illud?* Quocirca non nisi insipienter & temerè sibi certò persuadet, quod certò scire nequit; cúmque ùt isti tradunt, fide divina & infallibili, nihil credendum sit, nisi quod in Scriptura continetur; & præter hoc, ùt liberaliores Prædicantes dicunt, quod ex Scriptura per bonam consequentiam deducitur; Misenum autem verè, sincerè, Christianè spiritúque *contrito & humiliato* de peccatis suis doluisse, & ob malè commissa cum Petro *amarè flevisse*, nec in Scriptura expressè comprehendatur, nec inde etiam per bonam consequentiam, aut ab ipso, aut ab ullo alio mortalium deduci
C queat, non nisi stultè somnia sibi fingit; quódque certum esse somniat, id revera certum esse existimat. Ita somniandi nec finis est, nec modus: postquam Beza sibi suísque filiis in *Juvenilibus* hoc à *Phantaso* seu *Morpheo* precatus est. *Perennem inducas mihi somniationem. Hæc de symbolo*, inquit Misenus: at non de toto. Vix enim quatuor articulos attigisti, ubi reliqui octo? Ubi illa pars de Christo? *Descendit ad inferos.* Quam ut recipias verbis, sensu tamen pervertes, ùt & pleròsque alios articulos; cùm enim scripturæ non parcatis, quomodo parceretis symbolo? *Maximè autem dolendum est*, inquit Vigilius Martyr, *hominem inde impium fieri, unde alius pius existit; inde miserabiles captivitatis sortiri ærumnas, unde libertas acquiritur: ibi erroribus implicari, ubi omni ignorantiæ absolvitur error, inde perfidum fieri, unde alius fidelis est, eodem lumine occæcari, quo alius clarissimè illustratur.*

D Nec meliore fide tractas Decalogum, alterum fidei tuæ *fundamentum*; de quo quàm præclarè sentias, manifestum evadit ex communi hæreticorum doctrina, qua tradunt, Decalogum esse *observatu impossibilem.* Sed mittamus hoc dogmatis monstrum, sectariis parùm honorificum; si enim illa: *non furaberis, non mœchaberis*, servatu impossibilia sunt, viderit Misenus, quam inde labem sibi adspergat. *Secundi præcepti*, inquit Misenus, *duæ sunt partes; prior prohibet imaginem Dei sculpi aut effingi, posterior vetat adorationem ejus simulachri. Hinc sequitur, quod adorare Deum aut Sanctos, in aut per imagines, & colere imagines cultu religioso, abominanda sit idololatria.* Brevis & expedita collectio, si nemo sit, qui, num veritati concinat, indaget. Ac primùm nolo cum Miseno contendere de divisione Decalogi, num scilicet rectè secundo loco collocet illud: *non facies tibi sculptile;* sejungátque ab illo. *Ego sum Dominus Deus tuus, &c. non habebis Deos alienos coram me.* Scio enim ex antiquis non defuisse, quibus hæc Decalogi sectio arrideret. Rem potiùs expendamus. E

F Quid si negem, Misene, eo loco simpliciter prohiberi imaginis divinæ effectionem seu effictionem? Quid si dicam, non prohiberi, nisi eo fine, qui proximè subjungitur, nempe *ut adoretur*, tanquam Deus, divinisque honoribus afficiatur? Nam quòd tu finem hunc vel potiùs verba, quibus hic finis significatur, distrahis & discerpis à prioribus verbis, de eo non laboro; quidvis enim tibi concessum novi, jure professionis poëticæ, in qua *Melisso* successisti. Ego verò, si hanc viam ingredi velim, nego, orationem G illam posteriorem à priore separari debere: continet enim causam interdicti, qua inductus est Deus, ut imaginis suæ effectionem prohiberet: nimirum, ne adoraretur instar numinis. Absolutè ergo effectio imaginis Dei interdicta non erat, sed tantùm respectu hujus finis. Poterat igitur absolutè effici: poterat quoque ob alium finem, etiam cultus, effici; cultus, inquam, qui ei impenderetur non tanquam Deo; sed tanquam imagini Deum repræsentanti.

H Nam quòd effectio imaginis divinæ non sit simpliciter vetita, id suo testimonio Calvinistæ, quantumvis inscii & inviti, testatum faciunt. Cur enim ex Bibliis suis & Lutheranorum, imò & Catholicorum, si quando illis utuntur, non exterminant imagines Dei non semel; sed sæpius occurrentes! Cur sanctissimæ Trinitatis imagines non quidem suis in fanis, sed privatis in ædibus tolerant? Scio enim multos ex Calvinistis tam ab omni arte & elegantia non esse alienos; ut affabrè effictas Dei imagines, & in æs ingeniosè & subtiliter incisas repudient; quod minimè licitum, si Deus hujusmodi imagines simpliciter vetuit, ùt vult Misenus, & si, ùt idem contendit, lex illa de imagine Dei non facienda adhuc viget. Deberent certè *Judaizantes Calvinistæ* hujusmodi imaginibus non minore vehementia obsistere, ac olim obstiterunt Judæi Pilato, ne Ti-

A berii Imperatoris imagines, ùt scribit Josephus, seu, ùt Philo tradit, clypeos, nulla quidem imagine insignitos, babentes tamen nomen ejus, qui dedicabat, & ejus, cui dedicabantur, intra mœnia Hierosolymitana retineret. Simili constantia repudiârunt postea statuam Caii Cæsaris, ùt idem Philo docet.

Joseph. lib. 2. de bello Judaico, cap. 8. Philo de Legat. ad Cajum.

B Deinde, esto, interdictus fuerit Judæis omnis imaginum usus; (dabo enim tibi boc vel *ex superabundanti*, causæ bonitate fretus) fuerit insuper iisdem omnis imaginum cultus veritus, non tantùm ille idololatricus; sed & is, qui imaginibus licitè baberi potest; at interdictum hoc oportet fuisse *cæremoniale*; ad solos Judæos pertinens, ac proinde morte Cbristi extinctum unà cum cæteris merè legalibus decretis & constitutionibus, ita ut ad Cbristianam Ecclesiam vis interdicti illius, nullo pacto transiêrit, nisi Miseni & aliorum Novatorum judicio, qui *Judaismum* ad *Christianismum* salvum & incolumem transisse somniant. Fuisse autem præceptum illud *cæremoniale*, hoc argumento evidenter evincitur; quòd facere imagines lege naturali non sit illicitum; nam si id ita esset; minimè jussisset Deus, ut serpens æneus, & *Seraphini* à Moyse fabricarentur; Minimè etiam in templo & throno Salomonis figuræ Seraphinorum, & animantium & palmarum toleratæ & approbatæ fuissent: neque enim Deus quidquam facit aut approbat, quod præcepto legis naturalis adversetur.

C Consideret ergo lector non Judaizans, quantam vim babeat bæc *Judaizantis* Miseni argumentatio. *Judæis simpliciter probibitus fuit omnis usus & cultus imaginum: ergo idem usus & cultus simpliciter etiam probibetur Christianis;* perinde est, ac si ita deliraret Misenus. Judæis probibitum fuit, ne vescerentur lepore, quia, ùt scriptura loquitur, *ruminat* quidem, *sed non dividit ungulam;* aut *sue*, qui *cùm ungulam dividat, non ruminat:* ergo & Christianis probibitum est, ne carnes borum animalium comedant. Pulchrè repræsentat nobis Misenus indolem illorum nebulonum, qui Leonem Isauricum ad bellum imaginibus inferendum excitârunt; neque enim aliis argumentis, quàm hoc, & id genus aliis ex Judaica boplotbeca desumptis, usi sunt.

Levit. 11.

D Quod ad artolatriam attinet, nos nullam novimus: si vos *panem* seu *Cererem* adoratis; *Bacchum* socium adorationis adjungere potestis; per me licet, non obsto. Nam quòd tu ais, *nos nescire, num hostia, quam adoramus, sit consecrata, cùm ad consecrationem necessaria sit sacerdotis intentio, de qua nobis nibil perspicuè constet;* id nos minimè ab adoratione sacræ *bostiæ* absterret. Morali enim certitudine nobis manifestum est, in sacerdote sacrificante, hoc ipso, quòd sacrum facit, *intentionem* non deficere: ac proinde panem E & vinum *verè* & *substantialiter* in corpus & sanguinem Christi conversa esse; id quod nobis satis est ad actum adorationis eliciendum, periculúmque idololatriæ evitandum, ut fusiùs contra vestram insciriam & calumniam docuerunt jam olim veteres, & hodie itidem docent in scholis recentiores scholastici, quorum omnium loco nomino, legendúmque tibi propono Franciscum Soarezium, Tom. 3. disp. 65. quæ est de adoratione Eucharistiæ, ubi ex professo densas istas de adoratione Eucharistiæ Calvinistici cerebri tenebras luce veritatis dissipat & disjicit.

F Necdum à Synagoga abis. *Præcepto de sanctificando sabbato obstare putas festorum multitudinem.* At si præceptum *de Sabbato* nimis *Judaicè*, ùt tuus est mos, urgere velis, baud facilè mihi ostendes, quomodo celebratio diei Dominici non pugnet cum præcepto de sabbato feriando? Qua fronte diem *Dominicum* feriamini loco Sabbati, si præceptum illud de determinato Sabbati die necdum exolevit? Celebratis item *Natalem Domini* & *Adscensionem*; Quo jure, si jus illud antiquum Judæis datum observare velis? Quot festa præter Sabbatum ipsismet Judæis usitata fuêre? Si ergo vos, salvo præcepto de Sabbato *Dominicum* diem G substituistis in diem Sabbati; eíque saltem duo adjecistis festa, *Natalem* scilicet & *Adscensionem* Domini, concede & nobis, ut à præcepto de Sabbato recedamus, ejúsque loco non tantùm diem *Dominicum*, sed & festa Christi, Deiparæ, sanctorúmque Martyrum, Confessorum & quarundam Virginum solemni ritu celebremus; quæ tu odisti, non quòd diebus illis labori vacare cupias, sed quòd cœlitibus hanc gloriam invideas, germanus Vigilantii & Iconomachorum discipulus.

Vide Dialog. qui inscribitur Calvinismus Heidelberg.

H Accedit, quod vix mihi fit probabile, vobis Heidelbergensibus Professoribus, ùt & aliis in Academiis Calvinianis, non concedi unum saltem, præter Dominicum, in singulas hebdomadas diem, quo à laboribus litterariis vacetis: ut taceam longiores à prælectionibus cessationes, plerisque Academiis vereri & laudabili more receptas. At vacationes istæ *præcepto de Sabbato* directè repugnant, si Miseno credimus. *Voluit enim Deus exerceri labores nostræ vocationis sex diebus*, ait Misenus, *septimum diem tribui sanctificationi Sabbati. Quorsum igitur tot dies festi?* Quorsum tot vacationes? Quorum titulus *de Feriis* in jure? Ut quid bæc perditio temporis? Utinam ab Academicis Heidelbergensibus banc suam legem Misenus observare cogeretur in pœnam linguæ tam inconsideratæ, & calami tam præcipitis. Utinam bæc ei lex imponeretur, ut cum Judæis solo die *Sabbati à laboribus vocationis suæ*, hoc est, à munere docendi quiesceret; ab

omni-

omnibúsque non jam Misenus, sed *Sabbatarius* à *Sabbatismo* nominaretur.

A *Si Deus voluit exerceri labores vocationis nostræ sex diebus;* die autem *Sabbati* quieti operam dare; viderint Ministri vestri, quomodo cum hac Misenica sanctione morem suum componere queant: nunquam enim occupatiores sunt, quàm die illo, quo alii quiescunt, qui est dies *Sabbati*, ùt ait Misenus: & plerisque diebus, quibus mortalium alii laboribus distinentur, ipsi à laboribus suæ vocationis cessant. *Diebus enim Lunæ, Martis, & Jovis nulla habentur conciones ordinariæ*, inquit Nemesius in Dialogo, cujus inscriptio: *Calvinismus Heidelbergensis.*

B De concupiscentia, nihilo rectiùs & saniùs scribit Misenus; *Eam enim etiam absque assensu peccatum esse, liquere dicit ex præcepto ultimo.* At nec in Bibliis, nec in ullis Catholicorum Catechismis bujusmodi præceptum reperio. Quod si in Bibliis aut Catechismis Calvinianis extat, auctor sum Miseno, ut spongia eluat, alioquin suo honori non consulet. Si enim motus illi appetitus *primò primi;* ùt in scholis vocantur, rationémque antevertentes, & omni item consensu voluntatis carentes, sunt peccata; cum ignosce mihi Misene; si te pro *fure*, *adultero*, *scortatore* aut *homicida* habeam; bujusmodi enim motibus mentem tuam pulsari tam mihi certum est, quàm te Lithum esse.

C Ventum est ad tertium Calvinianæ fidei fundamentum, ad *Orationem* nimirum *Dominicam:* metuebam, ne Misenus adjungeret *Salutationem Angelicam:* & quid ni adjiceret, cùm æquè extet, excepta ultima clausula, in sacris litteris, ac Oratio Dominica, cum qua quòd invocationem Sanctorum pugnare vis, pervelim, vel unam syllabam demonstres, ex qua hoc te evincere posse speres. An ex initio id colligis? An ex medio? an ex fine? Aut unde tandem? Cedo.

D Pari stultitia asseveras, quarta petitione excludi merita operum. Quid ita verò? Audi lector acutissimum argumentum. *Petimus à Deo, ut panem quotidianum nobis largiatur; ergo nulla sunt operum nostrorum apud Deum merita.* Quasi non ipsa petitio sive oratio, si ab homine gratia Dei prædito proficiscatur, sit causa merendi, si quidem illud, quod petitur, sub meritum cadit; nam bona temporalia non cadunt *sub meritum* absolutè, sed quà juvant ad consecutionem beatitudinis; de quo nolo tecum plura verba permutare, vel potiùs perdere. Consule Gregorium de Valentia, qui de boc argumento copiosiùs. Consulenti, ùt spero, morem geres; quandoquidem ex chartis tuis intelligo, te libros, quos de Idololatria Gregorius scripsit, saltem inspexisse, non enim dicam evolvisse, ne errem. Dignaberis, opinor, eadem bumanitate vel obiter legere eundem sub finem Tomi secundi Commen- E tariorum Theologicorum in S. Thomæ Aquinatis Summam.

Sequuntur subtilitates prioribus similes. Nam ùt quarta petitio *Orationis Dominicæ* tollit meritum, ita quinta tollit *satisfactionem nostram simul & meritum*, ùt opinatur Misenus. Nec nulla suæ opinionis proferre valet argumenta. En non unum, sed duo. *Petimus à Deo, ut nobis remittat nostra debita; ergo nullo modo possumus satisfacere.* Quid evidentius? Quis enim quidquam ab illo petit, cui satisfacere potest? Ex quo sequitur, Christum nihil à Patre cœlesti petiisse unquam; quia sciebat, se Patri satisfacere posse. Et tamen Christus orationi adeò deditus fuit, ut teste Evangelica historia, aliquando etiam *in oratione Dei* pernoctârit.

F Alterum argumentum. *Fatemur nos debitores Dei; ergo nihil meremur apud Deum.* Consequentia patet. *Quia debitor nihil potest mereri apud creditorem.* O acumina Misenica! Jam verò illa clausula: *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris;* certos nos evidenter de nostra salute facit, ita, ut nos Deo charos & gratos esse absque ulla formidine firmiter credere debeamus. Et qui hoc non credit, ille Calvinianam *Plerophoriam* sibi ex Orco submitti postulet; statímque manibus & pedibus in sententiam Miseni concedet; & id, quod nusquam est, certissimò esse constanter sibi persuadebit. *Certissimò enim aliquis exploratum habet, se in his terris cum inimico in gratiam rediisse; ergo etiam certissimò exploratum habemus, nos cum Deo reconciliatos esse.* Qui hæc non capit, ei deest Calvinianum caput sic fortè an à *capiendo* vocatum.

G Ultima tandem petitio *certos facit Calvinianos de perseverantia in Calvinismo usque ad extremum spiritum.* Et tamen hac certitudine non obstante multi in viam salutis sese referunt: Multi fiunt *Trinitarii.* Multi, *Anabaptistæ.* Nonnulli, *Turcæ.* Ubi ergo hæc certitudo?

H Eamus ad cœnam, ne corrumpatur: Jam cocta est. *Ad cœnam*, inquit, *quod attinet Metusiam Papisticam evertunt.* I. *Peristasis verborum, sumpsit & fregit.* Nugæ Misenicæ. Accepit panem ante consecrationem, & fregit ante consecrationem; ùt plerique volunt; aut si fregit post consecrationem, ùt aliis visum, non jam panem fregit, sed speciem panis, sub quibus corpus ipsius frangentis *realiter & substantialiter* continebatur. Sed fregerit ante hæc verba; *Hoc est enim corpus meum*, sive ante consecrationem. Quid inde extundis? Num hoc? *Panis erat, quem sumpsit, & fregit ante consecrationem: ergo & post consecrationem nihil nisi panis erat.* Et sic *Lithino* seu *lapideo* gladio jugulata cadit *transubstantiatio.* Non pudet te Misene tantæ vanitatis? Sed de primo ferculo cœnæ Calvinianæ, quam Lithus nobis apponit, satis. Gustemus secundum. II. *Panem appellat*

A *pellat corpus ſuum.* Ubi? An illis verbis? *Hoc eſt corpus meum.* At oſtende pronomen hoc demonſtrare *panem* ſeu *panis* ſubſtantiam. Oſtende, inquam, hoc, nec pro conceſſo, quod in quæſtione eſt, ſume. III. *Panis non eſt datus pro nobis, ſed ipſum corpus Chriſti.* In hac cœna admodum mihi hoc ſapit. Omnino panis pro nobis non eſt datus; oblatus, aut crucifixus; Hinc ſub ſpeciebus illis, quas diſcipulis porrexit, neceſſe eſt Chriſti corpus fuiſſe: quia dixit: *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur,* Quod, ùt rectè affirmas, de pane affirmare non licet.

B IV. *Si figuratè dictum eſt: poculum eſt novum Teſtamentum, cur non per figuram dicatur, panis eſt corpus Chriſti?* Jam ſiccus eſſe cœperam in hac cœna, timebam, ne canina foret. At nunc convivator & parochus noſter apponit nobis *poculum*, non calicem; quia poculum à *poto* longè eſt ſonantius, tritius, ruſticiſque & cauponibus notius, quàm calix neſcio à quo fonte, Græco an Latino, cadens. Sed formemus informe Miſeni argumentum. Figurata locutio eſt:
Lucæ 22. *Hic eſt calix novum Teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur; ergo figurata etiam locutio erit, quando Chriſtus dicit; Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Quæ conſecutio fortè locum haberet, ſi Miſenus nobis oſtenderet, Chriſtum per vocabulum
C *Hoc*, demonſtrâſſe *panem* ſub ratione *panis*; at quamdiu iſtud evidentibus argumentis planum non facit, tamdiu, conceſſo antecedente, negabimus conſequentiam. Nam verba illa, prout referuntur à S. Luca, non poſſunt niſi figuratè accipi, ùt cuivis, ſenſum verborum illorum intelligenti, per ſe manifeſtiſſimum eſt: at ſi verba illa: *Hoc eſt corpus meum:* vel etiam illa: *Hic eſt ſanguis meus novi Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*, (quæ apud S. Matthæum extant) *figuratè* cum Calviniſtis acciperemus, in immenſum non modò abſurditatis, ſed & impietatis chaos delaberemur, ùt à multis copiosè demonſtratum eſt; nec opus hic repetere propter jejunam iſtam cœnam, quam lectori ſuo Miſenus apparavit.

D V. *Chriſtus comedebat panem, ſe verò nequaquam.* Huic tuæ aſſertioni, ab omni probatione deſtitutæ, nihil oppono, præter
S. Thom. 3. p. q. 81. a. 1. verſiculum illum à D. Thoma quoque uſurpatum, omnibus Calvinianis, etſi non Capharnaitis, Calviniſtarum progenitoribus, vetuſtiorem. *Rex ſedet in cœna, cinctus turba duodena. Se tenet in manibus, ſe cibat ipſe cibus.* Sed Miſenus ubique *panem* & *vinum* ſomniat, ùt canis eſuriens *offam*.

VI. *Jubemur Sacramento uti, quoad ipſe venerit,* (viſibili nimirum ſpecie) *ergo non eſt præſens.* Miſenica conſequentia. Quaſi is, qui in Euchariſtiæ Sacramento inviſibili ſpecie nobis adeſt, expectari nequeat, dum ſpecie viſibili de cœlo veniat.

E VII. *Jubemur comedere iſtum panem* (videtur Miſenus piſtor, aut piſtoris filius; quia quidquid conatur dicere, *panis erat*) *ad memoriam ipſius, μνημόσυνον autem non præſentis, ſed abſentis eſt.* Nunquam juſſit Dominus, ut in memoriam ipſius comedamus panem vinúmve bibamus; & ſi Miſenus hujuſmodi præceptum ſibi à Chriſto datum arbitratur, multò commodiùs in hoſpitio, quàm in templo præcepto illi morem gerere poterit. *At mnemoſynon eſt abſentis.* Non tan-
F tùm prorſus abſentis, mi homo, ſed & abſentis ſecundùm unam rationem; tametſi præſentis ſecundùm aliam. Chriſtus enim abſens eſt ſecundùm rationem præſentiæ, quæ ſub oculos cadit. Abſens non eſt, ſecundùm rationem, quæ fide & intelligentia percipitur. Hæc poſterior præſentia nunimè excludit rationem veri mnemoſyni; nam qui ita præſens eſt mortalibus, ſenſuum miniſterio utentibus; is, quia in ſenſus non incurrit, pro abſente reputatur.

G Sequuntur Calviniſtæ cœnæ belliſſima bellaria. *Si admittitur corporalis Chriſti præſentia, tum Chriſti corpus & ſanguis ejus aut ſeparata ſunt, aut unita.* Reſpondeo, eſſe unita. Inſtat Miſenus. *Si unita: ergo panis eſt corpus Chriſti cum ſanguine, cùm tamen inſtitutio dicat: panem eſſe corpus; vinum eſſe ſanguinem.* Ubi verò dicit inſtitutio Euchariſtiæ, *panem*, hoc eſt, *ſubſtantiam panis*, eſſe corpus Chriſti; & *vinum*, hoc eſt, *ſubſtantiam vini*, ſanguinem? Ubi inquam hoc dicit, niſi in ſchola veſtra, ubi non Chriſti, ſed Calvini inſtitutio regnat. Ex Orthodoxorum ſententia corpus & ſanguis eſt ſub ſpecie panis; ſed corpus ex vi verborum conſecrationis. Sanguis *ex concomitantia.* Vice verſa: ſub ſpecie vini, ſanguis eſt ex vi verborum: corpus *ex concomitantia.*

H Abſolvimus cœnam, quartum Calvinianæ fidei ſtabilimentum. Nunc gratias agit Miſenus convivis, mihi inprimis, quem monet, *ut maneam in Romana Eccleſia.* Manebo, mi Miſene, ne dubites, ita mihi Deus cælitéſque omnes propitii ſint. Interim tamen, antequam tam lauta cœna à te acceptus, hinc digredior, apophoreti loco expedi mihi, ubinam legeris Tertullianum pro Chriſto Martyrio functum. *Non affirmo*, inquis, *hoc.* At jam antea affirmâras. Nec ulla *ſyllepſi* efficies, ut, quod dixeras, non dixeris. Quòd ſi in defenſione, qua nunc uteris, perſiſtere velis; facilè *Æſopum* quoque ad Martyrii dignitatem evehes. Ita enim argumentaris. *Nuſquam legitur, Tertullianum non fuiſſe Martyrem: ergo Martyrem fuiſſe negari non poteſt.* Dicam & ego totidem fermè verbis. Nuſquam legitur, *Æſopum* non fuiſſe Martyrem: ergo negari non poteſt, Martyrem fuiſſe. Et ut in

A in locum *Æsopi* suhstituam *Misenum:* Nusquam legitur, Misenum non fuisse Martyrem: ergo negari non potest, Miseoum fuisse, & etiamnum esse Martyrem: nisi fortè neget Antecedens, dicátque hoc legi in oratione sua, qua Melisso parentavit: ihi enim denarrat, quanta passus sit in Misnia, Saxonia & Marchia, pro nomine Calvini; & quomodo Lipsiæ apud amicos delituerit. An per muros *in corbe* demissus sit, reticer. Sed cùm adhuc vivus inter vivos degat, necdum perfectus, omnihúsque numeris consummatus Martyr esse valet: post mortem hac gloria cumulahitur, & simul cum *Æsopo canonizabitur*, & unà cum illo dehitis honoribus afficietur sine ullo idololatriæ scelere.

B Prolixam Camerarii tui orationem nisi exscripsisses, nescivissemus scilicet Lutheranos & Calvinianos tot millium Monasteriorum eversores, tótque millium sacratissimarum Ecclesiarum sacrilegos profanatores esse. Nam quòd tu hoc tantum sacrilegium a Magistris tuis aliò derivas, stigma mereris in fronte. Occurrit, quod in *Calvinismo Heidelbergensi* his verhis scrihitur. *Philippum Macedonum Regem legimus fronti cujusdam militis, qui hospitem suum malè tractârat, inurendas curâsse has voculas:* HOSPES INGRATUS. *An non rectiùs frons* Miseni tam aperta & perspicua inficiantis *vel incisas vel inustas præ se ferret notas hasce?* CANIS IM-

C PUDENS. Qui Hunni, qui Wandali, qui Saraceni, qui Turcæ, qui denique alii harhari tam immaniter in templa & Monasteria debacchati sunt, quàm Lutherani & Calviniani? Et quidem io templa & Monasteria ah Augustissimis Imperatorihus, Regihus, Principihus; alisque Christianæ Reipuhlicæ procerihus magnificentissimè extructa, & anouis proventihus munificentissimè instructa; quæ si eversa non sunt, nec ùt ille ait, *pulvere pyrio* disjecta; at vel ferarum, vel prædicantium stahula sunt, vel horrea; vel Hæreticorum conventiculis deputata; non utique hunc primitus in usum condita.

D Cic. Philipp. 2. Quàm flehilihus modis & dictis invehitur Marcus Tullius in M. Antonium, quòd homo tam nefarius Pompeii ædes occupare, incolere, & temerare non erubuisset. *O audaciam immanem*, exclamat præstantissimus Orator. *Tu ingredi illam domum ausus es? Tu illud sanctissimum limen intrare? Tu illarum ædium Diis Penatibus os importunissimum ostendere? Hac te in domo tamdiu diversari non pudet? In qua, quamvis nihil sapias, tamen nihil tibi potest esse jucundum. An tu illa in vestibulo, rostra, spolia, cùm adspexisti, domum tuam te introire putâsti? Fieri non potest. Quamvis enim sine mente, sine sensu sis, ùt es, tamen & te, & tua, & tuos nôsti, &c. Me quidem miseret parietum ipsorum atque tectorum; quid enim unquam domus illa viderat, nisi pudicum, nisi ex optimo more, & sanctissima disciplina?* E Hæc & plura hujus generis M. Tullius in Antonium, quæ cuivis Prædicanti seu Calviniano seu Lutherano templum olim cælitihus consecratum ingredienti; aut Monasterium quodpiam cum fœmineo comitatu Incolenti, rectissimè occinentur.

F Cic. Philipp. 2. Simili threnodia prosequitur idem Orator Varronis villam ah Antonio violenter invasam, omníque flagitiorum genere contaminatam. *O tecta ipsa misera*, ait Cicero, *quàm dispari domino (quanquam quomodo iste dominus?) sed tamen, quàm à dispari tenebantur? Studiorum enim suorum M. Varro voluit esse illud, non libidinum diversorium. Quæ in illa villa antea dicebantur? Quæ cogitabantur? Quæ literis mandabantur? Jura populi Romani, monumenta majorum, omnis sapientiæ ratio, omnisque doctrina. At verò te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum, &c.* Videat cætera, qui volet, & ad Prædicantes, novos istos & antiquitus incognitos Monasteriorum inquilinos, templorúmque Ministros accommodet. Nihil in Antonium tam verè & graviter dicitur, quod non longè veriùs & graviùs dici queat in hos, non ædium Pompeii, aut villæ Varronianæ; sed religiosissimorum templorum & cœnohiorum non modò vanissimos profanatores, sed & insanos demolitores.

G Nam quòd Monachorum vitia & flagitia ohtendunt, id sacrilegiorum inanis prætextus est. Quis enim scelerarior & flagitiosior Monachus hoc seculo (propemodum dixeram post homines natos) extitit, quàm Lutherus, cujus flagitiosissima vitæ consuetudine tantum ahest, ut offendantur, ut eum etiam *Evangelistæ* & *divini Organi* encomio cohonestent. An propter quorundam dissolutiorem vivendi rationem hæresis excitanda, & in orhem inducenda erat? Quid deterius, quid pestilentius hæresi? parùm abest, quin dicam, pessimum sacerdotum, aut Monachorum orthodoxorum, longè meliorem esse quovis hæretico, etiam judicio suorum optimo. Fera pessima hæresis, quæ devoravit tot opulentissima sacerdotia, & religiosorum hominum domicilia. *Quæ Charybdis tam vorax? Charybdin dico? Quæ si fuit, animal unum fuit. Oceanus vix videtur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam citò absorbere potuisse.* Cic. 2. Philipp.

H Longè satius est tolerare mores minùs prohos, quàm hæreticos; quihus nulli laxiores, & à recta disciplina magis avii, licèt nescio quam disciplinæ externam speciem præ se aliquando ferant. Fucus est, fumus est; Fuge, cave, quisquis circumveniri metuis.

Quando gloriantur doctrinam cœlestem à se repurgatam, veniat tibi in mentem barhari illius, *qui videns fortè vicinum rubos latè atque* Gell. lib. 19. cap. 12.

A *atque altè obortos excidentem, fraxinos ad summum propè verticem deputantem, soboles vitium è radicibus caudicum super terram fusas revellentem, stolones in pomis, aut in oleis proceros amputantem, accessit propè, & cur tantam ligni atque frondium cædem faceret percontatus est, & vicinus itu respondit, ut ager, inquit, purus mundúsque fiat, ejúsque arbor atque vitis fœcundior. Discedit ille à vicino gratias agens, & lætus tanquam adeptus rei rusticæ disciplinam. Tum falcem ibi ac securim capit; atque ibi homo miser, imperitus vites suas sibi omnes & oleas detruncat, comásque arborum lætissimas, uberrimósque vitium palmites decidit,* B *& fruteta atque virgulta simul omnia, pomis, frugibúsque gignendis felicia cum sentibus & rubis, purificandi agri gratia convellit; mala mercede doctus audaciam, fiduciámque peccandi imitatione falsa eruditus.* Hujus ex ultima Barbaria oriundi similes sunt egregii isti horti & agri Dominici repurgatores & putatores; nisi fortè fatuo illi in hoc dissimiles judicari debeant, quòd ille vepres ex suo fundo extulit: isti nostri & quas reperêre, reliquerunt, & novas insuper intulerunt, ita ut totus ager ab illis repurgatus nihil aliud sit, quàm horridum & infrugiferum senticetum.

C Et quia Camerarii mendaces nugæ à Miseno exscriptæ huc nos devexerunt, quærere lubet ex Miseno; quorsum tot aurea & argentea templorum vasa devenerint? Quorsum tot calices? Tot *patenæ*; etsi Misenus mavult *patinas*: tot Christi Divorúmque imagines; tot, ùt vocant, *Monstrantia*, tot vestes auro gemmísque coruscæ: tot denique Ecclesiarum ornamenta & decora materia & opere admiranda? *Quid factum est eo?* quærit ille apud Comicum. Quid respondebis, si verè velis respondere, nisi illud, quod ibidem apud poëtam subjicitur, *Comesum, epotum, exutum, elotum in balneis, piscator, pistor abstulit, lanii, coqui, olitores, myropolæ, aucupes, confit citò, quàm si tu objicias formicis papaverem.* Atqui ab hominibus Biblicis hoc minimè faciendum erat; quandoquidem hæc omnia vel idola erant; vestro judicio; vel idololatriæ destinata. An nescitis, quid de his divina lex præcipiat? Audi. *Sculptilia eorum igne combures: non concupisces argentum & aurum, de quibus facta*

Deut. 7.

sunt, neque assumes ex eis tibi quidquam, ne offendas, propterea, quia abominatio est Dei tui. Nec inferas quidpiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut & illud est. Quasi spurcitiam detestaberis, & velut inquinamentum ac sordes abominationi habebis, quia anathema est. Ubi apud vos reverentia hujus legis? Ubi auctoritas?

D Nam si tu dicas, jam desiisse, equidem apud vos desiisse video. Quis enim vestrûm unquam ullam statuam argenteam flammis absumendam tradidit, licèt idolum esse stentoreis clamoribus contendat? Imò non dubito, si quis Calvinista affuisset, cùm Moyses vitulum aureum in cineres redegit, non sine indignatione vociferaturum fuisse: *Ut quid perditio hæc?* Et si potuisset, occultè E suffuraturum vituli illud simulachrum, non secus atque Acban *regulam auream, & ducentos siclos argenti, & pallium coccineum valde bonum.* Certè Calvinistæ, si sibi constare velint, síque perfidiæ suæ principia intelligant, dicere nequeunt, præceptum illud de exurendis sculptilibus abrogatum esse; cùm contra imagines nostras ex Lege Moysis potissimùm tonent & boënt, illásque sanctiones *cæremoniales* de imaginibus non efficiendis adhuc validè valere tradant.

Josue 7.

F Cur non saltem imitantur Athaliam, matrem suam, Athaliæque filios, fratres suos, qui *destructa domo Dei de universis, quæ sanctificata fuerant in templo Domini, ornaverunt fanum Baalim.* Cur ex spoliis templorum nostrorum delubra sua non decorant? Cur non mensam illam, in qua cœnant? Cur omnia adeò rudia sunt & inornata, ut ne Baucidis quidem apud Nasonem domus, mensa, crater, uno verbo, totus apparatus, vilior & abjectior fuerit? Quòd si quid calicum, vasorúmque sacrorum, contra hæreseos indolem, adhuc superat, alios in usus non superat; quàm in illos, de quibus apud Danielem Prophetam. *Balthasar Rex fecit grande convivium optimatibus suis mille, &c. Præcepit ergo jam temulentus, ut afferrentur vasa aurea & argentea* (calices, ciboria, ampullæ, urceoli) *quæ asportaverat Nabuchodonosor pater ejus* (Calvinista) *de templo, quod fuit in Hierusalem, ut biberent in eis Rex, & optimates ejus, uxores & concubinæ illius. Tunc allata sunt vasa aurea, &c. Bibebant vinum & laudabant Deos suos aureos & argenteos, ferreos, ligneósque & lapideos:* hoc est, errores Calvinisticos, qui, licèt omnes sint *ærei, ferrei, lignei, lapidei,* tamen apparent aurei, & argentei, quippe aureis & argenteis scripturæ coloribus deaurati & deargentati.

2. Paralip. 24.

Daniel. 5.

G Mirum, à Balthasare, suo illo in epulo omissum illud Dialogi, qui *Calvinismus Heidelbergensis* inscribitur. *Hymni concinnuntur pii, vel à Luthero compositi, vel Psalmi Davidis à Lobwassero in vernaculam linguam translati;* admodum piè scilicet; vel illi, quos Hans Sax olim inter pocula cerevisiaria jucunda voce decantavit. At vide, Misene, ne, qui tam impiè cum sacris vasis ludunt, tales vel similes dent Deo pœnas, quales profanus ille Rex dedit. Nec desunt hoc etiam ævo divinæ vindictæ exempla.

H *Nosse* cupis, *quibus in terris, quo tempore, sub quo Imperatore, in quibus civitatibus vixerint Christophorus Gigas ille, & Georgius Eques, & sancta Catharina, & Barbara & aliæ.* Rem facilem postulas. Adi Martyrologium Romanum, & in id doctissimas notationes Illustrissimi Baronii, tuóque desiderio fiet satis: nisi fortè quod ad S. Catharinam attinet,

A net, mavis adire vetera Acta Academiæ Wittembergensis, vel Tubingensis, in Archivis asservata, ad quæ tibi pro sua humanitate Academici aditum non negabunt; utpote antiquo Wittebergensis Academiæ civi. Sed suspicor te Wittebergam in Saxonia paulò minùs timere, quàm Salmanticam in Hispania.

B Consule igitur orationem M. Erasmi Schmidt græcæ linguæ professoris, quam ipso S. Catharinæ festo Witebergæ, veteri instituto, recitavit, & quidem anno Jubilæo; non *Romano*, sed *Saxonico*. Nam quod ad Martinum Crusium, cujus duas orationes de S. Catharina legi, te non ablego, id eò fit, quia metuo, ne cum delito magis delirare incipias. Vidi & audivi multa insulsa, illepida, infiecta, sed nihil vidi vel audivi insulsius, illepidius, infiectius hoc *vieto & Acherontico senecione* cùm alibi passim, tum in orationibus de S. Catharina. Incidi ante multos annos in orationem de S. Catharina Viennæ habitam, nescio à quo: nomen excidit; sed Joachimus Vadianus, tum Viennensis Professor, publicavit. Longè majus operæ pretium facies, si hanc evolvas, (etsi fortè repertu difficilem) quàm si Crusianas nænias. Nôsti autem opinor, Vadianum ex S. Gallo, qui de re *sacramentaria* insanos *aphorismos* edidit, sicut Hippocrates de re Medica sanos, vestríque Evangelii apud Helvetios cum Zvvinglio fundamenta jecit.

C Sed næ ego imprudens, qui te hominem, ùt olim loquebantur Academici, *Artisticæ Facultatis* in Academia Heidelbergensi, foris quærere jubeam, quod domi abundè suppetit. Excute, oro, collegii tui Acta ante Lutherum & Calvinum. Invenies, nihil ambigo, quæ & qualis D. Catharina fuerit. Si quid in *Maxentio* erratum; veniam dabis; inque locum *Maxentii* Maximinum sufficies, qui adeò similes fuêre Tyranni, ut olim vix internosci potuerint. Invenies itidem in eisdem Academiæ vestræ Annalibus D. Catharinam *Facultatis vestræ* fuisse patronam. Reperies fortè non pauca diplomata, & litteras, quibus D. Catharinæ imago, sigilli loco, appressa sit & impressa. Cave sis conspuas. Invenies, quotannis, solenni ritu, natalem ejus celebratum, non sine publica, publico in loco, præsente nobilissimo auditorio, encomiorum tantæ Virginis deprædicatione.

D - Et quia, ùt ex oratione tua in Tossanum intelligo, *insomnia* tam es amicus, ut ea, loco Calliopes, tibi dictet carmina, bonum factum feceris, si Regem illum imitatus, de quo hæc sacræ litteræ: *Noctem illam duxit* Esth. 6. *Rex insomnem, jussitque sibi afferri historias, & annales priorum temporum.* tu itidem Annales Academiæ vestræ afferri jubeas, & priora tempora evolvas. Scis Regem illum non sine fructu hoc factitâsse. Ita enim sacra historia. *Quæ cùm illo præsente legerentur,* E *ventum est ad illum locum, ubi scriptum erat, quomodo nunciâsset Mardochæus insidias, &c.* Imitare hoc exemplum; nec facti pœnitebit. Verùm si bene te novi, tu non cum Rege Annales postulabis, sed cum Catullo vociferaberis, *Minister vetuli puer Falerni inger mi calices amariores, ùt lex Posthumia jubet Magistra, ebriosa acina ebriosioris.* Quòd si facultas interdum deest, at *nec iners paupérve voluntas* deest; ùt de *Baucide* genitrice tua, canit Naso.

F Quædam in Historiis Sanctorum à quibusdam minùs prudenter & verè prodita, non inficiamur. Sed num ideo tecum sequemur barbari illius, de quo paulò suprà, exemplum, ramósque gignendis fructibus utiles resecabimus unà cum inutilibus? Absit, Misene, hæc tanta imprudentia. Quid enim salvum erit; si hæc licentiæ fenestra semel aperiatur? Quàm multa non modò imprudenter, sed & planè falsò de Apostolis, & ipso Servatore nostro conscripta fuêre? An ideo, quæ verè scripta sunt, repudiabimus? Quàm multa de rebus Græcorum & Romanorum mendacissimè in Commentarios relata sunt? An propter istos fabularum consarcinatores, nullo in pretio apud nos erunt alii quovis pretio dignissimi historiographi? An ideo, quia unus vel alter nævus historiæ cuipiam adspersus est, inexorabiliter rejiciemus historiam universam; neque cum Emmanuele nostro *butyrum & mel comedemus, ut sciamus reprobare malum, & eligere bonum?* An cum Calvinistis nil nisi merum & purum putum fel vorabimus; ut quidquid de cœlitibus monumentis litterarum consignatum est, nil nisi amarissimum fel existimemus? procul à nobis hæc impietas absistat.

G Quin potiùs Ecclesiastico his verbis nos admonenti patulas aures præbeamus. *Ne* Ecclesiast. 8. *despicias narrationem presbyterorum sapientum, & in proverbiis eorum conversare. Ab ipsis enim disces sapientiam & doctrinam intellectus, &c. Non te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis, quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dabis responsum.* Sed quid ego hæc cum Miseno de Sanctorum historiis sermocinor; cùm ille idem sapiens moneat; *Cum fatuis consilium non habeas, non enim poterunt diligere, nisi quæ eis placent.*

CAPUT VI.

In quo præcipuè de cultu & invocatione Sanctorum.

H DE Gallia plura sub extremam Apologiam. Audies fortasse, quæ non juvabit audisse. Et fortè ùt nos ex Nazianzeno, Deo grates persolvemus, ita tu ex tuo *Nazianzeno* lamentationem & thre-

A threnodiam tibi concinnabis. Scilicet hoc
unum restabat, ut, sicut Balaam factus est
vobis *Bileam*. Samson, *Simson*. Galaad,
Gilead: ita Nazianzenus fieret tibi *Nizianze-
num*. Quod noto, ut, quam tibi das veniam,
eadem me itidem digneris; nam ùt tu *Sym-
mystas* non agnoscis, ita ego multò minùs
agnosco *Nizianzenum*: & ùt tu dices hoc er-
ratum non esse tuum, sed typographi, ita
& me tibi responsurum arbitrator.

B Quòd Romanum Pontificem conviciis
incessis, facis, quod te decet. Hæreticus es.
Est autem hæreticus, *sycophanta & calumniator
veritatis*, ùt definit Anastasius, cui à *Sina*
monte cognomentum inditum. Quid mi-
rum igitur, si in primarium veritatis ortho-
doxæ interpretem, Sycophanticos tuos den-
tes expromas. Luna non ideo cœlestis non
est; quia allatratur à furioso cane. Sic &
Pontifex non ideo Christi Vicarius, Petrique
successor non est; quia à Misenico mendi-
cabulo eminus conviciis appetitur.

C *Christianum te*, ais, *esse à Christo*. Utinam
esses; Calvinianus non esses. Qui re, non
nudo nomine Christianus à Christo appel-
latur, is, ùt inquit Anastasius Sinaita, est
Anast. in suo Hodego. ἀληθινὸς οἶκος χριςῦ λογικὸς δι' ἔργων ἀγα-
θῶν καὶ δογμάτων ὀρθῶν συνιςάμενος, *vera
domus Christi & rationalis ex bonis operibus &
sanis dogmatibus compacta*. Quæ Christiani
definitio, si tibi competit, competet etiam
Anabaptistæ & Servetiano. Tam enim do-
mus Christi est pectus Anabaptistæ aut Ser-
vetianistæ, quàm Calvinistæ.

D Rides chrisma, quo perunguntur Christo
jam per Baptisma inserti. Risisses procul
dubio, si vixisses & adfuisses, ipsum etiam
Samuelem Prophetam, quando *tulit cornu
olei & unxit* Davidem *in medio fratrum ejus*;
atque adeò *Christum* fecit, de quo antea ipse
Samuel quæsierat; *Num coram Domino est*
1. Reg. 16. *Christus ejus?* Dicis, te *contentum esse unctione
Spiritus sancti*. At hujus unctionis eum esse
participem, qui *Chrisma* subsannat & asper-
natur, serò mihi persuaseris; & longè ad-
huc seriùs ipsi S. Cypriano, quem citâram;
quémque tu explodendo Chrisma, pro tua
Calviniana fronte, pariter explodis. Certè
unctio illa externa, qua David à Samuele
perunctus, tam efficax fuit, ut de ea Scrip-
tura hoc prædicet. *Et directus est Spiritus
Domini à die illa in David, & deinceps.* Quod
& de Christiana non immeritò creditur;
quam tu si iden voces *Judaicam*, quia simi-
le quiddam in consecratione Sacerdotum &
Regum Judæis usitatum fuit; multò magis
Judaicam appellare debebis consuetudinem
illam inungendi Imperatores Romanos, &
invictissimos Reges; Nec hoc contumelio-
so jam nomine afficere vereberis, sed emi-
nus, & ex loco tuto, more hœdi Æsopi-
ci, quem audaciorem reddebat ipsa loci se-
curitas. Non omne illud Judaicum, hoc
est, improbandum est, quod & Judæis olim E
in more erat; quia transitione ad Ecclesiam
Christianam, fit Christianum; exutóque
olim specioso, nunc probroso, nomine,
præstantiorem à Christo appellationem in-
duit.

Ais. *Julianum Apostatam, Faustum Mani- F
chæum, Porphyrium & alios Christi hostes ob-
jecisse olim non veris, sed falsis Christianis Angelo-
latriam & anthropolatriam, hoc est, Angelorum, &
Martyrum*, addo ego, & crucis *cultum*. At si
hoc ita est, oportet S. Augustinum, S. Cy-
rillum Alexandrinum, & alios præstantissi-
mos Ecclesiæ Doctores fuisse Pseudochristia-
nos, & ex grege Pseudochristianorum. Nam si
ad illos, tanquam ad veros & germanos Chri-
stianos non pertinebant illæ hæreticorum &
Ethnicorum calumniæ; cur eas tam studio-
sè refellerunt? cur toto impetu in crimina-
tores illos insurrexerunt? Cur tecum fassi
non sunt, ita se rem habere, ùt ferebant,
hoc tamen nihil ad se, sed ad alios quosdam
falsi nominis Christianos pertinere? An tu
putas S. Augustinum tam fuisse excordem;
ut, si tanquam *verus*, ùt tu loqueris, seu,
ùt rectiùs ego, tanquam *Calvinianus Chri-
stianus* credidisset objectiones illas Fausti de
cultu Martyrum esse veras, eas refutaturus
fuisset? Profectò non magis refutâsset, quàm
tu refutes, si *Anabaptistam* aut *Trinitarium*
quempiam audias nobis objicientem cul-
tum idololatricum ob honorem, quem ha-
bemus cœlitibus, eorúmque imaginibus.

Quia ergo criminationes illæ Fausti, Ju- G
liani & similium tangebant Augustinum,
Cyrillum, & totam Ecclesiam, in qua mi-
litabant, eam ob causam publicè & priva-
tim vanitatem sycophantarum redarguere
nunquam destiterunt. Calumniabantur ma-
jores vestri, Martyres, tanquam Deos, &
Crucem, tanquam Numen quoddam divi-
nis honoribus à Christianis coli. si hoc ve-
rum erat; cur negat Augustinus, cur Cy-
rillus, cur alii? Et si nullo religioso hono-
re Martyres & crucem venerabantur; unde
ergo Julianus, Faustus, & alii occasionem
criminandi acceperunt? Cur ipsi sancti Pa-
tres tam laboriosè probant, se colere Marty-
res & crucem, at non eo modo, quo Eth-
nici suos Deos, & quo calumniatores men-
tiebantur? Cur uno verbo se non expedie-
runt? Nam si Calvinistico spiritu imbuti
fuissent, brevissimè causam totam perorare H
potuissent; dicendo, se simpliciter nec Mar-
tyres, nec crucem ullam venerari. Qua Apo-
logia quivis Calvinista crederet, se totam ac-
cusationem depulisse; si quis ei veneratio-
nem Martyrum aut Crucis objiceret. Quid
enim promptius esset, quàm illud in Cal-
viniana schola frequentissimum? Mentiris.
*Nec Martyres, nec imagines, nec cruces, nec
Reliquias colo; sed, ubicunque potestas datur,
flammis exuro, & in tenues auras converto.*

Si

A Si quando Patres dicunt, Martyres non adorari; loquuntur de *adoratione* pressè, & strictè sumpta, ùt significat cultum supremum, supremo rerum omnium conditori & gubernatori, & quidem soli, debitum. Huic tamen adorationi nequaquam repugnat religiosus cultus alterius generis & inferioris quasi classis; hunc Angelis, sanctisque hominibus in cœlum receptis exhiberi posse, nullus orthodoxorum Patrum unquam inficias ivit, quia nullus Vigilantianus fuit. Quoties hoc à scriptoribus nostris hæretico stupori explicatum, & inculcatum est?

B Sed stupor ad veritatem caret auribus; ad mendacia auritissimus est. Verè Ecclesiasticus. *Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam. Qui narrat verbum non audienti, quasi qui excitat dormientem de gravi somno. Cum dormiente loquitur, qui enarrat stulto sapientiam: & in fine narrationis dicit: quis est hic?* Oratione ista, quasi pictura, ad vivum repræsentat nobis Ecclesiasticus indolem hæreticorum, quibus stultitia adeò omnes sensus occupavit, ut nihil ad mentem introire sinant, nisi ex stultitiæ schola deptomptum sit atque profectum. [Ecclesiast. 22.]

C *Quocirca tales*, inquit Simeon Theologus, *totam divinam Scripturam secundùm proprias ipsorum concupiscentias depravant, & pro vitiosis eorum affectibus, quos in ipsa non inveniunt, sed adulterantes eam patiuntur, corrumpunt. Cedo igitur, qui de rebus perperam judicant, nec præ arrogantia doceri se sinunt, & cæci sunt, rectè unquam per semetipsos sensus lucis cognoscent? Oculis captus, nec lucem intuens, qui tandem litteras in luce neget? Qui verò cæcus est sensu, & Christi sensum in se non habet, quomodo in lumine Christi sensus repositos ac reconditos videre & expendere potest? Talis, quamvis millies exterioribus oculis scripta sensum moventia legat, nunquam, opinor, spiritualia, & materia expertia, & luci similia in nocturno ac tenebroso loco videre queat;* in loco nimirum horroris Calvinistici; & *vastæ solitudinis* Genevensis. [Sim. orat. 27.]

S. Petrum, cœli janitorem ne rideas, D moneo; ne quid tibi deterius, quàm olim Malcho, pontificis servo, contingat. Non modò claves, quibus claudit aut aperit, sed & gladium habet, quo ferit. Nec ullus tibi ad cœlum patebit aditus, nisi per claves Petri, quidquid demum moliaris. Immota stant illa verba: *Et tibi dabo claves regni cœlorum.* Quem ad usum? sequentia docent. *Quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis; & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in cœlis.* Quid est *ligare* per claves, nisi claudere? Quid *solvere* per claves, nisi aperire? [Matth. 16.]

Sannas in S. Rochum, in S. Sebastianum, in S. Michaëlem Archangelum, in S. Georgium, in S. Apolloniam, in S. Raphaëlem, aliósque cœlites, quorum opem certis in calamitatibus vel necessitatibus pii implorare solent, mutuatus es partim ex Luthero, partim ex Apiario, partim ex aliis sycophantis. E Etsi enim irrisionum & subsannationum feracissimum pectus tibi obtigit, alioquin non esses γελωτοποιός; juvat tamen subinde mutuum sumere, hortúmque tuum nativis aquis satis irriguum, alienis etiam irrigare. Interim nos súsque déque habitis sectariorum ludibriis, cum S. Augustino libera & elata voce dicimus: *Ubique quidem Deus est, & nullo continetur vel includitur loco, qui condidit omnia, & eum à veris adoratoribus in spiritu & veritate oportet adorari, ut in occulto exaudiens, in occulto etiam justificet & coronet. Veruntamen ad ista, quæ hominibus visibiliter nota sunt, quis potest ejus consilium perscrutari, quare in aliis locis* (& per alios Sanctos) *hæc miracula fiant, in aliis* (& per alios Sanctos) *non fiant?* [D. August. epist. 137.]

Catholicis profectò notissima res est, S. Sebastianum, & S. Rochum hac peculiari à F Deo donatos gratia; ut pestis luem piè invocati cultíque avertant, vanitatémque hæreticorum id negantium integræ civitates, imò & provinciæ redarguunt. Quid enim mirum, si Deus, ùt per alias creaturas, quas *causas secundas* appellamus, sua dona nobis largitur, & quidem certa per certas; non omnia per singulas, ita etiam mortalibus divitias bonitatis suæ per Sanctos, electissimos sua organa, impertiat: & quidem certas per certos. Non frustrà Græci S. Michaëlem *Archistrategum*, quasi dicas *Archiducem*, nominant. Non frustrà S. Georgium τροπαιοφόρον. Ab eventis hæc nomina fluxerunt: & in sacris litteris sat evidentia testimonia extant de principatu seu *præsidatu* S. Michaëlis super regna; & pugna illa G cum Dracone, quæ omnium prima in cœlo & in terra extitit, non immeritò omnes illos, qui etiam contra adspectabiles hostes dimicant, excitavit & incitavit, ut S. Michaëlem præcipuo honore afficiant ínque vota vocent. Idem de S. Apollonia dictum volo. Idem de aliis. Non recens hic mos, sed antiquissimus. Id vel ex uno Theodoreto claret; de quo paulò pòst. [Daniel. 10.]

Abire hinc volentem retinet admiratio, H qua me cepit acumen Lutheri, qui, ùt solet, ingeniosissimè nobis explicat, cur S. Sebastianus, & S. Rochus pro peste avertenda invocentur, S. Antonius, ne sacer ignis membra depascatur, S. Valentinus, ut caducus morbus depellatur. *Videri*, inquit, *potest, illos tres Sanctos mera nominum allusione præ cæteris in hæc officia invocatos. Siquidem S. Tonii Italica allusione propè sonat, ac si sanctus ignis, hoc est, sacer ignis, diceres, quasi is propter nomen suum sacro igni sit remediabilis.* At qui Italicam linguam nôrunt, illi testantur, incompertam sibi hujusmodi paronomasiam, quæ ut maximè esset, vero tamen longè affinius arbitrarer, Lutherum appellatum esse *Martinum*, non à sanctissimo [Luth. in explicat. Decalogi. Tomo 1. Witteberg. lat.]

[A] illo Turonensium Episcopo, sed ab illo, quem Itali *Martineto*, Germani, Märtle appellitant; Simii enim sunt hæretici; ùt jam dudum observavit & annotavit S. Cyprianus (S. Cyprian. epist. 73.); *Novatianus*, inquiens, *simiarum more, (quæ cùm homines non sint, homines tamen imitantur) vult Ecclesiæ Catholicæ auctoritatem sibi & veritatem vindicare, quando ipse in Ecclesia non sit, imò adhuc insuper contra Ecclesiam rebellis & hostis extiterit.* Si Lutherus dubitabat, num *sacer ignis* intercessione S. Antonii depellatur; discere id poterat certissimis fidéque dignissimis testimoniis, si, quando adhuc Monachus Romam venit, templum S. Antonii adire, & anathemata, beneficiorum à S. Antonio acceptorum monumenta, oculis suis percurrere voluisset.

Quàm verò argutum illud, S. Sebastianum pesti avertendæ patronum electum esse; ùt & S. Rochum; quia Germanica nomenclatura sant Bastian sono alludit ad pestem; & Rach Germanis; apud Latinos est *vindicta*; & quia pestis à Deo plerumque immittitur ùt flagellum & vindicta scelerum; *Ideo nimirum*, inquit Lutherus, *huic vindictæ abigendæ vindicem delegerunt Germani Rochum à vindicta dictum.* At si id ita est; cur Itali, Galli, Hispani, Poloni; & aliæ nationes S. Sebastianum & S. Rochum pestiferæ luis propulsandæ gratia venerantur? Nominis certè affinitate induci non potuerunt; ùt nec Germani similitudine nominis S. Antonii, si ulla inter hoc nomen & *sacrum ignem* [C] intercederet, ùt Lutherus nugatur. Idem dico de S. Valentino; ùt enim fallen, seu, ut Lutherus scribit, vallen, cognationem soni cum primis syllabis nominis *Valentini* habeat; at non habet apud alias aliarum linguarum nationes, non apud Latinos, non apud Græcos, Italos, Hispanos, Gallos, quemadmodum & nomen Vincentii cognationem qualem qualem habet, cum Germanico fünden, seu ex Lutheri Orthographia vinden, at non habet in aliis idiomatis; ùt per se notum est.

[D] Quocirca Lutherus, & Lutherani, Calvinus & Calviniani, quando hujusmodi nugamentis ex trivio arreptis invocationem & venerationem Sanctorum insectantur, irrisuíque apud imperitam plebem exponunt, scurras, more suo, & suo in theatro egregiè agunt; & hoc ipso ostendunt, sibi præter sanoas & scurrilitates nihil suppetere, quo dogma nostrum de cultu cœlitum impugnent. Quo in genere mirificus itidem est Auctor Apiarii, qui & ipse, Lutheri spiritu cavillatorio instinctus, Longinum Centurionem à *Lonche*, quod est *hasta*, procusum existimat; sanctámque Apolloniam invocari ait ab illis, qui dolore dentium cruciantur, quòd apud Germanos in ipso Apolloniæ nomine insit nescio quæ paronomasia cum vocabulo, quo nos *dentium putredinem* significare solemus. At si hæc Germanis causa fuit invocandi S. Apolloniam; [E] mirum eosdem non invocare *Apollonium* Tbyaneum; quia eadem similitudo, si tamen ulla est, apparet in Apollonii vocabulo. Sed facessant ista plusquam puerilia impostorum fabulamenta, & ad illos ablegentur, qui aliis dapibus non oblectantur. *Cor sapientis*, inquit Sapiens, *quærit doctrinam, & os stultorum pascitur imperitia. Labia sapientum*, inquit idem Salomon (Proverb. 15.), *disseminabunt scientiam; cor stultorum dissimile erit.* Quare dissimile? Quia disseminat mendacia, cavillationes, calumnias, nugas, gerras, & ùt ille ait, *affanias apinas.*

[F] Scribit S. Augustinus, *populum Christianum memorias Martyrum religiosa solennitate concelebrare, & ad excitandum imitationem, & ut meritis eorum consocietur, atque orationibus adjuvetur.* Ait Misenus, *ineptissimè hinc colligi, Sanctos esse adorandos vel invocandos.* Et rationem, sine ratione tamen addit. *Neque enim statim adorandus est, qui me precibus adjuvat, cùm is solus invocandus sit, cui etiam intima cordis nota sunt.* Atqui Sanctos adorari posse, aliter tamen & alio adorationis cultu, quàm Deum, & ita etiam à Christianis tempore S. Augustini adoratos esse; perspicuè liquet ex ipsis S. Augustini verbis. Ait enim, Christianos sua ætate celebrâsse festa Martyrum *religiosa solennitate.* At quid aliud est; festa in honorem Martyrum instituere, quàm Martyres *adorare*, hoc est, colere, & venerari, & ne tu hîc *politicum* cultum somnies; expreßè exposuit nobis S. Augustinus, quo cultu Martyres coluerint, nimirum *religioso*, & præstantiore quodam, quàm sit civilis, qui hominibus vel ob dignitatem, vel ob doctrinam, vel ob aliam excellentiam defertur.

[G] Addit S. Augustinus, cur Christiani festa Martyrum religiosa solennitate celebrârint; I. Imitationis causa. II. Communionis meritorum. III. Ut orationes Martyrum apud Deum impetrarent. Quæso, quibus aliis verbis debebat sanctus Augustinus describere invocationem Sanctorum? An non hoc ipso invoco Sanctos, si religiosam solennitatem in honorem Sanctorum instituam, eo fine, ut eum meritis eorum consocier, & orationum apud Deum particeps fiam? An putas Christianos in *actu signato*, ùt loqui solemus, id non petiisse ab ipsis Martyribus, quod nos ab illis in Catholicis Litaniis quotidie precari solemus? [H] Hoc nimirum. *Ora pro nobis.* Cur ergo ipsemet S. Augustinus intercessionem beatissimi Martyris Cypriani his verbis imploravit? *Adjuvet itaque nos* (beatus Cyprianus) *in orationibus suis in istius carnis mortalitate, tanquam in caliginosa nube laborantes, ut donante Domino, quantum possumus, bona ejus imitemur.* (S. August. lib. 7. de Bapt. cap. 1.) At Misenus, pro sua subtilitate, ita videtur cogitare: licitum non esse, ut id à Sanctis petamus, quod ipsi ultro præstant. Pulchrè, & similiter ac si dicat; id à principe non postulari

ſtulari licitè, quod alioquin ſponte ſua pro ſua in ſuos charitate præſtare ſolet.

A Interim tamen hic animadvertere licet nonnulla Calvinianis decretis prorſus repugnantia. Nam I. Chriſtiani cum S. Auguſtino feſta in honorem Martyrum celebrabant. Cur omnia Sanctorum feſta exterminârunt Calviniſtæ; ſi Auguſtini & veterum Chriſtianorum veri & germani ſunt imitatores? II. Cur nec tacitè, nec expreſſè, nec palàm, nec clam, nec in templo, nec extra templum, petunt ſe meritis Martyrum conſociari, eorúmque orationibus adjuvari? III. Cur nulla prorſus templa in memoriam Martyrum exædificant? Imò cur extructa aut deſtruunt, aut profanant? Cur alia itidem plurima faciunt, veterum Chriſtianorum, ipſiúſque Auguſtini conſuetudini planè contraria; de quibus copioſiùs in priore Apologia? Aut vos malè facere; aut illos malè feciſſe oportet. Hoc poſterius nec credo, nec unquam credidi, neque unquam crediturus ſum.

B Theodoretus nec cum S. Auguſtino, nec cum S. Cyrillo pugnat. Suprà dixi; nunc repeto. Si quando Patres dicunt, ſolum Deum eſſe invocandum aut adorandum, loquuntur de invocatione & adoratione, prout eſt cultus latriæ, qui ſoli Deo exhibendus eſt, tanquam ſupremo & primo omnium charifmatum & donorum auctori ac largitori, omniúmque rerum principio ac fini. Hoc cultu nullum cœlitem colimus,
C nullúmque colendum docemus. Hæc in ſcholis orthodoxorum tam trita ſunt & vulgaria, ut ne pueros quidem lateant. Solum Miſenum fugiunt: de quo verè illud Comici prædices. *Hic ille eſt, ſenectâ ætate, qui factus eſt puer*, ſi tamen unquam non puer fuit: qui puerili prorſus conatu nititur hic eludere clariſſimum de cultu Martyrum apud Theodoretum teſtimonium. Sed dilucidius eſt, quàm ut ulla vel nequitiæ vel ignorantiæ nebula inobſcurari queat.

Theodoret. lib. 8. de curand. Græcan. affect. circa finem.

D Poſtquam enim Theodoretus toto propemodum libro doctiſſimè diſputâſſet de honore Martyrum, quo toto terrarum orbe apud Chriſtianos coluntur, eóſque comparâſſet cum Græcis, qui vel ob ſapientiæ vel fortitudinis laudem maximam gloriam apud omnes obtinuerant, tandem totam quaſi de Martyribus diſputationem in compendium redigens ait: I. *Martyrum templa conſpicua & magnitudine præſtantia paſſim cerni.* Quod etiam repetit ſub finem libri noni, qui eſt de legibus. II. *Templa iſta Martyrum omni ornamentorum genere decorata, ſplendorem ſuum longè latéque diffundere.* III. *Templa hæc à Chriſtianis adiri per annum, non ſemel tantummodo, aut bis; aut quinquies, ſed ſæpius.* IV. *In templis iſtis ſæpenumero dies feſtos peragi, Dominóque Martyrum ſæpe in ſingulos dies hymnos decantari.* V. *Ex his templis immenſam cœleſtium donorum copiam ad mortales redundare.*
E VI. *Loculos, in quibus Martyrum Reliquiæ aſſerventur & requieſcant, ſummo in pretio haberi, nec aliter, quàm bonorum omnium uberrimos fontes, reputari.* VII. Ad templa Martyrum frequentem hominum concurſum fieri. VIII. Et eos quidem, qui proſpera ſunt valetudine, petere à Martyribus, ut eam ſibi conſervent & incolumem præſtent.

Theodoret. ſub finem lib. 9.

F At hic occurrit Miſenus; *Theodoretum non dicere valetudinis conſervationem peti à Martyribus; hoc enim ab Interprete additum; ſed à Deo.* Atqui interpretem rectè illud adjeciſſe, patet ex tota Theodoreti oratione; nam Theodoretus non habet illud *à Deo.* deinde ab illis petebant conſervationem valetudinis & alia, quæ commemorat Theodoretus, quos ſibi in itinere petebant eſſe duces & comites: at ipſos Martyres petebant ſibi eſſe duces & comites in itinere. Ita enim Theodoretus, λιπαρῦσι τύτυς, *orant iſtos*, nempe Martyres, *ſibi eſſe viæ comites & duces.*

G Ab illis, ſecundùm Theodoretum, petebant conſervationem valetudinis, ad quos ait Chriſtianos accedere non tanquam ad Deos; ſed tanquam ad divinos homines, quos obſecrent & obteſtentur ſibi interceſſores fieri, Quid ad hanc tantam lucem tergiverſaris Calviniſta? An non diſertis verbis dicit Chriſtianos λιπαρεῖν & ἀντιβολεῖν *orare & precari Martyres*, ut fiant πρεσβευταὶ, hoc eſt, *interceſſores* & *deprecatores* apud Deum? At inquis, τὸ ἀντιβολεῖν non eſt προσκυνεῖν. Hoc non agitur; ſed iſtud, utrum ex Theodoreti ſententia Chriſtiani Martyres coluerint, & invocaverint, eorúmque opem & auxilium implorârint. Hoc quæritur. Hoc Theodoretus perſpicuè teſtatur. Et hic ipſe cultus, hæc ipſa invocatio eſt quædam προσκύνησις ſeu *adoratio*, etſi non ſuprema illa ſoli ſupremo Numini debita, ſed alia ex virtute Duliæ ſeu Religioſæ obſervantiæ profecta. Quoties in ſacris litteris *adoratio* ſeu προσκύνησις etiam civilem cultum & venerationem ſignificat, tametſi ampliore notione? Cur igitur abſque piaculo dici non poſſet de *cultu religioſo*, quo Sanctos proſequimur?

H IX. Dicit Theodoretus, eos, qui ægritudinem aliquam patiuntur, petere à Martyribus ſanitatem. Quid ergo novi, ſi peſte laborans confugiat ad S. Sebaſtianum, aut S. Rochum? Laborans dolore dentium, ad S. Apolloniam? Laborans morbo caduco, ad S. Valentinum? X. Steriles viros & mulieres fœcunditatem liberóſque poſtulare: eos verò, qui parentes jam ſunt, filiorum incolumitatem expoſcere. XI. Eos, qui peregrinantur, petere, ut Martyres ſibi ſint *duces & comites* in via. XII. Reduces agere gratias pro accepto beneficio. XIII. Neminem tamen colere Martyres tanquam *Deos*; ſed tanquam ad divinos homines

preces fundi, ut apud Deum pro nobis intercedant.

A XIV. Fruſtra Martyribus preces non offerri, id teſtatum facere dona & anathemata, quæ votorum rei perſolvunt, & in templis Martyrum ſuſpendunt. XV. Alios offerre & palàm appendere *ἐκτυπώματα effigies*, ſeu *ſimulachra* oculorum, quippe à morbo oculorum liberatos. XVI. Alios pedum; XVII. Alios manuum: & quidem aurea vel argentea. XVIII. Hæc dona gratiſſima eſſe Martyrum Domino, licèt ex vili etiam materia conſtent. XIX. Hæc omnium conſpectui expoſita oſtendere, quæ ſit virtus & potentia Martyrum. XX. Cunctos mortales Martyrum nomina magis quàm familiarium ſcire. XXI. Martyrum nomina filiis imponi à parentibus, cum ſpe cuſtodiam illis tutelámque certiſſimam comparandi. XXII. Templa Ethnicorum everſa, eorúm-

B que materiam templis, aríſque Martyrum excitatis expiatam eſſe. XXIII. Dominum Deum noſtrum ſuos mortuos in templa Græcorum pro Diis induxiſſe, ac illos quidem caſſos gloria vanóſque reddidiſſe, ſanctis autem Martyribus honorem illorum dediſſe; Pro *Pandiis* enim *Diaſiiſque* ac *Dionyſiis*, hoc eſt, Jovis Bacchíque ſolennitatibus, Petro, Paulo, Thomæ, Sergio, Marcello, Leontio, Antonino, Mauricio aliíſque ſanctis Martyribus dies feſtos inſtitui, & peragi.

C Hæc & plura talia, quæ Theodoretus de priſcis Chriſtianis memoriæ prodidit; à Calviniſtarum ſecta & inſtituto longè ſunt alieniſſima; ùt omnes nôrunt, nec Miſenus neſcit. Etſi fateri pudet: quantum enim ex hac publica confeſſione Calviniſmo præjudicium crearet? Ubi erat tunc, quando Chriſtiani Martyres eo ritu & modo colebant, quem nobis Theodoretus tam perſpicuè ante oculos ponit? Quòd ſi Calviniſtæ ab antiquis Chriſtianis non deſciverunt, cur Martyrum templa jam olim condita evertunt, & profanant? Cur Reliquias, cur feſta & memorias Martyrum exterminant, non ſecus ac Judæi & Turcæ? Cur, Miſene, cum Maximo Madaurenſi Grammatico idololatra, fratre tuo uterino, ringeris & rumperis legens Theodoretum, & hodie itidem pluribus in locis, quàm velles, cultum Martyrum aliorúmque cœlitum florere, ac in dies magis efflorescere videns?

D Recitavi tibi in priore Apologia verba fratris tui. Non repono jam. Tantùm obſerva, quàm bellè tibi, tuo Luthero, Apiario, aliíſque Sanctorum irriſoribus & contemptoribus conveniat cum illo Ethnico Madaurenſi, qui, ut ludos ſibi aliíſque faceret, Punica quædam Sanctorum nomina, quaſi, ridicularia, S. Auguſtino objecit, objectáque irriſit; ſicut vos Germanica quædam Divorum vocabula, quando cachinnis animum relaxare lubet, in medium producitis. E Sed quod Auguſtinus Ethnico. S. Stephanum ſub Namphaonis Punico nomine ſubſannanti; hoc itidem nos vobis. *Miror*, inquit S. Auguſtinus, *quòd nominum abſurditate commoto in mentem non venerit habere tuos & in Sacerdotibus Eucaddires, & in numinibus Abeddires. Nam puto ego, iſta tibi, cùm ſcriberes, in animo non fuiſſe, ſed more humanitatis & leporis tui commonefacere nos voluiſti ad relaxandum animum, quanta in veſtra ſuperſtitione ridenda ſint. Neque enim uſque adeò te ipſum oblivìſci potuiſſes, ùt homo Afer ſcribens Afris, cùm ſimus utrique in Africa conſtituti, Punica nomina exagitanda exiſtimares. Nam ſi ea vocabula interpretemur, Namphanio, quid aliud ſignificat, quàm boni pedis hominem, id eſt, cujus adventus afferat aliquid felicitatis: ſicut dicere ſolemus; ſecundo pede introiiſſe, cujus introitum proſperitas aliqua conſecuta ſit.*

S. Auguſt. epiſt. 44.

F Porrò ſicut ſalutis noſtræ perennis hoſtis, cœlitúmque capitalis oſor Diabolus ore Maximi Madaurenſis fratris tui ſat manifeſta documenta dedit doloris, quo cruciabatur ob Martyres, eorúmque Reliquias toto terrarum orbe à Chriſtianis coli ſulitas, ita ejuſdem ſui doloris non obſcuram ſignificationem per alios itidem ſæpius dedit, ùt per Antoninum, Ædeſii Philoſophi & Soſipatræ filium, quem ſcribit Eunapius, & ipſe Ethnicus, conſobrinus tuus, prædixiſſe: πᾶσι τοῖς ὁμιλνταῖς ὡς μετ᾽ ἐκεῖνον ὀυκ ἔτι τὸ ἱερὸν ἔσοιτο, ἀλλὰ καὶ τὰ μεγάλα καὶ ἅγια τῦ σαράπιδος ἱερὰ πρὸς τὸ σκοτοειδὲς καὶ ἄμορφον χωρήσει καὶ μεταβληθήσεται, καί τι μυθῶδες καὶ ἀειδὲς G σκότος τυραννήσει τὰ ἐπὶ γῆς κάλλιςα, *omnibus ſuis familiaribus & diſcipulis, à morte ſua non ſuperfuturum ampliùs templum illud* (in Canopico Nili oſtio, ibi enim Antoninus ſedem fixerat, & philoſophiæ, vel potiùs Magiæ ſuæ, ſcholam aperuerat) *imò magnifica illa & religioſa Serapidis delubra informi ſitu obrutum iri, & vaſtitatem paſſura, quaque in terris adſpectu pulcherrima forent, in ea fabuloſum chaos & ſpiſſam caliginem dominatura, ſuámque tyrannidem eſſe exercitura. Quæ omnia tempus detexit, veráque comprobavit, ut oraculi vim prædictio obtinuerit.*

Eunap. in Ædeſio.

H Nam vix adeò ex *hac vita migraverat*, ait paulò pòſt Eunapius, vel potiùs Monachorum & Martyrum juratiſſimus hoſtis per os Eunapii, *cùm & cultus Numinis apud Alexandriam, & Serapidis delubrum diſturbata diſſipatáque fuerant, non religio tantùm, ſed univerſa fabrica, & omnia eum habuerunt exitum, quem poëtarum fabulæ tribuunt Gigantum victoriæ; ſimile enim quid Canopicis templis accidit, imperante tunc Theodoſio, Prætorii præfecto Theophilo, &c.* Et cùm templorum everſionem copioſè non ſine ſtomacho deſcripſiſſet; tandem nihil ægrius ſibi accidiſſe indicat, quàm quòd in eorum locum ſubſtituta eſſent

sent Monachorum domicilia, & Martyrum Basilicæ, in quibus Monachi illi Martyres perpetuo cultu colerent, ac venerarentur. Quocirca sic furit bestia.

A *Illi ipsi* (Christiani) *Monachos Canopi quoque collocârunt, ut pro Diis, qui animo cernuntur, servos, & quidem flagitiosos colerent, ad eúmque cultum mortalium mentes obstringerent. Ii namque condita & salita eorum* (Martyrum) *capita, qui ob scelerum multitudinem à judicibus extremo supplicio fuerant affecti, pro Divis ostentârunt: iis genua submittebant, Diisque præstantiores existimabant, ad illorum sepulchra pulvere sordibúsque conspurcati. In his nonnulli Martyres vocabantur, alii Diaconi, καὶ πρέσβεις τῶν αἰτήσεων παρὰ τῶν θεῶν, advocati & quasi legati precum apud Deos, cùm fuerint mancipia infida, & flagris pessimè concisa, & quæ cicatrices scelerum ac nequitiæ vestigia*

B *corporibus circumferrent. Ejusmodi tamen Deos fert tellus.* Hæc Eunapius. Omnia prorsus *Calvinianè.* Nam primò dolor & luctus propter cultum Martyrum, Calvinianus est. II. Convicia in Martyres, Calvioiana sunt. III. Irrisio Monachorum, Calviniana est. IV. Mentiri Martyres à Christiaois *tanquam Deos* coli, Calvinianum est. V. Rursus mentiri Martyres mundo tanquam numina obtrudi, Calvioianum est. VI. Ipsas Martyrum Reliquias, *festivis*, ùt D. Augustinus vocat, *contumeliis* afficere, Calvinianum est. VII. Ridere Christiaoos, quòd Martyres sibi apud Deum πρέσβεις, *advocatos & intercessores* deligant; Calvinianum est. Et quid longis verborum anfrsctibus opus? Omnia, quæ Eunapius eo loco scribit, Calviniana suot.

S. August. epist. 44.

C Ex his tamen Eunspiocalvinisnis colliguntur nonnulla minimè Calviniana. Nam primò, Monasteria extruere, Monachósque fovere, Calvioianum non est. II. Martyribus Basilicas sacrásque Ædes coodere, Calvinianum noo est. III. Reliquias Martyrum populo religiosè spectandas proponere, Calvioianum oon est. IV. Populum ad Martyrum venerationem, cultúmqne Reliquiarum excitare, Calvinianum non est. V. Coram Reliquiis genua flectere, Calvinianum non est. VI. Ad Martyrum sepulchra se prosternere, capútque cinere conspergere, Cslvinianum oon est. VII. Monachos constituere, quì ad sepulchra Martyrum Deo indesinenter famulentur, eúmque in Martyribus laudent ac celebrenr, Calvinianum oon est. VIII. Martyres ducere pro advocaris & intercessoribus apud Deum, Calvinianum non est. IX. Monasticam professionem msgni pendere, Calvinianum non est.

D Qusnti autem eo tempore æstimaretur hoc vitæ institutum, satis iodicat his conviciis Eunapius. τυραννικὴν γὰρ εἶχε ἐξουσίαν τότε πᾶς ἄνθρωπος μέλαιναν φορῶν ἐσθῆτα καὶ δημοσίᾳ βελόμενος ἀσχημονεῖν. E *Tyrannicam enim potestatem & licentiam habebat tunc omnis ille, qui nigram vestem ferre, & publicè in sordido habitu spectari vellet.* Hæc novem capita tam non sunr Calviniana, quàm Calviniana sunt septem illa priora ex Eunapio collecta; ac proinde necesse est, Ecclesiam illam, in qua hæc omnia Eunapius videbat & lugebat, non fuisse Calvinianam: & Theodosium Imperatorem Theophilúmque præfectum Prætorio, cujus ductu templa Ethnica in Ægypto evertebantur, & supradicta omnia pstrabantur, non *Calvinizâsse; nam* si *Calvinizâssent*, ea, quæ ex Eunapio recitavimus, minimè præstitissent; nec gentiles etiam ad Christiana sacra traducere studuissent: cùm hæreticis, *hoc sit negotium*, inquit Tertullianus, *non Ethnicos convertendi, sed nostros evertendi. Hanc magis gloriam captant, si stantibus ruinam, non si jacentibus elevationem operentur; quoniam & ipsum opus eorum non de suo proprio ædificio venit, sed de veritatis destructione. Nostra suffodiunt, ut sua ædificent, &c. Ita fit, ut ruinas faciliùs operentur stantium ædificiorum, quàm exstructiones jacentium ruinarum. Ad hæc solummodo opera humiles & blandi & submissè agunt.*

Tertullian. lib. de præscript. cap. 42.

Quantas porrò graóas Calvinianis ageret Eunapius, si ab Orco rediret, ob Deorum gentilium honorem tam insigoiter vindicatum in eversione tot templorum, quæ jam olim Martyribus consecrata fuerant; & in exustiooe tot Reliquiarum, in quibus Martyres à Christiana plebe honorabantur? F Quàm sibi gratularetur, si Calvinianum templum iogressus, nullos ibi videret Monachos; nulla Martyrum altsria; nullas imagioes; nulla lipsana; nulla Divorum sepulchra; nulla denique monumenta: nam in G templis illis, quæ tam lamentabiles voces Eunapio excusserunt, fuisse imagines Martyrum, evidenter apparet ex ipso Eunapio, cùm enim Martyres sacrilega lingua appellâsset *verberones* & *mastigias*, & ἀνδράποδα, *mancipia*, subjecit. καὶ τὰ τῆς μοχθηρίας ὠτειλὰς ἐν τοῖς εἰδώλοις φέροντα. *Quæ improbitatis cicatrices scelerúmque vestigia in Idolis suis*, hoc est, in imaginibus & statuis, *circumferant & ostendant.* Martyrum enim imagines, more Calviniano, nominst Eunapius *Idola;* quid autem notius est, quàm plerumque in Martyrum imagioibus exprimi etiam indicia & argumenta tormentorum, quæ subiêrunt, & genus mortis, quam tolerârunt?

H Nec moror Interpretem sic Eunapii locum nobis reddentem. *Quæ cicatrices scelerum ac nequitiæ vestigia corporibus circumferrent;* maluit enim locum ineptè, quàm verè in latinum convertere, ne Calviniani ex ipso Calviniano Eunapio convinci viderentur, tempore Theodosii Imperatoris, fuisse in Martyrum templis imagines Martyrum. Scilicet εἴδωλον Martyris, est ipsum corpus Mar-

A Martyris; ùt iste vel imperitè hallucinatur, vel improbè lectoribus imponit. Quòd verò Eunapius dicit, ex illis, quos Christiani colebant, quosdam vocatos esse *Diaconos*, nihil planè dubito, eum ad Protomartyrem *Stephanum* sanctúmque *Laurentium* respexisse. Isti enim duo Diaconi omnibus Christianis semper summo in pretio fuerunt.

B Neque verò Dæmon ob cultum & honorem Martyrum per suos administros, Maximos Madaurenses, Julianoa, Faustos, Antoninos, Eunapios, Misenos, Calvinianos, Lutheranos, tantùm post Christi in terras humana sub imagine adventum; sed & longè ante salutarem Servatoris nostri *Incarnationem* flebiles prorsus voces edidit, & quantoperè hac Martyrum futura gloria jam tunc torqueretur, abundè testatum fecit; usus ad hanc luctuosam threnodiam ore famuli sui Mercurii Trismegisti, qui in Asclepio futurum casum Ægyptiæ Idololatriæ insolabiliter deplorans, inter cætera sic quiritatur. *Linquetur Ægyptus, terráque, quæ fuit divinitatis sedes, religione viduata, numinum præsentia destituetur, &c. Tunc terra ista, sanctissima sedes delubrorum atque templorum, sepulchrorum erit mortuorúmque plenissima.*

C *Quasi verò*, inquit S. Augustinus, *si illa* (sacra Ægyptia) *non auferrentur, non essent homines morituri, aut alibi essent mortui ponendi, quàm in terra. Et utique quantò plus volveretur temporis, & dierum longitudo, tantò major esset numerus sepulchrorum propter majorem numerum mortuorum. Sed hoc videtur dolere, quòd memoriæ Martyrum nostrorum, templis eorum delubrisque succederent, ut videlicet, qui hæc legunt animo à nobis averso, atque perverso* (quales Calviniani) *putent à paganis Deos cultos fuisse in templis, à nobis autem coli mortuos* (tanquam Deos nimirum) *in sepulchris.* Quod tamen non est ita. *Honoramus sanè memorias eorum:* inquit idem S. Augustinus, *tanquam sanctorum hominum Dei, qui usque ad mortem suorum corporum pro veritate certârunt, ut innotesceret vera religio falsis religionibus victis atque convictis, &c. Itaque Martyres nostros nec divinis honoribus, nec humanis criminibus colimus, sicut illi colunt Deos suos, nec sacrificia illis offerimus, nec eorum probra in eorum sacra convertimus. Sed dolor Dæmonum per eum* (Mercurium Trismegistum) *loquebatur, qui suas futuras pœnas apud sanctorum Martyrum memorias, imminere mœrebant. In multis enim talibus locis torquentur & confitentur, & de possessis corporibus hominum ejiciuntur.*

S. August. lib. 8. de civit. Dei, cap. 26.

S. August. lib. cit. cap. 27.

D Idem dolor necdum Dæmones deseruit. Quare eundem, ùt olim per Hermen, Eunapium & similes; ita hodie per Misenum & alios hæreticos insanis clamoribus produnt; qui eam Germaniæ partem, ubi ipsi rerum potiuntur, Martyrum sepulchris olim plenissimam, expurgârunt adeò diligenter, ut ne *Mammaluci* quidem, *Musulmanni & Turcæ:* Ægyptum accuratiùs ab his *mortuorum sepulchris*, ùt ea vocat Mercurius; emundaverint, ut proinde Hermes immortales gratias sicuti Turcis, ita & Calvinistis debeat, quòd tam sedulò ex conspectu omnia Martyrum monumenta amoverint, quæ licèt non visa, sed prævisa duntaxat tantum molestiarum & cruciatuum ipsi, Dæmonibúsque pepererant. E

F Hæc paulò copiosiùs de cultu & veneratione Martyrum ex Theodoreto & Augustino, imò etiam ex Eunapio & Mercurio, quantumvis Martyrum hostibus: ut Misenus cùm alia, tum hæc duo tandem intelligat; primum, quando Theodoretus, aut S. Augustinus asserunt, solum Deum *adorari*, atque adeò adorandum esse, eos loqui de adoratione pressè, prout latriæ cultum significat. Hac enim adorationis specie solus Deus per se afficitur; non autem loqui illos de adoratione, ùt minorem quendam cultum, tametsi religiosum, denotat; patet id ex ipsius Theodoreti loco, quem iste ex sermone seu libro secundo de *Curandis Græcanicis affectionibus* adducit. Ait enim, *nos nihil eorum, quæ sub adspectum cadunt,* θεολογεῖν, hoc est, *pro Deo ducere, sed virtute præstantes, tanquam homines eximios, venerari:* quæ veneratio, est quædam adoratio; G sed latè accepta, nam cum addit: *Solum verò Deum adoramus;* adorationem strictè pro cultu latriæ usurpat. Et in eodem sermone dicit, nihil causæ esse, cur Ethnici nobis succenseant, quippe non θεοποιοῦσι, ἀλλὰ τιμῶσι τοὺς μάρτυρας, ὡς θεοῦγε μάρτυρας καὶ εὔνους θεράποντας; *cum in Deorum numerum non referamus, sed veneremur Martyres, tanquam testes fidósque ministros Dei.* Ubi manifestè docet, Martyres non προσκυνεῖσθαι *adorari* à Christianis tanquam Deoa; honorari autem alio infra divinum cultûs genere; quod tamen ipsum etiam *adoratio* appellari solet; neque enim adorationis nomen unum tantummodo significatum habet; & in scriptura ipse etiam honor, quem homo homini, vivus vivo, videns videnti deferre solebat; sæpius adoratio appellatur. Cujus rei exempla tam obvia sunt, ut pigeat percensere.

H Sic & S. Augustinus passim disertis verbis ait: Martyres à nobis *non coli, non adorari*, nimirum *tanquam Deos*, & eo modo, quo eos à nobis coli & adorari calumniabantur Faustus, & Ethnici, & hodie etiam hæretici. Quare sub finem ad Madaurensem Grammaticum, Miseni fratrem, hæc subjungit, quæ & ego Miseno dicta velim. *Ad summam tamen, ne te hoc lateat, & in sacrilega convicia imprudentem trahat, scias à Christianis Catholicis, &c. nullum coli mortuorum, nihil denique ùt numen adorari, quod sit factum & conditum à Deo.*

Quale

A Quale autem Miseni figmentum, quando scribit? *Lutheranos & Calvinianos semper cum Augustino asseruisse, Martyres honorandos esse propter imitationem.* Cæterùm in quo hæc perperua assertio consistat, non video, nisi in abrogatione omnium festorum, quæ olim Martyribus dicata erant; item in eversione Basilicarum & altarium, quæ iisdem olim erant consecrata; in exustione Reliquiarum; in violatione sepulchrorum, in dejectione & confractione imaginum seu pictarum, seu sculptarum, seu fusarum. Denique in abolitione omnium eorum, quæ Martyrum gloriam & honorem quomodocunque mortalibus repræsentant. Si hoc est venerari imagines *propter imitationem*, rum non diffiteor, post Faustum, Julianum, Vigilantium, Eunomium, Copronymum, Bogomilos, vix fuisse magis impigros & strenuos Martyrum *veneratores*, quàm Calvinistas & Lutheristas. Nec dubito, Misenum ad hanc venerationis speciem, cùm hoc de suis prædicaret, respexisse.

B Alterum, quod ex hac de cultu Martyrum disceptatione discere cupio Misenum, est isthoc. Si Martyrum cultus in Ecclesia Catholica & Romana usitatus, idololatricus foret; causæ nihil Diabolo suppetivisset, cur ob cultum Martyrum tam anxiè angeretur, támque lachrymabiles querelas per Hermen, & alios effunderet, fortémque suam miserandam defleret; & in hæc propè muliebria lamenta erumperet. *O Ægypte, Ægypte, religionum tuarum solæ supererunt fabulæ & æquè incredibiles posteris suis, soláque* Herm. in Asclep. cap. 9.
C *supererunt verba lapidibus incisa, tua pia facta narrantibus, & inhabitabit Ægyptum, Scythes, aut Indus, aut aliquis talis, id est, vicina barbaria, divinitas enim repetet cælum, desertì homines toti morientur, atque ita Ægyptus Deo & homine viduata deseretur.* Quæ necessitas, aut quæ formido jacturæ adigebat Diabolum ad has querimonias; si cultus Martyrum idololatricus esset? An non veteris idololatriæ dispendium satis supérque compensâsset tam in Ægypto, quàm alibi recentioris idololatriæ specie?

D Illud potiùs miror, Dæmonem per os Mercurii Trismegisti, Antonini, Eunapii, Madaurensis & similium quiritantem, tam stupidum & inconsideratum fuisse, ut se & suos non solaretur spe restitutionis in integrum, per Julianum, per Vigilantium, Faustum, Eunomium, Iconomachos, Bogomilos, Wiclephistas, Lutheristas, Calvinistas. Quid enim facilius erat, quàm talibus suos affari. *Durate, & vosmet rebus servate secundis. O passi graviora, dabit Deus his quoque finem. Venient, venient labentibus annis cùm alii plurimi, tum præsertim Lutherani & Calviniani, qui Martyres sedibus suis exturbabunt; omni honore spoliabunt; despicatui & ludibrio habebunt; Deósque extermina-* E
tos insigniter vindicabunt; uno verbo, qui restituent rem; inque veteris idololatriæ stationem sufficient novam, paulò subtiliorem, & comptiorem, pulchro Christiani nomine fucatam. Quid multis? ἀνέρες ἐστὲ, φίλοι, καὶ ἄλκιμον ἦτορ ἕλεσθε. *Damnum hoc uberrimo fœnore cumulabitur studio & opera duorum, quorum alterum Picardia, alterum Saxonia submittet.* Hæc & his similia Diabolo sui gregaliúmque suorum solandorum gratia non incidisse, mirari quis posset, si quis hac de re attentiùs cogitare vellet.

Cætera, quæ in hoc capite Misenus blaterat, meri logi sont; Quòd nôrit discrimen inter *mentiri & mendacium dicere*, non gravatè credo, itaque producto Gellio nihil opus erat. Quomodo discrimen hoc nescires, qui tam insigniter *mentiri & mendacia dicere* nôsti? De Bacchanalibus, de quibus verbosè philosopharis, si commentarium scripseris, morem geres Horatiano illi præcepto. *Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam viribus*, nec dubito, te diu versâsse, quid tui *ferre recusent, quid valeant humeri*; satísque pro hoc *Bacchanalitio* argumento validos robustósque reperisse. Quocirca non immeritò tibi poteris polliceri, qood ibidem Poëta subdit. *Cui lecta potenter erit res, nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.* Rides Jesuitæ nomen. Nihil aliud dico, quàm illud Theophili Antiocheni adversùs Autolycum. *Quòd tibi ludibrio sum, dum me Christianum* (Jesuitam) *nuncupas, non magni facio, imò respondeo, te nescire, quid dicas. Nam unctionis*, (salvationis) *hoc nomen inprimis bonum suavéque est, nec risum meretur.* F Theophil. lib. 1. contra Autolycum.

CAPUT VII.

De Jessæis & Monachis.

VUlgo *dici solet*, inquit Arrianus, *stultum nec persuadendo, nec tundendo mutari posse.* Idem testatur Salomon. *Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas, feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia ejus.* Hoc verissimum esse, sæpius jam me docuit Misenus cùm alibi, tum hic, ubi nobis de Jessæis & Monachis disputatio est. Quidquid enim sancti, iique gravissimi & doctissimi Patres sentiant; quidquid probatissimi historici scribant; quidquid ratio & ratiocinatio dictet ac suadeat, quæcunque verborum quasi flagella Litho huic admoveantur, ipse sua in insipientia immobilis perdurat; non sine dulci quadam oblectatione animi; convenienter nimirum illi divino oraculo: *Stultitia gaudium est stulto.* G Arrian. lib. 2. cap. 15. Proverb. 27. Proverb. 15.

H Ait me ita argumentatum. *Philo non negat Jessæos fuisse Christianos: ergo fuerunt Christiani.* Atqui mentiri hæreticum evidenter convincit mea Apologia: neque enim tam hebes som, ut, si hunc in modum argumentationem formâlem, non animadversurus fu-

A issem, è vestigio mihi objici posse banc consequentiam. *Æsopus in suis fabulis non negat, Jessæos fuisse Christianos: ergo fuerunt Christiani.* Quis adeò insanit, ut huc insaniæ procedat? Argumentum igitur meum boc erat. Philo nusquam negat Jessæos fuisse Christianos, imò passim iis coloribus eos depingit, qui non nisi in Christianæ fidei professores convenire possunt: ergo ex sententia Philonis Jessæi fuerunt Christiani. Ducitúrne hoc argumentum tantummodo ab auctoritate *negativè*? An tam cœcus es, ut non videris affirmationem ab auctoritate adjunctam? Aut tam improbus es, ut, cùm videris, dedita tamen opera, dissimulaveris?

B Taceo, absolutè verum non esse, argumenta ab auctoritate *negativè*, nihil roboris & ponderis habere; quando enim, omnibus circumstantiis consideratis, probabile fit, aliquem hoc vel illud affirmaturum aut negaturum fuisse, si ita contigisset, aut aliter contigisse existimâsset; tunc ab auctoritate *negativa* non planè inefficax argumentum desumitur; ita ut non absque verisimilitudine dicere liceat: *Iste non asserit hoc, quod tamen omnibus circumstantiis consideratis asserturus fuisse videtur, si ita sensisset: ergo ex sententia hujus, hoc vel illud non est asserendum. Iste non negat hoc vel illud; quod tamen omnibus circumstantiis consideratis negaturus fuisse videtur, si contraria opinione imbutus fuisset: ergo ex sententia hujus hoc vel illud non est ne-*
C *gandum.* His & similibus argumentis ab auctoritate *negativè* solummodo ductis, suum ajo inesse pondus, suásque vires, tametsi, ùt antea dicebam, ego tali argumento usus non sum, ùt mibi affingit Hæreticus, qui subjungit. *Si ex sententia Epiphanii omnes Christiani initio appellati sunt Jessæi; Jessæi autem secundùm te fuerunt Monachi, necessariò inde sequi videtur, Ecclesiam tum temporis tantùm constitisse ex Monachis.* Hoc minimè sequitur, Misene: sed tantùm hoc, nominis hujus usum principiò latiùs patuisse, omnibúsque in Christum credentibus tributum fuisse, sive ii sæcularis sive religiosæ & Monasticæ professionis essent; postea autem reperto *Christiani* nomine, fidelibúsque imposito, mansisse in illis solis, qui vitam religiosam amplecterentur: sicut & olim appellatio *Sancti* omnibus Christianis tribuebatur, successu tamen temporis hæc tam ampla significatio restricta est, & arctioribus terminis circumscripta, ita, ut non dicatur nisi de illis, qui eximiè præ cæteris morum integritate vitæque innocentia clarent.

D Itaque quemadmodum nullius pretii est bæc argumentatio. *Si initio omnes in Christum credentes vocabantur Sancti, sequitur, Ecclesiam initio constitisse ex solis Sanctis, ea notione, qua boc tempore uti solemus vocabulo Sancti:* ita etiam nullius prorsus valoris est argumentatio Misenica de Jessæis. Nec ait S. Epiphanius, invento *Christiani* vocabulo, credentibúsque imposito; Jessæorum nomen penitus inter fideles desiisse; sed dicit E ita desiisse, ut non tribueretur ampliùs promiscuè & universim omnibus, qui in Christi disciplinam nomina sua tradiderant: quin autem in Christianæ religionis certa professione remanserit, id non inficiatur Epiphanius, potiùs hoc disertè affirmat eo ipso, quòd ait, post repertum jam Christiani nomen, Christianos illos, qui in Mareoticis Monasteriis vitam solitariam agebant, Jessæos fuisse appellatos.

F Quapropter valde arguta est quæstio, quam bic proponis. *Quærere aliquis possit, cur Epiphanius, quæ Philo de Jessæis narrat, de Christianis intelligi velit, cùm jam desiissent Jessæi vocari, qui in Christum crediderant.* Jure forsitan quæreres, si nomen boc penitus ex Republica Christianorum abiisset; sed quia ad certum vitæ genus contractum duntaxat fuerat, inanis est tua quæstio; cui tamen hoc neutiquam inane responsum reddi potest. Ea, quæ Pbilo de Jessæis scribit, ideo à S. Epipbanio de Christianis accepta; quia Philo ea de Cbristianis scripserat; id enim omnes propemodum syllabæ libri Philoniani, omnésque circumstantiæ totius narrationis indicant, ùt in utraque Apologia planum fecimus. Et quis tam excors est, qui Epipbanio non malit babere fidem, quàm Miseno, licèt ex vetustate solus Epiphanius foret, qui Philonis mentem in bunc sensum interpretaretur.

G De Homonymia Jessæorum & Jesuitarum nihil ego, si non fallit memoria, dixi. Et quid si dixissem? nibil à vero avium dixissem. Si enim *Jessæi à JESU* nomen ducunt, ùt ait S. Epiphanius, & si ab eodem JESU *Jesuita* vocabulum originem trahit; necesse est *Jesuitas*, & *Jessæos* esse cognomines; nec vocabuli origine & quasi fonte; sed solo flexu discrepare.

H Ais. *Quò diligentiùs aut Philonem lego, aut Josephum, eo magis in mea sententia confirmor.* Et ego in mea, quò diligentiùs lego Philonem, ejúsque interpretes S. Epiphanium, Eusebium, S. Hieronymum, alios: Nam de Josepho non laboro, ob causas in utraque Apologia allatas. Rationem constantiæ, seu veriùs pervicaciæ tuæ hanc reddis. *Verisimile non est, hos duos*, (Josephum & Philonem) *Christianis, quos Vatiniano odio omnes Judæi prosequuntur, tantum honoris habuisse, ut exquisitis adeò laudibus illos extollerent.* Josephum, ùt jam dixi, non moror in hac quæstione. Philonem fuisse Christianis amicissimum, ipsíque Apostolorum Principi Petro familiarem, testantur veteres; quos si legisset Misenus; fortè hac tam tenui ratiuncula, pudore absterritus, supersedisset. Audi ergo, quid de Pbilonis cum Christianis necessitudine literis prodiderit S. Hieronymus. *Cùm* (Pbilo) *secunda vice venisset ad* S. Hieron. de viris illustr.

Clau-

A *Claudium* (Romam) ajunt *in eadem urbe locutum esse cum Apostolo Petro, ejúsque habuisse amicitias, & ob hanc causam etiam Marci, discipuli Petri, apud Alexandriam sectatores ornâsse laudibus.* Eadem de Pbilonis cum Petro eolloquio, déque amicitia cum Christianis Ensebius, & alii. Nec Josepbus odio in Christianos impeditus fuit, quò minùs præclarum quoque de Christo in suis scriptis testimonium reliquerit; ùt & de Jacobo Apostolo. Adversarii illius, quem te *valentiorem & doctiorem* profiteris, lacertos tantum metuo, quantum tuos; Eadem tela spargitis, vana scilicet, & ex Calvini armamentario deprompta, quæ pueros fortè terreant, non viros.

Eusebius lib. 2. hist. Eccles. cap. 15. Vide S. Hieron. lib. de viris illust. in Jacobo & Josepho.

B Morem precandi ad Orientem ex traditionibus non scriptis unam esse, assentiri malo Origeni, Basilio, Damasceno, & aliis non paucis affirmantibus, quàm sexcentis Miscnis id temerè inficiantibus. Nam quòd Socratem opponis; primò quid iste tantulus ad tantos? Novatianus ad Ortbodoxos Basilium, Damascenum, & bujus classis alios! Deinde fidei tuæ Calvinianæ admodum benè consuleres, si quando Auctores citas, loca designares, méque simul & lectorem tuum dubitatione de candore tuo, magnóque inquirendi in fidem tuam labore levares. C Longè profectò faciliùs tu notâsses cap. 21. lib. 5. Soeratis, quàm alius, evnluto toto propemodum Soerate, reperiat; cujus hæc sunt verba, ubi de variis Ecclesiarum consuetudinibus scribit. *Ecclesia Antiochiæ Syriæ contrarium ab aliis Ecclesiis situm habet; nam altare non ad Orientem, sed ad Occasum spectat.* Hæc ille; quæ demus vera esse. An non te recordari oportebat triti illius: *Una hirundo non facit ver.* quandoquidem ipse Sncrates admonet, situm illum Ecclesiæ Antiochenæ repugnâsse aliarum Ecclesiarum situi.

De hoc more plura scripsi lib. 1. de S. Cruce, cap. 27.

D Et quamvis orare ad Orientem traditio esset Apostolica, ùt Patres affirmant; non censebatur tamen ex eorum numero, quæ inviolabiliter ab omnibus observari debebant; sed in arbitrio fidelium erat, ad Orientem, seu ad aliam cœli plagam preces fundere: Etsi eò frequentissimè itum, ut ad Orientem, non autem ad Occidentem orantes sese converterent; & ea etiam de causa Ædes orationi destinatas Orientem versus extruerent, ut ipsi etiam orando Orientem intuerentur. Interim quidqnid sit de boc, argumentum meum per Ecclesiæ Antiochenæ situm nequaquam enervatur: semper enim illud manet: si Jessæi, de quibus Pbilo, fuissent Judæi, precando cum Judæis, Occidentem, non Orientem cum Christianis spectâssent. Et quamvis non diffitear, apud nonnullos Ethnicorum bunc etiam ad Orientem precandi morem obtinuisse; Jessæos tamen cum bac consuetudine sese conformâsse non ex Gentilium, sed E ex Christianorum disciplina, manifestum evadit ex aliis, quæ de iisdem Philo scribit, & Eusebius accuratè expendit; quæ cùm ùt Cbristiani à Christianis acceperint, bunc itidem morem tanquam Cbristianos à Christianis, eos accepisse, cur dubitemus, causæ nibil suppetit. Neque verò ea de causa mos iste traditio Apostolica non censebitur, quòd sive Syri, sive qui alii ad Orientem precari consueverint; quia ùt isti boc faciendo suas babuerunt rationes, easque inanes & futiles; ita Christiani ex Apostolica instructione habuerunt suas, easque justas & probabiles, de quibus multa Damascenus, & alii Patres, & nos ex illis in opere nostro de S. Cruce.

F Tametsi longè aliud est ad Orientem precari; & *orientem solem* adorare, vel salutare, quod *Tertianos* in Syria fecisse Tacitus à te adductus refert. Nam illud Cbristiani etiam sole ad occasum devexo actitabant, imò & profunda nocte: nulla babita solis orientis ratione. ad illam enim cœli plagam vultum vertebant, in qua sol exoriri solebat; sive postea sol esset in Meridie, sive in Occidente, sive noctu sub borizonte delitesceret. Sic & Herodianus lib 4. non dicit, Partbos cum Romanis signa collaturns *ad Orientem* precatos esse; sed snlem salutâsse, quod facere licuit, licèt sol ab Oriente jam aliò processisset. Nec quisquam Christianorum orando ad Orientem salutavit snlem: & cùm bujusmodi suspicio Ethnicis ingenerata fuisset; fortiter eam ex errantium animis eximere studuit Tertullianus, cúmque mos adorandi *solem orientem* in ipsum etiam Christianorum cœtum sese insinuâsset; abusui G impiger occurrit Leo Magnus Pontifex; nec destitit, quoad penitus exturbaretur. Quo fit, ut nec Tacitum, nec Herodianum intellexeris, alioquin morem planè diversum minimè eundem fecisses cum Christianorum more, quanquam non inficior extare nonnulla antiqnorum testimonia, quibus mos precandi ad Orientem confirmetur. Verùm Taciti & Herodiani dicta nihil ad bane consuetudinem faciunt, ùt jam ostendimus. Egregius porro Tertulliani interpres es, cùm ita scribis. *Quod ad locum Tertulliani attinet, gentes non frustra suspicatæ fuère à Christianis solem pro Deo coli. Quia enim Ecclesiæ initia in Syria extitère, facilè in animis gentium religionis Christianæ ignararum, ejusmodi opinio oboriri potuit.* Verùm potior est apud me Tertulliani auctoritas, qui ait, banc suspicionem inde natam, non quòd religio Christiana in Syria extiterit, sed quòd *innotuerit, nos ad Orientis regionem precari*, ubi observandum, Tertullianum non dicere; ad *orientem solem*; sed ad *orientis regionem*, ob causas suprà recensitas.

Tertull. in Apolog.

H Exercitia Jessæorum fuisse pbilosopbica non abnuo; ast eo sensu, quo sancti Patres, no-

A nominatim S. Chrysostomus, hoc vocabulo uti solent; cùm Monasticen *philosophiam*, & quidem *Angelicam divinámque* appellant. Jessæos fuisse *uxoratos*, non probavi ego; quid enim hac probatione opus! sed cùm tu contenderes, uxores, more ministrorum vestrorum habuisse, ostendi ex ipso Philone aut nullas habuisse: aut si quas habuerint, deseruisse, perpetuámque castitatem coluisse. Tu vocem cavillaris; quærísque, quomodo perpetuam castitatem coluerint, si connubio juncti fuerint. Nugator. perpetuum & illud dicitur, quod ad finem vitæ usque ex certo proposito durat, etiamsi ab ineunte ætate non duraverit. Nunquámne perpetuam viduitatem nominari audivisti? obstátne veritati hujus dicti matrimonium antegressum, & præterita liberorum procreatio?

B Nam quòd tu illos Jessæos, qui *practicam* vitam sectabantur, perpetuam castitatem coluisse ais; non autem illos, qui *Theoreticam* amplectebantur, id vanissimum est; de utrisque enim Philo hoc disertè affirmat; cujus verba in Apologia fideliter adduxi; & nimis evidens est Misenoi impudentia, qui sycophantiis tam indoctis, & ad redarguendum tam obviis veritatis lucem obscurare tentat. Et si Jessæi *practicæ* vitæ sectatores uxoribus multam salutem dicebant, quantò magis credendum est, id fecisse Jessæos contemplatricem vitam amplexos, etiamsi Philo ne verbum quidem hac de re fecisset: Utri enim vitæ majori impedimento est uxor? practicæ an contemplativæ? Scilicet Jessæi isti parentes, liberos, cognatos, familiarésque omnes deserebant, solas verò uxores ad *Semnea* illa, gravitatísque & honestatis domicilia secum abducebant, solatii videlicet gratia. Scilicet mulieres *Therapeutrides* idem institutum cælibes profitebantur, ùt ait Philo; mares autem conjugio operam dabant.

C Cæterùm, si Jessæi ideo tibi Anabaptistis similes videntur, I. quia abhorrebant à militia. II. quia abstinebant à jurejurando, III. quia reliquerunt facultates suas liberis aut cognatis; necesse est, ut asseras, judicio tuo, Apostolos, & Sanctos illos Anachoretas Paulum, Antonium, Hilarionem, similes Anabaptistis esse; quia tria hæc Anabaptistarum, te judice, symbola, excellenter in illis elucent. Nam quòd ais, Jessæos *damnásse dominationem*, id figmentum est Misenici cerebri, ùt in Apologia probavi.

D Impetum tuum in Eusebium & S. Epiphanium, mirabitur, qui te non novit. Ego frontis tuæ non nescius mirarer potiùs, si reverenter de eximiis scriptoribus scriberes. Hæreticus non esses, si tantos doctores amares, & aliquo honore dignareris. At non potes non insurgere in illos, qui placitis tuis tam strenuè adversatum eunt. Pulchrè Isidorus Pelusiota. *Quemadmodum haud tutum est cum homine pugnaci desertum peragrare; eodem modo haud facile est cum homine indocto sermones eruditos movere. Ut enim ille omnibus corporis viribus in solitudine utetur, si quid, quod ipsum offendat, dictum aut actum fuerit; sic iste nisi omnia ad ipsius inscitiam dicta fuerint, omnes & philosophicos sermones & probos viros ac virtutis amantes ex orbe terrarum explodit & eliminat.* E Isidor. lib. 1. epist. 322.

F Ex eo, quòd S. Epiphanius dicit, discipulos Christi vocatos fuisse etiam *Nazaræos*, perquam argutè colligis tu, Jessæos fuisse Judæos; quia *Nazaræi*, teste Epiphanio, fuerunt Judæi: ergo & Jessæi; nam iidem Christi discipuli Jessæi & *Nazaræi* vocabantur, ex sententia Epiphanii. At si hæc collectio quidquam ponderis habet, tum nullo negotio ostendes, discipulos Christi fuisse hæreticos; & tanquam Centauros quosdam ex Judaismo & Christianismo compactos. Tales enim fuisse *Nazaræos*, fusè refert S. Epiphanius. *At vocabantur Nazaræi.* Sed ab aliis, ùt ait S. Epiphanius, hoc est, ab extraneis. Nec refugiebant hoc nomen, eò quòd ipse Redemptor noster Nazaræus appellatus esset. Longè ergo aliud significabat nomen Nazaræi tributum veris Christi discipulis; & aliud tributum istis hæreticis; G sicut & nunc aliud significat nomen *Christiani*, si dicatur de Catholico & orthodoxo; & aliud, si de Calviniano aut Lutherano. Et ipse S. Epiphanius disertè testatur, *Nazaræi* appellationem ὁμωνύμως *æquivocè* dictam de veris Christianis; & istis, ùt ipse nominat, *Hæresiotis.* καὶ γὰρ καὶ νῦν ὁμωνύμως οἱ ἄνθρωποι πάσας τὰς αἱρέσεις, μανιχαίους τέ φημι καὶ μαρκιωνιστὰς, γνωστικούς τε καὶ ἄλλους χριστιανοὺς τοὺς μὴ ὄντας, χριστιανοὺς καλοῦσι; *Etenim jam quoque Manichæi, Marcionistæ, Gnostici, & alii Hæretici, qui Christiani non sunt, Christiani æquivocè vocari solent.*

H Voces illas Philonis: *sicut apud Græcos quædam sacrificula*, præterii; quia ad rem nihil faciebant: sicut nec ad rem facit mendacium, quod tu hic de Jessæis Martyribus effutis; quasi ego dixerim, eos esse Martyres, qui ùt ais, *tempore Caii Caligulæ seditione, Alexandriæ, Græcos inter & Judæos* concitata, trucidati occubuerunt. Non asserui hoc; quia nihil meis, sed solius Philonis verbis asserui; in quibus nihil de trucidatis illis in seditione Alexandrina. Cruciat te vox *Monasterii* in libro Philonis. Expungas, si potes. Aut oculos abdue, ne videndo crees tibi molestiam. Putas *irrepsisse* in contextum Philonis. Scilicet tu aderas & *post carecta latebas*, quando irrepsit; *Et quidem ex Eusebio*, ùt ais. Cur non ex Epiphanio; quia eadem voce ille utitur citans Philonis verba? Cur non ex S. Hieronymo dicente, Philonem Christianorum habitacula nominasse S. Hieron. lib. de viris illust.

A nâſſe *Monaſteria?* Multò veriſimiliùs dixiſſes *Monaſterii* vocabulum irrepſiſſe ex Philooe in Euſebium, Epiphanium, & Hieronymum; niſi fortè putas, illud non irrepere, quod de ioduſtria aliquò transfertur aut infertur. Scriptotes autem prædictos conſultò *Monaſterii* vocabulum ex Philone in ſuas lucubrationes tranſtuliſſe & intuliſſe. Ingens profectò hæc eſt coofidentia, odio *Monachorum* & *Monaſteriorum*, quidvis, quantumvis meridiana luce clarius, audaciſſimè inficiari. Sed malè habet Hæreticum *Monaſterii* tam antiqua vox. Nam ſi hanc admittat, neceſſariò cogitur fateri, Monachos jam Philonis ætate extitiſſe; Hæc breviter de Jeſſæis, quorum etiam meminit Cyrillus Alexandrinus ex Porphyrio. Cætera petantur ex Apologiis.

S. Cyrillus lib. 5. contra Julian. ſub finem.

B Inter nomioa *Calviniani, Lutherani, Zuvingliani;* & *Benedictini, Franciſcani, Dominicani*, magnum, & vel cœco evidens eſt diſcrimen; quia priora illa ſunt novæ doctrinæ, antiquiſque & in mundo receptis dogmatibus oppoſitæ, oomioa, poſteriora non novam Eccleſiam, non nova dogmata, ſed novam duntaxat vivendi rationem in veteri Eccleſia, ſalva unitate doctrinæ, indicant. Priora nomina omnibus ſæculis fuerunt apud intelligentes inviſa & odioſa; tanquam novæ, & quod hinc ſequitur, falſæ fidei ſymbola. *Accuratè noverit, qui ad Chriſtum accedere volet*, ait Auctor Quæſtionum ad Antiochum, *quòd quæ fides in terra de nomine hominis dicitur, veluti à Simone Simoniani: & à Marcione, Marcioniſtæ: ab Ario, Ariani, & ab Eunomio, Eunomiani, hæ omnes & reliquæ ab hominum nominibus pendentes, & ab eis cognominatæ profeſſiones fidei, non ſint à Deo, nec Deus in illis. Si enim Dei ſunt, quare hominum nominibus appellantur & indigitantur?*

Quæſt. 45.

C Similia S. Hieronymus. *Sicubi audieris, eos, qui dicuntur Chriſti, non à Domino JESU Chriſto, ſed à quoquam alio nuncupari, ùt puta Marcioniſtas, Valentinianos, Montenſes, ſive Campitas: ſcito non Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti eſſe ſynagogam; ex hoc enim ipſo, quòd poſtea inſtituti ſunt, eos ſe eſſe indicant, quos futuros Apoſtolus prænunciavit. Nec ſibi blandiantur, ſi de ſcripturarum capitulis videntur ſibi affirmare, quod dicunt, cùm & Diabolus de Scripturis aliqua ſit locutus, & Scripturæ non in legendo conſiſtant, ſed in intelligendo.* Quare

S. Hieron. Dialog. contra Lucifer.

D Gregorius Nazianzenus noluit ab ullo hominum, nempe ùt ab auctore fidei & doctrinæ, nomen ſibi indi. *Petrum*, inquit, *honore proſequor, nec tamen Petrianus vocor; & Paulum, nec tamen Paulianus nominatus ſum. Non fero me ab hominibus nomen ducere, qui à Deo ſum creatus*: ab hominibus nimirum, tanquam à *dogmatiſtis*, recentiſque fidei adverſus receptam repertoribus: nam ab hominibus mutuari nomen non novæ fidei & Eccleſiæ; ſed peculiaris alicujus inſtituti & ordinis in veteri Eccleſia teſtem & indicem, non magis horruiſſet Gregorius, quàm quòd à loco nominatus eſt *Nazianzenus*, ab officio, *Epiſcopus*, ab Eremo, quam aliquandiu incoluit, *Eremita*; à Monaſtices profeſſione, *Monachus*; à docendi munere, *doctor*, ab orthodoxa doctrina, quam defendebat, *orthodoxus*; Denique ab Eccleſia, in qua degebat, *Catholicus*.

Nazianz. orat. in illud: cùm conſummaſſet Jeſus hos ſerm. Matth. 19.

E

F *Erit igitur gloria noſtra glorioſiſſima Eccleſia Catholica*, inquit Auctor Quæſtionum ad Antiochum, *& quod prædicamur, & nominamur Chriſtiani, utpote, qui non ab hominibus appellemur, ſed à Deo illuminemur.* Nam quòd Hæretici nominant nos *Papiſtas, Papales, Papenſes, Pontificios, Romanos, Romanenſes, Romaniſtas*, & quidquid tandem ſplendida bilis ſuggeſſerit; id veritati fidei noſtræ non magis officit, quàm quòd olim Ariani orthodoxos appellabant *Homouſianos*, imò omnia iſta ſeu nomina ſeu convicia, nihil aliud ſunt, quàm veritatis, quam tuemur & ſectamur, teſtimonia: cùm enim nemo ſit Catholicus, niſi *Papiſta, Pontificius, & Romaniſta*; hoc eſt, niſi ille, qui cathedræ Petri in Romana Eccleſia fundatæ & conſtitutæ communione jungitur; ſequitur, nullum etiam verè & propriè eſſe Chriſtianum, niſi *Papiſtam, Pontificium & Romaniſtam*; quia Catholicus & veri nominis Chriſtianus, ſynonyma ſunt.

G Porrò neminem eſſe Catholicum, niſi *Papiſtam, Pontificium & Romaniſtam*, inde liquet; quia nemo Catholicus eſt, niſi communione ſocietur cum ea Eccleſia, quæ ab Apoſtolis hucuſque ſemper extitit, & palmites ſuos *à mari uſque ad mare* protulit. At ſolus *Papiſta, Pontificius & Romaniſta* cum hujuſmodi Eccleſia communicat; nam quòd omnibus ſæculis extiterit, patet ex ſucceſſione Epiſcoporum Romanorum à Petro uſque ad Clementem octavum; quæ ſucceſſio non modò in libris ſcripta, ſed & in tabulis picta viſitur. Quòd autem *à ſolis ortu uſque ad occaſum* diffuſa ſit, nimis certò nôrunt ipſimet adverſarii. Auſim dicere, Romanam Eccleſiam vix ullo poſt Chriſtum ſæculo latiùs ramos ſuos extendiſſe, quàm hoc noſtro, quo extra anni ſoliſque vias feliciſſimè progreſſa eſt. Solus igitur *Papiſta, Pontificius & Romaniſta* Catholicus eſt, & in illa domo degens, extra quam Agnum, *qui comederit, profanus eſt*, ùt S. Hieronymus loquitur. Ita fit, ut, dum hæretici per contemptum & ludibrium nos *Papiſtas & Romaniſtas* appellitant, teſtimonium veritatis, etiam inviti, nobis perhibeant, nam ùt olim, ita & hodie, *Romana fides & Catholica fides*: item *Romanus & Catholicus* unum idémque ſignificant.

S. Hieron. epiſt. ad Damaſum.

H Neſcio autem, num ſciat Miſenus, toties *Romanenſes & Romaniſtas* contemptim ingeminans, ſe imitari veteres hæreticos, nominatim Arianos, quibus ſolenne erat, Ca-

 tho-

A tholicos despleatus gratia nuncupare *Romanos.* Hinc ille Arianus apud Gregorium Turonensem. *Quid putatis, quod nunc isti Romani dicant?* Et alii apud eundem. *Si consenseritis dictis meis, exercebimus hodie cachinnum de hoc Romanorum presbytero;* hoc est, Catholico sacerdote. Idem Gregorius de quodam Ariano principe: *Cogitavit intra se dicens: quia ingenium est Romanorum (Romanos enim vocitant homines nostræ religionis) ut ita accidat, & non sit virtus Dei, &c.* Arianus quidam ad Theodoricum Arianorum

Turonens. lib. de glor. Mart. cap. 79. 30. & 25.

B Regem in Africa. *Poteris eum diversis afflictionibus interficere; nam si gladio peremeris, incipient Romani Martyrem prædicare.* En Catholicos nominant Hæretici Romanos, quorum tu & tui imitatores estis. Sed ùt illi olim; ita & vos nunc Catholicos hoc nomine non dedecoratis, etsi hoc cupitis; sed cohonestatis, licèt nihil minùs velitis; qui Calviniani à *Calvino* appellamini, sicut Ariani ab Ario: Eunomiani, ab Eunomio, nimirum ùt à novæ fidei, novæque Ecclesiæ Architectis. Nam si fides & Ecclesia vestra nova non est; ostende, ubi fuerit anno Domini 1515. aut aliquo antecedente.

Apud Vict. Uticens. libro 1. de persecut. Vandal.

C Cæterùm, ut tibi, Misene, animum meum sincerè aperiam, subvereor interdum, quando te tuósque sodales *Calvinistas* voco, ne mecum expostules, ùt olim frater tuus Cresconius Grammaticus cum S. Augustino propter vocabulum *Donatista*; méque doceas formare nomina, eo modo, quo Cresconius eandem artem docuit D. Augustinum. Ut enim ille contendebat à *Donato Donatianos* potiùs, quàm *Donatistas* dici debere; ita tu rigidus severúsque Grammaticus fortasse contendes à *Calvino* potiùs *Calvinianos*, quàm *Calvinistas* formari debere, solatur tamen me tua æquitas, & genius similis Cresconiano. Ut enim ille, teste S. Augustino, *Donatista* vocabulum admisit tanquam Græca derivatione formatum, *quòd ita Donatista à Donato, ùt Evangelista ab Evangelio nominentur, quo te delectari dicis*, ait S. Augustinus, alloquens Cresconium, *ut vestris Evangelium prædicantibus, à simili mutata sit vocabuli declinatio:* sic & tu non invitus, ita

S. August. lib. 2. contra Crescon. cap. 1.

D spero, acquiesces in *Calvinista* vocabulo; tum quia Græca forma cusum est; ùt ait *compater* tuus Cresconius; tum quia ad formam *Evangelista* formatum est; quod homini Evangelico, non potest non perquam jucundum accidere. Si tamen aures tuæ hac voce, quacunque de causa offenduntur, potiúsque, latino ritu, Calvinianos à Calvino, ùt Arianos ab Ario, Novatianos à Novato; dici postulas; tantùm fac sciam. Nam quod S. Augustinus de se, illud & de me verè profiteri possum; *Ea in re, in qua nihil causæ nostræ minuitur, me facillimum præbeo: & quando tecum ago*, Calvinianos vocabo, ùt Augustinus, *Donatianos;* quando autem cum aliis egero, qui tam religiosi non

E sunt, quàm tu, indiscriminatim Calvinianos & Calvinistas appellabo, *consuetudinem secutus, qui his sonis jure dominatur.* Jam ad alia.

F Cur inter Calvinianos nullus aut sit, aut fuerit, aut unquam futurus sit *Eremita*, aut *Anachoreta*, hanc rationem reddit Misenus. *Quia*, inquit, *malumus vivere cum hominibus, quàm cum bestiis.* Non ignota refers, verùm hujus ipsius voluntatis vestræ causa & origo quæritur, cur tandem malitis vivere cum hominibus in urbe, quàm cum bestiis in solitudine; cum uxore & liberis in thalamo, quàm cum Virginitate & cœlibatu in Monasterio? Unde, oro, hæc vestra voluntas nascitur? An ex Evangelio? Sed quo? Olim ex Evangelio Christi omnia erant plena *Eremitis & Monachis; Eremitoriis & Monasteriis*, testibus sancto Augustino, Epiphanio, Athanasio, Theodoreto, & aliis; nunc, ex Evangelii vestri præscripto, omnia Monasteria aut *pulvere pyrio* disiiciuntur, aut ad

G extremam desolationem rediguntur; Qui fit, quòd olim Evangelium alios producebat fructus, Monachos, Eremitas, utriusque sexus Virgines, & cœlibes absque numero, hodie autem tam infæcundum sit, ut nullus Eremita, nullus Monachus ex eo progeneratus appareat; cœlibes autem non reperiantur plures, quàm quibus aut per ætatem, aut per fortunam matrimonium inire non licet. *Plena sunt civitates*, inquit Theodoretus, *plena sunt villæ hominum in Christum credentium. Montani quoque vertices, ab eo, quo tenebantur, errore, liberati jam sunt. Ubi enim priùs obscœna ara Dæmonum præstigiis imposturisque serviebant, ibi nunc insident Monachorum chori, qui Christum crucifixum, Patrem illius Deum, ac Spiritum sanctum laudant.*

Theodoret. lib. 9. de curand. Græc. affect.

H Sanctus Epiphanius sub finem operis sui adversùs hæreses, enumerans, quæ in Catholica Ecclesia inveniuntur; *Primùm quidem velut crepido*, inquit, *& fundamentum in ipsa est Virginitas, quæ exercetur & servatur à multis & glorificatur. Sequitur autem ad eandem virginitatem solitudo apud plerosque utriusque sexus solitariam vitam degentes. Post hanc continentia super eundem cursum fundata. Postea viduitas cum omni attentione, & impolluta conversatione, &c. vertex autem horum omnium, aut genitrix est sanctum Sacerdotium, ex virginibus quidem ùt plurimùm procedens: si verò non ex virginibus, at ex solitariam vitam agentibus, &c. sunt præterea aliæ præeminentes vitæ rationes, quæ in eadem sancta Catholica Ecclesia servantur, eorum, inquam, qui ab omnibus carnibus abstinent, quadrupedibúsque & volatilibus ac piscibus, ovo item & caseo: & alia diversa vita instituta. Nam unusquisque secundùm proprium laborem accipiet mercedem, &c. Multi verò etiam humi dormiunt. Alii neque calceamenta induunt: alii saccum gestant occultum, &c.* Omitto cætera, quæ ibidem

in

A in Catholica Ecclesia usitata esse scribit S. Epiphanius; quorum nihil video in Pseudoevangelicorum synagoga, *qui*, ùt jam olim scripsit Erasmus, *duo tantùm quærunt, censum & uxorem, cætera præstat illis Evangelium, hoc est, potestatem vivendi, ut volunt.*

Erasm. lib. 19. epist. fol, 637.

B Imò apud Lutheranos & Calvinianos perfectissimè elucent omnia illa, quæ olim apud Iconomachos Copronymianos, de quorum duce hæc Cedrenus Historicus. *Monachorum habitum ludibrio habuit, & contumelia loco in Hippodromo exposuit, jubens unumquemque eorum mulierculam manu ducere, inque medium prodire, atque ita ab omnibus consputi & ignominia affecti sunt, &c. Quin & Reliquias sancta atque laudatissima Euphemia cum cista in mare abjecit: quæ Dei gratia incolumis in Lemnum appulit, ex cujus templo Copronymus armamentarium & κοπϱοθέσιον, latrinas fecerat. Idem præfectos ejusdem secum sententia atque malitia constituit; de his Lachanodraco, omnes Monachos Monachásque, qui in Thracensi erant præfectura, Ephesum convocans ita affatus est. Qui Imperatori & mihi obedire vult, stolam is induat, hácque ipsa hora uxorem ducat. Qui recusaverit, is erutis oculis Cyprum deportabitur, & rem illico exsequitur, &c. Idem omnia Monasteria, omnem sacram supellectilem, libros, animalia, omnémque prorsus habitum eorum divendit, & pretium Imperatori tradidit. Libros etiam Patrum & Reliquias Sanctorum, quotquot reperit, cremavit, &c. Quòd si quis usquam nomen Deipara invocans aut piè vivens, aut juramenti religionem servans reperiretur, is tanquam Imperatoris hostis, supplicio afficiebatur. Ita factum, ut in tota ipsius provincia, post exiguum tempus, nullus omnino esset Monachus.* Hæc & alia Copronimiana cùm in Calvinianorum Ecclesia usitatissima sint; aliud statuere non possum, quàm illos non habere Evangelium Christianum, sed *Copronymianum* & *Caballinum*.

Cedrenus in compend. Histor.

C Nam quòd Misene hîc oggannis, Epiphanium, Theodoretum, Augustinum, Hieronymum, alios, qui Monachos summis laudibus extulerunt, *homines fuisse; privatóque affectui nimiùm indulsisse*, uno verbo; *Evangelii gratiam & plenitudinem non intellexisse:* nimirum tibi tuisque Symmystis, (non enim habes *Symmistas* ùt ais; etsi Beza habet, ùt ipsemet testatur) quàm sanctis Patribus, inest *plus mentis, tibi cor limante Minervæ acrius, & tenues finxerunt pectus Athenæ. Ne valeam, si non multò sapit altius illud, quod cum panticibus laxis & cum pede grandi, & rubro pulmone vetus nasisque timendum, omnia crudelis lanius per compita portat.*

Beza in præfat. Respon. ad Acta collóq. Mompelg.

D *Malumus*, inquis, *vivere cum hominibus, quàm cum bestiis.* At non maluit Joannes Baptista, non Paulus, non Hilarion, non Antonius, non alii innumeri; non ipse demum Salvator, qui multis diebus in deserto cum bestiis commoratus est; ùt S. Marcus expresè scribit. Alio igitur spiritu & E Evangelio hos instinctos actósque oportuit, & alio vos. Non quòd mirer, non omnes Calvinianos in solitudinem & Monasteria secedere, (etsi optarem omnes aut orthodoxos esse, aut in intimo Thebaidis deserto vitam agitare) sed quòd nemo penitus ex eorum numero hoc vitæ genus amplectatur, aut aliis amplectendum suadeat; Nam quòd tu dicis, *Joannem Baptistam divinitus & miraculosè vocatum esse, ut in Eremo vitam degeret*, id quomodo nobis te persuasurum speres, equidem satis non video; cùm tu persuasus sis, nihil esse credendum, nisi quod in Scriptura continetur. Ubi verò hoc in sacris Litteris de *miraculosa* & *speciali* Joannis ad desertum vocatione, ita ut *antra deserti teneris sub annis subiret?* Scriptura profectò plus de hoc non tradit, quàm hæc paucula. *Et erat in deserto usque in diem ostensionis suæ ad Israël.* Cujus jussu mandatóque ad desertum se contulerit, reticet. Quo significare voluit, ea etiam licitè fieri, quæ sine speciali mandato Dei suscipiuntur.

Lucæ 1.

Camerarii mendacia & convicia in Monachos & Monasticen, si non transcripsisses, liber tuus aliquot figmentis & criminationibus caruisset. Agnosco in te tuóque Camerario Rutilium & Eunapium Ethnicos, qui simili petulantia in Monachos jam olim grassati sunt; ex quibus Eunapius indignissimè ferens à Christiano Imperatore Theodosio Monachos iis in locis collocatos esse, quæ antè Dæmonum cultui destinata & consecrata fuerant, sic furit; ἔπειτα ἐπεισῆγον τοῖς ἱεροῖς τοὺς καλουμένους μοναχοὺς, ἀνθρώπους μὲν κατὰ τὸ εἶδος, ὁ δὲ βίος αὐτοῖς συώδης, καὶ ἐς τὸ ἐμφανὲς ἔπασχόν τε καὶ ἐποίουν μυρία κακὰ καὶ ἄφρασα, ἀλλ' ὅμως τοῦτο μὲν εὐσεβὲς ἐδόκει τὸ καταφρονεῖν τοῦ θείου. Quæ sic reddidit interpres, *postea in sacra loca invexerunt Monachos, sic dictos, homines quidem specie; sed vitam turpem, porcorum more exigentes, qui in propatulo infinita atque infanda scelera committebant, quibus tamen pietatis pars videbatur, sacri loci reverentiam proculcare.* Hæc mendacissimus Eunapius de Monachis religione, vitæque innocentia & asperitate spectatissimis, paria mendacia vibratis vos tam in veteres, quàm in nostros Monachos, instituti videlicet in ludo Eunapii, aliorúmque Ethnicorum & Iconomachorum, Monachos promptissimè & dicacissimè perperam criminantium, admodúmque dociles discipuli estis; & celeritate ad mendacia perdiscenda longè superatis Julianum Apostatam, de cujus adhuc pueri expedita ingenii agilitate hæc idem Eunapius. *Quidquid librorum proferebatur, memoria complectebatur, ita ut per præcocem eruditionem agrè ferre magistri viderentur: quasi non habituri, quod puero instillarent.*

F

G

Eunap. in Maximo.

Hanc Eremitas & Monachos insectandi H libi-

A libidinem & amentiam notavit etiam Theodoretus in Græcis à religione Christiana aversis, & simul in vobis paria impiè & sceleratè facientibus; additque, tanto Ethnicos odio in illos exarsisse, ut ne oculis quidem usurpare vellent; *Vos pugiles nostros*, inquit, *tam benè decertantes, nec spectare vultis, nec laudibus exornatis.* Quid ergo agunt? Audi, & admirare Calvinianos & Lutheranos in Ethnicis. *Si quos fortè Christianos* (Monachos, Eremitas) *videatis nominis quidem hujus specie circumamictos, neque penitus consentaneam figuræ vitam retinentes, illico in maledicta linguam resolvitis. Ac si quidem solos hujusmodi homines infamia peteretis, posset vestrum istud* B *factum aliqua ratione fultum videri: quia verò & unà cum illis contenditis eos maledictis adspergere, passimque traducere,* (nota morem Lutheranis & Calvinianis non modò solennem, sed & *essentialem*) *quos planè constat contrariam ac longè diversam ab illis vitam agere, mentis vestræ iniquitatem, pessimúmque consilium ita proditis. Neque enim malis infensi estis, sed officiosam vitam laudabilémque damnatis, non secus facientes, ac si quis simiam conspicatus hominis gestus aliquos imitari, ob eam imitationem genus hominum odio persequatur.* Hæc eleganter Theodoretus.

Theodoret. serm. 12. ad Græcos.

C Quòd quæris, *cur nos Jesuitæ ex populosis urbibus non secedamus in solitudinem.* Respondeo primò, id ideò fieri, ne Lutheranis & Calvinianis ægrè sit, si nec in Ecclesiasticis, nec in Scholasticis cathedris docentes nos ampliùs vel videant vel audiant. Deinde ideo, quia præceptum Apostolicum est; *Ut unusquisque, in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.* Vocati autem sumus non ad Eremum, ut nobis duntaxat vacemus; sed & ad urbes populíque frequentiam, ut conatibus vestris obsistamus, lupósque ab ovili Dominico pro virili nostra, junctis operis cum aliorum Ordinum familiis, arceamus; docendóque, exhortando, & Sacramenta administrando proximorum nostrorum salutem procuremus. Qua de causa jam olim ex montibus, locísque inhospitis deducta est hæc *Christiana philosophia* etiam in urbes, ut non sibi tantùm; sed & aliis luceret.

1. Corinth. 7.

D Testatur Evagrius in una Thebaidis civitate *Oxirincho*, fuisse Monachorum decem millia. Vereor, Misene, ne tibi accidat, quod aniculis illis Lipsiensibus, de quibus Dialogus *Heidelbergensis Calvinismus* indigitatus; quæ cùm 28. Maji 1592. Lipsiæ in templo ad D. Thomam in concione nescio quid de Calvinianis audirent, ad rei *atrocitatem attonitæ, crucis signo se signabant, averruncandæ impietatis causa, nonnullæ etiam lachrymas guttatim profundebant;* vereor, inquam, ne idem ob nimiam admirationem, tibi eveniat, multóque magis, si in eadem civitate Monialium numerum duplicatum fuisse noris; ita ut ad viginti millia processerit. E Luce clarius est, civitatem illam non *Calvinizâsse*; nam *Calvinismum* nullius Monachi, nisi Apostatæ, & nullius Monialis, nisi Apostatricis, patiens est.

Evagr. in vitis Patrum, cap. 5.

Calvin. Heidelb. pag. 11.

F Etsi autem status Episcoporum perfectior est, quàm status Religiosorum, ùt rectè docet Bellarminus, quem tu carpis; sed non intelligis; non est tamen periculum, ne Jesuitæ statu suo deserto, Episcopalem Ordinem appetant: non enim propterea, quia status aliquis simpliciter & absolutè perfectior est ac melior, ideò etiam huic vel illi melior est, ob annexa pericula; semper enim securius est in humilitatis valle, quàm in dignitatis culmine tabernaculum figere. Terret non immeritò quemvis illud Domini. *Omni, cui multum datum est, multum quæretur ab eo, & cui commendaverunt multum, plus petent ab eo.*

Lucæ 12.

G Quæstiones illas tuas: *Si Apostoli fugissent in solitudines, quis gentibus prædicâsset Evangelium? Quibus in locis Martyres extitissent, si omnes in arenas Ægypti sese abdidissent? Quomodo mundus non interiret, si omnes cœlibem vitam sectarentur?* dissolvit jam dudum S. Hieronymus hoc responso ad Vigilantium fratrem tuum similia sciscitantem. *Si omnes tecum fatui sint, sapiens quis esse poterit? Et virginitas non erit approbanda. Si enim omnes virgines fuerint, nuptiæ non erunt, interibit humanum genus, infantes in cunis non vagient, obstetrices absque mercedibus mendicabunt, & gravissimo frigore solus atque contractus Dormitantius* (Misenus) *vigilabit in lectulo.* At fortè tibi displicebit hæc responsio, quia est ex meo Hieronymo. Accipe ergo hanc ex S. Augustino. *Novi quosdam, qui murmurent, quid si, inquiunt; velint omnes ab omni concubitu abstinere, unde subsistet genus humanum? Utinam omnes hoc vellent duntaxat in charitate de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, multò citiùs Dei civitas compleretur, ut acceleraretur terminus sæculi, quid enim aliud hortari apparet Apostolum, ubi ait: cum inde loqueretur; vellem omnes esse sicut meipsum.*

S. August. lib. de bono conjugali, cap. 10.

CAPUT VIII.

De voto castitatis.

H IN hoc capite solito ardentiùs agit Misenus negotium *Evangelicocalvinianum*, & pro uxore sua longè fortiùs & generosiùs dimicat, quàm Trojani pro Helena; úrque omnia impedimenta liberè pugnandi à se amoliatur, non abnuit sanctos Patres, Augustinum, Ambrosium, Epiphanium, & præsertim S. Hieronymum in hoc argumento esse meos; Suos autem Jovinianum & Vigilantium; quibus stipatus prodit in campum, támque seriò adversùs castitatem decertat, ut suspicer, maximum pondus habuisse apud illum cohortationem quandam Lu-

A Lutheri, qua Justum Jonam excitavit, ut pro matrimonio adversùs Joannem Fabrum cœlibatus defensorem scriberet, & quidem summa contentione. *Tu autem*, inquit Lutherus, *nisi totus arseris, per ignem illum maximum, qui montes exurit, imprecabor tibi certè, ut uxorcula tua parùm te amet, ut scias, quanto periculo tibi constare debeat hic ludus. Lude ergo, & seriò lude, nam spectat & uxor, cujus calculum tu videris, quanti facere te deceat, primo conjugii anno, nisi & hunc ignem non sentis.*

Luth. Tom. 2. epist. fol. 129.

B Hoc celeusmate Lutherano erectus alacriórque effectus Misenus, totus in Jovinianum & Vigilantium transformatur; cœlibatúmque omni machinarum genere oppugnat. *Disputatur*, inquit, *de voto continentiæ: quod genus voti rectâ quasi fronte verbo Dei repugnat;* corrige; verbo Lutheri, Calvini, Bezæ, Miseni, & similium hircorum, *ideóque planè illicitum.* Imò planè licitum; verbo enim Lutheri, quà Lutheri, nil nisi licitum, sanctum, honestúmque repugnat. *Nam Paulus 1. Corinth. 7. ait: si se non continent, nubant.* At loquitur Paulus *de non pollicitis*, ùt ait S. Ambrosius, de non votivis; uno verbo, de liberis, & quæ *potestatem suæ voluntatis habent;* qualis illa non est; cui jam *velle* & *nolle* nullum propter religionis vota Deo nuncupata.

C *Ais, 1. Timoth. 4. pronunciat Apostolus esse doctrinam dæmoniorum prohibere matrimonium.* Nimirum prohibere tanquam malum, & quidem liberis, nullo voto obstrictis, ùt faciebant Manichæi, Encratitæ, alii. At prohibere Luthero, & Borrhæ; Bucero & suæ Neæræ; Martyri & suæ Deliæ; doctrina Christi est & Apostolorum: quam qui doctrinam *Dæmoniorum* nominat, is non ab uno, sed à pluribus Dæmoniis instinctus hujusmodi blasphemiam sacrilego ore eructat.

D *At honorabile est matrimonium inter quosvis, & cubile impollutum.* Certè non inter fratrem & sororem; non inter filium & matrem; non inter patrem & filiam; non inter novercam & privignum, non inter alios; vel ipsis Calvinianis testibus. Non ergo simpliciter universalis est illa Apostoli locutio; Exceptiones suas & restrictiones habet: honorabile enim connubium est in omnibus, quos à matrimonii fœdere nullum impedimentum remoratur. Non ergo honorabile, sed execrabile censeri debet inter Monachum & Monialem; inter Lutherum & Borrham; ejusdémque fæcis alios; quia voti obligatio non sinit, ut ullus veri conjugii nexus inter hujusmodi Deo votivas personas existat.

Quòd verò ais: *nequaquam in nostra potestate esse, ut votum continentiæ præstemus;* id tolerari posset; si de potestate nostra *sola* & *nuda* loquereris: Sed cùm more omnium hæreticorum, id secus intelligas, nimirum non esse in nostra potestate, etiam cum auxilio divino, eò quòd auxilium illud non concedatur omnibus, ea de causa Lutheri spiritum in te agnosco, nec veneror, sed detestor; qui qualia axiomata de voto castitatis effuderit, & in chartas retulerit, quàm *Aristippica*, quàm *Sardanapalica*, quàm *Sybaritica*, demonstravimus alibi ex unica Lutheri epistola ad Wolffgangum Reisenbusch: quibus hic tantùm adjicio ea, quæ idem profanus desertor litteris mandare non erubuit in impio juxtà ac insulsissimo suo libro de votis Monasticis, ubi dicit: *Irrideri Deum ab illo, qui vovet castitatem, non aliter quàm si voveat, sese fore Episcopum, Apostolum, Principem aut Regem. Item votum castitatis esse simile huic: voveo tibi Domine novas stellas formare, aut montes transferre: quia servare castitatem, non est minùs opus mirabile Dei, quàm stellas formare, aut montes transferre.* Ex quo, ut hoc obiter annotem, conficitur, nullum prorsus inter Lutheranos & Calvinianos castè aut jam vivere; aut olim vixisse, aut posthac victurum; quia non puto, sed penitus exploratum habeo, nullum hactenus ex illorum numero extitisse, qui *novas stellas formaverit*, aut *montes transtulerit.* Atqui castitas æquè rara avis est ex sententia Lutheri, ac *novarum stellarum effectio, montiúmque translatio.* Si castitatem voves, inquit Lutherus, *voveas ergo te certissimè fore salvum; fore te æqualem Petro, vastaturum regna Turcarum, victurúmque annos Mathusalem.* Ubi indicat flagitiosus Apostata, tam non esse in manu hominis castè vivere, quàm non est in manu ejus, ut *annos Mathusala* vivendo expleat; aut *Turcas ex occupatis provinciis exturbet.*

E

Tom. 2. Witeberg. Lat. p. 318.

F

G Et ne quis arbitraretur, Lutherum loqui de sola naturali hominis facultate; divinitus non adjuta, auxilióque misso corroborata, perspicuè satis ostendit, non modò nulli, castitatis conservandæ causa, opem à Deo ferri; sed nec, ut feratur, ullis precibus impetrari posse: sicut nullis precibus ex decreto Dei impetrari potest, ut quis *novas stellas* creet; aut *ad annos Mathusalæ* perveniat. *Dices*, inquit Lutherus, *Castitatem possum orationibus impetrare. Audio. Et quid non potes orationibus impetrare? Nónne promisit Christus; quæcunque petieritis in nomine meo, credite & fient vobis? Cur ergo non omnia alia quoque voves & impetras?* Ubi non innuit, sed apertè tradit, castitatem tam à Deo non concedi; quàm non conceditur ulli mortalium, quantumvis licet enixissimè dies, noctésque supplicanti, ut *novas stellas* formet, aut *annos Mathusala*, vivendo æquet.

H Negat etiam hoc loco Misenus, castitatem à Deo precibus obtineri posse. Quid cum his monstris agas, quibus non tantùm pudor omnis ex fronte extritus est, sed & ratio ex animo funditus periit. Nam si pre-

A cibus impetrari nequit castitas: cur ergo ille, qui sciebat, se non posse esse continentem, nisi cœlesti ope adjuvaretur, adiit Sap. 8. Dominum, & deprecatus est illum *ex totis præcordiis*, ut hoc sibi donum clementer impertiret? Quid stultius, quàm castitatem à Deo postulare; si tam non datur à Deo, quàm non datur facultas *creandi novas stellas* in æthere, aut prorogandi vitam ad millesimum usque annum? Quid stultius, quàm uxorem aut ductam, aut ducendam, monitu & promisso Christi, deserere; si absque matrimonio viventibus nulla datur gratia, ut carnis illecebras superare queant? Et tamen Matth. c. 9. Christus omni uxorem ad imitationem Apostolorum deserenti, promittit *centuplum & vitam æternam*, & quod hinc est consequens, etiam media ad vitæ æternæ consecutionem necessaria; inter quæ postremum non est, subsidium illud, quo quis à Deo sublevatur, ut castitatem integram inviolatámque custodire possit. Ac nota, Misene, universalem illam voculam: *Omnis:* quæ neminem prorsus ab hoc divino beneficio excludit.

B Quòd verò nullam *continentiam conjugalem* agnoscis, parùm honorificè tuo honori consulis. Nunquámne obtemperas Apostolo monenti, ut conjuges sese contineant 1. Corint. 7. *ex consensu ad tempus, ut orationi vacent?* Hoc quomodo præstabis, si nulla in te *continentia conjugalis?* Quid facis, quando iter facis peregrè à tua Canidia? Aut igitur tunc te contines; aut non. Si contines; mentiris ergo, cùm dicis, nullam esse continentiam conjugalem. Si te non contines, adulter igitur es, aut aliquid aliud.

In explicatione septimi capitis primæ epi- C stolæ ad Corinthios; sequaris per me licet commentitios illos Commentatores Schlüsselburgium, cujus tu putidas nugas hic libro tuo intexis; itémque Calvinum, Lutherum, Bezam, Martyrem: *Ego autem & do-* Jos. 24. *mus mea serviemus Domino*, ajebat Josue; hoc est, ego, & alii Catholici, audiemus Deum, mentem Apostoli nobis interpretantem per Sanctos suos Hieronymum, Augustinum, & hujus classis alios spiritu sapientiæ & intelligentiæ repletos. Tuos illos febriculosos, insanos & ex venere compactos Doctores, nemo sanus tibi invidet; qui constitutioni & complexioni suæ similia sensa Scripturæ affingunt; & quidquid in scriptura legunt, id convenienter suæ inclinationi & phantasiæ exponunt absque ulla ulteriore disquisitione & examine, ignari penitus genuini verbíque sacrarum littera- D rum à Spiritu sancto illigati sensus: quem S. Athan. Tom. 2. oper. fol. 259. serm. 1. contra varias hæres. nec gustare possunt isti Bruti. *Ut enim qui ex vitioso corporis habitu laborat, verum ciborum sensum non habet, nec qualitatem cujusque accuratè deprehendit; ita qui ex ignavia vel bruto stupore inexercitatos sensus habet homo, gustat ille quidem verba* (Scripturæ) *sed nec virorum* E *sentit, nec sententiarum cognoscit qualitatem; stultè verò & improvidè suscipit omnia, more irrationalium pecudum, noxia pariter & utilia, prout se obtulerint, admittens. Quin ne mundis quidem animalibus annumerari potest; quippe qui non ruminet, nec extenuatum rationalem cibum ad internum hominem transmittat, sed indigestum illum ac crudum absumens, detrimentum potiùs ex vitiosa concoctione, quàm aliquod ad vitam confirmandam beneficium accipiat.*

Non satis est, inquis, *ut aliquid repugnet Hieronymo, Augustino, aut simili; verbo Dei* F *adversetur oportet; túmque dignum erit rejici:* Verùm si Calvinus, Lutherus, Beza, Misenus dicant, votum castitatis adversari scripturæ; S. Hieronymus verò, S. Augustinus, S. Epiphanius, & alii id pernegent; longè profectò prudentiùs, salutíque meæ conducibiliùs egero, si his potiùs credam, quàm illis; & hoc tam est evidens ac dilucidum, ut, si quis Ethnicus judex deligeretur, qui diceret; utris potiùs assentiendum foret; non dubitarem, illum clara voce pronunciaturum, Patribus potiùs fidem esse adhibendam, quàm istis heri & nudiustertius caput contra antiquitatem attollere aggressis, præsertim, si ùt nos accuratè utriusque partis conditiones nôsset. *State super vi-* Hierem. 6. *as*, dicit Dominus, *& videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea: & invenietis refrigerium ani-* G *mabus vestris.* At quos interrogabimus de viis antiquis? Num nuperos istos & novitios Calvinum, Lutherum, Misenum? Alibi id explicatum habemus. *Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas:* Deut. 32. *interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, majores tuos, & dicent tibi.* Qui autem patres majorésque nostri; nisi S. Hieronymus, S. Augustinus, & alii Ecclesiæ orthodoxæ Doctores? quibus monentibus, ut in via bona ambulent: regerunt Hæretici: *Non ambulabimus:* & si adjiciatur. *Audite vo-* Hierem. 6. *cem tubæ;* respondent: *non audiemus*, impigri Judaicæ gentis in hoc itidem veterum contemptu imitatores.

Mirum, nostros istos non reformidare pœnas, quas Israëlitæ, ob desertos majo- H res suos, luerunt. Quæ illæ? *Hæc dicit Dominus: Ecce ego dabo in populum istum ruinas, & ruent in eis patres & filii simul, vicinus & proximus, & peribunt. Hæc dicit Dominus: Ecce populus venit de terra Aquilonis, & gens magna consurget à finibus terræ; sagittam & scutum arripiet, crudelis est, & non miserebitur, vox ejus quasi mare sonabit: & super equos adscendent, præparati, quasi vir ad prælium, adversum te filia Sion.* Fallor, an iste populus tam sævus & truculentus tunc propiùs Germaniæ imminere cœpit: cùm deserta majorum semita, istæ Lutheranæ & Misenicæ argumentationes increbuerunt. *Per-*

petua

A *petus abstinentia cibi & potus nullis jam precibus impetratur à Deo: ergo nec abstinentia à re uxoria.* Probatur cnnsequentia. *Quia res uxoria æquè est necessarêa ac cibus & potus.* Non erubescis Misene? sed Lithus es. *Induraverunt facies suas supra petram*, air Propheta de Judæis, & de hoc Miseno: cujus etiam est hæc plusquam Jovinianea consequentia. *Si castitas precibus à Deo impetrari posset, sequeretur, posse etiam pauperem aliquem impetrare divitias, podagricum pedum celeritatem: sed consequens est falsum.* En quò isti procedant. Sed negatur *sequela*, Misene; quia ut quis divitias pnssideat, útque pedum velocitate valeat; id ad salutem simpliciter non est necessarium, & prnpterea nulla peculiaris B de his largiendis extat in sacris litteris promissio. At ut quis castè vivat, si matrimnnium inire nolit, id simpliciter est ad salutem cnnsequendam necessarium; ideo peculiari auxilin Dei eget; quia naturæ vires alioquin superat. At cogitur, inquies, *quivis connubio sese jungere.* Verùm te mentiri, docer Encomium illud, quo Christus prnsequitur Eunuchos, qui se *castraverunt propter regnum Dei.* Item illud Domini: *Omnis, qui reliquerit patrem aut matrem, aut uxorem, &c.* Item illud Apostnli: *Volo autem omnes homines esse, sicut meipsum*, ut plura talia prætercam.

Hierem. 5.

C Matrimonium & cælibatum ingeniosè sanè inter se cnmparas, longè tamen ingeniosiùs meus Hieronymus in libris adversùs Jnvinianum; & omnes illi, qui ex professo virginitatis & cœlibatus laudes decantàrunr; ùt Gregorius Nissenus, Nazianzenus, S. Basilius, Augustinus, Ambrosius, Chrysostnmus. *Tempore persecutionum omnino præstat esse cælibem, quàm conjugem*, inquit Misenus. Quod nisi experientia didicisset, nunquam, ùt opinor, asseruisset. Sensit enim, quantum onus sit uxnr & liberi, quandu nlim nb Calvinismum in Misnia & Saxonia nusquam consistere potuir; donec tandem per varia discrimina in Palatinatum delatus est; ùt ipse narrat duabus in orationibus, quarum altera Melisso, altera Peucero parentat: ubi calamitatum suarum lu- D gubrem catalngum texit: beatus utique futurus; si quæ passus est, passus fuisset prnpter Christum; non propter Calvinum. Verùm non obstanre persecutinnum metu matrimonium simpliciter præfert cœlibatui duas nb causas. I. *Quia à Deo institutum est.* II. *Quia est seminarium tam Ecclesiæ, quàm Reipublicæ.* Cæterùm credibile mihi fit, has duas causas non ignoràsse paulò antè nominatos sanctos Patres; quibus tamen absterriti non fuerunr, quò minùs cœlibatum matrimnnin simpliciter anteponerent; quod & ipse Apostnlus priùs fecerat his verbis. *Qui matrimonio jungit virginem snam, bene facit; & qui non jungit, meliùs facit.* Quo-

1. Corinth. 7.

modo meliùs, si cœlibatus matrimonio tantùm persecutionis tempore præstat?

E Jam quod ad cœlibatum attinet; ipse etiam à Deo institutus, & à Redemptore nostro, proprio exemplo, consecratus est; licèt nemini sit præceptus; sed nec matrimonium singulis præceptum est; etsi universitati est præceptum; cui præcepto abundè satisfieret; licèt Misenus uxorem nunquam duxisset. Nec periculum imminet, ne humani generis seminsrium per cœlibatum defi- F ciat. *Noli metuere, ne omnes virgines* (aut cœlibes) *fiant*, inquit S. Hieronymus, *difficilis res est virginitas, & ideo rara, quia difficilis. Non vos ab hoc studio*, inquir S. Augustinus, *quo multas ad imitandum vos excitatis, frangat querela vanorum, qui dicunt, quomodo subsistet genus humanum, si omnes fuerint continentes? Quasi propter aliud retardetur hoc sæculum, nisi ut impleatur prædestinatus ille numerus Sanctorum, quo citius impleto, profectò nec terminus sæculi differetur.*

S. Hieron. lib. 1. contra Jovin.

S. August. lib. de bono viduit. cap. 23.

G Ut Augustini, Epiphanii, aliorúmque Patrum auctnritas sacræ Scripturæ præpnnderet, nnn petimus, satis nnbis est, ut præponderet auctoritati Lutheri, Calvini, Bezæ; præponderabit autem; si Luthero, Calvino, & Beza vociferantibus, cœlibatum esse contrarium verbo Dei; Patribus verò asserentibus, atque adeò probantibus, cœlibatum esse ennsentaneum verbo Dei, potiùs assentiamur Patribus, quàm Luthern, Calvinn, aut Bezæ. Ut singulare præceptum relinquendi omnia & Christum sequendi nnn babeamus, habemus tamen singulare consilium; eui qui morem nnn gerit; malè non facit; qui verò mnrem gerit, optimè facit. En consilium. *Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.*

Matth. 19.

H Monacbos Paulo, Hilarinne, Antonio antiquiores jam sæpius nominavi: Jessæos videlieet; & illos, de quibus Dionysius Areopagita; cujus libros suppositítios esse; tum tibi assentiar, eùm snlidè refelleris, quæ pro illorum auctnritate; breviter quidem, sed efficaciter disserit Bellarminus. Scribit etiam seu Damasus, seu Anastasius Bibliothecarius In vita Dinnysii Papæ, hunc ipsum Dionysium ex Mnnacho Pnntificem factum. Constat autem ex Chronico Eusebii, Dionysium Rnmæ sedisse anno Dnmini 266. Et ante hunc Dinnysium scripsit Tertullianus librum de velandis virginibus; aliúmque S. Cyprianus de babitu Virginum; uterque autem loquitur de virginibus religiosis, & per professinnem Deo consecratis; ùt ex ipsis Tertulliani & Cypriani verbis Bellarminus ostendir. Si ergo tunc erant Moniales; erat ergo vita Monastica: cui si infirmior sexus sese dedicabat; quid de viris existimandum erit?

Bellarm. lib. de Monach. cap. 1.

Ecc 2 Pla-

A Placet, quòd ais, non modò ex Palladii, sed, ùt apparet, etiam ex tua seotentia, *perjuros fieri, qui vota Deo nuncupata non persolvant.* Ita est, mi Lithe. At unde natum est vestrum Evangelium, nisi ex hujusmodi perjuris? Quid Lutherus & Borrha erant, nisi par perjurorum? simul ac Lutherus perjurus evasit; perjuri & perjuria catervatim io mundum irruperunt; & ad caput omnis perjurii Lutherum confluxerunt; inde in alias partes dimanârunt. *Ego heri*, inquit Lutherus, scribens ad suum Lincum, *ex Nimpschem monasterio novem Moniales ex captivitate accepi; inter quas ambæ Zeschauienses & Staupitia.* Et ad Spalatinum suum. *Ad me venerunt novem istæ apostatæ moniales, vulgus miserabile. Miseret me illarum valde.* Et quidem adeò vehementer, ut paulò pòst ex nimia misericordia, uoam ex illis novem, Catharinam Borrham, scelerato eonoubio sibi jungendam putârit. Longè autem æquior fuit perjurus Lutherus in perjuras, quam in perjuros, de quibus hæc ad Spalatinum; *Mihi sanè molestissimum est hoc tanto numero volare desertores Monachos, & quod magis movet, statim uxores ducere, cùm sit genus hominum ad res gerendas ineptissimum. Ego quotidie cogito de consilio, ut modus isti rei fiqatur.* Ecce multitudo Desertorum Monachorum Luthero molestia fuit; noo Desertricum Monialium; de hac enim ousquam conqueritur. Quare & alibi Spalatino magnum gaudium anounciat. *Exivêre Moniales sedecim è Monasterio Widderstetten, sub Comitibus Mansfeldeasibus.*

Luth. Tom. 2. epist. fol. 130.

Luth. ibid.

B

Luth. Tom. 2. epist. fol. 139.

fol. 139.

C Si Canon ille ἀκανόνιστος: *Is, qui non habet uxorem, loco illius concubinam debet habere:* in vestro jure continetur, tunc est, quòd vobis juris vestri taotam libertatem & laxitatem gratulemioi. In jure nostro nullus ejusmodi Caoon apparet, mirarérque, te id asseverare ausum, oisi impudentia tua, mihi jam pridem nota, me mirari non sioeret. Tria igitur minimùm, etsi oon mioima mendacia, hic effundis. Primum, *talem Canonem, qualis à te profertur, extare.* Secundum, *latum esse à Pontificibus in gratiam Monachorum.* Tertium; *Eo fine, ut Monachorum imbecillitati consuleretur; ut, quia uxores ducere non possent, saltem concubinis sese oblectarent.* Quæso, non pudet te taotæ & tam perspicuæ, & ad redarguendum tam expositæ vanitatis? Canon verus apud Gratianum d. 34. sic habet. *Is, qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, à communione non repellitur, tamen ut unius mulieris aut uxoris aut concubinæ sit conjunctione contentus.* Ubi nullus sermo de Monachis, aut Clericis; sed de politici status hominibus: & *concubinæ* vocabulo, ùt ipsemet Gratiaous ootat, intelligitur uxor *cessantibus legalibus instrumentis* ducta; hoc est, absque solennitate à jure civili præscripta.

D At Canon ille apud Gratianum d. 27. *Quidam nubentes post votum asserunt adulteros esse. Ego autem dico, quòd graviter peccant, qui tales dividunt;* loquitur de voto simplici, ùt ipsemet Gratianus docet, túque nullo oegotio vidisses, si Canones legeres in Graoano, non autem ex Balæo, Calvino, Martyre, Beza sublegeres. Vidisses enim eodem loco hos tres Canones: *Voventibus virginitatem, non solùm nubere, sed etiam velle damnabile est.* Et: *Si nupserit virgo, non peccat, non illa virgo, quæ semet Deo cultui dedicavit. Harum enim si qua nupserit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit.* Et: *Virgines, quæ post consecrationem nupserunt, non tam adulteræ sunt, quàm incestæ.* E

F Vidisses itidem, quanta impudeotia primum illum Canonem de Monachis continxisses, aut ab aliis confictum accepisses. Hunc enim Canonem mendacii tui ultorem reperisses. *Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis & Monachis concubinas habere, seu matrimonia contrahere penitus interdicimus. Contracta quoque matrimonia ab hujusmodi personis disjungi, & personas ad pœnitentiam redigi debere juxta sacrorum Canonum definitiones judicamus.* Caoonem, *si quis docuerit* d. 28. explicat Bellarminus, ùt & illum Trullanum, *Quoniam* d. 31. Si quid Misenus contrà habet, expromat; & tum, quid agendum sit, maturè dispiciemus. Iorerea nihil aliud dico, quàm illud Gelasii Pootificis. *Nobis opponunt Canones, dum nesciunt, quod loquuntur. Contra quos hoc ipso venire se produnt, quòd primæ Sedi sana rectàque suadenti parere recusant.*

Bellarm lib. de Clericis, cap. 21.

Gelas. in Commonit. cit. à Nicol. Pontif. epistola ad Mich. Imp. Constant.

G *Ais, in veteri Testamento vota fideliter fuisse persolvenda: in novo aliam esse rationem;* nimirum postquam avus tuus Lutherus aliam nuper introduxit. Nam ante Lutherum in novo itidem Testamento semper valuit illud apud orthodoxos. *Vovete & reddite.* Nec satis mirari queo, te tam effrontem hircum esse, & quidem vetulum & vietum, qui toties expressè affirmes, & tacitè etiam insinues, tam non esse in oostra potestate abstinere à re uxoria, quàm noo est abstioere à cibo & potu. Vix posteri credent, cùm talia moostra ex Lutheri & Calvini schola prodiisse legent, periculum est, ne veteres Cynicos nobis resuscitent, & τὰ κυνογάμια, ùt Theodoretus appellat, instaurent: ídque publicè agant, quod publicè tam necessarium prædicant, quàm esculenta & poculenta, quàm hanc, qua vivimus, auram. H Quid enim non audeat Misenus cum suis cootribulibus, qui hanc argumentationem: *Potest quis castè vivere ad annum vicesimum, vicesimum quartum, tricesimum; uno verbo, usque ad tempus nuptiarum, quas aliqui quadragesimo demum, & quod excurrit, anno, contrahunt; ergo potest etiam ulteriùs, atque adeò usque ad supremum vitæ diem, castè vivere:* impudentissimè vociferantur esse similem huic: *potest quis una, duabus, quatuor, decem,*

viginti

A *viginti horis abstinere à cibo & potu; ergo potest omnibus totius vitæ suæ horis abstinere à cibo & potu:* quasi tam non sit in nostra manu cum divina gratia, quæ omnibus præsto est, cœlibem vitam agere, quàm non est in nostra manu agere vitam cibi potúsque expertem: & quòd castitatis donum tam sit extraordinarium & rarum & tam independens à voluntate nostra, quàm extraordinarium & rarum & independens est hoc, ut quis cibi potúsque expers vivat; quod simpliciter in nullius potestate situm est; ùt omnes nôrunt.

B Quàm igitur Lutherani & Calviniani post pubertatem usque ad vicesimum, tricesimum aut quadragesimum annum absque cibo & potu non vivunt; tam etiam castè non vivunt: quia ùt illud penes illos non est; ita & hoc penes se æquè non esse palàm confitentur. Scribit Misenus, Melissum usque ad annum ætatis quinquagesimum sextum semper castissimè vixisse. Quod creditu difficile, nisi Misenus ostendat, eundem usque ad annum ætatis quinquagesimum sextum absque cibo & potu vixisse; cùm sit utriusque par necessitas. Ipse Misenus, proculdubio videri vult castè vixisse, C usque ad tempus contracti matrimonii. Et nunc etiam cùm ex Palatinatu in Saxoniam proficiscitur; (facit autem, aut certè olim hoc fecit aliquoties) ab omni mulierum consuetudine se abstinet; suo saltem testimonio & præconio. Verùm rem accuratiùs secum perpendentibus arduum erit hoc persuadere, nisi planum faciat, se usque ad tempus initi conjugii ab omni cibo potúque abstinuisse; ab eodémque sese abstinere, quoties iter facit. Cujus rei fidem si argumentando nobis fecerit; tum de priore itidem securus erit. Credemus, & quidem assensu prono.

D Fortè dicet: se suósque dono continentiæ præditos esse tunc, quando absunt ab uxoribus; aut quando necdum uxores duxerunt. Crederem; si eo tempore etiam dono abstinendi à cibo & potu præditi essetis; cùm illud æquè sit rarum, & supra vires nostræ voluntatis atque hoc; ex vestra quidem doctrina. Deinde plusquam mirum est, tam rarum & excellens donum tum vobis concedi, quando aut voluntate aut necessitate peregrè abestis; aut mortua, aut necdum ducta uxore; statim autem avolare, quamprimùm domum reditis; aut uxoris ducendæ seu occasio offertur, seu cupiditas nascitur. cùm, ùt Apostolus affirmat; *Dona* Rom. 11. *Dei sint sine pœnitentia.* Vixit Melissus *castissimè*, ùt ais, usque ad quinquagesimum sextum ætatis suæ annum: quæso, nónne potuisset, reliquos septem annos, quibus superfuit; etiam absque uxore traducere, si voluisset? An non liberè contraxit nuptias? si liberè contraxit; potuisset igitur etiam non contrahere; si potuit non contrahere; E potuit reliquos quoque septenos vitæ suæ annos castè transigere, si Deo opem suppeditanti, noluisset deesse.

Quoties verò dicis: *Votum perpetuæ castitatis esse simile voto perpetuæ abstinentiæ à cibo & potu;* F toties non *Ethices*, sed *Cynices* professor es; quia à cibo & potu perpetim abstinere, simpliciter non est in nostra potestate; at continere est in nostra potestate, cum gratia Dei, quæ omnibus volentibus, & media necessaria adhibentibus præstò est. propterea sacræ litteræ nunquam suadent, ut nobis proponamus, Deóque polliceamur perpetuam à cibo & potu abstinentiam; sicut suadent, ut cœlibatum amplectamur, & voto quoque irrevocabili stabiliamus; ùt copiosè contra novos istos Cynicos demonstrat Bellarminus. Bellarm. lib. de Monachis, cap. 31. Dicebat olim Avicenna, eos, qui ex stoliditate negabant hoc axioma: *Quodlibet est, aut non est;* tamdiu torquendos esse, quoad faterentur; *aliud esse uri, & aliud non uri.* Pari modo insani isti tamdiu carcere & vinculis frænandi & coërcendi essent; quoad faterentur, rei venereæ usum tam necessarium non esse, quàm est cibus & potus; séque illo carere posse: hoc, nequaquam. Mentitur autem Cynicus Misenus, cùm dicit: illud, *licitè posse aliquem ad matrimonium transire, si absente altero conjuge æstum carnis sentiat:* ex mea sententia à me asseri. Nihil minùs. Nunquam hoc somniavi. Scio Matrimonii inseparabilem sanctitatem quamdiu vita superstes; sed quod dixi, id ex more & ritu Calvinistarum dixi: nec ignoravit hoc Misenus: sed Cynico mendacio lectoribus illudere voluit. Separare autem vos matrimonia contracta propter diuturnam alterius conjugis absentiam, quis nescit, nisi qui Calvini Bezæque doctrinam & *Consistoriorum* vestrorum praxin nescit? Verendum est, ne tandem ex Evangelica libertate alter alterum Plautino illo versiculo ad *Cambium* invitet. *Vin': commutemus? tuam ego ducam, & tu meam.*

G Apud nos, si quis post nuncupatum votum æstum carnis sentiat; non auditur illud: *Melius est nubere, quàm uri*, sed illud: *oret, multum enim valet deprecatio justi assidua.* Jejunet: quia *hoc genus* (Dæmoniorum) *non* Matth. 17. *ejicitur nisi per orationem & jejunium.* Quocirca Crates quoque Thebanus dicere solebat, ùt est apud Theodoretum, Theod. lib. 12. ad Græc. *τῆς εἰς τὰ ἀφροδίσια ὁρμῆς κατάπαυμα, λιμὸν εἶναι. Appetitionem rei Venereæ domari fame.* Nisi Misenus pro sua Crisi non *λιμὸν* sed *λοιμὸν* legendum contendat. Hoc tamen pharmacum Calvinistis relinquimus, ùt & illud, quod Crates post famem subjungit, *εἰ δὲ μὴ, βρόχον. Si fames non juvet; laqueus medebitur.*

H Sententia S. Cypriani loquitur de virginibus nullo voto obstrictis. Quòd verò in Monachos & Moniales iterum maledicen-

A tia tua irruis; quasi votorum oblivifcantur, id minùs, quàm antea, ægrè fero. Cùm enim alios tuo pede metiaris, tibi autem tuo judicio, Venus tam fit oecessaria, quàm Ceres; ægrè animum induces credere, quempiam castè vivere; de quo fimul tibi non persuadeas, eum absque cibo & potu vivere. Cùm autem hoc de nullo credere queas, fequitur & alterum, te de nullo credere posse. Hinc ubique Cynica maledicta & convicia vomis; fed audi, Misene, non quia tu Cynicus es & amica luto fus; ideo & alios tui fimiles censere debes.

B Ausim dicere, nullum porcum tam obtusi & stupidi cerebri esse; qui omnia alia animalia; præsertim homines, pro fibi fimilibus, hoc est, pro *porcis* habeat. Sint in Catholica Ecclesia, qui propositi fui immemores, Christianam & religiosam professionem dedecorent; at vel hoc nomine te feliciores & longè meliores funt, quia adhuc in navicula Petri degunt; errántque non *in invio*, ùt hæretici, fed *in via*. Præclarè Plato. *Interire ac tolli mala prorsus non possunt, necesse est enim, esse semper, quod bono contrarium fit; neque tamen ea Deo inesse possunt. Mortalem autem naturam circa locum hunc versari necesse est. Quapropter tentandum est, ut hinc eò quàm citissimè fugiamus: Est autem fuga ipsa Dei similitudo, quantum in nobis est: similitudo autem, ut cum prudentia sancti & justi simus.* Danda igitur opera; ut quia scandala necesse est esse, ea per nos non eveniant; enitendúmque, ut, fi quæ humana infirmitate existant, sopiantur & extinguantur, ac deinceps non admodum solliciti fimus, quidquid vos, *Scandalista* (utar verbo S. August.) contra Ordinis & profes-

Plat. in Theat. apud Theod. ferm. 12. ad Græcos.

C fionis nostræ homines vociferemini. *Quid iniquo animo fertis*, inquit Theodoretus gentiles alloquens, *quid indignamini, quod nonnullos nostrûm videtis, quam profitentur vitam, moribus mentientes? Quare autem contrà non laudatis nec admiramini, quos videtis supra hominum conditionem vitam sectari, ac in corpore quidem contra difficultates rerum tentationésque pugnare, incorpoream tamen ac spiritalem vitam imitari? Contrà enim facitis, ac vos facere decuit & oportuit. Laudandi enim vobis erant, qui humanæ naturæ foveas expediti levésque transiliunt: illis autem nonnihil ignoscendum fuit, qui ab insitis natura malis affectionibus rapiuntur; quàm fint enim hæ ad superandum difficiles, ipsi non ignoratis.*

Theodoret. fer. 12. ad Græcos,

D Aut fi hoc à vobis impetrare non poteratis, fältem ea moderatione utendum erat, ut ne insontes cum sontibus damnarentur. *Est, qui è capris alimentum percipit*, ait Plato, *idcóque hoc animal, ut rem perutilem, laudat. Alius verò capras nactus fine custode pascentes, cultúmque agellum devastantes, & has ipsas detestatur, & quodcunque pecus viderit vel rectore destitutum, vel à malis custodibus guberna-*

E *tum. An verò æquum putemus, ut tali accusatione quodcunque aliud vel innoxium pecus accuset? Hæc autem Platonis verba, non mea sunt*, subdit Theodoretus, *quibus nos admonet, non debere pecora omnia in universum damnari, ob ea, quæ vel à malis pastoribus aguntur, vel quæ pastoribus carent*, vel quæ fub bonis pastoribus ea, quæ fui funt officii, negligunt.

F Quòd stomachum tuum ubique in S. Hieronymum effundis, eique Vigilantium & Jovinianum longè præponis, nihil à natura tua alienum facis. Hæreticus es; quomodo hunc *hæreticorum malleum* æquis oculis adspiceres, qui caput tuum validis ictibus jam pridem in Vigilantio & Joviniano contudit? Nec dubito, caput tibi dolere, quoties de ictibus illis cogitas. Repræsentas & hic nobis avum tuum Lutherum, qui S. Hieronymo non tantùm Vigilantium & Jovinianum, fed & Philippulum fuum, exfangue illud & exsuccum *siliciernium*, infulfissimè antepofuit: fic enim ad Philippum scribit loquens de Annotationibus ejus fuper Epist. ad Romanos. *Quin amplius irritare volo nasutos istos, & dico: Hieronymi & Origenis commentarios esse meras nugas & ineptias, si tuis annotationibus comparentur, &c. Commentaria enim scripserunt, in quibus sua potius, quàm Paulina aut Christiana tradiderunt.* Ad hanc laudem & gloriam viam fibi munivit Melanchthon, quando fub finem verè *communium locorum* hac censura universos sanctorum Patrum Commentarios perstrinxit. *Censeo, non aliter atque pestem fugiendos hominum commentarios in rebus sacris: quòd doctrina spiritus purè, nisi è scripturis, hauriri non possit.* Quæ censura ferri posset, fi de Commentariis Lutheri, ipsius Melanchthonis, Calvini, Bezæ, Buzeri, Martyris & fimilium intelligeretur. Verè enim ùt pestis fugiendi & execrandi funt; in quibus omnibus ne mica quidem eruditionis aut pietatis inest. At qui de Patrum commentariis ita eum Melanchthone judicat, is hoc ipso judicio fatis luere videtur incredibilem fuam stultitiam. Quæ enim major

Luth. tom. 2. epist. fol. 82.

In locis 1523. Argentorati.

G pœna excogitari queat, quàm eò amentiæ procedere, ut hujusmodi judicium ab omni judicio alienissimum feras? Quantò prudentiùs fecisset Melanchthon, fi hederam illam, quam commentario Lutheri in epistolam ad Galatas appendit, appendisset Commentariis S. Hieronymi, aut cujuscunque alterius Patris. *Usu pii cognoscent, quantum hic libellus præstet plerisque* (imò omnibus) *qui nunc novi* (ab hæreticis) *prodeunt, nequiores (ita me Deus amet) nummis novis.* Sed ad rem.

H Fingit Calvinista, *me non agnoscere distinctionem donorum cælestium in communia & specialia.* Sed fingit tantùm: Quis enim intelligens hanc distinctionem neget? Hoc nego, castitatem esse ejusmodi *speciale donum*, quale tu comminisceris, hoc est, quod à

vo-

A voluntate & cooperatione noſtra nullo modo pendeat; ſicut donum faciendi miracula; propbetandi, & id genus alia nullo modo à voluntate & cooperatione noſtra dependent: ſed dico eſſe chariſma & donum commune; eo modo, quo fides, ſpes, charitas & ſimilia, dona communia ſunt. Tantùm boc eſt diſcriminis, quòd poteſt quis inito matrimonio caſtitatis donum, quamvis à Deo liberaliter ſibi oblatum, renuere, & non acceptare; fidem autem, ſpem & charitatem renuere nequeat, eò quòd bæc ad ſalutem ſimpliciter ſint neceſſaria; illud autem tantùm ex bypotheſi, poſito ſcilicet, quòd conjugio jungi nolis.

B Et nónne omni Cynico κυνικώτερος es, quando ſcribere non erubeſcis, caſtitatem tam non eſſe in manu mea, quàm non eſt, ut *fiam Rex Galliæ?* Et caſtitatem tam à Deo precibus obtineri non poſſe; quàm ab eodem obtinere per preces nequeo, *ut fiam Rex Galliæ?* Et quàm ſtultæ forent preces, quas funderem, ut *Rex Galliæ* fierem; tam ſtultas vanáſque eſſe preces, quas pro impetranda & conſervanda caſtitate concipiam? Adeſte Cynici, & hunc fratrem veſtrum ex Miſnia ſalvere jubete; túque inprimis ô Diogenes; habebis, qui impudentia tecum de palma certet. Nec ideo caſtitas C ſpeciale, hoc eſt, à voluntate noſtra independens donum eſt: quia non omnes continent: hinc enim ſequeretur, etiam fidem non eſſe donum à voluntate noſtra aliquo modo dependens; quia, ùt non omnes continent; ita non omnes credunt; & tamen omnes credere poſſent, ſi eum gratia divina, quæ omnibus offertur, operas quoque ſuas conſociare vellent. Sic licèt non omnes contineant, omnes tamen continere poſſent; ſi gratia Dei uti vellent. Neque nos dicimus, ideo neceſſe eſſe, ut, qui continere ſtatuit, Monachus fiat. Etiam extra Monaſteria cœlibatus vigere poteſt: ſed tutior eſt intra religionis ſepta, quàm extra, quippe pluribus præſidiis circumvallatus.

D Sanctus Baſilius à te citatus nibil aliud vult, quàm à Deo non quidvis; ſed quod ei placitum, noſtræque ſaluti fructuoſum eſt, peti debere. Quia negat hoc Miſene? At *caſtitas*, inquis, *non placet Deo.* Apage ô Heidelbergenſis Epicure, porcelle bipes. Si Deo non placet, cur ergo caſtitatem Chriſtus ſuaſit laudando *voluntarios Eunuchos, qui ſe caſtraverunt propter regnum Dei?* Cur addidit? *Qui poteſt capere, capiat.* Cur relinquentibus uxorem aut ductam aut ducendam pollicetur *centuplum* in hac vita, & in altera æternam beatitudinem. Nam quòd tu dicis, Chriſtum eo loco tantùm ſuaſiſſe, ut pater, mater, fratres, ſorores, domus, agri, uxor, filii, deſerantur *affectu*, non *effectu*, id vanitate plenius eſt, quàm Miſenus dolis: nam ùt ex toto verborum Chriſti contextu liquidiſſimè apparet, illis *centuplum* in E bac vita, & beatitudinem in altera pollicetur, qui ita omnia deſerunt, ſicut deſeruerant Apoſtoli; at Apoſtoli omnia ſua deſeruerunt non tantùm *affectu*, ſed & *effectu;* propterea enim intrepidè dixit Petrus Chriſto: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis?*

F Adbæc, ſi caſtitas Deo non placet, cur ore Apoſtoli Pauli eandem conſuluit, & ſummis laudibus extulit? *De virginibus*, inquit, *præceptum Domini non babeo, conſilium autem do.* Cur totam ſuam de virginitate diſputationem bis verbis concludit? *Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit, ſecundùm meum conſilium. Puto autem, quòd & ego ſpiritum Dei babeam.* Mirum, Corinthios, Apoſtolo Paulo toties caſtimoniam ſuadenti non occiniſſe boc Calvinianum & Miſenicum aſma. *Quid me cohortaris ad caſtitatem, quæ tam non eſt in manu mea, quàm ut fiam Imperator, aut Imperatrix Romanorum?* O Evangelium Cynicum!

G Porrò, quòd religioſus ille, qui ſcortatur, aut alio pacto caſtitatis votum violat, à propoſito ſuo non reſiliat; nunquam dixi, ùt tu, more tuo, mendaciter ſcribis. Reſilit utique, licèt veſtem religioſam non abjiciat. Sed plus reſilit ille, qui ſimul cum pudore veſtem quoque exuit, ſcortúmque uxoris titulo fucatum, ſibi copulat: Plus, inquam, iſte reſilit; quia longiùs à Deo & ſalute, & à ſpe omnis melioris frugis recedit. *Quo mandato*, inquis, *vocavit Deus te tuóſque fratres ad Monachatum?* Nullo penitus mandato; ſed hoc conſilio. *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, quæ habes.* Item boc: *Omnis, qui reliquerit patrem aut matrem, &c.* Item voce illa Spiritus ſancti in Pſalmo: *Ecce, quàm bonum & quàm jucundum habitare fratres in unum.* Nam, ùt inquit S. Augu- S. Auguſt. in Pſal. 132.
ſtinus, *iſta verba Pſalterii, iſte dulcis ſonus, iſta ſuavis melodia tam in cantico, quàm in intellectu, etiam Monaſteria peperit. Ad hunc ſonum excitati ſunt fratres, qui habitare in unum concupiêrunt. Iſte verſus fuit tuba ipſorum, ſonuit per orbem terrarum, & qui diviſi erant, congregati ſunt in unum.* At quòd ais, *eum, qui deſerta uxore tam ducta, quàm ducenda confert ſe ad Monaſterium, perfidiæ crimen incurrere;* tu videris, quomodo Chriſtum à magiſterio, & Apoſtolos, tótque ſanctiſſimos viros à perfidiæ ſcelere liberare velis: nam Chriſtus docuit, ut uxores desererentur; ducendæ quidem ſimpliciter: ductæ verò, ſub conditione, ſi ſcilicet poſt matrimonium conſummatum mariti propoſito annuant; neque enim à nolentibus, ex Chriſtianæ legis præſcripto, seceſſionem facere fas eſt; & Apoſtoli id, quod Chriſtus docuit, reipſa executi ſunt, & quidem alacriter.

H Diviſionem gratiæ in prævenientem & ſubſequentem, diu ante novi, quàm te nôſſem. Itaque fruſtra hic mihi eru-

A eruditionem tuam ostentas; mallem te explicatiùs & planiùs disseruisse de principiis perfidiæ Calvinianæ. Sed ais, *ea tibi esse ignota.* Vix credo, *Archicalvinistam* (sic enim dicis te in Saxonia appellatum) nescire, quid Calvinus, Beza & alii Genevenses Rabbini de *Prædestinatione* & *Reprobatione*; de origine & causa peccati, de Baptismo & Eucharistia tradant.

De fide subtiliter philosopharis; quam B Dei donum esse, & à Patre luminum descendere, & sub merita nostra non cadere, ignoravissemus scilicet, nisi Misenus doctor nobis obtigisset, qui hæc tam abdita panderet. Cui cur grates non referam iisdem verbis, quibus Lucretius suo Epicuro? *Quis potis est dignum pollenti pectore carmen condere, pro rerum majestate, hisque repertis? Quisve valet verbis tantùm, qui fundere laudes pro meritis ejus possit, qui talia nobis pectore parta suo, quæsitáque præmia liquit?* Hoc tamen verè nescivissemus, fidem duntaxat *Electorum*, hoc est, prædestinatorum esse; nisi hære- C tici, & in his Calviniani, id tradidissent: nam & reprobos in hac vita fidem habere posse, hactenus creditum est, non obstante illo, quod Misenus ex Apostolo ad Titum, cap. 1. adducit; ubi nominat fidem *Electorum*; persuasum enim nobis erat, & verò adhuc persuasum est, electos eo loco vocari omnes illos, qui ad agnitionem veritatis, & ad Christi Ecclésiam reipsa vocati sunt; nam & hæc electio quædam est, & ex plurimis secretio seu segregatio; ex plorimis, inquam, qui reipsa ad fidem & Ecclesiam non pertingunt, licèt possent, si vocantem sequi vellent. Nam quòd postea aut non perstant in agnita fide; aut fidem quidem retinent, fide tamen dignam vitam non ducunt; id non arguit, eos vera fide non fuisse præditos, sed fuisse ex illorum numero, de quibus Redemptor noster: *Nam qui supra petram* (hi sunt) *qui cùm audierint, cum gaudio suscipiunt verbum; & hi radices non habent: quia ad tempus credunt* (nota Misene) *& in tempore tentationis recedunt.* Luc. 8.

D Quæris, *num salutem à Deo oblatam omnes accipiant.* Facilis responsio. Non omnes accipiunt. *Quæ causa?* rogat Misenus. Nec exspectat, dum respondeam, ipse sibi responsum reddit. *Quia*, inquit, *instrumento carent, quo gratia oblata accipitur, fide nimirum.* Verùm si fide carent; culpa sua carent. Nam ùt alia Dei charismata omnibus offeruntur; ita & donum fidei omnibus ex liberalitate Dei offertur: quare si non acquiratur, non ob Dei, sed ob nostrum defectum non acquiritur: neque enim fidei donum voluntatem & cooperationem penitus antecedit, tanquam quid ab illa simpliciter *independens*, ùt tu tibi imaginaris. Jam perge. *Similiter castitas, ut offeratur omnibus, non tamen ab omnibus accipitur; quia deest instrumentum, quo recipiant, animus scilicet à conjugio abhorrens.* Sed quare deest hoc, ùt tu appellas, *instrumentum*; nisi quia volunt id sibi deesse? E Liberè enim à conjugio non abhorrent; possent ergo liberè ab eodem abhorrere, atque adeò hoc instrumentum obtinendæ castitatis acquirere.

F Sed adhuc addis quoddam instrumentum, cujus defectu contingere ais, ut castitatis donum, tametsi à Deo oblatum, non accipiatur. Et quod illud? *Corporis constitutio castitati servanda non idonea.* Hic conjectet, quisquis conjectare potest; quænam sit hæc corporis constitutio, ex sententia Miseni, & aliorum Novatorum *servandæ castitati* non idonea. Et nisi valde fallor, ea ipsa constitutio, quam à natura habemus, judicio istorum inepta est ad castitatem. Id mihi colligere videor ex Joviniano vetere; item ex novo, Luthero, ejúsque discipulo Miseno; qui tam inverecundi, vel potiùs Cynici, sunt, ut ex ipsis membris, quibus homo constat, contra castitatem pro opere uxorio tanquam simpliciter necessario argumentari non vereantur. (Luth. epist. ad Wolfig. Reissenbusch.) *Nunquam ergo cessemus à libidine*, inquit per ironiam S. Hieronymus, respondens ad hoc brutum Joviniani, Lutheri, & Miseni argumentum, *ne frustra hujuscemodi membra portemus.* Cur enim maritus *se abstineat ab uxore? Cur casta vidua perseveret, si ad hoc tantùm nati sumus, ut pecudum more vivamus? Aut quid mihi nocebit, si cum uxore mea alius concubuerit? Quomodo enim dentium officium est mandere, & in alvum ea, quæ sunt mansa, transmittere, & non habet crimen, qui conjugi meæ panem dederit: ita, si genitalium hoc est officium, ut semper fruantur natura sua; meam lassitudinem alterius vires superent: & uxoris, ut ita dicam, ardentissimam gulam fortuita libido restinguat. Quid sibi autem vult Apostolus, ut ad continentiam cohortetur, si contra naturam est? Quid ipse Dominus, qui Eunuchorum præcipit varietates?* (S. Hieron. lib. 1. contra Jovin.)

G Certè tot millia millium, quibus cœlibatus vel ab ineunte ævo, vel post conjugium usque ad supremum spiritum, cultus & sanctissimè custoditus est, alia corporis constitutione non fuerunt, quàm sint, qui post natum Calvinum & Lutherum vivunt; compacti nimirum ex carne & sanguine; & ex iisdem membris, quibus alii: & tamen Apostolo obsecuti, membra, quæ erant *super terram, mortificârunt*, exemplóque suo extremæ vanitatis & impudentiæ redarguerunt Hæreticos, qui clamant, tam in manu hominis non esse castè vivere, quàm non est in manu ejus à cibo potúque perpetim abstinere; nobísque seipsos non tantùm pro exemplo ad se imitandum, sed & quasi pro invicto argumento ad refellendos sectarios præbuerunt.

H Cùm S. Augustinus in gravissima spiritus & carnis lucta versatus de prioris vitæ impuritate deserenda seriò cogitaret, oculos suos nequa-

A nequaquam aut ad corporis sui constitutionem, aut ad uxorem; sed ad continentiam, continentiæque infinitos cultores, constitutione corporis alioquin sibi similes, convertit, idque, quod ipsi jam antea præstare poterant, se quoque, divina adjutum gratia, sperare posse speravit. Imò cùm ob pravam, eámque inveteratam consuetudinem nonnibil trepidaret, speciem continentiæ ad audendum cohortantis & innumerabilem turbam eorum, qui castimoniæ callem calcâssent, & percurrissent demonstrantis sibi oblatam scribit. *Aperiebatur*, inquit, *ab ea parte, qua intenderam faciem, & quò transire trepidabam, casta dignitas continentiæ, serena, & non dissolutè hilaris, honestè blandiens, ut venirem, neque dubitarem, & extendens ad me suscipiendum pias manus, plenas gregibus bonorum exemplorum. Ibi tot pueri & puellæ, ibi juventus multa, & omnis ætas, & graves viduæ, & virgines anus, & in omnibus ipsa continentia nequaquam sterilis, sed fœcunda mater filiorum gaudiorum de marito te Domine. Et irridebat me irrisione exhortatoria, quasi diceret: Tu non poteris, quod isti & istæ?* B *An verò isti & istæ in semetipsis possunt, ac non in Domino Deo suo? Dominus Deus eorum me dedit eis. Quid in te stas & non stas? projice te in eum, noli metuere, non se subtrahet, ut cadas. Projice te securus, excipiet te, & salvabit te. Et erubescebam nimis, quia illarum nugarum murmur adhuc audiebam, & cunctabundus pendebam. Et rursus illa, quasi diceret: obsurdesce adversùs immunda illa membra tua super terram, ut mortificentur. Narrant tibi delectationes, sed non sicut lex Domini Dei tui.* Hæc S. Augustinus; quæ à Calvinianis placitis immane quantum discrepant. Nulli enim Calviniano in tali deliberatione, vel potiùs certamine continentia occurrit; aut si occurrit; non auditur, sed sola *corporis constitutio* attentissimè consideratur, & quasi ad continentiam inepta; ad nuptias autem procreata & efformata adspicitur.

S. August. lib. 9. Confess. cap. 11.

C At Misenum & similes suculas parùm movebit S. Augustini exemplum, quippe qui in hac ipsa de castitate dissertatione non semel S. Augustinum valere jubeat, præsertim quando asserit, *castitatem & Dei donum esse, & liberum arbitrium.* Hoc negat Misenus, *se intelligere posse.* Credo, quia si intelligeret, Calvinianis suis de castitate placitis mox multam salutem diceret. Vide autem Labyrinthos Misenicos; Ait, *posse* D *adolescentem Christianum esse castitatis studiosum, etiamsi dono continentiæ destituatur, & tantisper corpus suum purum conservare, donec maritus fiat.* Est ergo castitas ipsius arbitrii res, etsi non sine ope aliqua divinitus missa. Quòd si *castè* vivere potest, donec *maritus fiat;* habet ergo saltem eò usque donum castitatis, & continentiæ; quia in proposito est unum & idem; sicut unum & idem est, *castum esse & continentem esse:* gryphóque simile arbitror, quod dicis, *posse esse* E *aliquem studiosum castitatis etiam sine dono continentiæ.* Si donum continentiæ non habet; non ergo *continet.* si non continet, non ergo castitatis studiosus est. Quòd si studium castitatis in manu nostra est; cur non etiam studium continentiæ? Et si *auxilio Spiritus sancti & accedente*, ùt ais, *frugalitate victus castitatem quis obtinere potest, donec maritus fiat;* cur non & donum continentiæ, saltem donec maritus fiat?

F Deinde cur tu tantùm *adolescentem* nominas; & quidem *Christianum?* An viris fœminisque Christianis studium castitatis non est commendatum; donec vel primitus mariti & maritæ fiant; vel secundò, vel tertiò, vel nunquam, si forsan in viduitate consenescere & mori cogitent? Nec Christianis tantùm hoc conceditur, etsi maximè his ob copiosiorem gratiam, cujus Christiana Religio suppeditatrix est; sed & Ethnicis. An non S. Hieronymus adversùs Jovinianum fratrem tuum longissimum catalogum G texit eorum, qui Christianæ professionis ignari castitatem studiosissimè coluerunt vel tota, vel magna parte vitæ? Quòd si quis castè vivere potest, donec matrimonium contrahat; quæro ex te, quamdiu ista potentia seu facultas castè vivendi duret, & ad quotum annum se extendat; & quo anno avolet, suúmque hospitem deserat? cùm enim, ùt tu hic *Aristippicè* ratiocinaris, abstinentia à re venerea ita se habeat, ùt abstinentia à cibo & potu; & secundùm te non valeat hæc consequentia; *potest quis ad vigesimum ætatis annum & ultra continere; ergo semper;* sicut non valet ista: *potest quis uno, vel etiam duobus diebus à cibo & potu abstinere, ergo semper:* Cùm, inquam, prior illa consequentia non valeat, secundùm te, ùt nec posterior; necesse est, tempus aliquod existere, quo tempore aut moriendum sit; aut danda opera rei uxoriæ; Sicut necesse est venire tempus, quo homo aut comedere aut interire debet, & ultra quod abstinentiam à cibo & potu nullo modo prorogare possit.

H Quæro igitur ex te, quodnam sit istud tempus tam necessarium. Estne annus vicesimus? certè non; quia multi castitatem coluerunt usque ad tricesimum; *& quidem sine continentiæ dono*, ùt vult Misenus: Estne tricesimus? Estne quadragesimus? Estne quinquagesimus? Nihil horum dici potest; quia Melissus, quem summis laudibus celebrat Misenus, *castissimè* vixit, teste Miseno usque ad annum *quinquagesimum sextum* ætatis suæ. Dic mihi, Misene, mortuúsne fuisset illo anno Melissus, si non duxisset uxorem? Duxítne liberè uxorem illo anno? Si liberè; potuit ergo intermittere: quia illud liberè agimus, quod & agere & omittere possumus. Si matrimonium differre

A potuit per ſtudium caſtitatis, *accedente auxilio Spiritus ſancti, & frugalitate victus*, ùt tu ipſe loqueris; quæro, quouſque differre potuerit? Num ad annum ſexageſimum? Sit ita. Sed ſtatim naſcitur hæc quæſtio, utrum tunc liberè duxerit uxorem, an neceſſariò & coactè? Si liberè, potuit ergo omittere. Si neceſſariò, non ergo fuit matrimonium; quia matrimonium debet eſſe liberum. Quidquid agas, & quidquid tergiverſeris Lithe, nunquam ex hoc involucro te evolves, niſi concedas, Meliſſum (& eadem eſt ratio cujuſcunque alterius) caſtè vivere potuiſſe, ſi voluiſſet, uſque ad ſupremam vitæ horam, hoc eſt, uſque ad ſexageſimum tertium ætatis ſuæ annum, quo, ùt tu doces, obiit.

B Quare, ùt in priore Apologia, & in hac petu abs te, ut mihi explices, quando tandem neceſſarium ſit, ut quis *maritus fiat*: Deſigna, obſecro, mihi hanc metam, ultra quam adoleſcens aut adoleſcentula procedere nequeat: ſicut deſignari poteſt meta, ultra quam incolumi vita, abſtinentia à cibo & potu prorogari non poteſt. Dabo enim, ut liberaliter agam, cuivis Calviniano ſpatium bimeſtre. Ultra hoc, quovis depoſito pignore contendere auſim, nullum penitus prorogare poſſe abſtinentiam à cibo & potu; ſed in fine illius bimeſtris, aut cibus ſumendus, aut ſpiritus efflandus erit. Si igitur par neceſſitas *rei uxoriæ*, ùt tu flagitiosè ſcribis; explica nobis, quouſque tandem prorogari queat abſtinentia *à re uxoria*, ſi non poteſt ſemper & uſque ad funera. Quòd ſi, ùt dicis *Spiritus ſancti auxilio,*
C *& frugalitate victus* poteſt adoleſcens corpus ſuum *purum* ſervare, donec *maritus fiat*; cur iiſdem aliíſque remediis non poſſit ſuum corpus purum conſervare ulteriùs? An media illa efficaciam ſuam poſtea amittunt? An adoleſcentem in mediis fluctibus deſtituunt? An Spiritus ſanctus tunc abſcedit; quando præſenti ejus ſubſidio vel maximè opus eſt? Et quoties tu hujuſmodi interrogationibus occurres tua illa ſolutione ſuilla: *Poteſt quis aliquandiu abſtinere à cibo & potu; ſed non ſemper: ergo poteſt quis etiam aliquandiu abſtinere à re uxoria, ſed non ſemper*: toties ergo te Cynicum, vel rectiùs *porcum*, cui ſal pro anima, conſalutabo. Nam quid juvant te illa dicta Patrum. *Caro ſumus; nil ſanum in nobis habitat.* Scimus nos carnem, non Angelos eſſe; At non oportet, ut ſimus caro bruta, ad ventrem & paſtum duntaxat abjecta. Sed ſumus caro humana, hoc
D eſt, homines rationis & gratiæ divinæ vulnera noſtra ſanantis, infirmitatémque corroborantis capaces; cujus beneficio fidenter dicimus. *Omnia poſſum in eo, qui me confortat. In Deo meo transgrediar murum.* Nam quòd tu hic iterum vitia Monachorum in ſcenam producis, id cauſam tuam meliorem non reddit. Non enim ideo tu bonus & probus es, quòd aliqui ex his, qui ſe E
Deo conſecrârunt, vota retractent, dictíſque fideliter non maneant. Æquè nobis diſpliceot mali, ac vobis. Imò injuriam nobis facio, quando ita loquor; Quia nullus Monachus, tametſi peſſimus, vobis diſplicet; argumento eſt, quòd flagitioſiſſimos & nequiſſimos Apoſtatas noſtros tam cupidè ſuſcipitis & fovetis: & qui apud nos vix tolerarentur in carcere & vinculis; illi apud vos cathedras tenent in ſcholis & in templis.

Jam ſæpe dixi, ſummam eſſe amentiam F
propter ſceleratos culpare & deteſtari innoxios, *neque enim propter malas vites à bonis vitibus abhorremus*, inquit Theodoretus, *neque ob amaras amygdalas, eas continuò, quæ dulces ſunt, averſamur; neque ob aurum, quod ære ſubdito adulterinum cenſetur, id quod eſt purum putúmque, damnamus: non denique ob emeutitam purpuram, carpimus & ingenuam; neque quòd nonnulli ſunt inepti pictores, idcirco accuſamus peritos. Quàm temerè in noſmet legem ſancimus iniquam?* ait Satyricus. An non vides Miſene, hoc argumento, toties à te & à tuis inculcato confici, ſi quid roboris habet, quamvis profeſſionem nigro calculo notandam, atque ſtirpitus abolendam eſſe, & inprimis tuam, quam ſequeris, ſectam? Quæſo, nullóne unquam inter tuos vides, qui tuo judicio (nam de meo non eſt, quòd ſciſciteris) ſint flagitioſi, improbi; & *Chriſtiani* appellatione indigni? Meminiſſe igitur te oportebat illius, ſi, non dicam, cordatus vir, ſed cordatus Calviniſta fores. *Qui ne tuberibus propriis offendat amicam, poſtulat, ignoſcat verrucis illius; æquum eſt, peccatis veniam poſcentem, reddere rurſus.*

Theod. ſer. 12. ad Græcos.

Sed tu Fauſtum, fratrem tuum, alióſque Manichæos imitatus parùm moraris, quid G
in te tuóſque dici queat, dummodo linguam in noſtros ſtringas. Verùm quod Fauſto S. Auguſtinus; hoc tu à me cape. At enim multi Catholici (Monachi) vocantur, & ſunt adulteri, raptores, avari, ebrioſi, & quidquid aliud ſanæ doctrinæ adverſatur. *Quid autem inter vos* (Manichæo-calvinianos) *in tam exiguo ac penè nullo numero veſtro, nónne plerique ſunt tales, & quidam in paganis non ſunt tales? Num ideo paganos, qui tales non ſunt, dicitis meliores vobis, cùm tamen propter ſacrilegam vanitatem ſecta veſtra, etiam qui in vobis tales non ſunt, paganis etiam talibus* (non modò malis Catholicis & Monachis) *deteriores ſint. Unde* H
manifeſtum eſt, non ideo derogari ſanæ doctrinæ, quæ ſola Catholica eſt, quia multi ejus nomine cenſeri volunt, & per illam ſanari nolunt. Agnoſcenda eſt enim paucitas illa, quam Dominus præcipuè commendat in ingenti atque innumerabili multitudine toto orbe diffuſa; quæ tamen paucitas Sanctorum atque fidelium, quod ſæpe commendandum eſt, tanquam granorum in comparatione multitudinis palearum paucitas dicitur; per ſe autem ipſam tantam meſſem frumenti facit,

S. Auguſt. lib. 20. contra Fauſt.

A *facit, ut omnes probos & reprobos veſtros* (Calviniſtas) *quos pariter veritas reprobat, incomparabili multitudine ſuperet.* Hæc ſcitè & verè S. Auguſtinus.

B Suſpiciones tuas ſive de me, ſive de noſtra Societate, hujus non facio: *Ne admittam culpam, ego meus ſum promus pectori,* inquit ille, *ſuſpicio eſt in pectore alieno ſita. Nam nunc ego ſi te ſurripuiſſe ſuſpicer Jovi coronam de capite è Capitolio, quod in culmine adſtat ſummo, ſi id non feceris, atque id tamen lubeat ſuſpicarier, qui tu id prohibere me potes, ne ſuſpicer?* Hæc verè & pulchrè Comicus. Similia fermè S. Auguſtinus adversùs Secundinum tui ſimilem *ſuſpicatorem*, quem lege, téque Calvinianum in Manichæo Secundino, tanquam in ſpeculo agnoſce.

C Quòd ais, *me in converſione peccatoris voluntatem noſtram primo loco ponere, divinam gratiam ſecundo*, id cæteris tuis mendaciis annumeretur; neque enim ullum locum ex libris meis proferes, quo hoc evincas: & illa ipſa verba, quæ tu recitas, ſi quidquam ſaperes, ab hac mendaci calumnia te abſterrere poterant. Anne enim liberam voluntatem primo loco collocat, qui dicit: *Omnes homines illuminari poſſe, ſi cum divina gratia liberaliter oblata ſuas quoque partes jungere velint.* Cui, oro, hîc conceduntur prima? Sed animum mendacio relaxare libuit, ut occaſionem haberes declamandi de Pelagianiſmo, monſtrandíque, quàm tritus ſis in S. Auguſtini lectione, tametſi tu non tam hoc, quam libidinem quidvis fingendi monſtras. Quo enim ore, niſi Calviniano, affirmas, doceri à nobis, *in prima hominis converſione voluntatem per ſe ipſam* φυσικῇ τινι δυνάμει, (*naturali quadam vi & facultate*) *gratia Dei* συνεργεῖν, (*cooperari*) *eámque ſolam à Spiritu ſancto juvari*; ſicut cauſa *partialis* juvatur à *partiali*, producendo effectum, non autem movendo & corroborando ipſam cauſam *partialem*. Minimè hoc docemus, Miſene, aut decipis, aut deciperis. Voluntatem enim in converſione, non niſi à Spiritus ſancti gratia motam, & quaſi ſupra vires ſuas elevatam & ſubvectam, ad actum illum ſupernaturalem converſionis concurrere aſſeveramus. Ni fieret, nunquam poſſet voluntas ullum ſupernaturalis ordinis actum elicere; cùm nulla res naturalis ſupra vires naturales quidquam agere queat, niſi concurſu altioris ordinis confirmetur, & ſeipſa, ùt naturalis quædam facultas eſt, potentior efficiatur.

D Ut autem mendacia, quæ hic effutis, diſſipentur, adſcribam Concilii Tridentini verba; non enim aliud docemus, quàm quod Concilium. *Declarat præterea* (Synodus) *ipſius ſanctificationis exordium in adultis à Deo per Chriſtum Jeſum præveniente gratia ſumendum eſſe, hoc eſt, ab ejus vocatione, qua nullis eorum exiſtentibus meritis, vocantur, ut,*

Conc. Trid. Seſſ. 6, c. 5.

E *qui per peccata à Deo averſi erant, per ejus excitantem atque adjuvantem gratiam ad convertendum ſe ad ſuam ipſorum juſtificationem, eidem gratiæ liberè aſſentiendo & cooperando, diſponantur: ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus ſancti illuminationem, neque homo ipſe nihil omnino agat, inſpirationem illam recipiens, quippe, qui illam & abjicere poteſt; neque tamen ſine gratia Dei ſe movere ad juſtitiam coram illo libera voluntate poſſit. Unde in ſacris literis, cùm dicitur: Convertimini ad me, & ego convertar ad vos: libertatis noſtræ admonemur, cùm reſpondemus: Converte nos Domine ad te, & convertemur: Dei nos gratia præveniri confitemur.* Hæc Concilium, & nos cum illo.

F Tu, ùt de noſtra doctrina mentitus es; ita & mentiris de veſtra, quando ita ſcribis. *Nos fatemur voluntatem hominis* συνεργεῖν *quidem gratiæ Dei in prima converſione; ſed ab eadem gratia motam, non à ſeipſa.* Hæccine eſt doctrina veſtra? Quæſo te, quos tangit Canon IV. Concilii Trid. Seſſ. VI. anathemate feriens illos, qui dicunt, *liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti, &c. Sed, veluti inanime quoddam, nihil omnino agere, merèque paſſivè ſe habere.* Si nullus eſt Heidelbergæ, qui tibi indicet, in quos hoc anathematis fulmen emiſſum ſit, ſcribe Genevam ad Symmyſtam quempiam, forſan non gravatè nominabit Lutherum, Calvinum, Lutheranos & Calvinianos, nomina magis, ſcilicet, tibi ignota, quàm illa, quibus olim Valentinus fabulas Æonum ſuorum depinxit.

G Illud Apoſtoli: *Volo juniores nubere, filios procreare, matresfamilias eſſe, &c.* non eſt præceptum, ùt ſancti Patres explicant, & res ipſa clarè evincit; de quo plura Illuſtriſſimus Cardinalis Bellarminus. Miſeno, maximo D. Hieronymi amatori & admiratori ſatis erit, quòd S. Hieronymus aliquot epiſtolas, & quidem valde prolixas ad nonnullas viduas, etiam adoleſcentulas, nominatim ad *Furiam*, *Salvinam* & *Ageruchiam*, ſcripſit; neque unquam tamen hoc Apoſtoli loco inductus fuit, ut eis nuptias putaret eſſe præceptas. Unde in epiſtola ad Salvinam ſic de illo Apoſtoli dicto ſcribit: *Illud Apoſtoli, quod fornicationis metu indulgere compellitur, volo adoleſcentulas nubere, &c. cur indulſerit, ſtatim ſubjecit, jam enim quædam declinaverunt poſt Satanam. Ex quo intelligimus, illum non ſtantibus coronam, ſed jacentibus manum porrigere. Vide, qualia ſint ſecunda matrimonia, quæ lupanaribus præferuntur, quia declinaverunt quædam poſt Satanam. Ideo adoleſcentula vidua, quæ ſe non poteſt continere, vel non vult, maritum potiùs accipiat, quàm Diabolum.* Hæc S. Hieronymus.

Vide Bell. lib. de Monach. c. 30.

H Cæterùm ſi tres prædictæ viduæ noſtro ſeculo vixiſſent, & à Luthero & Calvino petiiſſent, utrum in viduitate perſiſtere, & qua tandem ratione deberent; longè profectò

alias,

A alias, quàm ſanctus Hieronymus epiſtolas dictâſſent; nam ut de ſolo Luthero dicam; certè conſultus ſuper viduitate à Furia & opibus & ætate florentiſſima; epiſtolam exaráſſet, euodem ſpiritum exhalantem, quem exhalat illa ad Wolffgangum Reiſeohuſchium; Epicureum ſcilicet planéque brutum, B & ab omni ratione averſum: ut vel ex boc ſolo manifeſtè appareat, Lutherum alio ſpiritu inſtinctum ſcripſiſſe, & alio ſanctum Hieronymum: illum atro & tartareo; hunc candido & cœleſti. Fuit enim Lutherus tam avidus adoleſcentulas ſeu viduas ſeu virgines nuptiarum vioculis illigandi, ut in quadam ad Spalatioum epiſtola acerbiſſimè invehatur in deſertorem quendam Sacerdotem, quòd *annoſam* & *rugoſam vetulam* duxiſſet, neglecta adoleſcentula, idque in evangelii ſui non exiguam ignominiam redundaturum auguratur.

Luth. tom. 2. epiſt. fol. 156.

C Nugas ſuas de voto caſtitatis coronat Miſenus digna coronide. Mentitur enim à monacho quodam *conductos ſicarios*, *ad Pleſſaum* (Calviniſtam Gallicanum) *necandum*. Nimirum Calviniſtæ ſunt, *qui*, ùt ait ſanctus Hieronymus, *rumores turpiſſimos ferunt*, *& quod ab ipſis egreſſum eſt*, *id ab aliis audiſſe ſe ſimulant*, *iidem auctores & exaggeratores*. *Exiit fama de mendacio*, *quæ cùm ad matronas* (Calviniſticas) *pervenerit*, *& earum linguis fuerit ventilata*, *provincias penetrat*; *quibus famigeratoribus* (ùt Comicus loquitur) *nihil eſt profectò ſtultius*, *nihil ſtolidius*, *neque mendaciloquius*, *neque confidentiloquius*, *neque perjurius*; *qui falsóne an vero laudent*, *culpent*, *quem velint*, *non flocci faciunt*, *dum illud*, *quod lubeat*, *ſciant*. *Quòd ſi exquiratur usque ab ſtirpe auctoritas*, *unde quidquid auditum dicant*, *niſi id appareat*, *famigerator jure ſiet cum damno & malo*. *Hoc ita ſi fiat*, *publico fiat bono*. *Pauci ſint faxim*, *qui ſciant*, *quod neſciunt*, *occluſioremque habeant ſtultiloquentiam*.

S. Hieron. epiſt. ad Furiam.

CAPUT IX.

De voto paupertatis, déque perpetua ſucceſſione orthodoxæ doctrinæ in Eccleſia Catholica.

D VErbis illis Domioi: *Si vis perfectus eſſe*, *vade & vende omnia*, *&c.* præceptum cootineri, non conſilium, acutiſſimè demonſtrat Miſenus io hunc modum. *Vade*, *& vende*, *& da pauperibus*, *& veni & ſequere*, *ſunt imperativi modi*: *ergo continent imperium*: *ergo præceptum*, *quia imperium & præceptum ſunt ſynonyma*. Antecedens ſupponit Miſenus, tanquam notum ex Grammatica, ſi noo bona & juſta; attamen Lithina & Miſenica. Subit memoriæ epigramma Auſonii in Rufum Rhetorem inepium, *reminiſco* pro *reminiſcor* dicere & ſcribere conſuetum. *Qui reminiſco putat ſe dicere poſſe latinè*, *Is ubi Co ſcriptum eſt*, *legeret Cor*, *ſi cor haberet*. Pari modo ſi Miſenus *Cor* haberet, E nuoquam argumentum tam inane & in ipſam Grammaticen impingens produxiſſet. Quis enim adeò excors eſt, qui neſciat, nos eo Modo, cui Grammatici ab *imperando* nomen indiderunt; noo ſolùm *imperare*, *præcipere*, *mandata legéſque dare*, ſed etiam *deprecari*, *hortari*, *ſuadere*, *conſulere*, *auxilium denique & miſericordiam implorare?*

F Dicat Miſenus: an locutiones illæ Davidicæ: *Miſerere mei Deus*, *Cor mundum crea in me Deus*, *& ſpiritum rectum innova in viſceribus meis*: *&*, *Libera me de ſanguinibus*: & ſimiles præceptum ſeu imperium ſignificent. An non ſunt formulæ deprecandi auxiliúmque implorandi? An ego impero amico, ſi conſilium à me exquirenti dicam? *Fac hoc vel illud*, *non pœnitebit te conſilii*. An impero, ſi eum vitiis pravíſque cupiditatibus luctantem verbis illis ex Pſalmo erigam? *Exſpecta Dominum*, *viriliter age*, *& confortetur cor tuum*, *& ſuſtine Dominum*. Licèt ergo verba illa Domioi, *vade*, *vende*, *da*, *ſequere*, ſint modi illius, qui *imperativus* nominatur; non tamen imperium, generale, aut particulare; ſed *conſilium*, ſeu *ſuaſionem* ſignificant. *Conſilium ei datur*, inquit S. Ambroſius, *ut vendat omnia*, *& ſequatur Dominum*, *hæc enim non pro præcepto dantur*, *ſed pro conſilio deferuntur*. Conſonat D. Chryſoſtomus: *Ut alliciatur*, *ingentem ei mercedem futuram oſtendit*, *& voluntati ejus omnia relinquit*. Omitto plura hujus generis teſtimonia: quia res liquet.

S. Ambroſ. lib. de viduis.

S. Chryſoſt. in cap. 19. Math.

G Quod verò Miſenus ſubjungit, adoleſcentem juſtum, cui Chriſtus hoc conſilii dedit, *fuiſſe probum & bonum*, *ſi ſpectes pietatis ſtudium in ipſo ſerium*; *ſimul tamen videri poſſe arrogantem & præfidentem*: id ego non capio: nam ſanctus Marcus teſtatur, juvenem iſtum à Chriſto *dilectum eſſe*: at quòd *arrogantem* & *præfidentem* Chriſtus amaverit, id tota Calviniana eloquentia Miſenus nobis non perſuadebit, niſi priùs demonſtret, *arrogantiam* & *præfidentiam* non eſſe peccata, & ſic non odio ſed amore digoa. Illud etiam explicari poſtulabimus, num *arrogans & præfidens*, *& propriæ juſtitiæ opinione inflatus & elatus* poſſit cenſeri *vero* & *ſerio* pietatis ſtudio deditus, vel num *ſerius* & *verus* pietatis cultor & ſectator, qualem dicis fuiſſe hunc juvenem, poſſit vel eſſe vel meritò judicari *arrogans*, *confidens*, *& propriæ juſtitiæ opinione inflatus*.

H Servari poſſe mandata Dei cum gratia Dei perfectè, hoc eſt, ita, ut quis per mortiferum ſcelus ex gratia divina non excidat, manifeſtè docet contra veſtros elamores exemplo ſuo iſte adoleſcens, quem Dominus hoc affirmantem, minimè redarguit; ſed intuitus eum quàm primùm dilexit: nec moramur inanes nugas Calvini tui ajentis, juvenem iſtum *fuiſſe mentitum*, quando dixit, ſe omnia mandata Dei ab ineunte ætate

te

A te custodisse: quia si mentitus fuisset; utique Christus eum non dilexisset. Verum enim est illud B. Davidis: *Odisti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Sed quia Calvinus existimabat, neminem observare posse divina præcepta, ideo juvenem istum mendacii accusavit, ratus, observationem divinarum legum pendere etiam in aliis, à sua persuasione. Quamvis, quod ad Calvinum, Misenum, & alios de grege isto attinet, affirmantibus, se nec perfectè nec imperfectè divinas leges observare, non gravatè assentior.

B Utrum autem ego servem præcepta Dei, non est, quòd tam curiosè Misenus inquitat; cùm non sit meus Confessarius; & multò minùs, *Confessionarius;* sic enim ipse loquitur. Nesciebam Heidelbergæ esse *Confessionarios*, quia in Dialogo, qui inscribitur, *Calvinismus Heidelbergensis*, hæc verba legeram. Cœnam *nulla præcedit auricularis confessio, sed publica, quæ sequitur concionem, pridie quàm Synaxis celebretur, haberi solitam.* Sed mittamus istos *Confessionarios* cum suis *mystacibus;* audi, Misene, quæstio non est, utrum ego perfectè legem Dei observem, sed utrum adolescens ille, de quo Evangelista, perfectè legem Dei servaverit, & utrum ejus exemplo alii itidem legem Dei perfectè servare queant: perfectè, inquam, ad hunc modum, ut ex amicitia divina non excidant. Nos affirmamus, vos pernegatis, & ne pernegando mentiamini, strenuè elaboratis, C ne præcepta Dei observetis: tametsi neque hac ratione mendacium fugitis; quia observare possetis, si gratiæ Dei excitanti, & infirmitatem humanam adjuvanti deesse nolletis. Nam quod tu hic de imbecillitate virium nostrarum, déque malis affectionibus & propensionibus naturæ nostræ verbosè declamitas; & declamationem tuam Scripturæ sententiis exornas, id nihil est. quia scimus nos ex nobis nihil; cum gratia Dei omnia posse; & ut Scriptura impotentiam illam ex nuda & sola natura nostra maoare consuetam nobis ob oculos pooit, ita etiam plurimis locis potentiam naturæ nostræ, muneribus divinorum charismatum instructæ, deprædicat. Quapropter D si verus Scripturæ scrutator esses, lectórque legitimus, tu oculos, si quos habes, non tantùm ad illos prioris, sed & ad posterioris generis locos, vel ad utrosque simul converteres. Dolendum, Demetrium Cynicum, de quo tu alicubi in tuo libro, tibi biblia evolventi non assistere. Si enim olim Corinthi conspicatus ab indocto quodam legi librum pulcherrimum, Bacchas puto Euripidis, & quidem locum illum Poëtæ, ubi nuncius narrat miserabilem Penthei casum, & Agaves facinus, ereptum illi librum manibus discerpsit, cùm diceret: *Melius est Penthea semel à me dilacerari, quàm à te sæpe;* E quantò magis ex manibus tuis excuteret divinum Bibliorum codicem, quem tu non multò humaniùs tractas, quàm Mænades Penthea.

Citas & tractas Scripturas more impii Porpbyrii, cui Scripturas lecticando idem, quod *Simiis* accidisse scribit Theodoretus, [*Theod. ser. 7. ad Græc.*] *Sicut enim illi quoque quosdam humanos gestus imitantur, neque tamen continuò transeunt in humanam speciem, sed permanent in Simiorum natura: ita & Porphyrius,* (Misenus) *è sacris litteris, ea, quæ sibi collibuit, furatus, nonnullis inde sententiis in sua monumenta translatis, posthabuit veritatem perdiscere, simiúsque duntaxat imitator permansit, vel, ut veriùs dicam, graculus quidam fuit alienis plumis exutus.* Hæc scitè & eleganter Theodoretus.

F Paraveram Miseno ex Clemente Alexandrioo, Apuleio, & ex Ennii *Phageticis* ejusmodi epulum, quo vel ipsa gula exsatiari poterat; ídque eo fine, ut repensarem famem illam, quam Fuldæ *culpa Jesuitarum*, ùt ait, *sustinuerat.* At tantus helluo est, ut adeò magnificum apparatum quasi vulgarem pagaoúmque adspernetur & vilipendat. Quare nihil, quod agam, superest, nisi ut illum ablegem ad triclinium Heliogabali, [*Lamprid. in Heliog.*] ibi reperiet & esitabit *ad imitationem Apicii calcanea camelorum, cristas vivis gallinaceis demptas, linguas pavonum & lusciniarum, ingentésque dapes extis mullorum refertas, & cerebellis Phœnicopterum, & perdicum ovis, & cerebellis turdorum, & capitibus psittacorum & fasianorum, & pavonum, & tantas mullorum barbas, ut pro nasturtiis, apiasteis & facelaribus, & fænograco exhiberi possint plenis fabatariis & discis.*

G Quid multa? Nihil deliciarum temerè sperabis, *ubi canes jecinoribus anserum pascuntur, & uva Apamena equis in præsepia mittuntur.* At cave, ne tibi insigni γελωτοποιῷ accidat illud, quod de eodem monstro hominis refert Lampridius. *Oppressit in tricliniis versatilibus parasitos suos violis & floribus, sic ut animam aliqui efflaverint, cùm eripi ad summum non possent.*

H Quòd si nec ista tam rara & exquisita ad Lithi nostri stomachum faciunt; aliud & quidem longè inusitatius, epulum instruemus: Dabimus enim ex Ponto & Phrygia [*S. Hieron. lib. 2. cont. Jovin.*] *vermes albos & obesos, qui nigello capite sunt, & nascuntur in lignorum carie, quos pro magnis redditibus paterfamilias exigit, & quomodo apud nos attagen, & ficedula, mullus & scarus in deliciis computantur, ita apud illos ξυλοφάγον comedisse, luxuria est.* Et hic convivii Misenici primus missus erit. Ab *Orientalibus & Lybiæ populis locustas* petemus, & à Syris *Crocodilos terrenos*, ab Afris, *lacertos virides*, Quibus *Nomades, Troglodytæ, Scythæ & Hunnorum feritas semicrudas carnes adjicient.* Et hic secundus missus esto. Tertium suppeditabunt Litho *Ichthyophagi, qui super petras solis calore ferventes, assant pisces.* Addent *Sarmatæ,*

A *Quadi*, *Vandali*, & aliæ gentes, *equorum & vulpium carnes*. Arabes & Saraceni, *& omnis eremi barbaries*, *camelorum & asinorum* viscera latis tergoribus derepta. Quòd si cupias illud etiam ζῶον ἀγέλαστικὸν, *animal non risibile*, Quod sanctus Ambrosius boc encomio ornat: *rana horrens in paludibus, decora in aquis, omnibus ferè præstat alimentis:* opera dabitur, ut coram majestate Misenica compareat. Bellaria instruentur ex Athenæo tuo. Apopboreta erunt *odoris suavitas, & diversa thymiamata, & amomum & Cyphi, Oenanthe, muscus & peregri muris pellicula*. Uoum fermè exciderat; nescio num, Pelusiotarum more, abstineas & abborreas à cepis. *Impelle*, inquit sanctus Hieronymus, *si vales, Pelusioten, ut manducet cepe*. Fac, oro, certiorem, ne si fortè *Congrio* aut *Anthrax* cepas dapibus admisceat, tu postea non esites, sed nausees.

[S. Ambrof. lib. 5. in Hexaem. cap. 2.]

B Ais, Calvinianos *victu & amictu esse contentos*, ex Apostoli monito. Fortè non volentes, sed nolentes. *An sint contenti, Deus novit*, inquit Erasmus. *Illud in confesso est, quosdam graviter egisse cum magistratu de augendo salario. Sed faciat magistratus periculum, offerat cuique concionatori aureos mille; si recusent, fatebor illos esse contentos suis salariis.* Hæc iste jam olim in Zvvinglianos, cùm jactarent, se minimis salariis contentos prædicare Evangelium.

[Erasm. epi. ad fratres infer. German.]

C De bistoriis Sanctorum non satis bona fide scriptis, nibil verè dices, quod à nostris jam dudum non sit dictum, non modò à Baronio in Notationibus ad Martyrologium Romanum, & in Annalibus; sed etiam à Gelasio Pontifice in decreto de libris, ut alios taceam. Tu nobiscum & unà cum Cano, quem adducis, explode supposititia, & amplectere genuina: stultum enim est propter quædam apocrypha, minúsque ex legibus bistoriæ prodita, repudiare universa. *Neque enim quod in ignarum curandi medicum fortè incidimus, ideo & omnem medendi rationem persequimur*, inquit Theodoretus, *verùm ex pictoribus, medicis, sutoribus, fabris ærariis, aurariisque, eos, qui sunt egregii, laudamus atque suspicimus; imperitos verò sua quemque artis carpere consuevimus, &c. Sit enim boc profectò facinus insulsissimum, si quis ob aliquos cæcutientes oculos, ipsum videndi sensum, tanquam inutilem damnet, vel ob id, quòd nonnulli homines balbutientes sint, vocis organa detestetur tanquam minimè necessaria; propterque obstructas nonnullorum aures, superfluum dicat audiendi sensum.*

[Theod. ser. 12. ad Græcos.]

D De nomine Catholici, quò plura garris, eò in plures laqueos te induis. Desiste, oro, ab boc nomine. Nec tibi, nec sectæ tuæ competit. *Ecclesia, καθολικὴ gracè appellatur*, inquit S. Augustinus, *quod per totum terrarum orbem diffunditur*. Hæc conditio sectæ tuæ nec competit, nec competet unquam, ùt te ipsum pro tua prudentia satis

[S. August. epist. 170.]

E animadvertere arbitror. Loripes est, & plusquam Vulcanus ἀμφιγυήεις; quomodo universum orbem perambularet; nec perambularet tantùm, sed & incoleret? probas vos esse Catbolicos. *Amplectimur symbolum Catholica fidei: ergo Catholici sumus.* Verùm eodem argumento Catholicos sese esse nullo negotio monstrabunt Lutberani; quos tamen *Calvinismus Heidelbergensis* pro Catholicis non videtur agnoscere. Dicet & Anabaptista: *Amplectimur symbolum Catholica fidei.* Symbolum videlicet Apostolicum: ergo Catbolici sumus. Quid his respondebis, Misene? boc, nisi fallor, eos amplecti Symbolum Catbolicæ fidei, si verba spectes (etsi ne verba quidem semper intacta relinquunt) non autem, si sensum. Hoc ipsum responsum tu quoque à me accipe. Nam, ut omnes Catbolicæ fidei articulos amplecteremini (de quo in præsenti accuratiùs disquirere nolo) attamen istum non amplectimini: SANCTAM Ecclesiam Catholicam; illam enim ecclesiam sequimini, *quæ per orbem totum radios suos non porrigit*, ùt loquitur sanctus Cyprianus, *nec ramos suos in universam terram copia ubertatis extendit*.

[S. Cypr. lib. de unit. Ecclesiæ.]

F Hoc invicto argumento, ùt & ratione posterioris ortus, refutavit Tertullianus cùm alias sectas, tum Marcionis pestilentem hæresin. *Soleo*, inquit Tertullianus, *in præscriptione adversùs hæreses omnes de testimonio temporum compendium figere, priorem vindicans regulam nostram omni hæretica posteritate. Hoc nunc probabit & Apostolus dicens, De spe posita in cœlis, quam audistis in sermone veritatis Evangelii, quod pervenit ad vos, sicut & in totum mundum. Nam si jam tum traditio Evangelica ubique manaverat, quantò magis nunc?* (Et quantò magis nunc, tot post Tertullianum sæculis, quo ad ignotum priscis orbem penetravit.) *Porrò si nostra est, quæ ubique manavit magis, quàm omnis hæretica, nedum Antoniniani Marcionis* (Genevensis aut Picardiani Calvini) *nostra erit Apostolica.*

[Tertull. lib. 5. adversùs Marcion. cap. 19.]

[Coloss. 1.]

G *Marcionis* (Calvini) *autem cùm totum impleverit mundum* (quando verò implebit?) *ne tum quidem se defendere poterit de Apostolica: Eam enim & sic constabit esse, quæ prior mundum replevit, illum scilicet Dei Evangelio, qui & hæc cecinit de prædicationibus ejus: in omnem terram exivit sonus eorum, & in terminos orbis verba eorum.* Hæc Tertullianus. Ex cujus sententia vides Calvinianam seu fidem, seu perfidiam, ne tum quidem Catholicæ nomen sibi jure vendicaturam, licèt totum terrarum orbem occuparet; eò quòd ex præscriptionis lege convincatur posterior esse nostra religione.

H Verùm, ùt suprà dicebam, periculum non est, ne in totum terrarum orbem diffundatur; jam claudicat, & pedibus ægra vix sese suos intra terminos sustentare valet.

Je-

A *Jesuitæ & reliqui Pontificii*, inquit Misenus, *plura alia credunt, quæ priscis Ecclesiarum pastoribus ignota fuerunt.* Idem ego totidem verbis verè de vobis dicam. Calvinistæ plura credunt, quæ priscis Ecclesiarum pastoribus orthodoxis ignota fuerunt. Credunt enim, Christum in Eucharistia non esse præsentem. Quis hoc credidit præter Capharnaitas, Berengarianos & Wiclephistas? Credunt, Sanctos non esse invocandos, non colendos, nullos in honorem illorum dies festos agendos. Nullas Reliquias piè & religiosè asservandas. Quis hoc credidit præter Leonem Isaurum, Copronymum filium, Judæos, Saracenos, Turcas & *Turcizantes*? Nam quod tu hic mentiris; nos ita argu-
B mentari; *Non credis in Sanctos: ergo es hæreticus.* Id parùm nos sollicitos tenet, novimus jam tuam argumentandi, vel potiùs mentiendi, consuetudinem. Credimus *in Deum*; idque primis Symboli verbis profitemur: non *in Sanctos*; Sed Sanctos credimus esse colendos, invocandos, festisque diebus venerandos. Appendiculas quæstus gratis Symbolo attextas nos nullas novimus. Si mihi fidem non habes, inspice Catechismos Catholicos, & vel oculis tuis fidem habe.

C Catholicos esse, qui credunt, quæ in Symbolo continentur; libens concesserim. Sed tota quæstio est, utrum vos tales sitis: Et non esse neminem latet, nisi vos, quos cæcus hæreseos amor occæcat. Inter Turcas & Tartaros reperiri vobis similes, non abnuo. Quòd si alios invenire non potes, vel ipsos Turcas & Tartaros nomina; mihique satisfeceris. Non frustrà in lucem prodiit *Calvinoturcismus.* Vidit enim libri illius auctor Ecclesiam vestram inter Turcas & Tartaros egregiè florere; eáque de causa in honorem Ecclesiæ vestræ tam latè diffusæ librum illum evulgavit.

D Argumentum à successione perpetua Romanorum Pontificum omnibus hæreticis semper molestissimum accidit. Nil novum, si & tibi. Eo tamen Tertullianus, Irenæus, Augustinus, Optatus, & alii intrepidè usi sunt, sectariósque prostraverunt. Quid ni & nos eodem utamur, post tot secula, quibus successio ista mirè est adaucta? Quid ni, quivis cum sancto Augustino dicat: *Tenet me* (in Ecclesia Romana Catholica) *ab ipsa Sede Apostoli, cui pascendas oves post resurrectionem Dominus commendavit, usque ad præsentem Episcopatum successio Sacerdotum*, & traditio etiam doctrinæ, quæ per successionem istam ad nos usque non intercisa serie pervenit. *Maxima*, inquit Irenæus, *& antiquissima, & omnibus cognita, à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundata & constituta Ecclesiæ, eam, quam habet ab Apostolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum pervenientem usque ad nos,*

Tertull. lib. de præscription. Iren: lib. 3. cap. 3. Aug. epist. 165. Opt. libr. 2. cont. Don. S. August. cont. epist. Fund.

E *indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam, præter quàm oportet, colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos, qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea, quæ est ab Apostolis, traditio.*

F Tandem subjicit beatus Martyr Irenæus: *Hac ordinatione & successione, ea, quæ est ab Apostolis, in Ecclesia traditio, & veritatis præconiatio pervenit usque ad nos. Et est plenissima hæc ostensio, unam & eandem vivificatricem fidem esse, quæ in Ecclesia ab Apostolis usque nunc, sit conservata & tradita in veritate.* Hæc divinè prorsus sanctus Irenæus; quæ Misenus absque bile, sat scio, nunquam leget. Mirer, ni ad suum illud confugiat; *hæc ex margine in contextum irrepsisse, aut à Monacho quopiam assuta esse.* Hoc tamen non obstante dicemus nos cum Irenæo: *Tanta igitur ostensiones cùm hæc sint, non oportet adhuc quærere apud alios* (Lutheranos & Calvinianos) *veritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere* (ab illa, inquam, Ecclesia, quam gloriosissimi Apostoli Petrus & Paulus Romæ fundârunt & constituerunt.) *Cùm Apostoli, quasi in depositorium dives, plenissimè in ea contulerint omnia, quæ sint veritatis, uti omnis, quicunque velit, sumat ex ea potum vitæ. Hæc enim est vitæ introitus, omnes autem reliqui* (Calvinus, Lutherus) *fures sunt & latrones, propter quod oportet devitare quidem illos, quæ autem sunt Ecclesiæ, cum magna diligentia diligere, & apprehendere veritatis traditionem.*

G Ab eadem successione & traditione legem de fide Catholica tulerunt Imperatores Gratianus, Valentinianus & Theodosius, ubi jubent, *Cunctos populos*, Romani Imperii, *in tali religione versari, quam divinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio usque nunc ab ipso insinuata declarat, quámque Pontificem Damasum sequi claret, &c. Et hanc legem sequentes Christianorum Catholicorum jubemus nomen amplecti*, inquiunt Imperatores. *Reliquos verò* (Calvinianos scilicet, Lutheranos, & similes à Petri & Damasi Sede recedentes) *dementes vesanósque judicantes, hæretici dogmatis infamiam sustinere, nec conciliabula eorum Ecclesiarum nomen accipere, divina primùm vindicta, post etiam motus nostri, quem ex cælesti arbitrio sumpserimus, ultione plectendos.*

Lib. 16. cod. Theod. tit. 1. L. 2. & in Cod. Justin. de Sum. Trin. L. 1.

H Simili argumentandi genere causam templi obtinuerunt olim Judæi contra Samaritanos apud Ptolemæum Philometorem: de qua controversia, simúlque controversiæ decisione hæc Josephus. *Apud Alexandriam inter Judæos & Samaritas, qui sub Alexandro Magno Garizitani templi religionem induxerunt, seditio est orta de sacris ipsorum, ita, ut res ad Regis cognitionem perveniret: dum Judæi contendunt, juxta Moysis præscripta Hierosolymorum templum esse legitimum: Samaritæ verò Garizi-*

Joseph. lib. 13. Antiq. cap. 6.

ta-

A *tantum, provocatúmque est ad Regem & amicorum ejus consessum, ut ab eis causa audiretur, & utrius partis causidici succumberent, morte multarentur. Patrocinabatur Samaritis Sabbæus cum Theodosio: Hierosolymitanis Judæis Andronicus Messaleni filius: juraveruntque per Deum & Regem, quòd ex lege probationes allaturi essent: & rogaverunt Regem, ut necaret eum, qui jusjurandum non servâsse deprehenderetur. Itaque Rex multis amicis eis consilium adhibitis, consedit causam auditurus. Judæi verò, qui Alexandriam habitabant, valdè erant solliciti pro defensione jurium Hierosolymitani templi, ægrè ferentes, antiquissimi & nobilissimi templi auctoritatem in discrimen vocari.* B *Sed cum Sabbæus & Theodosius concessissent Adronico, ut prior diceret: orsus est ex lege approbare ejus sanctitatem & religionem, ostendens per continuam Pontificum successionem Sacerdotii usque ad sua tempora propagationem, & ab omnibus Asiæ Regibus majestatem ejus loci honoratam donariis: Garizitani verò, ac si omnino nullum esset, nunquam ab eis habitam rationem. His & talibus rationibus persuasit Regi, ut decerneret, Hierosolymitanum esse ex sententia Moysis conditum. Sabbæum verò ac Theodosium addiceret supplicio.*

C En quantas vires argumentum à successione, etiam Ethnici Regis judiciò, habeat. Certè contentio illa de utroque templo Judæos inter & Samaritas jugis & perpes, figura quædam & præsignificatio erat contentionis futuræ inter Catholicos & Hæreticos, & nominatim inter nos & Calvinistas; de templo vero, hoc est, de vera Ecclesia, quænam illa sit, Romanáne, an *Garizitana*, seu Genevensis, seu Witebergensis. Et quàm promptum erat Judæis veritatem monstrare ex successione adversùs Samaritas successione carentes; tam promptum est nobis eandem veritatem demonstrare ex successione Pontificum Romanorum, & ex hoc, quòd omnes Reges orthodoxi hanc Ecclesiam perpetuò honorârunt, & donariis etiam ingentibus cumulârunt; quódque omnes veteres orthodoxi scriptores huic Ecclesiæ, tanquam principi, primas tribuunt; quorum unus eandem *matrem & matricem Catholicæ Ecclesiæ* nominat; *unde unitas sacerdotalis exorta sit, & ad quam perfidia non possit habere accessum.* Quorum nihil de Genevensi templo seu Ecclesia verè ostendi potest, imò ne quidem verisimiliter; ùt ipsimet, saltem tacitè, agnoscunt.

S. Cyprian. epist. 45. & 55.

D Successionem autem Romanorum Pontificum à sancto Petro usque ad Clementem Octavum non tantùm vident scriptam in libris, sed & pictam in chartis & tabulis, & fusam sculptámve in statuis. Quàm cupidè, si res hæc in eorum arbitrio sita foret, agerent cum bis successionis Romanæ tabulis; quod Eusebius egisse refert Herodem, cum Catalogis nobilissimarum familiarum in Hebræa Republica: *Quorum stirpem cùm Herodes ad se nihil pertinere, nihilque ad suam dignitatem illustrandam adjumenti afferre animadverteret, suæ ignobilitatis & obscuri generis conscientia exagitatus, annales illos de genere & familiarum antiquitate incendit; arbitratus, se nobilem visum iri, cùm nemo suum genus ex publicis monumentis depromptum ad Patriarchas, vel ad Proselytos, vel ad eos, qui γειῶραι, vocati sunt, omnino posset reducere.* E Eadem voluntas est hæreticis; sed deest facultas. Quare successionem non negant: Negant mansisse eandem doctrinam in hac successione. Sed dic, Misene, quando desiit? Sub quo divi Petri successore avolavit? Durus hic & implicatus hæreticis nodus est; nec ab ullo hactenus vel solutus, F vel ruptus, vel scissus. Et tamen necesse est aliquando cessâsse, si cessavit. At quando? *Da Tityre nobis.* Si apud Ptolemæum Philometorem, Sabbæus aut Theodosius dixissent, successionem Sacerdotum Judaicorum esse quidem perpetua serie continuatam, in illa ipsa tamen serie veram doctrinam desiisse; mox uterque à Rege ùt à judice; & ab Andronico, ùt à veritatis patrono, jussi fuissent edere Pontificem seu Sacerdotem, sub quo veritas doctrinæ cessâsset: Et si vestro more aut nullum designâssent; aut modò hunc, modò illum designâssent; nónne vel ob hanc ipsam inconstantiam, levitatem & mendacitatem à Rege explosi, debitísque suppliciis mactati fuissent?

Eufeb. lib. 1. Hist. Eccles. cap. 7.

G *Valde ridiculum est:* inquit Misenus, *ex continua successione velle ostendere veritatis possessionem.* Atqui hoc non est visum ridiculum Tertulliano, non Irenæo, non Augustino, non Optato, non Epiphanio, non ipsis Augustissimis Imperatoribus; non aliis denique infinitis. Solis nimirum hæreticis hoc *ridiculum* accidit. Rectiùs, opinor, dicerent, *luctuosum & lamentabile.* Puto enim argumenta à successione paucis vel nullis risum excutere; plurimis, vel omnibus dolorem in pectus incutere.

H *Ipsi Jesuitæ scribunt*, ait Lithus, *Chinam plusquam bis mille annis regi iisdem legibus: Atqui ibidem nulla est religio: num igitur ex diuturnitate legum & successione Regum æstimanda gentis illius religio?* Arguta objectio, qua tamen Misenus forsan abstinuisset, si memor fuisset, non disputari vel à nobis, vel ab adversariis de successione præcisè & qualicunque; sed de successione eorum, & in eo loco, vel dignitate, apud quos & ubi, omnium judicio, aliquando veritas doctrinæ divinitus traditæ floruit. Omnes enim uno ore fatentur; olim in Romana Ecclesia, & apud Romanos Episcopos cœlestem doctrinam puram & incorruptam viguisse. Hoc cùm extra controversiam positum sit; Romanorúmque Pontificum successio adhuc perpetuo tenore perseveret, dicimus, in eadem eandem cœlestem doctrinam

A nam perdurare. Quia ex Scriptura scimus, Ecclesiam Romanam ædificatam *super petram; adversus quam portæ inferi non sint prævalituræ.* Prævaluissent autem contra promissa Christi, si doctrinæ veritas in illa interiisset: & ùt ista, & aliæ promissiones deessent, nihilominus tamen spectando successionem Romanorum Pontificum, diceremus, in Ecclesia Romana eandem prorsus doctrinam permanere; quia nullum reperire possumus Pontificem, qui doctrinam cœlestem à Petro, & aliis in Romanam Ecclesiam, tanquam in *dives depositorium*, ùt loquitur Irenæus, comportatam & congestam, mutaverit, & in ejus locum no-
B vam substituerit. Nec vos nominare potestis ullum hujusmodi Pontificem. Et si fortè plures jubeantur expressè designare Pontificem, sub quo doctrina cœlestis ex Romana Ecclesia in exilium acta sit; alius nominat hunc, alius illum, alius alium; alius inquit *sub Sabino*, alius *sub Primo*. Quibus rectè accinas: *Rectè mentitus es in caput tuum: Ecce enim Angelus Dei accepta sententia*
Daniel. 13. *ab eo, scindet te medium. Rectè mentitus es & tu in caput tuum, manet enim Angelus Domini gladium habens, ut secet te medium, & interficiat vos.*

C Nec desunt, quibus eveniat, quod Sycophantæ illi Plautino, qui jussus edicere ejus, quem quærere se simulabat, nomen, nec tamen posset: *Devoravi*, ajebat, *nomen imprudens modò. Atque etiam modò versabatur mihi in labris primoribus. Istuc fieri solet, quod in manu teneas, atque oculis videas, id desideres. Litteris recomminiscar.* Altero subjiciente. *Est principium nomini Callicles?* Respondit, *Non est. Callipus? Non est. Callidemides? Non est. Callinicus? Non est. Callimarchus? Nil agis. Quod ad exemplum est? conjectura si reperire possumus. An Chares? An Charmides?* Quis Pontifex, qui doctrinæ veritatem sustulit? Num Sylvester? Num Damasus? Num Innocentius? Num Leo? *Non est, non est.* Et tamen quidam est. Quis autem ille Quidam?

D Porrò magno discrimine distant successio Chinarum, & illa, quam nos vobis objicimus, cùm prior illa ab initio veritate caruerit, nec à Deo manârit; hæc autem vobis non inficiantibus, à Deo profecta fuerit, & cœlesti veritate vel maximè claruerit. *Successêre*, inquis, *Turcarum Imperatores Constantinopolitanis: ergo idem Christianismus Constantinopoli est, qui superioribus seculis.* Non sequitur hoc, fateor; sed quid hoc ad successionem Romanorum Pontificum? Nomina tu nobis Pontificem, qui Doctrinam Christi in Romana Ecclesia mutârit; sicut tibi nominare possumus Turcarum Regem, qui primus Constantinopolim Mahometismum introduxerit. Nomina, inquam, cessabitque omnis contentio.

E *Nos*, inquis, *sequimur doctrinam Apostolorum.* Occurrit, quod in Dialogo tertio S. Athanasii nomen præferente non ita pridem legi. *Quemadmodum Manichæi & Phryges, omnésque adeò hæreses, dictitant se ita credere, ùt sancti Apostoli crediderunt, ubi autem in illos inquisitum est, contraria dicere comperiuntur, ita & tu facis. Immò etiam ex Judæis audire licet, ita credimus, ùt beatus Moyses & Prophetæ, quos tamen, si interroges, reperientur eum ipsum, de quo vaticinati sunt Prophetæ, crucifixisse.* Dicitis Calviniani & Zvvingliani, vos Apostolorum doctrinam sequi. Idem dicunt Lutherani, ut de aliis sileam. Quibus credam? *Summa, alterutros oportet esse Satanæ Ministros, vel ipsos, vel nos,* inquit Lutherus de Zvvinglianis, (addere debuerat, vel utrosque) *ideo hic nulli consilio, aut medio locus; confiteri oportet alterutram partem, quod credit, &c. Nos certi sumus, eos errare; ipsi viderint, quàm certi sint, se non errare.*

Tom 2. operum S. Athanasii fol. 191.

Luther. in instruct. ad Evangelistas Argent. tom. 2. epist. fol. 304.

F Rogas, ut Calvini doctrinam examinem ad sacræ Scripturæ lapidem Lydium, putásque fore, ut inveniam esse veram. At idem à me petit Lutheranus; Æquè clamosè ingeminat illa: *Quærite, & invenietis; Omnia probate, quod bonum est, tenete: Cæterùm, si, quia alia tanta ab aliis sunt instituta, propterea in tantum quærere debemus, in quantum possumus invenire, semper quæremus,* inquit Tertullianus, *& nunquam omnino credemus: Ubi enim erit finis quærendi? Ubi statio credendi? Ubi expunctio inveniendi? Apud Marcionem?* (Calvinum?) *Sed Valentinus,* (Lutherus) *proponit: Quærite, & invenietis. Apud Valentinum?* (Lutherum) *Sed* G *& Apelles,* (Schvveoekfeldius) *hac me pronunciatione pulsabit, & Hebion* (Servetus) *& Simon,* (Simo Lithus) *& omnes ex ordine non habent aliud, quo se mihi insinuantes, me sibi adducant: Ero itaque nusquam, dum ubique convenior.* Ego, mi Simo, brevi & compendioso examine uti soleo, quo totam vestram doctrinam exploro. Ubinam fuit vestra fides anno Domini 1515. 1514. 1513. 1512. 1511. 1510. ostende mihi vestras Ecclesias his annis toto orbe diffusas, & contentus abibo. Ubi hoc tempore erat Ecclesia vestra? *In Arabia*, opinor, *in Ponto.* H *Eho, an etiam Arabia est in Ponto? Est*, responsat Sycophanta, *non illac, ubi thus gignitur; sed ubi absinthium fit, atque cunila gallinacea.* Imò, Misene, si vel unam civitatulam ostenderis, in qua suprà dictis annis publicè tradita sit ea doctrina, quæ nunc Heidelbergæ publicè docetur, frater tuus ero, non adversarius. Obi mundum, & quære, si quam repereris, renuncia mihi.

Tertull. lib. de præscription.

A

CAPUT X.

Refutatio capitis sexti Apologiæ Misenicæ.

ÆGrè tibi persuades Ascetica sancti Basilii esse S. Basilii. Tandem oppressus testium multitudine & gravitate manus das, sed non sine conviciis. Scire enim vis, *cujus mandato Basilius, vel alius quiquam Monachatum introduxerit.* Rectiùs, opinot, ex te quæreretur, cujus jussu Calviniani, ex omnibus suis proviociis *Monachatum* expulerint. Attamen, quod ad sanctum Basilium & alios attinet, respondeo tibi verbis sancti Augustioi. *Quod invenerunt in Ecclesia, tenuerunt; quod didicerunt, docuerunt: quod à Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt.* Nullo Dei mandato Monachismus introductus est io Ecclesiam sive à sancto Basilio, sive à quocunque alio; sed coosilio. Quonam illo! *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, &c. Omnis, qui reliquerit patrem & matrem, &c.* Et: *Sunt Eunuchi, qui se castraverunt propter regnum Dei.* Verùm à quocunque & quandocunque, & quomodocunque Monachismus in Ecclesiam introductus sit; nec res, nec nomen Monachi Calvinianis arridere queunt, quia Monachus est nomen *unitatis & concordiæ*, ex sententia sancti Augustini, qui nominis hujus notationem eleganter & scitè colligit ex illo Psalmi. *Ecce quàm bonum & quàm jucundum habitare fratres in unum. Quare ergo & nos non appellemus Monachos? μόνος enim dicitur unus, & non unus quomodocunque; nam & in turba est unus. Sed unà cum multis unus dici potest, μόνος non potest, id est, solus. μόνος enim solus est. Qui ergo sic vivunt in unum, ut unum hominem faciant, ut sit illis verè, quomodo scriptum est, una anima & unum cor, multa corpora, sed non multa anima, multa corpora, sed non multa corda, rectè dicitur μόνος, id est, unus solus.*

S. Aug. lib. 5. cont. Jul.

S. Aug. in Psalm. 132.

B

C Hoc ergo nomen unitatis & conjunctionis pessimis modis oderunt hæretici, convenienter nimirum professioni suæ. *Meritò insultant nomini unitatis*, ait sanctus Augustinus, *qui se ab unitate præciderunt. Meritò illis displicet nomen Monachorum, quia illi nolunt habitare in unum cum fratribus, sed sequentes Donatum* (Calvinum, Lutherum) *Christum dimiserunt.*

D Paulò pòst iosigne tui candoris & ingenuitatis specimen præbes: nam quæ sanctus Hieronymus non nisi de uno genere Monachorum scribit; ea tu ad omnes transfers, quasi sanctus Hieronymus de omnibus simpliciter Monachis ea scripsisset: in qua Sycophantæ personam longè præclariùs agis, quàm ille in Trinummo Plauti. An non sanctus Hieronymus in Epistola ad Eustochium de virginitate, ex qua locus à te laudatus desumptus est, tria Monachorum genera facit? An non primum & secundum summis laudibus effert? An non de solo tertio, verba ista: *Apud hos affectata sunt omnia, laxæ manicæ, caligæ follicantes, vestis crassior, &c.* protulit! Qua ergo tu fronte adversùs expressam D. Hieronymi mentem verba hæc ad omnia Monachorum genera trahis? Quæ hæc sinceritas? Quis candor? Quanquam quid candorem aba te postulo. Si vel guttulam ingenui probique sanguinis possideres, nunquam scribere ausus fuisses, sanctum Hieronymum io eadem epistola de Monialibus affirmare, *eas vocari castas & nonnas, & sterilitatem prætendere, & abortum facere.* Hæccine sanctus Hieronymus *de Monialibus, & quidem universis*, ùt tu insinuas? O effrontem hæreticum! Nihil hujus in prædicta epistola de Monialium statu apparet. Tantùm de viduis quibusdam, quæ non tam voluntate, quàm necessitate viduæ erant; dicit. *Castæ vocantur & Nonnæ, & post cœnam dubiam Apostolos somniant.* Et alio loco de nonnullis, quæ virgines videri volebant; Moniales tamen nequaquam erant: *aliæ verò sterilitatem præbibunt, &c. Nonnullæ cùm se senserint concepisse de scelere, abortii venena meditantur.* Quid hæc ad Moniales, quæ sanctus Hieronymus in illas solas scripsit, quæ extra monasteria virgines esse oolebant, sed videri; *Hæ sunt*, ùt ioquit, *quæ per publicum notabiliter incedunt, & furtivis oculorum nutibus adolescentium greges post se trahunt, quæ semper audiunt per Prophetam; facies meretricis facta est tibi, impudorata es tu: purpura tantùm in veste tenuis, & laxiùs, ut crines decidant, ligatum caput, soccus vilior, & per humeros hiacynthina læna maverte volitans, succincta manica brachiis adhærentes, & solutis genubus fractus incessus: hæc est apud illas tota virginitas.*

E

F

G Et quamvis hac oratione io Moniales S. Hieronymus invectus fuisset; an ideo omnes simpliciter, more vestro, damnâsset; omnes tales esse affirmâsset, quales ipse nonnullas virgines, depinxerat? An Moniales ad Matrimonium adigendas, & ipsa Monasteria in diversoria permutanda clamâsset? Nihil minùs: Noverat enim abusum ab usu segregari debere: nec malos propter bonos laudandos; nec bonos propter malos vituperandos, multóque minùs exterminandos esse, quod tamen istis jam antiqua consuetudine perquam usitatum est. *Cùm reddunt rationem*, inquit de pseudoevangelicis Erasmus, quem fortè libentiùs audies, quàm Theodoretum, aliúmve ejusdem tribus, *quare Missas, preces horarias, & cantum, aliáque sustulerint; ita loquuntur, quasi nullus hæc piè tractaverit usquam, tractétve, quasi ob quorundam vitia, res per se salutares debeant funditus tolli potius, quàm separari. Si protinus tollendum, quo plures abutuntur, istorum Evangelium esset tollendum, sub cujus umbra tam multi perditissimè vivunt, id quod nec ipsi negant.*

H

Erasm. epist. ad frat. infer. Germ.

A *gent. Tollenda potestas principum ac magistratuum, quòd innumeri sua potestate ad quæstum, rapinas ac tyrannidem abutuntur. Denique, quid erit tandem reliquum in rebus humanis? Quid stultius*, inquit ille idem, *quàm sic odisse Sacerdotes aut Monachos improbos, ut ipse te reddas illis deteriorem, nec illos tamen reddas meliores? Nullum enim est vitium, schismate aut hæresi deterius: congerantur in unum Sacerdotem luxus, libido, ambitio, avaritia, & si quid præterea criminum est, totam hanc vitiorum Lernam, una superat hæresis. Nunquam tam benè fuit actum cum rebus mortalium, ut non multum fuerit querelarum tum de Sacerdotum ac Principum, tum de populi moribus.*

B Stoicam ἀπάθειαν dum à S. Basilio in *Asceticis* doceri & præcipi ais; satis indicas, te, oculo omnia sinistrè interpretante, Ascetica Basilii aspicere; non enim dicam legere. Neque enim unquam Basilio in mentem venit, posse eas affectiones, quæ vulgò *passiones* appellantur, funditus extirpari, cùm ab ipsa anima nostra prodeant; atque etiam, ùt Theologi tradunt; túque hic mones, ut S. Basilium, *Sua Minervam*, doceas, in Christo redemptore nostro extiterint. Scilicet hoc ignotum fuit S. Basilio. Scilicet S. Basilius in humana & in divina sapientia versatissimus nescivit id, quod Herodes Atticus, quem de his affectionibus in hunc fermè sensum Athenis disputâsse Gellius commemorat: *quòd nullus usquam homo, qui secundùm naturam sentiret & saperet, & affectionibus istis animi, quas πάθη appellabat, ægritudinis, cupiditatis, timoris, iræ, voluptatis carere & vacare totus posset. Atque si posset eti-*

Gell. lib. 19. cap. 12.

C *am obnitì, ut totis careret, non esse id melius: quoniam langueret animus, & torperet affectionum quarundam adminiculis, &c. Dicebat enim sensus istos motúsque animi, qui cùm immoderatiores sunt, vitia fiunt, innexos implicatósque esse, vigoribus quibusdam mentium, & alacritatibus: ac propterea, si omninò omnes eos imperitiùs convellamus, periculum esse, ne eis adhærentes bonas quoque & utiles amittamus. Moderandos esse igitur, & scitè accurateque purgandos censebat, ut ea tantum, quæ aliena sunt, contráque naturam videntur, & cum pernicie agnata sunt, detrahantur.*

D Hoc tantùm, & nihil aliud voluit etiam sanctus Basilius. Itaque causæ nihil erat, cur tu Misenus Stoicus viro sanctissimo & doctissimo *stoicismum* & *stoicam apathiam* objectares. Post sanctum Basilium criminatur hæreticus Theodoretum. Parùm abest, quin criminantem venia dignum existimem; quia non tam ipse, quàm Dæmon in pectore illius habitans has criminationes eructat, infestus & infensus Theodoreto propter historiam religiosam, in qua tot præclarissimorum Anachoretarum innocentissimas & Calvinianis adversa fronte repugnantes vitas describit; & propter octavum seu librum seu *sermonem* ad Græcos, in quo Martyrum laudes ita decantat, ut ipsemet Misenus facilè animadvertat, Theodoretum non fuisse Calvinianum; nec Ecclesiam illam, in qua Episcopus vixit, Calvinianam. E

F Concedit tandem Misenus, hæreticos comburi posse; at non *Lutheranos & Calvinianos.* Ratio est; quia si hoc de Lutheranis & Calvinianis concederet, vetus ille versiculus Miseno statim accineretur: *Tunc tua res agitur, paries cùm proximus ardet.* Quid enim domui Miseni vicinius, quàm paries Calvinianus? Pulchram autem rationem reddit, cur sibi & suis sit parcendum: *Quia*, inquit, *nos Calviniani & Lutherani amplectimur symbolum Catholicæ fidei*, id est, symbolum Apostolicum. Atqui etiam Servetus se hoc symbolum amplecti profitebatur, & amplectebatur; at vestro more, verbis, non sensu. Et tamen à Genevensibus in cineres redactus est. Sic & Anabaptistæ sonora voce clamitant, se non modò symbolum, sed & sacram Scripturam recipere ac venerari; & tamen morte passim mulctantur. Itaque non video, cur Misenus, sui salvandi gratia, ad symbolum, tanquam ad asylum, confugiat, cùm eò alii quoque confugiant, quibus hoc confugium nihil penitus prodest, apud ipsos etiam Calvini & Lutheri alumnos.

G Notum est, quid jam olim Lutherani de Calvinianorum mansuetudine & lenitate litteris mandârint, in Refutatione *Orthodoxi*, vel, ùt ipsi potiùs loquendum existimant, *Cacodoxi consensus Calviniani*, ubi dicunt; *Non levis aliqua conjectura, sed certissimum argumentum est, si, quod quærunt, obtinerent, majorem Ecclesiis tyrannidem ab illis metuendam esse, aut saltem non minorem, quàm in Pontificio regno experti sumus* (scilicet) *cùm ne quidem illis parcendum existiment* (Calviniani) *qui in errorem prolapsi, eundem revocent, sed ne recidivam patiantur, gladio feriendos esse consulunt. Quod Beza epistola publicè impressa ad Thessanum scripsit, cùm duo Ariani Adam Neuserus, & Joannes Sylvanus (qui in expellendis sinceris* (Lutheranis) *ministris in Palatinatu, & Calviniana hæresi propaganda strenuam operam navârunt) in vinculis detinerentur, de quorum altero, Sylvano scilicet, supplicium capitis sumptum, alter verò in Turciam ad Mahometistas profugus publicè abnegata religione Christiana Mahometicum Alcoranum amplexus, Constantinopoli in desperatione horribili mortuus est.*

H Hæreticos igitur Calviniani morte afficiendos docent, re, facto, verbis, libris, clam, palàm, sed excipiunt se gregalésque suos; in quo merentur veniam. Quis vitæ suæ tantus sit osor, qui mortis sententiam in se ipse ferat? Audi Misene, quid jam olim de vobis diu inter vos versatus, & ni fallor, etiam sepultus Erasmus. *Mortis modis urgent, ne hæretici trucidentur, cùm ipsi Anabapti-*

A *baptistas plectant capite, qui multò paucioribus articulis damnati sunt* (ita judicat Erasmus, refero ejus dicta & sensa) *& in suo sodalitio plurimos habere dicuntur, qui à perditissima vita ad emendatissimam* (externa duntaxat specie) *se converterint, utcunque delirant in opinionibus, nec ullas Ecclesias aut urbes occupârunt, nec se fœderibus communiêrunt adversùs vim Principum, nec quemquam sua ditione aut facultatibus ejecerunt. Denique nituntur & illi Scripturæ testimoniis, aliquanto evidentioribus* (ita arbitratur Erasmus) *quàm hi, qui dicunt, hoc est corpus meum, id est, hic panis est signum corporis mei. Atque inter istos* (Zvvinglianos) *quidam tam procaciter rem gerunt, ut Principum animos ad clementiam propensos, cogant ad sævitiam.* Hæc de tuis tuus Erasmus.

B Qui & alibi te, quando te & tuos à supplicio excipis, alios autem eidem addicis: his verbis refellit. *Cùm hi, qui pro hæreticis habentur, suadent non occidendos hæreticos, vel cæco perspicuum sit, non defendi veritatem, sed quæri maleficiis impunitatem. Quid aliud optarent prædones ac piratæ, quàm persuasum esse, nulli Christiano Principi jus esse quemquam plectendi capite? Bonus est timor, qui terret à scelere.* Sed satis de hoc argumento, hoc quidem loco. Nam Inquisitio Hispanica, cujus mentione mentem tuam sæpius oblectas, dabit nobis fortasse occasionem plura de hac materia sermocinandi. Etsi Beza & Calvinus, qui argumentum hoc copiosè exsecuti sunt, tibi sufficere deberent.

Erasm. epi. in Pseudo-evang.

C Porrò si scires, Misene, quid sit *Parodia*, & quid *Anagrammatismus*, occlusiorem habuisses tuam *stultiloquentiam*, nec, dum me inscitiæ accusas, summam ruditatem tuam prodidisses; neque enim *Anagrammatismum*, sed *Parodiam*, professus sum. Adi, oro, *Anagrammatismos* Buchneri, insulsos quidem bono naso, sed tuo peropportunos: & *Parodias* Henrici Stephani; forsitan inde cognosces, quàm indoctè & inscitè hîc calumniam texueris. De Apulejo & Luciano fabulare, quantum voles; nihil ad me. Fortè ùt Lutherus post sacra Biblia nullum meliorem & fructuosiorem librum reperiri dixit, D quàm *Æsopum & Moralia Catonis disticha*, ita & tu post sacra Biblia proximum locum largiris Apuleio & Luciano. Cogita autem, Misene, qualis sit Confessio Augustana, Apologia ejus, & Concordia, si Lutheri calculo his omnibus præstat *Æsopus*, aut *Cato*. Verùm quando Lutheri dicta aut facta tibi seu oppono, seu propono, fortassis te verbis Origenis tuebere, qui Celso, nescio quod Diagramma objicienti hæc respondit. *Quemadmodum Platonicorum non est causam pro impiis Epicuri dogmatis dicere, ita nec nostrum est, respondere pro isto diagrammate.* Sed non credo, te fidum nepotem tam ingratum fore in tuum avum, qui, ùt Epicurus, *veridicis purgavit pectora dictis. Et finem statuit*, non *cuppedinis*, ùt loquitur Lucretius, *atque timoris*, sed probitatis ac religionis, *exposuitque malum summum, quò tenditis omnes, quid foret, atque viam monstravit tramite prono, qua possetis ad id recto contendere cursu.*

Luther. in Sympos. colloq.

Orig. lib. 6. cont. Cels.

E

Lucret. lib. 6.

F Quòd Camerarius explicationes novi testamenti à Beza conscriptas appellavit *opus aureum*, non improbo, dummodo id asseveraverit eo sensu, quo *Asinus* Apuleii vocari solet *aureus*. Crede mihi, tam aureæ sunt nugæ, notæ, inquam, Bezanæ in novum testamentum, quàm *aureus* ille Apuleii asellus; quarum lectione te capi, non miror, quia admirationem tollunt illa jam olim à Nazianzeno decantata carmina. *Fama est injecto cùm quenquam dente momordit cæruleus serpens, vulnúsque inflixit acerbum, hunc illis tantùm jungi sermone libenter vulnere, quos dirus serpens affecit eodem.*

CAPUT XI.

Examinantur calumniæ & inscitiæ septimi capitis Misenici.

G *Omnis quidem malitia confunditur aliquoties ratione veritatis*, inquit auctor operis imperfecti, *corrigitur autem nunquam, maximè eorum, qui proposito malo, & non ignorantia peccant;* quorum unus Lithus iste Misenus, quem tametsi inverecundum, vix dubito, rubore aliquo suffusum, ob veritatis lucem, qua apparitionem Petri Apostoli beato Patri nostro Ignatio factam adversùs Misenica mendacia defendi. *Verumenimverò quemadmodum si aliquis claudere voluerit aquæ currentis meatum, si una ex parte exclusa fuerit aqua, violentia aliunde sibi semitam rumpit, sic & istorum* (Miseni, sodaliúmque ejus) *malignitas ex una parte confusa, aliunde sibi aditum adinvenit. Sicut enim non potest fieri, ut ligna mittendo extinguas ignem, sic non potest fieri, ut rationem dicendo places hominem malum; sicut enim ignis, quanto ampliùs ligna susceperit, in majorem flammam erigitur; sic animus malus, quanto magis veritatem audierit, eò magis in malitiam excitatur.* Quod verissimè ab hoc scriptore dici docet vel unus Misenus, ut nulla alia testimonia suppeterent; qui animum ita obfirmavit, ut, si ipse S. Petrus jurejurando affirmaret, se, Ignatio & aliis, quos in Apologiis prioribus nominavi, apparuisse, id Misenus minimè crediturus esset.

Auct. oper. imperf. hom. 42. in Matth.

Auct. op. imperf. loc. cit.

H Cui utinam ipse S. Petrus appareret; verùm eo modo, quo olim Laurentio Episcopo in Anglia apparuit; forsan verbera fidem facerent, quam nunc verba extorquere nequeunt. *Apparuit* Laurentio in Basilica sancti Petri pernoctanti, gregémque sibi commissum deserere cogitanti, *Beatissimus Apostolorum princeps*, inquit Beda, *& multo eum tempore secreta noctis flagellis acrioribus afficiens, sciscitabatur Apostolica auctoritate, quare*

Beda lib. 4. hist. Eccles. cap. 6.

A *re gregem, quem sibi ipse crediderat, relinqueret, vel cui pastorum oves Christi in medio luporum positas fugiens ipse dimitteret?* Si hujusmodi visio Calvinistæ huic obtiogeret, fortassis prædura illius cervix nonnihil inflecteretur; cui, si in impietate perseveret, omnésque Petri Apostoli apparitiooes & beneficia multis collata negare pergat; verendum est, ne ea specie vel invitus olim sanctum Petrum iotueatur, in qua Bardæ Cæsari, cœlitum cootemptori maximo, S. Petrus olim sese obtulit, ut, qui jam patronum agnoscere detrectat, postea, quamvis gemeos, severum judicem experiatur, & cujus claves nunc ridet, earundem fructum postea, sed nimiùm serò, expetat. Caveas, B Misene, ne, ùt olim S. Petrus ob injurias Ignatio Patriarchæ Constantinopolitano irrogatas, terrificam haoc in Bardam Cæsarem sententiam pronunciavit; *Assume Bardam istum execrandum, & extra ante atrium Ecclesia membratim conscinde quàm primùm:* ita mortem tuam Petrus Apostolus Ignatii nostri eximius patronus & benefactor, ob criminatiooes, calumnias, & sycophantias, quibus Ignatium, omnésque posteros ejus dilaceras; ferat in te, tanquam clientis sui justus vindex, sententiam illam ex Evangelio. *Dividite eum, partémque ejus ponite cum hypocritis, illic erit fletus & stridor dentium.*

Vide Joan. Curopal. in sua hist. & Nicetam in vita S. Ignatii Patriarchæ Constant.

Matth. 24.

C Posset & illud tibi tanquam iosigni cœlitum contemptori, formidioem incutere (si ullius salutaris timoris capax esses) quod apud Erempertum de rebus Longobardorum proditum legimus de Alexandro imperatore, Leonis sexti fratre, & sancto Petro. Eo verba Auctoris, vel potiùs Alexandri statuas Deorum in Hippodromo Constantinopolitano contemplati. *Heu quando istas colebant Romani, potentissimi & invicti perseverârant; jussitque eas serico operiri. Tunc sequenti nocte per quietem vir aspectu lucidus ei apparens, severè admodum eum arguens & percutiens, dixit: Ego sum Romanorum Princeps Petrus; & statim evigilans timore vehementi correptus, sanguinem ore vomens, exitiali morbo correptus, extinctus est.* En quàm severus improbitatis vindex S. Petrus: nec insolens boc tibi videbitur, si meminisse velis, quodnam exemplum in Aoania & Sappbira, adhuc in his terris degens, statuerit.

D Miranda porrò hæretici hujus pervicacia & improbitas in eo elucet, quòd adversùs clarissima Theodoreti & Augustini de cultu & invocatione Sanctorum testimonia, ioficiari audet, duobus istis Patribus *venerationem & invocationem Sanctorum fuisse cognitam aut probatam.* De S. Augustino fusè egimus in priore Apologia. De Theodoreto æquè copiosè suprà. Addo bic nonnulla, oec aliunde, quàm ex octavo libro ad Græcos, qui *de Martyribus* inscribitur, desumpta; & quæro, num quis tam insipiens, extra Calvini & Lutheri scholam reperiatur, qui si perpenderit sequentia capita à Theodoreto asserta, abnuere possit, Saoctos seu Martyres colendos & invocandos esse ex sententia Theodoreti. E

Primò enim dicit: Martyres non unn tumulo contineri, sed pluribus, eò quòd F civitates & pagi corpora Martyrum dividaot; quíque integrum corpus possidere nequeant, saltem partem babere desiderent; & eandem vim in partibus ioesse, quæ in toto Martyris corpore insit. Et quid dico in partibus? Etiam in minima & tenuissima particula. καὶ μερισθέντος τȣ̃ σώματος, ἀμέριςος ἡ χάρις μεμένηκε, καὶ τὸ σμικρὸν ἐκεῖνο καὶ βραχύτατον λείψανον, τὴν ἴσην ἔχει δύναμιν τῷ μηδαμῆ μηδαμῶς διανεμηθέντι μάρτυρι, ἡ γὰρ ἐπανθȣ̃σα χάρις διανέμει τὰ δῶρα, τῇ πίςει τῶν προσιόντων τὴν φιλοτιμίαν μετρȣ̃σα. *Nam diviso corpore indivisa manet gratia. Et exiguum illud minutissimúmque lipsanum parem cum corpore non diviso efficaciam babet. Insita enim gratia dona distribuit; studium venerationis & cultus fide accedentium metiens.* Quæso, an non singula bæc verba venerationem & invocationem Martyrum sonaot, elatáque voce proclament? An quidquam in tota bac Theodoreti oratione, quod Calvinismum aut Lutheranismum vel tenuissimè G olcat? Ubi unquam auditum, Calvinianam aut Lutheranam civitatem Reliquias alicujus Martyris expetiisse; expetitásque honorificè & religiosè babuisse, ulláque vi cœlesti præditas esse existimâsse? Imò quæ Calviniana civitas, quis pagus cum Calvini spiritu accepto, Martyrum corpora & Reliquias non profligavit, & in cineres vertit, aut aliàs, more prorsus Copronymiano, tractavit? Quis Calvinistarum aut Lutberistarum hanc piam Reliquias cœlitum oancíscendi ioter orthodoxos contentionem non ridet aut exsibilat? exemplo Ethnicorum, de quibus Theodoretus. ἀλλὰ γελᾶτε καὶ κωμῳδεῖτε τὸ τȣ́τοις παρὰ πάντων προσφερόμενον γέρας, καὶ μύσος ὑπολαμβάνετε τὸ πελάζειν τοῖς τάφοις. *Vos ridetis, & quasi in theatro traducitis venerationem, quæ his* (Martyribus) *ab omnibus defertur, sepulchrisque propinquare piaculum arbitramini.*

II. Dicit Theodoretus, Martyres appellari H à fidelibus σωτῆρας ψυχῶν, καὶ σωμάτων ἰατρȣ̀ς, *Salvatores animarum, & corporum medicos.* Si animarum Salvatores & corporum medici audiebant, tales igitur erant: neque enim credibile est, Cbristianos falsam appellationem imposuisse Martyribus. Quòd si animarum Salvatores & medici habebantur & nominabantur; implorabatur ergo & invocabatur eorum auxilium. Quis enim non poscat opem à Salvatore animarum, & medico corporum? Quis non imploret illius subsidium?

III. Di-

A III. Dicit, Martyres coli ὡς πολιέχες καὶ φύλακας, *tanquam civitatum præsides, patronos ac custodes.*

IV. Dicit, Christianos uti Martyribus πρεσβευταῖς πρὸς τὸν τῶν ὅλων δεσπότην, *advocatis & intercessoribus apud universorum Dominum.*

V. Idque eo fine, ut per illos *divina beneficia consequantur.*

VI. Eosdem Martyres verè esse mortalium duces, propugnatores, auxiliatores, malorum depulsores, & ooeumentorum, quæ dæmones nobis machioantur, profligatores.

B VII. Dieit, nos Martyrihus neque sacrificia, neque libamina offerre; sed ùt divinos quosdam, Deíque amantissimos homines à nohis enli. Et quia Ethniei, Calvinianorum ritu, objiciebant Martyres de nostris rebus, quæ bic geruntur, nibil compertum babere, ideo illos refutat, & ex propriis eorum auctorihus Platone & Pindaro demonstrat, *posse Sanctorum animas, cùm extra corpus hoc fuerint, bominum curare negotia.*

C Hæc & plura talia Theodoretus: Quid, quæso, aliud ab illo exspectas, Misene? An non satis disertè, elarè, & dilucidè sententiam suam de cultu & veneratinne Martyrum, atque adeò omnium cœlitum, exposuit? Quid tergiversaris hæretice? Cogeris vel iovitus agnoscere, Theodoretum, in eadem, in qua nos sumus, de cultu Martyrum sententia fuisse. An non expresse docet, Martyrum venerationem ubique apud orthodoxos usitatam fuisse? An non idem nos profitemur? nisi quòd aliquando vocahulum *adorationis* Græcè προσκυνήσεως, in locum vocahuli *venerationis* seu *cultus* substituimus; sed eodem prorsus sensu. Longè enim aliter ea vox accipitur, eùm Deo trihuitur, & aliter, quando Martyribus. D Nec ipse Thendoretus unquam vocem προσκυνήσεως in argumento de Martyrihus repudiavit, quippe ex sacrarum Litterarum lectione non ignarus, προσκυνήσεως vocem nnn modò summum illum latriæ honorem, sed & inferiorem; civili tamen præstantiorem, significare. Quocirca cùm Hesiodi versus recitâsset, quihus homines aurei sæculi dilaudat, eósque ἀλεξικάκες, καὶ φύλακας θνητῶν ἀνθρώπων nominat, addidisséque versus illos ah optimo Philosophorum comprobatos, quî dixerit, χρῆναι καὶ θεραπεύειν τέτων καὶ προσκυνεῖν τὰς θήκας. subjungit: *Cur igitur nos ô boni, reprehenditis? Nos enim pari modo eos, qui illustri pietate viguerunt, próque ea occisi sunt auxiliatores & medicos nominamus, amicósque Dei & fideles servos fuisse dicimus. Sed vos,* inquit Theodoretus, alloquens Græcos Ethnicos, *ne vestro quidem philosopho credendum existimatis, cum tamen is planè affirmet, Sanctorum animas, etiam corporibus exsolutas, humanarum rerum statum curare.* E *Decet autem profectò, quantumcunque est honoris ac præmii, eos adipisci, qui res divinas totis præcordiis adamârunt, quique ad usque supremum vitæ diem in iis perstiterunt inceptis, quæ olim ab initio præoptârunt, neque passi sunt eam, cui se addixerant, stationem relinquere.*

F Verumenimverò, ne Misenum nostrum nimis à Theodoreto discrepare credamus, liberaliter nohis dat, Martyres, aliósque cœlites colendos esse, sed *cultu & honore civili.* Ne tamen erres, honor hic nequsquam in hoc consistit, ut illis deferatur ejusmodi honos, qualis deferri solet *Consuli* alicujus civitatis, aut *Prætori*, aut *Judici*, aut *Triumviro*, aut *Quadrumviro*, aut trihuhus opificum *præfecto*; aut alteri cuipiam de genere hoc magistratui, quamvis abjecto & plebejo: sed in hoc, ut Martyrum ossa & reliquiæ exhumentur, exurantur, exterminentur, & non alio loco, quàm brutorum eadavera habeantur, útque omnes dies antiquitus Martyrum memoriæ dedicati aboleantur, & ex fastis Ecclesiasticis expungantur, piaculúmque eapitale sit; proferre illud: *Sancte Petre, sancte Paule ora pro nobis.* In hoc nimirum *civilis iste honos* consistit, quem valdè *civiliter* Sanctis largitur Misenus. Qui mihi fidem non habet, is Calvinianorum delubra adeat; si ullum aliud, præter id, qnod dixi, civilis honoris erga Martyres vestigium repererit, non recusabo, quò minùs vanus & mendax habear. Verùm satis de Theodoreto.

G Æquè clara est invocatio & veneratio Sanctorum apud Augustinum, ùt ostensum in priore Apologia. Iste tamen hanc tantam lucem, opposita impudentiæ suæ, tanquam densæ nubis, obscurare nititur. Ait Misenus: *non statim invocandum, qui precibus nos adjuvat.* Ubi fatetur, precibus nos juvari à Sanctis, & certè S. August. disertissimè id asserit, ut ne ipsa quidem impudentia id ab eo affirmatum inficari posse videatur. Deinde, non quærimus hic, utrum Sancti simpliciter sint invocandi; sed, utrum sanctus H Augustinus docuerit, Sanctos esse invocandos. Docuisse evidenter demonstravi in Apologia, nec repeto. Ad hæc si Sancti precibus nos adjuvant, quidnam criminis commisero, si ab eis contendam, ut, quod agunt, agant, & porrò etiam agere pergant? An times, ne monendo memores faciamus immemores? At sanctus Augustinus ait, *Martyres eo cultu dilectionis & societatis coli, quo & in hac vita Sancti Dei homines coluntur;* Quid tum postea? Nos dictum sancti Augustini accipimus, & subdimus: Sed sancti Dei homines in hac vita non coluntur tantùm cultu civili, sed religioso; coluntur enim tanquam amici & fidelissimi famuli Dei, & ùt templa sancti Spiritus: ergo etiam Martyres, & alii Sancti, jam in cœlum recepti, non tantùm coluntur honore civili,

ùt

A ùt *civilis* noster Misenus satis *inciviliter* delirat; sed etiam religioso.

Secundò, Martyres coluntur eo cultu dilectionis & societatis, quo alii sancti Dei bomines in bac vita; sed alios sanctos Dei bomines in bac vita sic eolimus, ut ab eis preces & intercessiones apud Deum postulemus. *Frequentatur enim ore Christiano illud: Memor esto mei, cùm se cuique Sanctorum humilis quisque commendat;* inquit S. Augustinus, *& ut id esse possit, promerendo efficit.* Ergo etiam Martyres, aliósque Dei amicos, im-

S. Aug. lib. 21. de civit. Dei, cap. 27,

B mortali vita jam donatos ita colere licet, ut ab illis preces & intercessiones apud Deum flagitemus. Tertiò, si eo cultu dilectionis & societatis Martyres & alii, qui cum Christo in eœlis triumpbant, colendi sunt, quo sancti Dei homines in bae vita, cur ergo Calviniani lipsana, imagines, & alia omnia Martyrum monumenta abolent, exturbant, flammísque voracibus absumunt? Num & sancti Dei homines in bae vita hoc Calviniano bonore coli debent à Calvioianis? Et debere ex Calvinianæ sectæ præscripto, sat manifestis documentis ipsi sancti Dei homines in bae vita, bae nostra ætate, grassantibus & debacchantibus Calvinistarum furiis, didicerunt.

C Altaria Martyribus non ædificamus; ùt dicit sanctus Augustinus, sed Deo, in bonorem & memoriam Martyrum; quia soli Deo sacrificamus; nec iovocantur Martyres, tanquam Dii, per cultum videlicet sacrificii; nullus enim Sacerdotum unquam dixit: *Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane;* invocantur autem tanquam amici Dei, ut nos meritis & orationibus suis apud Deum adjuvent: Et bæc est sancti Augustini mens & sententia, quam tu diverticulis & tergiversatione tua nunquam eludes.

D Paulò pòst rursus declaras, quàm probi pectoris bomo sis. Verba Calvini, quæ ipsemet Bellarminus ex Calvino proponit ac recitat, tu Bellarmino tribuis, *Bellarminus*, inquis, *rectè quidem duplicem bonorem esse dicit, unum civilem, quo bonoramus potentes & sapieates homines, alterum religionis, qui soli Deo convenit.* Atqui hæc divisio bonoris non est Bellarmini, sed Calvini; ubi enim unquam Bellarminus duas istas solummodo bonoris species statuit? An non legisti hæc Bellarmini ad Calvini argumentum respondentis verba? *Negamus, præter cultum latriæ nullum esse alium cultum, nisi civilem; jam enim ostendimus quendam tertium cultum, qui etiam dicitur religioais, licèt secundariò.* Quamobrem non Bellarminum, sed Calvinum refutas, cùm ais, *languidam esse rationem, quæ ducitur ab absentia, quò minùs Sancti honore civili coli queant.* Sive enim *languida*, sive robusta sit, ratio bæc non est Bellarmini, sed Calvini; licèt namque Bellarminus neget, Sanctos esse colendos honore civili;

Bell. lib. 1. de Sanct. beatit. c. 11.

E non negat tamen colendos esse honore eminentiore & excellentiore; imò boc omni argumentorum genere adstruit. At Calvinus tuus nullum honoris genus, præter civile, & illud, quod soli Deo debitum, agnoscens, negat Sanctos ullo bonoris genere venerandos esse, oe civili quidem. Verùm tu magistro tuo & antesignano doctior, *civili honore* Sanctos dignaris; sed *civili Calviniano*, qui quàm civilis sit, suprà exposui.

Probas tamen, ne sine causa à Doctore tuo discessisse videaris. *Sancti sunt ejusdem civitatis cives cujus nos: ergo eodem honore afficiendi sunt, quo nos,* id est, *civili.* At ego ex affirmante argumento faciam negans in bunc

F modum. Sancti cum Christo in æterna beatitudine regnantes non sunt cives ejusdem civitatis, politicæ oimirum, bumanæ & terrestris, cujus nos cives sumus; sed divinioris cujusdam & præstantioris: ergo non sunt colendi cultu civili, sed alio quodam præstantiore & excelsiore, qui consentaneus sit statui, in quo nunc versantur, longè sublimiori & diviniori. Hoc certè argumentum longè validius est, quàm illud tuum, quod Sanctos in eadem tribu collocat cum bujus vitæ prætoribus, consulibus, tribunis, Academicis Professoribus, & propè dixeram, Prædicantibus, quos etiam veneramini, etsi ùt civiliter, ita admodum tenuiter.

G Ut autem civilis honoris, quo Misenus Sanctos civiliter prosequitur, specimen aliquod edat; conviciis incessit S. Augustinum, S. Basilium, S. Gregorium Nazianzenum, S. Hieronymum, quasi sese divinarum rerum contemplationi dediderint, *majore habita ratione quietis, quàm publicæ utilitatis. Quot enim myriadas hominum tanti doctores erudire potuissent,* inquit Misenus, *& ad agnitionem veritatis cœlestis adducere, si Ecclesias gubernâssent, & innocentia alios ad studium pietatis invitâssent.* Lethæam aquam bibisse videtur Misenus, tam obliviosus est. An non gubernârunt Ecclesias Augustinus, Basilius,

H Gregorius Nazianzenus? An non multas bominum myriadas ad veritatis agnitiooem adduxerunt? An non innocentia & sanctimonia sua plurimos ad pietatis studium excitârunt? Num quòd Hieronymus Episcopus non fuit, sed in cellula Bethleemitica delituit; ideo Cbristianæ Reipublicæ minus utilitatis peperit? Ausim dicere, multa millia Episcoporum extitisse, qui, si manipulos à se collectos conferre vellent cum Hieronymianis, libentissimè confiterentur, se inferiores illo, qui in angulo orbis delitescens, totum orbem eximia eruditione sua implevit. Sed tu Monachis, Eremitis, Anachoretis, totíque buic hominum generi, ùt Calvinianus, perquam infestus es, quasi sint *inutilia terræ pondera*, nihilque præclarum vel ad imitationem, vel ad laudem habeant.

Quare

A Quare in Eremitas alicubi ita linguam vibras. *Qui imitari eum possim, quem nunquam viderim?* Si nullum imitaris, nisi quem videris: ergo nec Christum, aut ullum Apostolorum imitaris; quia nec Christum, nec ullum Apostolorum unquam vidisti, nisi fortè cum sycophanta illo Plautino pervêneris *ad caput amnis, quod de cælo exoritur sub solio Jovis, & adversa aqua per amnem horiola in cælum sis advectum*, ibique Christum & Apostolos conspexeris. Dices; *te illos videre & vidisse in scriptis.* Atqui etiam Paulum, Antonium, Hilarionem & alios in scriptis videre posses, si velles; sed non lubet velle.

B Addis. *Virtutum Eremitis, qui testes nominari queunt, cùm soli vixerint?* Angeli inprimis, deinde homines, ad quorum notitiam vita Eremitarum pervenit. Nam ut tantùm dicam de sancto Paulo, S. Antonio, S. Hilarione; tot testes virtutum suarum habent, licèt eremum incoluerint, quot tu nunquam acquires, licèt non Heidelbergæ, sed vel Parisiis, vel in alia quapiam populosissima civitate in media turba vitam agitares. At *Eremitæ carent charitate, quæ ergo eos, cum quibus vivimus, maximè exercetur.* Atqui charitas maximè exercetur erga Deum; hunc enim, tanquam primarium suum *objectum*, præcipuè respicit; & ad hanc exercitationem charitas frequentia multitudinis non indiget; imò, quò à strepitu mortalium remotior est; eò magis Deo adhærere & inhærere diligendo potest.

C Ad proximos quod attinet, affirmare non vereor, quemlibet Eremitam, quantumvis in intimis *Thebaidis* recessibus latitantem, plus utilitatis, saltem precationibus ad Deum fundendis, universo orbi attulisse, quàm omnes, non dicam, *Misenos*; sed cunctos Calvinianos, quotquot aut fuerunt, aut sunt, aut adhuc erunt. Quod orationis beneficium ab Eremitis in reliquos mortales probè agnovit, & dilaudavit etiam S. Augustinus in libro de moribus Catholicæ Ecclesiæ, ubi de his Dei amicis adversùs Manichæos, disertissimè scribit.

D Porrò odium tuum in Eremitas & contemptus, quasi nec sibi, nec aliis profuerint, revocat mihi in memoriam apologum illum apud sanctum Gregorium Nazianzenum, seu dialogum inter cycnos & hirundines. *Cycnos quondam cavillis insectabantur hirundines*, inquit Gregorius, *quòd nec cum hominibus consuetudinem habere, nec canendi artem in publicum proferre vellent; sed circa prata solùm & flumina canerent, ac solitudinem amplecterentur, nec breviter solùm canerent, sed id etiam, quod canerent, sibi ipsis canerent, perinde ac si eos Musices suppuderet. Contrà, inquiebant, nostræ sunt urbes, nostri homines & thalami, garritúque nostro mortales delinimus, fortunásque nostras ipsis exponimus, nimirum vetera illa & Attica, Pandionem, Athenas,* (Nazianz. epist. 1. ad Celeus.) *Tereum, Thraciam, peregrinationem, affinitatem, linguæ exsectionem, literas, prætérque omnia Itym, & quo modo ex hominibus in aves mutatæ sumus. At Cycni earum garrulitate offensi, vix quidem eas dignas duxerunt, quas alloquerentur. Ut autem eò adducti sunt, at, ô præclaræ, inquiunt, in solitudinem quoque quispiam concesserit, ut musicam nostram audiat; cùm Zephyro pennas nostras inflandas permiserimus, jucundum quiddam & concinnum modulamur. Quocirca si non multum, nec apud multos canimus, at illud certè in nobis præclarissimum est, quòd modum in canendo tenemus, nec musicam tumultibus permiscemus. Vos verò & in ædes admissas fastidiunt homines, & canentes aversantur, & sanè optimo jure, quippe quæ ne excisâ quidem lingua silere queatis. Intelligis*, opinor, *quid loquar* & velim, Misene. Itaque apodosin non adjungo, tu adde; & eremi incolis obtrectare desiste. E

Clamorem illum totius Scripturæ, quòd sola fide salutem consequamur, needum audimus. Nec tamen arbitror, nobis accidisse, ut propter magnitudinem sonitus audiendi sensu careamus; sicut illi, qui habitant ad *Catadupa* Nili, verius existimo, vos ea esse felicitate præditos, ut sensu audiendi non modò sonum; sed & non sonum percipere valeatis, quod nobis natura denegavit. Scio, loqui Spiritum sanctum per Scripturam, scio etiam *clamare*; at non illa, quæ vos somniatis; In plerisque usu venit vobis, quod illis, qui, Jesu in cruce clamante: *Eli, Eli, lammasabacthani, dicebant, Eliam vocat iste. Sine videamus, an veniat Elias liberans eum.* Audiverant clamorem: sed non intellexerant. Quare mox ex *Eli* fecerunt *Eliam*, verbis Domini in alienissimum sensum abreptis. Sic & vos audito illo Spiritus sancti sermone; *Justus ex fide vivit:* derepentè vociferamini. *En, solam fidem vocat iste salutis nostræ causam. Sine, videamus, an quisquam alia ratione, quàm sola fide salutem obtinere queat. Sermo quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo die.* (Joann. 12.) *Ecce scriptum Dei verbum est judex omnium controversiarum. Sine, videamus, utrum quis tam audax futurus sit, qui alium judicem, præter verbum Christi, statuat.* Omitto reliqua hujus classis exempla, quæ perspicuè ostendunt, quàm expeditè ex *Eli* cudere queatis *Eliam*. F G

H Vitio mihi vertis, quòd in disputatione Ratisbonensi hæc verba protuli: *Loquatur Spiritus sanctus.* Moneo, Misene, ne litem, quæ mihi cum Lutheranis Prædicantibus intercedit, facias tuam, alioquin saxo, ut fecisse pœniteat. Vidi abhinc sesquiannum Paræi tui disputationem quandam, in qua multis mendaciis in me grassatur ob argumentum de judice Prædicantibus propositum: Sed vidi tantùm, utinam nuper ad manum fuisset; porrexissem Paræo aliquid de *Stibio* seu *Antimonio*, quod præparavi & præ-

A præbul deliro Libavio; nec absterruisset me *mystax* ejus, etiamsi utrinque usque ad umbilicum dependeret. Sed dic, Misene, an non jure postulârim, ut judex vester loqueretur? Loqueretur, inquam, seu *scripto* seu *voce*; nam quòd de sola locutione vocali tu, & fortè tuus Confessionarius (ita enim loqueris) Paræus me locutum esse dicitis, *antiquum obtinetis*, hoc est, decipitis & imponitis.

B An non tempus loquendi, sententiæque pronunciandæ, seu scripto seu voce, tunc erat in consessu tam illustri, partibus præsentibus, & altera quidem, hoc est, nostra, efflagitante, ut judex ille molestiarum contentione nos tandem liberaret? Crede mihi, Misene, si Spiritus sanctus tam evidenter contra nos pro Lutheranis tunc præsentibus, vel etiam pro vobis tunc absentibus, (saltem publico nomine) sententiam pronunciâsset, quàm evidenter illam contra vos & Lutheranos pronunciavit Concilium Tridentinum; Tota Bavaria statim aut ad Lutheranum, aut ad Calvinianum Evangelium transiisset. Quid aliud nobis in optatis erat, quàm ut ille vester judex officio suo fungeretur vel voce, vel scripto? & si scripto tulit sententiam, cur non est nobis monstrata à Prædicantibus? Aut monstra tu, si potes. Aut monstret Paræus, si fortè acutiùs videt cum suo *mystace*, quàm tu.

C Dicam, Misene, liberè. Statuitis judicem non judicem, Judicem nomine, re nullum. Ille enim non est controversiarum judex, in hac vita, qui aditus & rogatus à partibus litigantibus in hac vita, non ita sententiam tandem pronunciat in hac vita, ut altera pars evidenter sciat, se causam obtinuisse; altera, se amisisse; quantum est ex parte hujus judicis: Scriptura vel Spiritus sanctus loquens per Scripturam, hoc non facit in hac vita: Scriptura igitur vel Spiritus sanctus loquens per Scripturam, non est controversiarum judex in hac vita. Minor ipsa evidentiâ est evidentior, ipsiúsque luce perfusi & confusi Prædicantes non habent, quò se vertant, nisi ad convicia & maledicta. Major æquè certa est apud intelligentes. Nam si judex non ita dicit sententiam, ut sciam, quid obtinuerim; frustrà nomen hoc & officium gerit: cur enim judex constituitur in Republica, nisi ut lites dirimat? Quomodo autem dirimet, si sententiam non ita pronunciet, ut parti utrique innotescat?

D Dico autem disertè; *I. Judex aditus & rogatus à partibus litigantibus. II. Judex in hac vita*; ne quis ad judicem absentem, absentibus partibus, & ad illum, alterius vitæ, confugiat. Quia non disceptamus nisi de judice hujus vitæ, déque illo, qui *aditur*, quíque *præsentibus partibus* præsens est; & quamvis contingere queat, ut judex, primo, secundo, tertio accessu sententiam non pronunciet, eò quòd causa nondum sit liquidò discussa, hoc ipsum tamen evidenter constat, & constare potest partibus: quamdiu enim adversùs præsentem à præsenti judice sententia palàm non fertur, tam diu evidenter scio, me nihil dum per publicam judicis sententiam aut amisisse, aut obtinuisse, sive sententia illa scripto proferatur, sive voce. E

F Constituit olim Deus in Israëlitarum Republica judices, qui judicarent *inter sanguinem & sanguinem; causam & causam; lepram & non lepram*. Quòd si istis judicium hujusmodi ambiguum & difficile accideret: voluit, ut controversia deferretur *ad sacerdotes Levitici generis, & ad judicem, qui fuerit illo tempore*. Quæso te, Misene, an judicum istorum senatus & consessus ullam accedentibus, & sciscitantibus, & litigantibus attulisset utilitatem, si more vestri judicis partes incertas & ancipites, dimisisset; alteróque, lepram esse, contendente; altero abnuente, suam sententiam non interposuisset; & ita quidem, ut altera pars evidenter sciret, se judicio hujus judicis, rectè sensisse affirmando lepram esse; altera autem pars evidenter sciret, se, judicio hujus judicis, malè sensisse negando esse lepram. *Quæres ab eis*, (ita Deus mandat) *& indicabunt tibi judicii veritatem:* Utique ut evidenter nôris, quid ex decreto & definitione hujus Judicis sentire debeas. Si Deus ipsam sacram Scripturam, aut Spiritum sanctum, ùt per Scripturam sacram loquitur, voluisset esse controversiarum in hac vita judicem: dixisset etiam; *Quæres ab eis, & indicabunt tibi, judicii veritatem;* ita ut evidenter noveris, eam tibi indicatam esse, sive pro te, sive contra te. Hoc enim præstare, vel in primis exigit judicis officium. Deuter. 17. G

H Si Catholici collocutores cum protestantibus accessissent ad judices illos à Deo in veteri testamento constitutos, simúlque litigâssent, quænam sit lepra; quæ non: quæ hæresis, quæ non; an non abstulissent sententiam claram, certam, liquidam, definitivam, ita ut de mente & sensu judicis illius dubitandi, nullus ampliùs locus reliquus fuisset? Negari hoc profectò non potest. Nam si ulius de judicis illius sententia judiciaria dubitandi locus relinqui potuisset; non addidisset Deus sequentia. *Et facies, quodcunque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te juxta legem ejus, sequerisque sententiam eorum. Nec declinabis ad dexteram, nec ad sinistram.* Quin & pœnam mortis refractariis & immorigeris decernit. Evidenter ergo constabat adeuntibus sententia illius Judicis. Justa fuerit, an injusta (quamvis semper justa esset) non moror in præsenti: tantùm contendo, judices illos ita sententiam protulisse, ut ea ade-

A adeuntibus & de *ſanguine*, & *ſanguine*, *cauſa*, & *cauſa* diſceptantibus evidenter conſtaret.

Quòd ſi in veteri teſtamento propter controverſias de *ſanguine* & *ſanguine*, *lepra* & *non lepra*; atque adeò etiam propter contentiones de Religione bujusmodi judices erant neceſſarii, & propterea ſingulari quoque mandato Dei conſtituti ſunt: quis ſanæ mentis ambigat, quin etiam tempore legis Chriſtianæ talis judex in Eccleſia eſſe debeat, qui facilè aditi, & in omni lite clarè audiri queat: cùm controverſiæ, quæ nunc exiſtunt, longè ſint & fuerint frequentiores & graviores, quàm quæ olim, nullúsque unquam litium finis ſperari poſſit, niſi recurratur ad unum judicem, qui partibus evidenter patefaciat, quid amplectendum ſit, quid repudiandum.

B Sic Moyſes judex à Deo factus, ajebat: Exod. 18. *Venit ad me populus, quærens ſententiam Dei, cúmque acciderit eis aliqua diſceptatio, veniunt ad me, ut judicem inter eos, & oſtendam præcepta Dei & leges ejus.* Hæc Moyſes fecit, ùt controverſiarum judex. Quæro, num ita hoc præſtiterit, ut diſceptantes evidenter poſt ſententiam latam ſcirent, quid ſentiendum, quídque reſpuendum eſſet? Si hoc, Miſene, vel negas, vel in dubium vocas, tunc æquè, ac Baſilius de Varna, *Antimonio* puro puto eges. Nam ſi ſententiam ad hunc modum non pronunciâſſet, tunc perinde fuiſſet, ac ſi nullus judex conſtitutus fuiſſet: ſicut & jam, ſpectando judicem, quem hæretici nobis creant, perinde eſt, ac ſi nullus omnino judex foret: quia poſt C aditum hujus judicis tribunal, tantum quis novit, quantum antea, & controverſia æquè durat, ac antea. Si Scriptura, vel Spiritus ſanctus loquens per Scripturas, judex controverſiarum eſſet; tunc ſimiliter ac Moyſes profiteri poſſet, *Venit ad me populus, quærens ſententiam Dei, cúmque acciderit eis aliqua diſceptatio, veniunt ad me, ut judicem inter eos, & oſtendam præcepta Dei & leges ejus.* Et ſi hoc de ſe profiteretur, verè utique id profiteretur, réque ipſa præſtaret, quod Moyſes præſtitit; dimitteret enim abs ſe partes, ita ut evidenter ſcirent, ſe aut cauſam obtinuiſſe, aut amiſiſſe; & hoc eſſe ſequendum: illud verò fugiendum. Sic namque Moyſes partes à tribunali ſuo dimittebat. Quod certum eſt, feciſſe etiam illos, *Principes populi, tribunos & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui,* juſſu Moyſis, *judicabant plebem omni tempore, quidquid autem gravius erat, referebant ad Moyſen, faciliora tantummodo judicantes.* Quid enim iſti utilitatis populo attuliſſent, ſi, more ejus judicis, quem hæretici nobis vel reluctantem obtrudunt, judicâſſent; ita ut, diſceptatione cum quopiam orta, poſt aditum judicem æquè incerti rerum ſuarum, ac antea, abirent?

D Quàm pulchrè autem depinxit Jethro, licèt Madianita, conditiones Judicis, præſertim ejus, qui componendis litibus, de religione excitatis, præſidet? *Eſto tu*, aiebat ad Moyſen, *populo in his, quæ ad Deum pertinent, ut referas, quæ dicuntur, ad eum; oſtendáſque populo cæremonias, & ritum colendi, viámque, per quam ingredi debeant, & opus, quod facere debeant.* Hæc profectò Eccleſiaſtici Judicis E egregia eſt pictura, inſigníſque deſcriptio. Talia dum Scriptura adita & audita non præſtat eo modo, quo id præſtitit olim Moyſes, ut ſcilicet evidenter partibus innoteſcat, quid ſentire, & quid reſpuere oporteat; non immeritò negamus Scripturam, vel Spiritum ſanctum loquentem per Scripturam, eſſe controverſiarum judicem, qui nobis, enata diſceptatione, exponat, *cæremonias, & ritum colendi Deum, viámque, per quam ingredi debeamus, & opus, quod facere debeamus.* F Sed ſatis de his, quæ tua & Paræi importunitate compulſus diſſerui. Ex inſtituto copiosè de hoc judicis officio ſcripſi in *Reſponſo* ad Theſes Hunnianas; in *Digreſſionibus* & in *Antimonio*, quo propter Varnam, delici cerebri Alchimiſtam, curare tentavi. Num conatus ſucceſſerit, docebit eventus. Si diſputatio Paræi, quam, ùt ſuprà dicebam, jam pridem ſemel inſpexi, in promptu foret, oſtenderem Paræo, aliud eſſe mentiri; aliud graviter & ſolidè de controverſia quapiam diſſerere. Etſi Paræo ex vicinia jam tanta negotiorum moles naſcitur (quod non tantùm audio; ſed & video) ut à me, qui longiùs abſum, non videatur onerandus, ſæpe profectò caput ſcabet, ungues rodet, *myſtacémque* ſuum permulcebit; donec id, quod ipſe ſibi intrivit, exederit. Ad alia.

Quòd Chriſtum, ùt hominem, ſeu ſecundùm G *humanitatem cultu latriæ venerari & adorare detrectas;* agnoſco tuam in Redemptorem tuum pietatem; longéque adhuc clariùs, cùm Chriſto, ùt homini, ſeu ſecundùm humanitatem concedis προσκύνησιν, hoc eſt, *adorationem*, ùt ais, *politicam*, qualis *purpuræ*, quæ Regem veſtit, exhiberi ſolet. Miſerande Calviniſta, nihilne magnificentius, & ſublimius de humana Chriſti natura ad hypoſtaſin Verbi divini evecta, & in eadem ſubſiſtente, mente & cogitatione concipere potes, quàm ut illam ſolùm honore *civili*, H qualis cuivis dignitate aut ſcientia, aut opibus conſpicuo tribui ſolet; afficiendam impiè deblateres, duplicíque honore, eóque diverſi prorſus generis Salvatorem noſtrum non tam decores, quàm dedecores; nec *anathematiſmum* jam olim à magna Synodo Epheſina, & à Quinta œcumenica, in hæreticos tui ſimiles, perhorreſcas, quo diris devoventur illi, qui contendunt, *una adoratione Emmanuelem non eſſe adorandum.* Canon Quintæ Synodi eſt iſte. *Si quis non una adoratione Deum Verbum incarnatum cum propria ipſius carne adorat, ſicut ab initio Dei Eccleſiæ traditum eſt, anathema eſt.*

Ana-

A Anathema igitur es, ex decreto hujus Synodi, & tantò magis, quantò tu deterior es antiquis illis Novatoribus, ex quorum numero vix scio, num quis extiterit, qui non tam affirmare, quàm blasphemare auderet, Christum, ùt hominem, seu secundùm *humanitatem*, alio cultu non esse colendum & adorandum, quàm *politico*. O monstrum ab omni bene constituta politia procul exterminandum! Ne Turcæ quidem *politicum* honorem, Christo, ùt homo est, denegant, opinor: Etsi tu neque hunc Christo secundùm humanitatem largiri potes, si magistri tui Calvini vestigia sequi velis, qui docet, *absentem cultu civili honorari non posse:* B Christus autem, ex doctrina vestra, quàm maximè absens est, nisi fortè defectionem ad *Ubiquistarum* castra meditamini. Nec tuam impietatem juvat exemplum antiquorum de *purpura* Regis, imò improbitatem tuam insigniter redarguit; Sensus enim dicti illius est; quòd sicut Rex & purpura, qua amicitur, uno & eodem honore, nimirum civili, honoratur; Etsi Rex per se, & propter se; purpura propter Regem: ita etiam *Verbum* & humanitas, quam hypostaticè sibi univit, eodem cultu, latriæ videlicet afficiatur, Verbum per se, & propter se; humanitas propter Verbum, in cujus hypostasi subsistit, nisi fortè *civilis* noster Misenus, eò usque paulatim procedat, C ut Christum solo *civili honore* venerandum existimet: qui insipientissimè sibi persuadet, *duplicem latriæ cultum inde existere*, si dicamus, Christum secundùm Divinitatem, & secundùm humanitatem latria coli; quasi alia sit, quæ ei tribuitur secundùm humanitatem, alia quæ secundùm Divinitatem. Nihil minùs sequitur, Misene, unus & idem latriæ cultus est; sed diversimodè exhibitus. Divinitati per se: humanitati per & propter Divinitatem: Sicut unus & idem cultus civilis est, qui Regi & purpuræ ejus tribuitur: Regi propter se; purpuræ propter Regem, cujus excellentiam participat hoc ipso, quòd Regi, tanquam tegumentum & ornamentum ejus, adjacet.

D De vitulo Judaico, quem Israëlitæ ab Aarone importunitate sua extorserant, disputas non ùt homo, sed ùt vitulus. Probabile mihi non fit, Judæos in illo vitulo aut coluisse, aut colere voluisse Deum verum.
Deut. 32. Psal. 105. *Deum, qui te genuit, dereliquisti*, inquit Moyses, *& oblitus es Domini creatoris tui*, Et B. David: *Fecerunt vitulum in Horeb, & adoraverunt sculptile, & obliti sunt Deum, qui salvavit eos.* Qua ratione, quæso, obliti sunt Deum, si non vitulum ipsum, sed Deum verum per vituli imaginem coluerunt? Nec refert, quòd festum illud nominârunt festum *Jehova*, *Jehova* autem sit nomen proprium veri Dei; qua enim impietate honores divinos, eadem etiam nomen divinum transtulerunt ad vitulum; nam qui quempiam veneratur ùt Cæsarem, is eidem non E gravatè Cæsaris itidem appellationem concedet. Quo sensu Michas quoque *conflatile* suum *Jehova* appellatione affecit: licèt ille Judic. 17. ipse, quem tu hic insulsè vellicas, Cardi- Bellar. lib. 2. de Imag. cap. 13. nalis Bellarminus, addat à vero non abhorrere eorum sententiam, qui putant Micham in illo suo conflatili verum Deum coluisse; ùt & alios nonnullos; nihilominus tamen ab Idololatriæ scelere excusari non posse, tum quia sculptilibus, & conflatilibus sacrificabant, tum etiam quia Deum corporeum, ipsisque idolis similem credebant. At verò omnes Judæos Deum verum colere voluisse in Idolo; tantum distat à vero, quantum illud, Ethnicos in suis idolis Deum verum coluisse. Nam plurimi ex Judæis, variis temporibus idola ipsa pro Diis habebant: aut Dæmonem quempiam idoli inquilinum; aut aliquem mortuorum hominum, aut aliam creaturam per illud idolum repræsentatam, ùt pluribus Scripturæ testimoniis ostendit Bellarminus.

F Nam quòd Calvinus negare audet, Ethnicos, ipsa idola habuisse & coluisse pro Diis; id non mirandum in eo, qui multo majora audet, jamque eò processit, ut ob nullum mendacium, quamvis manifestum, & imperitum, pudefiat. Quid enim magis obvium apud sacros & profanos scriptores, quàm immensa illa gentilium stultitia, qua lapides & ligna, aliquando etiam indolata venerabantur tanquam numina? Vel solum caput decimum quartum libri *Sapientiæ*, & caput sextum *Baruch*, effrenem Hæresiarcham continere debebant; ne tam evidens commentum proferret. Ut enim libros istos pro Canonicis non haberet; in hac tamen re, non modò cum aliis Canonicis, sed & cum profanis scriptoribus, examussim consentientes, causæ justæ nihil erat, cur repudiaret. Sed abeo hinc, ne optimè jam à Bellarmino actum agam.

G Tantùm hic tecum communicatam volo meam cogitationem, quæ occasione Michæ, mihi occurrit. Et est hæc. An non ritum vestrum imitatus fuerit; quando unum ex filiis suis Sacerdotem sibi constituit. Quis dederat ei hanc potestatem, ut Sacerdotem ordinaret? Ille nimirum, qui dederat potestatem faciendi sculptile. At quis ille? Nisi fallor, Michas imago fuit illorum, qui apud vos ministros creant; & filius, larvatus Sacerdos, figura vestrorum ministrorum. Qualis iste Sacerdos; tales H & vestri. Fratres sunt. Quàm verò insignis ritus consecrandi Sacerdotis, quem Michas adhibuit? *Implevitque unius filiorum suorum manum, & factus est ei Sacerdos.* Num aliud apud vos fit, quàm quòd futuro Prædicanti *manus impletur*, hoc est, stipendium decernitur; & si necdum uxorem habet, uxor datur? Quòd si quis Sacerdos legitimus, à nobis desciscens, vobis obtingat, non minora

A minore gaudio ſuſcipitur, quàm adoleſcens ille *Levitici generis*, quo operam ſuam Michæ locante, exultabundus in hæc verba prorupit: *Nunc ſcio, quòd benefaciet mihi Deus habenti Levitici generis Sacerdotem.* Ita & vos deſertores noſtros veſtro Evangelio honori & benedictioni eſſe vaniſſimè vobis perſuadetis, eáque de cauſa hæc *peripſemata*, tam ſtudioſè amplectimini ac fovetis. Et ſicut ex privata domo Michæ manavit Idololatrica iſta contagio ad integram tribum Dan; ita hæretica ſectæ veſtræ lues fluxit non ad unam duntaxat, ſed ad plures tribus, vel potiùs nationes, & quidem ex privata Lutheri & Calvini domo, hoc eſt, *cerebro.*
B Et ſicut filii Dan, ſanctiſſimi Prophetæ Moyſis nepotem ſibi aſciverunt Sacerdotem, nempe *Jonathan, filium Gerſa, filii Moyſi;* ita iſtis noſtris recentioribus idololatris, Chriſtiano nomine *dealbatis*, ſæpe obtingit Idololatricus miniſter ſeu Prædicans, ex poſteris viri alicujus ſanctimonia & innocentia vitæ præſtantiſſimi; Auguſtini videlicet, Benedicti, Dominici, Franciſci, ita, ut quò charior Deo parens extitit, eò nequior, Deóque inviſior ſit magni parentis degener filius. Hæc occaſione Michæ à te cum ſuo idolo introducti.

C Ignatio B. Virginem cum puerulo Jeſu in ulnis apparuiſſe, necdum tibi perſuadere potes. Atqui aliquot non diſſimiles apparitiones in utraque Apologia attuleram. Tu te & me paucis expedis; nimirum, *te nihil credere, ſive narretur à Gregorio, ſive à Georgio, ſive à Jacobo, ſive à Baronio.* Breve compendium; nec abludens ab illo vulgi ſermonibus trito, cùm enim quidam profiteretur; ſe unico duntaxat obſtrictum peccato; percontatus eſt alter, quodnam iſtud foret. Subjecit ille; *quia nihil penitus credo.* Si arbitrarer te ſimilem ſcelerum tuorum *Epitomatorem* eſſe, forſan tibi nullam irrogarem injuriam, præſertim cùm tuus Junius, tibi olim familiariter notus, pari breviatio uſus, ipſe de ſe ſcribat, ſe ultra annum fuiſſe *Atheum.*

Jun. in vita ſua. ſanct. Auguſtin. tract. 45. in Joann.

Nos, inquis, *qui Chriſtiani ſumus, non patimur nos à Scriptura abduci.* Chriſtianus es, ſed Calvinianus, *qui prædicat Chriſtum, qualem ſibi fingit, non qualem veritas dicit*, inquit S. Auguſtinus, *Nomen habes, rem non habes. Alicujus rei nomen eſt Chriſtus* (Chriſtianus)
D *tene ipſam rem: ſi vis prodeſſe tibi nomen.* Quæ verò Scriptura negat, B. Virginem cum puero Jeſu ulli unquam apparuiſſe? Tu citas illam Act. 3. *Quem oportet quidem cœlum ſuſcipere, uſque in tempora reſtitutionis omnium. Cum ergo jam ſit in cælo, fieri non poteſt, ut appareat in terra.* Mirum certè, ſanctum Paulum in divina & humana philoſophia inſigniter verſatum, Ananiæ ſibi dicenti: *Dominus miſit me JEſus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, ut videas, & implearis Spiritu ſancto*, non recinuiſſe; *erras, non apparuit* E
mihi in via; jam aſcendit in cœlum, ut profitentur, qui veſtram religionem ſibi ſequendam ducunt. Si ergo in cælo eſt, qua tandem ratione in via ſeſe mihi exhibere potuit: Fortè Paulus, tum adhuc Saulus, nec dum legerat textum illum, à Calviniſtis toties jactatum, & ſic animo ſincero & candido credebat, quod ab Anania aſſeri audiebat. Ita arbitror; quia Lucas Apoſtolorum Acta necdum conſcripſerat. Quæ ſi tam diligenter evolviſſet, quàm Miſenus, correxiſſet utique Ananiam; & ex verbo Calvini errantem inſtruxiſſet. Nec poſtea etiam illud in epiſtola ad Corinthios literis mandâſſet. *Novi-* 2. Cor. 15.
viſſimè autem omnium, tanquam abortivo viſus eſt & mihi. Quomodo viſus; ſi oportet illum, ùt interpretantur Calviniani, *cælo capi*, ita ut extra cœlum nuſquam ſit? Dolendum, Calvinianam Theologiam adeò ſerò extitiſſe: poterat vel ipſos Apoſtolos erudire; ſi temporibus Apoſtolicis in lucem prorepere potuiſſet.

Jam verò Chriſtum ſpecie *hortulani* appa- F
ruiſſe Mariæ Magdalenæ, id Miſenus ſibi perſuadere nequit, & probat argutè; *quia Maria Magdalena putabat eſſe hortulanum: ergo* Joan. 20.
non apparuit ei ſpecie hortulani. Antecedens eſt evidens ex Evangeliſta. Conſecutio probatur; *quia Magdalena cæcutiebat, erant enim adhuc tenebræ;* Et licèt egreſſa eſſet, veniſſétque ad monumentum: *cùm adhuc eſſent tenebræ*, & poſtea rediiſſet ad Apoſtolos Petrum & Joannem, nuntiatum id, quod viderat, tenebræ tamen nihil in itu reditúque remiſerant, & ideo tantùm non remiſerant, ut Miſenus aliquando cavillandi materiam haberet. Poterat Joannes inclinans G
ſeſe videre *poſita linteamina;* Petrus quoque ſubſecutus, ipsúmque monumentum ingreſſus, *vidit linteamina poſita, & ſudarium, quod fuerat ſuper caput ejus, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim involutum in unum locum.* Ipſa etiam Maria, *ad monumentum foris plorans, séque inclinans, & in illud proſpiciens, vidit duos Angelos in albis, ſedentes, unum ad caput, & unum ad pedes:* Omnia iſta diſtinctè & clarè cerni poterant, ſine ullo tenebrarum impedimento, & quidem in ſpelæo in petra exciſo. Sola Maria impediebatur *tenebris*, ne JEſum agnoſceret, ſtantem extra ſepulchrum, in loco libero, & vicino, deceptáque tenebris exiſtimavit eſſe *hortulanum*, qui erat JEſus. Falſum igitur eſt, *quòd ſpecie hortulani Magdalena apparuerit.* Et quis ampliùs dubitet, quandoquidem Miſenus hoc affirmat?

Pari modo falſum erit, quod duobus H
euntibus in Emaus apparuerit forma & habitu *peregrini*, quia non erat *peregrinus*, ſed Jeſus. Et duo illi arbitrabantur duntaxat illum eſſe *peregrinum;* non ergo ſe illis præbuit videndum ſpecie peregrini. Quid his Miſenicis demonſtrationibus evidentius?

Audi,

A Audi, Misene, Magdalena decepta fuit, & non fuit decepta. Decepta fuit, quia eum, qui verè erat Jesus, non existimabat esse Jesum; & hoc non propter tenebras, ùt tu somnias; sed quia sua & solita in specie Dominus sese conspicuum non præbuerat. Decepta non fuit, quod attinet ad visum, cui externa illa species objiciebatur; verè videbat enim externam quandam hominis formam, & quidem hominis ignoti; quem, quia in horto erat, horti illius cultorem & custodem arbitrabatur; & fortè Dominus speciem illius induerat, quem Magdalena horto præfectum sciebat; non enim temerè judicium illud formavit, rata hortulanum esse.

B Posthæc digreditur Misenus, animi relaxandi gratia, in convicia & mendacia; quorum primum: *Nos concedere Monachis, ut fornicentur, si post solenne votum urantur.* II. *Bellarminum dicere, Monachum, qui emisso voto verum matrimonium contrahit, magis coram Deo peccare, quàm eum, qui simpliciter post votum fornicatur.* At Bellarminus minimè dicit: *verum matrimonium*, ùt tu mentiris; quia optimè novit, matrimonium Monachi solo nomine, atque adeò non verum matrimonium esse. Tolle tuum mendacium, constabítque veritas ejus, quod asserit Bellarminus. III. *Cœlibes perfectos esse; etiamsi fortè, permissu Bellarmini, scortentur.* At cujus tu permissu mentiris & calumniaris? Ubi permittit hoc Bellarminus? Non te pudet Simo?

C Syricio Pontifici nullus Novator æquus esse potest; quia cœlibatus acerrimus vindex fuit; cœlibatus, inquam, ab Ecclesiasticis personis observandi. Nam quòd tu dicis, hunc Pontificem impiè *detorquere illud Apostoli: Qui in carne sunt, Deo placere non possunt; ad conjugatos*, more tuo mentiris, & mentiendo lectoribus imponis. Hoc enim non retulit simpliciter ad conjugatos, sed ad *conjugatos Sacerdotes*, de quibus in eadem epistola hæc paulò antè scripserat: *Plurimos Sacerdotes Christi atque Levitas post longa consecrationis suæ tempora tam de conjugiis propriis, quàm de turpi coitu sobolem* D *comperimus procreâsse, & crimen suum hac præscriptione defendere, quia in veteri testamento Sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa.* De his pronunciavit Syricius Pontifex, quòd *in carne vivant*, & ideo Deo placere nequeant. Et rectè; quia usus ille conjugii non erat ampliùs permissus, obstante lege & traditione Ecclesiastica de cœlibatu Sacerdotum; cujus inprimis Ecclesia Romana observans erat. Quocirca non immeritò acriùs in hujusmodi Ecclesiæ ministros stylum strinxit Syricius. Cur ergo Sacerdotium susceperant; si mariti officium deserere non cogitabant; quod deserendum esse, si sacris initiarentur, nequaquam ignorabant?

Rom. 8.

Syric. epist. ad Himer. Episc.

Nam quòd alioquin Syricius conjugio debitum honorem tribuendum censuerit, id liquet ex Epistola S. Ambrosii & aliorum præsulum ad ipsum Syricium, ubi præter cætera hæc leguntur: *Neque verò nos negamus sanctificatum à Christo esse conjugium, &c. Bonum conjugium, per quod est inventa posteritas successioni humanæ, sed melior virginitas, per quam regni cœlestis hæreditas acquisita, & cœlestium meritorum reperta successio.* Certè Syricio Pontifici alia mens non fuit, quàm hisce Episcopis, qui Syricium, tanquam supremum pastorem, in omnibus sequebantur, ipsiúsque auspiciis adversùs cœlibatus oppugnatores militabant. Quod etiam ex ipsa Syricii ad Mediolanenses epistola planum evadit, in qua hæc de se Pontifex. *Nos sanè nuptiarum vota non aspernanter accepimus, quibus velamine interfuimus. Sed virgines, quas nuptiæ creant, Deo devotas, majore honorificentia muneramus.* E

F Sed satis de quarto Miseni mendacio. Adest quintum; nempe Syricium *Mariti & uxoris legitimam conjunctionem appellare obscœnas cupiditates.* VI. *Syricium dixisse; conjugatos esse sectatores libidinum, & præceptores vitiorum.* Nec dixit, nec scripsit hoc Syricius absolutè de *conjugatis*, ùt tu fallaciter proponis; sed de sacerdotibus conjugatis, quorum conjunctio jam erat illegitima propter legem de cœlibatu à traditione Apostolica profectam. De illis, inquam, conjugatis Sacerdotibus locutus est Syricius, qui, more vestro, matrimonium ad cœlum usque ferebant; virginitatem verò & verbo & exemplo deprimebant; quique altari & uxori simul servire volebant.

G Porrò, quòd legem Syricii de cœlibatu pluris non facis, *quàm quanti cassa nux venit*, idem nimirum facis, quod olim Jovinianus, Auxentius, Genialis, Germinator, & alii, fratres tui, quos Syricius, & vos in illis, lege sua damnavit: & ex Ecclesia exterminavit; ejusmodi nimirum homines, *qui*, ùt ait Pontifex, *subtiliter Christianos sese jactant, ut sub velamento pii nominis gradientes, domum orationis ingressi, sermonem serpentinæ disputationis effundant, ut sagittent in obscuro rectos corde, atque à veritate Catholica avertendo, ad suæ doctrinæ scabiem traducant, atque ovium simplicitatem defraudent. Et quidem multarum hæresum malignitatem ab Apostolicis temporibus nunc usque didicimus, & experti probavimus, sed nunquam tales canes Ecclesiæ mysterium latratibus fatigaverunt, quales nunc subitò hostes fidei irrumpentes, & doctrina perfidiæ pullulantes, qui, cujus sint discipuli, verborum fructibus prodiderunt. Nam cùm alii hæretici singula sibi genera quæstionum malè intelligendo proposuerint convellere atque concerpere de divinis institutionibus, isti non habentes vestem nuptialem, sauciandos Catholicos, novi à veteris testamenti* H

Syric. epist. ad Mediolan.

 (ùt

A *(ut dixi) continentiam pervertentes , spiritu diabolico & illecebroso atque ficto sermone aliquantos Christianos cœperunt jam vastare , atque suæ dementiæ sociare , intra se continentes nequitia suæ virus velut electi* (illecti) *blasphemias suas conscriptione temeraria prodiderunt, & desperatæ mentis furore conciti , passim in favorem gentilium publicârunt.*

B Hæc & plura talia gravissimus & antiquissimus Pootifex Syricius , io te & tuos, prout jam olim in Aristippis illis Christiano oomine depictis , latitabatis ; quæ tu tanti facis, tuo ipsius testimonio , *quanti cassa nux venit.* At oos longè adbuc minoris facimus tua adversùs Syricium coovicia, amicitiámque cum Joviniaoo , aliisque à Syricio anathemate percussis : fungúsque sit ac amens, qui tibi potiùs & tuo Jovioiano, quàm Syricio aures præbeat, multúmque inquirat, jure an injuria , illi fratres tui, quos Syricios *canes* oomioat , ex Ecclesia olim expulsi fiot. *Si quis in ea , quæ jam olim dijudicata sunt*, inquit Capreolus Episcopus Carthaginensis , *denuò inquirere tentaverit , is sanè aliud nihil facere censebitur, quàm de fide, quæ hactenus valuit , apertè dubitare. Unde ad posteritatis exemplum, tum ut ea quoque , quæ jam olim pro Catholica fide definita & constituta sunt , perpetuam firmitatem obtinere valeant , oportet ea omnia inconcussa, immotáque servare , quæ superioribus temporibus à sanctis Patribus constituta sunt.*

Capr. epist. ad Concil. Ephes. Tom. 2. Conc. Ephes. fol. 376.

C Sed quid ego bæc Miseno ? *Nemo*, ioquit Cassiaous , *in vas fœtidum atque corruptum , unguentum aliquod nobile , aut mel optimum , aut pretiosi quidquam liquoris infundit. Faciliùs enim quamvis odoratissimam myrrham semel horrendis imbuta fœtoribus testa contaminat, quàm ut aliquid ex eo suavitatis aut gratiæ ipsa concipiat : quia multò citiùs munda corrumpuntur, quàm corrupta mundantur.* Verùm ooo solùm Miseno scribimus , sed & aliis; io quorum gratiam banc etiam saoctionem adversùs falsò oominata Lutheri & Pornæ, tótque desertorum matrimooia adscribam. *Præterea Monachorum quosdam atque Monacharum abjecto proposito sanctitatis in tantam protestaris demersos esse lasciviam , ut priùs clanculo, velut sub Monasteriorum prætextu , illicita se ac sacrilega contagione miscuerint : postea verò in abruptum conscientiæ desperatione perducti , de illicitis complexibus liberè filios procreaverint, quod & publicæ leges & Ecclesiastica jura condemnant. Has ergo impudicas detestabilésque personas* (Lutherum , Borrham) *à Monasteriorum cœtu, Ecclesiarúmque conventibus eliminandas esse mandamus: quatenus retrusæ in suis ergastulis tantum facinus continua lamentatione deflentes , purificatorio possint pœnitudinis igne decoqui, &c.*

Cassian. collat. 14. cap. 14.

Syric. epist. 1.

D Clamat Misenus , *Hæc omnia pugnant cum expressis sacræ Scripturæ dictis & antiquitate orthodoxa.* Judicio videlicet illorum , *qui plus palato, quàm corde sapiunt*, ùt Cato dicere solebat. Dic, oro, Misene, uter aotiquior, Syricius , an Calvinus ? Uter antiquior, Ambrosius , qui omnia Syricii decreta rata habuit, ao Lutherus ? Quis eo tempore orthodoxus habitus est , Syricius an Joviniaoos? Ambrosius an Auxentius, Genialis, Felix, Plotinus, & oescio qui sioe nomine truoci? Sed quia Jovioiaous & Calvious oôruot, plurimis sua placita placere , ideo sese circumspiciunt ; ideo Calvinus , ùt de Nestorio dicebat sanctus Cyrillus , *se omnibus sapientiorem existimat , se solum divinæ Scripturæ scopum attigisse autumat ; se solum Christi mysterium cognovisse somniat.* At pulcbrè quærit sanctus Cyrillus : *Quomodo non magis secum reputat , cùm omnes per terrarum orbem sparsi orthodoxi Episcopi & laici , Christum Deum, Virginem verò , quæ illum genuit , Deiparam esse confiteantur, se solum, qui istuc inficiatur, errare ? Verùm fastu tumens, insidiisque , ac sedis potentia fretus , effecturum se arbitratur, ut & nos ipsi, & reliqui omnes sententiæ ipsius subscribamus.* Hæc sanctus Cyrillus, quæ Miseous pro sua io Parodiis exercitatiooe oullo oegotio ad Calvinum transferet. E

S. Cyrill. epist. ad Cælest. Pontific. Tom. 1. Conc. Eph.

Verùm hanc doctrinam de cælibatu ab Ecclesiasticis Deóque dicatis hominibus custodiendo, vocat Miseous *doctrinam* dæmoniorum. In quo oescio num oôrit , se imitari fratres suos Manichæos , & io primis Faustum , qui simili calumoia olim orthodoxos appetebaot, teste sancto Augustioo: qui refutaos hanc saoctam crimioatiooem ioter cætera sic scribit : *Ipsi jam timeo Apostolo , ne dæmoniorum doctrinam intulisse tunc Iconio videatur , cùm Theclam oppigneratam jam thalamo , in amorem sermone suo perpetuæ virginitatis incendit. Quid verò & de Magistro ipso dicemus , ac sanctimoniæ totius auctore JESU, & hujus ipsius professionis puellarum cælibe sponso, qui in Evangelio tria genera taxans spadonum, unum nativum , alterum factitium , tertium voluntarium ; eis tamen palmam attribuit , qui seipsos , inquit , spadones fecerunt propter regnum cælorum, significans virgines ac pueros, qui nubendi ipsa à cordibus suis sublata cupiditate , spadonum vice in ejus Ecclesia semper , tanquam in domo regia conversentur. Quid ergo ? Et hæc vobis doctrina videtur esse Dæmoniorum , & in seductorio spiritus dictum ? Et quis erit alius de Deo loquens , si Paulus & Christus Dæmoniorum probantur fuisse Sacerdotes ?* F G

S. Aug. lib. 30. contra Faust. c. 4.

Habet eodem loco sanctus Augustinus aliam bujus objectionis soluiooem , quæ tamen ad Calvioianos traoslata locum non habet ; Ait enim , ipsos etiam Manichæos *Dæmoniorum doctrinam* docere , si virginitatem & cœlibatum tueri & propagare sit doctrioa Dæmoniorum ; quaodoquidem & ipsi Manichæi quoscuoque possiot ad professiooem virgioitatis inviteot ac inducant. *Nec videtis* , ioquit , *hinc & virgines vestras Dæmoniorum doctrina captas notari , & vos esse* H

anti-

A *antistites Dæmoniorum, qui certatim ad hanc incitetis professionem suasionibus v stris, ut penè jam major in Ecclesiis omnibus virginum apud vos, quàm mulierum numerositas habeatur.* Hac responsione, ut ingenuè fatear, vos refutari non potestis; quia apud vos vix quicquam auditur nisi illud: *Crescite & multiplicamini.* Et: *Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adjutorium, simile sibi.* quibus cohortationibus tantum efficitis, ut io Synagogis vestris, rarissima sit raritas virginum, imò ex professo nulli (ignosce) & nullæ; cum ipsis eoim crepundiis virginitatem exuunt, quotquot Lutheri aut Calvioi Evangelio obediunt.

CAPUT XII.

Notæ quædam in caput octavum Apologiæ Misenicæ.

B RUrsus totis viribus id Misenus agit, ut nobis persuadeat, se ooo esse ζῶον γελαστικὸν *animal risibile*, sed ἀγέλαστικόν, *non risibile*, seu, ut novum bnc animal vocabulo novo insigoiam; *irrisibile*, ea forma, qua dicimus, animal *irrationale*. Novæ res pariunt oovas voces, & quidem monstrosæ, moostrosas. Adduci noo potest, ut dignetur esse *animal risibile*; Et tamen ait se esse homioem; Quis credet, qui sciat: *omnem hominem esse animal risibile, & omne animal risibile, hominem*? Tempore Lutheri natus est Fridbergæ Monachovitulus, monstrum ioforme, quod Lutherus pictura & commentario illustravit, simúlque docuit, quid sigoificârit; Etsi falsò; ipsum enim Lutherum vitulus ille *cucullatus* significabat; ipsius genuina imago erat. Quid novum boc monstrum: *Homo non risibilis* portendat, judicent Heidelbergenses aruspices, dignum profectò est, quod in cavea circumducatur; noo deerunt, qui conspectum ejus mercentur ære.

C Quòd verò animal hoc *irrisibile*, denuò hic *errata* typographica, & noonullas voculas irridet, id tam parùm curo, quàm Flaccus, *quis sub arcto Rex gelidæ metuatur ora, aut quid Tiridatem terreat. Nam si*, ùt inquit S. Augustinus, *Demosthenes, clarissimus oratorum, cui verborum tanta fuit cura, quanta rerum auctoribus nostris, cùm tamen ei nonnullam elocutionis insolentiam objecisset Æschines, negavit ille, in eo positas esse fortunas Græciæ, illóne an illo verbo usus fuerit, & an huc an illuc manum porrexerit, quantò minùs nos laborare debemus de regulis derivandorum nominum, quando sive hoc, sive illud dicamus, intelligitur sine ambiguitate, quod dicimus, quorum non in expolitione sermonis, sed in demonstratione veritatis est major intentio.*

S.Aug.lib.2. cont. Cresc. cap. 1.

D Oppugnas virginitatem Deiparæ in partu, producta aliquot Patrum testimooiis: tantus nimirum virginitatis hostis es, ut eam ipsi quoque Matri Dei eripere tentes. Sed E jam antea te misi ad Gregorium de Valentia, qui hoc argumentum adversùs Crellium tuum, eruditè & fusè dudum tractavit, & ad Patrum testimonia respondit. Tertulliano enim hac io re lapso plures rectè sentientes opposuit, & Ambrosio à vobis injuriam fieri evidenter ostendit. Et quia præter istos Origenem, Epipbanium, & Theopbylactum ex tuis magistris profers, nec tameo Valentianum audire vis, adscribam verba alterius cujusdam Jesuitæ, & quidem summi Theologi; est is Franciscus Soarez, qui, cùm dicta quædam Patrum adversùs virginitatem Deiparæ in partu proposuisset; hoc ad illa dat respoosum. Dicendum verò est, in Scriptura sacra *claudere vulvam*, propriè significare infœcundam & sterilem reddere, vel relinquere aliquam fœminam: ùt constat Genes. 20. 29. 30. & 1. Reg. 1. Igitur aperire vulvam è cootrario significabit conferre alicui fœcunditatem. Io hoc ergo F sensu exponendi sunt sancti Patres, cùm dicunt, Christum *aperuisse vulvam matris*, id est, dedisse illi fœcunditatem, quam oullus alius filius matri suæ conferre potuit. Utuntur autem illa metaphora, ut declarent partum Virginis & Christi oativitatem veram & realem fuisse, & non taotùm phantasticam & apparentem, quam expositionem sumo ex Hieron. Dialog. 2. cootra Pelagianos io priocipio, ubi sic inquit. Solus Christus clausas portas vulvæ virginalis aperuit, quæ tamen clausæ jugiter permanseruot. Quibus verbis nemo, credo, sanæ mentis intelliget, voluisse dicere Hieronymum, Christum priùs rupisse claustrum Virginis, ut egrederetur, postea verò illud in pristinum statum restituisse. Hæc eoim intelligentia valdè obtusa est, & à meote tanti Doctoris aliena, & decori Virginis ac integritati, & Christi potentiæ ac majestati contraria; aperuit igitur portas relioquendo clausas, quia fœcunditatem, vímque pariendi dedit, conservata integritate; perinde ac si quis diceret, aperuisse Christum sepulcbrum suum, clausum relinquendo, quia ita illo clauso usus est, ac si apertum fuisset. Hæc ille. Ex quo etiam disces, si velis, quid sentiendum sit de illo S. Hieronymi ex epistola ad Eustochium *de custodia virginitatis*, quod bic citas; cùm ait: Christum ex utero matris exisse *cruentum*. Sed bæc satis apud illum, qui aures babet, & nihil audit.

Franc. Soarez. Tom. 2 in 3 p. D. Tho. q. 28. disput. 5. sect. 2.

G

Soarez Tom. 2. disput. 15. sect. 2.

H Sacrameotum Pœnitentiæ putas institutum à Petro Lombardo. Atqui hanc opinionem facillimè tibi eximeret disputatio Bellarmini, si veritatis capax esses. Nuper Ingolstadii edita est ex manuscripto codice celeberrimi Monasterii saocti Galli epistola Alcuini seu Albini ad pueros Turonenses, io qua ex instituto eos instruit ad confessionis Sacramentum ritè, piè & frequenter obeundum; Similísque ejusdem Auctoris extat

tat epiſtola ad Scotos, hic itidem evulgata. Scis, quot annorum centuriis Alcuinus Lombardum anteceſſerit?

Nec verum, quod addis; *Nec dum nobis conſtare, quæ ſit materia & forma hujus Sacramenti, quódve externum elementum, ut dici poſſit ſecundùm Auguſtinum: Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* Inſpice, oro, diſputationes Bellarmini & Gregorii de Valentia, & tum reipſum arbitrari volo, an non hæc effutiens mentiaris. Neque enim abutar otio, ut hæc tam lucida commenta refellam. Dicis, *te confiteri Deo*, At quoties? *Et ſi fortaſſe publicè offendimus, Eccleſiæ.* Quæ datur abſolutio? *Imò etiam privatis hominibus, ſi quos læſimus.* Et tamen nil opus eſſe ais: *ut mihi tua ſcelera & flagitia confitearis; Deum*
B *enim tibi eſſe, cui confitearis.* Atqui ſi privatis hominibus, quos læſiſti, confiteri ſoles, poteris & mihi, privato homini, confiteri; quem tot calumniis & mendaciis læſiſti: aut cuicunque alteri Jeſuitæ; in omnes enim ſtylo tuo canino jam ſæpius debacchatus es. Quòd ſi ideo *ſacrificulo*, ùt loqueris, peccata tua patefacere detrectas, quia fortè peccator eſt; oportet, ut nec tuis privatis confitearis, quia peccatores, niſi fallor, & ipſi ſunt, *omnéſque egent gloria Dei.* Illud miror, in libro, cui titulus, *Heidelbergenſis Calviniſmus*, nihil de hac veſtra publica & privata confeſſione contineri; cùm tamen totam œconomiam Eccleſiæ veſtræ accuratè legentium oculis ſubjiciat.

Veſtitum Ignatii modúmque vivendi à te
C Cynico Cyniciſmi inſimulatum, defendi exemplo Joannis Baptiſtæ. Tu defenſionem vocaveras *comparationem.* Inſcitè. Sed fac comparâſſe. An non magnis minuta itidem componuntur? An ob illam compoſitionem magna minora redduntur? Comparat D.
Nyſſ. orat. in S. Baſil. Gregorius Nyſſenus ſanctum Baſilium fratrem ſuum, cum Paulo Apoſtolo, cum Joanne Baptiſta, cum Helia, cum Samuele, cum Moyſe, an propterea quidquam de magnitudine Pauli, Joannis Baptiſtæ, Heliæ, Samuelis, Moyſis detractum eſt? *Si voluit*, inquis, *Ignatius imitari Joannem, cur non etiam locuſtis veſci voluit?* Poſſes etiam ex Nyſſeno quærere, ſi Baſilius Heliam imitari voluit, cur non raptus ſit *igneo curru* ex mortalium aſpectu? Item ſi Moyſen, cur non aquas Ægypti mutârit in ſanguinem, rubrúmque mare, percuſſu virgæ, diviſerit? Item ſi Paulum, cur non *ſcenofactoriam* artem didicerit & factitârit? Quaſi verò nemo Joannem imitari queat, niſi cum eodem *locuſtas* comedat.

D Tu putas ſatius eſſe, ut quis imitetur Chriſtum, *qui non fuit abſtemius*, ùt inquis. Credo ſanè, nullum abſtemium tibi ad imitandum eſſe propoſitum. De Zenone Stoico
Clem. lib. 2. Strom. hæc Comici jactabant in Theatris, teſte Alexandrino Clemente. *Vir iſte philoſophatur philoſophiam vanam, docet enim diſcipulos famem, ut pane uno contenti ſint, & carica, útque potus loco aquam adhibeant.* Idem tibi animus, ubicunque abſtemium aliquid vel E
præcipere, vel præſcribere vides de abſtinentia. Quòd ſi tibi adeò arridet Chriſtus, non abſtemius, hoc eſt, *manducans* & *bibens*; cur non placet quoque Chriſtus abſtemius, hoc eſt, *nec manducans, nec bibens*, præſertim quadraginta illis diebus, quos in ſolitudine tranſegit? Qui fit, quòd tanta cupiditate & alacritate imitari vultis Chriſtum in menſa *non abſtemium*, nullúſque unquam veſtrûm reperiri queat, qui imitari deſideret in deſerto *abſtemium*?

Ais, *Jejunium non eſſe referendum ad certum tempus, ſed ad totam vitam, quia Chriſtia-* F
nus debet perpetuò frugalitatis & temperantiæ ſtudioſus eſſe. Etiam veteres perpetuò frugaliter & temperanter vivebant, & tamen præter hanc frugalitatem, habebant *Quadrageſimam*, & alia ſtata jejunia, vel publica lege, vel privata uniuſcujuſque voluntate indicta, de quibus copiosè Bellarminus. Cur Bellarm. in lib. de bonis operib. in particul.
ab antiquis diſſentitis, niſi quia novæ fidei ſectatores novi eſtis! Non diſplicet tamen, quod ais: *Si quis vel publicarum vel privatarum calamitatum, aut periculorum imprudentium cauſa unà cum Eccleſia, in qua degit, abſtinet, ut ſeſe ad preces ardentiores excitet; ratione hujus finis, tantum abeſt, ut jejunium reprehendamus, ut etiam commendemus, tanquam opus Deo placens, obſervandum ab omnibus Dei ſervis:* non diſplicet, inquam, hoc: tria tantùm quæro: Quoties in anno hujuſmodi Deo placitum acceptúmque jejunium in- G
dicatis & jejunetis. Et quo menſe. Fortè ſingulis biſextilibus, aut Jubilæis. Calamitates profectò tam publicæ, quàm privatæ non deſunt; quæ ardentiſſimas preces expoſcant. Si ergo jejunium ad *preces ferventiſſimas* concipiendas adeò conducit, neceſſe eſt, ut à vobis non negligatur. Cur igitur de hoc jejunio nihil conſtat, non dico nobis, quos longiùs à regionibus veſtris fortuna ſejunxit; ſed & vicinis veſtris? De jejuniis Turcarum multa & mira feruntur. De veſtris jejuniis omnia ſilent.

Illud etiam ſcire aveo, num quando hu- H
juſmodi jejunium indicitur, neceſſariò ab omnibus, quos neceſſitas non excuſat, ſit obſervandum. Negabis, ſi rectè divino; quia ſemper in ore fertis illud Apoſtoli, etſi malè intellectum: *Nemo vos judicet in cibo, aut* Coloſſ. 2.
potu, aut in parte diei feſti, &c. Nimirum liberis omnia ſunt libera: Si velint, jejunant. Si nolint, manducant. Sibi quiſque ferit, occat, metit, & ùt canit Comicus Philemon: αὐτῷ βαδίζει καὶ λαλεῖ καὶ πτάρνυται ἕκαςος ἡμῶν, οὐχὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει. *Sibi quiſque ambulat, loquitur & ſternutat, non illis, qui ſunt in urbe.* Et quid multis opus? Etiam illa Apoſtoli vox ingeritur: Rom. 14.
Qui manducat, Domino manducat: gratias

enim

A *enim agit Deo; & qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo.* Insigne verò jejunium, quod amplecti vel respuere sit penes subditum, idque impunè.

B Religiosiùs custoditur, ùt arbitrns, jejunium politicum, hoc est, à magistratu civili imperatum, quàm illud vestrum *Ecclesiasticum.* Ais enim, *interdum in certis locis esse aliquam jejunii rationem politicam, ut propter certas causas homines abstineant à certo ciborum genere. Quodnam hoc certum ciborum genus?* Retices. Non improbo, scimus. Ipse politicus magistratus non vult vos perpetuò esse *carnivoros;* vel saltem non ferr aliquibus in locis, ut publicè semper vorandarum carnium vobis materies suppeditetur. Obstes tamen, moneo, Lithe, ne interdictum hoc usu & consuetudine nimiùm invalescat. Contingere vobis tandem posset illud, quod olim in Palæstina receptum erat. De quo sanctus Hieronymus contra tuum Jovinianum: *In nostra provincia scelus putant vitulos devorare. Unde & Imperator Valens nuper legem per Orientem dederat, ne quis vitulorum carnibus vesceretur, utilitati agriculturæ providens.*

S. Hier. lib. 2. contra Jovin.

C Hæc sanctus Hieronymus. Tacen, politicis illis interdictis Evangelicam vestram libertatem multùm lædi. Cùm enim Apostolus dicat: *Nemo vos judicet in cibo aut in potu:* mirum, vos fræni tam patientes esse, ut patiamini vos *in cibo & in potu judicari* à politico magistratu. Illud etiam ex te cognoscere cupio, quomodo jejunium ob ardentiores preces concipiendas susceptum; sit opus Deo gratum & *placens;* cùm, ùt ad ravim usque vociferari soletis, omnes *justitia nostra sint tanquam pannus menstruata*, hoc est, nauci & nihili. An veritas vel invito ex faucibus erupit?

D Quia verò suprà mentio incidit de comparatione Joannis Baptistæ & Ignatii, idem ex Nysseno hic comparationem Joannis Baptistæ & Basilii adscribam. Non tuum, sed æqui lectoris judicium esto; an non potuerim eandem Nysseni orationem verè usurpare; substituto duntaxat *Ignatii* nomine, in locum nominis *Basilii* seu *Magistri.* Sic enim vocat Nyssenus Basilium. Ita ergo Nyssenus. *Neque mollibus vestibus Joannes erat amictus, neque arundo erat, quæ ventis agitaretur. Praferebat item solitudinem locis cultis & habitatis, & contra in habitatis & cultis versabatur. Numquis igitur refellet orationem, si veritas etiam hoc magistro nostro attestetur, ut in his magno Joanne non inferior sit? Quis enim ignorat, quemadmodum mollem & delicatum vitæ cultum, noxium & infestum judicaret? in omni re fortitudinem, atque laborum & molestiarum tolerantiam magis quàm res jucundas sectans, ad solis æstum durans, frigori se exponens, jejuniis & temperantia corpus exercendo subigens, in urbibus quasi in solitudinibus versans (quòd hominum congressus illius virtutem nihil læderet) & ex solitudinibus urbes efficiens.* E *Neque enim idcirco, quòd cum multitudine conversaretur, quidquam de exacto & canto vitæ instituto immutabat: neque si seorsum in solitudinem secessisset, nudari ac deseri poterat ab iis, qui utilitatis gratia consuetudine atque convictu ejus utebantur, &c. Quòd autem arundo non esset, quæ facilè ad contrarias opiniones impelleretur, argumento est ea, quam habuit in omnibus rebus, quas per vitam cum judicio suscepisset & instituisset, constantia atque firmitudo. Placuerat ab initio nihil quidquam possidere, & pauperem esse; tanquam petra immota atque inconcussa, stabile ac firmum id judicium fuit. Concupiscebat per puritatem propinquare Deo, mons erat ea* F *cupiditas, non arundo, nunquam enim ad tentationum spiritus adversos flectebatur. Porrò dilectionis erga Deum, quæ fuit in Basilio* (Tu, Misene, substitue; *Ignatio*) *constantiam & firmitudinem, solus Apostolus, suis verbis exprimere & indicare posset, propterea quòd neque vita, neque mors, neque præsentia, neque futura, neque aliqua alia creatura à dilectione Dei cor ejus dimovere atque deturbare posset. Adeò etiam in omnibus, quæ cum virtute instituisset, ac sibi sectanda esse judicásset, nequaquam arundinem quidam & animo molli, ac mente inconstanti erat; sed per omnia vita ejus in rebus præclaris constantiam in se habebat & stabilitatem.*

Hæc & plura hujus generis Nyssenus conferens inter se Joannem Baptistam & Basilium, quæ tu pro tuo in Ignatium amore & candore, facili opera ad nostrum argumentum accommodabis, & quidem verè. Interim tamen te memorem illius esse volo, quod scripsit S. Gregorius Nazianzenus, hunc ipsum Basilium cum Joanne Baptista contendens: *Quòd si cui durior atque audacior hæc fortè videatur oratio, illud priùs cogitet, me in hac comparatione non id agere, ut eorum, qui ex mulieribus nascuntur, maximo; Basilium* (Ignatium) *vel anteponam, vel exæquem: sed ut eum æmulatorem illius fuisse ostendam, atque ex ejus forma & charactere nonnihil in seipso circumtulisse. Non enim probis viris atque honesti studiosis exiguam laudem affert, summorum virorum, quamvis parva imitatio.* G

Nazianz. orat. in S. Basilium.

H Necdum æquis oculis aspicere potes vestitum Ignatii, quo usus sub conversionis suæ primordia. *Quis militem Hispanum*, inquis, *coëgit vestimentum mutare?* Quæram & ego: Quis Joannem Baptistam coëgit vestimentum mutare? Neque enim crediderim eodem in ædibus paternis vestitu usum fuisse, quo usus est in deserto. De nobili quodam juvene hæc memoriæ prodidit D. Chrysostomus. *Novi juvenem, illum filium Urbani, qui continuò, à teneris unguiculis, absque custodia fuit educationis legitimæ, dominus autem multarum rerum, pecuniarum, ministrorum, agrorum. Is deposito illo splendidissimo amictu, totóque hujus vitæ fastu, repentè se pallio viliore contexit, ad montes, ad solitudinem secessit, egre-*

S. Chrys. epist. 1. ad Theod. lapsum.

A & in hoc mari magno navigantes, navim vestram non ad Ecclesiæ salutarem insulam & portum; sed ad *brevia* & Syrtes cum certo exitio vestro appellitis. *Quemadmodum enim in mari insulæ quædam prominent habitabiles, frugiferæ, & quibus est aqua salubris: nec non navalia & portus commodi, quò se naufragi recipiant; sic*, ùt pulchrè scribit Theophilus, Antiochenus Patriarcha, *Deus dedit mundo, qui peccatorum tempestatibus & naufragiis jactatur, synagogas, quas Ecclesias nominamus, in quibus veritatis doctrina fervet, ad quas confugiunt veritatis studiosi omnes, quotquot salvari, Deique judicium & iram evitare volunt. Ut vero & aliæ sunt insulæ saxosæ, aquæ potabilis vacuæ, steriles, efferatæ, & inhabitabiles, quæque plurimum damni tum navigantibus, tum naufragis afferunt; in his etiam naves atteruntur, & quotquot ad eas appellunt, extrema pericula subeunt; ita sunt doctrinæ erroris, dico autem hæreses, quæ suos sectatores perdunt: non enim à veritate pravia ducuntur, verùm quemadmodum piratæ, ubi impleverunt naves suas, penetrant ad prædicta loca, ut exitium apportent; sic accidit his, qui relicta veritate in hæreses abeunt, à quibus tandem perduntur.* Hæc Theophilus.

Theoph. lib. 2. ad Autolycum.

B Et quomodo professio vestra, quæ toto cœlo dissidet à veterum religione, quæ in expulsæ idololatriæ locum olim subiit, suscepta ab Apostolis, & Christianæ fidei doctoribus, vos tam certos salutis & electionis reddit; cùm potiùs è contrario quosvis certissimos perniciei & *reprobationis* ex natura sua facere possit; quippe ùt dicebam, penitus ab antiquorum fide, more & cultu discrepans. Theodoretus doctissimè, ùt solet, Græcos idololatriæ adhuc deditos refellens, iis notis veram religionem, hoc est, eam, quæ tunc pro orthodoxa habebatur; describit, ut nihil prorsus in vestram, omnia in nostram quadrent. *Verbis*, inquit, *nostris fidem conciliant, orbis universus, terra marique à priore ignorantia liberatus, idolorum*

Theod. ser. 6. ad. Græc.

C *sedata fallacia, impietatis pulsa caligo, radii lumine cognitionis divinæ mundum complentes, Græci, Romani, Barbari de crucifixo Theologicè proloquentes, ipsúmque signum crucis prosequentes honore maximo* (Nota hoc Misene) *próque multis ac mendacibus Diis Trinitati cultum latriæ exhibentes, abolita idolorum templa, idolorum aræ ad fundamenta subversæ, illustres verò Ecclesiæ ubique extructæ in civitatibus, in pagis, in agris, ἐν ἐσχατιαῖς in extremis provinciarum finibus*, (sic vertit interpres) *Martyrum templa pulcherrimè fabrefacta, Monachorum habitacula, quibus Sancti fiunt montium vertices, vastæq́ solitudines incoluntur.*

D Putásne, Misene, istos, qui in hac à Theodoreto descripta Ecclesia vivebant, fuisse Calvinianos; Putásne istos sibi, ea, qua vos amentia, summam certitudinem salutis & *prædestinationis* suæ confinxisse? Quòd si salutis tuæ tam certus es, certus igitur etiam es, te salutem nullo modo amittere posse, quidquid agas; quia nisi de hoc certus esses, utique de salute tua certus non esses. Si ergo utriusque evidenter certus es, ecquodnam, oro, tibi, tuísque gregalibus suppetit retinaculum, quò minùs carni omnes habenas laxetis, ejúsque cupiditatibus liberrimè indulgeatis: cùm vobis certissimum sit, vos vita æterna excidere non posse? E

F Noveris tamen, Misene, cœli foribus inscriptum esse illud: μηδὲν εἰσίτω κακὸν. *Nihil mali intret:* quod cùm olim quidam improbus januæ ædium suarum inscripsisset; argutè quæsivit alter, καὶ πῶς ὁ κύριος εἰσελεύσεται τῆς οἰκίας. *Et quomodo Dominus domus intrabit?* Hac igitur Epigraphe, cùm cœli ostium insignitum sit; suspicor, Calvinianis non concessum iri aditum, hoc ipso, quia Calviniani sunt; sectarii enim sunt, & quod hinc est consequens; *malum & mali*. licèt non tantùm noctu dormientes, sed & interdiu vigilantes somnient, se de salute sua certos esse.

G Rides libram, qua Archangelus Michaël examinare pingitur animarum merita. Desines ridere, quando cum impio illo Rege *appenderis in statera; reperierisque minùs habens, mox in stagnum ignis mittendus.* Quid criminis in hoc, quòd divina justitia reddens unicuique secundùm opera sua, Angelorúmque ministerio in executione rerum utens, per libram repræsentatur? A qua libra secta Calviniana te minimè liberabit. Libraberis, & quia inanis meritorum, plenúsque demeritorum eris, nullius ponderis eris. Scis autem ex imagine illa, quò, qui tam leves sunt, amandari; & cui apparitori committi soleant; quam quòd torvo oculo intueris, non miror. Furibus & latronibus etiam justitiæ imago invisa est, quæ, ùt ille ait, *forma atque filo virginali* (visitur) *adspectu vehementi & formidabili, luminibus oculorum acribus, neque humilis, neque atrocis, sed reverendæ cujusdam tristitiæ dignitate;* non sine trutina. *Hanc delicatiores quidam disciplinarum philosophi*, ait Gellius, *sævitiæ imaginem, non justitiæ dixerunt*, illi videlicet, quibus ob malefacta, justitia non admodum erat grata. Arbitror, eundem tibi esse sensum Michaëlis Archangeli libra sua merita hinc discedentium librantis & ponderantis; & quia ab hac libra *coronam justitiæ* exspectare nequis, in risum resolveris.

Daniel. 5. Apocal. 20.

Chrysipp. apud Gell. lib. 14. cap. 4.

H Fortè etiam cum Luthero, Melancthone, Calvino & Beza, Deum auctorem peccati existimans, non satis capis, quomodo hac effigie opera singulorum ad trutinam revocentur & expendantur; laudabilia quidem ut præmio, improba, ut supplicio afficiantur; cùm utraque ab uno eodémque Deo proficiscantur; quæ vox tam impia est, ut Plato ne ad aures quidem admittendam censuerit

Plato apud Theod. ser. 5. ad Græc.

A fuerit. *Modis*, inquit, *omnibus pugnandum est, ne Deus, qui bonus est, dicatur esse malorum causa: néve qui justis legibus victurus est, verba hæc dicat in civitate sua, néve quis loquentem exaudiat, seu junior sit ille, seu senior, qui vel metro, vel soluta oratione talia mentiatur, fabuloséque confingat.*

B Quid Plato dixisset, si Philippi notationes in epistolam ad Romanos; aut Institutionem Calvini; aut assertionem articulorum Lutheri, aut tot Bezæ opera legisset, in quibus hoc non tantùm asseritur, sed & tanquam divinum dogma venditatur; quod tamen Deum penitus tollit, quantum est in [Tertull. in Scorpiaco.] ipso; nam ùt eleganter ait Tertullianus, *Deum sufficit dici, ut necesse sit, bonum credi: Malum enim Deum* (qualis necessariò est, si sit scelerum auctor) *quis præsumpserit? Constare in utroque non poterit, aut Deum negare debebit, quem malum existimârit, aut bonum dicere, quem Deum pronunciârit.*

C *Quod attinet*, inquis, *ad Angelos, qui Deo referant, quæ in terris agantur, id videtur sumptum ex Plauti Rudente, ubi Arcturus ita loquitur.* Et mox bonam partem eorum, quæ Arcturus προλογίζει *rudens hoc animal* exscribit. At quoties jam dixi, Misene, non valere hanc consecutionem; *Ethnici ita senserunt: ergo repudiari debet:* vel, *ergo Christiani, qui ita sentiunt, ab Ethnicis hoc acceperunt:* quia si quid opinionis seu persuasionis habuerunt, quod cum pietate Christiana consonaret, id nimirum, vel ex ipso naturæ fonte æquè ac nos hauserunt; siquidem ejusmodi sit, cujus cognitio solo naturæ lumine acquiri possit; aut ex sacris libris, vel ex consuetudine cum illis, quibus Cœlestia mysteria patefacta erant, didicerunt; etsi non rarò suos deinceps errores admiscuerunt; idque quod Angelis, aut aliis cœlitibus tribuendum erat, Dæmonibus assignârunt. D Priores enim sapientes nostri; quàm Gentilium eruditi: *Omnes substantias*, inquit [Tertull. in Apolog.] Tertullianus, *omnes materias, origines, ordines, venas veterant cujusque styli vestri, gentes etiam plerasque, & urbes insignes, historiarum causas & memoriarum, ipsas denique effigies litterarum, indices custodésque rerum, & (puto adhuc minus dicimus) ipsos, inquam, Deos vestros, ipsa templa & oracula, & sacra, unius interim Prophetæ scrinium seculis vincit, &c. Si quem audistis interim Moysen, Argivo Inacho par est ætate quadringentis penè annis, &c. Cæteri Prophetæ, etsi Moysi postumant, extremissimi tamen eorum non retrosiores deprehenduntur primoribus vestris sapientibus, & legiferis, & historicis.* Ab his ergo posteriores isti quædam sumpserunt, & ad sua detorserunt. *Omnia adversùs veritatem de ipsa veritate constructa sunt*, inquit Tertullianus, *operantibus æmulationem istam spiritibus erroris. Ab iis adulteria hujusmodi salutaris disciplinæ suborta, ab his etiam quædam fabulæ immissa, quæ dissimilitudine fidem infirmarent veritatis, vel eam sibi potiùs evincerent, ut quis ideo non putet Christianis credendum, quia nec Poëtis, nec Philosophis, vel ideo magis Poëtis & Philosophis putet esse credendum, quia non Christianis.*

E Omitto cætera, quæ in duabus prioribus Apologiis fusiùs persecutus sum, tum ex Tertulliano, tum ex aliis scriptoribus Christianis. Itaque quod Arcturus Plautinus ait: *Qui est Imperator Divûm atque hominum Jupiter, Is nos per gentes alium in alia disparat, Hominum, qui facta, mores, pietatem & fidem noscamus, &c. Eorum referimus nomina exscripta ad Jovem, &c.* id desumptum est ex custodia Angelis in homines, résque mortalium demandata, crebris sacratum litterarum testimoniis firmata; inter quæ vel maximè eminet illustre illud beneficentiæ exemplum in utrumque Tobiam, ab Angelo Raphaële collatum, cujus & hæc est ad Tobiam oratio. *Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos. ego obtuli orationem tuam Domino.* [Tob. 12.] At quod veritas verè tribuit Angelis, id falsitas retulit ad *stellas*, ad *Heroas*, uno verbo, ad Dæmones; & ad *Jovem*, falsum Deum.

F Quare & illa Hesiodi de nostris sunt; non nostra ex Hesiodeis, quando ait: [Hesiod. in Erg.] *multa millia immortalium terras obire, custodes mortalium, & observatores eorum, quæ justè aut pravè geruntur.* Quod de Angelis, Dei ministris, rectè creditur & asseritur, id Poëta ad falsos Deos retulit, & fabularum involucris involvit; Et tamen tam stolidi sunt sectarii, ut sibi ob hæc & id genus alia veritatis possessionem arrogent, ea tantùm de causa, quòd in his & similibus longiùs ab Ethnicis distent, quàm nos: quasi quivis longiùs ab Ethnicis recessus, sit propior ad veritatem accessus. Qua stultitia se suósque olim etiam titillabat Faustus Manichæus, cui pul- G cherrimè occurrens sanctus Augustinus: [S. Aug. lib. 20. contra Faustum cap. 10.] *Si propterea*, inquit, *vos putatis tenere veritatem, quia & errori paganorum longè dissimiles estis, nos autem propterea esse in errore, quia longiùs à vobis, quàm à Paganis fortè distamus; dicatur & mortuus ideo sanus, quia jam nec ægrotus est, & ideo reprehendatur, qui sanus est, quia vicinior est ægroto, quàm mortuus. Aut si plerique pagani non velut ægri, sed velut mortui deputandi sunt, laudetur in sepulchro cinis informis, quia jam nec formam cadaveris tenet; & membra viva culpentur, quia cadaveri sunt similiora, quàm cineri. Sic & nos ideo culpandos putant, quia nos similiores esse dicunt funeri paganorum,* H *quàm favillæ Manichæorum* (Calvinianorum) Angelos enim à Deo in usum & ministerium mortalium mitti credimus; terras circumeuntes, nostráque vota & merita Deo offerentes; cujus adsimile quidpiam Pagani olim sibi persuaserant; Hæretici autem cachinnis exsibilant.

Quan-

A post multa in eandem sententiam. *Hanc igitur & nos per majores nostros traditam nobis sequentes Apostolicam regulam, si quid recti etiam in perversis invenerimus, eorum perversitate correcta, illud, quod rectum est, minimè violamus, ut in uno homine ex iis, quæ vera tenet, etiam falsa emendentur; non ex falsis convictis etiam vera destruantur.*

B Planè igitur frivolum ac ineptum est, cùm toties occinis: *Judæi hoc vel illud fecerunt; crediderunt; inque cultu religionis usurpârunt: ergo à Christianis fugiendum est; quia Judaicum est.* Hac ratione nec unum Deum, nec resurrectionem corporum credere debes, ne quid commune cum Judæis habeas; qui utrumque constanter crediderunt. Et tamen *quòd* (Judæus) *unum Deum colendum credit, qui fecit cælum & terram, quòd omnia idola & sacrilegia gentium detestatur, quòd futurum exspectat judicium, quòd vitam sperat æternam, quòd de carnis resurrectione non dubitat, laudamus, approbamus, agnoscimus, sicut credebat, credenda, sicut tenebat, tenenda firmamus*, ùt præclarè ait S. Augustinus.

S. Aug. lib. de unico Baptis. con. Petil. cap. 3.

C Sic nugas blatis, quoties dicis: *Ethnici hoc vel illud fecerunt: ergo ea solùm de causa rejici debet.* Quid enim? An non Ethnici sacrificârunt? An ideo Deo sacrificare nefas erit? *Sciant insipientes*, inquit sanctus Augustinus, *tardi ad intelligendum, & præcipites ad reprehendendum, quòd Dæmon sibi sacrificium non exigeret, nisi vero Deo deberi sciret. Falsus enim Deus sic se vult honorari ab eis, quos decipit, quomodo verus Deus honoratur ab eis, quibus consulit.* Nec Apostolus veniens Athenas *ignotúmque Deum*, hoc est, verum Deum, Atheniensibus tunc non agnitum coli videns, exclamavit: Ne colamus posthac Deum verum, quia colitur etiam ab Atheniensibus, sed *verum, quòd invenit in lapide paganorum, non destruxit;* quin potiùs *hinc etiam reperit oportunissimum suæ disputationis exordium; dicens: quem vos ignorantes colitis, hunc ego annuncio vobis.*

S.Aug.lib.1. con. adver. leg. cap. 18.

Actor. 17.

D Nec Tertullianus ideo Deum, & unitatem Dei negari voluit, quòd Ethnici Deum, unúmque Deum sermone crebro frequentarent: imò plurium Deorum cultores ex hoc ipso communi sensu modóque loquendi egregiè coarguit, argumento ex ipsius animæ testimoniis ducto. *Non placemus* (nos Christiani) inquit Tertullianus, *Dominum prædicantes hoc nomine unico unicum, à quo omnia, & sub quo universa. Dic testimonium* (animam idololatræ compellat) *si ita scis. Nam te quoque palàm, & tota libertate, qua non licet nobis, domi ac foris audimus ita pronunciare. Quòd Deus dederit, &, si Deus voluerit, ea voce & aliquem esse significas, & omnem illi confiteris potestatem, ad cujus spectas voluntatem: simul & cæteros negas Deos esse, dum suis vocabulis nuncupas, Saturnum, Jovem, Martem, Minervam; nam solum Deum confirmas, quem tantùm Deum nominas, ùt & cùm illos interdum Deos appellas, de alieno & quasi pro mutuo usa videaris. De natura quoque Dei, quem prædicamus, nec te latet: Deus bonus est, Deus benefacit, tua vox est.* Prætereo alia, quæ toto illo libello Tertullianus elegantissimè adversùs idololatras ex consuetudine Idololatrarum, pro veritate disputat; tantum abest, ut cum Miseno clamârit: *Hoc usurpant Ethnici, vitandum igitur. Unum Deum, eúmque bonum prædicant; caveamus ergo, ne simile quid aut loquamur, aut sentiamus.*

Tertull. lib. de testim. animæ.

E

F *Vultis & ex animæ ipsius testimonio comprobemus* (Deum unum & verum) inquit Tertullianus. *Quæ licèt carcere corporis pressa, licèt institutionibus pravis circumscripta, licèt libidinibus & concupiscentiis evigorata, licèt falsis Diis exancillata, cùm tamen resipiscit, ùt ex crapula, ùt ex somno, ùt ex aliqua valetudine, & sanitatem suam patitur, Deum nominat, hoc solo, quia propriè verus hic unus Deus, bonus & magnus. Et quòd Deus dederit; omnium vox est, Judicem quoque contestatur illum, Deus videt, & Deo commendo, & Deus mihi reddet. O testimonium animæ naturaliter Christianæ! Denique pronuncians hæc, non ad Capitolium, sed ad cælum respicit. Novit enim sedem Dei vivi, ab illo, & inde descendit.* Quæ Tertullianus nunquam scripsisset; si Misenus fuisset. Quid enim? An non exclamâsset? *Ethnici ita loquuntur, ita sapiunt, ita sentiunt. Abstineamus igitur, ne Ethnicorum placitis succinere videamur.*

Tertull. in Apol. c. 17.

G S. Augustinum quoties pro tua secta adducis, toties in memoriam redit mihi illud, quod ab eodem S. Augustino non sine prophetica præsensione scriptum est. *Arbitror sanè nonnullos tardiores in quibusdam locis librorum meorum opinaturos me sensisse, quod non sensi, aut non sensisse, quod sensi. Quorum errorem mihi tribui non debere, quis nesciat, si velut me sequentes, nec apprehendentes, deviaverint in aliquam falsitatem, dum cogor per quadam densa & opaca viam carpere; quandoquidem nec ipsis Sanctis divinorum librorum auctoritatibus ullo modo quisquam rectè tribuerit tam multos & varios errores hæreticorum, cùm omnes ex eisdem scripturis falsas atque fallaces opiniones suas conentur defendere. Admonet me planè, ac mihi jubet suavissimo imperio lex Christi, hoc est, Charitas, ut, cùm aliquid falsi in libris meis me sensisse homines putant, quod ego non sensi, atque id ipsum falsum, alteri displicet, alteri placet, malim me reprehendi à reprehensore falsitatis, quàm ab ejus laudatore laudari. Ab illo enim, quamvis ego non rectè, qui hoc non senserim, error tamen ipse rectè vituperatur. Ab hoc autem, nec ego rectè laudor, à quo existimor id sensisse, quod vituperat veritas, nec ipsa sententia, quam vituperat veritas.*

S. Aug. lib. 1. de Trinit. cap. 3.

H Ergo cùm laudas sanctum Augustinum, quasi dixerit, *nulla esse hominum apud Deum merita*, planè facis, quod ipse futurum præ-

A *Quamquam permultas differentias* subdit sanctus Augustinus, *aliter atque aliter quæque res ad discernendum dividi solent, ut, quod in hac erat parte, per alias differentias in alia parte inveniatur, ubi antea non erat. Velut, verbi gratia, si quis omnem carnem dividat in volatilia, & ea, quæ volare non possunt, per hanc differentiam quadrupedia hominibus sunt similiora, quàm avibus, pariter enim volare non possunt. Rursus si quis per aliam differentiam dividat, ut dicat, alia esse rationalia, alia irrationalia, jam quadrupedes avibus sunt similiores, quàm hominibus, pariter enim sunt rationis expertes.* Ostendit deinceps S. Augustinus exemplis, fieri posse, ut spectata una dividendi ratione orthodoxi sint similiores paganis, & quidem rectè ac sanctè. Hæretici autem sint dissimiliores; sed perperam ac malè: spectata B autem alia dividendi ratione, hæretici sint paganis similiores; & quidem malè ac sceleratè. Orthodoxi autem sint dissimiliores, & quidem rectè ac sanctè. Nam si quis dicat, hominum quidam unum principium statuunt; quidam duo, *addentes principium tenebrarum*, in hac differentia Orthodoxi similiores erunt paganis, quàm Manichæi hæretici; quia *plerique pagani nobiscum sentiunt*, inquit S. Augustinus, unum duntaxat principium, & nequaquam geminum agnoscentes. An ideo Manichæi rectè sentiebant; quia in hoc cum paganis non sentiebant? An propterea S. Augustinus & alii Catholici perperam ducebant, quia idem in hoc, quod pagani docebant?

C *Porro si alius ita dividat omnes homines, ut alios esse dicat, qui credunt Deum humana curare; alios, qui hoc omnino non credunt, in hac parte & pagani nobiscum sentiunt, & Judæi, & vos, & omnes hæretici, qui quoquo modo Christiani appellantur; in illa verò Epicurei reperiuntur, & si qui alii sunt, qui ita senserunt.* An à nobis defectionem molimini, transitione ad Epicureos facta; ne eadem cum plerisque paganis opinio mentibus vestris insidere videatur? *An audebitis*, inquit S. Augustinus, *in hac differentia discedere à nobis, qui Deum prædicamus humana curare, & esse cum Epicureis, qui hoc negant?*

D Pari modo, si quis hujusmodi divisionem instituat: ut dicat, alios esse, qui constanter negent, Deum esse auctorem peccati; alios, qui id impudenter affirment, nos cum paganis deputabimur; vos ab illis sejungemini. An eam ob causam rectiùs, & sanctiùs sentitis, quia nec nobiscum, nec cum Ethnicis sentitis? quorum ista est, ùt & nostra, præclara, & ex ipsis naturæ fontibus hausta vox. *Culpa est eligentis. Deus culpæ immunis; Deus enim malorum causa non est?* Item ista. *Hac una lex usquique demum formula sanciatur, in iis, quæ dici ab loquentibus, quæque fieri ab agentibus oportebit; ne videlicet sit rerum omnium Deus causa, sed bono-*

Plato apud Theodor. serm. 6. ad Græcos. Idem apud Theodor. serm. 5.

rum duntaxat. Non igitur aliquid eo solùm nomine repudiari debet; quia ab Ethnicis, E vel hoc ipsum, vel adsimile quiddam ejus comprobatum & usurpatum est: videndum potiùs, quid sit illud, num scripturis, num rationi, num traditioni Ecclesiasticæ decretísque Patrum consentaneum; *nam per alias & alias differentias*, inquit S. Augustinus, *nunc hic, nunc illic reperiuntur, aliunde juncti, aliunde disjuncti, vicissim omnes nobiscum, & nos cum omnibus, & rursus nulli eorum nobiscum, nec nos cum aliquibus eorum, Quod si Faustus* (Misenus) *cogitaret, non tam disertè deliraret.*

CAPUT XIII.

Refutatio eorum, quæ Misenus in reliquam partem libri primi Apologiæ effutivit.

MUltus est Misenus noster in apparanda & ornanda Calviniana cœna; ad F quam tamen sese præparare renuit confessione & jejunio. Causas reddit duas, prima est. *Quia David commisso adulterio & homicidio nulli Sacerdoti peccata sua patefecit: ergo nec Miseno lex confitendi præscripta est, licèt adulter & homicida foret: quantò minùs nunc, quando tantummodo est Calvinianus.* Secunda, *Petrus post negatum Christum nulli sacrificulo negationis illud piaculum confessus est; sed tantùm flevit amarè: Ergo & Miseno hujusmodi fletus satis erit; præsertim cùm Christum non neget, licèt totam ejus Ecclesiam, & hereditatem à patre acceptam & plurima mysteria à Christo instituta pertinacissimè neget ac irrideat:* Nec satis magnas deberet Calvino gratias, si onere confessionis obeundæ ab ipso non esset levatus. Calvino, inquam, qui, ùt de Epicuro canit Lucretius, suam *per artem* G *fluctibus è tantis vitam tantisque tenebris, in tam clara luce locavit. Confer enim divina aliorum antiqua reperta, namque Ceres fertur fruges, Libérque liquoris Vitigeni laticem mortalibus instituisse, cùm tamen his posset sine rebus vita manere.* Quia Miseno satis fuisset *aqua* aut *cerevisia*, aut *hydromeli. At bene non poterat sine puro pectore vivi*, (& sine sarcina confitendi) *Quo magis hic* (Calvinus) *meritò nobis Deus esse videtur. Ex quo nunc etiam per magnas didita gentes dulcia permulcent animos solatia vitæ.* Has odas nisi crederem crebriùs tuo Genevensi Epicuro à te accini, ob beneficia, quæ ipso horreo tibi admensus est; injuriam, opinor, à me tibi irrogari crederes, quasi existimarem, te parùm gratum Calvinistam esse.

Cur jejunia & quadragesimam repudiet; H ratio *à posteriore*, ùt Philosophi loquuntur, hæc est: *Quia lex de Quadragesima est lex humana: ergo non debet observari:* Probatur consequentia. *Quia lex humana non debet observari; nam inter cæteros baptismi effectus in Schola Calvini, hic minimè pœnitendus est,*

quòd

A *quòd nexibus legum animos exsolvit, & in liberrimam libertatem asserit.* Sciscitari tamen lubet, an non sit lex humana, *quando Magistratus* etiam Calvino addictus, *aliquot septimanis ante pascha prohibet, ne carnes vendantur*, ùt tu ipse scribis. Observatúsne? Et tamen est lex bumana; si ergo hæc esurialis lex sine scelere observatur, & quidem necessariò, nisi quis offensam magistratus & pœnam incurrere velit; causæ nihil est, cur legem de Quadragesima ideo præcisè adsperneris, quia est lex humana; sit bumana, quando ita vis; at est bumana Apostolica; cui, mirum, si non malis obedire, quàm decreto Aërii antiqui Novatoris, apud S. Epipbanium clamantis. *Sed neque jejunium erit certum & præfinitum: hæc enim Judaica sunt, & sub jugo servitutis; justo enim* (Aëriano videlicet, aut Calviniano) *lex non est posita, sed parricidis ac matricidis & reliquis. Si verò omnino volo jejunare, qualemcunque eligam diem à meipso, & jejunabo propter libertatem.* S. Epiph. hær. 75.

B Hæc frater tuus Aërius: cujus sententiam tu acutissimè duobus argumentis confirmas. Alterum est; *omne, quod apponitur vobis, comedite: ergo etiam carnes in Quadragesima.* Luc. 10. Antecedens est Christi; consequentia Miseni. Et quamvis Christus non utatur signo illo universali, *Omne*, sed ita duntaxat edicat. *Manducate, quæ apponuntur vobis*, Miseno tamen ex Calviniana pleropboria potestas æqua fuit, verba Cbristi commutandi. Et quamvis dixisset Dominus, *omne*; an putas fecisse copiam vescendi illis, quorum esus in lege expresse vetabatur? An etiam illis, quorum esus certo duntaxat tem-C pore interdicebatur, ùt esus panis fermentati tempore *Azymorum*? An tu censes ullum ex discipulis Christi manducaturum fuisse panem fermentatum diebus *Azymorum*, aut carnes *vitulinas* pro *agninis* illo vesperi, quo *pascha* immolari oportebat; fretum illo Domini sui mandato: *In eadem autem domo manete, edentes & bibentes, quæ apud illos sunt*; &, *manducate, quæ apponuntur vobis.* An ignoras illud Salvatoris? *Non veni solvere legem, sed adimplere.* Moriendo *adimplevit:* observando usque ad mortem, & observandam esse usque ad mortem docendo, *non solvit.*

D Voluit ergo, ut manducarent omnia, quæ, salva lege Dei & religione, manducare licebat, non simpliciter omnia, absque delectu, & quocunque tempore; neque verò jam vult, ut omnia quocunque tempora manducemus; sed omnia, salvis legibus divinis, Apostolicis, & Ecclesiasticis; Quare nihil ex illo Christi dicto pro tua ingluvie adversùs Quadragesimam extundes. Cùm autem S. Pauli doctrinam perpetuò in ore circumferatis, mirari subit, cur non perpendatis illud ejusdem Apostoli. Rom. 14. *Si propter cibum frater tuus contristatur; jam non secundùm charitatem ambulas, &c.* En E totus Catbolicus orbis contristatur propter edacitatem & contumaciam vestram, qua carnes in Quadragesima appetitis & voratis; nec tamen banc universi orbis tristitiam vel unius assis æstimatis. Quomodo igitur *secundùm charitatem ambulatis? Noli propter escam destruere opus Dei*, hoc est, *Quadragesimam*, quæ verè opus Dei; quia opus est Christi & Apostolorum. Sed hoc monitum vobis curæ non est. *Omnia quidem sunt munda; sed malum est homini, qui per offendiculum manducat.* Quis autem inficias ierit, vos per summum offendiculum in Quadragesima, aliísque interdictis diebus carnes manducare?

F Cur non auditis illud Apostoli, saltem 1. Cor. 8. propter nos? *Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.* Cur illud ejusdem parvipenditis? *Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.* Hæc & plura talia evidenter profectò indicant vobis Paulum esse in ore; longè remotum à pectore & opere. Non me fugit, responsurum Misenum falsò & mendaciter, quod Redemptor noster rectè & veraciter respondit discipulis, cùm Pharisæos ob dicta quædam ejus *scandalizatos* esse dicerent: *Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum.* Matth. 15. Nimirum ùt alibi, ita & hic scripturam adversùs scripturam, & Christum contra Christum producet. Quanquam, fateor, oculis nostris minimè tantum acici suppetere, ut videre possimus banc vestram G libertatem cum Evangelio consonare. *Quatenus libertate utendum sit*, inquit Melanchthon, *docet Paulus cùm aliàs, tum in Corinthiis, ut præstemus, ne cum scandalo fratris utamur libertate nostra. Et in Galatis. Ne demus libertatem in occasionem carnis. At nunc quidam* (Calviniani scilicet & Lutherani) *nulla re alia Christiani videri volunt, quàm contemptu cæremoniarum, omnis civilitatis, quæ tamen creaturæ Dei bonæ sunt. Neque aliè Evangelio* (Luthérano, Calviniano) *tantum conciliant odii, quantum hi,* (ipsimet videlicet Lutherani & Calviniani) *qui pro sua libidine hac libertate abutuntur, ut planè videri possint hi esse, qui in castra Israëlitica cacant* (Nota Misene, qualis tu cum tuis sis, & Philippus cum suis) contra quàm lex divina constituit Deut. 23. Philipp. in locis anno 1523.

H Idem Philippus & te & sa, & tuos & suos sub finem *communium locorum* adhuc propemodum expressiùs depingit. *Nunc videmus, quantum invidiæ concilient Evangelio,* (Lutherano) *qui libertate abutuntur, ad quos Evangelium* (verum & Evangelicum) *prorsus nihil pertinet. Sues enim sunt* (en pulchrum elogium) *quibus non sunt objiciendæ margaritæ. Impiè homines, qui cibo fratrem perdunt, pro quo Christus mortuus est. Itaque*

qua

A *quæ pacis sunt, sectemur, & quæ ædificationis sunt, invicem custodiamus. At quid ædificent, qui Evangelica libertate ad suam tantùm libidinem abutuntur?* Hæc Philippus.

B Alterum argumentum, quo Misenus Quadragesimam oppugnat, est hoc. *Regnum Dei non est cibus & potus, sed justitia, gaudium & pax in spiritu sancto: ergo Quadragesima non est observanda.* Antecedens est Apostoli ad Rom. 14. consecutio est Miseni; & quia Miseni est, ideo vana & frivola est. Si enim regnum Dei *non est esca & potus*, ùt affirmat Apostolus; potiùs inde colligere debebas, *regnum Dei*, hoc est, libertatem Evangelicam, qua tam insolenter gloriamini & abutimini, non consistere in hoc, ut arbitratu vestro, seposita omni legum reverentia, carnibus ingurgitemini; cùm ipse S. Paulus perspicuè doceat, Evangelii gratiam (hanc enim etiam nomine *regni Dei* designavit) non in hoc positam esse, ut quis absque delectu & respectu cibo potúque utatur, sed potiùs *in justitia, pace, & gaudio in Spiritu sancto*, quorum longè citiùs particeps erit ille, qui *Quadragesimam* cum Orthodoxis religiosè observat, quàm qui eandem cum Litho aliísque hæreticis in Bacchanalia vertit: qui hoc quoque spiculum in *Quadragesimam* vibrat. *Leges de jejuniis, quas Montanus in Ecclesiam introduxit, tanquam hæretica, Eusebio teste, condemnatæ fuerunt: ergo & Quadragesima & cetera jejunia explodi debent.*

C Consecutio proba foret, si Misenus probaret Quadragesimam à Montano in Ecclesiam fuisse introductam. Nunc cùm originem suam trahat ab Apostolis, ùt gravissimi quique & vetustissimi scriptores affirmant, nimis profectò impudentiæ indulget, qui aut Christi aut Apostolorum institutionem alio loco non habet, quàm institutionem Montani Hæresiarchæ. Nam quòd nobis persuadere vult Misenus, Quadragesimam esse *institutam à Telesphoro Papa*, operam perdit. Quadragesimæ enim meminit S. Ignatius, Telesphoro antiquior, & ad ejus diligentem observationem Philippenses sedulò cohortatur. quod & alii Patres passim faciunt, quos magno numero adducit Bellarminus, & Baronius, qui ipsa etiam quatuor temporum jejunia ex Apostolica traditione manâsse docent.

Vide Bellarm. lib. 2. de bonis operibus cap. 14.

S. Ignat. epist. ad Philipp. Baron. Tom. 1. Anno Christi 57.

D Et quamvis Quadragesima à Telesphoro; & quatuor temporum jejunia à Callisto instituta fuissent; inverecunda tamen Miseni frons excusari non posset. Quæ enim ista est amentia, sanctissimorum & vetustissimorum Pontificum & Martyrum sanctiones pluris non æstimare, quàm quisquilias & paroomias Montani? Sed venter, præsertim hæreticus, caret auribus. Nullas audit de jejunio & Quadragesima conciones & homilias; quarum in Patrum voluminibus tam multæ extant, ut si in unum omnes colligerentur, integrum & quidem magnæ magnitudinis, volumen inde confici posset. E

Sed abeamus ab hoc tam tristi argumento, conferamus nos cum Miseno ad *cœnam Calvinianam*; in qua præter panem & vinum nihil aliud esse, operosè demonstrat: cùm id ego ultrò concedam: constanter enim credo, Christi corpus & sanguinem à cœna vestra tantum abesse, quantum vos abesse contenditis. Ne labora, ut hujus tui dicti fidem mihi facias. Jam credo, pridémque credidi. Scribit S. Augustinus, quosdam insipientes existimâsse ab Orthodoxis *Cererem & Liberum coli propter panem & calicem.* Quantò rectiùs hanc persuasionem de vobis concepissent; si vos etiam dejerantes audissent, nihil in vestra cœna præter *panem & vinum* apponi; quod Catholici nunquam affirmârunt; quamvis enim *panis & vini* nominibus ad hoc mysterium significandum, aliquando uterentur; longè tamen alia notione, quàm vos, iis utebantur; omnes namque divinis dogmatis in Ecclesia Christi instituti, nôrunt illud, quod ex communi omnium sensu S. Ambrosius scripsit: *panis iste, panis est ante verba sacramentorum: ubi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi.* F

S. August. lib. 20. contra Faustum cap. 13.

S. Ambros. lib. 4. de Sacram. cap. 4.

S. August. loco cit.

Quod & ipse S. Augustinus his verbis indicat. *Noster panis & calix &c. certa consecratione mysticus fit nobis, non nascitur. Proinde quod non ita fit, quamvis sit panis & calix, alimentum est refectionis, non sacramentum religionis.* At verò panis & calix vester nulla consecratione fit mysticus; sed nascitur; ille quidem in domo pistoris; hic in vite aut caupona; quare alimentum est refectionis, non sacramentum religionis. Qua enim, oro, consecratione fit panis ille vester & calix mysticus? Nullam invenio in *Calvinismo Heidelbergensi*, in quo, hæc reperi. *Ad ritum ipsum, quod attinet, observant id, quod à filio Dei factitatum legimus*, (scilicet) *non massulis utuntur rotundis, sed pane communi* (qualis nimirum in omnibus pistrinis & tabernis) *quem frangunt Ministri* (en consecrationem) *& distribuunt accedentibus non sine singulari animi devotione.* (Quis enim tam ferreus sit, in quo devotionis sensus non excitetur, quando panem & vinum distribuit) *Hi manibus* (mirum, ni pedibus) *acceptum, ore* (mirum, ni aure) *comedunt. Similiter poculum porrigunt omnibus, ut inde bibant.* (Quod sine dubio alacriter præstant.) *In administratione dum symbola porriguntur; Apostoli Pauli verba usurpant: panis, quem frangimus, communio est, &c. Ad communionem accinuntur hymni aut psalmi* (in Bacchum & Cererem, in vinum & panem, fortè ex Homero aut Orpheo, nam isti duo vates aptissimos huic cœnæ hymnos in hæc duo Numina condiderunt.) *Tandem totam actionem claudit gratiarum actio.* Adjicit verba novissima Chorineus: *Ite domum saturi.* Hic ritus, hæc tota con- G

fol. 11.

H

A consecratio hujus *cœnæ*, ad quam Misenus minore orexi non adit & abit, quam Melissus olim ad Miseni carmina, licèt malè dolata. *Esuriens, veluti leo, devoravi & litteras & carmina;* ait Melissus, *Ventriculo satias tamen hinc replendo non ulla compescit famem. Pòst iterum atque iterum benè ruminatis & litteris & versibus, tanta siti mihi guttur inæstuando accendit, ut nec Tantali tanta sit Eridanum sitientis amnem: Nec Hippocrene, quamlibet uber aquis, potis ipsa levare flammam.*

Meliss. lib. 4. Melicorum.

B Ita me de Simone Litho sentire, cogit incredibilis ille devotionis ardor, quo erga *panem* & *vinum* perpetuò inardescit. Nil colit ardentiùs. Quare à pietate sua alienum nihil faciet; si bene in hac *cœna* acceptus; hospiti suo, qui *panem* & *vinum* præbuit, has sibi olim à Melisso oblatas preces offerat: *transmitte quæso crebriùs, Ambrosiaq; tuæ*, caupo, *nectarisque succos salutares, quibus (omnis absesto mihi mora) degulatis satuller atque recreer;* Saturnóque totus saturio consecrer. Non enim morabitur vetus illud Manichæorum convicium, quando calumniabantur veteris testamenti Patres *Saturno* fuisse dicatos propter diem Sabbati: gloriæ sibi ducet, si procul à fame & siti, Saturnum semper propitium habeat, cui propitiando Calviniana cœna nequaquam disconducit. Quapropter in quadam oratione sua diem *Saturni* in locum Sabbati substituit. Et periculum est, ne cæteri quoque dies in periculum amittendæ suæ appellationis conjiciantur, noménque à *Saturno Misenico* accipere cogantur; ut sicut apud Hebræos singuli hebdomados dies vocantur Sabbatum; (hinc prima Sabbati; secunda, tertia Sabbati)-ita apud Misenum singuli nominentur *Saturni*.

S. August. lib. 20. contra Faust.

C (margin letter beside "propter in quadam oratione sua diem Saturni")

D Sed ne nimis longè à cœna abeamus, scire velim, Misene, an nunquam in Optato Milevitano legeris sequentia de Donatistis. *Ut omnia sacrosancta suprà memorati Episcopi vestri violarent, jusserunt Eucharistiam canibus fundi, non sine signo divini judicii: nam iidem canes accensi rabie, ipsos Dominos suos, quasi latrones, sancti corporis reos, dente vindice, tanquam ignotos & inimicos, laniaverunt.* Acciditne unquam quidquam tale cum vestræ cœnæ pane, quem canibus sive casu, sive de industria sæpius objectum esse, & quotidie objici non dubito; cùm Æditvus, quod de pane illo reliquum est, secum asportet domum, nec tam inhumanus sit, quin catellum, aut catum suum bolo aliquo inde dignetur. Quo, tantum abest, ut in rabiem vertantur, heróve suo mali quidpiam importent, ut nunquam magis adulentur, quàm cùm de cœna illa partes non modicas accipiunt, quas æquè ac vos *ore suo* comedunt: Et quia Optati mentio facta; admodum nôsse opto, ubinam in vestris fanis ampulla chrismatis adservetur; loco enim jam nominato commemorat etiam, quid Donatistæ in hanc ampullam designârint. Accipe verba Optati. E
Ampullam quoque chrismatis, per fenestram, ut frangerent, jactaverunt. Et cùm casum adjuvaret abjectio, non defuit manus Angelica, quæ ampullam spiritali subvectione deduceret, projecta casum sentire non potuit, & Deo muniente inter saxa illæsa consedit. Profectò vel ex hac una nota dilucidè apparet, Ecclesiam, quam Donatistæ persequebantur, non fuisse Calvinisticam. Ne Argus quidem chrismatis ampullam in omnibus Calvinianorum delubris inveniat: ùt nec asservatam Eucharistiam, quanquam quid opus illam asservare in Calvinianis templis, cùm asservetur in omnibus pistrinis & penariis?

Optatus lib. 2. adversùs Parmen.

Distributio cœnæ vestræ & administratio F
ex *Haidelbergensi Calvinismo* repetita, revocat mihi in memoriam illud, quod à S. Joanne Chrysostomo scriptum est; cùm dignitatem Sacerdotis Christiani tanta mysteria tractantis & peragentis exaggerans, ita loquitur. *Cùm autem ille* (Sacerdos) *& Spiritum sanctum invocaverit, sacrificiúmque illud horrore ac reverentia plenissimum perfecerit, communi omnium Domino manibus assiduè pertractato, quæro ex te, quoto illum in ordine collocabimus? Quantam autem ab eo integritatem exigemus? Quantam religionem? Considera enim quales manus illas administrantes esse oporteat, qualem linguam, quæ verba illa effundat, quæ denique re non puriorem sanctioremve esse conveniat animam, quæ tantum illum, támque dignum Spiritum receperit?* Puto, te iam hebetem & stolidum non esse, ut non animadvertas hæc à G
S. Chrysostomo de vestra cœna nequaquam pronunciata esse: in qua, quid, quæso, *tremendum;* nisi aliquando *tremula* Prædicantis panem offerentis, aut oblatum accipientis manus? Quid horroris & reverentiæ plenum, quod non itidem sit in pistoris aut cauponis officina? Cur oris puritas, cur manuum dignitas & honestas adeò rara & singularis exigitur, si nihil aliud, quàm panis & vinum in mensa vestra distribuitur? Aut si à Prædicante panem & vinum vobis dividente tantam sanctimoniam exigitis, quantam Chrysostomus à Sacerdote nostro; non video, cur eandem non exigas à pistore panem, aut ab œnopola vinum tibi præbenre, cùm Prædicans tuus nihil tibi præter *buccellam* panis, vinique *haustulum* porrigat, ùt H
tu ipse dicis, útque dicenti & propemodum juranti credamus, omni ope contendis; *neque enim communem omnium Dominum*, ùt loquitur S. Chrysostomus, *manibus pertractat* tuus Prædicans; nec sacrificium conficit aut offert, nisi fortè pistor aut caupo tum quoque sacrificium offerat, quando hospitibus panem & vinum in taberna sua apponit.

S. Chrysost. lib. 6. de Sacerd.

Subjungit postea S. Chrysostomus planè admiranda, quæ si cœnæ vestræ competant, non parùm cœnæ Calvinianæ majestatem admirabor ac suspiciam. Utrum autem compe-

A petant, te judice discam. *Per id tempus & Angeli Sacerdoti assident*, inquit S. Chrysostomus, (vidistíne unquam vobis cœnantibus Angelos assidere? Angelos inquam cœlestes: nam tartareos, opinor, videres, si Dominus cœcos tuos oculos luto seu sputo illineret, téque ad *Natatoriam Siloë* lotum abire juberet) *& cœlestium potestatum universus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus, in illius honorem, qui immolatur, Angelorum choris plenus est*. Quod in cœna vestra contingere non potest, nisi contingat in quavis alia cœna; cùm fateamini vos in templo nihil habere præter panem & vinum, quæ duo quivis domi suæ habet; si æs habet, quo compararet; Et cùm vobismet ipsis testibus Christus non immoletur in cœna Calviniana; quid opus Angelorum, tanquam Regis sui administrorum, præsentia? Nam ubi præsentes sunt, ibi propter Regis sui præsentiam præsentes sunt.

B Pergit S. Chrysostomus. *Id quod credere abundè licet, vel ex tanto illo sacrificio, quod tum peragitur.* At nullum apud vos corporis & sanguinis Christi sacrificium, ùt vos ipsi libenter confitemini; non igitur de vestra cœna id credidisset, aut aliis credendum proposuisset S. Chrysostomus, quod de sacrificio nostro ipse credidit, & ab aliis credi voluit: útque crederetur, etiam testimonia à divinis illustrationibus attulit. *Ego verò*, inquit, *& commemorantem olim quendam audivi, cùm diceret senem quendam, virum admirabilem, ac cui revelationum mysteria multa divinitus fuissent detecta, sibi narrâsse, se tali olim visione dignum habitum à Deo esse, ac per illud quidem tempus derepentè Angelorum multitudinem conspexisse, (quatenus adspectus humanus ferre poterat) fulgentibus vestibus indutorum altare ipsum circumdantium: deinceps sic capite inclinatorum, ùt si*

C *quis milites, præsente Rege, stantes videat, id quod facilè ipse mihi persuadeo*, inquit S. Chrysostomus: Nescio autem, quàm facilè hoc sibi persuasurus sit Misenus; & quidem si de sua cœna id sibi non persuadeat, rectè facit; neque enim Calvinianis Epulis hujusmodi hospites interesse solent, nisi fortè omnibus prandiis, cœnis, merendis, jentaculis, & symposiis intersint, cùm in omnibus istis panis & vinum, Christo in cœlis permanente, apponantur æquè ac in *sacerrima* vestra cœna, cujus unicum ferculum est solus & merus panis: potus, solum vinum & merum, nisi si quando à Ministro, aut æditũo diluitur.

D Adjungit & aliud S. Chrysostomus, quod num de Calviniana cœna verè prædicari possit, Misenus nobis exponet. *Alius quidam mihi narravit*, inquit Chrysostomus, *non ille quidem ab alio edoctus, sed dignus habitus, qui id & vidisset ipse, & audiisset, quòd qui de vita hac emigraturi sunt, si mysteriorum hujusmodi cum pura ac munda conscientia fuerint participes spiritum efflaturi, ab Angelis*

E *illorum corpora satellitum more stipantibus, propter assumptum illud sacrum, hinc rectà in cœlum abducuntur.* Hoc vel simile quid evenire, quando Calvinianus, sumpta sua cœna, animam edit; tum credam, cùm Misenus viderit, séque vidisse certis & perspicuis argumentis docuerit. Porrò cùm panem cœnæ vestræ Minister non in os vestrum inferat; sed in manus tradat, observabitis, opinor, admodum religiosè, id quod jam olim hoc canone in Synodo sexta, seu in appendice ad sextam Synodum decretum est. *Antequam fiat communio, Eucharistiam accepturus, manus in crucis formam figurans, sic accedat, & gratia communionem accipiat.* Observásne hunc, Libe, Canonem? Num panem tuum manibus in crucis speciem conformatis à Ministro tuo accipis? Alteri tamen Canonis parti te morem gerere nullus ambigo. Quæ illa? *Eos,*

F *qui ex auro, vel ex alia materia quadam, loco manus, receptacula quædam efficiunt ad divini muneris susceptionem, minimè admittimus, ut qui inanimatam subjectámque materiam Dei imagini præferant.* Pares absque dubio huic Canoni; quia tanti non est, ut *buccella* nudi panis à Prædicante tibi porrecta aureo vel argenteo receptaculo accipiatur. Sufficiunt manus tuæ, etiam illotæ: neque enim *manibus illotis* panem Calvinianum manducare, *coinquinat hominem*. Nec moraris admonitionem illam S. Maximi. *Omnes viri, qui communicare desiderant, lavent manus suas, ut mente pura & nitida conscientia Christi Sacramenta suscipiant.*

G Fortassis minùs adhuc obtemperas Cyrillo Hierosolymitano, cujus hæc est cohortatio. *Accedens ad communionem, non expansis manuum volis accede, neque cum disjunctis digitis, sed sinistram veluti sedem quandam subjicias dextræ, quæ tantum Regem* (ergo non nudum panem) *suscaptura est, & concava manu suscipe corpus Christi, dicens, Amen. Sanctificatis ergo diligenter oculis tam sancti corporis contactu communica.* Nil opus ô Cyrille, tanto apparatu, ubi à Calviniano Ministro solus panis porrigitur; ne grano quidem sanctior aut melior, quàm qui prostat in pistrino: nam quidquid iste panis *cœnaticus*, ut sic vocem, significat, totum id significat & efficit quivis alius panis in quavis mensa propositus. Quapropter nec, quam subdis, cautione Miseno opus est; *Cave autem, ne quid inde excidat tibi; quod enim amittas, hoc tanquam ex proprio membro amiseris. Nam si quis tibi ramenta aurea daret,*

Cyrillus Catech. 5. mystagog.

H *nónne magna cum diligentia illa teneres, cavens, ne quid ex illis periret, damnúmque sustineres? Et non multò magis & diligentiùs de hoc, quod auro gemmisque pretiosius est, ne mica aliqua ex illo cadat, providebis?* Rectè quidem, Cyrille, hæc documenta Orthodoxis præscribis,

Cyrillus catech. 4. mystag.

A his, qui, ùt ipsemet ais, *sub specie panis, corpus Christi: & sub specie vini sanguinem Christi accipiunt:* at Calvinismo Miseno frustra hæc præcepta dantur; quia solo pane, solóque vino sua in cœna donatur. Non igitur tam inexpiabile piaculum censeri debet, licèt aliquæ micæ à catellis sub mensa Calvinistica colligendæ, è manibus decidant; decet enim, ut cœnæ illius gratia redundet non modò ad Dominos, sed & ad Dominorum comites catulos, qui & ipsi devoti sunt *Cænipetæ*, & æquè ac domini fieri possunt in hac cœna ἀρτοφόροι, *paniferi*; etsi non χριστοφόροι, *Christiferi*, quia nec Domini illorum fiunt χριστοφόροι, cùm solum panem à Prædicante acceptum edant, & in ventrem transmittant, transmissúmque ferant. Nihil ad illos hæc Cyrilli vox χριστοφόροι γινόμεθα, *Christum ferentes reddimur, cum ejus corpus & sanguinem in membra nostra receperimus.*

Faust. apud S. August. lib. 20.

contra Faustum cap. 3.

B Cæterùm, ut Misenus sacrificium corporis & sanguinis Christi agnoscat, nullis rationibus adduci potest. Cum Fausto Manichæo hanc professionem fidei publicè facit. *Ego ab his* (Pontificiis) *in hoc quoque multùm diversus incedo, qui ipsum me, si modò sim dignus, rationabile Dei templum puto vivum vivæ majestatis: simulacrum, Christum filium ejus accipio: aram mentem bonis actibus & disciplinis imbutam: honores quoque divinas ac sacrificia in solis orationibus & ipsis puris ac simplicibus pono.* Eodem prorsus modo Misenus, ut non tam ipse, quàm Faustus ore Misenoi locutus, & calamo ejusdem scripsisse videatur; qui & argumentula addit; si nimis trita, imò & jam millies contrita, nemo vitio vertat: quis graviora non suppetunt.

C Piget referre, needum refellere, vulgares istas nænias. I. *Sacrificium Crucis omnia restituit: ergo nil opus alio.* II. *Sacrificium Christiani Deo acceptissimum sunt preces puro pectore conceptæ: ergo non est aliud.* III. *Missa soli quæstui faciendo excogitata est: ergo non est sacrificium.* Prætereo cæteras quisquilias, jam enim vel ad has pauculas nausco; nec aliud reponsm, quàm verba illa S. Augustini adversùs Faustum, Miseni fratrem: *Verum sacrificium, quod uni vero debetur Deo, quo ejus altare solus Christus implevit, in victimis pecorum imitata Dæmonia sibi*

S. August. contra Faust. loc, cit.

D *arroganter exposcunt. Unde dicit Apostolus: Quæ immolant gentes, Dæmoniis immolant, & non Deo: non quòd offerebatur culpans, sed quia illis offerebatur. Hebræi autem in victimis pecorum, quas offerebant Deo, multis & variis modis, sicut re tanta dignum erat, prophetiam celebrabant futuræ victimæ, quam Christus obtulit. Unde jam Christiani* (attende Simo) *peracti ejus sacrificii memoriam celebrant Sacrosancta oblatione & participatione corporis & sanguinis Christi. Manichæi* (Calviniani) *verò nescientes, quid damnandum sit in sacrificiis gentium, & quid intelligendum in sacrificiis*

E *Hebræorum, & quid tenendum vel observandum in sacrificio Christianorum* (quodnam hoc sacrificium Lithe?) *vanitatem suam sacrum offerunt Diabolo, qui eos decepit, recedentes à fide, intendentes spiritibus seductoribus, & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi mendaciloquorum.*

F Hæc S. Augustinus, qui & alibi sæpius hoc Christianorum sacrificium dilaudat & celebrat. Sed occlamabit Misenus pro sua in S. Augustinum reverentia: se Augustini auctoritatem non morari. Et nos multò minùs moramur Misenum omni auctoritate destitutum; qui nec dignus est, qui lixa sit Beati Augustini; *qui est*, ùt jam olim verissimè scripsit Cassiodorus, *litterarum omnium egregius magister, & cautissimus disputator. Decurrit quippe tanquam fons purissimus, nulla fece pollutus: sed in integritate fidei perseverans, nescit hæreticis locum dare, unde sese possint aliqua colluctatione defendere; totus Catholicus, totus Orthodoxus invenitur, & in Ecclesia Domini suavissimo nitore resplendens, superni luminis claritate radiat. Istius ergo inter cunctos* (sic enim canit S. Prosper) *qui de grege sancto insanas pepulère feras, industria major, majus opus, totum præstantius imbuit orbem.* Cui de sacrificio Christianorum differenti, qui assentiri non malit, quàm alicui Calvino, aut triviali Miseno, is non injuria *fungino genere* cretus censeri potest. Quid ergo S. Augustinus de hoc sacrificio? Talia ac tanta, ut mirandum sit, istos vel hiscere audere, cùm de S. Augustini sententia super hac re quæstio existit.

Cassiod. prolog. in Psalt.

G Dicit enim I. In ara Deo sacrificium celebrari. II. In ara offerri hostias. III. Super altari offerri corpus Domini. IV. Vocat sacrificium corporis & sanguinis Domini, quod fideles nôrunt. V. Sacrificium hoc toto terrarum orbe diffusum esse. VI. Nominat sacrificium sanctum sanctorum, quod corpus ejus (Christi) est. VII. Carnem hujus sacrificii nostri esse corpus Sacerdotis nostri. VIII. Christum semel immolatum in seipso, in sacramento non solùm per omnes Paschæ solennitates, sed omni die populis immolari. IX. In hoc sacrificio ipsum Sacerdotem Christum esse & offerentem & oblationem. X. Ex altari dispensari victimam sanctam, qua deletum est Chirographum, quod erat contrarium nobis. XI. Voveri omnia, quæ offeruntur Deo, maximè sancti altaris oblationem. XII. Pro non baptizatis non offerri sacrificium corporis & sanguinis Christi.

S. August. Serm. XI. de sanctis. Tom. 8. Conc. 1. lib. 2. quæst. Evang. c. 3. Tom. 3. de Trin. c. 14. Epist. 23. ad Bonif. lib. 10. de civit. cap. 20. Lib. 9. Confess. cap. 13. Epist. 59. ad Paulin. Lib. 1. de anima & ejus orig. cap. XI.

H XIII. Esse singulare sacrificium, quod nunc offert Israël secundùm Spiritum, &c. non secundùm ordinem Aaron, sed secundùm ordinem Melchisedech, & nôsse, qui legunt, quid protulerit Melchisedech, quando benedixit Abraham, & qui ejus participes sunt, videre, tale sacrificium nunc offerri Deo toto orbe ter-

A terrarum. XIV. Hoc ſacrificium per ſacerdotium Chriſti ſecundùm ordinem Melchiſedech in omni loco, à ſolis ortu uſque ad occaſum Deo offerri.

Lib. 1. contra adverſ. leg. cap. 20. Lib. 18. de civit. c. 35.

B XV. In memoriis Martyrum orthodoxos ſacrificare. XVI. Et quidem frequentiſſimè. XVII. Non tamen Martyribus, ſed Deo in memoriam Martyrum. XVIII. Et ſacrificare illo duntaxat ritu, quo (Deus) ſibi ſacrificari, novi teſtamenti manifeſtatione præcepit. XIX. Nullum Antiſtitum in locis ſanctorum corporum altari adſiſtentem, unquam dixiſſe: *offerèmus tibè Petre, aut Paule, aut Cyprìane*, ſed id, quod offertur, offerri Deo, qui Martyres coronavit, apud memorias eorum, quos coronavit. XX. Hujus ſacrificii carnem & ſanguinem ante adventum Chriſti per victimas ſimilitudinum promiſſa eſſe; In paſſione Chriſti per ipſam veritatem reddita: & poſt adſcenſum Chriſti per ſacramentum memoriæ celebrari. XXI. Veniſſe jam unicum ſacrificium, cujus umbræ fuerint omnia antiqua. XXII. Nos hoc tempore ſine ſacrificio dimiſſos non eſſe, & in eo offerri corpus, quod nôſtis, quod non omnes nôſtis, inquit S. Auguſtinus, alloquens ſuos auditores, quod utinam qui nôſtis omnes, non ad judicium noveritis.

Lib. 20. contra Fauſtum cap. 21. Lib. 20. contra Fauſt. Lib. 8. de civit. c. 27. Lib. 20. contra Fauſt. c. 21. Lib. 1. contra adverſar. leg. cap. 18. in Pſal. 39. In Enchir. cap. 109.

C XXIII. Sacrificia altaris pro baptizatis defunctis omnibus offerri. XXIV. Pro valde bonis gratiarum actiones eſſe. XXV. Pro non valde malis propitiationes. XXVI. Monicam, matrem S. Auguſtini, imminente die reſolutionis ſuæ deſideràſſe, ut memoria ſui fieret ad altare Domini. XXVII. Rogat omnes Sacerdotes, ut ad altare meminiſſe velint Monicæ cum Patritio quondam ejus conjuge. XXVIII. Piorum animas mortuorum non ſeparari ab Eccleſia; alioquin non fieret eorum memoria ad altare Dei in communione corporis Chriſti. XXIX. Auguſtino mortuo ſacrificium oblatum eſſe pro ejus commendanda corporis depoſitione, ſcribit Poſſidius in ejus vita. XXX. Oblatione ſacrificii corporis Chriſti ſpiritus malignos ex villa quadam fugatos eſſe.

Lib. 9. confeſſ. cap. 13. Lib. 22. de civit. Dei cap. 8.

D Súntne hæc & plura talia, quæ paſſim in operibus S. Auguſtini occurrunt, dic, oro, Miſene, Calviniana? Ubi unquam auditum eſt, cœnam veſtram pro mortuo offerri? Ubi unquam auditum, quempiam petiiſſe, ut in cœna veſtra ſui memoria fieret? Ubi unquam auditum, cœnam veſtram ullum Dæmonem ex locis infeſtis fugàſſe, imò quem Dæmonum non advocat & invitat cœnæ veſtræ nidor? Ubi unquam auditum, vos in Memoriis Martyrum ſacrificium offerre, tametſi non ipſis Martyribus, ſed Deo Martyrum? Ubi apud vos ſacerdotes, ubi Sacerdotia, ubi Martyrum memoriæ, ubi altaria? Ubi inquam altaria? Everſa ſunt & ex imis fundamentis ſubruta. *Quid verò tam ſacrilegum*, inquit Optatus Milevitanus, *quàm altaria Deì frangere, radere, removere? In quibus vota populè & membra Chriſti* (nota Miſene) *portata ſunt. Quo Deus omnipotens ìnvocatus ſit. Quo poſtulatus deſcendit Spìrìtus ſanctus, unde à multis pignus ſalutès æternæ, & tutela fideè, & ſpes reſurrectionis accepta eſt: altaria, inquam, in quibus fraternitatis munera, non juſſit Salvator poni, niſi quæ eſſent de pace condìta, &c. Quid eſt enim altare, niſi ſedes & corporis & ſanguinis Chrèſti? Hæc omnia furor veſter aut raſit, aut fregit, aut removit.* (Primum nimis parùm eſt Calviniſtis; etſi eo nonnunquam contenti erant Donatiſtæ.) E

Opt. lib. 6. contra Parmen.

F Subdit Optatus. *Hoc faciendo ìn numerum ſacrìlegorum Sacerdotum libenter intràſtìs, ſociatì ſceleribus profanorum. De quibus apud Domìnum Helias Propheta querelam deponit. His enim locutus eſt verbis, quibus & vos inter alios ab ìpſo accuſari meruiſtis. Domine, inquit, altaria tua confregerunt. Dum dicit, tua, ìndìcat, quia res eſt Dei, ubè Deo aliquid à quocunque oblatum eſt. Sufficeret ìnſania veſtra, quòd membra laniàſtis Eccleſiæ, quòd Dei populos jam dudum in unitate poſitos, veſtris ſeductionibus dìviſiſtis. Inter hæc omnia vel altaribus parceretis. Cur vota & deſideria hominum cum ipſis altarèbus evertiſtis? Illac ad aures Deè adſcendere populi ſolebat oratio. Cur concèdiſtis precibus viam? Et ne ad Deum ſupplicatio de more ſolito aſcenſum haberet, impìa manu quodammodo ſcalas ſubducere laboràſtis? &c. Hoc tamen immane facìnus geminatum eſt, dum fregiſtis etìam calices Chriſtè ſanguinis portatores. Quorum ſpecies revocàſtis in maſſas, mercem nefariis nundinis procurantes, ad quam nec emptores eligere voluiſtis ſacrìlegi, dum inconſideratè vendidiſtis &c. Emerunt forſitan in uſus ſuos ſordidæ mulieres. Emerunt paganè, facturi vaſa, ìn quibus ìncenderent ìdolis ſuìs. O ſcelus nefarium! O facìnus ìnauditum! &c.* Hæc & his ſimilia Optatus in Donatiſtarum immania ſcelera; quorum tamen impietas propemodum tolerabilior eſt, quàm veſtra; quia altaria maximè evertebant odio Catholicorum; quos *immundos* & *pollutos* exiſtimabant; non odio ipſius per ſe ſacrificii, in altaribus immolari ſoliti; nam & ipſi ſacrificium hoc offerre conſueverant. Quare altaria ſæpe non frangebant, ſed radebant duntaxat, & abluebant. At vos altaria omnia funditus exterminàſtis non tam odio illorum, qui illis antea uſi; (Etſi & hos peſſimè odiſtis) quàm odio ipſius incruenti ſacrificii, quo vobis, ſpiritu Antichriſtiano refertiſſimis, nihil magis eſt inviſum ac exoſum. Ea de cauſa, quidquid vel tenuiter hoc ſacrificium animis mortalium repræſentat, & ſubjicit, id diligentiſſimè ex conſpectu removiſtis; cujuſmodi ſunt altaria, Sacerdotes, ſacerdotia, calices, & alia hujus generis. G

3. Reg. 19.

H Quòd verò ais, *ſacrificium Miſſæ fuiſſe inſtitutum lucri faciendi gratia;* id profectò nec ex ſcripturæ verbis, nec ex Patrum Commentariis colligitur; qui hujus inſtitutionis lon-

A gè alias causas reddunt, quàm quæstum; licèt negandum non sit, majores nostros, eximia pietate conspicuos, institutione hujus sacrificii, & utilitatum, quas parit, multitudine permotos, operam dedisse, ut extructis magnificentissimis templis, & liberalissimè dotatis ac locupletatis, amplissimisque sacerdotiis constitutis; sacrificium hoc frequentissimè pro vivis ac defunctis immolaretur; quorum munificentiam, nec ipsis, nec nobis objiceretis, si cor vobis saperet, etiam Calviniana sapientia; non enim dicam cœlesti & divina; sed potiùs gaudentes
B & plaudentes grates gratas ageretis. Nisi enim majores nostri templa & monasteria adeò ditâssent tantisque proventibus instruxissent, vos haud tantis auri & argenti spoliis onusti à templorum, cœnobiorum, & Episcopatuum deprædatione & direptione rediissetis, etsi, ùt suprà dicebam, vestro exemplo didicimus, Ecclesiasticas facultates & reditus intervertere, & in suum granarium convehere velle, nihil aliud esse, quàm *ævo florente puellas, quod memorant, laticem pertusum congerere in vas. Quod tamen expleri nulla ratione potestur.* Semper enim manet *inane lymphæ dolium fundo pereuntis imo.*

C Cæterùm quo jure tot Ecclesias & religiosas ædes expilaveritis, exposui jam alibi. Sed quia mihi non habebis fidem, audi tuum in Calvini Synagoga symmysten fidissimum Hadrianum Saraviam Belgam; qui hæc. *Majorum nostrorum in ditandis Ecclesiis studium & liberalitas nota sunt, quos ubique & semper omni ex parte errâsse (hoc est, ut uno verbo dicam) prorsus in hac re insanivisse, & posteros plus videre & sapere, qui contrariam ingrediuntur viam sine ullo Dei mandato, sine ullo præcedentis seculi exemplo, mirum videri potest, &c. Proni nos omnes patres & nati sumus in vitia, sed utrum magis est proclive, aliena auferre, an propria dare? Dederunt majores, quod nemo negare potest, non mala mente. Auferunt minores à majoribus data, quo animo, res ipsa indicat. Dedère majores juxta leges; auferunt minores contra leges. Donationes factæ Ecclesiis robur & firmitatem habent ab illis iisdem legibus, quibus cæteri cives sua bona possident: tyrannicum nemo non judicaret, si quis magistratus indictâ causâ quenquam possessionibus suis ejiceret.*

D Rursus idem Calvinista. *Astuti quidam & vafri homines, qui non pietate; sed prædæ cupiditate, aut spe impunitatis omnis contemptus religionis se nobis adjunxerunt, &c. hujus mali auctores sunt & defensores, &c. Quis enim à Sacrilegio excuset eos, qui Ecclesiarum reformationis colore in nonnullis Germaniæ & Belgii locis deprædati sunt, quidquid in pios & necessarios usus datum fuerat Ecclesiis & ministris, &c. Inauditum fuit ante nostra tempora omnes possessiones Ecclesiasticas sine delectu quenquam Christianum magistratum in fiscum suum retulisse. Qui tantummodo partem aliquam modicam, laborante* E *ærario, Reipublicæ surripuerunt, apud omnes historicos malè audiunt. Quid judicandum de illis, quibus totus as in prædam cessit, &c. In hoc Julianum Apostatam, aut Turcarum Imperatores imitati, qui sacri profanique nullum discrimen nôrunt, non Christianum ullum magistratum (quod sciam) vel hujus nostri ævi, aut majorum nostrorum. Turpe est sacrilegium magistratui Christiano posse objici, sed turpius committi, &c. Quod dicunt, evertendæ tyrannidis pontificiæ causâ id esse factum, & constituendæ Evangelicæ religionis, prætextus est. Homines astuti prædicatione Evangelii & simplicitate piorum (quibus id persuaderi facile fuit) abusi sunt, ut in opes illas, tanquam in opimam prædam involarent: ita esse res ipsa clamat. In qua diutiùs immorari nolo, ne commotum hoc cœnum gravem nimis ac tetrum exhalet odorem.* Hæc Calvinista ille contra suos Calvinistas.

Sed amoliar me ab hac charybdi, & vo- F
ragine voracissima; ubi tamen priùs duo ex te quæsiêro. Tu quærenti, paucis responde. I. An templa illa, quorum altaria Donatistæ aut raserunt, aut everterunt, & quorum calices per sacrilegium sublatos vendiderunt, & profanis usibus destinârunt, putes fuisse templa Calviniana? II. An spes sit, ullum ex Calvinianis futurum, qui Cyrum Regem imitatus, ea, quæ vel ipse, vel majores ex Orthodoxis Ecclesiis rapuerunt, restituat. *Rex quoque Cyrus*, inquit scriptura, *protulit vasa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Hierusalem, & posuerat ea in templo Dei sui, &c. Et hic est numerus eorum; phialæ aureæ triginta, phialæ argenteæ mille, cultri* Esdræ c. 1.
viginti novem; scyphi aurei triginta, scyphi argentei secundi quadringenti decem; vasa alia mille, omnia vasa aurea & argentea, quinque millia quadringenta. Quæ tamen summa pusilla est, si conferatur cum immensa illa multitudine calicum & aliorum aureorum & argenteorum vasorum, quæ ex Deo consecratis domiciliis Calviniana & Lutherana hæresis sacrilegè rapuit. Satis de his.

Revertamur ad *cœnantem* Misenum, qui in G
sua *cœna* ideo Christum præsentem esse negat; quòd arbitretur, fieri non posse, ut idem corpus simul sit in pluribus locis. *Si corpus*, inquit, *in diversis locis existere potest, etiam potest in omnibus.* Non desunt, quibus hæc consecutio non probetur, *potest idem corpus in pluribus locis existere: ergo in omnibus;* præsertim si de locali & *circumscriptiva* in loco existentia sermo sit; qualis existentia minimè est corporis Christi in Eucharistia; ùt per se notum. Sed non adeò restrictè cum H
Miseno agere lubet. Aperiamus liberalitatis nostræ fontes, demúsque, corpus, quod in diversis locis existere potest, posse etiam existere in omnibus, etiam *circumscriptivè*, ùt ex doctissimis non pauci sentiunt. Quid habes, quod tibi in hac sententia displiceat? *Hoc*, inquis, *necesse est fieri vel cum expansione*

cor-

A *corporis, vel ſine hac:* Utique cum expanſione ſeu extenſione corporis id fieret, at oon cum illa, quam tu In tuo cerebro informas, quaſi oeceſſe foret, pedem aut caput hominis eſſe tam exteoſum, ut omnia loca occupet. Nugæ Miſenicæ! Nec pes, nec manus, nec caput, aut ullum aliud membrum tuum majus forer, quàm modò ſit, cùm In uno loco exiſtis; ſed ejusdem proeſus magnitudinis eſſet in duobus, tribus, centum, mille, uno verbo, omnibus locis, cujus nunc eſt in uno; quia pet *replicationem* io loco, ſeu per poſitionem lo diveſis locis non augetur quaotitas; ſed multiplicatur accideos quoddam qnantitatis, quod eſt exiſtentia in loco; unum enim eſt hoc accideos, dum coepus In uno loco exiſtit. Duplex autem fit, cùm in duobua locis exiſtit. Triplex, cùm in tribus, & ſic deinceps, manente ſemper eadem quantitate, qua corpus uno in loco exiſtens conſtat: hæc enim, ùt aotea dicebam, mutationis ſeu iocrementi expera perſiſtit.

B Itaque rudis proeſus & indigeſta eſt illa tua imaginatio, cùm banc poſitionem corporia in diveſis vel omnibus locis, ita putas inſtituendam eſſe; ut caput v. g. quaſi in immenſum extendatur; majúsque ipſis corporibus cœleſtibua efficiatur, & ſimilitet quodcunque aliud membrum, tametſi natura ſua mole exiguum. Rudis, inquam, & indocta eſt hæc imaginatio. Ne uno quidem digito majot eſſes, Miſene, licèt in mille vel omnibus locis exiſteres, quàm jam ſis, dum uno duntaxat io loco verſaris: quia ad quantitatem tuam nullum peorſua incrementum accederet, ſed tantùm ad affectionem quandam quantitatis, quæ eſt circum-
C ſcriptiva exiſtentia in loco; hæc duplicari, triplicari, atque adeò multiplicari poreſt, ſioe nova quaotitatis ſecuodùm partes ſuas ioternas extenſiooe. Itaque quaodo ais. *Aut hoc contingeret, cum expanſione quantitatis ſeu extenſione; aut ſine?* Reſpoodendum eſt, quòd cum expanſione & quidem nova; in ordine ad locum; corpus eoim dum in uno loco exiſtit, extenditur localiter ad unum locum; cùm in duobus, extenditur ad duo; & ſic ad priorem extenſiooem accedit alia; ipſa quantitate immutabiliter ſecundùm extenſiooem, quam ex partibus ſuis interois poſſidet, perdurante; in ſe enim & ſecuodùm partes ſuas nequaqnam extenderetur; quia non fieret majot, ſed eadem prorſus maneret, quæ erat exiſtens io loco uno.

D Et hæc quidem dicta ſint, ſi coepua pluribus in locis localiter, ſeu per commenſurationem exiſtat. Nam quòd plutibus in locis eſſe nequeat abſque circumſcriptione io loco, id nobis pulcherrimè, more nimirum ſuo, Lithus probatum dat. *Fieri non poteſt, ut corpus ullum exiſtat ſine ſuis partibus, ergo ſi neque totum, neque partes extendantur,* (in ordine ſcilicet ad locum, & *circumſcriptivè*, de hac enim extenſione diſceptatiu eſt) E *neceſſe erit, quamlibet etiam minimam particulam ejus* (corporia) *exiſtere in omnibus partibus, & omnes partes in qualibet.* (Nil præter ſolitum ſubtilis es, Simo Steni) perge. Et *omnes partes corporis in minimo digito, & hunc in particulis corporis omnibus & ſingulis.* Merum rus, merámque ioſcitiam hæc omnia olent. Anne Ideo pes erit in capite, aut caput in pede; digitus in pectore, pectúsque in digito, quòd corpus circumſcriptione io loco careat? Conſtitue, quæſo, te cogitatione lo vacuo ſupra cœlum, aut ſi cogitatio tua tam firmis ooo eſt inſtructa alis, ut eò ſubvolet; finge, Deum, omnem aërem ex tuo Muſæo auferre; an propterea, quia tali caſu in loco noo eris, caput io pedibus, & pedes in capite; oa io auribus, & aures in ote, oculos lo tergo, & tergum in oculis habebis?

F Suſcipe, *Lithe*, eruditi hominis vel ad modicum tempotis ſpatium mentem; ut intelligete queas, corpus pet extenſionem ad locum non extendi niſi ad locum; bácque extenſiooe ſeparata, reſtare aliam, quæ partes extra pattes conſtituit, caput extra humeros; pedes extra caput; manum extra manum; cetera extra cetera. neque enim quia in loco coepus noo etit, in chaos Indiſtioctum reſolvetur; quamvis, quod attinet ad coepus Chriſti, reſpectu ſpecierum ſit toum in totis, & totum in qualibet parte; ſic tamen, ut Ipſa corporis Chriſti membra, ſint extra ſe mutuò, certo ordine, ùt io quovis alio corpore, diſtincta; ita ut caput non ſit in pectore, nec pectus in capite, nec alia in aliis.

G Sed quid ego hæc Miſeoo? qui diſertè profitetur talia eſſe ſupra ſuum captum: quod equidem affirmaoti libeoter aſſenſior, qui nos denuò oppugnat argumento acutiſſimo. *Deus facta non poteſt reddere infecta, ex ſententia S. Auguſtini; ergo nec efficere poteſt, ut idem corpus in pluribus locis exiſtat.* Probatur conſequentia. *Quia facta redderet infecta, ſi hoc fieret; quod eſt contra hypotheſin allatam.* De quo ne dubitemus, additur huic argumento fulcrum ex Scaligero; loco tamen noo indicato; ne, ſi iodicetur, ioſpiciatur, fidéſque Miſeni ad trutinam, & verba Scaligeri eò accuratiùs ad examen revo- H centur. Verùm utcunque fides tua ſeſe habeat, verba, quæ ex Scaligero affers, ita ſe habeot. *Principio proprio, primo, per ſe atque immediatè prohibetur corpus eſſe in pluribus locis.* Atqui nos hoc *principio proprio, primo, per ſe* atque *immediatè Calviniſtico* prohibemur, ne ullam ei fidem habeamus. *Eſt autem principium hoc continuitas,* (oegatur) *quæ eſt effectus conſequens immediatè unitatem.* Sit ita, quod attioet ad banc conſecutionem. *Contradictiones enim ſunt: unum eſt duo. Continuum, non eſt continuum.* (omnino, non diffite-

A fitemur) *corporis igitur termini, si essent in duobus locis, non essent continui.* Negatur, loquendo de continuitate corpori interna, quæ ex ipsa quantitate corpori inhærente exsurgit. Corpus enim per unam eandémque sibi inexistentem quantitatem continuum est, sive in uno, sive in pluribus locis existat; nec à seipso sejungitur; quia idem est corpus quantum & in hoc, & in illo loco.

B At verò continuitas, quæ ratione loci enascitur, illa quidem interrumpitur; si corpus in locis discontinuis existat; sed hæc continuitas planè est accidentalis, nec veritati corporis quidquam demit: merósque logos & fumos seu Scaligeri, seu Miseni, seu aliorum, si censeas hanc de *continuitate* objectionem; veris pretiis eam æstimabis; nihil enim aliud est, quàm inanis *petitio* principii; nam aut perinde est, ac si dicas; *corpus non posse esse in duobus locis, quia non potest esse in duobus locis;* vel: *corpus ideo non posse esse in duobus locis, quia solveretur ejus continuitas, quam alioquin, ut quantitate præditum habet;* quorum prius planè est ridiculum; posterius autem planè falsum. Quidquid enim continuitatis habet corpus ex quantitate sibi inhærente, id totum salvum & integrum remanet, quantumvis in pluribus locis existat; & quidquid ratione diverso-

Disconti-nuitatis. rum & discontinuorum locorum acquirit; id totum est accidentarium & extrinsecum; Et continuitatem quantitatis corpori inhærentis nequaquam lædit.

C Discrimen esse inter animam & corpus, nesciebamus scilicet; nisi tu id nobis hoc loco explicatum dedisses. Sit anima, incorporea; corpus, corporeum; sit illa corporis forma; careat dimensionibus; sit impartibilis, corpus verò dimensionibus constet, ac in partes dividi queat, quid tum? An ideo exemplum animæ diversis in membris, tametsi continuis, existentis, non declarabit aliquatenus, quomodo fieri possit, ut corpus in diversis locis, etiam discontinuis, existat? neque enim tam ineptum te fore arbitror, ut omnipotentiæ divinæ neges eam potestatem, qua possit animam in membro à reliquis membris prorsus sejuncto & avulso incolumem conservare. Qua conservatione posita, jam anima in diversis & discontinuis locis existeret, tota in totis, & tota in qualibet parte illorum locorum: in quo discreparet quidem à modo corporis in pluribus locis existentis; ita enim in illis existeret, ut totum quidem esset in totis locis, at non quælibet corporis pars existeret in totis locis; sed in parte, sicut & jam, quando corpus in uno loco existit, pars corporis, ut pes aut caput, non est in toto loco, sed in parte loci sibi commensurata.

D Itaque sicuti anima *incircumscriptè* in locis discontinuis existere posset; salva sua unitate & essentia; ita posset quoque corpus in pluribus locis existere *circumscriptè*, salva E sua unitate & essentia: neque enim circumscriptio corporis per existentiam ejus in pluribus locis tollitur; ut rudi vestræ phantasiæ videtur; nam qua quantitate circumscriptum est in uno loco, eadem circumscriptum maneret in pluribus, nihil enim de quantitate sua deperderet; sed vos aliam corporis circumscriptionem animo concipere non potestis, nisi localem: & tamen neque hanc amitteret corpus in pluribus locis existens: in quovis enim loco existeret totum in toto & *partialiter* in qualibet parte; quod est loco circumscribi & terminari: nam ita uno loco circumscribi, ut simul alio nec circumscribatur, nec circumscribi possit, id nec de corporis, nec de quantitatis essentia est, nisi in Calviniana Philosophia & Theologia, cujus soror est insipientia. Ex qua hanc quoque deprompsisti inscitiam. *Corpus esse, & quantum non esse, sunt ἀντιφατικά.* F Quomodo contradictoria? Estne quantitas de essentia corporis, prout corpus substantiam significat, tanquam genus quoddam in Categoria substantia collocari consuetam? Estne *prædicamentum* Quantitatis de essentia *prædicamenti* substantiæ, aut vice versa? Deinde quis nostrûm dicit, aut corpus Christi in Eucharistia aut corpus aliud si in pluribus locis existeret, non habere quantitatem? Imò habet, haberétque. Quoties dicendum? Quoties nobis vanissimas istas consecutiones oggeres? *(Christus in Eucharistia non existit localiter: ergo caret quantitate. corpus ex hypothesi pluribus in locis existit: ergo non est quantum;* quasi esse in loco *circumscriptivè;* vel esse uno in loco G *circumscriptivè*, & *esse quantum*, sint unum & idem, cùm esse quantum sit prius illo, quod est esse in loco, hócque inde effluat, velut quædam quantitatis affectio, talis tamen, quæ à quantitate separari queat, ita ut quantitas incolumis consistat tam sine existentia in loco; tam cum multiplici existentia in loco; ut enim quantitas est extra corporis essentiam, ita existentia in loco, vel in uno loco, est extra essentiam quantitatis; ac proinde, ut quantitas subsistere potest sine existentia in loco; ut manifestum in supremo cœlo, corpore maximè quanto; ita subsistere potest, quantumvis multiplicetur existentia in loco. *Mirificus est Jesuita*, inquit H Hæreticus, *in suis distinctionibus.* Quid ita verò Lirbe? *sacramentum modò accipit pro solis speciebus panis & vini: modò pro re continente simul & contenta.* Grande scilicet nefas. An non ita loquuntur & sentiunt, qui rectè loquuntur & sentiunt? Sed *quo pacto unum & idem possit esse continens simul & contentum?* Diverso respectu, si negas hos fieri posse; tum neque quid *continens*, neque quid *contentum* sit intelligis. Leva, obsecro, oculos ad cœlestia corpora. An non secundum est *continens* & *contentum? Continens* respectu primi

A mi ſibi ſubjecti, quod concava ſua ſuperficie ambit ac includit: *contentum* reſpectu tertii ſuperioris, cujus concava ſuperficie circumſcribitur. Ita in noſtro propoſito. Species panis & vini reſpectu Chriſti ſunt *continens*, & Sacramentum: Chriſtus hoc reſpectu *contentum*. At verò reſpectu gratiæ, quæ in uſu Eucbariſtiæ datur, tam ſpecies, quàm Chriſtus ſub illis ſpeciebus intimè præſens, eſt *continens* atque adeò Sacramentum,
B quia continent illam gratiam eo modo, quo cauſa continere effectum dicitur. Vides igitur, quomodo idem poſſit eſſe *continens* & *contentum*, tametſi diverſo intuitu; ſimúlque Sacramentum & Sacramento ſignificatum. Itaque quando dico, corpus Chriſti contineri in Sacramento: hoc dico, ùt rectè tu dicis, Sacramentum ſeu Species *continere*, corpus *contineri*. Sunt igitur duo ſimul hoc reſpectu, non unum & idem: at alio reſpectu, in ratione ſcilicet Sacramentali ſignificandi gratiam ſanctificantem, ſpecies panis & vini, & Chriſtus, prout ſub illis ſpeciebus continetur; ſunt unum & idem Sacramentum.

C Atque ita non tollo μετουσίωσιν, ùt tu ſomnias. *Secundùm hanc*, inquis, *dicendum erat, ſacramentum vel ſpecies panis & vini eſt Chriſti corpus & ſanguis.* Nihil minùs Simo. Nam ſpecies panis & vini non ſunt corpus & ſanguis Chriſti. Quare hæc tua enunciatio à vero prorſus abit: ſed ſi veram formare velis, ita dicere oportebit. *Species panis & vini ſimul cum corpore & ſanguine Chriſti ſub illis contento, ſunt ſacramentum*, ſi, ùt ponit verior Theologorum ſententia, corpus Chriſti eſt de intrinſeca ratione Sacramenti directè & per ſe: & tamen vera erit nihilominus hæc enunciatio: *corpus Chriſti continetur in ſacramento Euchariſtiæ:* vox enim Sacramenti accipitur *inadæquatè* pro altera tantùm parte, eáque per ſe ſenſibili, nempe pro ſpeciebus panis & vini. Sed tu neque quid aſſeras, neque quid oppugnes, intelligis; ſed verba ſine mente fundis, inſulsè prorſus & inſcitè. Quid
D enim inſulſius, quàm verbo *continendi* everti tranſubſtantiationem? *ſi aliud*, inquis, *continet, aliud continetur, non unum atque idem eſt adæquatum ſubjectum: ſed duo ſunt ſimul.* Quis dubitet, ſpecies ſeu accidentia panis & vini, quæ continent; corpúſque & ſanguinem Chriſti, quæ continentur, non eſſe unam & eandem rem, ſed diverſas; *At doctrina transſubſtantiationis panem Euchariſtiæ*, inquit Miſenus, *idem atque unum eſſe ac Chriſti corpus conſtanter affirmat.* Atqui te *conſtanter* mentiri ſive ex imperitia, ſive, quod credibilius, ex malitia; notum eſt vel pueris catecheticis, quibus ab ineunte ætate inculcatur, in Euchariſtia panis & vini ſubſtantiam non remanere; atque adeò panis & vini ſubſtantiam corpus & ſanguinem Chriſti non eſſe. Quid, quod nec eſſe poteſt, propriè loquendo de pane & vino ſeu ſubſtantia panis & vini? Impoſſibile enim eſt, ut E panis ſecundùm ſuam ſubſtantiam, quà panis eſt, ſit corpus Chriſti; & vinum, quà ſubſtantia vini, ſit ſanguis Chriſti. Quomodo igitur ex doctrina tranſubſtantiationis ſequitur *panem Euchariſtiæ, & corpus Chriſti eſſe unum & idem*, ùt tu deliras, cùm ex doctrina *transſubſtantiationis* nihil penitus de ſubſtantia panis & vini remaneat?

Chriſtum ab Ignatio viſum, aut B. Virginem, necdum ut credat, induci poteſt; F quod nemini, qui genium Miſeni novit, inſolitum videbitur, cùm alias, tum ob hasce duas cauſas; I. Quia nec in Bibliis comprehenſas apparitiones credit. Chriſtum Dominum apparuiſſe S. Paulo refert S. Lucas his verbis. *Sequenti autem nocte aſſiſtens ei Dominus ait: Conſtans eſto, ſicut enim teſtificatus es de me in Hieruſalem, ſic te oportet & Romæ teſtificari.* Hanc apparitionem non credit Miſenus, ſed nec credere poteſt convenienter ſuæ & Calvinianæ ſectæ; quæ Chriſtum cœlo includit; neque unquam extra verſari, aut verſaturum contendit, uſque ad ſupremum illum noviſſimi judicii diem. Quomodo igitur Chriſtus *adſtitit* Paulo; ſi Paulo vicinitate loci conjunctus non fuit? An *adſiſtere* dici poſſet, ſi in ſupremo cœlo, tantis ſpatiis à Paulo diſſitus, reſediſſet? An fortè Paulum ad ſe ſuper aſtra attraxit? Quidquid Hæreticus comminiſcatur, evadere nequit, niſi veritate hujus apparitionis negata, adhibitis illis figmentorum coloribus, qui ſacri ſcriptoris menti, ipſique facto, adverſa fronte repugnant. Eodem loco habet Miſenus alias Chriſti apparitiones in ſacras litteras per ſacros ſcriptores relatas.

Altera cauſa eſt; quia nihil tribuit appa- G ritionibus aliis à graviſſimis Patribus & hiſtoricis memoriæ proditis, quarum non paucas in utraque Apologia recenſui; illam præſertim, divæ Virginis, & Joannis Evangeliſtæ, quam D. Gregorio Thaumaturgo factam, commemorat in ejus vita D. Gregorius Nyſſenus; quem quàm honorificè accipiat, intelligere licet ex his Miſeni verbis. *De apparitione beatæ Virginis Thaumaturgo facta, &c. credas tu, quantum voles, &c. Quid ſuſpicer autem, facilè tu ex ſuperioribus conjectare potes.* Equidem non ego ſolus; ſed & quivis alius abſque ullo negotio, quid ſuſpiceris, divinabit. Neque in his duntaxat apparitionibus, quas Patres litteris mandârunt, acu ſuſpiciones tuas tangemus; ſed & in aliis, quæ ipſius divinitus inſpiratæ ſcripturæ monumentis continentur. Nullo ad hæc tam obvia myſteria vate nobis opus eſt. H

De apparitione S. Felicis ſcribit iſta D. Auguſtinus. *Non ſolùm beneficiorum effectibus, verùm etiam ipſis hominum adſpectibus Confeſſorem* appa-

S. Auguſt. lib. de cura pro mort. gerenda, cap. 16.

A *apparuisse Felicem, &c. cùm à Barbaris Nola oppugnaretur, audivimus, non incertis rumoribus, sed testimoniis certis.* Hic accurret cum suo Scholio Lithus. *Quid suspicer, facilè tu ex superioribus conjectare potes.* Ita est. Facillimè conjicio, quid suspiceris, nempe fabulam esse, quod S. Augustinus recenset, quin & quid de toto illo libro *de cura pro mortuis agenda* inscripto suspiceris, probè novi; & jam nunc suspicari incipio, te vel operam dedisse, vel adhuc daturum, ut sepeliaris in Ecclesia alicujus Martyris, extructo ibidem monumento, ut, cùm uxor, filius, aut filia tua, *recolet, ubi sepultum sit charissimi corpus, & occurret locus nomine Mar-*
B *tyris venerabilis, eidem Martyri animam dilectam commendet recordantis & precantis affectus. Qui cùm defunctis à fidelibus charissimis exhibetur, eum prodesse non dubium est iis, qui cùm in corpore viverent, talia sibi post hanc vitam prodesse meruerunt.* Ita S. August. ex cujus præscripto, necesse erit, ut jam à Calvinismo recedas; nam cum hoc nunquam mereberis, ut post hanc vitam preces ad Martyrem aliquem à tuis fusæ tibi prosint.

C Cæterùm id, quod Gregorius Nyssenus de Thaumaturgo scribit, elevare studes hac objectione. *Basilius in ea Epistola, in qua deplorat obitum Gregorii, silet de hoc: ergo falsum est, quod Nyssenus tradit.* Præclarè, quasi dicas. *De nuptiis in Cana Galilææ nihil Matthæus, nihil Marcus, nihil Lucas: ergo fabulosum est, quod Joannes de his in suo Evangelio refert.* Quæ verò est hæc epistola, in qua S. Basilius mortem Thaumaturgi deplorat? Num illa sexagesima secunda inter Epistolas Basilii, ad Ecclesiam Neocæsareensem? Nisi fallor, hanc ipsam intelligis. Atqui Basilius in hac Epistola non deplorat Gregorii Thaumaturgi mortem; sed ejus Episcopi, qui suo tempore, Ecclesiæ Neocæsareensi summa cum laude totiúsque gregis utilitate præfuerat; mortéque forsan sibi matura, subditis autem immatura abreptus fuerat; ùt nullo negotio cognoscet, quisquis aliis, quàm Misenus, oculis hanc Epistolam perlegere volet.

D Ais, *ab Electis* (Calviniaois) *nunquam prorsus vel totaliter amitti sanctum Spiritum, etsi multa ejus dona amittantur. Amiserat David in lapsu lætitiam cordis, puritatem conscientiæ, & multa alia dona, quæ sibi petit restitui. Redde, inquit, mihi lætitiam salutis tuæ, sed spiritum sanctum non amiserat prorsus; alioquin non potuisset dicere: Spiritum tuum sanctum ne*
Pag. 463. *auferat à me.* Atqui Beza in Colloquio Mompelgartensi longè aliter de hac re philosophatur; ut proinde aliud de te statuere non possim, quàm quòd hoc etiam loco Magistri tui magister esse volueris. Quærenti enim Smidelino, num David adulterium perpetrans, &c. Fidem (hoc est, gratiam & justificationem; hanc enim nomine fidei intelligunt Sectarii) & Spiritum sanctum E
amiserit; hoc responsum dedit Beza. *Nequaquam amisit, sed retinuit.* Atqui si Misenus affuisset, in has voces erupisset. *Domine Doctor, reverenda tua dignitas* non respondet rectè. Amisit enim David Spiritum sanctum *partialiter*, sed non *totaliter*. Addit Beza. *Ego dico, Davidem in adulterio perpetrato retinuisse fidem* (gratiam justificantem) *& Spiritum sanctum; neque eam amisisse.* Opponet Misenus. *Totaliter* non amisit; sed *partialiter*. Amisit enim multa dona sancti Spiritus; non tamen omnia. Declarat Beza rem exemplo. *Ebrius non amittit intellectum, seu rationem: etsi, quamdiu ebrietas caput ejus occupat, ratio sese non exerat.* Noscio, an non hic etiam reclamaturus sit Misenus, allaturúsque suam illam distinctionem de *totali* & *partiali* amissione. Si enim gratia & Spiritus sanctus ita se habet in homine, sicut intellectus; tum necesse est, ut Misenus fa- F
teatur, etiam intellectum per ebrietatem amitti, non quidem *totaliter*, sed *partialiter*; quam amissionem si restringeret cum Beza ad usum; cum magistro suo utcunque concordaret; nunc cùm de ipsis sancti Spiritus donis, quasi in actu primo, partem aliquam deperdi dicat; oportet, ut idem dicat, de intellectu; nisi similitudinem à Beza allaram rejicere velit: cui fortè nec illa de igne sopito placet. *Ignis enim sopitus non extinguitur*, inquit Beza, *sed tantùm tegitur; sic & Spiritus sanctus in Electis, quando peccant, non amittitur*, sed quasi operimento quodam regitur, ne se exerar. Misenus oggeret, partem ignis amitti, quando sopitur, licèt non totum. At negat boc Beza. Cui credemus? Neutri; me quidem judice.

Usum, inquit Beza, *Spiritus sancti, fidei & gratiæ Dei in electis perpetrata peccata aliquan-* G
diu auferre possunt; non autem ipsam gratiam Dei, fidem & Spiritum sanctum; qui in illis manet, & ab eis non recedit. Misenus contrà *amitti* dicit *ipsum Spiritum sanctum, at non prorsus, & dona illius; sed non omnia.* Item, *perpetrationem flagitiorum esse amissionem particularem, non totalem Sancti Spiritus & donorum ejus;* Quo fit, ut secundùm Bezam idem sit justus & injustus; probus & improbus; secundùm Misenum verò *semijustus* & *semiinjustus: semiprobus*, & *semiimprobus. Semispiritu* sancto plenus, & *semispiritu* sancto vacuus. Sed valeant hæc anicularum deliramenta. Peccata te- H
nebræ sunt: justitia, lux; illa, nox; hæc dies. Tenebris venientibus, necesse est, dies diffugiat; veniente die, tenebris loci nihil fit reliquum: aut totus justus est homo in conspectu Dei; aut injustus est: non datur tertius status ex *semijustitia* Miseniea & *semispiritu Lithino* conflatus. *Quæ participatio justitiæ cum* 2. Cor. 6.
iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? quæ autem conventio Christi ad Belial? Quæ conventio gratiæ divinæ & Spiritus sancti ad furtum, homicidium, adulterium, cum qui-

A quibus facinoribus & flagitiis totam gratiam Beza *totaliter* ait consistere; Misenus *partialiter:* ex quo scire velim, num verum putet, verúmque esse experientia didicerit, hoc Bezæ axioms in eodem Colloquio, auctoritate non prætoria, sed propè dixeram, lenonia sancitum; *Fieri potest, ut aliquis ita scortetur, ut vix sentiat se scortari. Num propterea Spiritum sanctum amitteret?*

B Cæterùm, quòd Spiritum sanctum per adulterium, homicidium, & similia scelera non amitti probas obsecratione illa Davidis ad Deum: *Et Spiritum S. tuum ne auferas à me*, perquam ingeniosè facis. Quid enim ingeniosius, quàm hæc consecutio? David jam pœnitens, & intimo pectore contritus, & postquam exclamaverat, summo animi
2. Reg. 12. dolore: *peccavi Domino;* audierátque à Propheta: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum:* orat, ne Spiritus sanctus, divino permissu, à se denuò auferatur: ergo retinuit Spiritum sanctum, quando in gemino illo adulterii & homicidii flagitio & scelere adhuc hærebat nullo cordis dolore è cœlo tactus. Pulchra consequentia: quasi David, quando hæc verba proferebat, non jam Spiritum sanctum, hoc est, gratiam justificationis de integro recuperâsset, quam à se petit non auferri, ùt antea ablata fuerat. S.
C Augustinus in hæc ipsa quinquagesimi Psalmi verbs. *Est enim Spiritus sanctus in confitente. Jam ad donum Spiritus sancti pertinet, quia tibi displicet, quod fecisti. Immundo spiritui peccata placent, sancto displicent. Quamvis ergo adhuc veniam depreceris, tamen ex alia parte, qua tibi displicet, malum quod commisisti, Deo conjungeris. Hoc enim & tibi displicet, quod & illi. Jam duo estis ad expugnandam febrem tuam, tu & medicus. Quia ergo non potest esse confessio peccati & punitio peccati à seipso, cum quisque irascitur & sibi displicet, sine dono Spiritus sancti non est. Nec ait, Spiritum sanctum tuum da mihi, sed, ne auferas à me.* Ergo jam post lapsum recuperaverat Spiritum sanctum, quem amiserat peccando. Et ne à se denuò auferretur, suppliciter orabat. Imò ex hac unica oratione luculenter apparet, beatum Davidem non fuis-
D se Calvinianum. Nam si Calvinista fuisset, scivisset æquè ac Misenus, se esse ex numero Electorum, & Spiritum sanctum à se auferri non posse saltem *totaliter*, ùt statuit Misenus. *Quid* ergo opus erat anxia illa obtestatione? *Et Spiritum sanctum tuum ne auferas à me;* quia ne auferri quidem potest, quantumlibet quis adulter sit ac homicida. Et si seu totum, ùt vult Beza, seu partem sancti Spiritus in ipso nefario scelere retinuerat, causæ nihil erat, cur jam pœnitens peteret, Spiritum sanctum sibi non adimi; quia quem servârat adulterando & homicidium committendo, & necessariò quidem servârat, quia ùt *Electus* amittere non poterat, eum ut amitteret pœnitendo, nullum periculum erat. Et quod hoc est consequens, nec preces Dsvid adhibuisset, si Genevensem Theologiam gustâsset, & in Calvini Institutionibus institutus fuisset. E

F Redit Misenus ad *Inquisitionem* Hispanicam; cujus memoria valde oblectari videtur; nec dubito, quin voluptatis gratia sæpiùs perlegat librum jam olim de hac ipsa *Inquisitione* Heidelbergæ excusum: ùt & orationes illas, quæ nuper ex eadem urbe de eadem *Inquisitione* prodierunt. Ego nihil aliud dico, quàm Hispanos Reipublicæ suæ, communique quieti fructuosum non immeritò judicare, si observent illud à Deo quondam præceptum. *Propheta, qui arrogantia* Deut. 18. *depravatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi ei, ut diceret, aut ex nomine alienorum Deorum, interficietur.* Ex quo Hispani hunc brevem syllogismum conficiunt. Omnis ille, qui loquitur, quæ Deus non præcepit, jure interficitur. Omnis Hæreticus loquitur, quæ Deus non præcepit; ergo: adde tu conclusionem, aut quære ex aliquo Hispano, quam ex præmissis illis conclusionem deducant.

G Mirum, te hiscere audere de Hispanica Inquisitione. Verte, oro, oculos ad Inquisitionem Anglicanam, qualis aliquot abhinc annis fuerit, Calvinistis Inquisitoribus: Cogita quoque, quàm acriter in Saxonia Lutherani Inquisitores in Calvinistas inquisiverint; etiam in Peucerum tuum, quem decennio in carcere tenuerunt; & propemodum Martyrem effecerunt, sed Martyrem Calvinianum; qualis in cœlo nullus. Cogita, quomodo in Anabaptistas, Trinitarios, & hujus fæcis similes tam Calvinistæ, quàm Lutheristæ inquirant; & quid post Inquisitionem in eosdem statuant. Cogita, quanta sedulitate inquirere soleatis in ipsa Germania, ubi libertatem religionis tam insolenter jactatis, in Catholicos, quos, H ut morte non mulctetis, si ad vestram synagogam transire nolint, carcere profectò & exilio mulctatis; ita ut cogantur aut solum vertere, aut mentem sanam in insanam convertere. Neque enim audio mellita illa verba *Calvinismi Heidelbergensis. Errantes eadem humanitate reducuntur in viam. Dissen-* Pag. 8. *tientes jubentur placidè rationes opinionis suæ exponere. Hæ si falsæ sunt, ex verbo Dei refutantur, injungitúrque singulis, ut frequenter intersint concionibus, & si qua occurrant, de quorum veritate dubitent, ministros ipsos adeant, liberè causas indicent, ob quas assentiri nequeant. Respondent ministri modestè* (scilicet) *accuratiùs, si quid obscurè dictum est, explicant; nec in sententia perseverantes, damnant* (scilicet) *sed ad preces ardentes cohortantur, quibus impetrent veritatis cognitionem.* Melle lita verba; quæ jam olim Erasmus, moris Zvvingliani non Erasm. Epist. ad frat. infer. Germ. ignarus, vanitatis redarguit, cùm de quodam Sycophanta isthæc scribit. *Adducit & hoc*

A *hoc exemplum Evangelicæ mansuetudinis, quòd apud ipsos, etiam qui sectæ ipsorum adversantur, commodissimè vivant. Id quale sit in præsentia, non excutiam. Certè multorum querelas audio, nonnullos video profugientes, aliquot etiam desciscentes, comperta tandem istorum sanctimonia* (& mansuetudine) *licet, inquit, illis nobiscum vivere civium jure. Quàm verò suave vivere cum illis, quos habent pro hæreticis, & illorum jugo præbere cervicem? Qui si persisterent in sua fide, quam putant esse sincerissimam, non sunt ignari, quem favorem magistratus, ac populi sint experturi, si quid secus, ùt sunt res humanæ, accidat. An non est cogere,* (ad sectam Zvvinglianam) *nisi audis nostras lectiones, nihil ex prabenda numerabitur? Ne quis proficiscatur tali die ad tale festum, ne quis audiat Missam, aut accipiat Eucharistiam in vicinis pagis, si fecerit, libra damnatus esto. Nisi quis accesserit tempore Paschæ ad mensam Ecclesiastæ* (Prædicantis) *sumpturus panem & vinum pro Christo, exspectet Senatus judicium.*

B Sed hæc levia videri possunt comparata cum illis, quæ nunc patiuntur Orthodoxi, si qui deprehendantur illis in provinciis, & civitatibus, quas solus Lutherus aut Calvinus occupat. Nil certius exspectandum est, quàm carcer, exilium, eversio fortunarum, aversio & abalienatio omnium, tanquam à piaculari quodam capite. Quare quod Dialogus ille, cui nomen *Calvinismo Heidelbergensi*, ad marginem allinit; *Errantes*, hoc est, Catholicos, *à Calvinianis humaniter erudiri, non exilio multari, non probris & contumeliis affici;* id experiatur, qui volet, an verum sit: Verum non esse, testantur, quibus contrarium evenit. Nam si vel minima suspicio sit de professione Catholica; non quiescunt Prædicantes, instant, urgent, omnia miscent ac turbant, donec talis vel perversus vel eversus abeat. Quale ludibrium efficitur quis vel infimæ sortis & notæ homuncionibus?

C Quæso te, an nunquam accidit apud vos, quod apud Donatistas, majores vestros, accidisse refert S. Augustinus: Quid illud? Accipe verba S. Augustini. *Nónne apud Hipponem, ubi ego sum, non desunt, qui meminerint, Faustinum vestrum regni sui tempore præcepisse, quoniam Catholicorum ibi paucitas erat, ut nullus eis panem coqueret, ita, ut cujusdam Diaconi nostri furnarius inquilinus domini sui panem incoctum abjecerit, eique nulla exilii lege damnato, communicationem non solùm in civitate Romana; sed etiam in patria sua; nec solùm in* D *patria sua, sed etiam in domo sua negaverit.* Hæc S. Augustinus. An nunquam accidit apud vos, cùm Catholicos Doctores vestris in ditionibus videretis, illud, quod à Donatistis presbyteris sibi & aliis Catholicis acclamatum scribit idem S. Augustinus. *Recedite à plebibus nostris, si non vultis, ut interficiamus vos. Quantò justiùs eis nos dicimus,* inquit S. Augustinus, *imò vos non recedite, sed accedite pacati ad plebes non nostras, sed illius, cujus omnes sumus: aut si non vultis & impacati estis, vos potiùs recedite à plebibus, pro quibus Christus suum sanguinem fudit: quas ideo vultis vestras facere, ne Christi sint, quamvis eas sub ejus nomine possidere conemini, tanquam si servus furetur oves de grege Domini sui, & quæcunque ex eis nata fuerint, characterem Domini sui eis infigat, ne furtum ejus possit agnosci.* E

S. August. lib. 2. contra Petilian. cap. 23.

S. August. Epist. 166.

Obi, Misene, nonnihil cogitatione Calvini & Lutheri regnum, non extra, sed intra Germaniam; cúmque obiveris, & omnia accuratè lustraveris, nuncia nobis, an non Catholicis sæpius data sit occasio conquerendi verbis illis Optati Milevitani. *Quid referam etiam illam impietatem, de vestra conjuratione venientem, quia ad hoc Basilicas invadere voluistis, ut vobis solis cœmiteria vindicetis, non permittentes sepeliri corpora Catholica: ut terreatis vivos, malè tractatis & mortuos.* Nunquámne sepulturam negâstis illis; de quibus aut certa aut incerta suspicio erat, eos Romanæ Ecclesiæ addictos esse? Cúmque hæc & his multò atrociora in Orthodoxos in media Germania perpetretis, Sacerdotésque nostri & Monachi, & alii religionis nostræ consortes crudelissimè in Belgio & alibi trucidati sint; adhuc tamen de *Hispanica* Inquisitione multum quiritari, & Catholicos ob eam in invidiam vocare audetis; quasi Orthodoxi Hispani, non habeant tantum Juris in perfidos Hæreticos, quantum sibi sumunt contra omne jus & fas perfidi hæretici in insontes Orthodoxos tam Hispanos, quàm alios. F

Opt. lib. 6.

G Verùm in hac etiam injustissima querela & lamentatione imitamini Donatistas, qui cùm seditiosissimè rem gererent, & omnia cædibus direptionibúsque replerent; flebilibus modis deplorârunt; quòd Paulus & Macarius Legati Constantis Imperatoris, unitatis reformandæ gratia in Africam missi, ausi fuissent, armato milite, furori obviam ire: Quare impii Donatistæ *Macariana tempora* in proverbium verterunt; & Catholicis perpetuo ludibrii loco objecerunt, cùm ipsi immaniter in omnes grassarentur; ut non jam homines, sed potiùs truculentæ quædam belluæ censeri possent: & tamen clamitare non cessabant, more Calviniano & Lutherano, se neminem ad suam fidem cogere: *Etiam de mansuetudine gloriamini,* inquit S. Augustinus, *quòd ad vestram partem neminem cogitis. Isto modo & milvus cùm pullos rapere territus non potuerit, columbum se nominat. Ubi enim potuistis, & non fecistis? Unde ostenditis, quòd plura faceretis, si possetis. Facitis,* inquit idem, *ubi potestis: ubi autem non facitis, non potestis, sive legum, sive invidiæ timore, sive resistentium multitudine.*

S. August. lib. 2. contr. Petil, c. 83.

H Iidem, ùt & vos, persecutionem & tantùm non *Inquisitionem Hispaniensem*, sese ab Orthodoxis passos fuisse, & etiamnum pati plenis faucibus prædicabant. Quibus præclarè

A clarè S. Auguſtinus, & ego unà cum illo vobis. *Quidquid homo durum & moleſtam patitur, admonetur, ut cogitet, quare patiatur, ut, ſi pro juſtitia ſe pati proſpexerit, id ipſum bonum eligat pro juſtitia talia ſuſtinere. Si autem viderit iniquitatem eſſe, pro qua patitur, ſe infructuoſiſſimè laborare atque cruciari conſiderans, mutet in melias voluntatem, ſimúlque careat & moleſtia ſterili, & ipſa iniquitate, multò utique graviùs & pernicioſiùs nocitura: & vos, cùm aliquid adversùs vos Reges conſtituunt, admoneri vos credite, ut cogitetis, quare iſta patiamini. Si propter juſtitiam, revera illi perſecutores veſtri ſunt; vos autem beati, qui perſecutionem paſſi propter juſtitiam, poſſidebitis regnum cœlorum. Si autem propter iniquitatem Schiſmatis* (hæreſeos) *veſtri, quid illi, niſi* B *correctores veſtri ſunt, vos autem ſicut cæci diverſorum ſcelerum rei, qui pœnas legibus pradunt, profectò infelices & in hoc ſeculo, & in futuro, &c. Quaſi verò aliquid dignum veſtra iniquitate patiamini, cùm tanta indigna faciatis, & in tanta impunitate regnetis, ita furioſi, ut per Dei laudes ampliùs quàm buccina bellica terreatis; ita calumnioſi, ut etiam ſpontanea veſtrorum præcipitia noſtris perſecutionibus imputetis.* Hæc eleganter in veterum & novorum Donatiſtarum querelas S. Auguſtinus.

C Suave etiam illud eſt, quòd combuſtos in Hiſpania & alibi Miſenus appellat *Martyres.* Ad quod ego nihil aliud, niſi illud

Opt. lib. 3.

Optati. *Si hos videri Martyres vultis, probate illos amâſſe pacem, in qua prima ſunt fundamenta Martyrii, aut dilexiſſe Deo placitam unitatem, aut habuiſſe cum fratribus charitatem.*

Conſtant. Imp. Epiſt. ad Celſum apud Bar. Tom. 3. Annal. anno Chriſti 316. S. Auguſt. Epiſt. 166.

Nec immeritò dixit Conſtantinus Magnus Imperator, clarum eſſe, *neminem poſſe beatitudines Martyris eo genere conquirere, quod alienum à veritate religionis ac incongruum eſſe videatur. Quæ eſt iſta dementia,* inquit S. Auguſtinus, alloquens *Donatiſtas, ut, cùm malè vivitis, latronum facta faciatis, & cùm jure punimini, gloriam Martyrum requiratis.*

D Redis hic ad caſtitatem, de qua jam ſuprà, quærísque. *Quis hoc dixit: caſtitatem ſervari non poſſe?* Luther, hoc dixit in Epiſtola ad Wolffgangum Reiſenbuſchium, Ordinis S. Antonii, Præceptorem in Leichtenberg. Alii hæretici hoc dicunt. Tu hoc dicis; quia rem uxoriam tam neceſſariam dicis, quàm cibum & potum. An negas, te, quod dicis, dicere? *poteſt quis Dei gratia adjutus vas ſuum integrum & purum conſervare uſque ad legitimi conjugii tempus.* Nunc tandem aliqua lux honeſtatis tibi affulſit. At non video, quomodo hoc cum illo tuo ſuillo axiomate concinat; uxorem ſcilicet tam eſſe neceſſariam, quàm cibum & potum. Si mihi monſtraveris Calviniſtam, qui uſque ad tempus initi matrimonii omni cibo potúque abſtinuerit; tum tibi fidem habebo, affirmanti, aliquem ex Calviniſtis uſque ad legitimi matrimonii tempus caſtitatem intaminatam cuſtodiſſe. Nec moror, quod addis; *Gratia Dei adjutus,* quia licèt hoc E verum ſit; in tua tamen Schola verum non eſt, in qua docetur, gratiam Dei caſtitatem profiteri volenti tam non dari, quàm non datur volenti vitam cibi potúſque expertem vivere. An non ſunt hæc doctrinæ tuæ contra caſtitatem, ſundamenta & prima principia? Regredere, oro, ad initium tui libri; & diſce, ſi non veritati, ſaltem tibimetipſi conſentanea loqui.

Petivi jam alibi à te, ut, ſi quis poteſt caſtitatem illibatam conſervare uſque ad con- F jugii tempus; deſignes mihi iſtud tempus; quo ſcilicet anno adveniſſe cenſeri poſſit; ita ut caſtam vitam ulteriùs prorogare nequeat. Quis tandem ille annus eſt, ad quem quis, gratia Dei adjutus, caſtè vivere poteſt; & ultra quem caſtè vivere non poteſt? Eſtne viceſimus, triceſimus, quadrageſimus, vel quis tandem nefaſtus ille annus eſt, quo quis gratia Dei deſtituitur, ut uxorem ducere cogatur? Quis credat, Meliſſum, ut hunc tibi, cùm viveret, familiariſſimum nominem, *gratia Dei adjutum* uſque ad quinquageſimum ſextum ætatis annum caſtam vitam produxiſſe: ùt tu ſcribis; nec eadem gratia adjutum thalami exſortem vitam proferre potuiſſe, ſi voluiſſet: ſed aut ſcortari, aut Roſinam conjugio ſibi jungere coactum eſſe?

Lepidum illud eſt; quòd quidam Prædicantes interrogati, quomodo quis caſtè vivere G poſſit ante conjugium; ſi matrimonium tam neceſſarium eſt, quàm neceſſarium id Lutherus & alii arbitrantur; reſpondent, hoc fieri ſpe & cogitatione futuri matrimonii, quaſi cogitatio hæc non ſit potiùs incitamentum, quàm retinaculum libidinis. Neque unquam hæc ratio in Schola Lutheri nata ſanctis Patribus occurrit; qui caſtitatem ſive perpetuam, ſive eam, quæ certo tempore circumſcribitur, gratiæ divinæ acceptam referunt; & præterea ſpei cœleſtis coronæ. De qua pulchrè philoſophatur S. Joannes Chryſoſtomus, ſcribens in cap. 19. Matthæi his verbis: *Poſſe nos perpetuam ſervare continentiam oſtendit Chriſtus dicens: ſunt Eunuchi, qui ex ventre matris ita nati ſunt, & qui ab hominibus facti ſunt, &* H *qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum. His omnibus ad optandam eligendámque virginitatem inducit. Poſſibile id namque eſſe hominibus hoc ferè modo confirmat. Cogita tecum, ſi aut à natura Eunuchus eſſes, aut injuria hominum ſic effectus, quid faceres, cùm & hujusmodi voluptate careres, & nullam carendo mercedem conſequereris? Gratias igitur Deo agas, quia magna præmia rutilantéſque coronas habebis, ſi ita vivas, quemadmodum ſine aliquo illi præmio, imò verò multò faciliùs, tutiùs atque jucundiùs, tum quia ſpe retributionis corroberaris, tum quia conſcientia virtutis gaudes.*

FINIS LIBRI PRIMI.

APOLOGIÆ PRO VITA B. P. N. IGNATII, LIBER SECUNDUS.

QUæ Misenus altero suo libro effutiit, ea ferè pertinent vel ad B. P. N. Ignatium: vel ad B. P. Franciscum Xaverium; vel ad examen conscientiæ: vel ad Urbem, Clerum, & Pontificem Romanum: vel ad conjugium Sacerdotum & Monachorum: vel ad sacras imagines, earúmque cultum; vel denique ad Confessionem auricularem. Omnia hæc capita breviter percurremus, ut verbis compendium fiat; quia hæreticus, præter veteres nænias, nihil propemodum affert; quem, antequam refutationem aggrediar, jure alloqui posse videor, verbis illis, quibus
S. August. lib. 4. contr. Crescon. cap. 65. olim S. Augustinus similem sycophantam Grammaticum, compellavit. *Si propterea respondisti, quia tacere noluisti, non quidem ad omnia, sed tamen respondisti; si autem ad hoc respondisti, ut ea, quæ à me dicta sunt, evacuares, video te quidem ad multa respondisse; sed nihil refellisse.*

CAPUT I.

Defenditur B. P. Ignatius à Miseni conviciis.

A IGnatius litteris adbuc operam dans proposuerat, si quem berum nactus esset, eidem servire, ùt Cbristo: in eóque, tanquam in imagine, Cbristum agnoscere. Riserat Misenus boc propositum; &
Colos. 3. Ephes. 6. 1. Pet. 2. tantùm non *idololatria* damnârat. Defendi ex Apostolo Paulo, qui, ut *Dominis carnalibus*, tanquam ipsi Christo serviant; non semel servos cohortatur, ùt & Apostolorum Princeps Petrus simili propemodum verborum tenore. At necdum capax est hujus de obedientia instructionis Misenus. Necdum sannas exsertas retrahit; quod non mirum in homine illi sectæ immerso,
B quæ obedientiæ præstandæ, & debiti bonoris babendi iis, quibus jure babendus, planè impatiens, imò ignara est. Quod Ter-
Tertull. de præscr. c. 42. tullianus generatim de omnibus hæresibus, boc eximiè quadrat in Calvinianos. *Nec suis præsidibus reverentiam noverunt:* quin nec Regibus & Principibus; nisi Calvinismo liberas habenas permittant: cui si vel paululùm frena reducere tentent; mox furore succensi, cum Donato Carthaginensi, qui de suo nomine *Donatistis* nomen fecit, in hæc
Optat. lib. 3. verba prorumpunt. *Quid est Imperatori cum Ecclesia? & de fonte levitatis suæ multa maledicta effundunt*, non minùs, quàm ille idem Donatus *in Gregorium aliquando, ad quem sic scribere minimè dubitavit. Gregori macula senatus & dedecus præfectorum, & cætera talia.*

Argumentum hoc Gregorii de Valentia C
fateor non esse apodicticum. *S. Petrus de-* 1. Petri. 4. Gregor. de Valent lib. 2. de Idolol. cap. 7.
bortatur fideles ab illicitis idolorum cultibus: ergo alius quidam est licitus simulacrorum, hoc est, sacrarum imaginum, cultus. Probatur consequentia. *Quia quando injustam hominis cædem audimus, jure hominem aliquando cædi posse intelligimus: nec si à blasphemia aut alio facinore, semper ac omni ratione illicito, quempiam avocare velis, opus est, ut, vel illicitam blasphemiam, vel illicitum crimen dicas. Cùm ergo S. Petrus nominaverit simulacrorum cultum illicitum, insinuâsse videtur esse alium quemdam eorum, quæ manu & arte fiunt, cultum licitum.* Ut argumentum hoc non sit demonstrativum; quia, ùt objicis, *Epithetorum vis non semper est in distinguendo, sed sæpius in amplificando*, non tamen adeò debile ac enerve est, quàm tu putas, præsertim, si argumentum ita formetur, sicut formari potest ex mente etiam D
Gregorii de Valentia, Doctoris mei. S. Petrus dehortatur fideles ab illicitis idolorum cultibus: ergo insinuat dari alium cultum, non quidem Idolorum, quatenus idola sunt; hic enim nunquam est licitus; sed tamen arte & manu factorum, cujusmodi sunt sacræ imagines; si enim prohibuisset omnem imaginum, signorum & artefactorum cultum; non dixisset; *illicitis idolorum cultibus;* quia imago alioquin ùt imago, non est idolum, ea notione, qua idolum ex Ecclesiastica consuetudine usurpari solet; nec omne signum, nec omne artefactum est idolum; ùt notat etiam ille; quisquis fuit, qui libros Carolinos consuit; nam *cùm penè*

omne

omne idolum imago sit, inquit ille, *ut non omnis imago idolum est.* In præfat.

A Quocirca injuriam facis Gregorio de Valentia, cùm ei imponis, quòd duplicem *Idololatriam* statuerit, alteram *licitam*; alteram *illicitam*. Ignorabat scilicet doctissimus Theologus, Idololatriam *intrinsecè* esse malam æquè ac fornicationem, adulterium, furtum, perjurium: ac sicut non est ulla fornicatio licita; ita quoque nullam idololatriam esse licitam; cùm idololatria semper jam, ùt & idolum, in malam partem accipi soleat ex communi loquentium usu: quòd si usus ferret, ut idolum usurparetur pro quocunque *signo* seu *simulacro*, seu *imagine*; tum & idololatria rectè acciperetur generatim pro cultu cujuscunque signi; seu simulacri; seu imaginis; rectéque divideretur in *illicitam*, qualis est cultus illorum signorum, quæ pro-

B priè jam idola vocantur; & in *licitam*, qualis est cultus illorum signorum, quæ usitato more appellamus imagines; sed tunc nequaquam esset una & eadem ejusdem nominis significatio; sed planè diversa, ùt per se notum est: neque ut ita loquamur, fert usus, penes quem jus & arbitrium vocabula usurpandi & immutandi residet. Et quamvis Valentianus ex suprà dicto S. Petri loco id, quod diximus, colligat; minimè tamen unquam ita locutus est, aut ita loquentem tolerâsset, *Idololatriarum altera est licita; altera illicita:* propterea nec idoli, nec idololatriæ, sed *cultus* & *simulacrorum* vocabulis usus est. Etsi nec *simulacri* vox admodum sit trita in Schola Ecclesiæ; quod non ignorans Gregorius, vocem simulacrorum exposuit per vocem sacrarum imaginum.

C Ergo ut concludam, hæc est Gregorii ratiocinatio: S. Petrus prohibet illicitos idolorum cultus; seu ἀθεμίτες εἰδωλολατρείας, illicitas idololatrias; seu signorum sive simulacrorum cultus nefarios: ergo hoc ipso insinuat, esse cultum aliquem licitum, non idolorum, sed signorum vel etiam simulacrorum, (hoc est imaginum, quæ simulacra quædam sunt) non autem hanc consequentiam texuit: *Ergo hoc ipso insinuat esse Idololatriam aliquam licitam.* Vel; *esse aliquem Idolorum cultum licitum:* non, inquam, hoc collegit; quia optimè perspectum habebat, vocabulum *idololatriæ & Idoli*, com-

D muni loquentium consuetudine, in pessimam partem accipi. Quocirca dixit: *simulacrorum.* Et ne hæc ipsa vox religiosas aures offenderet, addidit: *sacrarum imaginum.* Quidquid verò tu contrà nugeris, robore suo non caret, quod Gregorius ex loco illo S. Petri concludit. Si enim omnis signorum cultus nefarius est ac interdictus, causæ nihil erat; cur hanc, qui Idolis tribuitur, tanta emphasi tanquam ἀθέμιτον Christianis proponeret: ùt si alicui hoc præceptum darem. *Fuge injustum & sceleratum homicidium:* utique insinuarem, esse aliquod homicidium E licitum & non fugiendum; illud nimirum, quod miles in conflictu justo patrat occidendo hostem: & illud, quod Judex occidendo maleficum: Et quamvis Epithetum non sit semper distinctionis nota; (in hac enim locutione: Fuge execrandum adulterium, nihil distinguit, sed exaggerat tantùm) non est tamen necesse, ut in eo S. Petri loco dicamus, tantùm habere vim amplificandi, non autem distinguendi. Et quamvis in exemplo homicidii allato rectè dicam: homicidiorum alterum est licitum, alterum illicitum: ut tamen hac ratione idololatriam dividam, ipse usus vocabuli repugnat: etsi nihil obstat, quò minùs dicere liceat; cultus signorum alius est licitus, alius illicitus. Satis de Gregorio.

Ad Ignatium redeamus: cui sub primor- F dia studiorum Dæmon imponere studebat cogitationibus in speciem quidem rectis sanctísque *ex objecto;* quia erant de rebus cœlestibus; malis tamen & fugiendis, quia abstrahebant à litterarum disciplinis, quibus Ignatio maximè opus erat ad perficiendum ædificium, quod Deus, ministerio illius, excitare cogitabat. Misenus capere nequit, quomodo eædem cogitationes bonæ sint ratione *objecti;* & malæ respectu eventus. Atqui captu nihil est facilius; nam, ut exemplo rem declarem, an non ex se, & ex *objecto* suo bonæ, honestæ, laudandæque sunt cogitationes de liberalium artium studiis? Quis hoc neget; nisi qui præstantiam honestissimarum disciplinarum ignorat? Et tamen si ad Deum preces fundas, hísque cogitationibus locum præbeas, malè agis; ipsæque cogitationes propter orationis circumstantiam malæ fiunt. Si tu, Misene, cùm ex officio docere deberes; precationi interea vacares, an precatio illa tua tibi utilis, G Deóque grata foret? Atqui precari salutare est ac laudabile: per se nimirum; nam ob adjuncta & eventa evenire potest, ut aliter de precatione sentiendum & pronunciandum sit. Denique quid notius & vulgatius apud eruditos, quàm actionem ex se alioquin bonam, fieri posse ex adjunctis malam? Quis tam stupidus, qui hæc non capiat, præter Misenum? quem etiam alibi stupor impediit, quò minùs intelligeret, cogitationes illas de se in præcipitium mittendo, quas Dæmon Ignatii menti nolenti & reluctanti immiserat, omni culpa vacâsse.

Audi, quid de his scribat auctor Quæstio- H num ad Antiochum, respondens ad hanc quæstionem. *Unde moventur in corde hominis cogitationes & meditationes contumeliosæ, execrabiles atque nefariæ, quæ sæpius in Dei injuriam tendunt, & quas nec anima vellet proferri, nec hominis lingua nominare? RESP. Hujus auctor & operator est Diabolus. Ille ista nefanda in hominis animam subministrat, loquens contra Deum verba, quò possit in desperationem adducere homi-*

Auct. qq. ad Antioch. Tom. 2. Operum S. Athan. Q. 15.

A *hominem. Sed non ex hoc præcisè condemnatur homo. Absit. Talis namque cogitatio ex levi suspicione surrepit homini; sed ab ea liberatur, dum cogitat seipsum esse terram & pulverem, neque adeò magni pendat hujusmodi cogitationem; sed Diabolo dicens: blasphemia tua sit in caput tuum Diabole. Ego enim Dominum Deum meum adorabo, neque eum unquam blasphemabo. Securè igitur est intendendum his dictis. Complures namque hominum ob hujuscemodi cogitationem victi, partim semetipsos in præcipitium egerunt, partim in desperationem venientes periêrunt.* Hæc Auctor ille.

B Accusas Ignatium hypocriseos: eíque in accusatione socios addis S. Antonium, S. Athanasium, & alios. Non ægrè fero; quia gratius mihi est, ut Ignatius ab Hæretico cum S. Antonio, S. Athanasio, & id genus aliis vituperetur, quàm ut cum hæreticis ab hæretico laudetur. Idémque, nil dubito, animus est Ignatio nunc immortale ævum inter cœlites agenti, qui non hypocrisi, quæ nulla in illo; sed præstantia excellentis virtutis ea bona filiis comparavit, de quibus meritò sibi gratulantur. Loquor autem de bonis animi & Spiritus; nam externa ista, ùt Ignatius, ita & nos in secundis ducimus; nec propter illa, ùt tu calumniaris, Societatem amplexi sumus; quæ nec tam immodica sunt, quàm immodicè tu vociferaris: etsi fateor, grandiora esse, quàm velitis. Cruciat enim vos, quòd, dum Monasteria & templa tam gnaviter diripitis & expilatis, alii ex altera parte sint, qui novis religiosorum domiciliis, templísque excitandis, ornandis ac locupletandis strenuè C insistant; & in illis quasi præsidiarios milites collocent, qui vestris furoribus obsistant, aliósque itidem, professione omnium disciplinarum, quæ virum religiosum non dedecent, erudiant, ut & ipsi, sua quisque in statione, grassanti hæreseos pesti viriliter se se opponant. Hæc nimirum vel præcipua, vel ex præcipuis causis una est, cur his in locis, ubi sectis locus, aut sponte concessus, aut vi raptus; collegia exædificentur, & fundatorum liberalitate munificentius aliquando, quàm vobis placeat, instruantur; ídque ut fieret, Ignatius Auctor fuit, hoc ipso, quòd Societatem hujusmodi legibus temperatam condidit; ex quibus & hæc non infima, ut juventutem in Scholis & Academiis, ubicunque licuerit, litteris probísque moribus informemus, & quidem absque mercede.

D Mirabatur olim Erasmus, ex tot Religiosorum Ordinibus nullum extitisse, qui Juventutem passim & promiscuè, apertis ludis litterariis, *gratis* ac sine stipendio, institueret. Si paululùm supervixisset Erasmus, mirari desiisset; Jam enim id, quod ipse factum non esse admirabatur, ab Ignatio præstari vidisset, quod ut præstaretur, mos & genius hu-

Erasm. in Dialog. de pronunciat. linguæ Græcæ.

E jus sæculi, quo tam multæ hæreses ex Orco vel jam eruperant, vel adhuc erupturæ erant, omnino exigebat. *Ille enim, qui res omnes novit, antequam existant,* inquit S. Gregorius Nyssenus, *& malitiam diaboli cum ætatibus hominum extendi atque transmitti, & ad finem pergere animadvertit, convenientem & accommodatum ad cujusque ætatis morbum medicum parat, ne curationis expertem sinat esse morbum hominum, qui si desit, à quo sanetur, subigere solet, & in potestatem suam redigere genus humanum. Hujus rei gratia cùm vigeret ac prævaleret aliquando Philosophia Chaldæorum, qui rerum causas, à certo quodam motu siderum pendere statuebant: nec virtutem quandam sideribus apparentibus præsidere ac præesse putabant, quæ rerum quarumlibet effectrix esset; tum Abrahamum exhibet, qui quasi scala usus ejusmodi* F *disciplina, investigavit illum, qui per res, quæ videntur, intelligitur, &c. Deinde cùm Ægiptii ex suggestione, opinor, illius, qui per varias fraudes homines demergit, mirabilem quandam & præstigiatricem calliditatem invenissent, exhibuit Moysen, qui sapientia excellentia Ægyptiorum fraudem expelleret, & aboleret, &c. Processu dein temporis cùm etiam Israëlitarum res, per eum statum, quo nullius certi magistratus imperio continebantur, in promiscua populi atque confusa potestate, malè se haberent; Samuel existit, qui per sese subditos in officio contineret, & à consuetudine atque commercio alienigenarum prohiberet, &c. Secundùm hæc multis pòst ætatibus cùm Achab mulieris illud mancipium & ipse Patrios ritus sacrorum deseruisset, mulieri delicatæ ac* G *molli obnoxius factus, & per illam adscito simulacrorum errore, ad eandem secum defectionem Israëliticum populum traxisset; tunc Deus exhibet Heliam, qui magnitudini morbi pares ad sanandum vires haberet, qui curationem & cultum corporis despiceret, facie squalentem, &c. Deinde secundùm illum alius ille compluribus temporibus pòst existit, qui in spiritu & virtute Heliæ per Zachariam & Elizabetham productus, & in vita versatus est, atque universam gentem in solitudinem per prædicationem ad se evocans, & sordes ob sanguinem Prophetarum effusum contractas, & multiplicia piacula, variósque peccati modos, quibus calceamentorum in modum populus universus implicitus & illigatus erat, omnia ejusmodi mala & prædicatione pœnitentiæ dissolvit, & aqua circumspersione eluit, &c.*

S. Gregor. Nyss. orat. in S. Basil.

H *Nemo autem prorsus ignorat, quo consilio in hoc tempore præceptor noster.* (Quis ille, Misene, de quo loquitur Nyssenus, & quis ille, de quo loquor ego Nysseni verbis?) *designatus & exhibitus sit; &c. Nam cùm invasisset Apostata* (Diabolus) *homines totius malitiæ suæ capaces, Arium, inquam, & Actium, Eunomium, Eudoxium* (Lutherum, Zvvinglium, Calvinum) *ac præter hos multos etiam alios, per eos deficientem jam simulacrorum cultum, nomine Christianismi denuò reduxit, atque invalescebat adversùs homines morbus, qui creaturam magis, quàm creatorem*

cole-

A *colebant, adeò ut etiam illius temporis Imperatorum auxilio fraus confirmaretur, &c. Cùmque omnes propemodum homines ad id, quod vigebat & invalescebat, malum traducti essent, tunc magnus à Deo Basilius* (Ignatius, liceat hoc pace tua, Misene; vel si renuis, fiat sine pace tua) *quemadmodum tempore Achabi Helias, exhibetur: ac Sacerdotio, quod jam quodammodo collapsum ac neglectum erat, suscepto, tanquam lucernam, quæ defecisset, rationem fidei, per inhabitantem in se gratiam relucere denuò fecit, & cùm veluti fax noctu errantibus per mare Ecclesiæ bono apparuisset, omnes ad rectam viam convertit, cum præfectis & præsidibus confligens, cum ductoribus copiarum congrediens, apud Imperatores liberè loquens, in concionibus & Ecclesiis clamans, &c.* Hæc & plura in hanc sententiam Nyssenus; quibus nihil addo. Intelligit Misenus, quò tendam. Sapienti, quin & interdum, insipienti, pauca.

B Divitiæ collegiorum, ùt suprà dicebam, maximæ forent; si maximis Prædicantium clamoribus æquarentur. Qualescunque verò illæ sint; ad communitatem spectant, non ad singulos; quibus ex ipsa paupertatis professione ignora sunt duo illa provocabula: *Meum* & *Tuum*. Dividitur autem singulis ex eo, quod commune, *prout cuique opus est;* ùt factum esse in primæva Ecclesia S. Lucas scribit; cùm Christianis omnia essent communia, nihilque habentes, C omnia possiderent: neque enim *quisquam egens erat inter illos;* quia communia illa distribuebantur in singulos, prout cujusque necessitas postulabat. Dic, Misene, an fieri nequeat, ut civis quispiam non modò invitus, sed & volens pauper sit; licèt Respublica, in qua, tanquam pars degit, opibus admodum abundet? cujus ergo Reipublicæ membra fuerunt, illi summæ auctoritatis & existimationis viri, *quorum filia ob paupertatem de publico dotibus donata ad maritos ierunt, portantes gloriam domesticam, pecuniam publicam; quorum funus, ob tenues opes à populo Romano collatis sextantibus adornatum est?* In qua item Republica vivebat ille, *cujus agellus ob similem penuriam publica pecunia cultus est?*

Actor. 4.

Apul. Apolog. 1.

Mendicabula nos sæpius appellitas. Convicium hoc non repellam alio telo, quàm D illo Madaurensis Philosophi. *Paupertatem mihi obprobravit. Acceptum Philosopho* (multò magis religioso) *crimen & ultrò profitendum. Enimverò paupertas olim Philosophia* (etiam Christianæ & religiosæ) *vernacula est: frugi, sobria, parvo potens, æmula laudis, adversum divitias possessa, habitu secura, cultu simplex, consilio benesuada: neminem unquam superbiâ inflavit, neminem impotentiâ depravavit, neminem tyrannide efferavit: delicias ventris & inguinum, neque vult ullas, neque potest. Quippe hæc & alia flagitia divitiarum alumni sunt, &c. Quemcunque in aliqua laude miramur, eum paupertas ab incunabulis nutricata est; paupertas, inquam, prisca apud sæcula omnium civitatum conditrix, omnium artium repertrix, omnium peccatorum inops, omnis gloria munifica, cunctis laudibus apud omnes nationes perfuncta.* Hæc & alia hujus notæ plura eleganter in paupertatis laudem Philosophus Afer. E

De supplicio virgarum, quod Ignatius F Parisiis quasi divinitus evasit; tum rectiùs, opinor, scriberes, si semel *plagipatida* factus aliquot ulmei fasces tuis in scapulis contererentur. Antè enim, quàm hoc fiat, persuadere tibi neutiquam potero, quàm grave & ignominiosum sit libero & ingenuo homini, & ad maturam ætatem jam provecto, in publico Academicorum consessu palàm cædi. Hac etiam ratione aptior evaderes editor libri jam olim Heidelbergæ impressi de *Inquisitione Hispanica;* Hunc enim te denuò typis commissurum promittis, jurejurando propemodum interposito. Mirificum ergo opus videbimus; præsertim si Scholia tua accedant. Verùm antequam humeros huic labori subjicias, suadeo, ut in Hispaniam concedas, quò omnia *Inquisitionis* mysteria certiùs explores. Si times Hispalim; quòd liber, cujus editionem pollice- G ceris, videatur à quodam compositus, qui ad arcana Hispalensis *Inquisitionis* admissus fuerat; & quidem quantum ex libri lectione conjicere possum, non tanquam assessor, sed tanquam reus; habes Toletum, habes Valentiam, habes alia loca. Deinde consultum foret, ut plenioris doctrinæ gratia priùs commentarium conscriberes, conscriptúmque publicares de *Inquisitione* Saxonica, quæ te etiam in latebras compulit; & tandem ex Saxonia, Misnia & Marchia in *Palatinatum* ejecit, tuúmque Peucerum integro decennio in carcere detinuit, & quosdam insuper capite censuit ac minuit. Addere licebit syntagma, & quidem multò majus, de *Inquisitione* Anglica, quæ sub Imperio nuper mortuæ Reginæ viguit summa in Orthodoxos omnes truculentia.

Appendicis loco adjunges eam *Inquisitionem*, qua & vos Calviniani, & fratres vestri, H licèt parùm amantes vestri, Lutherani in Catholicos passim inquiritis, iis in locis, ubi Reipublicæ habenas nescio quàm moderatè moderamini. Nos scimus exempla *Inquisitionis* vestræ haud humaniora & miuora, quàm illa Inquisitionis Donatisticæ, de quibus S. Augustinus. *Marcus presbyter Casphalianensis à nemine coactus propria voluntate Catholicus factus est. Quare illum vestri persecuti sunt, & penè occidissent, nisi Dei manus per homines supervenientes violentias eorum compressisset? Restitutus Victorianensis ad Catholicam nullo cogente se transtulit. Quare raptus est de domo sua, casus, in aqua volutatus, buda vestitus, & nescio quot dies in captivitate retentus. Marcianus Urgensis Catholicam unitatem*

A *propria voluntate delegit. Quare ſubdiaconum ejus, cùm ipſe fugiſſet, prope uſque ad mortem cæſum, Clerici veſtri lapidibus obruerunt? Quid ampliùs dicamus? Modò præconem miſiſtis, qui clamaret Siniti: Quiſquis Maximiano* (ad Catholicam fidem regreſſo) *communicaverit, incendetur domus ejus.* Inquire diligenter Miſene, & diſpice, an non ſimilia *Inquiſitionis* Lutheranæ & Calvinianæ exempla repertarus ſis. Reperies autem innumera, ex quibus, delectu adhibito, in commentarium tuum de *Inquiſitione* ea referre poteris, quæ præ cæteris eminent.

B De peccatis Ignatii, ne tu ſollicitus eſto. Maximum ab illo totius vitæ decurſu patratum, minus fuit, quàm ſit illud, quod tu pro minimo, imò pro nullo habes. Aliter ſentiunt & ratiocinantur de ſuis peccatis viri ſancti; aliter præſidentes Calviniani; illi humilitatis, modeſtiæ, & pœnitentiæ gratia omnia exaggerant; iſti ſumma arrogantia confidentiſſimè omnia extenuant. Lege Confeſſionem S. Ephræmi, viri ſanctiſſimi; num ideo minùs ſanctus eſt, quia hæc de ſe adoleſcente ſcribit? *Contumelioſus fui, & percuſſor, atque ſeditioſus, & cum vicinis contentioſus ac invidus, in advenas & peregrinos inhumanus, in amicos durus, in pauperes acerbus, ob res viles ac leves occurrentes pugnax & immodeſtus: improbis quoque cogitationibus vacans atque laſcivis.* **C** Sed quid adjungit? *De his omnibus ſcio, me veniam conſecutum eſſe coram tribunali Dei.* Num propterea Sancti titulum & honorem, quem jam tot ſæculorum centuriis poſſidet, auferes S. Ephræmo, quia etiam poſt vitæ Monaſticæ profeſſionem hæc de ſe publicis litterarum monumentis profitetur: *Mendax ſum, & mendaces reprehendo. Mente ipſe ſordidus, libidinoſos inſector. Fures redarguo, & pauperes injuria afficio. Contumelioſos accuſo & damno, cùm ipſe eidem obnoxius ſim vitio. Splendidè incedo, cùm totus ſim immundus. In Eccleſia primum locum occupo, cùm ne poſtremum quidem merear. Honorem appeto, ipſe potiùs ignominia dignus. Salutationes capto, cùm ab aliis ſim conſpuendus.* Omitto cætera, quæ vir ſanctiſſimus, qui *verebatur omnes greſſus ſuos;* Chriſtianæ ſubmiſſionis & modeſtiæ cauſa de ſe ipſe ſcribit; minima etiam pro maximis reputans partim odio ſcelerum, partim amore ejus, quem peccata offendunt, permotus.

D Chriſtum Ignatio Romam proficiſcenti apparuiſſe unà cum cœleſti Patre, necdum credit Miſenus; quaſi falſum eſſe oporteat, quidquid Miſenica majeſtas, vel potiùs levitas non dignatur credere. *Si fieri poteſt*, inquit S. Ephræm in ſuo Teſtamento, *ut ſterilis ſalix in loco arido & ſicco germinet, fieri quoque poterit, ut aliquando* (Hæreticus) *Apoſtata* erudiatur. *Si igitur ſalix ſterilis in aſpero loco aliquando germinabit; tum etiam accedent prædones & injuſti* (Hæretici) *ad diſcendam veritatem. Sicut autem corvus nequit* **E** *unquam fieri albus: & ſi hic inalbuerit, etiam malus efficietur bonus, & accedens, quod bonum eſt, addiſcet. Contingit verò interdum, ut hyberno tempore corvus aliquamdiu albus viſus fuerit, licèt aliàs ſua natura obſcurus ac niger eſſet: ſimul atque tamen ſeſe ad volandum incitavit, & totam à ſe nivem excuſſit, eodem, quo antea colore videntibus apparuit. Similes quoque huic ſunt* hæretici, qui cùm aliquando veritatem amplecti velle videntur, mox pedem referunt, naturámque priſtinam falſi amantem & tenacem denuo induunt; quare licèt Miſenus aliquam præ ſe ferret credulitatem, quod ad hanc apparitionem attinet; nil niſi ſimulatio foret, ad primam falſi auram in tenues auras abitura.

F Quomodo enim Ribadeneiræ talia narranti fidem haberet, qui ſanctiſſimum Paulinum Nolanum, cùm apparitionem quandam Chriſti, naucleri ſpecie factam, commemorat; tantùm nnn exſibilat? En arrogantis Calviniſtæ verba. *Quòd Chriſtus Dominus naucleri habitu apparuerit cuidam catechumeno naufragium paſſo, apud me fidem non invenit, ſive Paulinus ſcribat, aut alius. Nullius enim hominis narrationes immutare nobis aut pervertere debent articulos fidei* (Calvinianæ videlicet) *& veritatem Evangelicam.* (rectiùs Calvinianam) *nobis arrident Monachorum ſomnia, nos delectant Apoſtolica ſcripta.* Scilicet S. Paulinus ſomniator erat. Quid ergo erit Miſenus? Num Vigilantius? Scilicet S. Paulinum nnn delectabant ſcripta Apoſtolica; Miſenum delectant *ſuper mel & favum, ſuper aurum* & topazion, attamen non *Apoſtolicè*, ſed *Calvinianè* intellecta: neque enim idem Apoſtolus & Calvinus; nec idem Apoſtolicus & Calvinianus, nec idem Apoſtolicè & Calvinianè.

G Patri ſancti Baſilii, cùm puerulus adhuc graviſſimè ægrotaret, apparuit Chriſtus, filiúmque incolumem fnre promiſit. Miraculum litteris prodidit S. Gregorius Nyſſenus, qui Baſilium cum Samuele componens, ait. **S. Gregor. Nyſſ. in S. Baſil.** *An etiam adverſus Samuelem oratione audendum eſt? Sanè in aliis omnibus primas Prophetæ partes concedentes, cum duobus quibuſdam, quæ de illo dicuntur, etiam ea, quæ circa magiſtrum noſtrum erant, convenire, oſtendemus. Divinitus data atque conceſſa utriuſque nativitas erat: ùt enim illum mater, ita etiam hunc pater à Deo petitum procreavit; cúmque lethali morbo quondam correptus eſſet,* **H** *etiamnum in ætate juvenili, per viſionem in ſomnis pater vidit Dominum, qui in Evangelio Regulo illi filium donavit; & illa dicere ad ſe: quæ ad illum Dominus dixerat: vade, filius tuus vivit; cujus fidem & ipſe imitatus, eundem, quem ille fidei fructum percepit, benignitate Domini ſalute filii recepta.* Hæc D. Gregorius Nyllenus: ad quæ vociferabitur Miſenus: *Vos ſomnia Monachorum; nos Apoſtolica ſcripta delectant; à quibus nullus Theodoretus,*

nullus

A *nullus Palladius, nullus Paulinus, nullus Anastasius, nullus Nyssenum nos abducet:* Bene dicis, nullus horum te à scriptis Apostolicis abducet; soli Luthero, Zvvioglio, Calvino bæc abducendi & seducendi hoc tempore gloria reservata est; sunt enim *abigei*, oves ex ovili & pascuis Christi, ejúsque Vicarii Petri ad suas speluncas abducere & abigere consueti.

B Quid miramur, Misenum fidem derogare Ribadeneiræ adeò mirificas apparitiooes B. P. N. Ignatin factas litteris prudenti, cùm quidquid bujus generis illud omnis sanctimoniæ exemplar & speculum S. Gregnrius Magnus, Pnntifex, in Dialogos suos retulit, id iste ne unius quidem pili æstimet. Audi non jam Misenum, sed ipsam Impudentiam. *Gemmas apparitionum Gregorianarum non curo.* Multò minùs nos curamus sordes criminarionum tuarum. *Monachi*, inquis, *astutè simplicitate & credulitate abusi fuère, ad superstitionis, quæ post increbuit, introductionem.* Hanc calumniam in saoctissimum Poontificem Gregnrium mutuatus es à magnæ dignitatis viro, nimirum à Mauricio Imperatore; qui & ipse S. Gregorium olim *simplicem*, hnc est, *fatuum*, appellare, & simplicitatis, C boc ast, fatuitatis accusare non erubuit. Sed quod S. Gregorius respnndit Mauricio, bnc & tu ab illo accipe. *Dum me redarguere studuit*, inquit ioclytus Antistes, *parcendo mi-* S. Greg. lib. 4. Epist. 31. *hi minimè pepercit. Nam in eis urbanè simplicitatis vocabulo me fatuum appellat. In scriptura etenim sacra cùm in bona intelligentia ponitur simplicitas, vigilanti sæpe prudentiæ atque* Job. 1. *rectitudini sociatur. Unde etiam de beato Job scriptum est: Erat vir simplex & rectus, &c. Et per semetipsam admonet veritas, dicens. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices, si-* Matth. 10. *cut columbæ. Esse valdè inutile indicans, si aut simplicitati prudentia, aut prudentiæ simplicitas desit. Ut ergo servos suos ad cuncta eruditos efficeret, esse eos & simplices sicut columbas, & prudentes, sicut serpentes voluit: quatenus in eis & serpentis astutia columbæ simplicitatem acueret, & columbæ simplicitas, ser-* D *pentis astutiam temperaret. Ego igitur, qui in Serenissimorum Dominorum jussionibus* (in chartis Miseni) *ab Arnulphi* (Mnnachorum) *astutia deceptus, non adjuncta prudentia simplex denuntior, constat proculdubio, quia fatuus appellor, &c. In ea autem re, quam de Arnulpho* (de variis Christi & Sanctnrum apparitiooibus) *perhibui, &c. Dum mihi non creditur, etiam mentitus esse reprehendor. Sed etsi Sacerdos non sum, scio gravem esse hanc injuriam Sacerdoti, ut veritati serviens fallax credatur. Et dudum novi, quoniam Arnulpho* (Calvino) *plus est creditum, quàm mihi; Leoni* (Luthero) *amplius est creditum, quàm mihi, & nunc eis* (Prædicantibus) *qui esse ad medium videntur, plus quàm meis assertionibus credulitas impenditur. Et quidem si terra mea* (Ecclesiæ) *captivitas per quotidiana momenta non ex-* *crescerel, de despectione mea atque irrisione lætus tacerem: sed & hoc me vehementer affligit;* E *quia ego unde crimen falsitatis tolero, inde Italia* (Germania) *quotidie ducitur sub Longobardorum* (Calvinianorum & Lutherannrum) *jugo captiva; dúmque meis suggestionibus* (& relationibus) *in nullo creditur, vires hostium* (Lutherannrum & Calvinistarum) *immaniter excrescunt.* Ecce, Misene, quàm sub pulchrn *simplicitatis* schemate, insigni fatuitatis convicio S. Gregorium percusseris. Simplex nimirum erat, qui universam Ecclesiam prudentissimè administrabat. Simplex erat, qui Mauricio ea suadebat, quæ si sequi vnluisset, toti Italiæ nptimè consuluisset. Simplex erat, qui difficillimis temporibus, inter micantes Loogobardorum gladins, urbem admiraoda solertia incolumem præstitit. Simplex erat, cui cum Im- F peratoribus, Regibus, Patriarchis, Episcopis, dimicandum & gravissimis de negotiis agendum erat. Simplex erat, cujus scripta, præsertim epistolæ ad varios missæ, totius prudentiæ in rebus agendis splendidissimum sunt speculum: Crede mihi, Lithe, si vel guttula prudentiæ Gregnrianæ in te inesset, *simplicitatis*, boc est, *fatuitatis* & insipientiæ sanctissimum Pnntificem Gregorium nunquam insimulâsses, ùt oec *nimiæ credulitatis*, boc est, levitatis in quibusvis rumusculis captandis, aucupandis, & in chartas referendis: oam *qui credit citò, levis est corde,* Eccles. 19. ùt habet Ecclesiastici oraculum. Si quisquam fuit, quem Dominus *Spiritu sapien-* G *tiæ & intellectus*, & circumspectioois implevit, is Gregorius Magnus fuit. Et mirum est, illi nomen *Magni* ioditum, si simplex, boc est, *fatuus* fuit, ùt tu cum Mauricio contendis. Cave autem, ne bujus tui coovicii, eas, quas nec exspectas, oec expetis, pœnas luas: nam & inter cæteras causas, ob quas taotas pœnas dedit Mauricius, infima ooo fuit petulantia & injuria in S. Gregnrium; qui cùm in suis Dialogis ferè semper testes laudet, à quibus, quæ commemnrat, accepit; tanta tameo accuratinne tibi ooo satisfacit, quia omnia, quæ scribit, H Calvioiaoo gustui adversa sunt. Num ideo gustui Christiann? *Si sola referam*, ioquit S. S. Greg. lib. 1. Dial. c. 1. Gregorius, *quæ de perfectis probatisque viris unus ego homuncio vel bonis vel fidelibus viris attestantibus agnovi, vel per memetipsum didici, dies, ùt opinor, antequam sermo, cessabit.* Paulò pòst. *Ea, quæ mihi sunt virorum venerabilium narratione comperta, incunctanter narro sanctæ auctoritatis exemplo, cùm mihi luce clariùs constet, quòd Lucas & Marcus Evangelium, quod scripserunt, non visu, sed auditu didicerint. Sed ut dubitationis occasionem legentibus subtraham, per singula, quæ describo, quibus hæc narrantibus mihi comperta sint, manifestabo.*

Eo summi præsulis fidem, en diligentiam. Nec diligentinr est in promittendo, quàm

 in

A in præstando, ùt nôrunt, qui ipsos Dialogos evolverunt, & vel ex initio secundi libri satis supérque liquet. Si S. Gregorius nullius testimonium adduxisset, Misenus insano clamore testes postulâsset: Nunc postquam profert; *astutos Monachos* appellat, qui *simplicitate Gregorii abuti voluerint.* Sed longè credibilius est, Misenum esse calumniatorem Calvinisticum, quàm testes illos, quos S. Gregorius *viros venerabiles* vocat, (ut alia elogia prætercam) *astutos*, hoc est, impo-
B stores, nec S. Gregorius is erat, cui verba dare, & os sublinere promptum foret, in his præsertim rebus, quæ ad miraculorum exactam probationem pertinebant. *Est probus nummus*, inquit Clemens Alexandrinus, *& alius adulterinus, qui nihilo secius rudes decipit ac ignaros, sed non argentarios, qui sciunt, quandoquidem didicerunt, separare & discernere probum ab reprobo, eóque, qui est malæ notæ. Sic argentarius rudi, & ignaro solùm dicit nummum esse adulterinum. Quomodo autem, solus scit argentarii familiaris, & qui in eo est exercitatus.* Hujusmodi *ἀργυρογνώμων* in discernendis miraculis fuit etiam S. Gregorius, qui
C secutus illud Ecclesiastici monitum: *datum & acceptum omne describe*; quidquid hujus generis aliorum relatione accipiebat; id accurata judicii quasi trutina expendebat, expensúmque litterarum monumentis consignabat. Et illi ipsi, quos Misenus *astutos*, hoc est, fradulentos & fallaces; S. Gregorius autem *viros venerabiles* nuncupat, minimè sibi negligendum putârunt, illud ejusdem Ecclesiastici: *Quodcunque trades, numera & appende*; sciebant enim, cui traderent, exactissimo nimirum exploratori, qui nullo negotio fraudem, si quæ lateret, deprehenderet.

Clem. lib. 2. Strom.

Eccles. 42.

D Post hæc addit Misenus aliam causam, cur fides Dialogorum S. Gregorii vacillet: quia *à Monachis superstitiosis* multa in illos Dialogos intrusa sunt. Ita olim agebant Manichæi cum novo testamento: quidquid minùs ad illorum palatum faciebat, id intrusum clamabant. *Sed quid vobis faciam*, inquit S. Augustinus, *quos contra testimonia scripturarum* (sanctorum Patrum) *ita obsurdefecit iniquitas, ut quidquid adversum vos inde prolatum fuerit, non esse dictum ab Apostolo* (à S. Gregorio) *sed à nescio quo falsario sub ejus nomine scriptum esse, dicere audeatis? Usque adeò à Christiana doctrina apertè aliena est, quam prædicatis, doctrina Dæmoniorum, ut eam sub Christianæ doctrinæ nomine defendere nulla ex parte possitis, nisi dicatis falsas esse scripturas Apostolorum* (Patrum) *Infelices inimici animæ vestræ, quæ unquam literæ habebunt pondus auctoritatis*, si fas sit dicere: hæc vel illa intrusa sunt; quia *contra me sonant*; hæc vel illa intrusa non sunt, quia *pro me sonant? Unde constat*, inquit S. Augustinus, *quid cujus sit, nisi quia his temporibus, quibus ea quisque scripsit, quibus potuit, insinuavit atque edidit: & inde in alios at-*

S. Aug. lib. 33. contra Faust.

que alios continuata notitia latiúsque firmata ad E
posteros, etiam usque ad nostra tempora pervenerunt, ita, ut interrogati cujusque quisque liber sit, non hæsitemus, quid respondere debeamus. Sed quid pergam in longè præterita? Ecce istas literas, quas habemus in manibus, si post aliquantum tempus vitæ hujus nostræ, vel illas cujusquam Faustò (Miseni) *esse, vel has neget esse meas, unde convincitur, nisi quia illi, qui nunc ista noverunt, notitiam suam ad longè etiam futuros continuatis posterorum successionibus trajiciunt?*

Quis unquam negavit totos Dialogos, ita, F
ùt in excusis & calamo exaratis exemplatibus extant, ex officina S. Gregorii prodiisse, absque ullo assumento, vel potiùs institione? Vidi aliquot vetustos horum Dialogorum codices, & in his antiquissimum, charactere propemodum ignoto ante multa sæcula scriptum, adhuc habeo ex Bibliotheca celeberrimi Monasterii S. Galli. Nihil falsariæ manus apparet: consonant exemplaria nova, vetera, veterrima. Ubi ergo Monachi illi falsarii? In cerebro, opinor, Miseni. Transtulit olim S. Zacharias Pontifex hos Dialogos in Græcam linguam. Triverunt, & etiamnum terunt Græci. Convenit latina editio cum Græca, & Græca cum Latina. Ubi ergo fictitia, quam somniator somniat, corruptela? Eosdem Dialogos in Anglorum linguam transferendos curavit Helfredus Rex Angliæ per Herefridum Episcopum Wigorniensem anno Domini 878. G
ùt testantur Matthæus Westmonasteriensis & Gulielmus Salisberiensis. Si alicubi Anglicanum exemplar reperiretur, nulla me dubitatio tenet, quin Misenicam vanitatem manifestè redargueret, dum solo odio apparitionum seu Christi seu Cœlitum, affirmare non veretur, hæc & similia à Monachis, Dialogis illis sceleratè inspersa & inserta esse; quæ impudentia risum potiùs, quàm refutationem meretur, quia ùt rectè ait S. Augustinus, si quis libros, quos omnium consensus Hippocrati tribuit, neget esse Hippocratis, *nec saltem refellitur, sed ridetur.* Et quare hoc, *nisi quia sic eos, ab ipso Hippocratis tempore usque ad hoc tempus, & deinceps* H
successionis series commendavit, ut hinc dubitare dementis sit. Platonis, Aristotelis, Ciceronis, Varronis, aliorúmque ejusmodi auctorum libros, unde noverunt homines, quòd ipsorum sint, nisi eadem temporum sibimet succedentium contestatione continuata? Consimili ratione, cùm omnium ætatum consensio, Dialogos, ùt hodie teruntur & leguntur, à S. Gregorio conscriptos affirmet; exsibilandus potiùs quàm refutandus erit Misenus, qui ex phantasia sua additamenta ab auctoris mente aliena fingit, nec vel ullo in speciem probabili argumento probare potest, nisi ingenii Calviniani ad solam falsitatem propendentis inflexibili pervicacia. Satis de S. Gregorio, etsi Joannis Rivii Sectarii pari petulantia in

Dia-

A Dialogos S. Gregorii grassantis inverecunda frons merebatur, ut hic etiam nonnihil contunderetur; sed verbis modus ponendus est. Fortè dabitur alia occasio. Usurpabo hic triviale illud. *Quod differtur, non aufertur.*

Rivius in lib. de vetere superstitione.

B Revertamur ad Ignatium: cui Christus apparens hæc plena solatii verba profatus est: Ego vobis Romæ propitius ero. Veritatem apparitionis, atque adeò promissionis, demonstravi ex eventu. Misenus. *Careat successibus, oro, quisquis ab eventu facta probanda putat.* Multa adversùs hunc poetæ versiculum disserui, quæ repetere, nil attinet. Tantùm quæro, si ab eventu non licet argumentum ducere de veritate prædictionis seu promissionis alicujus, cur antiqui Patres aut contra Judæos, aut contra Ethnicorum impietatem disputantes eventum prædictionum tam vehementer ursērint, & quasi in primo agmine omnium argumentationum collocârint. *Priùs quàm Prophetia ex eventu rerum finem consequeretur,* inquit Theodoretus, *non parùm laboris erat persuadere hominibus, qui tunc vivebant, eventura esse, quæ prædicerentur. Nunc autem cùm impleta jam videamus, quæ tot antè sæculis Prophetæ illi prædixerant, quæque olim verba fuerant, esse nunc facta, nullus jam nobis labor relinquitur ad faciendam fidem. Aures enim oculorum testimonio nunc utantur. Neque indigemus Herodoti auctoritate, ut sciamus, aures esse oculis infideliores: oculi enim nostri vident, quæ auditu aures accipiunt.* Alibi idem Theodoretus. *Antiqua prophetiæ prædicunt, quæ in Evangeliis continentur. Evangelia verè Propheticæ prædictionis finem ostendunt. Ac Prophetæ quidem prædixerunt Virginis partum: hæc verò nos docent Propheticam veritatem. Illi prædixerunt crucis mysterium, sed Evangelia ostenderunt. Illi prædixerunt Christi tormenta, hæc verò narrant facta miracula,* &c. Tandem addit Theodoretus. *Vos, quæso, viri Græci & Propheticis dictis fidem habetote, & clamantibus rebus aurem accommodate, persuaderique vobis finite ab Euripide Tragœdiarum scriptore, qui sic in Oenomao suo canit:* τεκμαιρόμεσθα τοῖς παρεῦσι ἀφανές. *Ex his, quæ apparent, conjectamus obscura.* Hæc & plura hujusmodi doctissimus Theodoretus.

Theodor. Serm. 10. ad Græcos.

C

Ser. 6.

D Nil ambigo, te, qua es mentis sagacitate & velocitate, jam apodosin meam seu accommodationem antevertere, & quorsum his tendam, animo præcipere. Tu Misene, promissionem illam: Ego vobis Romæ propitius ero, pro commentiria ducis. Circumfer paululùm oculos. Egredere nonnihil ex Calvinianis angustiis & latibulis. Lustra parumper non modò Romam, sed & mundum. Vide, an non rei eventus cum promissione illa consonet. Vide, an non Societas ex Romana urbe egressa per totum terrarum orbem sit diffusa intra tam paucos annos, quibus *tardigrada* secta vestra, *domiporta, sanguine cassa;* imò, ebria, paucos Europæ angulos perrepsit. Cavesis, occinas: *careat successibus, oro, quisquis ab eventu facta probanda putat:* nisi idem Theodoreto, & aliis, Christianæ religionis propugnatoribus oggerere cogites. Porrò sectam vestram tam esse *spissigradam* & *testudineam;* eò magis mirum est, quòd tota ejus felicitas & progressio consistit in destruendo, non in extruendo. At quis nescit destructionem citiùs progredi, quàm extructionem? Rectè S. Gregorius Nazianzenus, *Faciliùs est constituta labefactare, quàm labefactata in pristinum statum restituere.* At verò Ignatii Societas nixa illo Christi promisso: *Ego vobis Romæ propitius ero:* extra anni solisque vias sese extulit, & per ipsa obstacula, quæ objiciebantur, vires acquisivit; ritu nascentis Christianæ Religionis, de qua hæc Origenes, adversùs fratrem tuum Celsum. *Et quoniam Deus voluit JESU doctrinam inter homines invalescere, nihil contra eam valuerunt Dæmones, quamvis nullo non rudente moto, ut Christianum nomen extinguerent: nam hi & Reges & Senatus & Principes & populos ipsos ubique exasperaverunt contra doctrinam hanc, & credentes in eam. Sed verbum Dei potentius omnibus, ex ipsis obstaculis, velut alimentum ad crescendum assumens longè latèque propagatum occupabat multorum animas. Deus enim ita volebat.*

E

Nazian. orat. in S. Basil.

F

CAPUT II.

Defensio B. P. Francisci Xaverii.

FActum Xaverii ægris in valetudinario publico sedulò ministrantis, ulcera abstergentis, expurgantis, quin & osculantis, defendi in utraque Apologia pluribus exemplis tam sacris, quàm profanis. G Misenus vel ad solam Xaverii mentionem & recordationem nauseans, *In Rebuspublicis,* inquit, *bene constitutis* πτωχοτροφεῖα *habent suos Medicos, suos chirurgos, ut necesse non sit vel osculari leprosos, vel saniem ulcerum lingere eos, qui domi & publicè habent, quod agant. Ac qui se ingerunt hujusmodi sordidis ministeriis, quibus subeundis alii destinati sunt, ii difficulter suspicionem vel superstitionis vel ambitionis vel hypocriseos evitare possunt, cujuscunque ordinis vel conditionis sint sive Reges, sive Episcopi, sive Placilla, sive Camilla, sive Martini, sive Quirini.* At quisquis hæc talia tam temerè H & inconsideratè effutit, is difficulter suspicionem eximii calumniatoris ac sycophantæ evitare potest, sive vocetur *Simo,* sive *Lithus,* sive *Stenius,* sive *Lomacensis,* sive *Misenus.* Sepeliebat olim Tobias mortuos: & hoc ei sacræ litteræ dant laudi. Sed apud Misenum difficulter effugiet suspicionem superstitionis aut Hypocriseos: ídque propterea, quia singulæ civitates habent suos vespillones & pollinctores, quibus hoc com-

 missum

A missum officium. Quid ergo ad Tobiam sepelire defunctos? Inter notas laudandæ & prædicandæ viduæ hanc quoque numerat Apostolus; 1, Tim. 5. *Si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus subministravit; si omne opus bonum subsecuta est.* Verùm bujusmodi viduæ, (*sive Placilla vocetur, sive Camilla*) scribet Misenus vel superstitionis vel bypocriseos, vel utriusque *dicam*. Quid enim ad illam locio pedum? Laver quisque suos, nec opus erit, his tam ambitiosis & hypocriticis locricibus, quibus domi suæ ahundè est, quod agant. Singula Xenodochia suos habent lotores & lotrices; ut proinde nimis multum otii abs tuis negotiis eos babere oporteat, qui alienis ministeriis sese ambitiosè ingerunt.

B Nota autem Misene verba illa Apostoli. *Si tribulationem patientibus subministravit; si omne opus bonum subsecuta est*. An non in bac subministratione, & cuncti operis boni, ut sic loquar, subsecutione comprehendantur etiam ministeria illa, quæ tu appellas *sordida*, quæque Xaverius lætissimo & promptissimo animo in Nosocomiis obiit? Quis *tribulationem patientibus* magis *subministrat*, Illéne, qui lectulo ægri assidens, narrat fabellas Milesias, aut quid Homericus Unis rerum gerat in Utopia? an ille, qui instar Xaverii manum operi admovet, réque ipsa, non solo sermone beneficus est? In extremo judicio commendabit, debitísque C laudibus extollet æquissimus ille Judex etiam boc: Matth. 25. *Infirmus eram, & visitástis me.* An totam banc visitationis laudem in eo solùm positam arbitraris, ut quis præsentia aut alloquio suo decumbentibus aliquid solatii afferat? Non nego, banc esse hujus visitationis partem: At nec solam, nec potissimam esse ajo: sed longè potiorem illam, quæ cum verbis beneficentiam jungit, præsertim, quando ea est ægrorum conditio, ut plerique malint procul abesse, quàm propè adesse.

D Et quamvis in Ptochotrophéis sint, qui mercede conducti, ægris operam suam navent: non excluduntur tamen, ut sic appellem, *Volones*, qui sponte sua huic sacro ministerio sese dedicant. Nec illis tantùm, quibus stipendium decretum erat; si quod ex officio præstare debent, non præstent; dicet Christus: *Infirmus, & in carcere eram; & non visitástis me*; sed & aliis, qui boc ex sola charitatis lege facere poterant. Sed jam omissi officii exprobrationem facillimè refutare poterunt edocti à Miseno. Recinere enim licebit: Domine, timuimus, ne baberemur aut superstitiosi, aut ambitiosi, aut bypocritæ, aut omnia bæc simul. Singulæ civitates babebant suos Chirurgos, & Ministros, quibus ægrorum cura mandata, Quid ad nos hoc tam triste ministerium? Hac tamen Misenica excusatione non obstante; audient lamentabilem illam sententiam: *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* E Monet Apostolus Timotheum: 2, Tim. 1. *collabora Evangelio.* Græcè συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ, hoc est, *particeps esto ærumnarum & molestiarum, quas Evangelium secum adfert.* Alibi. *Collabora Evangelio*, hoc est, συγκακοπάθησον, *patere incommoda & molestias, sicut bonus miles JESU CHRISTI.* Ibidem. Cap. 2. *In quo laboro.* ἐν ᾧ κακοπαθῶ. Hæc autem seu κακοπάθεια seu συγκακοπάθεια *Evangelica*, seu, quam ex Evangelicis præceptis subimus, tum maximè exercetur, cùm, proximo nostro ægrotante, partem ægritudinis in nos quasi recipimus; quod fit potissimùm, omnia charitatis ministeria, quantumvis ardua & in speciem sordida, alacriter exequendo: ùt olim, præter alios innumerabiles fecit Basilius Magnus, qui valetudinarium propriis expensis extruxisse non contentus; ægrotantibus etiam, famuli instar, famulabatur; *qui*, ùt inquit S. Gregorius Nazianzenus, F *maximè nobis persuasit, ut cùm homines simus, homines ne contemnamus, nec nostra in illos crudelitate Christum unum, omnium caput ignominia officiamus: sed in alienis calamitatibus nobis ipsis optimè consulamus, Deóque misericordiam, qua ipsi egemus, fœneremur. Quocirca ne labra quidem vir generosus & generosis parentibus ortus nominisque splendore clarissimus, ægrotis admovere gravabatur, sed ùt fratres amplectebatur, non ùt quispiam* (Misenus) *fortasse existimaverit, inanem gloriam captans, quis enim ab hoc affectu remotior? verùm id agens, ut sapientissimo ipsius exemplo cæteri quoque ad ægrotorum corporum curationem accedere non vererentur. Ita non modò loquendo, sed etiam tacendo eos cohortabatur, &c. Quid ad hæc dicturi sunt, qui homini* (Basilio) *fastum superciliúmque objiciunt! iniqui sanè ac duri rerum hujusmodi judices, atque obliqua ac perversa regula admoventes. An verò probabile est eum, qui leprosos deosculetur, & huc usque se demittat, adversùs sanos & valentes supercilium attollere?*

G Quid ad hæc dicet Misenus? canet nimirum solitam cantilenam. *Ptochotrophia suos habent ministros, ut necesse non sit osculari leprosos, &c. qui domi & publicè habeat, quod agant. Ac qui se his ministeriis ingerunt, aut superstitiosi, aut ambitiosi, aut hypocritæ, aut omnia hæc simul sunt, sive vocentur Basilii, sive Nazianzeni, sive Nysseni, sive quocunque alio nomine.* Interim Xaverio valde honorificum est ab hoc calumniatore cum S. Basilio, ejúsque Encomiaste Gregorio Nazianzeno calumniis proscindi.

CAPUT III.

De Examine Conscientiæ.

Solebat Ignatius ante omnia socios suos diligenter instruere, ut conscientiæ suæ H latebras accuratè in singulos dies minimùm semel excuterent, & ad examen vocarent

A carent. Quam piam salutis suæ procurandæ sollicitudinem & exercitationem, cùm Misenus partim carpsisset, partim irrisisset, eam copiosè omnis generis testimoniis & exemplis in utraque Apologia laude dignissimam esse ostendi. Quibus nunc addo nonnulla tunc prætermissa; & inprimis hoc S. Gregorii Nazianzeni. *Accuratiore studio in teipsum, quàm in aliorum vitam inquire. Illo enim modo fructus ad te redierit: hoc verò ad alios. Melius est vitæ morum & actionum, quàm pecuniarum rationem subducere. Hæ quippe caduca corruptionique obnoxia sunt: illa firmæ & stabiles.*

Nazianz. in Sent. Tetrastich. Sent. 14.

B Basilius Monachus & Presbyter & Lauræ Malcinæ Præfectus inter *exercitamenta* à religiosis suscipienda numerat, *omni vespera totius diei, actorum, dictorum, cogitatorum examen, rursúmque incipiente die, transacta totius noctis disquisitionem.* Affirmat idem Basilius opera cupidè vigilantis esse *orationem, stationem sine acclinatione & vagatione adspectus, versiculorum recitationem, crebram genuflexionem, perscrutationem & examen cogitationum.*

Basil. in descript. vitæ Asceticæ.

Joannes Climacus. *Optimus ille trapezita est, qui quotidie vespere lucrum ac detrimentum omnino computat. Quod scire manifestius non potest, nisi horis singulis in tabulis omnia denotet. Nam cùm calculi singulis horis ponuntur, totius diei ratio postea clariùs agnoscitur.*

Clim. in Scale gradu 4.

C S. Chrysostomus, & ex illo, S. Damascenus. *An non codicem domi habes, in quo quotidie impensi atque expensi rationes conscribas? Habeto etiam in conscientia tua librum, in quo peccata quotidiana à te conscribantur. Quod autem dico, est hujusmodi. Cùm in lecto decubuisti, ac nemo est, qui tibi negotium facessat, antequam somnus te occupet, codicem in medium propone, ac peccata tua tecum reputa dicens: num hodierno die vel sermone, vel opere peccavi? Hoc Propheta quoque monet, cùm ait: Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Interdiu hoc tibi facere non vacat: nam & præfectorum metus, & sodalium colloquia, & negotiorum administratio, & prolis educandæ studium, & uxoris cura, & instruendæ mensæ sollicitudo, ac sexcenta alia negotia te distrahunt. At cùm in lectum, tanquam in tranquillum portum, te conjecisti, nec quisquam est, qui tibi molestiam exhibeat, dic pectori tuo atque animæ: Consumptus est nobis, ô anima, hodiernus dies. Quidnam boni egimus? aut quid mali perpetravimus? Ac gehennæ recordare, ut & bonum augeas, ac malum deleas, &c.*

Chrysost. Hom. 2. in Psal. 50. S. Damasc. lib. 2. Parall. cap. 86.

D Qui vitam ex divinæ legis præscripto instituere, cordísque puritatem adipisci cogitat, is non tantùm semel in die, sed sæpius, *cum tabulis animum sumit censoris honesti, ac audet quæcunque parùm splendoris habebunt, & sine pondere erunt, & honore indigna ferentur, verba movere loco, quamvis invita recedant.* Nec verba tantùm, sed & facta. *Teipsum concute*, monet Lyricus, *numqua tibi vitiorum inseverit olim natura, aut etiam consuetudo mala, namque neglectis urenda filix innascitur agris.*

E Quod fecit ille, qui de se ajebat. *Scopebam*, seu, ùt vulgo *Scopabam*, seu ùt S. Augustinus *scrutabar spiritum meum.* Nam spiritum σκοπεῖν seu *scrutari*, aliud nihil est, quàm quod trito usu jam dicimus; *conscientiam examinare*: cujus finis, animi mundities. Absit enim à Christiano homine finis ille, quem sibi Cato Major hac in re propositum habebat. *Pythagoreorum more*, inquit, *exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audierim & egerim, commemoro vesperi.*

Psalm. 76. S August. in Ps. 76.

Cicero lib. de Senect.

F Verumenimverò, quia Misenum ita comparatum video, ut nec Patribus, nec Ethnicis scriptoribus, quorum tam multos in prioribus Apologiis, & hic produxi, fidem adhibeat; vocandus est in medium homo Evangelico-Lutheranus; videndúmque, num huic utilitates examinis hujus deprædicanti assentiri velit. Nôsti Crusium? Quis ambigat? is integram orationem de examine conscientiæ evulgavit; quam libro secundo Germano-græciæ invenies; cujus exordium: *extat carmen quoddam Græcum, quod Pythagoræ adscribitur his verbis: Aurei versus Pythagoræ, propter utilia scilicet in iis præcepta, &c. Ex eo carmine hic quoque versus est.* πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη. *Quâ prætergressus? Quid gestum in tempore? Quid non? Quo dicto*, inquit Crusius, *quivis officii sui admonetur, ut quotidie diligenter id faciat, &c. Ostenditque hic versus: nos singularum actionum nostrarum diligentes examinatores quotidie esse debere: num rectè nos, an secus gesserimus, &c.*

G *Quæ profectò est maximè utilis regula, quam etiam cùm omnes Christiani, tum præsertim homines litteris & doctrinis dediti, observent; ut purè erga Deum, fide in Christum, & charitate erga homines vivant, & sic bono exemplo aliis præluceant, &c. Hic eos quotidie rationes à se se reposcere convenit; & sui ipsorum ἐργοδιώκτας, operis faciendi hortatores esse, non secus ac ludorum Magistri sæpe cum discipulis suis examinationes & repetitiones habent, &c. Tria autem interroganda sunt: Quorum primum. Quà prætergressus. Rectè hoc primò quæritur, &c. Alterum, quid gestum in tempore, hoc est,* τὸ δέον, *quod fieri debet, nempe officium & virtus.*

H *Quærendum ex nobismetipsis; num quæ Deo probentur, fecerimus: num quæ statio nostra poscit: num quæ aliis profuerint, nemini noceant, neminem offendant, num opportunè & convenienter. Tertia quæstio est; Quid non factum, quod fieri debuisset, &c. Hoc est examen probi & diligentis hominis, qui à se rationem vitæ poscit, &c. Debere autem id singulis diebus fieri, patet inde, quòd Pythagoras singula acta diurna jubet reputare; nec priùs, quàm id factum sit, in dulcem declinare lumina somnum. Quotidie autem aliquid agimus. Quotidie post labores diurnos dormire natura cogit. Ideo quotidie etiam tale examen, tales* εὐθύνας *rationes vitæ actæ fieri reddique convenit.*

A *nit. Nec verò leviter aut obiter singula nos jubet acta recensere; & quidem ordine, videlicet incipiendo à primo, & reliqua deinceps percensendo.* Hæc & alia bujus generis tota declamatione Crusius. Quæ si tibi hanc conscientiæ tuæ quotidianam examinationem persuaserint; uberem fructum suæ orationis se se retulisse arbitrabitur. Quòd si Christianam & Ignatianam non admittis, admitte saltem Pythagoricam, qualem depingit Crusius.

B Sed ais cum Oreste Euripideo, *non modò oblivionem malorum, sed & ignorationem sæpe jucundam esse.* At ut furioso Oresti, tibique non multò saniori oblivio bæc vel ignoratio jucunda sit, vitis tamen Deum amantibus timentibúsque, minimè jucunda accidit. Malunt enim peccatorum suorum gnari ac memores esse, quò ea pœnitentiæ lacrymis eluant ac deleant; quàm oblivisci. Divus

S. Chrysost. in Psalm. 50. Damasc. lib. 2. Parall. cap. 86. Chrysostomus in illud B. Davidis: *Et peccatum meum contra me est semper. O singularem*, inquit, *animæ ingenuitatem! Peccati sui memoriam non abjecit, quamvis etiam ipsi remissum fuisset. Etenim ille in conscientia non*

C *secus atque in imagine quadam adulterium atque homicidium depictum habebat. Perinde autem est, ac si diceret: Ego peccatum meum video; tu id ne consideres. Ego illud scribo, tu, qui Dominus es, dele. Vide, quid accidet. Si tu peccati memoriam retineas, Deus illius non meminit. Sin autem ejus memoriam deponas, Deus illius recordatur.* Qua igitur ratione fieri potest, ut oblivio & ignorantia scelerum, quibus quis sese obstrinxit, alicui jucunda eveniat, si, ùt S. Chrysostomus ait, homine peccatorum obliviscente, Deus eorum recordatur: homine autem eorum recordante; Deus ea oblivione oblitterat? Orestes prorsus, boc est, furiosus ac insanus fuerit, quisquis cum Miseno ordinem bunc invertere voluerit.

D Ait Misenus: *non modò vitia; sed & bona nostra ponderanda & agnoscenda esse: idque etiam ex monito oraculi illius: Nosce teipsum.* Non eo inficias, expedire interdum, ut quis sua bona nôrit; quò & sibi & aliis emolumento esse queat. Verùm in horum agnitione nulla est ordinariè difficultas; imò plerumque ex amore proprio ea bona nobis blandè tribuimus, à quibus toto cœlo distamus. Et nihil est proclivius, quàm ut vitiis nomina virtutum imponamus. At in vitiis castigandis, & debita satisfactione expiandis tardi sumus. Quare hæc potissimùm ad examen vocanda; & quo pacto tam expurgari, quàm in posterum præcaveri queant, etiam atque etiam dispiciendum est. Et hæc sui cognitio nulli unquam obfuit. Neque enim instituendum est hoc examen cum desperandi proposito, qua ratione videtur Judas post proditum JEsum conscientiam suam discussisse: sed cum spe impetrandæ veniæ, animóque divina mandata futuris temporibus observandi, & pro malè jam commissis satisfaciendi. *Peccata tua in libro perscripta sunt*, inquit S. Chrysostomus, *spongiæ loco tuæ lacrymæ sunt. Lacrymas itaque profunde, & ea delebuntur. Lacrymas emitte, ac purus illic liber invenietur.* E

S. Chrysost. loc. cit.

CAPUT IV.

Refelluntur calumniæ Miseni in Pontificem Romanum, in Clerum & in Monasticos Ordines.

De boc argumento copiosè scripsimus in utraque Apologia, & in Responso ad Theses Hunnianas. Non iteramus fastidii vitandi gratia. Objicit Misenus Romanis Pontificibus *scelera, luxum, tyrannidem*, & nescio quæ alia; quod & Prædicantes in omnibus propè chartis suis factitant. Et boc mantelo turpitudinem rebellionis & defectionis suæ velare volunt. Verùm enimverò licèt hæc objectio crimina non criminationes contineret; an ideo Misenus & cæteri, qui se à Cathedra Petri segregant, hæretici non essent? An ideò licitè sedentis in cathedra Petri jussa aspernarentur? Quæ scelera non notat, castigátque Christus in Scribis & Pharisæis? Et quidem verissimè; non, ùt istis contingit; ferè semper mendacissimè. Vocat sæpius *hypocritas* summa verborum acrimonia. Vocat *duces cæcos; plenos rapina & immunditia; sepulchra dealbata, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia: plenos hypocrisi & iniquitate, serpentes, genimina viperarum.* Et tamen antequam hanc ipsam adeò acrem & vehementem objurgationem adversùs scribas & Pharisæos institueret; *locutus est ad turbas & ad discipulos suos, dicens: super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, servate & facite: secundùm opera verò eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt.* F G

Matth. 23.

H *Multi in Ecclesia commoda terrena sectantes*, inquit S. Augustinus, *Christum tamen prædicant, & per eos vox Christi auditur, & sequuntur oves non mercenarium, sed vocem pastoris per mercenarium. Audite mercenarios ab ipso Domino demonstratos: Scribæ, inquit, & Pharisæi cathedram Moysi sedent, quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite: quid aliud dixit, nisi per mercenarios vocem pastoris audite; Sedendo enim Cathedram Moysi, legem Dei docent. Ergo per illos Deus docet: sua verò illi si velint docere, nolite audire, nolite facere; certè enim tales sua quærunt, non quæ Jesu Christi. Nullus tamen mercenarius ausus est dicere populo Christi: tua quære, non quæ Jesu Christi: qui enim malè facit, non prædicat de cathedra Christi. Inde lædit, unde malè facit, non unde bona dicit. Botrum carpe, spinam cave.*

S. August. tract. 46. in Evang. S. Joan.

A *ve. Benè, quòd intellexistis; sed propter tardiores dicam hoc idem pleniùs, quod modò dixi: Botrum carpe, spinam cave, cùm Dominus dicat: Numquid colligunt de spinis uvam, aut de tribulis ficus? Verum est omnino, & tamen etiam verum ego dixi, botrum carpe, spinam cave: quia botrus aliquando de radice vitis exortus, pendet in sepe, crescit palmes, inseritur spinis, & portat fructum spina non suum; non enim spinam vitis attulit, sed spinis palmes incubuit: noli interrogare, nisi radices, quære radicem spinæ: extra invenies à vite. Quære originem uvæ. Vitis hanc protulit ex radice. Cathedra ergo Moysi vitis erat, Pharisæorum mores spinæ erant. Doctrina vera per malos, palmes in sepe. Botrum inter spinas cautè lege, ne, dum quæris fructum, laceres manum; & cùm audis bona dicentem: ne imiteris mala facientem. Quæ dicunt, facite. Legite uvas. Quæ autem faciunt, facere nolite. Cavete spinas: Etiam per mercenarios vocem pastoris audite: sed nolite esse mercenarii, cùm sitis membra pastoris.*

B Cùm Gaudentius Donatista dixisset: *Factor legis tantùm debet audiri, quia Apostolus dicit, non auditores legis justi sunt apud Deum; sed factores legis justificabuntur.* [Rom. 2.] Respondit S. Augustinus. [S. August. lib. 2. contra Gaudent.] *Quid in aliam sententiam verba manifesta convertitis? Auditores legis & non factores apud Deum justos negavit; ab hominibus, quando verum dicunt, audiri non prohibuit; ac, sicut tu, loqueretur contra Dominum suum dicentem de quibusdam: Quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. Vides, quemadmodum Christus & per homines auditores & prædicatores legis, & non factores, alios eam tamen audire præcepit, & esse factores, & tu dicis: factor legis tantùm debet audiri, &c.* C *Peccatori quidem dicit Deus: Ut quid tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* [Psalm. 49.] *Sed ideo illi nihil prodest, qui dicit: & quod dicit, non facit. Prodest autem illi, qui per malum bonum audit, & quod audit, facit. Non est quidem speciosa laus in ore peccatoris, sed speciosa in vita moribúsque factoris, etiamsi hanc audierit ex ore peccatoris.* [Ecclesiast. 15.] Hæc præclarè S. Augustinus.

D Similia Gennadius Patriarcha Constantinopolitanus [Genn. defen. pro Concil. Florent. cap. 5. sect. 15.] adversùs Græcos suos Pontificem Romanum eodem prorsus modo, quo nostri hæretici, calumniantes & traducentes: Ait enim. *Quando ergo & hic super cathedram Petri sedet, debemus ipsum tanquam Petrum audire, & imitari sermones ejus; opera verò non imitari, si prava sint. Ita vos sancti docent; ita leges & canones clamant.* Dicebant Græci, se refugere à communione Papæ, quòd peccator esset: negat Gennadius hoc verum esse: *Nam si illum*, inquit, *vitaretis propter peccatum, vosmetipsos vitaretis, quia estis peccatores.* [Cap. 5. sect. 13.] *Quomodo ergo eum nostis judicare, vestros verò non judicatis? Omnésne orientis sacerdotes sancti sunt? Vos hoc non potestis monstrare: non ergo illum, tanquam peccatorem devitatis, quia nec vos sine peccato estis, sed quia Latinus* (Romanus) *ab opinionibus vestris evariat.* E *Vos namque Latinos* (Romanos) *tanquam à fide alienos existimatis, & ab eis refugere, tanquam à facie serpentum, simpliciores edocetis, idque liquidò patet. Ac si quis ex Latinis videtur sanctus, vos hunc salutare non vultis, imò verò maledicta ingeritis. Græcos quamvis flagitiosissimos & stultissimos, si solùm adversùs Latinos dicant, omnium sanctissimos arbitramini.*

F Quæ omnia verissimè ad sectarios hujus temporis transferre licet. Num enim à flagitiis immunem vitam ducunt, qui Pontificibus quàm frequenter tam impudenter flagitia objiciunt? Si dicant cum Donatistis, [S. Aug. lib. 2. cont. Parmen. cap. 7.] *neminem esse inter collegas suos vel seipsos cum aliqua macula & vitio, non membrarum, sed quod pejus est, morum*, nullo negotio sese expedirent; si quàm præcipites ipsi sunt ad hoc asserendum; tam nos celeres essemus ad assentiendum. *Nullámne maculam habuit & vitium non dico Optatus*, inquit sanctus Augustinus, *sed ipse Parmenianus, aut ipse Donatus;* (aut ipse Lutherus, aut ipse Calvinus, aut ipse Beza?) *Attendant in cæteris collegis suis, utrum nulla sit macula ebrietas.* G *Sed priùs legant, quibus sceleratis ebriosos adjunxerit Apostolus. Utrum avaritia nulla sit macula, quam idem Apostolus sic detestatur, ut idolorum compararet servituti? Qui autem rectissimè sapiunt, intelligunt quemlibet hominum, quamvis jam pro consortio societatis humanæ non absurdè dici possit justissimè vivere, non tamen posse esse sine aliquo vitio, quamdiu caro concupiscit adversùs spiritum; spiritus autem adversùs carnem.* Hæreticorum sanctimoniam jam sub exordio hujus Quinti Evangelii, insigniter profectò penicillo suo depinxit Erasmus cùm alibi, tum in Hyperaspiste suo, [Erasm. lib. 2. Hyperasp. contra Luther.] ubi inter cætera, etiam isthæc: *Hoc me docet sensus communis, fieri non posse, ut sincero pectore causam Dei tractet* (Lutherus) *qui concitatis tantis in orbe tumultibus, ludit ac deliciatur sannis ac dicteriis, nec unquam expletur. Nec stultitia carere potest tanta insolentia, quanta adhuc in alio vidimus nemine; nec cum Apostolico spiritu congruit tam scurrilis petulantia, &c. Ante omnia curandum erat, ne quem in hujus negotii consortium reciperet, cujus mores invitarent quemquam ad Evangelii blasphemiam.* H *Si ex ipsius doctrina maritus comperisset uxorem magis sobriam, magis pudicam, magis morigeram; si herus famulum emendatiorem, fideliorem, dicto magis audientem; si locator fabrum, vestiarium, aut aurificem minùs furacem; si conductor mercenarium in præstanda opera sinceriorem: si emptor negotiatorem veraciorem, minúsque subdolum: Si creditor debitorem, si depositor depositarium melioris fidei, si amicus amicum in omnibus integriorem, si magistratus civem legibus obsequentiorem, si præceptor discipulum magis tractabilem; magnum argumentum erat futurum*

A *rum mei similibus imperitis doctrinam istam à spiritu Dei proficisci.*

Simoni (Mago) *dixit Petrus : non est tibi pars in sermone hoc. Quale est Evangelium, quod recipit tales, quales nimiùm multos novimus, quod agnoscit decoctorem scortis, alea, comessationibus, otio, luxúque perditum, nihilque sibi non permittentem, modò sibi nomen equitis possit affingere : & hujus tituli jus esse putat deludere creditorem, & si repetat mutuum, pro hoste ducere ; & quoties urget inopia, huic aut illi, unde spes est præda, bellum indicere, publicúmque latrocinium belli nomine fucare, &c. Ac talibus est locus in Evangelio* (novo) *quibus apud Ethnicos in civitate moderata locus non esset. Hoc satis est. Approbat mea dogmata. Quid refert de factis, modò adsit fides? Fateor, olim & tales recipiebat Evangelium, sed* B *resipiscentes, sed transformatos. Nunc quidam adeò non corriguntur per Evangelium* (novum) *ut potiùs videantur deteriores, nec fit, ut peccare desinant, sed ut peccent impunitiùs, &c. Non libet commemorare, quales habeat* (Lutherus) *plerosque discipulos, illi satis est, quales quales sunt, quòd approbant ipsius dogmata. At Paulus ne cibum quidem capi vult cum fratre, qui nominatur avarus, aut scortator, aut maledicus. Certè istorum multi ad publicam tranquillitatem adeò sunt inutiles, ut Turca quoque feratur Lutheranorum nomen execrari, seditionis odio, cùm Christianos toleret, ab ipsius dogmatibus alienos. Quid hic commemorem, quanta inter Evangelistas, sic enim seipsos vocant* (Prædicantes) *dissensio, quàm atrox odium; quàm amarulenta contentio, imò quanta inconstantia, cùm ipse Lutherus toties mutârit sua placita, & subinde nova paradoxa suppullulent? &c. Nec* C *ullus est finis, semper posterioribus, contra quàm habet Græcorum proverbium, deterioribus. Adde nunc in docendo molestiam, incivilitatem, arrogantiam, amarulentiam, &c. cæcutierunt omnes Ecclesiæ doctores, &c. Mitto interim sannas, ronchos, & dicteria plusquam scurrilia, etiam in orbis Monarchas, &c. Deliciatur* (Lutherus) *ac ludit crebrò scurriliter, semper gloriosè. At quid valet ista petulantia? &c. Postremò, qualis est hominis animus, talem videmus successum. Omnia spectant ad cruentos tumultus ; & interim ille velut otiosus ludit facetiis.* Hæc Erasmus de illis, qui Pontificibus & Pontificiis indesinenter scelera objectant ; rariùs vera ; sæpissimè ea, quæ ipsi sectarii vel confinxerunt, vel perpetrârunt.

D *De vestris silere quis possit?* ait Optatus, Donatistas nostris novatoribus parissimos alloquens ; *de illis scilicet, quos aut factione, aut subtilitate, ut vestros faceretis, seducere potuistis ; non solùm masculi, sed etiam fœminæ, ex ovibus subitò facti sunt vulpes ; ex fidelibus perfidi, ex patientibus rabidi, ex pacificis litigantes, ex simplicibus seductores, ex verecundis impudentes ; feroces ex mitibus, ex innocentibus malitiæ artifices.* Hæc cùm ita sint, extrema profectò, atque adeò omnibus lacrymis deploranda sectariorum cæcitas est ; cùm paucorum, qui cathedram Petri tenuerunt, vitia, maximam partem ab improbissimis calumniatoribus conficta, rudi plebeculæ dies E noctésque inculcant, non alia mente, quàm ut *aquas vitæ* deserant, sibíque *cisternas* fodiant, quæ salutares undas nec capere nec præbere queunt ; cùm tamen exploratissimum sit, ipso Servatoris nostri testimonio, nulli antistitis flagitiosi inquinatam vitam quidquam detrimenti procreare ; si se sponte sua nolit ejus participem reddere. *Dicat mihi*, inquit S. Augustinus, *cui Sancto secundùm salutem spiritualem obfuerit, vel in Sacerdotibus, vel inter populum constituto, malus aut maculatus sacerdos? Ubi erat Moyses & Aaron, ibi murmuratores sacrilegi, quos Deus à facie sua semper perdere minabatur. Ubi erat Caiphas & cæteri tales, ibi Zacharias, ibi Simeon, & cæteri boni. Ubi Saul, ibi David. Ubi Hieremias, ubi Isaias, ubi Daniel, ubi Ezechiel, ibi sacerdotes mali, & populi mali; sed sarcinam suam unusquisque portabit.*

Opt. lib. 6. cont. Parmen.

S. Aug. lib. 2. cont. Parmen. cap. 6.

Verùm sectarios nostros lividus adspectus F semper ducit ad Sacerdotes & præsules minùs probatos, Pontificúmque quasi *universitatem* reprehendunt, dum pauculas ejus particulas seorsim, & velut à toto corpore, quod pulcherrimum est, avulsas considerant; & sic perinde faciunt, *ac si quis ex toto animali*, ùt apud Theodoretum Plotinus rectè dicit, *crimen inspiciens, imósve pedum ungues, nequaquam totum hominem, egregiámve ipsius ac propè divinam faciem curet inspicere: vel, si Deo placet, omissis cæteris egregiis animantibus, quod tenuissimum sit, vilissimúmque accipiat ; vel tota specie, ut hominum puta, posthabita, Thersiten ignavissimum hominum turpissimúmque in medium adducat.* G *Quando igitur hoc, quod factum est, universus est mundus* (summus Pontificatus) *quisquis hunc contemplandum sibi proponat, fortè ipsum dicentem hujusmodi verba audiet : Deus me fecit. Non est utique universum hoc accusandum*, inquit idem Plotinus, *si quæ partium ipsius felicitatem non consequuntur : sed in illarum imbecillitatem culpa est conferenda, quæ nequiverunt fortiter depugnare, eóque pervenire, ubi virtutis præmia sunt proposita.* Cur igitur isti universos Pon- H tifices accusant propter pauculos? nam ex ducentis triginta & aliquot Sedis Romanæ Præsulibus vix sex septémve nominant, in quos speciatim calumniis & criminationibus grassentur ; & tamen ex his sex vel septem, si accusationes ad calculos revoces, plerásque videbis tam veras, quàm vera est secta, quam sectantur ; imitantur enim Donatistas : nam ùt isti traditionis crimen mendacissimè derivabant in orthodoxos, cùm ipsi ex traditoribus prognati essent ; ùt crebrò eis sanctus Augustinus & Optatus objiciunt : ita nostri novatores sua piacula & flagitia quibusdam Pontificibus imponunt.

Theod. ser. 6. ad Græc.

Nec

A Nec tamen seu crimina, seu criminationes à cathedra Petri nos separant; quam ita institutam scimus, ut ex illa etiam mali cogantur loqui bona, ùt de cathedra Moysis aliquoties S. Augustinus dicit: *Quid nostra* (Opt. lib. 3.) *refert*, inquit Optatus, *quales fuerint operarii, dummodo, quod operatum est, bonum esse constet? Nam & vinum à peccatoribus operariis & calcatur & premitur, & sic inde Deo sacrificium offertur. Oleum quoque à sordidis, & nonnullis malè viventibus & immunda loquentibus conficitur, & tamen in sapore & lumine, etiam in sancto chrismate simpliciter erogatur.*

B Etiam luxum & tyrannidem Pontificibus objectant, & multa de his duobus *coaxant* hæreticæ istæ ranæ in suis paludibus: cum quibus, ut symphonia jucundior sit, suam quoque vocem conjungit Misenus. Dolent videlicet impletum esse illud Prophetæ vaticinium. (Isaiæ 60.) *Pro eo, quòd fuisti derelicta, & odio habita* (sub Ethnicis Imperatoribus) *& non erat, qui per te transiret, ponam te in superbiam sæculorum, gaudium in generationem & generationem. Et suges lac gentium, & mamilla Regum lactaberis: & scies, quia ego Dominus servans te, & redemptor tuus fortis Jacob. Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, & pro lignis æs; & pro lapidibus ferrum, & ponam visitationem tuam pacem, & præpositos* (Isaiæ 49.) *tuos justitiam.* Item illud: *Et erunt Reges nutritii tui, & Reginæ nutrices tuæ: vultu in terra demisso adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent.*

C At abutuntur his opibus Pontifices. Ita quidem hæretici: Quibus abusui omnia illa servire videntur, quæ ipsi furacibus manibus diripere non possunt. Scilicet si in hæreticorum potestatem opes istæ devenirent, tum usui, non abusui forent. Tum bene consumerentur, si illas *rapacida* illi raperent: *fullo, phrygio, aurifex, lanarius, caupones, patagarii, indusiarii, flammearii, violarii, carinarii, aut manulearii, aut murrobatharii, propolæ, linteones, calceolarii, sedentarii, sutores, diabatharii, solearii, molochinarii, sarcinatores, strophiarii, semizonarii, phylacistæ, textores, limbolarii, arcularii, infectores crocotarii, & alia malæ cruces.*

D Sed redeo ad abusum, propter quem si usum tollere velis, quid salvum in hoc toto propemodum Universo remanebit? *Ipse* (Tertull. lib. de spectaculis.) *homo omnium flagitiorum actor*, inquit Tertullianus, *non tantùm opus Dei, verùm etiam imago est, & tamen & corpore & spiritu descivit à suo institutore* (per abusum scilicet) *neque enim oculos ad concupiscentiam sumpsimus, neque linguam ad maliloquium, neque aures ad exceptaculum maliloquii, & gulam ad gulæ crimen, & ventrem ad gulæ satietatem, & genitalia ad excessus impudicitiæ, & manus ad vim, & gressus ad vagam vitam; aut spiritus ideo insitus corpori, ut insidiarum, & fraudum, & iniquitatum cogitatorium fieret.* Tollant ergo isti capitales abusuum inimici ipsos homines, E omnique abusui sine mora finis imponetur. Hac tamen lege homines tollant, ut ipsi à seipsis incipiant.

F Jam verò *tyrannidem* sectarii appellant, quando à Pontificibus ab insana mente ad saniorem revocantur, etiam pœnarum metu proposito ac incusso; addúntque id olim non factum; sed in cujusvis arbitrio fuisse, ut, quam maximè probaret, eam profiteretur sententiam. In quo sectantur vestigia Donati Donatistæ presbyteri, ad quem S. Augustinus epistolam scripsit: ex qua si nonnulla recitavero, huic etiam de tyrannide objectioni satisfactum erit. *Attendis & sæpe* (S. August. epist. 204.) *repetis, ùt audio*, inquit S. Augustinus, *quod in Evangelio scriptum est, recessisse à Domino septuaginta discipulos, & arbitrio suæ malæ atque impiæ discessionis fuisse permissos, cæteris duodecim, qui remanserant, fuisse responsum: Nunquid & vos vultis ire? Et non attendis, quia tunc primùm Ecclesia novello germine pullulabat, nondúmque in ea fuerat completa illa prophetia: & adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes servient illi. Quod utique quantò magis impletur, tanto majore utitur Ecclesia potestate, ut* G *non solùm invitet. Hoc tunc Dominus significare voluit, qui quamvis haberet magnam potestatem, priùs tamen elegit commendare humilitatem. Hoc & in illa convivii similitudine evidenter ostendit, ubi misit ad invitatos, & venire noluerunt, & ait servo, exi in plateas, &c.* (Lucæ 14.) *exi in vias & sepes, & compelle intrare, &c. Vide nunc, quemadmodum de his, qui priùs venerunt, dictum est: Introduc eos, non dictum est, compelle. Ita significata sunt Ecclesiæ primordia adhuc crescentis, ut essent vires etiam compellendi. Proinde quia oportebat ejus jam viribus & magnitudine roborata etiam compelli homines ad convivium salutis æternæ, posteaquam dictum est, factum est, quod jussisti, & adhuc est locus: exi, inquit, in vias & sepes, & compelle intrare.*

H Et hanc compulsionem ab ipso Domino mandatam, & Ecclesiæ ad imitandum propositam, vocant isti *tyrannidem*, nec malum tantùm; sed & malum ipsum; sed ut malum quoddam sit, non tamen malè fit, nam ùt eleganter Optatus dicit: (Optat. lib. 3.) *quædam mala malè fiunt: quædam mala benè fiunt. malum malè latro facit; malum benè judex facit, dum vindicat, quod latro peccavit. Clamate, si audetis*, inquit S. Augustinus, (S. Aug. lib. 2. contra Gaudent.) *puniantur homicidia, puniantur adulteria, puniantur cetera, quantilibet sceleris sive libidinis facinora seu flagitia,* (omnes formidine supplicii inde absterreantur & ad virtutis officium salutari metu compellantur) *sola sacrilegia volumus à regnantium legibus impunita.* Veruntamen *frustra dicis, relinquas libero arbitrio. Cur enim non in homicidiis & in stupris, & in quibuscunque aliis facinoribus & flagitiis libero te arbitrio dimittendum esse proclamas?* (S. Aug lib. 3. contra Crescon. cap. 51.)

 Ce-

A Cæterùm quod ad potentiam & opes Pontificis, nostrorúmque Episcoporum attinet, si Prædicantes vel decimam partem earum possiderent; intolerabiles mundo forent, & jam ima summis miscuissent. Non malè Erasmus, cùm quidam suorum Prædicantium summissionem, animúmque re tenui contentum dilaudâsset, & majestati nostrorum præsulum opposuisset. *Ne conferat nunc*, inquit, *suos Ecclesiastas*, (*prædicantes*) *cum nostris*
B *Episcopis: ubi ad dignitates ac opes illorum pervenerint, tum erit conferendi tempus. Nunc ut adsit animus, deest facultas. Omnes Episcopi Romani usque ad vigesimum primum, ni fallor, Martyrii gloriam tulerunt, videbimus, qualis futurus sit, qui Zvvinglio aut Oecolampadio, aut Capitoni vigesimus successerit. Tamen inter Episcopos nostros novi, quorum sanctimoniam malim, quàm mille* (imò omnium) *Evangelicorum.* Quòd si in hac egestate, & propemodum mendicitate Prædicantes tam perditi sunt, ac *tyrannici*, quid agerent, si divitiis & potentia effrenatissimi homines armarentur? quas in nostris jam culpant, quia sibi deesse vehementissimè dolent.

C Sub initium novi hujus Evangelii perpetuò vociferabantur, opes Ecclesiasticas in Reipublicæ aut Principis ærarium redigi, & inde ministris stipendium persolvi debere: At nunc incipiunt stylum vertere. Libros publicant, quibus immanis sacrilegii accusant illos, qui omnia bona Ecclesiastica sibi rapiunt; nec quidquam Prædicantibus relinquunt. Disputant, utrum satius sit Ministros ex fidelium *oblationibus* constitutísque proventibus, alere; quàm ex ærario Reipublicæ. Et prius quidem illud longè melius & conducibilius esse asserunt. Ajunt, malè factum, quod *Archiepiscoporum, Episcoporum*, & similium nomina aut sublata, aut in *superintendentis* vocabulum transmutata sint: titulos istos cum reditibus diligenter conservari; aut ubi interciderunt, instaurari debere. Gravissimè suis in chartis passim conqueruntur, necessaria ministris tam malignè & parcè præberi, ut vix familiam, numerosa plerumque prole fœcundam, sustentare queant: imò cum viduis *futorum*, *fartorum*, longè tolerabilius agi, mortuo marito, quàm cum viduis Prædicantium, seu *prædicantissis*: liceat novis portentis dare nova nomina.

Hadr. Saravia Calvinista tres libros de hoc argumento edidit.

Gesn. in concione funeb. Hunnii.

D Longè aliter & alia cantabant sub primordia suæ sectæ. Quocirca Lutherus non semel suis in Epistolis scribit, sibi ab *Electore* Saxoniæ magnas gratias deberi, ob tot Monasteriorum, & Ecclesiarum proventus in ærarium importatos; quos nunc toto studio reportare conantur; sed nimis serò; saltem in Germania, Germaniæque finitimis provinciis, quidquid tandem Hadrianus Saravia, aut Joannes Rivius, aut alii contrà occlament: ex quibus hæc lamentabiliter Rivius. *Qui donatas & relictas Ecclesiæ, liberalitate majorum nostrorum, possessiones, aut vi*
E *dolóque suam in rem vertunt, aut precibus & blanditiis auferunt aut omni denique contentione quoquo modo extorquent, (id quod à nefario sacrilegio nihil admodum distat) an id sine conscientiæ gravissimo pondere faciunt? præsertim, qui & nôrint & fateri cogantur, opes Ecclesiasticas ad conservandam esse religionem & ad usus Ecclesiæ necessarios convertendas, hisque ipsis alendos Christiani gregis pastores, &c. Quàm est ergo iniquum, quàm turpe, quàm intolerandum, hæc bona sic intercipi, aut importunæ certorum hominum avaritiæ condonari? Idcircóne autem hæc à majoribus nostris Ecclesiæ donata & relicta esse censemus, & quidem parte multò maxima sæpe de hæreditate delibata, uti aut in usus profanos & ad commodum privatorum convertantur, aut in hominum nefariorum prædam cedant? Quòd si antehac sceleratum fuisse remur, & cum impietate conjunctum abuti bonis Ecclesiasticis ad otium & luxum, &c. quantò tandem sceleratius est eadem ausu sacrilego in se transferre, &*
F *publica, quæ sunt, ea & privati juris facere? Quid est, ene non sacrilegi meritò & sint & habeantur, qui sic malis artibus in possessionem sacrorum bonorum irrepunt, clámque & precariò veniunt, Christo ipso, cui ea debentur, de possessione remoto & dejecto, atque adeò veriùs exturbato & depulso? Jam verò quod est longè indignissimum, quorum hæ præcipuè partes erant, ut linguam contra tales solutam atque liberam haberent, ii velut excisa aut evulsa lingua, homines antea loquacissimè, repentè prorsus obmutescunt, &c.* (Imò non obmutuerunt, quia ad direptionem facultatum Ecclesiasticarum summa contentione cunctos exstimulârunt; spe largiter de præda participandi: nunc ubi lupis à canibus parùm præberi vident, quiritantur de canum injustitia, violentia & sacrilegio, interim clamore suo factum non reddunt infectum: & quia ros non cadit; suo succo miseri Prædicantes victitant.)

G Addit Rivius. *Quæ ex re quantam brevi Respublica Christiana acceptura calamitatem videatur, non libet augurari. Quis enim Ecclesiæ posthac donare aliquid velit, aut testamento, ita, ut quondam majores nostri, legare; qui quæ ipse fraudatis hæredibus Ecclesiæ reliquerit, horum non permanere et stabilem & certam usquam possessionem, neque ea tueri posteros & retinere, per importunam cupiditatem illis imminentium & inhiantium, posse videat?* Hæc & plura talia Rivius, non malè; etsi malo animo; Non enim tam dolet Ecclesias spoliatas & expilatas, quàm nihil aut parùm de his spoliis Prædicantibus reservatum esse: sed seræ nimiùm sunt istæ querelæ. Prædones & expilatores ululantibus & ejulantibus lupis accinunt illud Gripi Plautini. *Ubi demisi rete atque hamum, quidquid hæsit, extraho. Meum quod rete atque hami nacti sunt, meum potissimum est.*

Rivius l. 2. de conscien.

H Pari modo Prædicantes sub initium *heterocliti* & *anomali* sui Evangelii, nullarum con-

A controversiarum judices videri volebant. Omnia magistratui politico deferebant, & inprimis sacræ Scripturæ, & Spiritui sancto per Scripturas loquenti, tanquam supremo omnium litium judici. Nunc pœnitentia oh tantam liberalitatem ducti, pedem referre, séque etiam in curias satis curiosè insinuare, & si insinuatio minùs feliciter succedat, etiam violenter irrumpere tentant. *Nec probandum, nec ferendum in Ecclesia est,* ait quidam de Prædicantium grege, *ut politicè magistratus ad se solos causas rapiant Ecclesiasticas. Sed sicut Dominus in sua constituit politia, summum Sacerdotem* (at non Prædicantes) *& judicem, qui quovis præerant tempore, causas unà cognoscere: ita voluit, ut communicatis consiliis, & studiis conjunctis, à politicis & Ecclesiasticès personis omnia peragantur.* Ubi verò hoc Præceptum? Præsertim, quod attinet ad prædicantes, quos Ecclesiasticos esse citiùs nobis probabunt Aristophanis ἐκκλησιάζυσαι, quàm ullæ aliæ rationes aliunde petitæ.

Herb. disp. de Calend. Greg. Thes. 93.

B Sic olim sacræ Scripturæ & Spiritui sancto mentem suam per Scripturas explicanti omne judicium deferebant. Nunc paulatim addunt sese Spiritui sancto in pronuncianda judiciaria sententia socios, eámque volunt esse sancti Spiritus sententiam, quam ipsi tanquam interpretes ejus pronuncient. Quo fit, ut, quod initio summo Pontifici ademerunt, & specioso prætextu Spiritui sancto tribuerunt, hoc jam sibi arrogantissimè vendicent; & in dies magis vendicabunt, nisi arrogantiæ *prædicantica* obviam eatur; de quo alibi fusiùs actum.

C Tandem dimissis objectionibus, quas hactenus refellimus, in quibus parùm præsidii collocatum sibi vident; hanc causam suæ à Romana Sede Apostasiæ reddunt, quòd Pontifex *Romanus sit Antichristus, & à doctrina Apostolica desciverit.* At nos quærimus, quis sit iste Pontifex, qui Apostolicæ doctrinæ multa salute dicta in Antichristum degenerârit. Item quando: quo anno, quo mense, qua hebdumade, qua die? *Non est opus illa quæstione, mi Gretsere,* inquit Misenus. Vobis, ùt video, opus non est. At nobis opus est, & quidem maximè, ad veritatis indagationem. *Si latro,* inquis, *aut fur*
D *ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehensus & ad prætorem abductus, libere fateatur numerum cædium & furtorum, nequeat tamen nominatim eorundem exprimere vel horas vel dies vel menses, num ideo putas dimissum iri, aut si absolvatur ab iniquo judice, innocentem fore?* Pulchrum exemplum; cui tamen hoc deest, quòd Ecclesia Romana nec fassa est, neque unquam fatebitur se in flagrante crimine hæreseos alicujus deprehensam esse. Vos quidem insanis vocibus hoc asseveratis. Sed quis alius præter vos? *Fatetur,* inquis, *Romana Ecclesia, se adorare imagines, invocare Sanctos, &c.* Omnino fatetur hæc & alia. Sed negat esse errores. E
Vos affirmatis; at non probatis. Errores non esse, inde evincimus; quia ostendere non potestis, quis hæc & similia adversùs doctrinam Apostolicam in Ecclesiam Romanam invexerit: dúmque de primo auctore non liquet; intrepidè dicimus, non esse erratum; sed traditum. Immobilis enim stat illa Tertulliani regula: *Quod apud multos unum invenitur, non est erratum, sed traditum. Audeat ergo aliquis dicere illos erràsse, qui tradiderunt. Quóque modo sit erratum, tamdiu utique erravit error, quamdiu hæreses non erant. Aliquos Marcionitas* (Calvinistas) F
& Valentinianos liberanda veritas exspectabat: vel Misenum quempiam mentientem, Ecclesiam Romanam ἐπ' αὐτοφώρῳ in erroribus & hæresibus deprehensam: nam quòd hæreticus adjungit; *Romanam Ecclesiam confiteri, se colere panem, mutilare Sacramenta, numerum horum pro suo arbitratu augere, conjugium prohibere, exercere mercaturam indulgentiarum, & innumera alia tradere à fide Petri aliena;* id nulla eget refutatione; quia tot propè continet luculenta mendacia, quot verba: atque haud scio, utrum ulla *pinguiora* in omnibus *Palatinis macellis* hoc & superiore anno venièrint.

Tertull. de præscript. cap. 28.

A Pontificibus Romanis gradum plerumque faciunt calumniatores, & in his etiam iste criminator, ad Ecclesiæ Romanæ Clerum, & Monachos, quorum scelera exaggerationibus suis ad sidera tollunt: cùm tamen pleraque potiùs sint sycophantarum commenta, quàm verè in Clerum conjecta crimina. Et ut essent; an ideo totus Clerus extirpandus & funditus exterminandus; & cum Clero tota religio Catholica? Repetam hic tritam quidem & vulgarem; ad nostrum tamen institutum accommodatissimam Sancti Hieronymi sententiam. *Paucorum culpa non præjudicat religioni, Apostolorum fidem, Judæ proditio non destruxit.* Clerus, ùt Monachatus, status sanctus est, ac veneratione dignus. Quid ad statum, si, qui in illo statu, vitam statui dissentaneam degant? H *Miserum sanè, atque iniquum sit,* ait Theodoretus, *ob eos Christianos* (Clericos) *qui Dei leges transgrediuntur, ipsas leges* (ipsúmque statum) *accusare, ac persequi unà cum illis Christianis, qui parere legibus annituntur. Neque enim si quis fortè faber lignarius lineam quidem rectè ac secundùm rationem duxerit, malè autem prætérque rationem ascia utens tollat atramenti signa, ut vel ultra lineam demat, quæ interiùs demenda erant, vel quæ extra superfluunt, intacta relinquat: idcirco linea est accusanda, quæ suapte vi rectum ostendit. quidquid enim ibi peccatum est, ignorantia fabri peccatum est. Leges itaque pro linea, pro regula, pro indice nobis positæ sunt. Eorum verò, qui legibus utuntur, alii quidem optimè vitam instituunt, alii verò, quæ jucunda sunt, melioribus præponentes extra rectam lineam legum fe-*

G

S. Hieron. lib. contra Vigilant.

Theodor. Serm. 12. ad Græcos.

A *runtur. Hi sunt igitur accusandi, leges verò* (statua) *laudanda. Neque enim si peritus Medicus ægrotanti præcipiat aliis quidem vesci, ab aliis autem penitus abstinere: tum ille contemptis Medicinæ præceptis, curatione pluris fecerit voluptatem, ita, ut quibus sibi interdictum fuerit, epotis esisque, morbum sibi graviorem effecerit: propterea Medicum, ceu dolosum insidiatorémque accusamus, cùm non illius consilio ac voluntate, sed laborantis intemperantia invaluerit ægritudo.*

B Lampridius Heliogabali impurissimi & flagitiosissimi Imperatoris vitam scribere ingressus, hæc primo aditu præfatus est. *Cùm eadem terra & venena ferat & frumentum; atque alia salutaria, alia contraria; eadem serpentes & ciconias, compensationem sibi lector diligens faciet, cùm legerit Augustum, Vespasianum, Titum, Trajanum, Adrianum, Pium, Marcum, contra hos prodigiosos tyrannos; simul intelliget Romanorum judicia; quòd illi & diu imperârunt, & exitu naturali functi sunt: hi verò interfecti, tracti, tyranni etiam appellati, quorum nec nomina libet dicere.* Quantò rectiùs nos Cleri criminatoribus dicimus, ut ab improbis ad tot probos, ab impuris ad tot puros liventia lumina convertant; nec paleas tantùm; sed & triticeum in area nostra adspiciant. *Iniqua est in omni re accusanda, prætermissis bonis malorum enumeratio, vitiorúmque selectio,* ait præclarè Cicero, *nam isto quidem modo vel consulatus vituperabilis est, si consulum, quos enumerare nolo, peccata collegeris.* (Cic. lib. 3. de legib.)

C Cùm Luthero à Spalatino quorundam improbitas objecta fuisset; ille sine mora ad hunc defensionis locum confugit. (Luth. Tom. 1. Epist. 251.) *Quis omnibus omni loco & tempore frenum injiciat? An illi nihil unquam designant mali? Et discipuli tulerunt Judæ Ischariotis opprobrium: & quotidie in communitatibus feruntur mali: soli nos sumus, à quibus exigitur, ne mutiat canis. Obsecro, ne speres, nos Apologias singulis reddere, quibus displicebit Witeberga: quid enim impossibilius? Non ruet ideo Evangelium, si aliqui nostrûm peccant in modestiam, &c. Cur non spectant nostra meliora & firmiora? Cur spectant pejora & infirmiora? &c. Cur totos damnant ob partem?* Si Lutherus sese hoc clypeo defendit, mirum esset, si nobis eodem uti nefas foret.

D Verùm enimverò, *qui Ecclesiam non agnoscunt,* nihil à suo genio alienum faciunt, *si ordinibus Ecclesiæ detrahunt,* inquit S. Bernardus, *si instituta non recipiunt, si Sacramenta contemnunt, si mandatis non obediunt. Peccatores,* inquiunt. *sunt Apostolici, Archiepiscopi, Episcopi, Presbyteri, ac per hoc nec dandis, nec accipiendis idonei Sacramentis. Nunquam verò duo ista conveniunt Episcopum esse & peccatorem? Falsum est. Episcopus erat Caiphas, & tamen quantus peccator, qui in Dominum mortis dictabat sententiam? Si neges Episcopum; arguet te testimonium Joannis, qui eum in testimonium sui Pontificatus etiam prophetâsse refert.* (S. Bern. Serm. 66. in Cantica.) E *Apostolus erat Judas, & licèt avarus & sceleratus, electus à Domino. An tu de illius Apostolatu dubitas, quem Dominus elegit? Nónne ego, inquit, vos duodecim elegi, & unus ex vobis Diabolus est? Audis eundem electum Apostolum, & extitisse Diabolum, & negas posse esse Episcopum, qui peccator est? super cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisæi, & qui non obedierunt eis, tanquam Episcopis, inobedientiæ rei fuerunt, etiam in ipsum Dominum præcipientem & dicentem: Quæ dicunt, facite: patet, quamvis scribæ, quamvis Pharisæi; quamvis videlicet maximi peccatores, propter cathedram tamen Moysi ad eos quoque nihilominus pertinere, quod item dixit: Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit.*

F In eandem sententiam S. Augustinus. *Nomine Pharisæorum & scribarum significavit* (Christus) *quosdam in Ecclesia sua futuros, qui dicerent, & non facerent, &c. Laicus, qui vult bene vivere, cùm attenderit Clericum malum; quid sibi dicit? Dominus dixit, quæ dicunt, facite, quæ faciunt, facere nolite. Ambulabo viam Domini, non sequar ejus mores. Audiam ab illo, non verba ipsius, sed Dei. Sequar Deum, sequatur ille cupiditatem suam: quia si voluero apud Deum sic me defendere, ut dicam: Domine vidi malè viventem illum Clericum tu-* (S. August. serm. 49. de verbis Domini.) G *um, & ideò malè vixi: nónne mihi dicturus est: serve nequam, non à me audieras, quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite? Malus autem laicus infidelis, non pertinens ad gregem Christi, non pertinens ad frumentum Christi, qui tanquam palea in area toleratur, quid sibi dicet, quando cœperit eum arguere verbum Dei? Exi, quid mihi loqueris? Ipsi Episcopi, ipsi Clerici non illud faciunt, & me cogis, ut faciam? Quærit sibi non patronum ad causam malam, sed comitem ad pœnam: nam nunquam eum ille defensurus est in die judicii, quemcunque malum voluerit imitari.*

H Incredibile dictu est, quàm hæretici hoc in loco insolenter triumphent, & impudenter nobis insultent; quasi qui in eorum castris militant, omnes ducant vitam Angelicam; cùm omnes ducant hæreticam, qua nulla pejor; quia nihil pejus infidelitate: & hac esca plurimos in nassam suam pellexerunt, & adhuc pelliciunt, quasi Clericorum status stirpitus evellendus sit; si quidam in Clerum adsciti Clero indignam vitam vivant; cùm, ùt in Apologiis sæpius dictum; quæstio de doctrina & statu, déque ipsa vita & moribus prorsus sint disjunctæ: ut taceam, quod jam alibi dictum; omnem simpliciter statum detestandum esse, si quorundam improbitas in illius vituperationem & ignominiam redundat. Verùm *hæretici,* ùt præclarè scribit S. Augustinus, *non habenda, quod in causa suæ divisionis defendant, non nisi hominum crimina colligere affectant, & ea ipsa plura falsissimè jactant, ut quia ipsam divinæ scripturæ veritatem, qua ubique diffusa Chri-* (S. August. Epist. 137.)

A *Christi Ecclesin commendatur, criminari & obscurare non possunt, homines, per quos prædicatur, adducant in odium, de quibus & fingere, quidquid in mentem venit, possunt.* Prudenter comicus ille seoex. *In ætate hominum plurimæ fiunt transennæ, ubi decipiuntur dolis. Atque edepol in eas plerumque esca imponitur, quam si quis avidus poscit escam avariter, decipitur in transenna avaritiæ suæ.* Ex his transennis & oassis, quibus Sectarii rem suam augent, præcipua propemodum est hæc de Pontificum, Episcoporum, Clericorum, & aliorum, qui Catholicam religionem amplectuntur, moribus; quasi in agro illorum nulla succrescant Zizania: cùm totus, quantus, quantus, nihil ferat, præter Zizania, ùt per se notum, satísque à multis reipsa cognitum, qui taotæ sanctitatis prædicatione illecti sese ad Novatorum partes adjunxerunt; & postea pœnitentia ducti se salutari consilio sejunxeruot.

B Agath. lib. 2. Quibus accidit, quod Philosophis quibusdam, de quibus Agathias. *Damascius Syrus, Simpliciúsque è Cilicia, & Eulamius Phryx, Prisaniúsque Lydus, Hermias præterea, & Diogenes ex Phœnicia, Isidorúsque Gazæus in Persiam se ad Regem* (Chosroën) *visendum contulerant, &c. Hi quidem cùm minùs placerent, quæ de Deo Romani rectiùs sentiunt, & multorum relatu persuasi jam essent. Persarum instituta & mores cæteris longè præstare, in Persiam ad Regem, ut in ea victuri, unà concesserunt, & eò libentiùs, quòd Regem inprimis justissimum continentissimúmque esse acceperant, & qualem vult Plato, ut philosophia sit cum imperio juncta: subditos verò pollere virtu-*
C *tibus, quandoquidem nec fures apud hos essent, neque prædones, nec denique què iujustiora cætera facerent, atque adeò, ut pretiosissima quæque vel in solitudine quamvis relicta, qui fortè invenerit, haudquaquam sit sublaturus, sed relinquenti utcunque Domino integra omnia ad usque reditum maneant. Ubi tamen eò est tandem perventum, cùm omnia aliter longè, ac ipsi acceperant, sese habere jam comperissent, & omnem scelerum apud hos speciem exerceri, ipsique hæc molestissimè ferrent, inconstantia & levitatis se statim insimulârunt, & mutatè loci cœpit eos pœnitere.* Uode, *etsi Chosroës eos benevolentia prosequeretur, & ut apud se manerent, precibus fatigâsset, confestim tamen ad pristina loca, ex quibus excesserant, se receperunt, existimantes, longè sibi potiùs fore, initis mox Romanorum finibus, mortem obire, quàm apud Persas morando majora sibi præmia comparare. Sic demum omnes ad pristinas sedes reducti, barbarica detestabantur hospitia.* Quàm multis ad hæreticos transeuotibus; & ab iisdem redeuoöbus, aut certè reverti, si quo modo possent, voleotibus, idem usu venit? Nil opus exemplis, omnia plena sunt.

D Recitat Miseous loogam sententiam ex S. Hieronymo io Clericos & Mooachos perditè viventes. At num ideo S. Hierooymus, E more tuo Clericatum simul & Monachatum execratus est? Absit hoc à viro Sanctissimo & doctissimo, aliàs suam quoque professionem damnâsset; quia Clericus & Monachus fuit. Vitia insectatus est, non Ordinem, non statum. Agnòsce tandem discrimen inter vitia hominum, & ipsum statum. Cùm *Seba, filius Bochri, vir Belial,* confugisset in 2. Reg. 20. Abelam, & Bethmaacha, Joab autem prioceps exercitus urbem obsideret, murósque destruere niteretur, consilio sapienós mulieris ioductus est, ut scelesto pro meritis mulctato, urbi, urbísque indigenis parceret.
F At isti nostri adduci nequeuot, ut propter paleas ipsi areæ, proptérque tribulos & spinas ipsi agro parcant. Ecclesiam totam propter partium quarundam oævos linguis venenatis lacerant, & vastatum properant; nulla nec Dei nec hominum reverentia. Quibus Ecclesia multò potiore jure dicat illud: *Sermo dicebatur in vetere proverbio, qui interrogant, interrogent in Abela, & sic proficiebant. Nónne ego sum, quæ respondeo veritatem in Israël, & tu quæris subvertere civitatem, & evertere matrem in Israël? Quare præcipitas hæreditatem Domini?* Quid Joab? *Absit, absit hoc à me: non præcipito, neque demolior: non sic se habet res, sed homo de monte Ephraim Seba filius Bochri cognomine, levavit manum suam con-*
G *tra Regem David, tradite illum solum, & recedemus à civitate.* Num idem responsum dare queunt Clericorum & Monachorum iosectatores & irrisores? Nequaquam. Non vitia excisa; sed ipsam *Abelam*, ipsam Ecclesiam, veritatis parentem, eversam cupiuot. Hunc impium conatum prætextu & obtentu vitiorum obvelant. Non ita, quibus mens sana, & ab hæretica cootagione aliena. Scelera insectantur lingua, calamo; non homines; multò minùs saoctum, in quo vivunt statum, & quocunque quis tandem oculos vertat; perspicuè videt, fieri ooo posse, ut aut area paleis, aut ager penitus vacet Zizaniis.

H *Quid faciat agricola?* inquit S. Hieronymus. *Evellat lolium? Sed tota pariter messis divellitur. Quotidie industria rusticana aves sonitu abigit, imaginibus exterret: hinc flagello crepitat, hinc formidines tendit. Attamen aut veloces capreæ, aut lascivus onager incurrit; hinc in effossa horrea mures frumenta comportant: hinc ferventi agmine segetem formica populatur; ita se res habet, nemo securus agrum possidet, &c, Non solùm in Ecclesia morantur oves, nec munda tantùm aves volitant; sed frumentum in agro seritur, & inter nitentia culta lappæq; & tribuli & steriles dominantur avenæ.* Hæc S. Hieronymus. Condidit Philippus Macedonum Rex in Thracia civitatem, quam πονηρόπολιν nominavit, eò quòd pessimos quosque io ea collocâsset. Civitas hæc est quævis hæretica congregatio, cujus cives tam sunt effrontes, ut sua, quæ suot valde im-

A immania ſcelera, nunquam videant: in aliena, quæ vel prorſus non ſunt, vel tanta non ſunt, debacchari nunquam deſiſtant.

Cùm autem Miſenus tam diligenter ex S. Hieronymo colligat reprebenſiones Clericorum & Monaeborum, quærendum ex eodem eſt; an non in ejusdem S. Patris lucubrationibus encomia Clericorum & Monachorum, ſtatui ſuo conſentaneam vitam ducentium legerit? Si legit, cur diſſimulat, niſi quia ſycophanta eſt? An putas S. Hieronymo non fuiſſe eundem ſenſum, qui fuit S. Cbryſoſtomo, quem bis verbis expreſſit: *An ignoras, quid ſit Sacerdos? Angelus utique* (S. Chryſoſt. Hom. 2. in Epiſt. 2. ad Tim.)

B *Domini eſt. Non ex ſeipſo loquitur: ſi deſpicis, non illum deſpicis, ſed Deum, qui illum ordinavit. Sed unde, inquies, conſtat, Deum fuiſſe illius ordinationis auctorem? Nempe, niſi tu hanc habeas opinionem, ſpes tua inanis facta eſt, &c.* Monet idem Cbryſoſtomus, minimè curioſiùs diſquirendum, quibus Sacerdos morbis ſubjectus ſit. *Nam dic, oro,* inquit, *ſi ſaucius proficiſcaris ad medicum, num omiſſa cura vulneris tui, ſtudiosè medicum percontaris, vulnus ille habeat, nec ne? An verò & ſi ille ſit ſaucius, vulnus tuum idcirco non curas, diciſque, ſanum illum eſſe oportuit, medicus cùm ſit?* Verùm pro defenſione Sacerdotum oppono Miſeno pulcherrimos & divinos S. Joannis Cbryſoſtomi de Sacerdotio libros. Si quos ſimiles à vetere quopiam Doctore ſcriptos

C novit de *prædicantiſmo*, promat; & de Prædicantibus honorificentiùs in poſterum loquar ac ſentiam. Pro defenſione Monaeborum accipiat idem Miſenus tres ejusdem S. Chryſoſtomi libros adversùs vituperatores vitæ Monaſticæ: ex quorum tertio bæc paucula Litbo guſtanda proponam. *Converſationem planè cœleſtem elegerant* (Monachi) *nihilque deterius Angelis affectè ſunt. Ut enim illis nulla ineſt inæqualitas, nec alii ſucceſſibus ſecundiſque rebus elati gloriantur, alii extremis malis & incommodis oppreſſi gemunt, ſed omnes pariter in gaudio & quiete, ſummâque illa & cœleſti gloria exultant: ita fieri quoque perſpicias in Monaſteriis, nullus ibi paupertatem exprobrat; nul-*

D *lus divitiis honeſtior eſt. Inde id, quod omnia evertit ac perturbat Meum, & Tuum, penitus eliminatum eſt. Cuncta quippe illis communia ſunt, & quod ſanè mirabilius, unus etiam idemque animus omnibus eſt. Omnes eadem ſunt nobilitate nobiles, omnes eadem ſervitute ſervi; eadem libertate liberi, una illic omnibus divitia, quæ vera divitiæ ſunt; una gloria, quæ verè gloria eſt, &c. Una ibi voluptas, una jucunditas, unæ deliciæ, unum deſiderium, una ſpes omnibus ineſt. Ibi veluti quadam ex regula & libra cuncta diligentiſſimè ſunt ordinata. Nulla ibi inæqualitas; cæterùm ordo ſummus & moderatio, & convenientia, & ineffabilis concordia ſervandæ diligentia, jugiſque ac perpetuæ lætitiæ materia, &c.* Sed ſatis de hoc loco; quem fuſiùs explicavi, ut ſemel defungerer labore reſpondendi ad ſimiles Miſeni calumnias. E

Quòd autem cultum quoque & venerationem Reliquiarum irridet; aliud non reſpondeo, quàm quod olim Iſidorus Peluſiota Hieraci. *Si te iſtud offendit, quod Martyricorum corporum cinerem propter eorum erga Deum charitatem atque conſtantiam honore afficiamus; eos, qui ab ipſis medicinam accipiunt, interroga: atque quot morbis remedium afferant, intellige. Sic fiet, ut non modò id, quod à nobis fit, non irrideas, cavillisque inceſſas, verùm etiam quod rectè & laude fit, imiteris.*

CAPUT V.

De Imaginibus.

DE imaginibus multa nugatur Miſenus: ita loquor, quia, quidquid agit, nugas agit. F An non enim nugæ nugarum, hæc & ſimilia deliramenta? *Pontificii colunt imagines: ergo ſunt idololatræ.* Probatur conſequentia; *quia omnis imaginum cultus eſt idololatricus: Pontificii colunt imagines Sanctorum cultu Divino: ergo imagines habent pro Diis. Pontificii beneficia petunt ab ipſis imaginibus; & ab illis ſperant ſe votorum compotes fore; ſunt igitur idololatræ, & adverſantur Tertulliano, qui in Apologetico negat, ſe ab alio orare poſſe, quàm à quo ſciat ſe conſecuturum, quoniam & ipſe Deus eſt, qui ſolus præſtat, & ego ſum, inquit, cui impetrare debetur, famulus ejus.* Hæc & id genus alia nugamenta, quæ Miſenicus iſte *cuculus* toties jam cocta, recocta denuò nobis ingerit; ne digna quidem ſunt ampliore confutatione; tot nimirum libris à præſtantiſſimis ſcriptoribus copioſiſſimè;& plus propemodum,quàm ne- G ceſſitas poſtulabat, disjecta & profligata. Ita, ut ſi bæretici,non dicam Idololatræ, ſed Idola non eſſent; tandem vel acquieſcerent, vel ſaltem veritatis luci tenebras offundere deſinerent. Sed inſtar idolorum affecti ſunt, viva quippe & ſpirantia ſculptilia. *Oculos habent;* & veritatem *non vident: aures habent, &* veritatem *non audiunt: nares habent, &* veritatem non *odorantur; Manus habent, &* veritatem *non palpant: pedes habent, &* ad veritatem *non ambulant.* Veritas profectò adeò ab iſtorum accuſationibus vindicata & in tam clara luce collocata eſt; beneficio & induſtria illorum, *qui lectulum Salomonis,* hoc (Cant. 3.) eſt, Eccleſiam, *ambiunt,* ac ex officio circumdant, *ex fortiſſimis Iſraël, omnes tenentes* H *gladios, & ad bella fortiſſimi;* ut ſeu veritas, ſeu Eccleſia jure poſſit uſurpare illam Domini vocem: (Iſai. 5.) *Quid eſt, quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci? An, quod exſpectavi, ut faceret uvas, fecit autem labruſcas?* Quid ſubditur? *Et nunc oſtendam vobis, quid ego faciam vineæ meæ. Auferam ſepem ejus, & erit in direptionem: diruam maceriam ejus, & erit in conculcationem. Et ponam eam deſertam; non putabitur, & non fodietur, & adſcendent vepres & ſpinæ, & nubibus mandabo, ne pluant*

ſuper

A *super eam imbrem.* Quod illis provinciis accidisse, in quibus imaginum oppugnatio & eversio cœpit, & furiosissimè sævit, nemo est, qui nesciat. Cavete, ne idem vobis contingat. Quot enim religionis dogmata, veterúmque instituta è medio rollitis; rot quasi sepibus, munimentis, & firmamentis ditiones vestras denndatis, ut non modò hostibus illis, qui sub intelligentiam cadunr; sed & illis, qui in videndi sensum incurrunr, facilior aditus pateat.

B Et ramen Misenus dolet & queritur, Imperium ex Oriente ab Heliogabalis, Leonibus Isauricis, Caballinisque Copronymis, monstris potiùs hominum, quàm hominibus, exitio Orientis prognatis, in Occidentem ad optimos, religiosissimos, fortissimos & invictissimos Heroas translarum; húncque suum dolorem & querimoniam litteris in ipso Imperio mandare audet. Quod non admodum mirarer, si vel ipsi Græci scriptores, Latinæ gloriæ capitales hostes, dignos judicarent, *Heliogabalos* illos, qui Imperium etiam Occidentis retinerent. Nunc cùm eos non aliter depingant, quàm portenta, omniúmque scelerum & flagitiorum mancipia, nimis impudenrer Misenus agit, qui injustè cum illis actum scribit; lamen-C tatúrque, nefariis illis capitibus jus & dominationem in Occidentem ademptum esse; qui profectò æquè ac Oriens Sarracenis in prædam cessisset, nisi generosi *Franci* & *Alemanni* detestandæ genti, felicibus armis, obviam ivissent. Jam enim Siciliam, Hispaniam, aliquam partem Italiæ occupârant, inque Galliam sæpius penetrârant. Quis repulit? Num Græci Iconomachi, effœminati & *evirati* schismatici, Sedis Apostolicæ hostes & oppugnatores? Nam quòd ru ais, *me negare non posse, quin distractione illa Orientis & Occidentis factum sit, ut dissiparentur & Ecclesia & everterentur Respublica, atque ita Mahometanis furoribus Asia opprimeretur;* antiquum obtines, scis, opinor, quid illud sit. Novi &
D ego. Nôrunr & alii. Ego verò pernego, me hoc non negare, quod tu asseveras. Non enim distractio illa, seu divisio, sed impietas hæreticorum, schismaticorum, & Iconomachorum & Monothelitarum Imperatorum Asiam bonámque Europæ partem Mahometania, tanquam tricipiti Cerbero, melle *soporatam* offam objecit: & divisio illa Occidenti saluti fuit. Ni facta fuisset, Occidens cum Oriente planissimè periêrat.

Non ignoras incendii extinguendi hanc itidem unam rationem esse, ut divisio cohærentium ædificiorum fiat, destructa aliqua intermedia domo; cujus destructio frenum quodammodo injicit igni, ne ultrà serpat. Idem hic factum, eadémque de causa. *Truncantur & artus,* inquit poëta, *ut liceat reliquis securum vivere membris.* Quid mirum, si Pontifex Orientem ab Occidente abscidit?

An exspectandum erat, ut in eandem perniciem præcipitaretur? *Putrida carnes ferro indigent, & cauterio,* inquit S. Hieronymus, *nec est medicina culpa, sed vulneris, cùm clementi crudelitate non parcit medicus, ut parcat: sævit, ut misereatur.* Quid mirum, Mahometanos illas ditiones occupare, ad quas impietate, hæresibus, schismatibus, veterúmque sacrorum abolitione & exterminatione via ram expedita illis sternitur? Res similiores longè faciliùs in se mutuò transmutantur, quàm dissimiliores, quas plura discrimina disparant. Ex carne enim citiùs nascitur vermis, quàm ex lapide. Quanta similitudo Iconomachorum & Mahometanorum? Quanta convenientia? Quàm promptum & proclive, ut illi horum naturam induant, formámque subeant: ùt & induerunt, & subiêrunt, induéntque & subibunt, nisi cum Christiania institutis magis sese conforment. E S. Hieron. Epist. 147.

F Quòd ais loquens de septima Synodo, te *nihil puerilius, nihil ineptius, & nihil ab eruditione alienius legisse;* id tibi assentior, si Epithera illa referantur ad legentem, non ad materiam lectam. Nam quidquid legis, id *stultissimè*, dicerem libenrer, *puerilissimè, ineptissimè*, & ab omni eruditione *alienissimè* legere videris. Nil igitur præter solitum fecisti; si nil ineptius legisti ram ineptus, nil puerilius, tam puerilis, nihilqne à ratione alienius, lector à ratione ram alienus. Imò ne ratione quidem prædltus; cùm non sis *animal rationale*, quia, ùt ru ipse non semel propemodum dejeras, non es *animal risibile:* ergo nec *rationale;* quia *omne animal rationale est risibile.*

G Dicis. *Synodum Francofordiensem permisisse imagines, at non in templis; sed in privatis ædibus memoria & historia causa.* Ubi verò hoc Synodus Francofordiensis? An vidisti Acta ejus, quà de imaginibus? An reperisti in abdito alicujus Bibliothecæ angulo? An randem in tam desideraram Illyrico aliísque Sectariis gemmam incidisti? Prode & prome in lucem. Consules rei & tuæ & vestræ. Quid verò hæc ego? Quasi Misenus tantus Antiquitatis scrutator sit, ur hæc talia indaget. Quæ ex libris Carolinis protuleram, hæc ipse citat tanquam Acta Concilii Francofordiensis, quasi libri illi vel essent, vel
H continerent Acta illius Concilii: nec tamen rectè citat, ur apparest, Misenum tam non vidisse libros Carolinos, quàm non vidit Acta Concilii Francofordiensis. Id ur lector clarè videat, exscribam ex præfatione libri Carolini eam partem, quæ ad propositum nostrum facit; qua lecta, nullius negotii erit judicare, quàm verum sit, imagines tantùm in privatis ædibus, non autem in templis permissas fuisse ab illis, qui in Synodo Francofordiensi dicuntur septimam synodum damnâsse. Ita ergo auctor ille. *Gesta sanè est ante hos annos in Bithynia partibus*

A *bus quadam Synodus* (Intelligit Synodum sub Copronymo) *tam incauta, támque indiscretæ procacitatis, ut imagines in ornamentis Ecclesiæ* (nota hoc Lector) *& memorias rerum gestarum ab antiquis positas incauta abolerent abdicatione, quódque Dominus de Idolis præcepit, hoc illi* (Copronymiani, Calviniani) *de cunctis imaginibus perpetrarent, &c. Qui nimirum tantæ cæcitatis caligine obtenebrati fuerunt, ut cunctis, qui eas habere in Ecclesiis* (ergo non tantùm in privatis ædibus) *noscebantur, vel habituri erant, anathematizatis, inter cæteros errores hoc etiam suo errori insererent, quòd* B *Rex eorum Constantinus* (Calvinus, Zvvinglius) *eos ab idolis liberâsset; & ei, qui exultavit, ut Gigas ad currendam viam, &c. victoriæ titulum derogare cupientes, regi suo* (hæresiarchæ suo, Calvino, Zvvinglio) *annecterent; cùm non de eorum Rege,* (hæresiarcha) *sed de vero triumphatore Christo Propheta prædixerit; Ecce Dominus ascendet super nubem levem, & ingredietur Ægyptum, & commovebuntur simulacra Ægypti à facie ejus.* Et sub finem hortatur, ut *imagines habeantur in ornamentis Ecclesiarum & memoria rerum gestarum, neque cum Copronymianis Iconoclastis comminuantur.*

C Quid tibi jam videtur lector, de *irrisibilis animalis* nostri eruditione, vel, si mavis, ineptia, asserentis ab istis imagines toleratas; sed intra privatos parietes, non in Ecclesiis? An non contrarium disertis verbis Auctor librorum Carolinorum profitetur? An non insectatur *Caballini* discipulos, qui Calvinistarum more, imagines ex templis exturbabant? Sed nil insolens, si animal *ἀγελαστικὸν irrisibile* ineptiat; quia *animal irrisibile & bestia* sunt synonyma.

D Et quia multa de Synodo Francofordiensi blateras, lubet paululùm in hoc argumento, quod hæreticis tam frequenter in ore & calamo, immorari. Non sum nescius, quid in altera Apologia de hac Synodo scripserim, eam nimirum damnâsse Synodum Nicænam; atque adeò errâsse, sed in quæstione *facti* non *juris*; Quid si cum non paucis aliis, iísque eruditissimis affirmarem, totam hanc de Synodo septima à Francofordiensi damnata objectionem vestram, esse fabulam, nihilque simile unquam in Francofordiensi Concilio aut factitatum, aut cogitatum, si hoc, inquam, affirmarem, qua tandem ratione me refelleres? Nam, ut verum fatear, creditu perquam difficile accidit, Synodum Francofordiensem potuisse ex errore facti contra Nicænam procedere, quia Nicæna paulò antea fuerat congregata, sub eodem Pontifice Adriano, à quo etiam confirmationis robur acceperat. Accedit, quòd ejusdem Adriani Pontificis Legati Concilio Francofordiensi interfuerunt. Quomodo igitur fieri potuit, ut tota Synodus Francofordiensis ignoraverit auctoritatem Synodi Nicænæ, cùm potuerit hac de re instrui à E legatis Adriani, quos tam ignaros fuisse, ut, quod Pontificis auctoritate in Bithynia non diu antè gestum fuerat, ignorarent; nemo, nisi omnium rerum ignorans, credet; Sciebant enim morem & usum Ecclesiæ Romanæ, in veneratione imaginum; ipsámque Pontificis Adriani mentem, quæ satis adhuc expressa remanet in refutatione libri Carolini ab Adriano conscripta, & ad Carolum transmissa.

F Præterea longè adhuc magis ab omni verisimilitudinis specie remotum est, Synodum Francofordiensem, invitis & reluctantibus Apostolicis Legatis & contra Adriani Pontificis approbationem, progressam esse ad damnationem Synodi Nicænæ, licèt hoc Centuriatores affirment; sed ea fide, qua asserunt, ipsos Carolinos libros esse, seu continere Acta ipsius Concilii Francofordiensis. Quod si ita est, qui fit, quòd Claudius Taurinensis, maximus Iconomachus hæc Acta causæ suæ firmandæ & adstruendæ non adduxit? Profectò vix quidquam efficacius producere poterat, quàm universalis Synodi Acta. Qui fit, quòd Adrianus Pontifex refutans libros Carolinos nullam prorsus mentionem facit Synodi hujus, nec eam unquam reprehendit, utique tam audax facinus non dissimulaturus, si libris illis Carolinis ipsa Francofordiensis Synodi decreta & placita comprehensa fuissent? Et tamen Centuriatores in octava sua Centuria audacter Epitomen Actorum Concilii Francofordiensis lectori promittunt; nec aliunde eam conficiunt, quàm ex libris Carolinis: quæ nullo modo acta Concilii hujus continent. G

Quia libri Carolini scripti sunt ante Francofordiensem Synodum. Ait enim Auctor in præfatione: *Gesta præterea est fermè ante triennium & altera Synodus illis in partibus* (Nicææ nimirum) *ab eorum, qui priorem gesserant, successoribus, &c.* Ubi perspicuè indicat Auctor, necdum triennium effluxisse à Synodo secunda Nicæna, usque ad tempus, quo libros Carolinos composuit. Celebrata est autem Synodus Nicæna Anno Domini 787. oportet ergo libros Carolinos compositos esse Anno Domini 790. vel præcedente; Ait enim Auctor: *Fermè triennium esse.* At Synodus Francofordiensis habita est Anno 794. minimùm quatuor Annis post libros Carolinos compositos: Quomodo igitur fieri potest, ut libri isti contineant Acta Concilii Francofordiensis, cùm aliquot annis ante hanc Synodum conscripti fuerint?

H Et quomodo, si Acta Concilii Francofordiensis complecterentur, ipsa Synodus manifestissimè secum non pugnâsset, cùm lib. 1. cap. 6. Ecclesiam Romanam, tanquam omnium Ecclesiarum matrem audiendam, & ab ejus præceptis monitísque ne latum quidem unguem discedendum esse docet, quip-

A quippe *quæ non habens maculam, nec rugam & portentuosa hæresum capita calcet, & fidelium mentes in fide corroboret.* Et tamen huic suæ doctrinæ adversa fronte repugnâsset, si Synodum Nicænam à Romana Ecclesia approbatam damnâsset. At Synodus ignoravit hanc approbationem. Cæterùm hoc falsum esse, probavimus antea; tum quia aderant legati Apostolici, tum quia approbatio hæc continebatur in ipso Synodi volumine, quod Adrianus ad Carolum miserat. Quòd autem ipse Auctor librorum Carolinorum tam magnificè de Ecclesia Romana scribit, & postea toto libro professioni suæ contraria agit; id minùs mirum videri debet, quàm ut omnes Patres Concilii illius tale quidpiam commiserint.

B Sed sunt, qui hoc ex præfatione librorum Carolinorum ostendere velint, Synodum Nicænam à Francofordiensi damnatam esse; hæc enim verba leguntur, ùt ajunt, in illa præfatione. *Allata est in medium* (Francofordiensis Concilii) *quæstio nova de Græcorum Synodo, quam de adorandis imaginibus Constantinopoli fecerunt, in qua scriptum habebatur, ut, qui imaginibus sanctorum ita ut deificæ Trinitati servitium ac adorationem non impenderint, anathema judicarentur, qui sapientissimi patres nostri* (Francofordienses) *omnimodis adorationem & servitutem eis impendere renuentes, contempserunt, atque consentientes condemnárunt.*

C Probant idem ex libro Hincmari Rhemensis contra Hincmarum Laudunensem cap. 20. ubi dicit, *septimam Synodum fuisse à Papa Romano in Franciam missam, & postea in Francia Synodum coactam, quæ Græcam Nicænam condemnárit.* Verumenimverò hæc & id genus alia sententiam nostram minimè labefactant; nam verba illa, quæ in priore objectione recitantur, desumpta non sunt ex ipsa vera librorum Carolinorum præfatione; sed ex præfatione ejus Hæretici, qui se ficto nomine vocat *Eli, Phili*, (nam Joannem Tilium Broicensem in Gallia Orthodoxum Episcopum hosce libros vulgâsse, non persuaserit mihi Epitome Bibliothecæ Gesnerianæ) in libris enim Carolinis nusquam fit mentio Concilii Francofordiensis, aut sententiæ ejus adversùs VII. Synodum; Quod mirum, non fuisse observatum à scriptoribus Catholicis, excepto Alano Copo; poterant enim supersedere anxiis quibusdam de sensu horum verborum disputationibus.

D Objicies. Licèt verba illa non sint in præfatione libri Carolini, tamen Præfator ille Hæreticus, *Eli Phili*, dicit se ea reperisse in vetusto Codice, in quo Acta Concilii Francofordiensis continebantur, ubi postquam narratum erat, quomodo damnata sit hæresis Elipandi & Felicis Urgelitani, de adoptione Christi, subditur, *secundo loco* E *actum de septima Synodo, eámque communibus suffragiis anathemate percussam.* Respondeo, cùm iste *Eli Phili* plurima mendacia in illa sua præfatione effutiverit, inter quæ hoc eminet, quando scribere non veretur, Ecclesiam Romanam de imaginibus nunquam aliter sensisse, quàm tradatur in libris Carolinis, cùm vel ex sola Refutatione librorum Carolinorum ab Adriano Pontifice Romano conscripta mendacium hoc evidenter redargui queat; mirum videri non debet, si novum Actorum Francofordiensium Codicem sibi procudit, à nullo mortalium, nisi ab isto *Eli Phili* in *Utopia* visum, quem *Homericus Utis* excuderat. Si uspiam quispiam hujus generis codex delitesceret, jam in lucem venisset, licèt in infimis terræ visceribus sepultus jacuisset. Quos enim angulos & forulos Bibliothecarum non excusserunt Romanæ Ecclesiæ hostes; ut si quid fortè contra dogmata ejus olim vulgatum fuisset, id denuò in publicum extraheretur? F Quas Bibliothecas Illyricus hujus rei gratia non modò perscrutatus, sed & non semel deprædatus est? Quid intentatum reliquit, ut quàm plurima hujus farinæ monumenta corraderet? Quid alii intentatum relinquunt, qui Illyrico in hoc improbæ diligentiæ studio successerunt? Quinquagesimus quintus nunc agitur annus, ex quo Larvatus *Eli Phili*, Libros Carolinos in lucem extrusit. Qui fit, quòd tanto tempore nullus extitit, qui Acta illa repererit, repertáque vulgaverit, nisi quòd nulla & nusquam sunt; præterquam in Libraria officina, hoc est, in phantasia istius *Eli Phili*.

Qui Parisiense conciliabulum contra imagines tam avidè in publicum dederunt; an non longè avidiùs Acta Concilii Francofordiensis emisissent; si quæ talia in rerum natura existerent?

G Quod ad testimonium Hincmari attinet, mirum, hoc tanti fieri, cùm ex Catholicis scriptoribus, nullus, quod sciam, inveniatur, qui se librum illum Hincmari vidisse asserat, solúsque & primus Illyricus in Catalogo *testium veritatis & Centuria* IIX. testimonium illud produxerit; quasi verò Illyricus non fuerit maximus impostor. Et hoc rectè etiam, quamvis obiter, insinuavit & annotavit Alanus Copus. Sunt porrò, qui Hincmaro sequentia verba tribuant. Alan. Dial. 4. *Auctoritate itaque hujus Synodi* (Francofordiensis videlicet) *nonnihil repressa est imaginum veneratio. Sed tamen Adrianus & alii Pontifices in sua opinione perseverárunt, & mortuo Carolo suarum pupparum cultum vehementiùs promoverunt, &c.* Propter quæ verba acriter in Hincmarum' eunt, cùm non sint verba Hincmari, sed Illyrici, ùt patet ex *Catalogo testium veritatis*, & ex Centuria octava Magdeburgensium.

H Deinde etiamsi Illyricus testimonium Hincmari candidè & sincerè produxisset,

A qui de Adriano Imperatore refert, eum Christo templum facere, & Christum inter Deos recipere voluisse: additque, eum templa in omnibus civitatibus sine simulacris jussisse fieri, *quæ hodie idcirco*, inquit Lampridius, *quia non habent numina, dicuntur Adriani, quæ ille ad hoc parâsse dicebatur, sed prohibitus est ab iis, qui consulentes sacra repererant omnes Christianos futuros, si id optatò evenisset, & templa reliqua deserenda.* Respondent Catholici scriptores, Adrianum jussisse fieri templa sine *simulacris gentilium*: Christiani enim nolebant orare in templis Ethnicorum, quia erant plena idolis. Ideo Adrianus jussit eis fieri templa sine ejusmodi idolis. Unde idem Lampridius ea simulacra appellat ibidem numina, numina autem non vocantur imagines, nisi proponantur adorandæ pro Diis.

B Interpres Lampridii putat Lampridium deceptum, nec satis mentem Adriani assecutum: jussisse enim in omnibus civitatibus templa sine simulacris fieri, non in usum Christianorum; vel ut Christo dedicarentur, sed ut suo nomini consecrarentur; *Cogitabat enim Adrianus*, ait Scholiastes, *postquam absoluta essent templa, quæ fieri imperaverat, simulacra eò mittere, aut præsens ipse consecrare eo habitu, quo vellet ubique pro loci natura coli.* Templa enim, aras & statuas Adrianum Numinis instar affectâsse, non modò ex Spartiano, sed & ex Periplo Ponti Euxini ab Arriano conscripto colligere licet. Verùm quidquid sit de hoc, opinio illa de Adriano non videtur temerè in tam multorum animis exorta; neque enim solius Lampridii

C hæc persuasio fuit. Nec illud ejusdem Lampridii crediderim falsum, quando Alexandrum Imperatorem, & antea Adrianum de Christo in numerum Deorum adsciscendo cogitâsse scribit. Licèt enim Tertullianus & alii veteres hoc non de Alexandro & Adriano; sed de Tiberio scriptum reliquerint; nil tamen obstat, quò minùs & alii idem consilium agitârint, undecunque tandem Lampridius id cognôrit: nam multò proclivius est Lampridio ante tot annorum centurias hoc asserenti fidem præbere, quàm alteri post tot sæcula id inficianti.

D Sed utcunque se hæc habeant, illud probandum non est, quòd ait, Lampridium, qui sub imperio Constantini Magni scripsit, *novisse, quod ignorare tum poterat nemo, & Judæos olim Hierosolymitana æde* εἴδες καὶ ἀγάλματος χωρὶς, *Deum coluisse, & suis etiam temporibus Christiana templa his caruisse.* Quidquid sit de Judæis (nam & hos olim Cherubinorum species, aliarúmque rerum imagines in templo suo habuisse, ex sacris litteris compertum habemus) verum hoc non est de templis Christianorum tempore Constantini Magni; multóque minùs verum est, de templis Christianorum ætate sancti Augustini, quò iste se etiam refert. Nam primò Damasus seu Anastasius in vita sancti Sylvestri enumerat plurimas Ecclesias à Constantino Magno ædificatas, & in illis vix ullam, quæ imaginibus & statuis à Constantino non sit decorata. Nam in Basilica Constantiniana posuit statuam quinque pedum Salvatoris sedentis in throno: duodecim Apostolos singulos ejusdem magnitudinis. Quatuor Angelos, qui cruces tenebant. Item Agnum, & ad dexteram Agni Salvatorem; & ad lævam Agni beatum Joannem Baptistam, cum hac epigraphe: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum.* In Basilica S. Petri posuit crucem ex auro purissimo confectam, similiter & in Basilica sancti Pauli; In Basilica sancti Laurentii ante corpus beati Laurentii statuit *argento clusam Martyrii passionem*, inquit Anastasius, *sigillis ornatam cum lucernis byssinis argenteis.* E

F Deinde sub Imperio Constantini floruit Lactantius, qui Imaginis Crucifixi in Ecclesia palàm proponi consuetæ his verbis meminit. *Quisquis ades, mediùque subis ad limina templi, siste parùm, insontémque tuo pro crimine passum respice me, me conde animo, me in pectore serva.* Præterea, Eusebius lib. 3. & 4. de vita Constantini dicit, in templis à Constantino in Palæstina extructis fuisse maximam copiam imaginum aurearum & argentearum.

Lactant. carm. de pass. Domini.

G Ad hæc notum est ex Eusebio, imagines Apostolorum Petri & Pauli à Christianis effigiatas fuisse; has enim se non raras vidisse scribit Eusebius, Constantino Magno familiarissimus. At, ut extra Ecclesias viderit, in Ecclesiis tamen etiam vidisse, vel inde conjicias, quòd verisimillimum sit, Christianos eorum imagines, quos plurimùm venerabantur, in decentissimo loco collocâsse. Nec omittendum, quod veteres tradunt, Constantino à Sylvestro ostensas imagines Apostolorum Petri & Pauli, cúmque in illis agnovisse Apostolos, quos in visione viderat. Si ergo Christiani tum habebant imagines, quis dubitet, quin maximè in templis habuerint?

H Addamus & Concilium Elibertinum anno Christi 305. celebratum: quod Can. 36. probibet picturas in templis fieri. Fiebant ergo picturæ in templis: nam occasione facti Canon ille conditus est. Etsi autem non ignoro, varias esse Catholicorum de Canone illo sententias, aliis supposititium affirmantibus; aliis aliud afferentibus & asserentibus, mihi tamen præ cæteris placet explicatio, quam affert Gabriel Vasquetz, Bellarminus, & alii, qui dicunt, non vetari imagines in tabulis depictas, aut in alia materia sculptas, sed solùm in Ecclesia esse, hoc est, in ipsis templi parietibus depingi, ne id, quod colitur & adoratur, in parietibus depingatur. Indecens enim visum est Concilio id, quod adorandum proponitur, ipsi parieti affixum esse; cùm potiùs reve-

Baron. tom. 1. Anno Christi 57. Vasq. lib. 2. de cult.

A rentiæ majoris gratia in tabula, aut alia per
se separata materia inesse debeat. Nam de-
pictæ in parietibus facilè amittunt splendo-
rem & pulchritudinem: & persecutionis
vel belli tempore, quando templa diruun-
tur, injuriis expositæ sunt, cùm auferri ne-
queant. Et hunc esse Canonis sensum patet
primò ex verbis Canonis, quæ sunt ista.
Placuit imagines in Ecclesiis esse non debere; ne,
quod adoratur, in parietibus depingatur: Ergo
si id, quod colitur & adoratur, in parietibus
non depingatur, tum placet Synodo ima-
gines in Ecclesia esse. Et cur non essent
etiam ex mente hujus Synodi, cùm sint co-
lendæ & adorandæ? Res autem colenda &
adoranda nusquam decentiùs collocatur,
quàm in Ecclesia. Ex quo fit, ut Canon
iste sancitus sit ex reverentia erga imagines;
sicut & olim ab Imperatoribus lata est lex
de sancta Cruce humi non effingenda ex ve-
B neratione erga sacrosanctam Domini Cru-
cem. Deinde idem liquet ex vetusto more
Hispaniæ, in qua hæc Synodus habita; *In*
paucis enim Hispaniæ templis imaginem aliquam,
præter sancti Christophori, *in parietibus de-*
pictam invenies, inquit Vasquez; *sed pluri-*
ma templa aut tabulis depictis, aut statuis ligneis
inauratis & coloribus variatis exornata sunt.
Cùm ergo ex Concilio Elibertino sub exor-
dium Imperii Constantini celebrato, mani-
festum evadat, in templis Christianorum fu-
isse imagines; cúmque id etiam aliunde lu-
culenter demonstratum sit; vero minimè
consonat, quod Scholiastes ait; tempore
Constantini Magni nullas in templis fuisse
imagines; nam nec Lampridius hoc asserit.
Loquitur enim de simulacris, quæ coli so-
lebant tanquam numina. Talia in templis
C illis non fuisse dicit; non autem negat, fu-
isse imagines, quæ colerentur non tanquam
numina, sed cultu religioso quidem; at
non illo, quem Ethnici suis simulachris de-
ferebant. Quamvis autem Lampridius ne-
que affirmet, in templis ab Adriano extru-
ctis fuisse Christianis usitatas imagines, id
tamen non negat. Quare exigui ponderis
est hæc consecutio. In templis ab Adriano
conditis nulla erant simulacra, quæ coleren-
tur tanquam numina: ergo Christianorum
templa carebant eo tempore imaginibus.
Probatur consequentia, Quia Adrianus tem-
pla illa Christo & pro Christianis ædificave-
D rat, ùt Lampridius arbitratur. Hanc con-
secutionem simul cum probatione sua ajo
exigui momenti esse: quia etsi Adrianus,
templorum illorum conditor, nullas in illis
posuit imagines apud Christianos receptas,
ipsi utique Christiani, si in possessionem
ejusmodi templi venissent, imagines Chri-
stianas intulissent. Sed mortuo Adriano,
priusquam hæc templa absolverentur, ple-
raque imperfecta manserunt; ínque alios
usus conversa fuerunt; ùt illud, quod Ti-
beriade magnificè inchoatum, mox reli-
ctum est, necdum absolutum; tandémque E
in usum balneatum à civibus destinatum,
de quo S. Epiphanius contra Ebionæos.
Quòd si Adrianus, aut Lampridius, aut alii
ea fuissent opinione, Christianis nullas
prorsus esse imagines, utique à veritate ab-
errâssent: & forsan occasionem hujus erro-
ris accepissent ex cognatione Christianorum
cum Judæis; quia enim ex Judæis extite-
rant, Judæi autem suo in templo, & in
Synagogis nullas imagines paterentur; fa-
cilè accidere potuit, ut Ethnici nostrarum
rerum non valde gnari, idem de Christia-
nis suspicarentur.

Quàm multa enim ab omni vero remota F
confinxerunt de Christianis scriptores Eth-
nici, ex quorum numero etiam Lampri-
dius? Ne longiùs abeamus. Quàm falsa
illa, quæ Adrianus in quadam epistola apud
Flavium Vopiscum de Christianis in Ægyp-
to scribit? *Illi*, inquit, *qui Serapin colunt,*
Christiani sunt: & devoti sunt Serapi, qui se
Christi Episcopos dicunt, &c. Ipse ille Patriar-
cha cùm Ægyptum venerit, ab aliis Serapidem
adorare, ab aliis cogitur Christum, &c. Unus
illis Deus est: hunc Christiani, hunc Judæi,
hunc omnes venerantur & gentes, &c. Cùm
ergo hæc tam absona ipse Adrianus de Chri- G
stianis scripserit, mirandum non foret, li-
cèt in aliis quoque Christianorum ritibus &
moribus deceptus fuisset, cúmque illo Lam-
pridius & alii, rati, Christianis nullas fuisse
in templis imagines: Alii enim scriptores
aliud testantur, & quidem nostri de rebus
nostris, noti de notis; domestici de dome-
sticis; non ignari & externi, quíque de no-
stris rebus tantum sciebant, quantum Apion
aut Tacitus de rebus Judaicis, quibus quæ
non intermiscuerunt figmenta?

Porrò cùm à condita Ecclesia imaginum H
& crucis usus semper in usu fuerit, ùt de- Vide Bell.
monstrant scriptores Catholici; nósque de lib. de imag.
eadem re fusiùs disputavimus lib. 2. de S. cap. 6. & seqq.
Cruce, cap. 1. & seq. Credibile non est, usum
hunc sub Constantini imperium desiisse;
Quòd si Tertulliani jam ætate in calicibus vi-
sebatur imago Salvatoris ovem perditam ad
gregem reportantis; quis credat, à posteris
hunc morem fuisse abrogatum? *Hujus gene-*
ris imagines complures inspeximus in antiquissi-
mo Priscillæ cœmiterio via Salaria nuper effosso,
inquit illustriss. Card. Baronius. Taceo Ca- Bar. Tom. 1.
nonem Synodi Antiochenæ Apostolorum Anno 57.
nuncupatæ; qui canon citatur in septima Sy- Concil. 2. Nicæn.
nodo: En ipsa Græca verba: τȣ̃ μὴ πλα- Act. 1.
νᾶσθαι τȣ̀ς σωζομένȣς εἰς τὰ εἴδωλα ἀλ- Vide Francisc. Turr.
λὰ ἀντεικονίζειν τὴν θεανδρικὴν ἄχραν τὸν libr. 1. contra Magde-
χειροποίητον σήλην τȣ̃ ἀληθινȣ̃ θεȣ̃ καὶ σω- burg. cap. 25.
τῆρος ἡμῶν ἰησȣ̃ καὶ τῶν αὐτȣ̃ θεραπόν-
των ἀντικρὺ εἰδώλων καὶ ἰȣδαίων καὶ μη-
κέτι πλανᾶσθαι, εἰς εἴδωλα, μηδὲ ὁμοιȣ̃σ-
θαι τοῖς ἰȣδαίοις. *Ne fideles ad idola deerrent,*
(jube-

A (jubemus) *ut eorum loco effigient divinam, illibatam, manúque factam statuam seu imaginem veri Dei, & Salvatoris nostri Jesu, & famulorum ejus, eásque opponant idolis & Judæis, neque ampliùs ad idola delabantur; neque etiam Judæis similes efficiantur.* Hic Apostolicus canno Christianis sine dubio semper curæ cordíque fuit. Et frustra est, qui recta nuper corrigere volens, in locum verbi *ἀντεικονίζειν* substituere tentavit verbum *ἀντιγονίζειν*, quem meritò refutat Baronius, [Baron. in append. tom. X. Annal.] etsi io idem sensus recidere posset; præciperet enim canon veoerationem imaginum Christi & Sanctorum; & sic effectionem illarum suppooeret esse licitam: oam qui licitè præcipit, ut aliquid enlam, is indicat, licitè illud effici posse, si sit ejusmodi, quod arte & maou fieri queat. Sed saos de primo. Cui hæc non sufficiunt, is Baronium & Bellarminum adeat.

B Habemus ergo, tempore Constantini Magni in Christianorum templis fuisse imagines. Fuisse item imagines in Ecclesiis Christianorum tempore sancti Augustini, adeò certum est, ut mirandum sit, quomodo vir eruditus multæque lectionis cootrarium asserere ausus fuerit. Nam ut omnes libri, præter Pauliοum & Prudentium interiissent, isti uni vanitatem sententiæ bujus satis supérque redarguerent ac convincerent. Fuit Paulinus S. Augustino familiarissimus, quem Augustinus & litteris & libris missis bonestavit, plurimíque fecit; quem & *copiosissimè sanctum* nominat. Hic ergo sanctus Paulinus scribens ad Severum locupletissimus testis est,

C Ecclesias imaginibus decurari consuevisse, quas ipse etiam versibus illustravit: & quales picturæ illæ fuerint, perspicuè demonstravit. *Pleno coruscat Trinitas mysterio, stat Christus, Agno vox Patris cælo tonat: & per columbam Spiritus sanctus fluit. Crucem corona lucido cingit globo.* [S. Paulin. epist. 12.] Hos versus adjecit S. Paulinus ad imagines, quæ erant io camera apsidis musivo opere contexta. De alia cruce ad ingressum depicta hæc cecinit. *Cerne coronatam Domini super atria Christi stare crucem duro spondentem celsa labori præmia.* In frootibus quoque dextræ lævæque porticus depictis crucibus, boc erat adscriptum epigramma. *Ardua florifera crux cingitur orbe corona. Et Domini fusa tincta cruore rubet. Quæque super signum resident cæleste columbæ simplicibus produnt regna patere Dei.*

D Et in abside Fuodaoæ Ecclesiæ. *Sanctorum labor & merces sibi ritè cohærent, ardua crux, pretiúmque crucis sublime corona, &c. Sub cruce sanguinea niveo stat Christus in Agno, &c. Alite quem placida sanctus perfundit hiantem Spiritus, & rutila genitor de nube coronat. Et quia prucelsa, quasi judex, rupe superstat, Bis gemina pecudis, discors agnis genus, hædi circumstant solium, lævos avertitur hædos Pastor, & emeritos dextra complectitur Agnos.* Nec absides

E Ecclesiarum picturis duotaxat ornabaot, sed & ipsas parietes bistoriis anòqui pariter & novi testamenti, gestísque Martyrum insigniebaot: ùt idem sanctus Paulious auctor est, nooo & decimo S. Felicis Natali: ùt & Prudentius, qui de S. Cassiaoo ista. *Erexi ad cælum faciem, stetit obvia contra fucis colorum picta imago Martyris, plagas mille gerens totos lacerata per artus ruptam minutis præferens punctis cutem. Innumeri circum pueri (miserabile visu) confossa parvis membra figebant stylis.* Idem Prudentius in Hippolyto. *Exemplar sceleris paries habet illitus, in quo multicolor fucus digerit omne nefas. Picta super tumulum species liquidis viget umbris, effigians tracti membra cruenta viri.* Testantur quoque Basilius, [S. Basil. orat. in S. Barlaam.] Gregorius Nyssenus, & alii, Martyrum certamina in Ecclesiis per picturam repræsentari [S. Nyssen. orat. in Theod.] consuevisse. Evodius, Episcopus Africaous, [Martyrem.] sancto Augustino synchronus, scribit, io [Evod. lib. 1. de Miraculis sancti Stephani, cap. 4.] Ecclesia, ubi Reliquiæ S. Stephani servabantur, fuisse etiam ejusdem Martyris imaginem depictam, ad quam viseodam frequentes homines concurrere solici fuerint.

F Et ne taotùm enumeremus scriptores, qui [S. August. lib. 1. de consensu Evangel. cap. 10.] seculo S. Augustini vixerunt, en tibi ipsum Augustinum, qui disertè testatur, suo tempore moris fuisse, ut Christus ioter Apostolos Petrum & Paulum medius depingeretur, [S. August. lib. 22. contra Faust. cap. 73.] & quidem in *parietibus.* Idem refert adversùs Faustum, immolacionem Isaac plurimis in locis depictam fuisse: quam picturam sæpius sibi excussisse lacrymas, scribunt ipsi [Nyss. orat. in Abraham cit. in 7. Synod. Act. 4.] de se S. Gregorius Nyssenus, & S. Ephræm. [Ephræm. serm. de Abraham & Isaac.] Omitto alia hujus generis noo pauca: oam vel ex bis abuodè cnostat, quàm verè affirmârit Augustæ Historiæ Scholiastes, Augu-

G stini ætate oullas in Christianorum templis fuisse imagines; quod ut credibilius lectori efficeret, *beatissimi* titulo Augustinum cohonestat. Subit illud Comici: *Hi mores majorum laudant, eosdem lutilant, quos collaudant.* *Ironicè* loqui vel per antiphrasin intelligi debere istos puto, quoties *beatos* nominant illos, à quorum pietate ac religione descivernnt. Si enim Calviniano Augustious *beatissimus* esset, Calvinianus esse, quàm primùm, ùt opinor, desineret: oam vel octavum caput libri vigesimi secundi de civitate Dei ostendit; Calvinianos cum Augustioo nihil communionis habere. H

Sed ne temerè hoc de Augustini seculo vir doctus asseverâsse videatur, en tibi probationem ex ipso sancto Augustino. Explicans enim illud Psalmi 113. *Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent & non loquentur, &c.* idolorum vanitatem & idololatrarum stultitiam variè insectatur, tandémque subjungit. I *Sed enim & nos pleraque instrumenta & vasa ex hujusmodi materia vel metallo* (ex auro & argento) *habemus in usum celebrandorum Sacramentorum, quæ ipso ministerio consecrata sancta dicuntur in ejus honore, cui pro salute nostra*

A *stra inde servitur. Et sunt profectò etiam ista instrumenta vel vasa, quid aliud, quàm opera manuum hominum? Veruntamen nunquid os habent, & non loquentur? Numquid oculos habent, & non videbunt? Numquid eis supplicamus, quia per ea supplicamus Deo? Illa causa est maxima impietatis insana, quod plus valet in affectibus miserorum similis viventi forma, quæ sibi efficit supplicari, quàm quòd eam manifestum est, non esse viventem, ut debeat à vivente contemni; plus enim valent simulacra ad curvandam infelicem animam, quòd os habent, oculos habent, aures habent, nares habent, manus habent, pedes habent, quàm ad corrigendam, quòd non loquentur, non videbunt, non audient, non odorabunt, non contrectabunt, non ambulabunt.* Hoc Augustini testimonio censet iste evidenter demonstratum, nullas ætate Augustini in Ecclesiis Christianis usitatas fuisse imagines.

B Sed hic eorum, qui à veritate aures avertunt, & ad fabulas convertuntur, perpetuus mos est, ut per obscuriora potiùs clara obscurare, quàm per clara, ea, quæ sunt obscuriora, illustrare velint. Quantò rectiùs facerent, si hunc Augustini locum potiùs ita interpretarentur, ut eum consuetudine Ecclesiæ communi consonaret, non ut dissonaret. Quàm hoc eorum studium ipsi Augustino im̃ortale ævum nunc agenti longè gratius & acceptius esset? Ut verò propiùs ad rem accedamus; respondeo, S. Augustinum loco ex Psalmo 113. adducto non agere de Ecclesiarum imaginibus; sed de vasis sacris aureis & argenteis, quæ divino ministerio consecrata & destinata erant: ùt ex ipsis verbis S. Augustini liquet; eáque negat in humanam similitudinem efformata esse; sicuti neque jam calices, *patenæ*, & si
C quæ sunt alia vasa sacrosancto Missæ sacrificio, aliisque usibus Ecclesiasticis deputata, in figuram humanam effecta sunt; licèt aliquando imaginem, aut Sancti cujuspiam, Christi, aut Crucis impressam habuerint, & etiamnum habeant, ùt constat ex Tertulliano; qui suo etiam ævo in calicibus Ecclesiarum Christum forma pastoris ovem perditam ad gregem reportantis depictum fuisse testatur. Nec hoc inficiatur S. Augustinus. Aliud autem est, ipsa vasa sacra aurea & argentea in similitudinem humanam effecta esse, & aliud, vasa aurea & argentea similitudinem humanam in se insculptam, incisam, vel depictam gerere: prius non asserit Tertullianus de calicibus; sed posterius.

Tertull. lib. de pudicitia c. 7.

D At dices; licèt hoc ita sit; tamen ratio, ob quam negat S. Augustinus vasa sacra in similitudinem humanam efformata esse; æquè valet in imagines; ait enim, Christianos uti vasis sacris, sed non in humanam effigiem conformatis, ut idololatriæ periculum fugiant; quod certa vel maximè soleat aurum & argentum in similitudinem humanam effigiatum; miram enim alliciendi & in errorem inducendi vim in hujusmodi figura inesse. Qualis autem hæc cautio, imagines in Ecclesiam recipere; & sacra vasa aurea & argentea nolle in humanam speciem conformare? E

Respondeo primùm, negari non posse, ætate S. Augustini fuisse imagines in Christianis templis, ùt pluribus exemplis demonstravimus. Hoc ergo certum fixúmque maneat. Deinde dico, S. Augustinum non absolutè affirmare, in re ad humanam similitudinem conformata inesse magnam vim trahendi in idololatriæ errorem; sed talem vim ei inesse præsupposita gentilium persuasione, & superstitione, ùt rectè etiam docet Cardinalis Bellarminus; quando enim quis putat simulacrum esse Deum, & accedit, ut adoret & invocet ipsum simulacrum tanquam quid vivens & spirans, mirabiliter fovetur & confirmatur in errore ab ipsa membrorum humanorum similitudine. Et hanc esse mentem S. Augustini, probatur ex Epist. 49. ubi ita scribit. *Idola quidem omni sensu carere, quis dubitet? Veruntamen cùm his locantur sedibus, honorabili sublimitate, ut à precantibus atque immolantibus attendantur, ipsa similitudine animatorum membrorum atque sensuum quamvis insensata & exanima, afficiunt infirmos animos, ut vivere ac spirare videantur, accedente præsertim veneratione multitudinis, qua tantus eis cultus Dei impenditur.* F

Bellarm. lib. de imag. cap. 9.

Addit S. Augustinus, Scripturam illo dicto de idolis: *Oculos habent, & non vident, aures habent, & non audiunt; incutere salubrem pudorem illis, qui cum talibus simulacris divinum cum timore cultum exhibent, eáque viventibus similia venerantes adorantésque contuentur, eisque velut viventibus preces allegant, victimas immolant, vota persolvunt, sic afficiuntur omnino, ut ea sensu carentia putare non audeant.* Et in Ps. 113. *Ducit, & affectu quodam infirmo rapit infirma corda mortalium formata similitudo, & membrorum imitata compago.* Infrà. *Quis autem adorat vel orat intuens simulacrum, qui non sic afficitur, ut ab eo se audiri putet, ac ab eo sibi præstari, quod desideret, speret? Itaque homines talibus superstitionibus obligati plerumque ad ipsum solem dorsum ponentes, preces fundunt statuæ, quam solem vocant, & cum sonitu maris à tergo feriantur, Neptuni statuam, quam pro ipso mari colunt, quasi sentientem gemitibus feriunt. Hoc enim facit, & quodammodo extorquet illa figura membrorum, ut animus vivens in sensibus corporis magis arbitretur sentire corpus, quod suo corpori simillimum videt, quàm rotundum solem, undásque diffusas, & quidquid non eisdem lineamentis formatum conspicit, quibus illa formata sunt, quæ viventia videre consuevit. Contra hunc affectum, quo humana & carnalis infirmitas facilè capi potest, cantat scriptura Dei res valdè notissimas, quibus commemoret, &* G H

tan-

A *tanquam excitet mentes hominum in consuetudine corporum dormientes.*

Ex quibus S. Augustini locis manifestum est, eum non velle, ipsam humanam figuram per se præcisè esse ad errorem ingenerandum tam appositam, sed tantùm præsupposita hac persuasione; quòd talia simulacra sint Numina, divinísque honoribus colenda; & quòd à multitudine ita colantur; hac enim opinione animo semel imbuto, vix fieri posse ait S. Augustinus, ut hujusmodi idola non putet quis sentire ac vivere, quorum vanitatem redarguat scriptura illo de Idolis dicto: *os habent & non loquentur,* B *&c.* Cúmque animadverteret S. Augustinus, posse quempiam objicere, etiam Christianos habere suis in templis vasa aurea & argentea; respondit, ea non esse hominis in morem conformata. Qua responsione totam objectionem amolitus est. Hoc ipso enim concidit objectio, quòd vasa illa aurea & argentea non præferebant speciem humanam. Si tamen in humanæ figuræ morem effigiata fuissent; non defuisset S. Augustino responsio, sicut nec defuisset, si quis alius vel ipse sibi imagines nostras pictas, vel sculptas vel fusas objecisset. Dixisset enim, Christianos ita esse institutos, ut certissimò sciant, imaginibus nihil divinitatis aut Numinis inesse; ac proinde nec divinis honoribus C colendas instar Numinum; nec etiam vita ac sensu præditas esse; licèt similitudines quædam & ἐκτυπώματα hominum essent. Et quamvis os, oculos, aures, nares, pedes, & id genus alia haberent; nequaquam tamen ab illis exspectandum esse, ut talium functiones exercerent; quandoquidem omnibus notum esset, talia nihil aliud esse, quàm verorum sensuum repræsentationes & ὁμοιώματα, à quibus veræ actiones & functiones expetendæ non sunt; nisi quis tam stultus sit, ut erant Idololatræ, ut arbitretur ejusmodi statuam aut picturam esse Deum, sensu & anima præditum; Tali enim verè accinitur illud Davidicum: *Simulacra gentium argentum & aurum, &c. Os habent,* D *& non loquentur, oculos habent, & non videbunt: Aures habent & non audient, &c.* Quia Idololatræ putant idola illa vivere & sentire. Si ergo vivunt, dent documenta vitalis; loquantur, quia os habent. Audiant, quia aures habent. Videant, quia oculos habent; cætera sensuum ministeria obeant; sed nihil horum fit: non igitur vivunt aut sentiunt; cùm nec vitæ nec sensus ullum præbeant indicium, licèt & ore & aliis sensuum instrumentis non sint destituta. Quorum nihil in nostras picturas & imagines quadrat; quia cùm non vivant, nec os, nec oculos, nec nares, nec aures, nec pedes propriè habent; sed similitudines horum omnium; à quibus profectò functiones vitales & sensiles peti nequeunt; sicut tum peti possunt, si quis talia signa sensu ac vita prædita arbitretur; tunc enim etiam vitæ E instrumenta propriè dicta habent; vel habere deberent, si viverent; & quod hinc est consequens, horum instrumentorum actiones.

F Ut ergo verba in summam contrahamus; ineptus est, & à scopo Augustinianæ disputationis penitus abit, quisquis ita ratiocinatur. Augustinus disputans contra Idola Ethnicorum, dicit, Christianis non posse objici illud: *Os habent & non loquentur, oculos habent, & non videbunt, &c.* eò quòd vasa Christianis templis destinata non sint ad humanæ figuræ modum efformata: ergo tempore S. Augustini non erant in templis Christianis imagines. Nullius momenti est hæc consecutio, ùt ex dictis liquet. Dices, ut hæc consecutio imbellis sit; efficaciorem tamen esse istam. Figura humana in idolis inducit homines ad hoc, ut statuam, quæ non vivit, vivere putent; eique supplicent, preces suas ad eam dirigant, sacrificia eidem offerant: ergo si tantum potest figura humana in idolis, tantumdem etiam efficere poterit conspecta in imaginibus Christiano populo usitatis. Sed negatur antecedens. G Non enim ipsa figura per se ad talia inducit; sed præsupposita persuasione, quòd talis statua sit numen. Tunc enim, ùt S. Augustinus ait, extorquet quodammodo ab animo infirmo, ut statuam illam ad hominis similitudinem effictam vivere existimet. Quòd si ipsa per se figura hominis in hujusmodi periculum induceret, tum multò magìs id fieri deberet per figuram humanam, ùt est in vero & vivo homine; quia in tali multò utique perfectior est, & absolutior, quàm in ullo simulacro aut signo ad hominis imitationem efficto. Cùm ergo ipsa figura per se hoc non possit, sed accedente perversa persuasione; liquidum est, Augustini disputationem contra idola, nullo modo converti posse adversùs imagines. Et hæc de imaginibus disputata sint.

CAPUT VI.

De Nuptiis Lutheri, aliorúmque Apostatarum, & de confessione auriculari.

H INvitat me denuo Misenus ad nuptias Lutheri. Et quamvis invitus nuptiarum solemnitatibus intersum, hoc præsertim sacro Quadragesimæ tempore, quo hujusmodi publica gaudia apud orthodoxos vetita sunt, & propè dixeram, fœda, comparebo tamen; ne Misenus inhumanitatis aut incivilitatis me insimulet: nec habeo quidquam accommodatius, quod sponso offeram, quàm illud, quod S. Basilius scripsit ad Apostatam quendam Monachum. *Gaudium & salutem non præscribimus, quia impiis neque gaudium est, neque salus, &c. Tradidisti animam* S. Basil. Epist. 183.

A *mam tuam in profundum, omnium hanc impietatem audientium robur enervâsti, fidem ignominia affecisti, à certamine bono aberrâsti. Quapropter doleo tuî gratia. Quis enim Sacerdos propter te non lamentabitur? Quis Ecclesiasticus non planget? Quis Laicus non est tristis? Quis pietatis Asceta non luget? Ferè etiam sol ipse ob ruinam tuam obscuratus est, & virtutes cæli ob interitum tuum commota sunt. Lacrymas etiam effuderunt lapides sensus expertes ob tuam insaniam. Plorârunt etiam inimici ob magnitudinem tuorum scelerum. O ingentem stupiditatem! O vehementem crudelitatem! Deum non timuisti, homines non es reveritus, hominum non curâsti; sed simul omnia naufragio amisisti, omnibus simul spoliatus es.*

B. Sponsam verò hoc munusculo ex eodem S. Basilio ad similem desertricem Monialem scribente munerabor. *Nunc est tempus exclamandi cum Propheta: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo contritionem filiæ populi mei, &c. Equidem arbitror divinas leges magna suspiria duxisse, cùm tantum scelus in terra conspexerunt; quæ sanè interdicentes semper ac clamantes olim quidem, non concupisces uxorem proximi tui: per sacra verò Evangelia: Omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo: nunc vident ipsam Domini sponsam impudenter adulteria exercentem. Suspiria duxerunt ipsi etiam sanctorum Spiritus: Phinees quidem Zelotes fervénsque æmulator, quòd* C *non jam quoque ipsi licet hastam arripere, manúque sua scelus hoc ulcisci, Joannes verò Baptista, quòd non potest relictis supernis conversationibus, quemadmodum tunc solitudine, ad redarguendam iniquitatem accurrere, & si quid pati oporteret, caput potiùs, quàm dicendi libertatem amittere. Imò ad beati Abelis exemplum etiam ipse mortuus adhuc loquitur, clamat, & nunc altiùs, quàm de Herodiade intonat, illud: Non licet tibi habere ipsam, &c. Qui enim dum proximi nuptiæ contumelia afficerentur, dicendi libertatem usque ad mortem non deseruit; quidnam faceret, si tantam contumeliam ipsis cælestis sponsi nuptiis inferri videret?*

S. Basilius Epist. 185.

D *At tu à divina illius societatis jugo abrupta, & ab illibati veri Regis nuptiis fugitiva, ad ignominiosam verò ac impiam hanc corruptionem turpiter delapsa, quando non habes, quomodo amaram hanc accusationem effugias, & neque modum nôsti, neque artem, quo malum ipsum contegas, jurare per temeritatem gaudes. Et quia impius in profundum delapsus, mala de cætero contemnit; etiam ipsa cum sponso tuo inita pacta inficiaris; neque esse virgo, neque unquam promisisse clamans, &c. Revoca in memoriam honestam professionem, quam professa es, coram Deo & Angelis & hominibus. Revoca in memoriam venerandam congregationem, & sacrum virginum chorum, & concilium Domini, &c. Ubi est venerandus ille tuus habitus? Ubi honesti mores, & vestis frugalis virginem decens? Et honestus ex pudore rubor? Et decorus ex continentia &* E *vigiliis efflorescens pallor? &c. Quæ verò munera à sponso Christo accepisti? At nunc medica nura aërii spiritus, qui nunc in filiis inobedientiæ operatur, suscepta, omnia illa abnegâsti, & venerandam illam possessionem cum brevi voluptate permutâsti, quæ ad tempus guttur tuum pinguefacit, postea tamen felle amariorem comperies. Ob hæc quis non luctu commotus dixerit? Quomodo facta est meretrix civitas fidelis Sion?* Hæc ex S. Basilio pro sponsa Lutheri.

F Pro sponso & sponsa communiter hoc ex S. Chrysostomo nuptiale munus depromptum oblatúmque volo; quo & ipse olim Monachum Apostatam & de matrimonio ineundo circumspectantem donavit. *Bonum quidem nuptias & ipse confiteor. Honorabiles nuptiæ & cubile immaculatum. Fornicatores autem & adulteros judicat Deus. Sed te jam servare non convenit privilegia nuptiarum: Angelorum enim Societati semel junctum, illam relinquere, & uxoris laqueis implicari adulterii crimen incurrere est: quamvis frequenter hoc ipsum nuptias voces, ego tamen & adulterio illud tantò pejus affirmo; quantò major ac melior mortalibus est Angelus. Neque ullus tibi fortè persuaserit, dicens: Nihil de non accipienda uxore Dominus præcepit. Fateor, nec me ignorare, quòd adulterium interdixit, nuptias non vetuit; verum in te* (ô Luthere Monache, & tu Borrha Monacha) *adulterii nomen accipiet, si volueris* G *unquam nuptias cogitare. Et quid mirum, si nuptiæ tales, quibus offenditur Deus, adulterio comparantur? &c. Cùm hæc ita sint, stupere desiste, si nuptiæ pejores adulterio judicantur, quoties Christus offenditur. Atque, ut illud repetam, quod in principio Epistolæ posui, si militiæ vincula non obligarent, quis tibi desertionis crimen objiceret? Nunc autem nihil in te penitus tui juris est; quippe qui tanto Imperatori militare cœpisti. Nam si mulier proprii corporis potestatem non habet, sed vir, multò magis hi, qui Christo potiùs quàm sibi vivunt, conditionem corporis sui habere non possunt. Iste, qui nunc, Theodore,* (Luthere) *contemnitur, ipse tunc sine dubio judicabit.* Hæc & plura talia in eandem sententiam S. Chrysostomus ad Theodorum Monachum desertorem, Lutheri fratrem; quæ & ego tam humaniter abs te ad Lutheri nuptias invitatus sponsæ & sponso oblata & dicata volo; γέρας quidem ὀλίγον, sed φίλον, quia litterarium; Quid à literarum cultore aliud expectetur aut expetatur?

S. Chrysost. Epist. 2. ad Theodorum lapsum.

H Petivit olim Lutherus à Spalatino suo & Marescalcho *Aulæ Electoralis* pro nuptiis suis & Epulo nuptiali *ferinas*. Quas si ab homine Scholis, non sylvis assueto; Minervæque potiùs quàm Dianæ studioso postulet, frustrà sit. Noluit à Linco suo Scyphum: *Nolo prorsus Scyphum, aut quidquam adferas*, ait Lutherus sponsus, Lincum ad nuptias jam ante multos dies consummatas invitans; *Tantùm mihi bene preceris, ferenti tot contu-*

Luth. Tom. 2. Epist. fol. 294. 296.

Luth. Tom. 2. Epist. fol. 296.

melias

A *melias & blasphemias ob hoc opus Dei;* (Diaboli) Et quia tanto desiderio benedictionem Lutherus exoptat; committere non possum, quò minùs ei loco Wencelai Linci benedicam ea benedictione, qua Sacerdos multis de facie & ex scriptis notus, homo ingenii amœni & festivi, benedixit *Prædicanti* cuidam identidem per Ludibrium acclamanti: *Jube Domine benedicere: Carnifex & rota sit tua benedictio tota.*

B Quæ benedictio eò gratior debet esse Luthero, quia, ùt in prioribus Apologiis dixi; etiam jus civile nuptiis Monachi cum Monacha capitale supplicium decernit. Tu negas hanc sanctionem cum sacris litteris concinere. Sed cùm antiquissima sis, totiúsque orthodoxi orbis judicio comprobata; longè rectiùs agemus, si constitutionem hanc sanctissimam, & ex ipsis quasi æquitatis divinæ & humanæ medullis desumptam arbitremur, quàm si cum subantibus Jovinianistis eam ideo tantùm sacræ scripturæ adversam vociferemur, quia adversatur libidini, & sacrilegæ desertorum & refugarum petulantiæ & salaciæ; quæ tanta in Luthero fuit, ut ægrè admodum nuptias usque ad obitum Friderici Electoris distu-

C lerit. Quo vita functo, moras omnes rupit. Initio sui Evangelii planè videbatur ab uxore aversus: sed videbatur, non erat. *Bone Deus*, exclamat Lutherus, scribens ad suum Spalatinum, *nostri Witebergenses etiam Monachis dabunt uxores? At mihi non obtrudent uxorem.* Fortè ideo, quia ipse tibi paulò pòst obtrudes, ut proinde aliena opera minimè egeas. Mox hortatur Spalatinum Sacerdotem, ne uxorem ducat. *Cave, ne tu quoque uxorem duxeris, ut incurras in tribulationem carnis.* Num seria hæc cohortatio, an simulata, eventus docuit; post paucos annos ad eundem Spalatinum hæc impurus ganeo scripsit. *Quàm ingratum est tuum conjugium fratribus tuis Baalitis* (Sacerdotibus Catholicis) *tam gratum est mihi, quin in te nihil gratius (excepto Evangelio) mihi ostendit Deus, quàm ut te mererer videre & audire conjugem.* (Nota meritum Lutheri, quod non aliud, quàm Monachos & Sacerdotes videre & audire conjuges) *Quanquam & hoc sit donum & fructus Evangelii* (Lutherani) *non parvus, &c. Gestit mihi animus in tuas nuptias, hoc volo, mihi credas; non secus, quàm in meas ipsius.* En spiritum Evangelicum!

Luth. Tom. 1. Epist. 240.

Tom. 2. epist. fol. 305.

D Imò eodem anno, quo Spalatino uxorem priùs dissuaserat, nempe anno Domini 1521. gratulatus est verbis prorsus *Evangelicaristippicis.* Nicolao Gerbelio, Sacerdoti Apostatæ, commentitium matrimonium. *Felix tu,* ita loquitur mortalium infelicissimus, *qui impurum istum cælibatum, &c. honorabili conjugio superâsti. Patere, quidquid fert, hoc vitæ genus à Deo institutum, & gratus esto Deo tuo. Tanta monstra mihi iste adolescentum & puellorum cælibatus miserrimus quotidie manifestat, ut nihil jam auribus meis sonet odiosius Monialis, Monachi, Sacerdotis nomine, & paradisum arbitrer conjugium vel summa inopia laborans.* Hæc immundus ille porcus; qui & ista ex sua Pathmo ad Philippum Anno Domini 1521. *Cogitâsne, ut sias mihi Demea, & Mitioni hæc tandem aliquam Sostratam pares, ut vindices in me, quòd tibi uxorem dederim, ùt dicunt; sed ego pulchrè cavebo, ne id possis.* Hæc *Henricus Nescius*, ùt se Lutherus aliquando jocosè vocavit, ex *regione volucrum*; sic enim arcem, in quam secesserat, nominare solebat.

Luth. Tom. 1. Epist. 50.

E

Luth Tom. 2. Epist. 242.

F Cui sub *cucullo* animus tam alienus à conjugio erat, ut alienationem illam ipsæ etiam mulierculæ animadverterent; ac proinde litteris ad eum datis ad incestum connubium inflammarent, ex quorum numero nescio quæ *Argula*, eò usque progressa est, ut sicut olim adversùs Theophrastum meretricula Leontium scribere non erubuit; ita Megæra hæc contra Ingolstadienses libellum quendam evulgaret, aliquando à me visum, eujus & Lutherus meminit. Hæc Luthero

G per litteras, forsan & propiùs satis nota, eundem, ut duceret uxorem sæpius cohortata memorem monuit; sed monendo immemorem non fecit, tametsi videri volebat, quasi nihil minùs quàm de conjugio cogitaret. Quare hæc ad Spalatinum, Numen tutelare suum. *Quòd Argula de uxore mihi ducenda scribit, gratias ago, nec miror, talia de me garriri* (Quis tantus mirio, qui famam hanc miratus fuisset, si Lutheri Spiritum penitùs perspectum habuisset?) *cùm garriantur & multa alia: verùm tu ei gratias age meo nomine, & dicito, me esse quidem in manu Domini, sicut creaturam, cujus cor mutare ac remutare, occidere ac vivificare potest singulis momentis & horis*

Tom. 2. Epist. fol. 235.

Luth. Tom. 2. Epist. fol. 245.

H (certè ad nuptias cum Borrha cor tuum non inclinavit, sed longè alius huc te inflexit? Et quis ille, nisi quocum salis modium absumpsisti?) *Hoc tamen corde, quo hactenus fui, & modò sum, non fiet, uxorem ut ducam:* quis credat talia fabulanti *inter primos amatores mulierario?* ùt de Clodio Albino Capitolinus loquitur, quem *libido & cupiditas mulieraria voluptatis* sic transversum egit, ut post semestre monialem sibi sceleratis tædis jungere non erubuerit.) Pergit Lutherus. *Non quòd carnem meam aut sexum non sentiam, cùm neque lignum, neque lapis sim.* (imò utrumque, ast metaphoricè) *Sed animus alienus est à conjugio.* (Quàm verè hoc dixeris, non longo pòst tempore reipsa declarâsti) *cùm quotidie exspectem mortem* (& quidem valdè sollicitè) *& meritum hæretici supplicium.* Merueras, non negamus. Evasisti in hoc sæculo; non in altero; ubi meritum hæretici supplicium luis, etsi nunquam elues. Hæc scripserat Lutherus Anno Domini 1524. die S. Andreæ.

A En verò, quàm longè diversam cantionem canat in Junio anni sequentis 1525. *Dominus*, (ille nimirum, cum quo sera sub nocte disputavit de Missa) *me subitò* (tenuit mora nulla paratum) *aliáque cogitantem*, (quis dubitet?) *conjecit mirè* (en miracula Lutherana) *in conjugium cum Catharina Borensi Moniali illa*, imò, *sic me vilem & contemptum feci his nuptiis*, inquit Lutherus ad Spalatinum, *ut Angelos ridere, & omnes Dæmones flere sperem*. Ego contrarium potiùs accidisse arbitror, omnes nimirum Dæmones risisse, omnésque Angelos tristatos esse ob tam flagitiosum facinus.

Luth. Tom. 2. Epist. fol. 295.

Tom. 2. Epist. fol. 294.

B Duas tamen causas, eásque pulcherrimas sanè & justissimas conjugii à se contracti Lutherus affert: prima est, ut *hoc novissimum obsequium parenti suo*, homini ex infimæ plebis cœno, *id postulanti ne denegaret spe prolis*. Secunda est; ut hoc incesto *connubio Evangelium suum obsignaret*, ne *patella hæc digno careret operculo*. Tertiam causam non tam exprimit, quàm innuit; *spero*, inquit, *adhuc breve tempus me victurum*. Itaque ne viduus eò irem, unde negant redire quemquam, uxorem viæ & molestiarum comitem adscivi.

Luth. Tom. 2. Epist. fol. 295. 300.

C Hæc de nuptiis Lutheri ex ipso Luthero copiosiùs persequi placuit, ut ostenderem, mirandum non esse, si honestati & castitati omnis aditus ad mentes vestras occlusus sit ac obseratus. sectamini & exosculamini ejusmodi Evangelium, quod ex sacrilego complexu Monachi & Monialis extitit; quódque, ut sic loquar, *sigillo* incesti matrimonii obsignatum & confirmatum manet. Quid mirum igitur, si omnem votorum religionem solvitis, proteritis, & conculcatis? Quid mirum, si quidquid legitis, vel auditis, id convenienter carnali vestræ dispositioni & affectioni accipitis & intelligitis? Quid mirum, si profana & funesta Monachorum & Monialium connubia non modò toleratis, sed & copulatis, longè deteriores perfidis Donatistis, qui Moniales ad matrimonia non compellebant, sed aliis duntaxat velis seu *mitrellis* initiabant, quasi antea ab Orthodoxis legitimè non initiatas: etsi & ipsi ex instinctu Evangelii Donatistici virgines Deo dicatas non raro incestabant; licèt non tam effrænatè & licenter, quàm nostri Evangelici.

D Quos in Donatistis jam olim utcunque depinxit Optatus Milevitanus; quamvis fortè minimè arbitratus, fore tempus, quo nascerentur, qui Donatistas infinitis partibus superarent. Audiamus Optatum. *Inde revertentes Urbanus Formensis & Felix Idicrensis*, (Donatistæ Antistites) *invenerunt matres, quas de castimonialibus fecerunt mulieres. Ecce quales, frater Parmeniane, Episcopos celas, & cùm pro tuis erubescere debueras, Catholicos innocentes accusas. Interea suprà memoratus Felix inter crimina sua & facinora nefanda, ab eo compressam puellam, cui mitram ipse imposuerat, à qua paulò antè pater vocabatur, nefariè incestare minimè dubitavit*. En Donatistam Lutheranum & Superintendentem!

Opt. lib. 2. contra Parmen.

E

F Alibi idem Optatus. *Illud quàm stultum, quàm vanum, quòd ad voluntatem & quasi ad dignitatem vestram revocare voluistis, ut virgines Dei agerent pœnitentiam, ut jam dudum professa signa voluntatis capitibus, postea vobis jubentibus immutarent, ut mitrellas alias projicerent, alias acciperent, &c. Spiritale nubendi hoc genus est, in nuptias sponsi jam venerant voluntate & professione sua, & ut sæcularibus nuptiis se renunciásse monstrarent, spiritali sponso solverant crinem, jam cœlestes celebraverant nuptias. Quid est, quòd eas iterum crines solvere coëgistis? Quid, inquam, quòd ab ipsis per vos exacta est professio secunda? Quis est alter spiritalis sponsus, cui iterum nuberent? Quando mortuus est, cui nupserant, ut iterum nubant? Nudástis denuò capita jam velata; de quibus professionis detraxistis indicia, quæ contra raptores aut petitores videntur inventa.* G *In mitrella indicium est voluntatis, non castitatis auxilium, ut rem jam Deo devotam, ne qui sponsabat, perseveret petere, aut ne raptor, audeat violare, &c. Invenistis igitur hujusmodi virgines, quæ jam spiritaliter nupserant; quasi secundas coëgistis ad nuptias, ut crines iterum solverent, imperástis. Hoc nec mulieres patiuntur, quæ carnaliter nubunt, &c.* Detraxistis igitur non capitis *ornamenta, sed, quod suprà diximus, bonæ voluntatis indicia. Jam consecratas Deo adspersistis immundis cineribus, crines jussistis etiam salsa aqua perfundi. Et utinam vel id, quod tulistis, citò revocare velletis. Interposuistis moras, ut retracta in pristino habitu aliqua diutiùs remanerent, retractis signis, quibus se jam dudum contra petitores & raptores muniverant. Qui, cùm viderent præscriptionem sibi jam dudum oppositam, à vobis esse sublatam, de sponsis raptores effecti sunt. Nec visum est sibi unusquisque peccásse, dum talem rapuit, qualem viderat, quando, ut uxorem acciperet, postulabat.* Hæc Optatus.

Opt. lib. 6.

H Quem quid, obsecro, dicturum fuisse putas, si vidisset, *mitrellas* sanctimonialibus non modò detrahi, ut cum aliis permutarentur; sed & penitus adimi, unà cum universo professionis suæ habitu? In quos clamores non erupisset, qua verborum acrimonia tam nefarium flagitium non insectatus fuisset; si in illis nuptiis, quæ vestrum Evangelium vobis pepererunt, vidisset Monachum cum moniali copulari, nuptiásque antea cum Christo initas rescindi; tantóque sponso quasi repudii libellum dari? Quos gemitus non edidisset, si in impuri hæresiarchæ scriptis hæc verba legisset? *Hac nocte tredecim Moniales ex ditione Ducis Georgii afferre curavi, & rapui Tyranno furenti* (isto elogio inclytum Ducem Georgium cohonestat) *hoc spolium Christi. In hoc genere*, inquit Opta-

Luth. Tom. 2. Epist. fol. 300.

A Optatus, *tanta damna feciſtis Deo, quanta lucra Diabolo procuráſtis:* tempúſque illud reparâſtis, cui verè tribuas illud Tertulliani. *Bona jam nec nuſci licet, ita corrupta ſunt ſemina: nec erudiri, ita deſerta ſunt ſtudia, nec cogi, ita exarmata ſunt jura.* Sed ſatis de maledictis hiſce & in ſempiternum tempus maledicendis piacularis Apoſtatæ & Apoſtatricis nuptiis.

Tertull. lib. de pudicit.

B Quod attinet ad Epiſtolam S. Udalrici Præſulis Auguſtani eximio nomine fucatam, ex qua libidini veſtræ patrocinium quæritis, fusè de ea in priore Apolngia actum eſt. Nec tu quidquam, quod ad rem faciat, contrà affers. Quare nec ego immoror. Tantùm adſcribam, quæ amicus quidam meus, Antiquitatis, præſertim Auguſtanæ, perquam gnarus, ad me, viſis tuis nugis, perſcripſit; Miſeni acumen, inquit, non aſſequor: qui neceſſarium exiſtimet, ad probandum nullam ab Udalrico ad Nicolaum Epiſtolam ſcriptam eſſe, priùs oſtendere, *prohiberi conjugia, ita, ut miniſtri cogantur in cælibatu vivere.* Ut meus eſt ſtupor, ſufficere exiſtimabam, ſi quis collata Romanorum Pontificum & Auguſtanorum Epiſcoparum hiſtoria, demonſtrâret, Udalricum in Nicolai tempora non incidiſſe; niſi, ùt ille ait, vel mortui accipiunt Epiſtolas, vel nondum nati ſcribunt.

C *Conſtare*, ait, *duos fuiſſe Auguſtæ Udalricos Epiſcopos.* Ego quæro, quo auctore? Serus enim ille, qui poſt annum 1300. vixit, nihil huc facit. Pergit. *Primum obiiſſe anno 900.* Iterum dico, quo Auctore? Hujus *nomen invidia & odio Vatiniano ſacrificulorum & Monachorum, vel etiam juſſu Romani Pontificis preſſum eſſe* affirmat. Tertiùm clamo, quo Auctore? Aut ſi ſic eſt, qui ſive Hoſpiniano, ſive Miſeno innotuit? niſi eòs Clio aliqua afflavit. Rbegino disertè anno 887. Witgarium Auguſtanum Epiſcopum obiiſſe, Adalberonem ſucceſſiſſe ſcribit, is anno 895. Concilio Triburienſi interfuit; Anno 909. deceſſit, Hermanno Contracto teſte. Quis hic locus Udalrico anno 900? Sed locum tamen demus, quid inde conficient? Certè Nicolaus primus anno 867. obiit; ſecundus ante annum 1059. non iniit. Reſtat, ut Nicolaum aliquem Pontificem S. Udalrico æqualem confingant: neque id adeò magnum eſt ad tantam præſertim rem conſtabiliendam. Cæteroqui enim, etiamſi aliquem Udalricum Auguſtanum alicui Nicolao Pontifici æqualem exſculperent, quod nunquam facient, tamen immenſum quantum Epiſtolæ auctoritati decederet, ſi ab alio, quàm à S. Udalrico ſcriptam conſtaret.

D Duo præterea in Miſeno riſi, acutè utique excogitata; primum, *non tam de nomine controverſiam eſſe inter vos, quàm de Epiſtola, & non tam de Epiſtola, quàm de argumento ejus.* At mihi nihil planius illo argumento videbatur; quis ad quem ſcripſiſſet, controverti E
exiſtimabam, quò de auctoritate conſtaret. Jam alterum propè ſuavius eſt, *ſi hæc epiſtola antiquior eſt, quàm putamus, inde conſieri, complaribus bonis viris ante multa ſæcula cælibatum Sacerdotum diſplicuiſſe.* O *Abdera, Abdera*, ait Arnobius, *quàm fias mortalibus irridenda, talis ſi apud te eſſet fabula conflata.* Si intuliſſet, inde ſequi olim cælibatum Sacerdotum cuidam diſplicuiſſe, nemo contradiceret. Sed illud *compluribus*, & *bonis viris*, ubi eſt in *præmiſſis?* Hæc ille, quibus quod addam, nihil habeo. Tu habes, aſſenſum videlicet, quem tamen ut addas, frons tua tam dura me ſperare non ſinit.

De confeſſione auriculari, denuò ea nugaris, quæ ſcurræ ſolent. Ego arbitror ſatius eſſe, bonas boras melioribus ſtudiis impendere, quàm in bis tam contritis delitantiúmque aniculatum ſimillimis næniis tempus & otium conſumere. Legi his diebus *Philippum Solitarium* Auctorem Græcum, nuper Latinitate donatum; qui libro primo Dioptræ ſuæ graviſſimis verbis ad confeſſionem peccatorum Patri ſpirituali faciendam cohortatur, multíſque docet abſque hoc remedio peccatori ſalutem obtingere non poſſe. Vixit autem ſcriptor iſte ante quingentos annos ſub Alexio Comneno Imperatore F
Conſtantinopolitano. Inter cætera ſic ſcribit. *Nihil eſt penitus cur formides*, patefacere malè commiſſa. *Quanquam enim pater eſt, cui peccata confiteris, tamen & ipſe homo eſt, tibique carne & ſpiritu ſimilis, etſi alioqui vita rationibus, familiaritate cum Deo, ùt virtutis cultor, diſtet à te plurimùm. In humilitate, in contritione cordis te ad pedes ejus abjice, ab imo pectore clama, ingemiſce, quantúmque potes recenſe omnia. Ne confundaris, ne perturberis, ne concutiaris. Quæ clauſa habes, patefacito, & diutiùs tacere noli. Opera tenebrarum in lucem profer, ut de cætero in tenebris peccatorum ne ambules.* G

Addit deinde Petro, qui Chriſtum negârat, claves regni cœlorum traditas, ut peccatnres ad ſpem veniæ conſequendæ excitentur; fiduciáque pleni ad Sacerdotes accedant; quibus à Petro peccata remittendi poteſtas conceſſa eſt. *Alia via*, inquit, *Domini benignitatem conſidera: non enim alteri claves regni cœlorum tradidit, quàm Simoni Petro, qui ipſum pernegaverat: ex quo rurſum verbi propenſionem ad miſericordiam, clementiam ineffabilem, miſerationum multitudinem, quibus erga lapſos utitur, qui eſt natura miſericordiſſimus, cognoſce. Ut enim lapſos lapſuróſque aliquando liberaret, & ad pœnitentiam ex timore, turbatione & tremore animoſiores redderet, non alteri alicui ſibi obſequentium, ſed Petro potiſſimùm, qui ter eum negaverat, claves illas cœleſtes dedit: ut ille, ſi alios deinceps cecidiſſe, & per pœnitentiam pulcherrimè reſurgere, lacrymiſque maculas abluere, & violenter regnum ſupernum rapere audiret, verborum Domini ad ſe,* H

A *& quomodo statim cecidisset, cribratus ùt triticum, memor, & exemplo ad compassionem promptior, lapsis iterúmque se erigentibus, sine molestia ac promptè cœlestem januam reseraret.*

B Porrò cùm Anima, quæ Dialogi illius, cui nomen *Dioptra*, interlocutrix est, diceret; *Ego nósse desidero, ubi hac de re scriptum sit, num lex de eo vetus aut nova extet, quæ nos viris spiritualibus hortetur exponere, quid noctu, & interdiu egerimus:* Respondet altera pars: *Negligens & iners mihi videris, neque scrutari scripturarum oracula. Quòd si Patres tuos, ùt scriptum est, interrogares, ipsis annunciantibus rem totam, uti se haberet, cognosceres, &c.* móxque ex veteri & novo testamento testimonia profert. Quibus productis, subjungit. *Quòd si plura testimonia desideras, Davidis librum, Salomonis, omniúmque aliorum Prophetarum attentè perlege: omnibus enim quiddam super hoc insertum est, oportere omnes, utriusque sexus, admissorum confessionem obire, & quantum possunt, eò alios adducere. Nec verba Verbi ac Domini audisti, qui longè clarissimè de hoc sanxit? Nec quæ hortati sunt, & scripserunt Apostoli, præcones Verbi, nec quæ Magistri & primi Patrum? Ut paucis dicam, omnes hortan-*
C *tur, clamant, & universos ad annuntianda ipsorum cogitata, dicta & opera invitant: non enim est aliud, ùt diximus, principium pœnitentiæ, nisi occulta spiritalibus viris detegere.* Hæc Auctor ille ante quingentos annos de auriculari confessione tanquam de re prorsus ad salutem necessaria, eáque non nova; sed à Christo & Apostolis sanctísque Patribus tradita, & in antiqua etiam lege adumbrata, præfigurata, & prædicta, totáque Græcia usitata ac recepta, imò in tota Christi Ecclesia per totum terrarum orbem diffusa, ùt fusè omni testimoniorum genere Bellarminus docet.

D De cujus lucubrationibus nunquam intermorituris tu hic solito acumine: *Tolle tractatus de imaginibus, de Pontificis Romani potestate, de Purgatorio, de Confessione auriculari, de Confirmatione, de Matrimonio, de Sacrificio Missæ & transsubstantiatione, de Monachis, de Votis, de Traditionibus, de notis Catholicæ Ec-*
E *clesiæ, quid, quæso, remanebit?* Perinde ac si diceres: Tolle cœlum, ignem, aërem, aquam, terram; quid de hac rerum universitate supererit? Tolle caput, manus, pedésque Miseni, quid de Miseno, nisi truncus restabit? Tolle tres aut quatuor tomos Bellarmini; quid de Bellarmino reliquum fiet? Argutè. Nesciebamus sublatis omnibus partibus, tolli totum; sed post hanc Misenicam demonstrationem plusquam Archimedeam, nemo tam duræ cervicis erit, quin assensurus sit.

F Quòd ais, te cum Bellarmino in arenam non descensurum, laudo; quia jam *victus* & *Acheronticus* senex: jámque cum Cymba exspectat te navita ille, cui cruda viridísque senectus, ut te trans amnem illum transportet, quo semel trajecto, non est, quòd reditum tibi promittas. Tres quatuórve, universum Bellarmini opus refutare ingressi, vix operi admota manu, ad furva regna Proserpinæ descenderunt. Ubi Witackerus? Quot Bellarmini controversias refellit? Ubi Danæus? Quousque in refutatione processit? Ubi Junius? Quot Bellarmini disputationes insulsis animadversionibus suis conspurcavit?
G Ubi thraso Hunnius? qui incredibili hiatu ad tantam molem accedens, in ipso vestibulo oppressus interiit. Ais, *pleráque à Bellarmino disputata carere scripturæ testimoniis.* Quod mendacium singula propè operis Bellarminiani capita redarguunt; ubique enim, quando de dogmate quopiam agitur, scripturas ubere de penu promit: etsi non Calviniano more, intellectas; sed eo modo & more, quem ex perenni Ecclesiæ traditione, Patrúmque responsis didicit. *Quis nunc*
H *medullas scripturarum magis nósset*, inquit Tertullianus, *quàm ipsa Christi Schola? Quos & sibi discipulos Dominus adoptavit, omnia utique edocendos, & nobis magistros ordinavit, omnia utique docturos. Cui potiùs figuram vocis suæ declarásset, quàm cui effigiem gloriæ suæ revelavit, Petro, Jacobo, Joanni, & postea Paulo, &c.* Apostolorúmque successoribus pastoribus & doctoribus, quos Deus in Ecclesia posuit, ne omni doctrinæ vento instabiles fluctuemus, atque circumferamur.

FINIS LIBRI SECUNDI.

APOLO-

APOLOGIÆ PRO VITA B. P. N. IGNATII, *LIBER TERTIUS.*

Quæ Misenus in tertium Apologiæ posterioris librum Calvinianis faucibus eructavit, commodè ad tria capita revocabimus. Nam primò bonam partem sui tertii libri consumit in Clericorum, Romanæque urbis & Ecclesiæ insectatione. Secundò, impuritatem & spurcitiam Lutheri, qua in scribendo & dicendo usus, eluere conatur. Tertiò, denuò advocatum agit Apostatarum & Monialium nupturientium & lascivientium, quasi nihil legibus divinis humanisque adversum perpetrent, si conjugio se jungere tentent. Etsi autem superiore libro, pleraque jam discussa sunt ac profligata: hìc tamen nonnulla addemus, ut lector videat tam nobis non deesse, quod criminatoribus verè respondeamus; quàm sycophantis non deest, quod mendaciter criminentur.

CAPUT I.

Refutantur convicia Miseni in Ordines Ecclesiasticos.

A Obtestatur me initio Misenus, ne mentionem injiciam. *Hispanicæ Inquisitionis, quam cùm nominari audio,* inquit, *Φρίττω καὶ ὠχρός εἰμι καὶ πρὸς τὸ ὄνομα μόνον, cohorreo & expallesco, etiam ad solum nomen.* Unde verò hæc Antipathia Misene? An ex scelerum conscientia? Quòd si tantum horres *Inquisitionem Hispanicam*, qua igitur ratione rursus publicare poteris librum de Inquisitione Hispanica, olim Heidelbergæ typis descriptum, cujus tu novam editionem moliris? Cave, ne operi huic adeò impallescas, ne & immoriaris; facilè enim contingere posset, ut pallida mors te tam pallidum ad pallida regna abriperet. Etiam fur expallescit & exhorrescit memoria furcæ, ut & latro recordatione rotæ. Num igitur nulla hujus aut illius utilitas? Num ideo res cum nomine exterminabitur,

B ne quid sit, quod ad furis aut latronis aures & animum molestius allabatur? Ingens suppliciorum est utilitas, ùt rectè quoque intellexit & docuit Plato, à Theodoreto propterea citatus & laudatus, cujus hæc est oratio. *Congruit ei, qui in supplicio constitutus est, dum ab alio id supplicium rectè patitur, ut vel ipse inde melior fiat, emolumentúmque capiat, vel saltem sit cæteris exemplo, ut videntes eum pati, quæ patiatur, timore adducti fiant meliores. Sunt verò, qui pœnas exsolvunt, ita & ab ipsis Diis & ab hominibus utilitatem profectum capiunt, &c. Qui verò extrema quadam peccata admiserunt, atque ob ea insanabiles facti sunt, ex hisce hominibus exempla aliis fiunt. Atqui hi quidem ex irrogatis suppliciis utilitatem nullam accipiunt, utpotè insanabiles: alii tamen inde proficiunt, qui eos vident, ob ea, quæ maxima admiserunt peccata, horribiles & acerbissimas pati pœnas, sempiternóque tempore ad manifesta omnibus exempla sublatos esse.*

Theodor. serm. 2. ad Græcos.

C Quàm multis *Inquisitio Hispanica* saluti fuit, quos, ne in hæreses laberentur, vel absterruit; vel lapsos jam in hæresin retraxit; vel ob pertinaciam debitis suppliciis affectos, aliis exemplum statuit? Ego, Misene, horrori & pallori tuo aliud medicamentum præscribere nequeo, quàm illud ex Apostolico Pharmacopolio. *Vis non timere potestatem?* (Inquisitionem Hispanicam!) *Bonum fac* (Hæresin desere) *& habebis laudem ex illa. Dei enim minister est, tibi in bonum. Si autem malum feceris,* (& hæreticus fueris) *time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram, ei, qui malum agit,* & hæreticus est. Rom. 13.

D Cæterùm admodum muliebri animo te esse oportet, si cohorrescis & expallescis ad *Hispanicæ Inquisitionis* vel nudum vocabulum; neque hoc te palàm confiteri pudet. Ubi *plerophoria* Calviniana, qua te arbitrabar ad summum usque ingurgitatum? Ubi certitudo illa certissima & clarissima de tua prædestinatione & ad æternam beatitudinem cum Calvino & Beza electione? Nihílne trepidanti animo tuo roboris ista subjiciunt? Quantum differs ab inclyto Martyre Ignatio, qui licèt ne micam quidem de Calviniana aut Lutherana *plerophoria* haberet; hæc

ta-

A tamen ad immanissimum supplicium proficiscens intrepidè pronunciavit. *Utinam fruar bestiis, quæ mihi sunt præparatæ, quas & oro mihi veloces esse ad interitum & ad supplicia, & allici ad devorandum me; ne, sicut & aliorum Martyrum, non audeant corpus attingere. Quòd si venire noluerint, ego vim faciam, ego me urgebo, ut devorer.* Si Misenica *plerophoria* instructus fuisset, hunc versiculum ad Romanos scripsisset; Φρίττω καὶ ὠχρὸς εἰμι vel solo Amphitheatri, in quo; aut bestiæ, cum qua mihi pugnandum erit, audito nomine.

S. Ignat. Epist. ad Rom.

B Ne tamen nimio horrore *Inquisitionis Hispanicæ* in ægritudinem detur, exspatiatur Misenus ad sibi grata tecta, sæpiúsque trita *Lupanaria*; ad scorta Romana, ad Cleri luxum & flagitia; denuóque linguæ suæ in hoc argumento admodum solutæ & disertæ, habenas laxat. Quo ostendit, se imitari Lamiam, quæ domi cæca canebat, oculis nescio in qua cista repositis; domo autem progredi volens oculos recipiebat, & quoquoversus curiosissimè circumferebat, & id unum studebat, ne bona & bonos, sed mala & malos duntaxat videret. Pari modo iste Lamiæ filius, domi sedens cæcus est: oculos in Musæo suo abdit. Nullum videt Ebriosum, nullum aleatorem, nullum flagitiosum, nullum adulterum, nullum sacrilegum, nullúmque scortum. C Quando ad nostram Ecclesiam progredi allubescit, oculos, ut alii *ocularia*, resumit, & nihil nisi Zizania, in agro nostro videt; si pleraque non verè; sed *imaginariè*, manum non verterit; quia solummodo calumniari cupit, cui longè aptior est materies falsa, quàm vera. Plato, & ex Platone Theodoretus, describens veri philosophi actiones & mores, inter cætera hoc maximè in eo dilaudat; quòd curiosè in res à sua professione alienas non inquirat: *Hi verò*, inquit, *qui summi sunt in Philosophia, neque viam nôrunt, quæ ad forum ducit, neque ubi judicium, senatúsve sit, aliúsve publicus civitatis consessus. Leges præterea & decreta, seu verbis ferantur, seu scripta sint, neque audiunt hi, neque inspiciunt. Studia verò populi, suffragiáque creandis magistratibus collata, cœtus alios & conventicula, & convivia, lascivasque cum tibicinis mulierculis comessationes, ne per somnium quidem sibi obversari velint. Neque verò etiam novit, si quis malus est homo in civitate, neque si quid olim peccatum est ab antiquis vel viris vel mulieribus, imò autem magis hæc ignorat, quàm quod dici solet, quot aquæ poculis mare constet.*

Plutarch. lib. de Curiosit.

Theodor. serm. 12. ad Græcos.

Quàm dissimilis hisce Philosophis Professor D Ethices *Heidelbergensis* Misenus? qui quot Heidelbergæ & in Palatinatu meretrices degant, nescit: scit autem accuratissimè, quot Romæ, quot Venetiis, quot in aliis Catholicis urbibus, sive Italiæ, sive Germaniæ, sive alterius provinciæ. Nescit, quot decoctores, flagitiosi, balatrones, potatores, scortatores, mœchi inter suos Calvinianos F versentur; in quorum medio & ipse versatur; sed quot hujus generis sint apud Orthodoxos, non modò exploratum habet; sed & ita in promptu, ut expeditè nominare nôrit. Si quis Sacerdos aut Antistes, etiam in intima Italia luxu & otio diffluat; ejus cognitio Misenum fugere nequit. At si inter Calvinistas talis quærendus, aut monstrandus sit; tunc scilicet, omnes sancti sunt, sobrii, casti, intacti, immaculati; uno verbo, absque ruga & macula, malitiæque veneno, quasi modo genitæ viperæ. Quæ hæc tam admiranda ratio videndi longinqua, & non videndi propinqua; nisi quia cum Lamiis foris oculos tibi imponis, quibus seu vera seu falsa flagitia aspicias; domi verò eosdem oculos seponis, cæcus cum cæca Lamia Calvinianos Psalmos cantillans?

E Exagitavit olim Martialis hoc Epigrammate curiosum quendam, qui, quæ certissimò nesciebat, certissimò tamen, judicio suo, sciebat. *Scis, quid in Arsacia Pacorus deliberet aula, Rhenanam numeras Sarmaticámque manum. Verba Ducis Daci Cattis mandata resignas, victricem laurum, quàm venit, antè vides. Scis, quoties Phario madeat Jove fusca Syene, scis quota de Libyco littore navis eat. Cujus Juleæ capiti nascantur olivæ: Destinet æthereus cui sua serta pater.* Sed nihil iste ad Parmenonis suem Misenum. Qui scit, quidquid comessationum instituitur, & quidquid scelerum & flagitiorum in tota Ecclesia Catholica perpetratur, sive ab Ecclesiasticis, sive à Politicis; eáque de causa ità tonat & boat, quasi nullus inter Catholicos sit, qui præceptis divinis consentaneam vitam vivat. Inter suos, nihil simile videt. Quæ causa? nisi G fallor, lupus lupum videns non arbitratur se videre malum; sed bonum: Quia si videns lupum putaret se videre facinorosum, improbum, flagitiosum, & nequam, utique se etiam videns idem judicium de se ipsu formaret: quia lupo, quoad indolem & mores, nihil similius fingi potest, quàm lupus. Itaque ne suo judicio ipse se condemnet, lupum videns; probum, innocentem, quietis & pacis amantem se videre censet. At quàm primùm intuetur *pastores*, *canes*, & qui sub pastorum cura reguntur & pascuntur, oves, nil nisi pestes, dignas, quæ dentibus lacerentur, se videre existimat.

H Accedit & hæc altera causa, quam mihi suppeditat *Dioptra* Philippi *Solitarii*; in qua hæc adducuntur ex Isidoro, non alio, nisi decipior, quàm Pelusiota. *Quemadmodum veri & fervidi pudicitiæ amatores ex sua ipsorum castitate, etiam aliorum animos, quamquam tales non sint; sæpe puros esse censent, neminémque libidinosum esse ducunt: Sic contra proterva libidinis œstro perciti etiam illos, qui hujusmodi vitio carent, sibi similes arbitrantur. Quilibet enim ex se, alios metiri consuevit.* Hæc ille.

Quò

A Quò etiam spectat illud Zachariæ Pontificis dialogos S. Gregorii Magni in Græcum transferentis pronunciatum verè Apostolicum. ὁ γὰρ τοῦ καθαρεύοντος ἔπαινος τῶν ὑπὸ βασκανίας μολυνομένων ὄνειδος τυγχάνει. *Ejus, qui puram vitam ducit, laus, vituperatio est eorum, qui invidia contaminati sunt.* Hac ergo ipsius vitæ puræ & honestæ quasi lingua excitati, insurgunt, & tam fanda, quàm infanda comminiscuntur; ideo præcipuè, quia ipsi tales sunt, quales alios videri volunt.

B Nos interim cum S. Augustino liberis vocibus clamamus: *Non sanè parva est, parùmque gloriosa consolatio cujuscunque nostrûm, si ab inimicis Ecclesiæ cum ipsa Ecclesia criminamur; ejus tamen defensio non in eorum defensione consistit, quos isti nominatim falsis criminationibus appetunt. Prorsus qualescunque fuerint Marcellinus, Marcellus, Melchiades, Mensurius, Cæcilianus,* (Alexander Sextus, Leo X. Clemens VIII. Paulus III. Julius III.) *atque alii, quibus objiciunt, pro sua dissensione quod volunt, nihil præjudicat Ecclesiæ Catholicæ toto terrarum orbe diffusæ, nullo modo eorum innocentia coronamur, nullo modo eorum iniquitate damnamur. Si boni fuerunt, in area Catholica tritura tanquam grana mundati sunt: si mali fuerunt, in area Catholica trituræ tanquam stipula comminuti sunt. Intra istam aream boni & mali esse possunt, extra eam boni esse non possunt.* (Nota hoc Misene, qui non nisi bonos extra hanc aream te videre autumas; sed eo modo, quo lupus videns lupos, se non nisi bonos, C extra ovile, videre existimat) *Meliùs audimus*, inquit idem sanctus Præsul, *sanctam scripturam, quàm vel cuique calumniamur de peccatis alienis, vel cujusque similem calumniam formidamus. Anima enim, quæ peccat, ipsa morietur. Et unusquisque proprium onus portabit. Et, qui manducat & bibit indignè, non alteri, sed sibi judicium manducat & bibit. Et sinuntur utraque crescere usque ad messem, ne cùm ante tempus colliguntur zizania, eradicetur simul & triticum; & commixti optimis pascuis hædi agnique pascuntur, donec à pastore, qui errare non potest, segregentur: & ex omni genere piscium retia complentur unitatis, donec ad judicium littoris perducantur; nisi quòd isti sua perversa falsáque sententia sibi præjudicant, qui propter aliena peccata justè se dicunt ab orbis Christiani communione separatos.*

D Idem sanctus Augustinus alibi. *Quid ad* S. August. epist. 166. *nos pertinet, de sarcinis alienis, nisi ut quos possumus, corrigamus, vel correptione, vel quacunque disciplina in spiritu mansuetudinis & diligentia charitatis? Quos autem corrigere non valemus, etiamsi necessitas cogit pro salute cæterorum, ut Dei Sacramenta nobiscum communicent, peccatis tamen eorum non communicemus, quod non fit nisi consentiendo & favendo. Sic enim eos in isto mundo, in quo Ecclesia Catholica per omnes gentes diffunditur, quem agrum suum Dominus dicit: tanquam zizania inter* E *triticum, vel in hac unitatis area, tanquam paleam permixtam frumento, vel intra retia verbi & Sacramenti, tanquam malos pisces cum bonis inclusos, usque ad tempus messis, aut ventilationis, aut litoris toleramus, ne propter illos eradicemus & triticum, aut grana nuda ante tempus de area separata non in horreum mittenda purgemus, sed volatilibus colligenda projiciamus, aut diruptis per schismata retibus, dum quasi malos pisces cavemus, in mare perniciosæ libertatis* (Lutheranæ, Calvinianæ) *exeamus. propter hoc enim his atque aliis similitudinibus Dominus servorum suorum tolerantiam confirmavit, ne dum se boni putant, malorum permix-* F *tione culpari, per humanas & temerarias dissensiones aut parvulos perdant, aut parvuli pereant: Quod usque adeò cælestis magister cavendum monuit, ut etiam de præpositis malis plebem securam faceret, ne propter illos doctrinæ salutaris cathedra desereretur, in qua coguntur etiam mali bona dicere. Neque enim sua sunt, quæ dicunt, sed Dei, qui in cathedra unitatis doctrinam posuit veritatis, proinde ille verax, & ipsa veritas de præpositis suis mala facientibus, & Dei bona dicentibus, ait: Quæ dicunt; facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Dicunt enim, & non faciunt. Non utique diceret, quæ faciunt, facere nolite, nisi manifesta essent mala, quæ faciunt.*

G Hæc sanctus Augustinus adversùs Donatistas, similes Catholicorum censores & criminatores, qui cùm omnibus flagitiis cooperti essent: eò tamen impudentiæ procedere non dubitavit eorum Antistes Petilianus, ut diceret orthodoxos insectans: *Nemo* S. Aug. lib. 3. cont. Petil. cap. 38. *vestrûm est innocens, ubi reus nemo damnatur.* quod mendacium ab Ipso etiam Miseno propemodum effusum, manifestæ vanitatis redarguit S. Augustinus. Sed satis de hoc jam libro secundo scriptum & dictum est, quò lectorem remitto, ùt & ad priores Apologias. Interim hoc etiam utilitatis capiunt orthodoxi ex horum Sycophantarum criminationibus; quod Plutarchus à Curioso afferri tradit illis, in quorum vitam & mores curiosè inquirit. καὶ τοῖς ἐχθροῖς ὠφελιμώτερός ἐστιν ὁ πολυπράγμων. τὰ γὰρ ἐκείνων ἐλέγχει καὶ προφέρεται, καὶ δείκνυσιν αὐτοῖς H ἃ δεῖ φυλάξασθαι καὶ διορθῶσαι. τῶν δὲ οἴκοι τὰ πλεῖστα παρορᾷ διὰ τὴν περὶ τὰ ἔξω πτόησιν. *Curiosus hostibus quoque non parum emolumenti affert. Res enim eorum reprehendit & prodit, & ostendit illis, quæ cavenda, & quæ sint corrigenda; Quæ verò domi suæ habet, ea ferè negligit; quia ad externa & aliena se semper effundit.* Ita & in Ecclesia propter clamores hæreticorum, seu vera crimina objicientium; seu falsa, ùt plerumque solent, comminiscentium, non paucis locis Ecclesiasticam disciplinam reparatam videmus, & gratulamur, ita, ut Præsules sollicitè dent operam, ùt sycophantæ hæretici calumnientur quidem, (quis enim efficiat, ut ex calumniis con-

confiati, à calumniis desistant?) sed ut ne verè ea, quæ objiciunt, objectent.

A Intereà nos verissimè asserimus, quidquid in agro hæretico nascitur, id totum nil aliud esse, quàm *lolium, lappas, tribulos, spinas*, uno verbo zizania, & quidquid in hæreticorum vinea progeneratur; id esse *labruscas*, & quod Moyses jam olim in carmine suo de

Deut. 32. hæreticis propheticè cecinit: *De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ. Uva eorum uva fellis, & botrus amarissimus. Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.* Quæ est ista vinea

B de *vinea Sodomorum*, nisi hæreticus? Quæ est ista vinea de *suburbanis Gomorrhæ*, nisi hæreticus? Quæ ista *uva fellis*, nisi hæreticus? Quis ille *botrus amarissimus*, nisi hæreticus? Quodnam istud *fel Draconum*, nisi hæreticus? Quod istud *venenum aspidum insanabile*, nisi hæreticus? Si igitur vinea *Sodomorum*, si vinea de suburbanis *Gomorrhæ*, si uva *fellis*, bona esse potest: si bonus esse potest *botrus amarissimus*, si bonum *fel draconum*, si bonum *venenum aspidum insanabile*, tum etiam bonum fatebor esse hæreticum. Clament, vociferentur, cœlum terrámque adversùs orthodoxos invocent: Ego Cantico Moysis contentus cantabo: *Fel draconum vinum* (& vita eorum) *& venenum aspidum insanabile.* Prædicent & usque ad sidera sanctitatem, modestiam, & castimoniam suam extollant: ego cum Moyse cantabo: *de vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ.*

C Non frustra Canticum hoc vehementissimè commendavit Moyses Israelitis. Ait enim: *Nunc itaque scribite vobis canticum istud, & docete filios vestros, ut memoriter teneant, & ore decantent, & sit mihi carmen istud pro testimonio inter filios Israël.* Quia in eo id unum vel maximè egit; ne Israelitæ à traditione paterna desciscerent, novósque Deos supervenientes colerent, persuasi à pseudoprophetis dulcia promittentibus; & nil nisi *fel amarum*, porrigentibus.

D Ne tamen hinc Misenus planè jejunus discedat; unum vel alterum locum de vita Evangelicorum ex ipsis Evangelicis adscribam. Lutherus igitur in concione quadam Dominica prima Adventus sic concionatur. *Hujusmodi de Christo concio meritò cum summa animi lætitia suscipienda & attendenda esset, ac quilibet vitam morésque suos rectius inde informaret; sed prò dolor, contrarium accidit; & mundus de die in diem multò deterior evadit; quod pessimus Dæmon operatur* (hoc est, ipse Lutherus) *Enimverò videmus, quòd hoc tempore homines sint multò pejores, truculentiores, tenaciores, libidinosiores, quam antea unquam in Papatu fuerunt. Quæ causa est? nulla profecto alia, quàm quòd hujusmodi concio pro nihilo habetur.*

Melanchthon in cap. 6. Matthæi. *Loquitur res ipsa, in his regionibus* (Evangelicis) *omne ferè studium conviviorum apparatibus, & ebrietati atque immanibus illic poculis impendi. Quare manifestum est, nos à Deo variis modis puniri, ut incendio, bellis, convulsionibus atque confusionibus regiminum seu politiarum, propter belluinam istam ventris ingluviem, & helluandi perpotandique consuetudinem, &c. adeò delectantur immunditia, sordibus & illuvie, ut in more suis lutulenta qualibet res, carnes, panem, cerevisiam, & id genus alia corrumpere & contaminare soleant. Ea barbaries est in populo, ut plerisque persuasum sit, se, si unum diem jejunent, noctem continuò sequentem non posse vivere.* E

F Accedat tertius testis, ut in ore trium *stet omne verbum.* Is est Joannes Wigandus, qui in libro *de bonis & malis Germaniæ*, ait, *Juventutem Evangelicorum quotidie fieri deteriorem, intractabiliorem, eaque vitia audere perpetrare, quibus olim adulti vix erant obnoxii, resonare tristes querelas passim de juventutis petulantia & mollitia, ita ut incorrigibilis planè videatur. Tribuit juventuti effrænem atque inauditam petulantiam & maledicentiam, quæ à*

G *Prosopolatris imbuta, magis atque magis quotidie soleat furere, dira convicia in Ecclesiæ Doctores evomere, fœda, obscœna, crudelia, impia & scelerata scripta, pasquillos & picturas effundere, certare inter se impudentissimis mendaciis confingendis, qualia diabolos ipsos puderet proferre; & ut quisque in his artibus excellit, ita suis præceptoribus esse gratiorem, & ad majores honores evehi.* Testimonium hoc verum est, cui meritò adscribas illud Lutheri, quo clausit librum suum de *servo* arbitrio contra Erasmum: *Asserui, & assero, ac penes nullum volo esse judicium, sed omnibus suadeo, ut præstent obsequium.*

CAPUT II.

De impuritate & spurcitia Lutheri in dicendo & scribendo.

DIcit Misenus: *nos semper moderationem in Luthero requisivimus & modestiam.* Meritò, nihil enim Luthero immoderatius, nihil turpius, obscœnius, & flagitiosius. Nec tu solus, qui in Luthero hæc desideres; desiderant eadem omnes Catholici; Desiderant fratres tui Calviniani, nominatim illi, qui olim *admonitionem* de libro Concordiæ Bergensis ediderunt. Nôstine illos? Quis dubitet? mihi quidem certum videtur, aliquos ex illis esse vel fuisse tibi *compatres*, vel te illis. Ita ergo isti: *Cùm Lutherus non fuerit Propheta* (& tamen Prophetiæ illius à pluribus Prædicantibus sunt collectæ & publicatæ, sed prophetiæ *Baalitica*) *non fuerit Helias* (tamen passim tertius Helias audit) *non fuerit Evangelista* (& tamen nomen hoc sibi quisque arrogantissimè tribuit) H

cum

A *cùm in multis erraverit, &c. cùm multa in libris ejus eristicis nimis inconsideratè effusa sophismata, calumniæ, convicia, hyperbolicè, præter pietatem multa & modestiam, confidenter & arroganter dicta, scurriles in rebus seriis lusus, mimorum sannæ, & infaceta facetiæ, cùm multa acerbè & injuriosè scripta, non tantùm in Christi Ecclesias, in viros doctissimos, sanctissimos, innocentissimos, sed etiam in magnos Principes contumeliosa, & omnino Theologi Christiani, & tanti viri persona indignissima reperiantur, non debent, non debent, inquam, Lutheri libri, Lutheri sententiæ, esse norma Confessionis Augustanæ, aut doctrina de cœna Domini.* Hæc fratres tui de Luthero; qui cùm talis etiam vestro judicio fuerit, miror, fieri posse, ut ei ulla in re fidem habeatis. Quis enim vel somnium narranti credat ori tam spurcidico & vaniloquo, tam lascivo, petulco, impuro, nil nisi *stercora, latrinas, sues, haras, nates, diabolos, scorta, lupanaria*, & quæ honesti amans etiam nominare horret eructanti & evomenti?

B *Si Lutherus*, inquis, *perperam obscœna effutivit, cur laudas illum, qui studiosè eadem descripsit, & in certos locos digessit?* Ideo laudo; quia vobis & præsertim Lutheranis *ad oculum*, quod dicitur, demonstrare voluit, Lutherum non esse Prophetam, non Heliam, non Evangelistam, non Apostolum, non virum Dei, non organum Spiritus sancti (quibus encomiis à suis Lutheranis passim celebratur) sed scurram maledicentissimum, ore effrænatissimo instructum; hircum salacissimum, quíque libidine, vel Faunos & Satyros in certamen vocet; ùt & obscœnitate orationis lenas & lenones.

C Sed satius est, ut ordinatè & distinctè tibi exponam causas, quas secuti clarissimus Doctor Joannes Pistorius in Anatomia Lutheri, & post illum M. Conradus Andreæ in suis Lutheris; aliíque, hanc Lutheri petulantiam, in propriis quasi tabellis luculenter depictam, lectoribus propiùs & accuratiùs contemplandam proponere voluerunt. Prima est, ut jam decepti, & ni caveant, posthac decipiendi, pseudoprophetam istum, omnium, quotquot extiterunt, loquendo & scribendo fœdissimum & flagitiosissimum penitiùs agnoscant, agnitúmque toto pectore detestentur, ac abominentur, secúmque pro certo statuant, fieri non posse, ut Spiritus sanctus in hac *cloaca* & *latrina* habitârit, aut ut ex hoc gurgustio tam olido, fimoso, & cœnoso locutus sit.

D Quis Prophetarum, aut Sanctorum, qui Deo placuerunt, doctrinam cœlestem annunciârunt, unquam dicendi & scribendi genere tam *Fescennino*, & planè tartareo usus est, præsertim si fuerit doctor aut Propheta, qui novum quid & *extraordinarium*, adversùs id, quod ordinariè & communiter receptum erat, introduxerit, qualis videri

E vult Lutherus, qui adversùs doctrinam toto orbe tunc receptam, novam induxit; quæ si à diabolo non manâsset, nunquam novus iste Doctor & Propheta tantum turpitudinis, obscœnitatis, & lasciviæ, maledicentiæ, bilisque impotentissimæ effudisset. Nam quo spiritu quis plenus est, ab eodem etiam regitur & agitur, & ad loquendum scribendúmque impellitur. Ex quo quivis, qui paululùm mentem attendere & ad honestatis veritatísque lucem nonnihil intendere velit, tanquam ex fallere nescio indicio, concludere potest, spiritum, quo Lutherus caluit, non fuisse Spiritum sanctum. Nam Spiritus sanctus, ùt in libro Sapientiæ Sapient 7.
F dicitur, est spiritus *subtilis*, subtilésque efficit. Híccine spiritus *subtilis* est, qui nil nisi *cœnum, lutum, sues, haras, meretrices, diabolos* & millena talia eructat? Spiritus sanctus est *acutus*, acutósque efficit. Híccine spiritus acutus est, qui in fimo & prostibulo perpetim volutatur, non secus ac rostrum porci, quod quàm sit acutum, omnes, opinor, nôrunt. Spiritus sanctus mundus est, mundósque efficit. Híccine spiritus mundus est, qui perpetuò circa immunditias carnis & fornices occupatur?

G Cùm Deus mitteret Moysen in Ægyptum ad maxima quæque opera & miracula patranda, Moysésque munus hoc detrectaret; ajebat Deus: *Ego ero in ore tuo, & in ore fratris tui.* Quo significat, se esse in corde & in ore suorum Doctorum & Prophetarum, quos ipse *extraordinariè* mittit. Si ergo Lutherus Doctor fuit, non à Dæmone, sed à Deo missus, oportet Deum in corde & ore illius fuisse. At quis nisi amens & vecors persuadeat sibi, Deum fuisse in hac hara, in hoc lupanari, quod ea perpetuò crepat, ad quorum mentionem vel calamus & charta erubescant.

H Dicebat olim Dominus ad discipulos. *Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris* Matt. 10.
vestri, qui loquitur in vobis. Si igitur Lutherus Christi discipulus fuit, oportet spiritum Patris cœlestis in eo & per eum locutum esse. At quis tam impudens & effrons, vel potiùs tam ab omni pietate alienus, qui turpissima dicta & scripta Lutheri ad Spiritum sanctum referre ausit? Ego certè, Misene, ita affectus sum, ut, si nullum prorsus aliud argumentum execrandi Lutherum mihi suppeteret; duo illius libri, quorum alterum scripsit contra Henricum Regem Angliæ; alterum, *contra Papatum à diabolo fundatum*, satis argumentorum mihi forent. Quid maledicentius, quid dentatius, quid sceleratius, quid fœdius, turpius, & flagitiosius, vel à summo scurra; quíque in scurrilitatibus totam vitam posuit, excogitari potest? Et tamen altero illo libro Evangelium suum propemodum auspicatus est; altero propemodum terminavit; jam senex & orco vicinus.

A Et hæc de prima causa; quæ olim etiam S. Ireoæum impulit, ut Ophitarum & Cainorum spurcissima dicta & facta denudaret; Christianisque, cautelæ loco, propoueret. *Necessarium*, inquit, *fuit, manifestè arguere, & in medium afferre dogmata ipsorum, si qui fortè ex iis, pœnitentiam agentes, & convertentes ad unum solum conditorem & Deum factorem universitatis, salvari possint: reliqui autem non jam abstrahantur à prava, quasi verisimili suasione eorum, putantes majus & aliquid altius ab iis scituros se mysterium. Sed à nobis bene discentes, quæ ab illis malè docentur, derideant quidem doctrinam eorum, illorum autem misereantur, qui adhuc in his tam miserrimis & instabilibus fabulis, tantam elationem assumpserunt, ut meliores semetipsos reliquis propter talem agnitionem, imò ignorantiam arbitrentur. Delectatio autem eorum hæc est, sive adversùs eos victoria est sententiæ eorum manifestatio. Quapropter conati sumus, universum malè compositum vulpeculæ hujus corpusculum in medium producere, &* B *aspectum facere manifestum. Jam enim non multis opus erit sermonibus ad evertendam doctrinam eorum manifestam omnibus factam. Quemadmodum bestiæ alicujus in sylva absconditæ, & inde impetum facientis, & multos vastantis, qui segregat & denudat sylvam, & ad visionem adduxit ipsam feram, jam non elaboravit ad capiendam, videntes, quoniam ea fera fera est, ipsis enim adest videre, & cavere impetus ejus, & jaculari undique, & vulnerare, & interficere vastatricem illam bestiam: sic & nobis cùm in manifestum redegerimus eorum abscondita, & apud se tacita mysteria, jam non erit necessarium multis destruere eorum sententiam.* Hæc sanctus Ireoæus scitè & appositè ad eorum propositum, qui hoc tempore sordes & impuritates Lutheri ex tomis ejus, tanquam ex opaca sylva, in lucem eduxeruot, & separatas mortalium oculis subjeceruot.

S. Iren. lib. 1. advers. hær. cap. 37.

C Similem causam reddidit sanctus Epiphanius, cur de hæreticorum perversis dogmatis, & turpibus factis scribere instituerit. *Nicander*, inquit, *bestiarum & reptilium naturas explicavit. Alii de radicibus & herbis disputârunt, Dioscorides ὁ ὑλοτόμος, Pamphilus & Mithridates Rex, Callisthenes, & Philo, Jolaus Bithynus, Heraclides Tarentinus Cratevas ὁ ῥιζοτόμος, Andreas & Bassus Tylius, Niceratus & Petronius Niger, Diodotus, & alii nonnulli. Pari modo nos etiam hæreseωn radices & instituta patefacere studuimus, non ut cuiquam lectorum aliquid detrimenti crearemus; sed quemadmodum prædicti scriptores non in id incubuerunt, ut mala quasi docerent; sed potiùs ea proposuerunt ad fugam & cautelam humanæ na*D*turæ, ut mala & quæcunque perniciosa sunt, homines cognoscerent, sèque præmunirent, & ope divina devitarent; at si qui in talia jam incidissent, & à talibus aliquid damni accepissent, aut per afflatum, aut per morsum, aut per adspectum; iidem de his sollicitè auxiliares radices ac herbas præscripserunt, ut hujusmodi reptilium nocumentis occurreretur: Sic & nos operam damus,* E *ut perniciosorum reptilium, ac bestiarum, tum formas informes, tum morsus lætales patefaciamus. Medicinæ verò gratia, quæcunque possumus breviter dicere, unum atque alterum verbum profligando ipsorum veneno, & servando ei, qui Dominum sequi velit, sive ex sua sententia, sive invitus in hæc reptilia hæreseωn, ac sectarum dogmata delapsus, instar antidoti apponemus.* Hæc de suo consilio S. Epiphanius. Idem coosilium sequuntur scriptores orthodoxi: quando ex Lutheri porcili fimum egerunt, & ex ejusdem prostibulis scorta educunt; ut omnibus sordes & fœditates Islebici istius Prophetæ appareant.

F Cùm sanctus Cyrillus Hierosolymitanus nefaria quædam ac flagitiosa de hæreticis pro coocione dicere cogitaret; hac oratione se se præmunivit. *Polluimur ista dicentes: ne autem aliquis eorum, qui adsunt, ex ignorantia in sordes ejusmodi hæreticorum incidat, etiamsi & os meum, & auditorum aures polluam, tamen id confert, multò enim melius est, accusandis & reprehendendis aliis audire absurda, quàm ex inscitia in eadem incurrere. Longè melius est, ut sordes cognoscas, & oderis, quàm ignorans in easdem incidas.* Idem tibi responsum arbitrare ab orthodoxis; quaodo sciscitaris, cur obscœnitates Lutheri ex Luthero collectas evulgent, & io certas classes digerant: qui rectè etiam verbis illis ejusdem sancti Cyrilli lectores commonefacere possunt; *ac omnes quidem hæreticos oderis, maximè illum, qui à* G *mania seu insania (à Lutère* vel *Lutro* vel à Germaoico Luoder, *nomen habet) qui Patrum memoria extitit: & non desunt, qui auctorem suis oculis conspexerint. Non ideo tamen, quòd paulò antè vixerit, illum oderis, sed ut malitiæ fabricatorem & totius fœditatis receptaculum, & omnes hæreseos sordes recipientem: ambiens enim in malis excellere, omnia congerens pessima, unam hæresin blasphemiis & sceleribus refertam conflavit. Vastat Ecclesiam vel potiùs eos, qui sunt in Ecclesia tanquam leo obambulans. Tu igitur non attendas illius suaviloquentia* (vel potiùs turpiloquentiæ) *neque simulatæ humilitati; serpens enim est, & germen viperarum. Et Judas dixit: Salve Rabbi, & tamen prodidit magistrum. Non advertas ad oscula, sed observa venenum. Ac ne falsa videamur opinari,* aut pronunciare de illo, considera spiritus Lutheri à clarissimo Domino Doctore Pistorio collectos & publicatos; considera Lutheros Conradi Andreæ, nisi sensus omnis expers sis, non modò obstupescere; sed & erubescere ad tantas spurcitias cogeris.

S. Cyrill. Catech. 6.

H Secunda causa, cur Catholici scriptores Lutheri turpitudinem denudent ac reveleot, est Prædicaotium impudentia & frons omni fronte carens: qui, iostar idolorum, oculos habent, & non vident Lutheri sordes; nares habent, & non odorantur Lutheri pedo-

A pedores: manus habent, & non palpant Lutheri ſpurcitias. Nec ipſi ſolùm non vident, non odorantur, non tangunt fœtores, cloacas, haras, latrinas, fornices; & ſimiles Lutheri gemmulas; ſed quod mirabilius eſt, omnia iſta, nova prorſus & inaudita Alchymia in balſamum & ſtacten transformare conantur. Nam quòd ipſi non vident aut olfaciunt pedorem & putorem iſtum, id non adeò mirum videri debet; Scarabæi ſunt, in cœno nati & educati. Nunquam viſum, nunquam auditum eſt, ſcarabæum ſætori cœni offenſum eſſe. Sed quòd ad hanc usque diem incognita Alchymia Lutheri *fimeta* in *roſeta*, & *ſtercora* in *myrrham* tranſmutare, & tranſmutata aliis obtrudere ſtudent, id profectò omnes verecundiæ limites tranſcendit; monſtróque ſimile eſt, quomodo reperiantur tam incircumſpecti & B incauti, qui ſe ab his impoſtoribus decipi ſinant, Lutheríque flagitioſiſſima dicta, quaſi gemmas venerentur ac adorent. Neceſſe igitur eſt, ut his *Porcis* turpitudo Lutheri crebriùs inculcetur, & ingeratur in oculos, in aures, pérque oculos & aures in animos, ut tandem diſcant, *obſcænitates* eſſe *obſcænitates; cloacas, cloacas, haras, haras;* non unguentarias & aromaticas *apothecas*. Fit quidem hoc magno eorum, qui in his elaborant, tædio; ſed durandum eſt adversùs frontes iſtas duras & adamantinas, exemplo ſanctorum Patrum, qui ſimilem cum hæreticis agendi modum non rarò tenuerunt; nominatim Irenæus, Epiphanius, Cyrillus & alii. Utilis eſt hæc opera, & utilis etiam erit ad poſteros.

C Scis, quid de Aëtio prodiderit S. Epiphanius? Ejusmodi nimirum turpitudinem, qua nulla major ab ullo Cynico prodiit. Cujus ſimiles cùm in Lutheri ſcriptis occurrant; ſcilicet piaculum erit eas excerpere, & quàm lutulentus prorſus Lutherus fuerit, demonſtrare. Exclamat quidem S. Epiphanius: *Vereor dicere, quæ impurus ille dixit.* Attamen verecundiæ hujus & metus nulla ratione habita, dixit, quæ nefarius ille protulerat; quia nôſſe hoc portentum, lectoris intererat.

S. Epiphan. Hær. 76.

D Quòd verò Miſenus obſcœnitatem Lutheri excuſat exemplo Moyſis; in eo impudentiſſimi & audaciſſimi animi luculentiſſimum ſpecimen exhibet. *Moyſes*, inquit, *etiam multa ſpurca & inceſta commemorat.* Os impurum! túne hæc chartis illinere non trepidas? Ubi illæ in Moyſe criminationes; illæ calumniæ; illæ Diabolicæ imprecationes, illæ impotentiſſimæ mentis æſtus & impetus; ubi plauſtra illa *Diabolorum; meretricum; latrinarum, ſtercorum, hararum;* ubi convicia illa prorſus Stygia? Ubi ſcurrilitates leviſſimæ; joci petulantiſſimi; inſectationes maledicentiſſimæ nulli parcere conſuetæ? Refert Moyſes nonnulla in Geneſi minùs pudica & ſancta; ſed refert ùt hiſtoricus; & E quidem, ùt caſtus & ſanctus hiſtoricus; verbis, quæ in hujusmodi relatione adhiberi debent, ad honeſtatem, omnémque reverentiæ normam compoſitis. At iſte noſter non ùt hiſtoricus, mala etiam & inceſta benè & caſtè commemorat, ſed ùt mimus & ſcurra leviſſimus, útque leno turpiſſimus & flagitioſiſſimus petulantiſſima verba paſſim fundit; & ùt Furippus furit; nec aliter, quàm ſi ardentibus Eumenidum tædis incitatus eſſet, inſanit, tótque Diabolos, ſordes, & quæ nominare nefas, ex impuro corde vomit, ut ex his, quantus quantus, compoſitus fuiſſe non injuria videri queat.

F At multi occinunt. Quid ad nos Lutherus? Utinam nihil. Sed ſi nihil, cur defenſionem paras? Cur nullo Oceano purgandum *porcum* purgare niteris caſſa opera? Si nihil ad te Lutherus; cur doctrinam ejus amplecteris? Non, inquis, Lutheri, ſed Chriſti Evangelium ſequor. Crederem; niſi illud ſequerere, quod à Luthero contra Evangelium Chriſti introductum eſt. Quod fictitium, & à Deo profectum non eſſe, probat, ut cætera probamenta deeſſent, ipſe Auctor, quo fœdius monſtrum, vix terra tulit.

G *At multa præclara in Lutheri ſcriptis extant, ut maximè nævos adſperſos habeant.* Verùm, quænam ſint illa præclara, ego non video; nam quòd ſcripturam perpetuò ingeminat; quòd Chriſtum à ſe ſtare occlamat, quod *Evangelion, Evangelion*, intonat, hoc ſusque deque habemus. Quis hæreticorum hanc cantilenam non cecinit? Quis hæreticorum ſcripturam non inſolentiſſimè jactavit? *Reſponde mihi*, inquit S. Chryſoſtomus, *cùm Diabolus recitaret ea, quæ ſunt in ſcripturis, num os illius ſanctificatum eſt? Non potes dicere, ſed permanſit id, quod erat, Diabolus. Quid autem Dæmones, cùm prædicarent ac dicerent: Iſti homines ſervi Dei altiſſimi ſunt, annunciantes vobis viam ſalutis, an ideo illos in Apoſtolorum Ordinem referemus? Nequaquam: imò nihilominus execramur illos, odimúsque quàm antea &c. Imò hoc nomine odi Synagogam* (Lutheri) *quòd legem habeat ac Prophetas, & nunc etiam ampliùs odi, quàm ſi nihil horum haberet. Cur ita tandem? Quoniam hinc habet eſcam, variámque fraudis materiam, qua ſimpliciores* H *alliciat: quandoquidem & Paulus ſpiritum illum loquentem magis inſectatus eſt, quàm tacentem. Etenim moleſtia, tædióque affectus, ait ſpiritui: exi ab ea. Qua de cauſa? Quoniam clamabat: Iſti homines ſervi Dei altiſſimi ſunt. Tacentes enim non perinde decepiſſent ſimplices, loquentes autem multos ſimpliciores erant attracturi, perſuaſurique, quò nimirum & aliis in rebus ſibi auſcultarent. Siquidem ut oſtium aperirent ſuis fraudibus, poſſéntque in poſterum mentiri confidentiùs, propterea vera quoque nonnulla commiſcebant: non aliter, quàm qui letifera miſcent venena, os poculi melle circumlinentes, efficiunt,*

S. Chryſoſt. Hom. 3. contra Judæos.

 ut

A *ut facilius accipiatur malum.* Hactenus de Luthero.

CAPUT IV.

De nuptiis Apostatarum, & aliis quibusdam nugis Misenicis.

NEgat Misenus, fornicationem permitti posse à magistratu, ut peccata majora evitentur. Et tamen Calviniani & Lutherani non modò scortationem permittunt: sed & docent. An non enim scortationis eximius doctor est, qui dicit, tam non esse castitatem in hominis manu, quàm non est in manu ejus *sexus ejus*; ut scilicet sit vir aut fœmina; aut quàm non est in manu ejus, ut à cibo potúque semper abstineat? at prius illud & alia adhuc longè tetriora &
B fœdiora asserit Lutherus, posterius autem Misenus, & quidem ex communi hæreticorum schola: non igitur tantùm permittunt scortationem, quod sine noxa fieri potest; quando causæ legitimæ id efflagitant, sed & docent, quod semper sceleratum est ac detestandum. Quid enim agat is, qui hanc doctrinam penitis medullis imbibit? quid inquam, agat, quando mollis flamma viscera exedit? uxorem, inquies, ducat. At qui id fieri semper potest in ipso flore ætatis; & sub pubertatis primordia? Quid si parentes repugnent? Quid si desint, quæ jugum hoc necessariò requirit; ut fiat paulò levius? Et certè, si quemvis statim, ubi pubertatis annos init, matrimonium inire jubeant; laxandæ erunt pleræque civitates, ut his Lutheranis maritis capiendis sufficiant.

C Cùm ergo fieri nequeat, ut quivis, è vestigio cum ætatis æstu calere incipit, uxorem ducat; uxor autem res tam necessaria sit, quàm cibus & potus, ùt Lutherus & Misenus, & cæteri *hirci* docent; quid restat, nisi ut ad id, quod isti docent, exequendum sese Lutheranus aut Calvinianus accingat, réque ipsa doctorum suorum doctrinam comprobet? Et certè plusquam mirum est, istos Catholicis objicere fornices & similes labes; cùm ipsi scortentur non ùt Ethnici sub fornicibus: sed, ut ita loquar, sub dio, & in publico omnium conspectu; & quidem, quod est omnium longè impudentissimum, tecti, quamvis iniquè, honesto Matrimonii velo: sine ullo vel Dei vel hominum me-
D tu. Quid enim sunt Monachorum, Sacerdotum & Monialium, seu aliarum, quæ se cum Monachis & Sacerdotibus transfugis conjungunt, contubernia, aliud quàm prostibula & lupanaria: ut de aliis occultis in locum publicorum substitutis taceam? Hæc tamen istos non offendunt; imò, quod jucundum auditu, non tantùm permittuntur, sed & prærogativis honorantur, & inde fulcra, columina, & lumina Ecclesiæ Calvinianæ & Lutheranæ petuntur & accenduntur. E

Ne tamen Misenus videatur nuptias Monachorum & Monialium sine scriptura defendere; (nihil enim sine scriptura agit; etiam cùm se inebriat: quia scriptum est: *bibite & inebriamini*) ideo expendamus, quænam argumenta ex sacris litteris depromat. Formemus tamen, ne sint nimis informia. In scriptura sic legimus: *Creavit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creavit illum; masculum & feminam creavit illos, benedixitque illis Deus, & ait: crescite & multiplicamini. Ergo Sacerdotes & Monachi licitè uxores ducunt: & Moniales jure nubunt.* Probatur consequentia: *Quia licet hæc verba* F *etiam ad pisces & aves sint dicta: cum peculiari tamen clausula repetita ad homines sunt: ergo, &c.* II. *Uxor tua sicut vitis fructificans in lateribus domus tuæ, & filii tui sicut plantationes olearum in circuitu mensæ tuæ, ùt Psalmista canit.* Sed hoc non verificatur nisi Monachis & Sacerdotibus detur potestas ducendi uxores: ergo, &c.

III. *Verba illa: Ecce sic benedicetur vir, qui timet Jehovam; & illa: benedicet tibi Jehova* G *ex Sion, & videbis bonum Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ, & videbis filios filiorum tuorum, &c. Non sunt dicta bobus & asinis: ergo Sacerdotibus, Monachis & Monialibus.* IV. *Ecclesia est per homines propaganda; & cœlum replendum per homines, non per bestias:* sequitur *ergo quod antea, nimirum Monachis & monialibus esse jus & fas contrahendi matrimonii.* V. *Secundùm Pindari interpretem, perfectæ sunt nuptiæ, eò quòd perfectionem vitæ comparent: ergo ab hac vitæ perfectione non sunt cohibendi Sacerdotes, Monachi & Moniales.* VI. *Honorabile connubium in omnibus: ergo etiam in Monachis & Monialibus.* VII. *Unusquisque suam uxorem habeat: ergo etiam Sacerdos aut Monachus.* Et *unaquæque suum virum: ergo etiam Monialis.* Mirum, omissum illud: *Non est bonum hominem esse solum.* Item illud: *Melius est nubere, quàm uri.* An non sunt hæc egregia, hoc est, *Misenica* argumenta? An non insignia eruditionis *Lithinæ* seu *Steniæ* documenta?

Quibus meritò annumeres & hoc, cùm dixit: *scortationem simplicem oppositam esse justitiæ.* Nunc inscitiam corrigere volens, ait, H se nomine justitiæ non intellexisse justitiam *particularem*, sed *generalem*: quæ correctio, nisi fallor, erroris duplicatio est: licèt enim omne flagitium bono communi, quod justitiæ *generalis* immediatus quasi & proximus scopus est, aliquo modo adversetur; non adversatur tamen semper directè & *immediatè*, & ex agentis *formali* intentione; id quod necessarium est ad hoc, ut aliquod vitium propriè, & per se adversari dicatur justitiæ *generali*, tanquam propriæ & à reliquis distinctæ virtuti: alioquin quivis, dum peccat, duo minimùm pec-

A peccata specie inter se distincta perpetuò committeret; ùt scortator v. g. alterum contra temperaotiam, alterum contra justitiam *generalem*; & fur; alterum contra justitiam *particularem*: dum proximo rem suam subtrahit; alterum contra justitiam *generalem*; quatenus per hoc suum furtum bono communi obest. Quis verò Ethicus, aut Theologus, qui professionis suæ & facultatis gnarus esset, hoc unquam docuit?

B Jam verò non inscitia, sed iosignis fraus & impostura est; cùm ita Misenus scribit. *Consideret lector acumen Jesuitæ, vult esse duas causas legitimas mala permittendi: unam ait esse, cùm nulla est causa permittendi flagitium; ita secundum Jesuitam nulla causa permittendi flagitium, est causa permittendi, ô subtilitatem!* Rectiùs ego, ô sceleratam improbitatem, & calumniandi pruriginem! Egóne unquam dixi? *nullam causam permittendi esse causam permittendi?* Ostende locum, ostende, inquam; aut; sed præstat sycophantam jam depositum & desperatum, nec ullis vel co- C hortationibus vel objurgationibus sanabilem, missum facere. Dixeram: nullam fuisse causam, cur in Ecclesia Corinthiaca permitteretur fornicatio. Ex hoc meo dicto infert ille hanc consecutionem: *Nulla erat causa permittendi & tolerandi fornicationem: ergo nulla causa permittendi & tolerandi fornicationem est causa permittendi & tolerandi fornicationem.* O stuporem Misenicum; dignum animali & lapide ἀγέλαστῳ, hoc est, *irrisibili!* Celebrabatur olim, atque adeò in proverbium abiit: *Irrisibilis lapis.* Saxum videlicet in Attica, *in quo ferebatur consedisse* D *Ceres, cùm relicto cœlo, succensis facibus, Proserpinam à Plutone raptam quæreret*, cor gravissimo mœrore sauciata. Lapis hic migravit ex Attica in *Palatinatum*. Verè *lapis*; verè *irrisibilis*, sive ab *irridendo* nomini huic notionem indas; sive id στερητικῶς accipias: quod etymon ex mente hujus lapidis est; qui jam pridem negavit se esse *animal risibile*, eò quòd sit *irrisibile*; & quod hinc deducitur; *irrationale*.

Gravissimè, inquis, *peccat Magistratus, qui fornicationem permittit.* Fateor, si permit- E tat sine justa causa: si autem eam permittat, ut majora mala eviteotur; nego quidquam criminis admittere; ùt in utraque Apologia fusiùs demonstratum est. Nec tu contrarium probare potes, sed tantùm assertionem tuam repetis, quam tanti facimus probatione destitutam, quanti *cassam nucem*. Et quamvis videri velitis rigidissimi scortationis vindices; notum tamen est, in Evangelicis locis omnia hoc flagitio redundare; neque etiam Magistratum in scortatores animadvertere: Quod nihil aliud est, quàm permittere: illud enim à magistratu permitti dicimus, quod ipse suo in foro nulla pœna afficit; etiamsi committatur.

Quærit Misenus: Cur Cardinales se vocent F *illustrissimos*. Atqui nullum Cardinalium novi, qui sibi hunc titulum tribuat. At alii tribuunt. Ita. Sed nôsse debes, magnum esse discrimen inter hæc duo: se vocare *illustrissimum*: & ab aliis vocari *illustrissimum*. *Sunt tituli*, inquis, *Principum, cur ergo eos sibi vendicant?* Ideo, quia & ipsi Principes sunt Ecclesiæ. Cur Principes Ecclesiastici in Germania nominantur *Illustrissimi*; nisi quia & ipsi Principes Ecclesiæ sunt; non enim hunc titulum præcisè ratione temporalis jurisdictionis obtinent. *Si Cardinalium omnium ge-* G *nealogia examinetur*, inquis, *fortassis ex illis reperiantur, quorum proavi subulci fuerint.* At si tua genealogia examinaretur, fortassis invenirentur ex illis, quibus erat vel tota sepulchrum fuit; ùt majoribus Plautini illius parasiti. Eò majorem laudem meretur, quisquis humili stirpe procreatus, virtute & eruditione ad proximum primo in Ecclesia dignitatis gradum conscendit. Nullúm- H ne nôsti Regem, qui à vita *pastoritia* ad regnum pervenerit? *Malunt*, inquis, *vocari ἐπιφανεῖς quàm εὐσεβεῖς.* At si εὐσεβεῖς ipsi vocarentur, tu mirareris, cur non potiùs appellarentur ἐπιφανεῖς, *illustres*. Ita tibi nunquam & nusquam deest cavillandi & calumniandi materia aut occasio.

FINIS LIBRI TERTII.

APO-

APOLOGIÆ PRO VITA B. P. N. IGNATII, *LIBER QUARTUS.*

CAPUT UNICUM.

In quo potissimùm de B.P. Francisco Xaverio agitur.

A BRevior solito in hoc quarto libro est Misenus; calumniando & mentiendo, ùt videtur, in lassitudinem datus, tametsi alioqui in hac palæstra indefessus. Ingerit fabulam de Paphnutio, toties auditam, toties contritam, toties profligatam. Duas pagellas & paulò ampliùs, complet recitatione scripti cujusdam ex Jure Canonico collecti *de Majestate Pontificii Romani:* & Basileæ anno 1549. excusi; in quo tot propemodum sunt convicia & mendacia, quot verba; non ex Jure Pontificio desumpta, sed in Illyrici, aut alterius profani sectarii officina procusa: Quale
B enim hoc mendacium, quod effutiit sic loquentem Pontificem inducens: *Et licèt Christus præceperit, ne contendamus in judicio, sed pallium potiùs ei demus, qui tunicam à nobis in judicio quærit, persanctè tamen hæc abrogare potui: nec obstat, quòd Christus judicandi potestatem sibi non arrogaverit, sed potiùs respuerit, &c. Lites igitur fovere in Ecclesia mea, non est contra Evangelium, quia omnia illa, quæ lites prohibebant, abrogata fuerunt per leges meas de Rescriptis, de Electionibus, &c.* Omitto cætera; nam vel hæc recitâsse nimium est; adeò nugacia sunt & frivola. Et tamen his glandibus saginantur Lutheri & Calvini porci.

C Ait, *Divitiis templorum fures aliquando incitari ad effractionem & expilationem: & ab hoc periculo templa Calviniana esse immunia;* in quibus nihil, præter unum vel alterum craterem & cantharum, in usum cœnæ. Dictum hoc Miseni confirmant cùm alia plurima; tum Lutherani & Calviniani prædones innumeri; qui auri & argenti & pretiosæ supellectilis multis in templis Catholicorum reconditæ desiderio incensi, non priùs destiterunt, quàm templa illa spoliarent; & quidquid Thesauri continebant, in sua granaria convcherent; non minore conatu,
2. Mach. 9. certè majore successu, quàm Antiochus, templum Persepolitanum expilare aggressus. Sed num propterea malè egit Salomon, & alii Reges, qui templum Hierosolymitanum summa aureorum & argenteorum vasorum copia instruxerunt; quòd hæc tanta gazæ vis prædonibus ad prædandum illecebra esset ac invitamentum?

Nosse cupis, à quo sacrificium Missæ institutum sit, & quo tempore, & quo fine. Omnia hæc D disces cùm ex aliis, tum ex Bellarmino. Propter te discipulum indocilem non adducar, ut actum agam: quia multa necdum acta video, à me agi posse. Duo sacrificia agnoscimus: alterum cruentum in cruce: alterum incruentum in altari. Illud nunquam repetitur: Hoc repetitur & repetetur usque ad finem mundi; sicque tertium, quartum, quintum, imò centesimum & millesimum sacrificatur sacrificium; cujus una & eadem semper hostia Christus. Ex quo intelliges, quomodo Ignatius tertium, quartum & quintum sacrificium obtulerit; illúdque convicium: *sacrificuli isti nesciunt, quid dicant aut scribant:* ad te hoc modo mutatum transferes. *Profectò Misenuli isti nesciunt, quid dicant aut scribant.*

Rursus te torquet memoria Inquisitionis E Hispanicæ; *Inquisitionis*, inquis, *Hispanicæ, obtestor te per Ignatium, aut si quid tibi charius est Ignatio, ne mentionem facias. Causam nôsti.* Novi utique. Fur metuis furcam. Hæreticus quid? Nec contentus per omnia quasi *sacra* me obtestari, ut *Inquisitionem Hispanicam* silentio obvolvam; paulò pòst easdem preces iteras. *Inquisitionem Hispanicam, cujus vel solius nominis terror versatur in auribus animisque nostris, omittamus.* Quis preces tam supplices non exaudias? Sileamus igitur de re tibi tam molesta; & cruciaria. Sunt, qui trepident & expallescant audito vel solo *ranæ* aut *muris* nomine. Tu cohorrescis ad mentionem *Hispanicæ Inquisitionis.* Quod cur tibi eveniat, non opinor, necesse erit laboriosè in disputationibus Fracastorii aut Cardani, aut Scaligeri de *Sympathia* & *Antipathia* indagare. Causa longè magis in promtu est, quàm cur leo bestiarum fortissimus ad galli cantum expavescat.

Ais; *A Luthero expurgatam doctrinam E-* F *vangelicam:* sed *non perfectè & plenè. Plena enim & perfectæ expurgationis laudem servatam fuisse Zwinglio, Oecolampadio, Calvino.* At *Trinitarii* vendicant hanc laudem *Serveto;* alii

A alii aliis. Certè nisi expurgandi finem faciatis, periculum erit, ne tandem omnia Christiana dogmata expurgetis, vel potiùs exterminetis; ita ut hujus vestræ expurgationis mera & exterminationis terminus sit Mahometismus, aut Atheismus.

Sectam tuam mirè prædicas ab amore pa-
B cis. Fidem faceres, si bella Belgica; & olim Gallica, aliò nos non traherent. Pacifici estis, sed ita; si nemo vobis vel re vel verbo contradicat; Magistratúsque sit infra, non supra vos.

Xaverium uno responso diversis aliquando quæstionibus satisfecisse; necdum Misenus credit. Sed cum ideo factum non est; quia Misenus id animo suo persuadere nequit? Qui fortè nec Apostolos una lingua locutos à diversis diversarum linguarum hominibus intellectos credit. Idem de Apostolorum Domino refert Arnobius, quod haud scio, an ab alio proditum sit. En verba Arnobii. *Unus fuit è nobis, qui cùm unam emitteret vocem, ab diversis populis & dissona oratione loquentibus, familiaribus verborum sonis, & suo cuique utens existimabatur eloquio.*

C Corpus mortui Xaverii tamdiu incorruptum perseverâsse, adhuc pernegat Misenus; quasi pluris apud nos esse debeat ipsius pertinax inficiatio, quàm eorum, qui olim id viderunt, & ad posteros transmiserunt constans testificatio. Protuli multa ejusdem generis exempla, quibus lapis noster nihil commovetur; primo assensu assensurus, si quid simile de cadaveribus Calvini, Oecolampadii, Zvvinglii, Buceri, Martyris, Junii, Ursini vel per somnium narraretur. Non nova est hæc gratia, quippe crebrò Sanctis & Electis Dei concessa, & in his (præter eos, quos in Apologiis commemoravi) S. Amando, cujus corpus post 16. à funere annos incorruptum repertum est. S. Ansberto; Nicephoro Patriarchæ Constantinopolitano: Joanni Eleemosynario, cujus corpus post tot sæcula corruptionis prorsus expers Turcarum Imperator ad Matthiam Hungariæ Regem dono misisse dicitur. Etiam corpus Simeonis Stylitæ diutissimè incorruptum mansit, quod testatur Nicephorus, ut præteream corpus Prophetæ Zachariæ, qui sub antiqua lege hinc decedens, postea Christianis temporibus perspicuum documentum dedit, Deum, solere interdum ipsa incorruptione corruptibilis alioqui corporis incorruptionem animarum demonstrare, *Propheta*, inquit Sozomenus, *tametsi jam sæculis plurimis sub terra jacuisset, vivus tamen adhuc apparebat, capite raso, naso oblongo, barba modicè prominenti, capite breviusculo, oculos habens aliquantulum profundos, ac superciliis contectos.*

Apud Surium Tom. 1. & Tom. 2.

In compen. Surii Tom. 1.

Niceph. lib. 14. cap. 41.

D In hoc argumento versutiùs paulò versatus est Calvinianus Witackerus, qui contra Notas Ecclesiæ à Bellarmino adductas disputans, in omnes quidem partes se versat, ut E miracula Xaverii, à Bellarmino citata, & maximè hoc de incorruptione corporis eludat. Et initio quidem simpliciter ea inficiari videtur instar Miseni, postea tamen animadvertens, se nimis impudentem fore, si hanc viam, è vestigio apertè, & absque fallaciæ tegumento, ineat: hæc subjungit. *Ne putet quis, me hæc miracula omnino contemnere, respondeo, fieri posse, ut in regno Pontificio fuerint hujusmodi miracula, & nunc sint; nam primò Deus dat interdum, ut impii & falsi doctores faciant miracula, non quidem ad falsam doctrinam confirmandam, sed ad populum tentandum, ùt patet Deut. 13.* Verùm adhuc sub judice lis est; utrum à vera fide alieni vera miracula patrent: non enim desunt, qui id negent; ùt in Notis ad Historiam Joannis Cantacuzeni copiosiùs demonstravi. Cujus sententiæ patroni à partibus suis stantem habent Irenæum sanctissimum & antiquissimum Martyrem, qui de hæreticis ista: *Nec enim cæcis possunt donare visum, neque surdis auditum, neque omnes Dæmones effugare, præter eos, qui ab ipsis immittuntur, si tamen & hoc faciunt: neque debiles aut claudos,* F *aut paralyticos curare, vel alia quadam parte corporis vexatos, quemadmodum sæpe evenit fieri secundùm corporalem infirmitatem, vel earum, quæ à foris accidunt, infirmitatum, bonas valetudines restaurare, tantùm absunt ab eo, ut mortuum excitent, quemadmodum Dominus excitavit, & Apostoli per orationem & in fraternitate sæpissimè propter aliquid necessarium, ea, quæ est in quoquo loco Ecclesia universa postulante, per jejunium & supplicationem multam reversus est spiritus mortui, & donatus est homo orationibus sanctorum.* Hæc & plura talia S. Irenæus. Eidem sententiæ adstipulatur seu Justinus, seu quis alius est Auctor *Quæstionum & Responsionum* ad Orthodoxos: qui gratiam patrandi miracula hæreticis simpliciter negat.

Iren. lib. 2. cap. 56. Vide etiam Iren. lib. 1. cap. 8.

Justin. Quæst. 100.

G Omitto alia & alios brevitatis causa. Cùm igitur Witackerus miracula, quæ de Xaverio commemorantur, fateatur esse vera; tam facilè elabi non potest, quàm ipse sperat, dicendo, etiam hæreticos miracula facere. Nam si quis hoc neget, quò se vertet Witackerus? Deinde si Hæretici miracula edere possunt, mirum, nulla ab illis hoc tempore edi, cùm tanta sit hæreticorum ubique turba. Et hoc magis mirum est, si ipsi, ùt sibi persuadent, sunt *Orthodoxi;* verúsque grex Christi: nam in vera Ecclesia perpetua est quasi miraculorum successio.

H Aiunt, *se non indigere miraculis, initiò Christianismi opus fuisse miraculis. Sed cùm fateantur initiò opus fuisse miraculis, meritò requirimus & ab istis miracula;* inquit non immeritò Erasmus, *si nobis tot Ecclesias objiciant pro miraculis, responderi poterit, olim Arianos plures habuisse Ecclesias, quàm Orthodoxos, & Mahumeticam sectam latiùs patere, quàm Christianam reli-*

Erasm. ad frat. infer. Germ.

A *religionem, quanquam isti, si cum Orthodoxis conferantur, quota portio est orbis Christiani?*

Verumenimverò, licèt concederemus, Hæreticos miracula patrare posse; at posse grandia & ordinariè, & quasi potestate per manus à majoribus accepta, ùt contingere solet in Catholica Ecclesia, id inauditum est: nam, ùt Irenæus ait, & recitat quoque Eusebius, *plurimum abest, ut hæretici possint mortuum suscitare, sicut Dominus ipse, sicut ejus Apostoli, prædicationis subsidio adjuti, sicut alii è fratribus complures suscitârunt.* (Eufeb. lib. 5. hist. c. 7.) At Xaverius mortuis vitam, claudis gressum, mutis loquelam, surdis auditum restituit, & alia plura planè grandia, omnémque naturæ facultatem superantia gessit. Et de quo unquam hæretico auditum est, corpus ejus integrum, vividúmque & incorruptum perstitisse, etiam inter illas causas, quæ vel vivum corpus, nedum cadaver, absumere & conficere possent, ùt inter calcem?

B Adhæc licèt certum exploratúmque esset, Hæreticos divina ope adjutos, aliquando non vulgaria; sed prorsus eximia miracula edere; attamen adhuc Witackero probandum restaret, Xaverium fuisse *hæreticum.* Quod quo argumento conficiet? Num isto? *Fuit Pontificius: ergo hæreticus.* Sed vel à pueris statim exsibilabitur. Num isto? *Profectus ad Indos, Japonas, Sinas, Evangelium prædicavit: ergo fuit hæreticus.* At hic multò magis explodetur. Quia nota hæc non denotat Hæreticum, sed Orthodoxum: nam ùt jam pridem verissimè Tertullianus dixit: Hæreticis non est cura convertendi Ethnicos, sed *evertendi nostros.* Quos Ethnicos converterunt Calviniani & Lutherani? Monstrent vel unam Ecclesiolam suam ex Ethnicis ad fidem traductis constitutam. Quare si Witackerus demonstrare velit, Xaverium fuisse hæreticum; necessariò demonstrare debebit, Ecclesiam, in qua vixit, esse hæreticam. At quando hoc vel ipse vel alius quicunque Sectarius demonstraturus est? Conati sunt multi reperire hanc demonstrationem. Sed conatu irrito: Nec aliud retulerunt, quàm risum, inscitiæ suæ & impudentiæ competens præmium.

Illud fermè exciderat, ex loco Deutero-
C nomii, quem Calvinista citat, non probari, Hæreticos posse vera miracula facere; sed tantùm hoc, posse illos, aliqua vel per somnium, vel aliunde cognita prædicere, quod non rarò absque miraculo fieri potest instinctu Dæmonis, res futuras prævidentis; aut id, quod ipsemet facturus est, somniatori vel Vati suo patefacientis.

Pergamus. Videns hæreticus in prima sua
D responsione parùm roboris inesse, ad aliam, eámque olim Judæis, & Ethnicis, hodiè sectariis valdè usitatam confugit; nimirum, quæ de Xaverio litteris prodita sunt, *non fuisse vera miracula; sed Diaboli ludibria.* Quod verisimile foret, si Witackerus planum faceret, Xaverium fuisse similem illi Marco, E
qui, teste Irenæo, *Anaxilai ludicra cum nequitia eorum, qui dicuntur magi commiscens, per hæc virtutes perficere putatur apud eos, qui sensum non habent, & à mente sua excesserunt;* (Iren. lib. 1. cap. 8.) vel *Simoni, Carpocrati, & si qui alii virtutes operati, non in virtute Dei, neque in beneficiis hominibus facientes ea, quæ faciunt; sed in perniciem & errorem per magicas elusiones & universa fraude plus lædentes, quàm utilitatem præstantes his, qui credunt eis, in eo, quod seducant.* (Iren. lib. 2. cap. 56.) Hoc dum Witackerus non probat; minimè nobis fidem faciet, Xaverii miracula fuisse ficta à Diabolo phantasmata. Hoc citiùs nobis persuadebimus; & hunc, & alios sectarios hanc calumniandi libidinem accepisse à Judæis & Ethnicis, qui & ipsi evidentissima orthodoxorum miracula aut Dæmoni ipsi, aut præstigiis Magicis adscribebant.

F Quod in specie attinet ad incorruptionem corporis Xaveriani, negat primò, id accidisse: causam reddit istam: *quia de nullo sanctorum simile quid legitur: non est autem probabile, corpus hujus Jesuitæ Deo charius & gratius fuisse, quàm corpora aliorum.* Sed quanti pretii sit & hæc ipsa assertio, ejúsque probatio, planum relinquitur ex dictis; Nam de multis aliis idem proditum est, quod de corpore Xaverii; quorum aliquos paulò antè, alios in prioribus Apologiis nominavimus.

G Addit Witackerus; *si factum sit, factum esse Dæmonis opera, qui odorifera, & à corruptione præservantia aromata corpori Xaverii apposuerit.* Verùm qui corpus Xaverii Goam revectum oculis usurpârant, illi nihil aromatum, additum deprehenderunt; sed calcem, quam si Witackerus inter aromata Indica numerat, est, quòd Germani sibi gratulentur, quia & ipsi hoc aromatum genere abundant. Deinde cacodæmon, qui tot clades à Xaverio acceperat; quem ex tot mortalium cordibus & templis expulerat, infestissimus erat viventi adhuc Xaverio; quippe quem preces ad Superos fundentem erebriùs non aliter tractârit, quàm olim magnum illum Eremi incolam Antonium. Quocirca à vero penitus abhorret, capitalem illum generis humani hostem, superstitem voluisse in suo cadavere Xaverium, quem viventem ex rerum natura penitus exterminatum, & si fieri potuisset, ad nihilum redactum discupiebat.

H Mira autem est isthæc ad veritatis lucem hæreticorum tergiversatio: qui, quæ totius Indiæ consensu, multorúmque inspectione, &, ut sic loquar, *oculari* testificatione, tótque testibus juratis, & regiis etiam Regum Lusitaniæ diplomatis, comprobata & confirmata sunt, variis strophis, vel potiùs diabolicis calumniis eludere & opprimere conantur, tantùm ea mente, ne veritas radios suos efferat, falsíque caliginem dispellat.

A lat. Sed cœci sunt, cœcorúmque Duces; quomodo veritatis lumen intuerentur? *Lumen hoc sensibile, quod oculis usurpamus*, inquit Theodoretus, *sive id supernè ad nos deferatur, sive hic in terris humano artificio comparetur, intuentibus planè indicat, quid sit aurum, quid argentum, quid æs item, quid ferrum, aliarúmque rerum materiam pari modo ostendit: quin & colorum figurarúmque, nec non plantarum atque animalium differentias idem docet. Sed enim, qui sunt acri oculorum obtutu, soli rerum hanc discretionem percipiunt:* οἱ γὰρ δὴ τυφλώττοντες, *excutientes, nihil prorsus ad solis radios assequuntur, cùm ne ipsam quidem*
B *videant luminis claritatem. His itaque persimiles esse noscuntur, qui intellectuale veritatis lumen intueri nolentes, amant in tenebris ignorantiæ diversari, veluti aves illæ, quæ noctu tantummodò volitantes, meritissima noctis nomenclatura signantur. Noctua siquidem ac nycticoraces, ut inimicam sibi lucem fugiunt;* E
amant verò tenebras, tanquam maximè salutares. Atque his quidem nemo sanæ mentis indignetur, atque succenseat; natura enim ab initio genus hoc vitæ eis addixit: qui verò ultrò seipsos tenebris adjunxerunt, quidnam, quæso, veniæ consequantur, præsertim cùm divina lux veritatis omnem continentem cunctásque Insulas suis radiis latè complérit, orbisque totius fines ac terminos occupârit? Nimirum τὸ τῆς οἰήσεως πάθος *vanæ opinionis affectio non sinit illos nebulam dispellere ac dissipare; putant enim se op-* F
timè præ cunctis mortalibus, veritatem intueri & possidere; cùm sint ipsius falsitatis vilissima mancipia, ad omnem doctrinæ auram mobilia & circumferri coosueta, vita potiùs, quàm de mendacii statione cedere parata.

FINIS LIBRI QUARTI.

APOLOGIÆ PRO VITA B. P. N. IGNATII, *LIBER QUINTUS.*

CAPUT UNICUM.

Indicantur & refelluntur crassiores quædam Miseni ineptiæ & calumniæ.

C S. August. lib. 1. contra Julian.

SAnctus Augustinus scribens contra Julianum Pelagiaoi dogmatis assertorem; sic initio disputatioois eum alloquitur. *Primùm abs te quæro, cur libro meo saltem specie tenus te respondisse glorieris, cùm tuis libris quatuor unius mei partem, nec quartam reprehendendo tetigeris, eósque saltus in prætereundis meis disputationibus feceris, quasi omnino desperares utriusque operis, & mei scilicet & tui, quemquam esse posse lectorem, qui ista deprehenderet.* Jure & ego bac D. Augustini oratione ad Misenum utar, qui quinque meis libris respondisse videri vo-
D lens, pleraque, eáque potissima præterit; & Calviniana levitate hinc inde, quædam duntaxat libat, ut carpat, scholiísque suis, hoc est, meodaciis & sycopbantiis adspergat; id quod maximè facit in libro quinto, cujus vestibulo bæc verba statim præfixit: *Ignatiani luminis ne scintillam quidem mihi exoptem.* Et ego multò minùs totum Calviniani Evangelii solem mihi exoptem; cujus radii adeò sunt lucidi, ut occæcent, cujuscunque oculos contingunt, éxque videntibus G
è vestigio talpas redduot; quibus tamen, etsi universæ lucis expertibus, perpetuos hic mos, ut videntes à lumine ad suas tenebras cæcitatémque invitent ac pellicere studeant, quibus oos occinimus illud, quod olim Origenes Celso fratri tuo.

H Orig. lib. 6. cont. Cels.

Celsus (Misenos) *& similes conantur tenebras oculis nostris offundere: nos verò luce verbi dispellimus tenebras impiorum dogmatum. Posset enim Christianus dicere Celso* (Miseno) *levibus & obscuris nugis perstrepenti, nihil illustre in tuis video sermonibus: non enim è tenebris in claram lucem nos Celsus producit, sed vult è luce in tenebras retrahere, faciens ex luce tenebras, & lucem ex tenebris: nos autem oculis animarum nostrarum apertis per verbum Dei videntes, quid intersit inter lucem & tenebras, in luce modis omnibus persistere decrevimus, tenebris verò haudquaquam volumus accedere. Cæterùm lux vera, quoniam etiam viva est, scit, cui splendor ostendendus sit, cui lux, non sustinenti splendorem propter oculorum imbecillitatem. Quòd si qui meritò dicendi sunt oblæsos habere oculos, in nullos id dictum magis competit, quàm in occupatos spiritu ignorantiæ, & in istos, qui affectibus variis impediti, nequeunt veritatem cernere.*

 Qui

In leg. quad. in Concil. Chalced. Act. 3.

A Qui verò isti? Præclarè Imperatores Valentinianus & Marcianus: *extremæ dementiæ est in medio & perspicuo die commentitium lumen inquirere: quisquis enim post veritatem repertam, aliquid ulteriùs discutit, mendacium quærit.*

S. Ephr. Tom. 2. in illud: Attendete tibi, &c. cap. 10. Nazianz. Orat. in S. Athan. Niceph. lib. 8. Hist. Eccles. cap. 4.

B Vitam S. Antonii à S. Athanasio Episcopo Alexandrino, & quidem ab illo, cui magnitudo rerum gestarum cognomentum Magni peperit, in litteras esse missam, testantur præter jam antea citatos Patres, S. Ephræm Syrus, S. Gregorius Nazianzenus, Nicephorus Callistus: Quare in fumum dilabitur illa tua evasio. *Hoc, credo, mihi dederis, potuisse reperiri Monachos, qui Athanasio ὁμώνυμοι essent, & ab Athanasio aliquo conscriptam potuisse referri ad magnum illum Athanasium.* Ego verò nequaquam tibi concedo, quidquid fieri potuit, id ideo factum esse. Potuit vita Antonii ab aliquo alio Athanasio conscribi, & postea per errorem ad *magnum* illum transferri. An ita factum est? Negant scriptores antiquissimi, quorum plures eodem sæculo, quo ipse Magnus Athanasius, floruerunt. Omnes hanc vitam ad Magnum Athanasium, tanquam ad parentem referunt, ad magnum, inquam, Athanasium; cui Ariani, fratres vestri, olim tot insidias struxerunt, tótque molestias creârunt; & quamvis nolentes ac inviti, non pauciores laureas & triumphos pepererunt.

C Persistis in sententia tua de apparitionibus, videlicet, omnes esse falsas & commentitias, à quocunque de quocunque litteris commendatæ fuerint. Brevis profectò & expedita ratio se se expediendi. Ita olim expediebat se Celsus, germanus tuus, ab omnibus apparitionibus, quæ in antiquo & novo testamento factæ produntur; Jámque minùs mirum est, quod Ribadeneiræ mira de Ignatio percensenti fidem abrogas, cùm nihil fidei & auctoritatis gravissimi & antiquissimi scriptores apud te testimonio suo reperiant. Utar ego hîc defensione illa, qua olim pro Evangelistarum veridica gloria contra calumniatorum vanidicam proterviam usus est Eusebius Cæsariensis: nec immeritò utar; quia ùt ille, ita & ego veritati adversùs falsitatem patrocinari cogito.

Euseb. lib. 3. de demonst. Evang. cap. 7.

D *Qui tales viros*, inquit Eusebius, *fictionibus usos ac mentitos putant, & tanquam impostores infamia probrisque notare conantur, cur non ipsi potiùs & ridiculi sunt, & odio invidiáque digni, tanquam omnis veritatis inimici habentur; qui quidem viros tam ab omni malitia alienos, támque sine fuco, veréque sincerum animum in suis scriptis præ se ferentes, malitiosos quosdam & callidos audent fingere sophistas, tanquam eos, qui quidquid scripserint, commenti sint, & suo præceptori, quæ ille nunquam fecerit, ad gratiam tribuerint? Sanè commodè mihi dictum videtur, aut prorsus credere oportet JEsu discipulis* (Scriptoribus rerum à Sanctis gestarum) *sicut reliquis quoque scriptoribus; aut si non his, ne reliquis quidem.* E *Cur enim, si solis his viris detrahenda sit fides, non etiam reliquis omnibus, quicunque unquam aut apud Græcos, aut Barbaros vitas aut orationes, aut commentaria conscripserunt, eorum, qui variis temporibus in aliquo genere virtutis atque officii præstiterint; aut si dicis, aliis quidem credere æquum esse, at his solis non credere, cur non hoc planè ad invidiam referatur? Quòd si demus illos de præceptore suo fuisse mentitos, & quæ ille nunquam fecerit scriptis fuisse complexos, num etiam de iis mentitos, quæ idem passus est, dare possumus?*

F Et cùm enumerâsset Eusebius pleraque omnia, quæ Christus longè indignissima in passione sua tulit; subjungit. *At enim & hæc, & quæcunque alia de his similia feruntur, aut ficta esse oportet ab illius discipulis, aut in his quidem tanquam verissimis, illis credendum est, in reliquis verò, quæ clariorem illum, venerabiliorémque reddunt, non credendum. Sed hæc de iisdem sibi ipsi contraria opinio inde confirmabitur. Dicere enim eosdem de eodem & vera prodere, & mentiri, nihil aliud est, nisi contraria eu eodem de iisdem rebus dicere.* Sic Missenus quoties in Ignatii vita legit aliquod miraculum, aut apparitionem ejusmodi, G qualis nulli Calviniano aut obtigit, aut obtinget, statim Ribadeneiram vitæ Ignatianæ scriptorem mendacii arguit. At simul atque in ejusdem Ribadeneiræ libro legit, Ignatium ante suam ad Deum conversionem, vitæ hujus vanitatibus fuisse addictum, in carcerem item conjectum, Parisiis ad Inquisitorem delatum, Romæ graviter accusatum, variisque contumeliis à variis exagitatum; statim proclivi assensu assentitur, & Ribadeneiram, tanquam verissimum Historicum amplectitur.

H *At quomodo hæc refellentur?* inquit Eusebius. *Si enim hoc illis fingendi propositum fuit, ut mendaciis suum præceptorem ornarent, cur illi ea, quæ modò diximus, adscripserunt? Aut cur posteris indicârunt, quòd & tristis fuerit, & tædio affectus, & animo turbatus? aut quòd ipsi illum deseruerint atque abierint? Aut qui omnibus ipsis præpositus fuerat Apostolus illius & discipulus Petrus, nullis neque tormentis, neque tyrannicis minis ter illum abjuraverit? Hæc enim, etsi alii dixissent, neganda tamen ab iis fuêre, qui nihil aliud in scribendo sibi proposuissent, nisi ut reverentiam præceptori compararent. Quòd si veridici in tristioribus de illo narrationibus videntur, cur non in iis item, quæ lætitiam, gloriámque habent, multò magis, quàm sibi ipsis contrarii? Nam quibus unum propositum fuerit mentiendi, ab iis si qua offendunt, ea in primis, aut præteriri oportebat silentio, aut si id non poterat, negatione refelli. Quis enim apud posteros ea, quæ tacuissent, reprehendere unquam potuisset? Sed si mentiri decreverant, cur non illud quoque mentiti sunt, Judam, qui osculo illum tradidit, simul ac proditionis signum ostendere*

A *dere ausus est, in lapidem esse conversum? Et qui alapam ei inferre ausus est, ejus continuò dexteram aruisse? Et Caipham Pontificem, propterea quòd falsis contra eum criminibus consenserit, oculis captum fuisse? Cur verò non omnes mentiti sunt, significantes, nihil planè illi, quod possit offendere, evenisse. Sed ipsum quidem evanuisse, forúmque & judicia illorum risisse, qui verò illum comprehendere visi fuerant, divinitus illusos, contra illum se agere, quæ egerunt, tametsi non aderat, credidisse? &c. Qui igitur in iis, quæ dedecus habent atque tristitiam, veritatem corrumpere ausi non sunt, cur non in reliquis quoque, quæ de illo protulerunt, digni habentur, quibus absque suspicione falsitatis credatur, etiamsi miracula narraverint?*

B Hæc & plura hujus generis Eusebius, quæ quorsum spectent, ipse Misenus satis intelligit; intelligunt & alii, quibus Misenicus genius notus, cui hæc consuetudo, ut in Ribadeneira, quæ vult, credat; quæ non vult, non credat: ùt quando audit, Ignatium Parisiis incidisse in periculum virgarum, cupidissimè id credit, imò vehementer dolet, periculum illud ad rem collatum non esse. At quando in eodem Ribadeneira legit, D. Virginem, aut Christum Ignatio apparuisse, hic frontem corrugat, nasum contrahit, in omnia & per omnia se versat, ne assensum præbere cogatur. Quæ hæc ingenuitas, nisi Calvinistica? Sed omitto hæc jam sæpius tractata & decantata.

C Etiam astorgiæ & inhumanitatis crimen Ignatio intentat, quod & aliàs intentârat. Quid ita verò! Quia litteras quasdam, à cognatis allatas, nec lectas quidem, in ignem conjecerat, cùm sub ipsum precationis tempus allatæ fuissent. Hoc Ignatii factum Lithus digerere nequit; & tamen inter cætera præcepta, quæ vitandæ curiositati præscribit Plutarchus, hoc etiam unum est, ne quis litteras acceptas cupidè arripiat, & si vinclis solvendis cultellus desit, vel dentibus vincula solvat: prorsus enim hanc nimiam cupidinem virum gravem dedecere, qui hoc ipso facto suo prodat, quàm parùm suas cupiditates sua in potestate habeat, διὸ καὶ πρὸς ταῦτα συνεθιστέον αὐτὸς, ἐπιστολὴν κομισθεῖσαν μὴ ταχὺ, μη-

Plutarch. lib. de curiositate.

D δὲ κατεσπευσμένως λῦσαι. καθάπερ οἱ πολλοὶ ποιοῦσιν, ἂν αἱ χεῖρες βραδύνωσι, τοῖς ὀδοῦσι τοὺς δεσμοὺς διαβιβρώσκοντες. *Propterea & ad hæc assuefacere nos debemus, ut si qua epistola adferatur, eam non citò & præcipitanter solvamus & aperiamus, quemadmodum multi faciunt, quibus si manus nimis videantur tardæ, dentibus vincula solvunt.* Addit & illud præceptum Plutarchus: ἀγγέλου ποθὲν ἥκοντος μὴ προσδραμεῖν, μηδὲ ἐξαναστῆναι φίλου τινὸς εἰπόντος ἔχω σοί τι καινὸν εἰπεῖν πρᾶγμα μᾶλλον εἴτι χρήσιμον ἔχεις, ἢ ὠφέλιμον. *Neque nuncio quopiam veniente accurrendum, neque assurgendum amico* E *dicente; habeo novi quidpiam, quod tibi nunciem. Magis id faciendum, si quid, quod vitæ conducat, nunciare habeat.* Hæc Plutarchus, qui licèt Ethnicus, factum tamen Ignatii laudibus, nil dubito, affecisset, utpote à curiositatis vitio quàm maximè remotum; tu tamen homo Christianus: illud reprehendis; sed Christianus nomine, non re; tametsi totis viribus contendis, te etiam reipsa Christianum esse. Quod ego non gravatè mihi persuaderem, si Christiani definitio elucerer in Miseno: Nam hæc omnia Christiani nomen *in se continet*, inquit Eusebius, *nimirum, ut sit Christianus, qui per Christi cognitionem & doctrinam, modestia, justitia, arduarum re-* F *rum in vita perpessione & tolerantia, virtutis constantia, pietatis etiam verique cultus confessione, uni & soli Deo super omnia attribuendi, præstet excellatque.* Quæ veri Christiani Symbola in te non inesse, longè certior sum, quàm quòd non sis *animal risibile*: Hoc enim si homo sis, tibi, licèt sanctè id affirmanti, credere non possum; at quòd homo sis, & non *Christianus*, id tibi nulla difficultate assentior, quia Calvinianus es; Calvinianus autem tam parùm Christianus est, quàm lapis *animal risibile*.

Eusch. libr. 1. Hist. Eccles. cap. 4.

De sævitia Ignatii, quæso, ne conquera- G re; nos enim, qui sub disciplina ejus vivimus, non conquerimur. Quid ad te hominem Evangelica libertate & *plerophoria* gaudentem exempla severitatis, quæ statuit Ignatius! *Non tantùm leges decenter ferre summa bono est, sed etiam sancitas accuratè custodire, & ad effectum deducere, transgressorésque competentibus pœnis subjicere*, inquit Imperator: *Quæ enim legum erit utilitas, si in litteris duntaxat consistant, non etiam per ipsa facta atque opera, subditis utilitatem de se præbeant?*

Quod Leo Imperator sapienter edixit, hoc noster Ignatius etiam absque Leonis præscrip- H to, ex ipsa prudentiæ regula sibi observandum & efficiendum putavit. *Simul nimia austeritas & severitas, simul immoderata lenitas & clementia ex æquo utraque, quod utile est, intervertunt: Etenim & qui supra modum præfractus est, & qui lenitatem gravitate miscere nequit, uterque sive alicui uni, sive familiæ, sive civitati præsit, quibus præfectus est, cum illorum detrimento res administrat. Oportet enim, ut, qui rectè præfuturus est, quemadmodum temperata, salubriáque loca æquabiliter mixtas habent aëris qualitates; & ipse affectionum commixtione ad rerum administrandarum utilitatem attemperata, se moderatum præbeat, neque morositate gravis, atque intolerabilis sit, neque indecora lenitate despicabilis, & ad gubernandum ineptus fiat. Quod autem de aëre dicimus, hoc certè & in legibus omninò servari convenit: nam oportet leges, eùm omnino Reipublicæ principes sint, quam dixi, contemperaturam conservare; neque ad severitatem aut lenitatem nimiùm respicere.* Hæc Imperator ille, ad no-

Leo Novel. 67.

A nostrum propositum valdè accommodata.

Obedientiam celerem & promptam, quòd rides, officium facis ingenii ad quævis potiùs, quàm ad obedientiam parati. *An nescis laudatum illius factum, qui*, ùt Arrianus testis & auctor est, *cùm receptui tuba cani audiret, sese continuit, ac majus operæpretium censuit, mandato Imperatoris obedire, quàm quod sua interat, facere.*

Arrian. libro 2. cap. 6.

B Trita illa nimísque vulgata per hæreticorum compita & gymnasia, commenta, quòd scriptura sit secundùm nos *imperfecta, manca, mutila, cereus nasus*, prætereo; quia indignum est, ut post ent præclaras defensiones & explicationes quidquam verborum cum istis vitilitigatoribus commutetur: qui Biblia semper in ore, & procul à corde babent; qui legunt, nec intelligunt, vel potiùs intelligendo faciunt, ut nihil intelligant.

C Prædictis mendaciis annumeretur & hoc: *multos fuisse combustos tantùm propterea, quòd Biblia legerint.* Nullus unquam in cineres versus est propter Biblia, sed propter hæresin ex Bibliis malè lectis baustam, & pertinaciter defensam, & quidem plerumque ex Bibliis Lutherano aut Calviniano veneno infectis, eáque de causa interdictis. *At prohibentur aliquibus locis Biblia vulgari lingua.* Non injuria; quid enim rudi vulgo cum Scriptura? ex qua, vitio suo, citiùs baurit falsum, quàm verum, quia proprii cerebri filum sequens, non tam attendit ad Scripturæ sensum, quàm ad suum. *Ad sacras Litteras non ignavam vel supinam mentem adferre oportet*, inquit S. Cyrillus, *quasi in tam eximiis rebus ludere sit licitum: dum à via recta, nescio quomodo excidunt, & in alteram moventur ac deflectunt. Regia enim via incedendum esse, non aliud esse dixerim, quàm nec ad dexteram, nec ad sinistram declinare. Vide enim, quàm incircumspectè ad omne illud, quod ipsis probatur, contendant, non expendentes, vel probantes, quænam scripta congruant verbo nudo, &c.*

S. Cyrill. Dialog. 1. de Trin.

D Cùm Moyses legem Dei litteris mandâsset, non tradidit exemplaria libri promiscuæ multitudini: Sed *Sacerdotibus filiis Levi, qui portabant Arcam fœderis Domini, & cunctis senioribus Israël: præcepitque eis dicens: post septem annos, anno remissionis, in solennitate tabernaculorum, convenientibus cunctis ex Israël, ut appareant in conspectu Domini Dei tui, in loco, quem elegerit Dominus, leges verba legis hujus coram omni Israel, audientibus eis, & in unum omni populo congregato, &c.* Si eo tempore tam Biblici fuissent Hebræi, quàm Biblici nunc sunt Calviniani & Lutherani: expostulâssent cum Moyse, quòd legem à se scripto comprehensam, solis sacerdotibus & populi senioribus tradidisset: quin & exemplaria magno clamore sibi dari postulâssent pro privata & domestica lectione: addidisséntque, se Marte suo lecturus legem; nil opus esse, ut à sacerdotibus & populi Antistitibus, certis solemnium dierum conventibus prælegeretur & explicaretur. E

F Nec illud etiam in Moyse tolerâssent; quod sacræ litteræ his verbis referunt: *Postquam ergo scripsit Moyses verba legis hujus in volumine, atque complevit, præcepit Levitis, qui portabant arcam fœderis Domini dicens: Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri.* At Israëlitæ, si Calviniano aut Lutherano spiritu agitati fuissent; occlamâssent: Nequaquam; *sed describite librum istum, multiplicate exemplaria, date legenda sartoribus, sutoribus, cerdonibus, tignariis, cæmentariis, &c.* Deuter. 31.

Cùm post exilium Babylonicum Judæi in patriam revertissent, eundem legis librum diligenter evolverunt. Sed qui? Num vulgus? *Attulit Esdras Sacerdos legem coram multitudine virorum & mulierum, cunctisque, qui poterant intelligere; in die prima mensis septimi. Et legit in eo apertè in platea, quæ erat ante portam aquarum, de manè usque ad medium diem, in conspectu virorum & mulierum, & sapientum, & aures omnis populi erant erectæ ad librum.* Si auditores isti fuissent Lutherani aut Calviniani, libri exemplaria importunis vocibus ab Esdra efflagitâssent, ne bac lectione etiam intra privatos parietes proprio studio & industria, fruerentur. G

2. Esdræ 8.

Addit Scriptura. *Stetit autem Esdras Scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, & steterunt juxta eum Mathathias, & Semeia, & Ania, & Uria, &c. Et aperuit Esdras librum coram omni populo, super universum quippe populum eminebat, &c. Et legerunt in libro legis Dei distinctè & apertè ad legendum, & intellexerunt, cùm legeretur. Dixit autem Nehemias (ipse est Athersata) & Esdra Sacerdos & Scriba & Levitæ interpretantes universo populo: Dies sanctificatus est Domino Deo nostro, &c. Abiit itaque omnis populus, &c. quia intellexerant verba, quæ docuerat eos. Et in die secundo congregati sunt principes familiarum universi populi, Sacerdotes & Levitæ ad Esdram Scribam, ut interpretaretur eis verba legis, &c.* Tandem subjicitur: *Legit autem* (Esdras) *in libro legis Dei per dies singulos à die primo usque ad diem novissimum, &c.* Illustre profectò speculum, etsi nec Lutheranum, nec Calvinianum; quis Scripturam legere & interpretari, & quis legentes & interpretantes audire debeat; & ubi. Et hinc evidenter elucescit, nihil minùs apud Hebræos viguisse, quàm solemnem istum sectariorum morem, nimirum, ut quivis ex infimo etiam vulgo librum legis baberet, legeret, & tereret, suóque arbitratu intelligeret; sed lectionem verámque intelligentiam à Sacerdotibus & Doctoribus, ab illo præsertim, qui in *altum* evectus *gradum* supra H

pra

A pra *omnes eminebat;* petendam fuiſſe; quem pro vero Scripturæ ſenſu aſſequendo, ne ipſi quidem familiarum principes & ſacerdotes adire detrectabant.

B De imaginibus primorum Patrum & Symbolis ſubſcriptis, ſatis actum in priore Apologia. Nec tu quidquam adducis, quod refutationem potiùs, quàm irriſionem mereatur, homo omnium imaginum boſtis, exceptis *Prædicanticiis*, quæ paſſim jam circumvolitant, venaléſque exponuntur; non ſine promiſſis barbis, imò non ſine prælongis *myſtacibus* in morem Turcicum utrinque dependentibus, qualis eſt effigies tui Parei, quæ adjunctum habet Epigramma Encomiaſticum, tam veram laudationem continens, quàm verus eſt ipſe Miniſter Evangelii. Mira impudentia, poſtquam ſectarii omnium Divorum imagines exterminârunt, ſuas mundo obtrudunt. *At non cultus causa*, inquiunt. Et tamen Prædicantium nullus eſt, tam rigidus, qui veniam facilem non largiatur, ſi ſuæ imagini oſculum ferri aut videat, aut audiat. C Et quis ſcit, an non reperiantur Evangelicæ *aniculæ*, quæ has Reliquias admodum ſcilicet pretioſas non modò appenſione & geſtatione ex collo; ſed & ſuffitu venerentur; quo honoris D genere colebant olim Simoniani imagines Simonis Magi & Helenes, teſte Euſebio, qui ait: *Coràm pictura & imaginibus tum ipſius Simonis, tum Helenæ proſtrati; odoribus incenſis victimis & libamentis eos venerari ſedulò pergunt.* Et hic finis eſto Apologiæ tertiæ contra Miſenicum *literionem; ſic enim potiùs, quam literati appellandi ſunt*, inquit ſanctus Auguſtinus, *qui legendo literatos, nihil ſapere didicerunt.*

Euſeb. lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. 12.

S. Aug. lib. 1. cont. adverſ. leg. & Prophet.

FINIS LIBRI QUINTI.

DIVI

DIVI
BAMBERGENSES
S. HENRICUS
IMPERATOR
S. KUNEGUNDIS
IMPERATRIX
S. OTHO
EPISCOPUS,

NUNC

Integrius, quam antea in lucem
producti, Notisque illustrati:

STUDIO

JACOBI GRETSERI
SOCIETATIS JESU THEOLOGI.

REVERENDISSIMO
ET ILLUSTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
JOANNI GODEFRIDO,
EPISCOPO BAMBERGENSI, &c.

PRÆTEREA

ADMODUM REVERENDIS, NOBILIBUS, ET MAGNIFICIS DOMINIS,

DOMINO
JOANNI CHRISTOPHORO NEUSTETTER,

Cognomento STÜRMER, Cathedralis Ecclesiæ Bambergensis PRÆPOSITO; & Domino HECTORI à KOZAVV DECANO, &c.

JACOBUS GRETSERUS.

UT illustrandis Ecclesiæ Bambergensis tutelaribus Sanctis & Patronis, HENRICO, KUNEGUNDI, & OTHONI, aliquid operæ & laboris impenderem, multa me impulerunt: ILLUSTRISSIME PRINCEPS, Admodum Reverendi, *Nobiles* & *Magnifici* Domini, PRÆPOSITE & DECANE. Ac Principio quidem illud Ecclesiastici monitum: *Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua: homines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis.* Eccles. 44. Et HENRICO quidem arbitror jure tribui Josuanum illud Elogium. *Fortis in bello Jesus Nave;* Eccles. 46.

ve; qui fuit magnus secundùm nomen suum, maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentes hostes, ut consequeretur hæreditatem Israël. Quam gloriam adeptus est in tollendo manus suas, & jactando contra civitates romphæas? Quocirca, ùt Regis Josiæ; sic & memoria Imperatoris HENRICI *in compositione odoris facta est* velut *opus pigmentarii. In omni ore quasi mel indulcabitur ejus memoria, & ùt musica in convivio vini.* (Eccles. 49.)

Sanctissimæ autem Sponsæ KUNEGUNDI non injuriâ accinetur illud odarium. *Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eò quòd castitatem amaveris, & post virum tuum, alterum nesciêris, ideo & manus Domini confortavit te, & ideo eris benedicta in æternum.* (Judith 15.)

Porrò in S. Othonem Episcopum perquam aptè & scitè quadrare v' lentur illa Encomia. *Simon Oniæ filius, sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroboravit Templum. In diebus ipsius emanaverunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum. Quasi stella matutina in medio nebulæ & quasi luna plena in diebus suis lucet: Et quasi sol refulgens, sic ille effulsit in Templo Dei.* (Ecclesiast. c. 50.)

Deinde S. HENRICUS & S. KUNEGUNDIS Bavariæ Duces fuêre. Otho quoque originem & incunabula sua Bojis debet, (ùt & ipse HENRICUS) quippe comes Andexius; licèt non desint, qui eum Suevis asserere tentent; sed frustrà. Etsi autem ego Bojus non sim ortu, tot tamen annos in Bavaria vixi, & tot beneficia ab eadem accepi, ut nisi illam pro altera patria colerem ac venerarer, illiúsque in me promeritis vicem qualemcunque, ubi se dat occasio, reponere tentarem, ingratæ mentis vitium vix declinaturus essem. Quod cum aliis modis fugere studui, tum etiam producendis in lucem Bojorum ornamentis, inter quæ præcipua duco homines vitæ Sanctimonia, morúmque innocentia celebres ac commemorabiles; & in his maximè S. HENRICUM, S. KUNEGUNDEM, & S. OTHONEM; quorum in Ecclesiam Dei & Christianam Rempublicam benefacta, nulla unquam tacebit ætas; nulláque, licèt longinqua, vetustas obliterabit.

Sparsêre quidem Boji orthodoxæ Religionis semina in varios, eósque efferatos, & à vera religione alienissimos populos; per HENRICUM Bojorum, & Saxonum Potentissimum Dominatorem in Rugianos, quos Helmoldus in Sclavorum Chronico *Ranos* & *Rimos* nominat. Per THEODELINDAM Reginam in Longobardos. Per THASSILONEM II. in Vandalos. Per THASSILONEM III. in Carinthios. Per LUDOVICUM Regem in Hunnos, Abares, Bohemos, Bulgaros, Walachos. Sed, pace aliorum dicere liceat, nemo Bojorum, HENRICO & OTHONE Regnum Christi latiùs protulit. Ille quidem quà Marte in Sclavis; quà nuptiali fœdere inter Pannonas, data sorore sua GISELA Regi Hungarorum in matrimonium; cujus integritate non modò Rex ipse, verùm etiam universus propemodum populus suavi jugo Redemptoris nostri colla, ad eum usque diem fermè indomita, alacriter substravit. Quid autem OTHO in Pomerania præstiterit, quàm uberes & copiosos manipulos in horreum Catholicæ Ecclesiæ invexerit, satis supérque docet Historia vitæ, quam in hoc volumine publicamus. Neque Rugianos suæ & cœlestis culturæ exsortes abire sivisset, nisi copiosa ista messis aliis paulò pòst exorituris messoribus divino consilio destinata & reservata fuisset. Quapropter jure suo Bavaria duobus APOSTOLIS

(Helmold. lib. 1. cap. 37. Vidè Avent. in Germ. Bojorum Chron. Excusis Francof. 1566. p. 288. 330. 312. 322. 353. 383. 384.)

gau-

gaudet; altero, Hungarorum: altero, Pomeranorum; quem honoris titulum S. OTHO in ipsa etiam Pomerania eò usque tenuit, quoad supervenêre alterius fortis, & ordinis Apostoli, vel potiùs Emissarii, qui, quod sanctissimus vir in Pomerania extruxerat, destruxerunt; & quasi omnes ante illos desipuissent, novum Evangelium Othoniano ex divinis & Catholicis fontibus hausto prorsus adversum tradere instituerunt.

Non invitus autem fateor, istud mihi quoque non modicum fuisse invitamentum, imò & incitamentum ad horum cælitum res præclarè gestas colligendas, & publico donandas; ut in eorum vita, velut in pellucido quodam speculo, intueantur *heterodoxi*, qui semitas patrum suorum deseruerunt; quàm procul à recta via avii eant: & quàm nulla spes ad cœlestem beatitudinem pertingendi supersit; nisi pedem tempestivè referant.

Quàm nihil in HENRICI, KUNEGUNDIS & OTHONIS vita Lutheranum? Quàm nihil Calvinianum? Nisi quis existimet Lutheranum aut Calvinianum esse, condere Ecclesias, ædificare monasteria; proventibus annuis liberalissimè instruere; Sacerdotes, Deóque dicatos homines revereri & venerari. Quo in genere ita excelluerunt tres nostri *Divi*, ut forsan paucos superiores, paucósque pares habeant; Certè HENRICI Imperatoris munificentia perculsus Aventinus, homo statui Ecclesiastico nunquam æquissimus, sæpe autem apertè infestus & infensus, in hæc verba; quanquam falsa, prorupit. *Primus Imperatorum Sacerdotes & Monachos ditavit.* Nempe jam tum calebat, si non fervebat, Aventinus eo spiritu, qui Episcopatus nec reparat, nec condit, nec locupletat, ùt factum ab HENRICO; sed expilat, diripit, deglubit, vel funditus exterminat: qui Templa & Cœnobia nec erigit, nec reficit, nec annuo vectigali fulcit, sed vel diruit, vel in profanos usus convertit, & quidquid gazæ in illis reperit, id totum rapacibus ungulis in crumenam suam convehit ac converrit. *Verres* Sectarios istos dicas, vel saltem *Verrinos*.

Avent. lib. 5. Annal. Boiorum fol. 507. Lat. edit.

Ad extremum, Ecclesiæ Bambergensis conditoribus & amplificatoribus HENRICO, KUNEGUNDI & OTHONI hanc qualemcunque opellam libenter navavi propter recentissima, eáque insignia beneficia, quæ Societas nostra ab hac Ecclesia accepit, Ordinis nostri hominibus non ita pridem Bambergam evocatis, ut hæc velut nova subsidiaria cohors veteranis præsidiariis in statione illa adjungatur: Et quoniam quotidie augentur hostes, augeantur & ii, qui partim pietate, partim eruditione hostibus obviam eant: quorum utrumque profitetur, &, pro modùlo suo Societas nostra præstare nititur.

Etsi autem omnes, quicunque sub vexillo Christi in hac religiosa familia militamus, palàm & apertè præ nobis feramus, & ubique etiam prædicemus, nos toti quidem Venerabili, nobilissimo & amplissimo Cathedralis Ecclesiæ Bambergensis *Capitulo* seu *Senatui* æternùm obligatos esse; cujus nutu & assensu Societati Bambergæ domicilium constitutum; Juventuti verò studiosæ literarius ludus apertus est; nihilominus illud minimè abnuimus, hoc vinculo omnium arctissimè nos obstringi, tribus hujus *Capituli* Summatibus, & quasi Antesignanis; *Vestræ*, inquam, *Celsitudini*, Reverendissime & Illustrissime Præsul ac Princeps JOANNES GODEFRIDE; *Vestrisque Magnificentiis*, Admodum Reverendi, Nobiles, & Magnifici Domini PRÆPO-

SITE & DECANE, qui facti tam laudabilis primarii duces, & auspices fuiſtis, rémque inprimis arduam non modò feliciter, ſed & velociter transactam dediſtis, atque expediviſtis; non ſine Divorum HENRICI, KUNEGUNDIS & OTHONIS ope è cœlo miſſa, ùt planè mihi perſuadeo: Nam ſi his noſtris temporibus tot Eccleſiarum, Monaſteriorum, & divino obſequio conſecratorum domiciliorum conditores ac fundatores hanc vitam nobiſcum duxiſſent; quis ſanæ mentis ambigat, eos Societati JESU Collegium ſua in Metropoli ædificaturos fuiſſe; vel bonarum literarum gratia, quarum tam HENRICUS, quàm OTHO inprimis peritus erat, & hic quidem adeò, ut docendi munus ipſemet aliquamdiu in Polonia obièrit; & illud inter Pomeranos præſtiterit, quod hujus Ordinis homines quotidie præſtant in utriſque Indiis, Japonia, Æthiopia, aliisque à noſtro orbe remotis regionibus.

Quod igitur jam à conſortio mortalium ſegregati facere nequibant, hoc in cœleſtes ſedes tranſlati, per idonea ad tantum opus inſtrumenta, nempe per *Celſitudinem* veſtram, *Illuſtriſſime Princeps*, & per *Magnificentias veſtras*, Admodum Reverendi, Nobiles & Magnifici Domini PRÆPOSITE & DECANE, efficere ac perficere voluerunt.

Deus cœptis aſpiret; & *Celſitudinem* ac *Magnificentias VV.* non tantùm Collegio Bambergenſi, ſed & toti Societati, imò toti Eccleſiæ Catholicæ, quàm diutiſſimè incolumes eſſe jubeat; quas, ſpero, hoc exiguum gratitudinis, & ſummæ obſervantiæ indicium eò uſque benevolenter & humaniter excepturas, donec prodeat, qui grandius quiddam offerat. Ingolſtadii XVI. Novembris
Anno Redemptoris M.DC.XI.

προσφώ-

προσφώνημα

AD OPERIS HUJUS ILLUSTRISSIMUM *ET* MAGNIFICOS PATRONOS.

PUllatam dimitte stolam, BAMBERGA, *togisque*
Utere sepositis, & desine tibia lessum;
Quos luxisti olim, redivivo emblemate nasci,
Et clarum è tenebris caput has in luminis oras
Jam revocare vides: mirabere posthuma DIVOS;
Quos iterum artifices jusserunt vivere charta,
Antè tuis solitos in terris vivere DIVOS,
O terris nimium generosa stirpe beatis!
Et verò cur ista TRIAS *modò prodit in auras,*
Historiámque suam voluit debere tot annis?
An quasi librorum tacitâ speculantur amicti
Nube, suámque volunt, quam egerunt, cernere vitam
In vitâ, GOTTFRIDE, *tuâ? Non impare quantum*
Se sapuisse animâ, similémque implêsse tiaram
Gestit OTHO, *se séque tuis miratur in actis?*
Quem scit CECROPIAS *dudum calcâsse* CICADAS,
Quem GARAMANTEAS *repulisse à vertice* PENNAS,
Atque QUIRINALES *heroo pectore* LUNAS
Inter honorigeri fallacis signa Senatûs,
Fortuna & vanas semper numerâsse figuras:
Hunc videt unius nomen proferre Tonantis,
Et cæli curam propria postponere vita.
Quæ tamen esse tua pars illustrissima laudis,
Assolet, & propria pulcherrima gloria fama.
NIL TITULOS CURARE, NIHIL PRÆCONIA, SUMMIS
RES DIGNA EST TITULIS: PRÆCONIA MAGNA MERETUR,
QUI FUGIT, AUT CERTE SPONTE OCCURRENTIA SPERNIT.
Quanquam nec titulis non es laudatus avitis.
Omnia dat Fortuna tibi, quæ vita meretur.
Nam stirpe antiquâ ramum centesime ducis,
Et tua nobilibus fulgerent atria CERIS
Undique, si veterum velles meminisse parentum,
Pérque domum priscos generis disponere vultus,
Atque coronatis oculos satiare colossis:
Semper enim niveis duxit Rhamnusia pennis
Majores, GOTTFRIDE, *tuos; nitidissima semper*
Fama paternarum comitata est nomina laudum;
Cunctorum currus ROTA CANDIDA *vexit avorum*
Sed tu majores solers agitare triumphos,
Fulgere æternis virtutum laude præoptas,
Déque tuis factis ad avitos addis honores.
Sic te prisca domus decorat, decorata vicissim.
Utque sit æqua satis vestrorum cura laborum,
GENS TUA TE TITULIS, GENTEM TU MORIBUS ORNAS,
Sed magis (atque utinam nostra tam magna Camæna
Pectora Mæonio didicissent dicere versu,
Iliades nulla mihi, nulla volumina tantis
Sufficerent factis) labor est ornare sacratas
DIVORUM *sedes, magnique negotia cæli.*
Quæ probat eventus sapientibus esse profecta
Principiis: nec enim comites audire recusas
Consilio augentes animi tam multa scientis
Thesauros, GOTTFRIDE, *tui: quorum alter honoro*
Nomine CHRISTOPHORUS, *claro æquiparandus Atlanti,*
Atque alter verè Trojani pectoris HECTOR,
Hostibus haud astu, sed aperto Marte timendus.
Nec reor HENRICUM, CUNEGUNDIS, *&* OTTO, *virorum*
Cernere tantorum se nunc in imagine spernunt;
Et, nisi fallor, in his vellent habitare medullis.
Qualis Hylas, ubi vidit Hylâ pubescere lympham,
Et subitum vitreo puerum florere sub amne,
Merserat ipse suos vultus lacientibus undis.
Verùm ego non DIVOS, *quibus est amor omnibus idem,*
Usque adeò miror: nec enim cùm templa sacrásque
Tot restaurârint ædes, arásque dicârint,
Tres tam MAGNIFICAS *poterant odisse* COLUMNAS.

VITA
S. HENRICI
IMPERATORIS,
QUI
EPISCOPATUM
BAMBERGENSEM
CONDIDIT AC FUNDAVIT.

Nunc primùm

EX

ANTIQUIS CODICIBUS
INTEGRE EDITA,

ET

NOTATIONIBUS ILLUSTRATA.

STUDIO

JACOBI GRETSERI
SOCIETATIS JESU

THEOLOGI.

ACCESSERUNT

QUÆDAM S. HENRICI DIPLOMATA

ANTEHAC NUNQUAM EVULGATA.

AD D. HENRICUM,

QUI

BRUNONI FRATRI
EPISCOPATUM BAMBERGENSEM
EVERTERE COGITANTI SQUALLIDUS ET BARBA
Semievulſa apparuit.

Ut Bambergiacis pietas opuleſcat in oris,
Fortunâ, Cæſar, divite templa beas.
Huc Athamantei donaris congeris auri,
Huc precioſa rubri colligis oſſa maris.
Et variant ſacros Babylonica texta penates,
Plurimáque aucta tuis cenſibus ara nitet.
Bruno ſed agreſcens expallet concolor auro,
Templáque divitiis vult viduare ſuis.
Concilium ergo vocat, ſociisque oſtendere tentat
Qui lacerare tuas poſſit avarus opes.
At tu, quanquam alias felici funere gazas
Indeptus, tutum non ſinis eſſe ſcelus.
Hinc vellis, partémque jubes ſqualere genarum,
Ne cupiat frater vellere dona tholis.
Et vincis; nam te mœſtum ne reddere pergat,
A templis avidas abſtinet ille manus.
Hac tamen ut valeas fratrem terrere figurâ,
Pars tantum eſt vultus depilis una tui.
Hæreticis, ô Dive tuo ſua furta capillo
Nunc monſtra, ab toto vertice calvus eris.

INDEX CAPITUM
VITÆ S. HENRICI IMPERATORIS.

COM-

COMMENTARIUS
DE VITA ET REBUS GESTIS
S. HENRICI
IMPERATORIS.

EXscripsimus hanc vitam Henrici Imperatoris ex Codice Monasterii Rebdorffensis propè Aichstadium. Evulgaverat jam Tom. 6. Antiq. lect. clariss. vir D. Henricus Canisius I. C. & in Academia Ingolstadiensi SS. Canonum Professor, aliam ex manuscripto exemplari Cœnobii Windbergensis. Sed hæc nostra plenior est, cùm Bullas variorum Pontificum & Imperatoris Henrici literas contineat: quibus Codex Windbergensis carebat. Auctorem indagare non potui. In Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum ita scribit Sigebertus cap. 139. *Adelbodus ex Clerico Lobiensi Episcopus Ultrajectensis scripsit vitam Secundi Henrici Imperatoris.* Idem testatur Sigebertus in Chronico.

Cùm autem Scriptor, quem nunc publicamus, faciat mentionem *Canonizationis* S. Henrici, fieri non potest, ut sit Adelbodus, quem Baronius *Adalberonem* vocat; nam diu ante tempora *Canonizati* Henrici Adelbodum vixisse oportet, cùm ejus faciat mentionem Sigebertus, qui vivere desiit, Anno 1112. vel 1113. ùt in fine Chronici ejus annotatur: Henricus autem cœlitum numero adscriptus fuerit Anno 1152. ùt planum fit ex Bulla Eugenii III. apud Baronium: nisi quis dicat, hæc & alia nonnulla de miraculis S. Henrici à posterioribus fuisse superaddita; ùt sæpe factum in Sanctorum historiis.

Trithemius In Chronico Hirsaugiensi scribit, Adelboldum (sic enim indigitat) fuisse Henrici Imperatoris *Cancellarium, & consiliarium aliquanto tempore*; quem idem Trithemius in Catalogo Illustrium virorum Germaniæ, & in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, mortuum ait sub Conrado Imperatore, Anno 1027. 5. Kal. Decembr. Anno Episcopatus sui XVIII.

Ingressurus etiam Auctor noster narrationem miraculorum, quæ Deus per S. Henricum patravit, profitetur, se ea expositurum, *quæ aut veraci, aut indubitata majorum relatione acceperit, aut quæ*, ùt ait, *ipsi modernis temporibus gesta probavimus & vidimus.* Quæ Adelbodo non quadrant, cùm S. Henrico triennium duntaxat supervixerit. Quocirca de miraculis S. Henrici, ùt de re veteri, & quæ à majoribus disci debuerit, loqui non poterat. Accedit, quòd scriptor iste scribit iis de rebus, quæ diu post mortem Adelbodi acciderunt; ùt de Diplomate Henrici III. Regis, de Bullis Leonis IX. & Clementis II. de quarto & sexto Episcopo Bambergensi, ad quorum tempora Adelbodus non pervenit. Fortè non aberrabit, qui *Nonnosium* Monachum hujus Historiæ, ùt & ejus, quæ est de S. Chunegunde, auctorem statue-

rit.

rit. Hunc enim vitam & res geſtas S. Henrici literis mandâſſe teſtatur in Annalibus Bambergenſibus Martinus Hoffmannus, & ex illa commemorat cauſam, cur claudicaverit Henricus, quam ex Apographo Bambergenſi ad caput XXII. percenſebimus.

Etymon nominis Germanicum eſt *Hain*, *Haim*, *eſt domi;* inquit Aventinus in Nomenclatura Annalibus Boicis præfixa. Reich / *dives*, *& regnum atque Imperium: inde* Hainreich / Haimreich / Heinreich / ꝛc. *Veteres Honoricum dixêre*; in uſu eſt Henricus. *Ungari Hæmericum*, *& absque aſpiratione* Aemericum *vocant. Fuit filius Stephani Regis Ungarorum & Giſulæ, ſororis D. Heinrici Imp. ſignificatur hoc nomine prudens & bonus paterfamilias, & qui colit regnum & Imperium.* Ita Aventinus.

Cognomenta habuit Henricus Imperator *Sancti* à Sanctitate. Pii, à pietate; & *Claudi, à luxato femore*, ùt in Saxonia illuſtrata ait Fabricius. Et olim admodum frequens erat hujusmodi appellationes Regibus & Imperatoribus addere. Hinc Heinricus Rex, Othonis Magni pater, dictus eſt *Auceps*, quòd aucupio mirè delectaretur: Et *Humilis*, quòd coronam Imperialem detrectâſſet. Otho II. Imperator, *Rufus*. Otho III. *Puer;* quòd *Puer* regnare cœpiſſet. Heinricus III. *Niger*, Conradus, pater ejus, *Salicus*. Hinc etiam Carolus Calvus; Carolus Craſſus, Carolus ſimplex. Ludovicus Balbus; apud Græcos Michaël Balbus. Fuit autem S. Henricus Tertius hujus nominis Dux Bavariæ, filius Henrici ſecundi Bojorum Ducis.

Exſcripſi autem, ùt initiò dicebam, hanc de S. Henrico Hiſtoriam ex Codice M. S. Monaſterii Rebdorffenſis. Poſtea miſit ad me admodum Reverendus, Magnificus & clariſſimus Dominus Doctor FRIDERICUS FORNERUS, Vicarius Bambergenſis, apographum quoddam veteris Exemplaris; ex quo interdum, quæ in meo deerant, vel corrupta erant, ſupplevi & correxi: tametſi non invitus fateor, plura ſupereſſe, quæ correctione egeant, præcipuè in Diplomatis.

Codex Rebdorffenſis carebat diſtinctione capitum: quam ex Apographo Bambergenſi inſeruimus, additis etiam *lemmatis* ſeu *ſummariis* ſingulorum capitum, idque majoris lucis gratia.

In Apographo Bambergenſi erat iſte Titulus. *Incipit liber primus de vita & de geſtis S. Henrici Imperatoris & Confeſſoris.* In Apographo tamen nuſpiam apparet aut finis primi, aut exordium ſecundi libri, niſi fortè id ſumendum ſit, à commemoratione Miraculorum, quæ Deus per ſanctum Imperatorem jam vita functum, patravit.

Eſt autem hiſtoria hæc vel eo nomine magni facienda, quòd contineat aliquot Pontificum & Imperatorum literas ac conſtitutiones non valdè obvias; ſi non penitus raras, ùt

Joannis XIX.	I.
Clementis II.	I.
Leonis IX.	II.
Benedicti VIII.	II.
Henrici Epiſcopi Herbip.	I.
Joan. Patriarch. Aquileienſis.	I.
Othonis II. Imp.	I.
S. Henrici Imp.	I.
Henrici, cognomenti *Nigri*, Imp.	I.

Quæ omnes, excepta illa Othonis, reperiuntur in Codice Manuſcripto Viennenſi, de quo infrà dicemus.

CAPUT I.

S. Henrici ad Imperium electio & evectio.

A ANno ab incarnatione Domini Millesimo primo: (a) ab urbe autem condita millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo: Ottone puero (b) Romæ defuncto (c) vacante regni solio: Cùm de Principe subrogando ageretur: omnium vota, nutu divino, ad eum inclinantur, qui tunc in regno habebatur potissimus. Fuit namque per idem tempus Dux Bavariorum Henricus tam bonitate quàm nobilitate regia conspicuus, & universis morum honestate præclarus. Hic initium sapientiæ timorem Domini pleniter sequutus est: qui erat omni literarum studio (d) principaliter imbutus, totus fanè fide & actu

Mors Othonis. III. Imp.

Henrici in Imp. electio.

B Catholicus. Hic ergo ab omnibus pari voto (e) & communi consensu accersitur, divina undique disponente clementia: ut per temporalis regni fastigium, & culmen cœlestis regni pertingeret. Terrena enim bona omnia, sicut usu malo alios à salute præpediunt: ita alios usu bono ad salutem promovent.

Pietas & eruditio Henrici.

NOTATIONES.

C Anno *ab Incarnatione Domini Millesimo primo* (a) Baronius Tom. 11. Anno 1001. mortem Ottonis & successionem Henrici refert ad annum 1002. secutus, ùt ait, Marianum, Sigebertum, Lambertum. Otto tamen Frisingensis & alii cum nostro Auctore faciunt.

Othone puero (b) Nomen *Pueri* Othoni adjecisse videtur; quia puer Imperium inièrat. Helmoldus lib. 1. Chron. cap. 13. *Illi* (Othoni II.) *tertius Otho, cùm adhuc esset puer, in regnum substitutus est.*

Romæ defuncto (c) Ita etiam Rupertus in vita S. Heriberti: Damianus in vita S. Rumoaldi mortuum dicit apud Paternum.

Literarum studio (d) Etiam Rupertus in vita S. Heriberti Henricum à literarum cognitione laudat.

Ab omnibus pari voto (e) Fuêre tamen, qui Henrici electioni refragarentur. Vide Ditm. lib. 5. initio.

CAPUT II.

Visio S. Henrico Ratisbonæ ad sepulchrum S. Wolffgangi oblata.

D CUi necdum Cæsaris vel Imperatoris dignitatem obtinenti, apparuit Ratisbonæ Sanctus Wolffgangus (a) in somnis visione tali. Visum namque est ei (b) quòd manens in sancti Emmerammi Ecclesia, accederet orandi gratia ad Beati Wolffgangi sepulchrum in eadem Ecclesia situm:

E cúmque ibidem Dominum sanctúmque Wolffgangum precibus intimis conaretur exorare, subitò videbatur ei ipse Sanctus astare: & hujusmodi verbis ipsum appellare. Intuere diligenter literas in muro, quæ est juxta tumulum meum, scriptas. Erat autem ibi, sicut videbatur, scriptum solummodo: *Post sex.*

S. Wolffgangus apparet S. Henrico.

F Evigilans verò Rex Henricus tractatione diuturna secum revolvit, paucissima hujus visionis scripta: In primis ergò arbitratus, quòd post sex dies esset moriturus; multa dispensat pauperibus. Cùm autem sex dierum numerus præteriret, & nihil in se corporalis molestiæ sentiret: putavit ad sex menses pertinere. Transacto verò & hujus numeri spacio, nihilque in se infirmitatis passus, arbitratus hunc numerum ad sex annos pertinere: ideóque & quæ suprà; cœpit timere. Cúmque sex annorum numerus integer pertransisset; & septimi anni dies revolutus venisset: ipso die *Cæsaris* dignitatem (c) per Apostolicam suscepit consecrationem. Tunc tandem sentiens, qualis esset sua visio, gratias egit Deo, sanctóque Wolffgango, qui sibi talem revelare dignatus est sublimitatem.

Visio S. Henricum sollicitum tenet.

Quis visionis exitus.

Ungitur Imperator.

NOTATIONES.

G *Sanctus Wolffgangus* (a) A quo S. Henricus educatus fuerat; teste Ditmaro lib. 5.

Nutrit præclarum Wolffgangus Præsul alumnum,
Qui sequitur Dominum toto conamine Christum.

Visum namque est ei (b) Hæc visio describitur quoque in vita sancti Wolffgangi; & à Baronio refertur ad annum Christi 1007.

Cæsaris Dignitatem (c) Cæsaris nomen pro *Imperatoris* vocabulo. Vita S. Wolffgangi: *Septimo anno à Pontifice Maximo Imperator unctus est.* Quod factum à Benedicto VIII. Pontifice, Anno Christi 1014. Olim communi usu Rex Romanorum Cæsar appellabatur. Langius in Chronico; *Notandum, quòd Electus mox Cæsar, & Romanorum Rex appellatur: tum demum Imperator & Augustus, si eum Romanus Pontifex confirmâsset.*

CAPUT III.

S. Henrici in Religionis cultu amplificando, inque Ecclesiis instaurandis, locupletandis & ornandis indefessum studium.

H UNctus igitur in Regem beatissimus Dei famulus, temporalis regni non contentus angustiis, pro adipiscenda immortalitatis corona, summo Regi (cui servire regnare est,) militare disposuit, summam etiam diligentiam in amplificando cultu religionis adhibuit: Ecclesias ditare possessionibus & immensis ornatibus augere cœpit.

A pit. Sedes autem Episcopales, Hildensheim (ubi à puero nutritus & literas edoctus fuit) Magdeburch, Argentinam, Misenam, & Merseburcb (quæ barbarica immanitate adjacentium Sclavorum vastatæ fuerant) restauravit. Et tam ipsis, quàm aliis Episcopatibus per universum regnum, in possessionibus & ornatibus, innumerabilia contulit. Hildensheimensibus verò sanctum Gotehardum (a) divina edoctus revelatione præfecit.

Reparat S. Henricus Sedes Episcopales à Sclavis vastatas.

S. Gothardus.

Quid autem Merseburgensi Ecclesiæ (b) præ aliis specialius contulerit, futurorum charitati
B volumus ex parte notificare. Hæc enim Ecclesia tempore Magni Ottonis, (c) illius, inquam, qui ad Lycum fluvium sub Sancto Udalrico confessore Ungaros prostravit, & Reges eorum, Lælium videlicet & Assur Ratisbonæ, Principibus hoc fieri adjudicantibus, in patibulo suspendit: assiduis incursionibus & hostili vastatione Sclavorum, ad nihilum redacta est. Et quia violentiis vicinarum nationum non poterat resistere: in possessionibus in religione & in omnibus, quæ ad Pontificalem dignitatem pertinebant, penitus cœpit deficere. Accidit autem, ut eodem tempore Magdeburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus viam universæ carnis ingrederetur, & Merseburgensis præsul (d) propter sapientiam à Deo sibi collatam, & propter
C multas virtutes, quibus adornatus erat, ob quas etiam Othoni magno gratissimus extitit: in cathedram Magdeburgensem, prædicto Rege id efficiente, præponeretur. Factum est autem, ut Merseburgensis Episcopatus penitus destrueretur, & quæ potiora erant illius Ecclesiæ, in prædiis, in ministerialibus, in ornamentis, in ditionem Magdeburgensis Ecclesiæ transferrentur, & de quibusdam reliquiis possessionum, quæ Merseburg remanserant, Abbatia inibi construeretur. Quod factum usque ad tempus pii Confessoris Henrici immutatum permansit. Cùm autem convocatis idem Rex Principibus Regni sui Quendelburg curiam celebrâsset: universis in id ipsum consentientibus, Poloniam & Boëmiam, cæteràsque Sclavorum adjacentes regiones, quæ fines regni sui vastabant, debellâre disposuit.

Vastatio Ecclesiæ Merseburgensis.

Bona Ecclesiæ Merseburgensis, Magdeburgum translata.

NOTATIONES.

D *Sanctum Gothardum* (a) Extat vita S. Gottbardi Tom. 7. Surij. 4. Maij, de quo lege Cranzium lib. 4. Metrop. cap. 7. Langium in Chronico Anno 1014. Fuit initio Monachus, imò & Abbas, inferioris Altahæ. Vide infrà diplomata S. Henrici Imperatoris.

Quid autem Merseburgensi Ecclesiæ (b) De instauratione Ecclesiæ Merseburgensis, & in eam meritis S. Henrici, lege Ditmarum lib. 6. Chronici: Et vitam Ditmari.

Tempore Magni Othonis (c) De victoria Magni Othonis ab Ungaris reportata, Anno 955. vide vitam S. Udalrici cap. 12. Ditm. lib. 2 Chronici. Tres Ungarorum Duces jussu Henrici Bavariæ Ducis suspensos habet Witichindus. Noster iste, *Reges* vocat; ut & editio Urstisiana Contracti. Regulos appellat Sigebertus.

E *Merseburgensis Præsul* (d) Merseburgensem Episcopatum fundavit Otto Magnus; voto edito, cùm Ungaros ad Augustam aggressurus esset. Ditm. lib. 2. *In festivitate Christi Martyris Laurentij, Rex solum se præ cæteris culpabilem Domino professus, atque prostratus, hoc facit lacrymis votum profusis: si Christus dignaretur sibi eo die, tanti intercessione Præconis, dare victoriam & vitam, quòd in civitate Merseburgensi Episcopatum in honore victoris ignium construere vellet.*

F Episcopus Magdeburgensis primus fuit Albertus, seu Adelbertus: secundus, Orthricus: tertiùs Giselerus, seu Giselenus ex sede Merseburgensi Magdeburgum translatus: de quo hic sermo: idque factum non ab Ottone Magno, sed à filio ejus Othone II. quem perperam egisse, extinguendo Merseburgensem Episcopatum, & propterea infeliciter in Calabria cum hostibus pugnâsse, S. Laurentio injuriam sibi illatam ulciscente, scribit Auctor, qui vitam S. Adalberti scripsit apud Sur. Tom. 2. 23. April. Lege Baron. Tom. 10. Anno 983.

CAPUT IV.

Expeditio S. Henrici contra Sclavos. Votum ejus. Pietas exercitus. Cœlites in acie visi. Victoria insignis. Gratiarum actio.

G Congregato itaque exercitu, contra prædictas nationes aciem direxit. Et faciens transitum per locum, qui *Walbech* dicitur, gladium sancti Adriani Martyris, (a) qui pro reliquiis multo tempore ibi servabatur, accepit. Quo accinctus, ex toto corde suo clamavit & dixit: *Judica Domine nocentes me, expugna impugnantes me, apprehende arma & scutum, & exurge in adjutorium mihi.* Inde progressus castra metatus est in campo, ubi Merseburgensis Ecclesia sita est, & videns locum desolatum, & in nihilum redactum, ingemuit, & ait. Beate Laurenti Martyr Christi, si tuo interventu has barbaras nationes, ad quas pergo, Romano Imperio, & Christianæ religioni subjugavero, hunc locum desolatum tuo nomini consecratum: divina favente gratia, in pristinæ dignitatis statum reformabo.

Imp. cingit se gladio S. Adriani.

Psalm. 34.

Voto obstringit se reparandi Ecclesiam Merseburgensem.

H Ut verò Principes Poloniæ & Boëmiæ, ceterarúmque Sclavicarum gentium primates Romanum Imperatorem cum exercitu ad debellandos eos advenire cognoverunt: innumerabili multitudine collecta, in bel-

A lum ei obviam processerunt. Quod Regi pio per speculatores suos citò innotuit, & sicut in omnibus angustiis suis solebat, ad orationis arma confugit. Invocatóque super se nomine Domini; beato Laurentio, Sancto Georgio, & Beato Adriano Martyribus, se suúmque exercitum protegendum cum summa devotione commisit. Et cùm omnes perceptione corporis & sanguinis Domini confortati fuissent, ad locum certaminis venerunt. Ubi cùm Rex beatus verbis exhortatoriis ad viriliter agendum singulorum animos erexisset, videns innumerabilem adversariorum multitudinem,

S. Henricus confugit ad preces. Divis exercitum commendat.

B clamavit ad Dominum, & ait: *Deus, qui conteris bella ab initio: eleva brachium tuum super gentes, qui cogitant servis tuis mala. Disperge illos in virtute tua: & destrue eos protector meus. Pone illos ùt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti:* Hæc dicens aperti sunt oculi ejus, & vidit gloriosos Martyres, Georgium videlicet, Laurentium, Adrianum, cum Angelo percutiente, exercitum suum præcedentes: & hostium cuneos ad fugam propellentes. Et sicut exercitus Senacherib ab Angelo percutiente contritus est, & periit: ita & omnis barbarorum ista multitudo per virtutem Dei conterrita, projectis armis sine effusione sanguinis Christianorum, fugæ præsidium quæsivit. Quo viso Rex Sanctus, elevatis oculis & manibus in cœlum, benedixit Deo cœli, & ait: *Benedico te Rex cœli & terræ, qui superbis resistis & humilibus das gratiam: qui custodis diligentes te & glorificatus es in gentibus, propter datam nobis de cœlo victoriam.* Victis ergo barbaris, & quæ ad futuram pacem prodesse poterant firmissima pactione stabilitis, vir beatus cum suis in sua rediêrunt cum pace, glorificantes & laudantes Deum, qui salvat sperantes in se.

Psalm. 78.

Videt Imperator Martyres exercitum antecedentes.

Victoria insignis. Gratiarum actio pro victoria.

1. Petri 5.

NOTATIO.

C *Adriani Martyris* (a) Adrianus Martyr, cujus festum Ecclesia celebrat 8. Septemb. Forsan Walbeck est locus ille, de quo Ditm. lib. 6. *Monasterium in Wallebizi cum quatuor Ecclesiis, &c. incendio periit.* Fabric. lib. 2. Origin. Saxonic. vocat Wallebicium. Martinus Hoffmannus in Annalibus Bambergensibus. *Divi Adriani Martyris gladio, qui Walbergæ asservabatur, se accinxit.* Bonfin. Dec. 2. lib. 1. de Henrico: *Cùm sæpe ante prælium Eucharistia muniret exercitum, Laurentium, Georgium, & Adrianum cum armato Angelo Divos suam aciem præcessisse suspexit.* Idem habetur in compilatione Chronologica.

CAPUT V.

Post partam victoriam instauratur Ecclesia Merseburgensis.

D Cúmque Christianissimus Rex Poloniam, Boëmiam, Moraviam tributarias fecisset: ob reverentiam S. Laurentii Martyris, conculcationem & destru-

E ctionem Merseburgensis Ecclesiæ, cœpit pio intuitu misericordiæ & pietatis respicere, & ad nihilum redactam in ædificiis, in ministerialibus, in secularibus possessionibus, in Ecclesiasticis ornamentis, in pristinum gradum Pontificalis dignitatis, sicut Deo & Sancto Laurentio voverat, studuit restaurare. Nec priùs ab operibus misericordiæ destitit, quoad usque eam ad antiquum statum dignitatis, & pristinum honorem religionis ex integro perduceret.

Instauratio Ecclesiæ Merseburgensis.

CAPUT VI.

Bambergensis Episcopatûs fundatio & institutio.

F Denique Episcopatum Babenbergensem ex integro in suo * domate fundavit, terminis videlicet ab adjacentibus Episcopatibus legitimo * concambio commutatis. Fundatum verò Episcopatum Principibus Apostolorum Petro & Paulo, & preciosissimo Martyri Georgio attitulatum speciali jure Sanctæ Rom. Ecclesiæ contradidit, ut & primæ Sedi debitum dignitatis impenderet honorem, & suam plantationem tanto patrocinio firmiùs communiret.

* Doma pro ditione & possessione.

* Permutatione. Lege de his Ditmarum lib. 6. & Baron. 1006.

Patron. Ecclesiæ Bambergensis.

In meridiana quoque parte civitatis Monasterium in honore S. Stephani Protomartyris sub ordine * Canonico construens: ex altera verò, hoc est, aquilonari, aliud Monasterium sub monachali regula, in honore S. Michaëlis Archangeli, sanctíque Benedicti Abbatis constituens, sibi, suæque civitati supra Petram Apostolicæ firmitatis fundatæ, muróque & propugnaculis meritorum S. Georgii cæterorúmque Sanctorum munitæ ac exornatæ contra incentivos vicinorum jactatus, turrim fortitudinis in Stephano, & contra refrigerantes flatus illius, qui in aquilone, *unde malum omne panditur*, sedem ponere disposuit, refugium certum in Angelico præparavit præsidio: ut à dextris & à sinistris justitiæ armis vallatæ in nullo sufficiat insidiator prævalere.

Monasterium S. Stephani.

* Canonicorum Monasterium S. Michaëlis. Hodie Münchsberg.

Qua de causa Imp. hos patronos delegerit.

CAPUT VII.

Duæ Ecclesiæ tribus supradictis additæ.

G His tribus Ecclesiis postea per Guntherum ejusdem Babenbergensis Sedis quartum Præsulem, & per Reginoldum quendam, virum nobilem, addita est quarta Ecclesia in honore Sanctæ MARIÆ Matris Domini; & sancti Gangolfi Martyris extra urbem versùs Orientem in loco * Tevverstat sub ordine & professione Canonica.

Ecclesia S. Mariæ.

* Tvverstat.

H Denique sextus ejusdem Sedis Episcopus Herimannus * contra urbem versùs Occidentem in bonore S. Jacobi Apostoli & filii Zebedæi

Hermannus.

* Extra. Ecclesia S. Jacobi Zebedæi F.

A bedæi Ecclesiam sub ordine Canonico initiavit. Haoc Otto, humilis amator pauperum Christi. Octavus ejusdem Sedis Episcopus, cooperante Eberhardo Præposito, consummavit & dedicavit, ac * stirpem ordinémque illic Deo servientium decenter dispofuit. Sic locus Babenbergensis Ecclesiis & patrociniisSanctorum in modum Crucis undique munitus, Christo JESU crucifixo quotidianum, & sedulum celebrat officium & servitium pro primo suo fundatore HEINRICO Secundo, Imperatore piissimo, ejúsque cooperatoribus & successoribus vel augmentatoribus omnibus: Et ut inibi militantibus Domino major tranquillitas & securitas, & reverentia ad supplicandum DEO perseveret, prædictæ quinque Ecclesiæ sic sunt locatæ, ut ferè ab omni strepitu, & tumultu forensi, ac populari sint decentissimè segregatæ.

*Apograph. Bamb. stirpem.

Situs Ecclesiarum Bambergensium.

CAPUT VIII.

Præfatiuncula in Pontificum & Imperatorum diplomata, eorúmque causa.

B UT autem cunctis liquidiùs enitescat, qua vigilantia vir beatissimus novellæ suæ Ecclesiæ bono pacis & tranquillitatis etiam per succedentia tempora providerit, aliquas hic tam Episcoporum, quàm Regum inferimus confirmationis Epistolas: ut, quia duo sunt, quibus hic mundus principaliter regitur, Pontificalis auctoritas, & Regalis potestas, ex utroque horum suffulta à dextris & sinistris, ab omnium molestia infestationum securè monstre- C tur lo perpetuum defensa. Dicente enim Domino Salvatore: duos Ecclesiæ gladios sufficere, quorum unus ad divisionem animæ ac spiritus penetrat; alter inflexibilia & dura corda rigore suo domat & premit: quidquid eorundem gladiorum jure hinc inde munitur; constat profectò, quòd nullius mali incursione ab statu sui rectitudine labefactetur. Priùs tamen hic chartam Ottonis * tertii imperatoris præscribimus, ut scire volentibus, qualiter ipse locus Babenbergensis in ditionem sancti Regis obvenerit, ex eadem conscriptionis pagina colligatur.

Duo Ecclesiæ gladii. Lucæ 22.

*Error librarii: necessariò Othoni II. hoc diploma tribui debet.

CAPUT IX.

Diploma Othonis Imperatoris.

D *IN nomine sancta* (a) *& individuæ Trinitatis: Otto divina providentia Imperator Augustus. Noverint omnes nostri fideles, præsentes scilicet & futuri, qualiter nos ob interventum dilectissimæ genitricis nostra Adelheidæ caro nepoti nostro* (b) *Bavariorum Duci HEINRICO quoddam juris nostri prædium, civitatem videlicet Babenberc nominatum, cum omnibus ad hanc respicientibus, & Nemkin Uraba* (c) *in comitatu Bertholdi Comitis Volckfelt, nuncupato, sita, nostra Imperiali potentia in perpetuum usum proprietatis concessimus, firmitérque donavimus cum utriusque sexus mancipiis, ædificiis, Ecclesiis, terris cultis & incultis, & cum omnibus jure, legalitérque ad hæc jam dicta prædia pertinentibus, eo tenore, ut libero ipse deinceps perfruatur arbitrio, hæc tenendi, commutandi, dandi, posteris relinquendi, seu quidquid sibi libuerit, inde faciendi. Et ut præceptum stabilius firmiúsque permaneat, hanc chartam inscribi jussimus, annulóque sigillatam propria manu nostra roboravimus. Data V. Kalend. Julii indict. I. Anno Regni Domini Ottonis XIV.* (d) *Imperii autem VII.* E

NOTATIONES.

In nomine sanctæ (a) Diploma hoc adscribit Auctor Othoni III. imp. Sed necessariò referri debet ad Othonem II. Imp. Nam cooditor hujus Diplomatis vocat genitricem seu matrem suam *Adelheidam*; at *Adelheida* fuit Mater Othonis II. uxor Othonis Magni; nam Othonem III. peperit Theophano, mulier Græca. Martinus quoque Hoffmannus in Annalibus Bambergensibus diploma hoc Othoni II. tribuit. F

Caro nepoti nostro (b) Cur Henricum nominat Nepotem? Diploma loquitur de Henrico II. hujus nominis Bavariæ Duce, patre Henrici sancti, qui fuit tertius Bavariæ Dux Henricus indigitatus. Fuit autem Henricus II. patruelis Othonis II. Imperatoris. Ex duobus quippe fratribus geniti fuêre. Ille, ex Henrico primo Bavariæ Duce: Hic, ex Ottone Magno imperatore. Nepotem ergo pro patruele usurpat. Porrò Bambergam reliquit Henricus Pater filio Henrico, de quo hæc historia. G

Nemkin Uraba (c) ita Codex Rebdorffensis. Apographum Bamberg. hic nihil opis tulit. Codex Donavverdanus: *Cum omnibus ad hanc respicientibus, & eò in servitium versis, & Nendilin Uraba.*

Anno Regni Domini Othonis XIV. (d) Apographum Bamberg. XIII. Etiam hinc liquet, diploma pertinere ad Othonem II. quia Otho III. tantùm XII. annis Regis titulo Imperium administravit, Imperator inunctus 996. nec VII. annos imperator fuit: sed tantùm VI. Otto autem Secundus quatuordecim annos Rex fuit; Rex creatus anno 961. Et solus imperare ingressus 974. Licèt enim Anno 967. inunctus fuerit Imperator, Imperii tamen anni Ottonis non computantur, nisi ab obitu parentis Ottonis Magni. Sed est error librarii in Indictione, quæ anno VII. Imperii Ottonis non fuit prima, sed octava. H

CAPUT X.

Synodus Francofordiensis, in qua de Episcopatu Bambergensi condendo actum.

A ANno igitur ab Incarnatione (a) Domini M. VII. Indict. V. III. Kal. Novembris magna synodus Episcoporum aliorúmque Patrum babita est & celebrata in Villa regia Francbenfurt mediante Rege magno & pacifico HEINRICO Anno regni sui VII. (b) Nam dum idem Deo devotus rex alta mentis consideratione secum volveret, in quo potissimùm opere Dei misericordiam sibi faciliùs conciliaret, & ex divini instinctu consilii inspiratus disposuit, ut Deum sibi hæredem eligeret, & conscriberet, & Episcopatum Babenbergensem, ùt præscriptum est, ex rebus bæreditariis construeret, ut & paganismus Sclavorum ibi destrueretur, & Christiani nominis memoria perpetualiter inibi celebris baberetur. Sed cùm parochism ad eandem sedem re-
B spicientem non habéret, & sanctam Pentecosten in eodem anno Regni sui (c) Moguntiæ celebraret, partem Wirzeburgensis diœceseos, Comitatum videlicet Raterzgevve dictum, (d) & pagi *Wolcvelt* dicti, inter fluvios *Uraba* & *Ratenza* sita, ab Heinrico Wirzeburgensi Episcopo firma, ac legali traditione aequisivit, tradens è contra Wirzeburgensi Ecclesiæ C. L. mansos (e) in vico *Memmingun.* (f) dicto, & in proximè adjacentibus locis, consentientibus, & concurrentibus in bæc vota illius Heinrico Wirzeburgensi, & Willigiso Moguntiæ Metropolis Archiepiscopo, multisque, qui præsentes (g) fuerunt, Archiepiscopis, & Episcopis, legitimum hoc concambium attestatinne sua, & subscriptione roborantibus.

Ditm. Radinzca.

C Gloriosissimus verò Rex compos voti effectus, pari supradictorum Patrum consultu, duos ex Capellanis suis Albericum & Ludovicum adjunctis Wirzeburgensis Episcopi literis, Romam usque direxit, quatenus hæc bene cœpta in melius proficerent auctoritate * Apostolica. At Romanus Pontifex, (b) & universalis Papa, Joannes piissimi Regis devotioni congaudens, habita in sancti Petri Basilica synodo pro confirmando Episcopatu Babebergensi, privilegium fecit conscribi, & Apostolica auctoritate firmari universis Galliæ & Germaniæ Episcopis rescribens, ut & ipsi pari, communique auctoritate prædictum Episcopatum roborarent; cujus videlicet privilegii exemplar in hunc modum se habet.

Imp. mittit legatos ad Joan. XIX. Pontif. Rom. ut rata habeat, quæ de novo Episcopatu Bambergensi decreta fuerant.

* *Cod. Vien. Romana.*

NOTATIONES.

D *Anno Igitur ab Incarnatione* (a) Baronius ex lib. 6. Ditmari refert hanc Synodum ad Annum MVI. Lege Ditmarum lib. 6. Bambergense Apograpbum convenit cum nostro E
Codice, ùt & liber manuscriptus, in quo varia diplomata & literæ Imperatorum, Regum, Principum, Pontificum & Episcoporum continentur, missus ad me Vienna Austriæ à clarissimo & eruditissimo Domino SEBASTIANO TENGNAGEL: nisi quòd de die dissensio est: sic enim dictus Codex. Anno Dominicæ Incarnationis MVII. Indict. V. Kal. Novemb.

Anno regni sui VII. (b) Cod. Vienn. & Apo- F
graph. Bamberg. VI.

In eodem anno regni sui (c) Cod. Vienn. Regni sui VI.

Raterzgevve dictum (d) Cod. Vienn. *Ratenzgovvi.* Paulò pòst; *Volcfelt.*

CL. mansos (e) Ita etiam Cod. Vienn. Apograph. Bamberg. CXL.

Memmingun. (f) Cod. Vienn. *Meinungim.* Apograph. Bamberg. *Meinungen.*

Multisque, qui præsentes (g) Quos Codex Viennensis ita nominat. *In hoc consentientibus & perspicientibus* (fortè, perficientibus) *inprimis videlicet Wirzeburgensi Episcopo Henrico, & Willigiso venerando Archiepiscopo Moguntino, & Burchardo Wormaciensi, & Waltero Spirensi, & Werenhario Strasburgensi, & Adalberone Basileensi, & Oudalrico Curiensi, & Liutolpho Archiepiscopo Treverensi, & Theodorico Metensi, & Bertoldo Tullensi, & Heimone Wirdunensi, & Heriberto Archiepiscopo Coloniensi, & Notkero Leodiensi, & Ertvvino Cameracensi, & Daginone Archiepiscopo Magdeburgensi, & Hildolpho Mantuano.*

At Romanus Pontifex (b) Cod. Vienn. *Roma-* G
nus verò Pontifex & Universalis Papa Joannes precatorias prædicti Henrici literas inspiciens & piissimi Regis devotioni congaudens; babita in sancti petri Basilica Synodo pro confirmando Babenbergensi Episcopatu, privilegium fecit conscribi & Apostolica auctoritate corroborari, universis Galliæ & Germaniæ Episcopis rescribens, ut & ipsi pari communique auctoritate eundem Episcopatum corroborarent & confirmarent.

CAPUT XI.

Bulla Joannis Papæ, qua institutionem Episcopatus Bambergensis confirmat.

JOannes Episcopus servus servorum Dei. Offi- H
cii nostri est omnium sanctarum Dei Ecclesiarum commoda generaliter considerare, & maximè earum, quæ specialiter sub jure ac dominio nostræ Romanæ Ecclesiæ consistunt: si quod est incommodum, abolere, ne pro gravi incommoditate sua neglectæ vilescant; vel qualibet [illegible] occasione, debita solemnitate careant. Propterea omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, præsentibus scilicet & futuris, notum esse volumus: quia dilectus & spiritualis noster filius HEINRICUS gloriosissimus, atque invictissimus Rex, divina inspirante clementia, de propriis hæreditariis rebus,

A *bus, pro sua suorúmque parentum anima, Episcopatum in loco, qui dicitur Babenberc, perfectæ fidei, & charitatis devotione, in honorem beatissimi Petri Apostolorum Principis esse constituit, commutatione facta jure, ac legaliter cum Heinrico Wirzeburgensi Episcopo de aliqua parte parochiæ sui Episcopatus.* * *Unde etiam prædictus Episcopus nobis suas literas misit, ut suo consensu, privilegio nostræ Apostolicæ auctoritatis Episcopatus noviter factus fundaretur.*

* Inde. Apogr. Bambr.

B *Pro qua ratione Heinricus Secundus gloriosissimus Rex nuncios suos ad nos direxit, qui nobis hæc omnia dicerent, & nos pro hac sede confirmanda interpellarent. Cujus sanctissimam imitationem paterna, & præcordiali dilectione intuentes, omnes res, quas beato Petro Apostolorum Principi, in loco prænominato, legitima ratione collectas contulit, nostræ auctoritatis privilegio confirmare decernimus, ea videlicet ratione, ut Episcopus ejus loci, & qui in perpetuum tui fuerint successores, ea, secura tranquillitate possideant, & liberam habeant potestatem res & proprietates ejusdem Ecclesiæ ordinare, atque componere, vel etiam augmentare: dissipare verò, atque confundere, nullam habeant potestatem.*

C *Nostra quoque auctoritate sancimus, uti in terminis, & in rebus ejusdem Ecclesiæ nulla sit infestatio tyrannorum, vel aliorum quorumlibet pravorum hominum, sive sint in civitate ipsa Babenberc, sive in castellis, & villis, servis & ancillis, tributariis decimis,* * *forestibus, silvis, piscationibus, venationibus, molendinis, campis, pratis, pascuis, terris cultis & incultis, & quidquid modò illuc pertinet, vel in futurum acquiri possit, per nostræ auctoritatis privilegium corroboratum, in secura quiete permaneat. Nullus ibi Comes aut Judex legem facere præsumat, nisi quam per concessionem gloriosissimi Regis* HEINRICI *vel successorum ejus Episcopus loci ejusdem deligeret. Nulla aliena potestas ibi per violentiam irruat. Sit ille Episcopatus liber, & ab omni potestate extranea securus, Romano tantummodo* * *mundiburdio subditus: quatenus Episcopus eò melius cum Canonicis suis servitio Dei possit insistere, & primi constructoris ejusdem loci, & recuperatoris jugiter memoriam habere. Sit tamen idem suo metropolitano* * *subjectus, atque obediens. Quicumque hæc præcepta servaverit, divinam remunerationem, & Apostolicam benedictionem accipiat. Qui autem contemptor, & violator exstiterit, perpetui anathematis damnationi subjaceat, nisi resipiscens ad satisfactionem perveniat. Scriptum per manus Petri notarii, & Scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense Junio* * *Indict. V.*

* Forst.

Mundeburde est tutela, tuitio, defensio, dicitur & Mundiburgium.

* In Cod. Vienn. additur: Archiepiscopo Moguntino.

* Est hic Annus Domini 1007. Joan. Papæ, Quintus.

CAPUT XII.

Altera Synodus Francofordiensis.

D HAbito igitur rursum generali Concilio in Franckenfurt, cui præsedit venerabilis Archiepiscopus Willigisus Moguntinus, universi Archiepiscopi & Episcopi, qui interfuerunt, numero * XXXVI. debita cum veneratione privilegium hoc Sedis Apostolicæ suscipientes, unanimiter devotis mentibus laudaverunt, & * scribendum roboraverunt. E

Alia Synodus Franc. in qua comprobatur & recipitur Bulla Pontificis. De Willigiso lege Serarium lib. 5. rerum Mogunt. Fuit is primus Elector inter Moguntinos Antistites.

* XXX.VII. sic Apogr. Bamb.

* Subscribendo. Sic Apogr. Bamb. idem.

De supradictis verò parochiæ terminis ab Ecclesia Wirzeburgensi commutatis: ne qua fieret in posterum querela, vel dubitatio, subjectam conscribi paginam fecerunt: cui subscripsit primò quidem ipse Heinricus Wirzeburgensis Episcopus, deinde ejusdem Ecclesiæ Præpositi, sive Presbyteri numero novem.

NOTATIO.

De Bulla Joannis Pontificis, & quinam Præsules eam subscriptione confirmârint, ita Codex Vienn.

F *Quod videlicet privilegium venerabiles Patres in supradicto Frankenfurt habito generali Concilio consistentes, summa veneratione legendo suscipientes, & Apostolicæ auctoritati obedientes, devotis mentibus subscribendo, unanimiter laudaverunt, communitérque corroboraverunt. Willigisus sanctæ Moguntinensis Ecclesiæ Archiepiscopus, qui eidem Synodo vice Romanæ Ecclesiæ præsidebam, collaudavi, & subscripsi: Ratherus Padelbrunnensis Ecclesiæ Episcopus interfui & subscr. Megingaudus, Eichstatensis Episcopus interfui & subscr. Berenvvardus Hildinisheimensis Episcopus interfui & subscr. Lambertus Constantiensis Episcopus interfui & subscripsi: Arnoldus Halberstatensis interfui & subscr. Oudalricus Curiensis Episcopus interfui, & subscr. Burchardus Wormaciensis Episc. interf. & subscr. Werenharius Argentinens. Episc. interf. Walterus Spirensis Episc. interf. & subscr. Brun. Augustensis Episc. interfui, collaudavi & subscr.* G *Liudolphus Treverens. Archiepisc. interfui & subscr. Bertoldus Tullensis Episc. interfui: Heimo Virduneus. Episc. interfui & subscr. Hartvvigus Juvavensis Archiepisc. interfui: Christianus Pataviensis Episcop. interf. & subscr. Gebehardus Ratisponensis interf. & subscr. Egibertus Frisingens. Episc. interfui & subscr. Adelbero Brixiensis Episc. interf. & subscr. Heribertus Archiepiscopus Coloniensis interfui ad votum Synodi & subscr. Schvvidgerus Munedargefortens. Episc. interfui & subscr. Ansfridus Trajectens. Episc. interfui & subscr. Theodoricus Mindensis Episcopus interf. & subscr. Dietmarus Episcopus Osneburgens. interf. & subscr.* H *Dagino Archiepiscopus Magdeburgensis interf. & subscr. Hildibardus Cizensis Episc. interf. & subscr. Burchardus Archiepisc. Laudunensis interf. & subscr. Baldolphus Archiepisc. Tarentasiensis interf. & subscr. Hugo Gennensis subscr. Anastasius Ungrorum Archiepisc. interfui & subscr. Adelbero Basileens. interfui & subscr. Hugo Genuens. subscr. Heinricus Lausanensis subscr. Ekchehardus Slesvvigensis subscr. Albericus Cumanus Episcopus interfui & subscr. Richolphus Tergestinensis Eccles. Episc. interfui & subscr.*

CAP.

CAPUT XIII.

Litteræ Episcopi Herbipol. quibus confirmat transactionem & jurium permutationem inter se & Henricum Regem.

A *Omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium tam præsentium, quàm futurorum notitiam non latere desideramus, qualiter Gloriosissimus Rex* HEINRICUS, *divinæ, ùt credimus, admonitionis stimulo compunctus, de prædiis, quæ Dei gratia, hæreditariòque jure parentum, in suæ possessionis dominium pervenerant, Dei servitium augere, Episcopatum constituendo, desiderans: quo id legitimè, rationabilitérque fieri potuisset, Heinricum venerabilem Wirzeburgensis Ecclesiæ provisorem, quatenus quendam locum Babeberch nuncupatum cum page Raczeagevum* (a) *dictum, qui ad suæ diœceseos statum pertinere videbatur, de suo jure in suum jus* (b) *ad id perficiendum transfunderet, studiosè cœpit flagitare.*

B *Qua, quoniam justæ, & rationabiles causæ videbantur, ejusdem augustissimi, & invictissimi Regis petitionibus acquiescens, cum communi cleri sui atque militum, nec non totius populi consilio & consensu, præfatum locum cum prædicto pago, tribus parochianis Ecclesiis exceptis, cum suis adjacentiis, quarum hæc sunt nomina, Wachenrode, Lonerstat, Mulehusen, omni postmodum remota contradictione, suæ potestati tradidit. Alterius autem pagi, qui Volcfeld vocatur, in quo præfatus locus situs est, partem eidem*
C *Regi concessit, quantum est de Babenberch ad flumen Uraba; de Uraba in Ratenzam fluvium, & sic juxta decursum ejusdem fluminis in* * *Moin, & inde ad rivulum Wichibach;* (c) *deinde ad caput ejusdem rivuli, sicque quà citissimè, & proximè perveniri potest ad Uraba.* (d) *Actum in civitate Wirzeburgensi, præsente serenissimo Imperatore* HEINRICO, *ea conditione, ut decimam in novalibus jam incisis, & ad* * *mansum mensuratis cum veteri decima non commutata,* (e) *Wirzeburgensis Ecclesia retineat. In novalibus verò post hinc excolendis decimam Babenbergensis Ecclesia possideat cum termino commutate.*

* Mœnus.

* Mansus seu mansum, fundus, prædium, hæredium.

NOTATIONES.

D *Cum Page Raczengevv* (a) Cod. Vienn. *Cum Pago, qui Ratenzgan dicitur.*

In suum jus (b) consentit Cod. Vienn. Apograph. Bamberg. *ad suum Jus.*

Wichibach. (c) Cod. Vienn. *Wichenbach.* Apograph. Bamberg. *Wichebach.*

Ad Uraba (d) In Codice Vienn. subjiciuntur ista. *Et ut hæc condicio firma atque inconvulsa permaneat, ipse Præsul Henricus roboravit & subscripsit. Actum, &c.*

Non commutata (e) Cod. Vienn. *non commutaata*, paulò pòst. *Cum termino commutuato.*

CAPUT XIV.

Literæ Patriarchæ Aquileiensis ad Henricum Episcopum Wirtzburgensem.

E SEd & Joannes Aquileiensis Patriarcha opus tam laudabile Regis excellentissimi, & piam erga Christum devotionem toto affectu amplectens Heinrico Episcopo Wirzeburgensi gratulationis plenam scripsit Epistolam.

Litteræ Patriarchæ Aquileiensis: de quo infrà iterum mentio, ubi de Bambergensis Ecclesiæ dedicatione agitur.

Beatissimo Domino & sincera charitate diligendo Heinrico sanctæ Wirzeburgensis Ecclesiæ Episcopo venerabili, Joannes Aquileiensis Ecclesiæ Patriarcha cum omnibus suæ diœceseos Episcopis, fraternam dilectionem in eo, qui prior dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, Jesu Christo Domino nostro.

F *Licèt, reverende frater, fraternæ dilectionis cura nos admoneat, ut in omnibus operibus bonis, quæ conditor humani generis misericorditer ad salutem quotidie disponit, immensas gratiarum actiones ipsi agere debeamus: quandocunque tamen vel ubicunque ex provectu sanctæ Ecclesiæ, vel ejus exaltatione, locatione, nos aliquid magnifici operis audire contigerit, immensæ devotionis affectu, & spiritualis exultationis effectu illum laudare, benedicere & prædicare debemus, cujus hæc dona sunt, & à quo bona cuncta ineffabiliter procedunt. Qui inter innumerabilia sempiternæ dignationis sacramenta ea & in suorum cordibus Principum dictat, quæ ad multorum exemplum, & salutem profutura procurat.*

G *In quibus unum est, quod nuper divinitus factum, maximam mentibus nostris lætitiam generavit. Audivimus, quòd Dominus noster* HEINRICUS *gloriosissimus & invictissimus Rex, divina sibi inspirante gratia, ex suis prædiis, & paterna hæreditate, in loco, qui dicitur Babenberc Episcopatum in honore beatissimi Petri Apostolorum Principis constituerit, & commutatione facta, dignè & legaliter cum Ecclesia vestra, partem quandam ex ejus diœcesi acquisivit: atque hoc concambium Apostolicæ Sedis privilegio corroboravit. Quod quidem eximium, & laudabile opus, & ejus dignissimam liberalitatem, & vestram charitatem satis egregiè prædicabilem commendat; cùm & suum est, per operationem; & vestrum sit per dilectionem.*

H *In quo omnipotenti Deo immensas gratias referimus, ad cujus inæstimabilem gloriam spectat, quòd per Regem nostrum* HEINRICUM, *bonum & fidelem ministrum suum, fundatissimam pacem omnibus Ecclesiis præstat, & insuper novam format Ecclesiam, per quam & de inimico humani generis in vicinas Sclavorum gentes, Deo opitulante, triumphabit, & innumerabilem familiam per lavacrum regenerationis sibi multiplicabit.*

Nos autem cum omnibus nostræ diœceseos Episcopis hoc divinum opus in commune laudamus, atque in eo justè consentientes, & subter conscribentes, in perpetuum valere confirmamus.

CAPUT XV.

Literæ S. Henrici de erecto abs se Episcopatu Bambergensi.

A *HEinricus divina præordinante clementia Rex omnibus Ecclesiæ filiis tam futuris, quàm præsentibus. Saluberrimis sacri eloquii institutionibus erudimur, & præmonemur, ut temporalia relinquentes bona, & terrena postponentes commoda, æterna & sine fine mansura in cælis studeamus adipisci consistoria. Gloria enim præsens fugitiva est, & vana, dum possidetur, nisi in ea aliquid de cælesti æternitate cogitetur. Sed Dei miseratio humano generi providit remedium; quando partem cælestis patriæ, terrena substantia fecit esse precium. Hujus ergo nos clementiæ non immemores, nec ignorantes nos gratuito divinæ miserationis respectu, regali dignitate sublimatos, congruum esse ducimus, non solùm Ecclesias ab antecessoribus nostris constructas ampliare, sed ad majorem gloriam Dei, novas ædificare, easque devotionis nostræ donis gratissimis exaltare.*

B *Quapropter dominicis non surdum auditum præbentes præceptis, & deificis obtemperando intendentes suasionibus, thesauros divinæ largitatis munificentia nobis collatos, in cælo desideramus reponere, ubi neque fures effodiunt, nec furantur, neque ærugo, vel tinea demolitur, ubi & dum omnia nunc congesta recolimus, cor nostrum desideriis & amore sæpius versetur.*

Matth. 5. Hinc etiam liquet suprà recitatum diploma ad Othonem II. & ad patrem nostri Henrici pertinere; cùm Bambergam jure hæreditatis paternæ ad se pervenisse scribat.

Proinde patere volumus omnium fidelium universitati, quòd quendam paternæ hæreditatis nostræ locum Babenberc dictum, in sedem & culmen Episcopatus proveximus, & Romanæ Sedis auctoritate firmatum, atque venerabilis Heinrici Wirzburgensis Episcopi consensu, & dilectæ conjugis nostræ Chunegundæ voluntate, ac pari

C *communique omnium nostri fidelium tam Archiepiscoporum, quàm Episcoporum, Abbatum, nec non & Ducum, & Comitum consulto, decretóque, ac totius regni nostri, Principúmque concordi devotione laudatum, ad honorem omnipotentis Dei, & beatæ MARIÆ semper Virginis, & sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, nec non sanctorum Kiliani, & Georgii fundavimus, stabilivimus, & corroboravimus, ut inibi nostrûm, parentúmque nostrorum, & Ottonis tertii Imperatoris, videlicet antecessoris nostri, celebre habeatur memoriale, & jugis pro omnibus orthodoxis mactetur hostia salutaris.*

Factum Regis probatur ab universis principibus Regni. Patroni Bambergenses. Dona & bona Ecclesiæ Bamberg. à Rege oblata.

D *Oblatis igitur Deo in eadem dilecta nobis Ecclesia ad honorem & decorem domus Dei, ex metallis lapidibúsque preciosis in varios usus sanctuarii, vasis seu vestibus, aliisque ornamentis Ecclesiasticis, contulimus præterea ad suprà dictam Sedem Episcopalem prædia, Ecclesias, vicos, villas cum omnibus suis pertinentiis sive adhærentiis, videlicet utriusque sexus mancipiis, areis, ædificiis, terris cultis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis, silvis, fagenis, (a) venationibus, pratis, pascuis, campis, forestis, * forestariis, cellariis,*

* Præstriis sic Apogr. Bamb.

E *censibus, aquis, aquarúmve decursibus, molendinis, mobilibus, & immobilibus, & cæteris omnibus, quæ ritè scribi aut appellari possunt, quomodolibet utilitatibus, præsenti nostræ authoritatis edicto statuentes, ut in Deo nobis dilectus sæpe dictæ Sedis Episcopus Eberhardus, suique successores liberam dehinc habeant potestatem, eadem præscripta bona cum omnibus appendiciis suis tenendi, possidendi, seu in quaslibet usus Episcopatus convertendi; fratribus autem Canonicis Deo ibidem famulantibus ad quotidiana temporalis vitæ subsidia, possessiones, quas tradidimus nostra imperiali auctoritate proprietativè possidenda confirmamus, ea videlicet ratione, ut præfati Canonici, & eorum per successionem Præpositi, liberam, dehinc cum ipsorum Canonicorum consensu, & consilio potestatem habeant in meliores usus commutandi, augmentandi, & ad utilitatem suam quoquomodo redigendi; quatenus & ipsi nostri benignè memores apud Deum, ac dilectissimæ conjugis nostræ, atque consortis regni Chunegundæ, parentúmque nostrorum versa vice beneficiis nostris pia atque assidua intercessione respondeant.*

Eberhardus primus Episcopus Bamberg.

F *Si quis autem, quod absit, hujus nostræ munificentiam donationis, atque institutum Apostolicæ Sedis, & tot venerabilium Patrum auctoritate firmatum destruere, seu violare tentaverit, in die judicii coram oculis Dei tormento inextinguibili æternaliter luat. Quod ne eveniat: sed hæc traditio atque decretum ab omnibus perpetualiter inviolabilis permaneat, hanc chartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri impressione insigniri jussimus.*

NOTATIO.

G Extat hæc S. Henrici constitutio etiam in Codice Viennensi; at nonnullis omissis; Illa insuper; *Contulimus præterea, &c.* Longè aliter in dicto exemplari leguntur, quàm in nostro; Id ut videas, en tibi Codicis Vienn. verba. *Proinde noverit omnium nostri fidelium tam præsens ætas, quàm & successiva posteritas; quia nos nostræ quendam proprietatis locum Chuigeshoff dictum ad eandem supradictam Episcopalem sedem, unà cum omnibus ejus pertinentiis, sive adhærentiis, videlicet vicis, villis, Ecclesiis, servis & ancillis, areis, ædificiis, terris cultis & incultis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæsitis vel inquirendis, faginis, venationibus, aquis & piscationibus, rebus mo-*

H *bilibus & immobilibus, ac cæteris omnibus, quæ ritè scribi aut appellari possunt, quolibet modo utilitatibus, hac nostræ auctoritatis præceptali pagina, prout firmius possumus, donamus atque proprietamus, omnium contradictione remotâ, præcipientes, ut vobis in Deo dilectus sæpe dictæ Sedis Episcopus Eberhardus, suique successores, liberam dehinc habeant potestatem, eundem præscriptum locum cum omnibus appendiciis suis tenendi, possidendi, seu quidquid sibi libeat, modis omnibus, in usum Episcopatus inde faciendi.* Quod ergo in nostro exemplari universim

A de omoibus prædiis & locis Episcopatui donatis S. Henricus sancit; id Codex Viennensis refert duntaxat ad donatiooem loci illius, qui Küniqeshoff appellatur.

Sagenis (a) Apogr. Bamberg. *Segenis* Cod. Vienn. disertè: *Saginis*, quo denotari videtur jus Porcos in sylvas agendi, *sagina* causa; ùt fieri solet, ubi glandiferarum arborum copia.

CAPUT XVI.

Literæ, quibus Clemens II. Papa, Ecclesiæ Bambergensis privilegia & immunitates confirmavit.

B NEc verò solummodò in vita, superstite adhuc Rege gloriosissimo, sed magis etiam post transitum ejus de morte ad vitam, felix ipsius plantatio, Babenbergensis videlicet Ecclesia, divinæ gratiæ imbribus irrigata de die in diem accipit incremeotum, sæpe oumero à sancta, specialique Matre sua Romana Ecclesia uberibus piæ consolationis potata, ac satiata, Regum quoque succedentium auctoritate, C vel privilegiis oohiliter, ac firmiter in perpetuum sublimata. Denique * Svvidegerus sanctus Babenbergensis Episcopus, quem HEINRICUS Rex Tertius, tribus iovasoribus Apostolicæ Sedis dignè & justè explosis, Catholicum & legitimum Papam coostituena, * Clemeotem II. appellavit, ipséque & uxor ejus *Agnes* in die sancto Domioici Natalis Imperialem henedictiooem ah illo accepit; quanto amore primæ Cathedræ suæ locum dilexerit, missia eidem à Sede Apostolica hujusmodi privilegiis, satis ostendit.

** Suidgerus, secundus Episc. Bamberg. ùt scribit Hermannus.*

** Factum est hoc anno Domini 1046. lege Baron. hoc anno & sequenti. Literæ Clementis II. Papæ, antea Episcopi Bambergensis. Alloquitur ipsam Bamb. Ecclesiam.*

CLEMENS *Episcopus servus servorum Dei sacratissima nostra Babenbergensi Ecclesia in filiis & filiabus ejus, clero videlicet ac populo perpetuam in Domino salutem.*

D *Dispensatio seculorum venit de Principe cælorum, qui antequam secula efficerentur, prascivit, qualiter disponerentur: inde fit, ut non possit non impleri, quod ab aterno illius oculo potuit prævideri. Tanti numinis nutus, te, suam charissimam filiam, Babenberc, nobis in sponsam legitimam desponsavit, & arte regere, quantum in nobis fuit, sua propitiatione donavit. Certè nulli marito circa uxorem fides purior, & amor ardentior, quàm circa te nobis. Nec unquam vel in mentem venit te destituere, & alii adhærere. Sed nescio, quo divino consilio actum est, ut matri tua omniúmque Ecclesiarum consociarer, & aliquantum; tamen non omnino à te separarer. Ecce enim, cùm illud caput mundi, illa Romana * Sedes hæretico morbo laboraret, & charissimi filii nostri Domini* HEINRICI *Imperatoris Augusti præsentia ad hoc invigilaret, ad hoc instaret, ut hujusmodi ægritudinem propulsaret, * explosis tribus illis, quibus idem nomen Papatus rapina dederat, inter tot agmina Sanctorum, qui aderant, Patrum, dignatio cælestis gratiæ nostram indignissimam mediocritatem cunctis nisibus refragantem, voluit eligi, & altissimi Apostolorum Principis vice fungi.*

** Dicit hoc propter Simoniacos, qui sedem illam invadebant, & violenter occupabant.*

** Benedicto IX. Silvestro III. & Gregorio VI. Hoc quomodo intelligendum sit, disces ex Bar. An. 1046. ubi etiam Gregorium excusat, & virum sanctum fuisse monstrat. Lege eundem Anno 1044.*

*Avulsum me tunc à suo gratissimo latere, sponsa dulcissima, quis dolor apprehenderit, quis mæror confecerit, * quo pacto expeimam, nescio, cùm nobis omnem modum videretur transgredi.* E *Plus honoris est, plus decoris, plus inquam virium matri quàm filia, utpote cui omne genu terrestrium flectitur: pro cujus arbitrio janua cæli aperitur & clauditur; adversùs quàm nec porta prævalent inferorum. Non tamen tanta dominationis cupido ostio nostra mentis irrepsit, cordisque cervicem libenter inflexit. Satis nobis erat tecum: activam benè; contemplativam quoquo modo ducebamus vitam: præsertim cùm perfectus amor nec speciem alterius unquam, nec intueretur opulentiam. Testem invocamus aciem divinam, non commentari nos apologiam. Illa* F *enim secreta cordis rimatur, cui nulla nox obtenebratur. Pro teste quoque utimur ipsa conscientia, ubi sua est solicitudo continua. Interiorem pupillam nec terrarum spaciositas, nec tot retundunt opposita; quin amicam meam, sororem meam, sponsam meam, columbam meam diligentiori cura circumspiciam, & undique munitam faciam. Concessum nobis est divinitus, non ex nostris meritis, ùt jam diximus, jus illud Apostolicum, quo & cælis imperatur & terris. Unde dignum duximus, & accommodum decrevimus, ut de profectu nostro tu quoque proficias, & inde tibi amplius consulas, unde nobis illa potestas ampliatur.*

** Cod. Vien. quo nescio pacto liceat exprimi.*

G *Piissima recordationis Dominus Heinricus Imperator Augustus te fundavit, te erexit, te etiam in altum culmen evexit. Quo supplice, inexpugnabili muro & propugnaculis Apostolici muniminis adversùs omnes impias manus prævalentes benè circumvallata es, per prædecessores nostros, Joannem scilicet * XIV. Papam, & Benedictum. Quod etiam idem nos facere cupientes, ut triplici tuitione circumcincta, per virtutem S. Trinitatis nihil unquam patiaris læsionis, nihil unquam ab aliquo molestationis, secura semper & quieta manens in filiis & filiabus tuis, semper Deo devotè serviens, devotè obediens: secura semper & quieta manens; statuimus per hoc nostri magisterii privilegium, ut* H *de bonis illis omnibus, qua tibi, sponsa charissima, virgo castissima, Ecclesia speciosissima Babenberc, summa liberalitas ejusdem orthodoxi Imperatoris, de summa devotione procedens, pio affectu contulit, & nomine tenus illa per concambium convenientissimum, & acceptissimum à Wirzeburgensi, & Eistetensi Episcopis Canonico & rationabili judicio permutavit: vel quorumcunque post eum fidelium religiosa pietas obtulit, & oblatura est, usque in perpetuum, sive sint mobilia, sive immobilia, nullus Imperator, nullus Rex, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes: præterea non Archiepiscopus, non Episcopus, non Abbas, nec ulla hominum persona, audeat, tentet, præsumat, quidquam vel violentia, vel fraude, vel furto detrahere, minuere, mutilare.*

** Est Joan. XIX. Et Benedictus VIII.*

Quod

A *Quod, si quis diabolico instinctu pulsatus, crudeli temeritate admittere non perhorruerit, & admissum citiùs emendare neglexerit, hujusmodi hominem, quicunque sit, de communione sacrosancti corporis & sanguinis Domini nostri JEsu Christi, & à participio totius Christianitatis non solùm excludimus, sed etiam propulsamus: quin etiam Apostolici anathematis acutissima lancea eum transverberamus, ut, pro malefactis malè perditus mortem gemat æternam, associatus in Gehenna inferioris inferni dæmonum principi, mortis inventori, & etiam Judæ sacrilego & proditori, undique circumcinctus draconibus Tartareis, in ultionem sævientibus: nec in ultimo tremendi diei judicio ad vitam resurgat: sed crudelissimum corpus resumens duplici contritione conteratur, infelicissimo & miserrimo genere vivendi, mortem quærens, & non inveniens.*

B *Qui verò pio intuitu proprias manus ab hujusmodi temeritate subtraxerit, & si ita res exegerit, adversum omnes insurgentes, & quidquam auferre conantes, ea bona defenderit, ad tuum, tuorúmque opus, sanctissima Babenberch; illa scilicet, ùt prædictum est, quæ tibi collata sunt, vel de cætero in æternum tibi conferenda sunt, talis ab illo benedicatur, qui super Cherubim sedet, & glorietur, pro eo, quòd hoc nostræ Apostolicæ auctoritatis privilegium studuit observare illæsum, suóque robore solidatum: quod nimirum consilio, & voluntate, nec non alacri*

C *promptóque animo charissimi filii nostri jam superiùs memorati* * *Domini* HEINRICI *Imperatoris Augusti, de nostra Apostolica Sede tibi transmissum eidem gratulare. Etenim ùt te plantavit conditor tuus ille primus* HEINRICUS *Cæsar Augustus, sic est hic secundus vestigia ejus secutus, & ùt pari nomine, parique dignitate, sic pari devotione te rigavit, tibi incrementum dedit, & adhuc dum usque vixerit, Deo miserante, & inspirante, dabit. In quo te, dulcissima sponsa, optamus in secula seculorum crescere, pollere, vigere, dicentes. Bene valete.*

* Loquitur de Henrico II. Imp. & Rege III. hujus nominis.

CAPUT XVII.

Leonis IX. Diploma de privilegiis Ecclesiæ Bambergensis.

D POst hujus, piæ memoriæ * Clementis felicem excessum, cùm Damasus Papa, qui & Poppo, Brixiensis priùs Episcopus, sedisset triginta tantùm dies, LEO IX. qui & Bruno, à suprà dicto HEINRICO tertio Imperatore electus, & centesimus, quinquagesimus secundus Papa constitutus, in signum benignitatis, quam erga Babenbergensem locum habuit, Hartvvico III. Episcopo Pallium ditexit ab Apostolica Sede, scribens ei Epistolam in hæc verba:

* Mortuus est Clemens II. Papa Anno 1047. VII. Idus Octob. mense nono à Pontificatu inito.
* Vide Bar. 1048.

LEO *Episcopus servus servorum Dei Hartvvico. Babenbergensis Ecclesiæ venerabili Episcopo perpetuam in Domino JEsu Christo salutem. Si pastores ovium solem, geluque pro gregis sui custodia die ac nocte ferre contenti sunt, & ut ne quæ ex eis aut errando pereat, aut ferinis laniata morsibus rapiatur, oculis semper vigilantibus circumspectant; quanto sudore, quantáque debemus pervigiles esse diligentia, nos, qui pastores animarum dicimur? Attendamus, & susceptum officium exhibere erga custodiam dominicarum ovium non cessemus, ne in die divini examinis pro desidia nostra, ante summum pastorem negligentiæ reatus nos excruciet, unde modò honoris reverentia sublimiores inter cæteros judicamur.*

Breve Leonis IX. ad Episcop. Bamberg.

E

F *Ad missarum itaque solennia celebranda fraternitati tuæ pallium transmittimus, quod antecessoribus tuis nunquam antè concessum, modò tibi primo concedimus, rogatu dilectissimi filii nostri Imperatoris* HEINRICI, *& pro veneratione antecessoris tui, piæ memoriæ, Domni Papæ Clementis, & pro memoria* HEINRICI *Imperatoris primi, præfatæ Ecclesiæ constructoris benignissimi. Quo tibi ter in anno uti permittimus, salva auctoritate Domnæ Metropolitanæ Moguntinæ Ecclesiæ, scilicet in die S. Resurrectionis, & in Natalitiis Apostolorum Petri & Pauli, & in solennitate S. Dionysii, eò quòd tunc anniversarius dies celebratur Domni Papæ Clementis suprà memorati, háncque diem sanctam Apostolica auctoritate statuimus celebrem esse per totum Episcopatum.*

Pallium transmittitur Episcopo Bamb. à Leone IX. Hartvvicus Episc. Bamb. primus pallio donatur. Quoties Episcopus Bamb. Pallio quotannis uti possit.

G *Cujus quoniam indumenti* (a) *honor modestia actuum in veritate servandus est, hortamur, ut ei morum tuorum ornamenta conveniant: quatenus auctore Deo, rectè utrobique possis esse conspicuus. Itaque vita tua filiis tuis sit regula. In ipsa, si qua tortitudo illis injecta est, dirigatur: in eo, quod imitentur, aspiciant; in ipsa consideranda semper proficiant: ut tuum, post* DEUM, *videatur esse, quòd benè vixerint. Cor ergo tuum neque prospera, quæ temporaliter blandiuntur, extollant: neque adversa dejiciant, sed quidquid illud fuerit, virtute patientiæ devincatur. Nullum apud te locum odia, nullum favor indiscretus inveniat. Misericordem te, prout virtus patitur, pauperibus exhibeto. Oppressis defensio tua subveniat, opprimentibus moderata erectio contradicat. Nullius faciem contra justitiam accipias, nullum quærentem justa despicias. Custodia in te æquitatis excellat, ut nec divitem potentia sua aliquid apud te extra viam suadeat rationis audire; neque pauperem de se sua faciat humilitas desperare, quatenus,* DEO *miserante, possit talis existere, qualem sacra lectio præcipit dicens:* Oportet Episcopum Irreprehensibilem esse: *Sed his omnibus salubriter uti poteris, si magistram charitatem habueris. Quam qui secutus fuerit, à recto aliquando tramite non recedit.*

Quid pallium ab Episcopo postulet.

1. Tim. 3.

H *Ecce, frater charissime, inter multa alia ista sacerdotii; ista sunt pallii. Quæ, si studiosè servaveris, quod deforis accepisse ostenderis, intus habebis. Sancta Trinitas fraternitatem vestram gratia suæ protectionis circumdet, atque ita in itineris sui via nos dirigat, ut post hujus vitæ amaritudinem ad æternam dulcedinem pervenire me-*

A *mereamur. Data III. Nonas Januarii, (b) Anno Domini Leonis Papæ IX. Indictione sexta.*

NOTATIONES.

Cujus quoniam indumenti (a) Cod. Vienn. *Cujus quomodo indumenti honor modesta actuum vivacitate servandus est.*

Data III. Nonas Januarii (b) Io Cod. Vienn. additur, *Per manum* F. *Diaconi, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarii & Cancellarii, vice Domini* H. *Archicancellarii & Coloniensis Archiepiscopi, Anno Leonis Papæ Noni IV. Indictione VI.* Porrò litera F. significatur *Fridericus.* litera H. *Heribertus.* Post istas literas Leonis IX. subjicitur in Codice Viennensi sequens diploma, quod hic annectere visum, quaodoquidem ad res Bambergenses pertinet.

B *Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam posteris quàm modernis, qualiter Fridericus rogatu Domini sui Guntheri V. sanctæ Babenbergensis Ecclesiæ Episcopi; allodium quoddam, Haga, quod idem prænominatus Episcopus antea per manum advocati sui in ejusdem Friderici legaverat cum omnibus ad ea loca pertinentibus, hoc est, quidquid supradictus Episcopus prædii inter duos fluvios, videlicet Usiam, quam nos vulgariter Ensam dicimus, & Ibisam habuerat, ad altare S. Petri majoris monasterii in Babenberg legavit pro remedio animæ ejusdem prænominati Episcopi Guntheri, nec non patris & matris. Legavit etiam ministeriales ad idem prædium pertinentes ad supradictum altare S. Petri in Babenberg, eo deinceps sibi suisque posteris retento jure, quod viri ministeriales habent ejusdem Ecclesiæ, quod & infra scriptum est.*

C *Hæc est justitia Babenbergensium ministerialium. Si quem ex his Dominus suus accusaverit, de quacunque re, licet illi juramento se cum suis coæqualibus absolvere, exceptis tribus: hoc est, si in vitam Domini sui, aut in cameram ejus consilium habuisse, arguitur, aut in munitiones ejus. Cæteris verò hominibus, de quacunque objectione, absque advocato cum suis coæqualibus juramento se poterit absolvere. Et cæteris hominibus non plus debent, quàm septem personis, suis verò sociis duodecim. Si occisus fuerit, recompensatio ejus, decem libræ sunt, quæ ad alios non pertinent, nisi ad cognatos occisi. Si beneficium*

D *ab Episcopo non habuerit, & repræsentaverit se in ejus ministerio, & beneficium non potuerit obtinere, cui vult, militet, non beneficiarius, sed liberè. Si absque liberis obierit, & uxorem prægnantem habuerit, exspectetur, dum pariat. Et, si masculus fuerit, ille habeat beneficium Patris. Si non; proximius agnatus defuncti loricam suam, vel equum, quem meliorem habuerit, Domino suo offerat, & beneficium cognati sui accipiat. In expeditionem iturus ex suo sumptu ad Dominum veniat: deinceps ex ejus impensa alatur. Si expeditio in Italia est, Dominus per singulas loricas unum equum det, & tres libras. Si verò aliò: duo ex illis tertio dent impensas, beneficium habentes à Domino suo non constringantur, nisi ad quinque ministeria, hoc est, ut aut dapiferi sint, aut pincernæ, aut cubicularii, aut marschalci, aut venatores.* E

Legavit & prænominatus Fridericus aliud prædium, inter Trimam & Usiam situm, quod item prænominatus Episcopus Guntherus illi per manum advocati sui legaverat, cum utriusque sexus mancipiis ad supradictum altare S. Petri majoris monasterii in Babenberg, pro remedio animæ ejusdem Guntheri Episcopi, nec non patris & matris ejus. Harum ergo traditionum testes per aurem tracti sunt; Palatinus Comes Chouno, & filius ejus N. & cæteri.

CAPUT XVIII.

Adventus Leonis IX. in Germaniam. Confirmantur ab eodem Ecclesiæ Bambergensis privilegia.

IDem quoque Præsul Apostolicus, invitante HEINRICO Imperatore, Theutonicas partes adiens Ratispooam venit, F
sanctúmque Wolfgangum ejusdem Urbis Episcopum de tumulo levavit; inde Babenberc cum ipso Imperatore transiens, privilegia ejusdem loci à Caocellario suo Friderico, qui sibi postea successit, (a) perspici & coram Imperatore populóque pronunciari mandavit, & sua auctoritate illa coofirmavit. Cujus nimirum confirmationis descriptio in hunc modum se habet.

LEO Episcopus, servus servorum DEI Hartvvico Babenbergensi Episcopo, sibique Canonicè in Sede Episcopatus succcssuris in perpetuum, æternam in Domino salutem. Cum exigente cura pastorali totius sanctæ Ecclesiæ DEI, nobis DEI providentia commissæ, in partes Germaniæ venissemus, quæ Orientali Franciæ adjacent, prece dilectissimi filii nostri HEINRICI secundi, Imperatoris, & tertii Regis, ac suprà fati dilectissimi confratris nostri Episcopi Hartvvici Babenberc venimus, & in die natalis beati Lucæ Evangelistæ inter Missarum solennia cùm Verbum DEI haberemus ad populum, præsente nominato charissimo filio HEINRICO, & Episcopis quàm plurimis adstantibus, etiam laicis, & diversis potestatibus seculi, relecta sunt prædecessorum nostrorum privilegia, quibus idem locus fundatus & corroboratus est, auctoritate Romana S. Sedis Apostolicæ; relecta est ibi & conscriptio, & confirmatio Wirzeburgensis HEINRICI Episcopi, qua prædictam Babenbergensem Ecclesiam banno Episcopali, & Episcopii termino, accepta placita commutatione firmavit; quæ sic acta est. G

Leo IX. Bambergæ concionatur ad populum.

Dum HEINRICUS in Imperio primus, in regno secundus, divini ignis amore succensus, de prædiis, quæ DEI gratia, hæreditario jure in sua possessionis dominium pervenerant, DEI servitium augere construendo Episcopatum, atque ordinando desideraret, quò id legitimè, rationabiliterque fieri potuisset, HEINRICUM venerabilem Wirzeburgensis Ecclesiæ provisorem, quatenus H

A tenus prædictum locum Babenberc nuncupatum, cum pago Ratenzgave qui dicitur, qui ad suæ diœceseos statum pertinere videbatur, de suo jure in ejus jus, ad id perficiendum, transfunderet, studiosè cœpit flagitare. Qui, quoniam justæ, & rationabiles causæ videbantur, ejusdem invictissimi Regis petitionibus acquiescens, cum communi cleri sui atque militum, nec non totius populi consilio & consensu, præfatum locum cum prædicto pago, tribus parochianis Ecclesiis cum suis adjacentiis, exceptis, quarum nomina sunt hæc; Wachenrode, Lonerstat, Mulhusen, omni postmodum remota contradictione, suæ potestati tradidit. Alterius autem pagi, qui Volcvelt nominatur, in quo præfatus locus situs est, partem eidem Regi concessit, quantum est de Babenberc usque ad flumen Uraha, de Uraha in Ratenzam flumen, & sic juxta decursum ejusdem fluminis in Moin, & inde ad rivulum Wachibach: deinde ad caput ejusdem rivuli, sicque quà citissimè, ac proximè perveniri potest ad Uraha. Et ut hæc traditio firma, & inconvulsa permaneret, ipse prædictus Præsul HEINRICUS cum Canonicis suis corroboravit, & subscripsit.

Vide cap. 13.

B Qua subscriptione relecta, cùm juxta votum omnium; (quia semper justis operibus favorem debemus) & nos prædictum venerabilem locum Apostolica auctoritate vellemus corroborare, ipse prænominatus ejusdem loci Episcopus Hartwicus proclamationem suam fecit; quia locus suus à Clericis Adalberonis Wirzeburgensis Episcopi temeraria præsumptione invasus esset. Quod nos, quia (utrique Apogr. Bamb.) Episcopi præsentes aderant, inter quos causa stabat, ibidem volentes discutere, Adalberoni Episcopo, à quo injuria illata erat, deliberationem fecimus, ut objectionem hanc, si posset, refelleret; si non; justitiæ satisfaceret. Tum ille, inito cum suis omnibus, qui aderant, Clericis & Laicis consilio, regrediens ad ambonem, de illata injuria se cum satisfactione excusavit, & de omnibus, quæ ad bannum, & Episcopalem justitiam, & potestatem Babenbergensis Ecclesiæ Christi pertinerent, ex tunc & deinceps renunciavit, exceptis his causis, quæ de bonis utriusque Episcopii, ipsi inter se Episcopi possent legaliter definire.

C Verùm nos, sicut semper de profectu gaudemus fidelium, & justis operibus debemus augmentum, eundem Babenberc locum ab antecessoribus nostris corroboratum, Apostolica authoritate viva voce corroboravimus; & eandem corroborationem nunc etiam literis signavimus, ut eundem locum, & omnia, quæ ibidem DEO, sanctóque Petro à felicis memoriæ HEINRICO secundo Rege, & primo Imperatore tradita sunt, D & quæ in posterum jure acquiri possunt; vel justè acquisita sunt, prædia, mancipia, aurum, argentum, pallia, vasa, ornamenta, & alia utensilia nemo audeat in perpetuum surripere, auferre, aut commutare, nisi ad utilitatem ejusdem Ecclesiæ. Sed Episcopus ejusdem loci, vel qui in perpetuum ejusdem fuerint successores, secura eas possideant tranquillitate, ac liberam E habeant potestatem, aut dominationem omnes res & proprietates ejus loci ordinare atque componere vel augmentare: Dissipare verò atque confundere, nullam habeant inde potestatem aut dominationem.

F Insuper pro nostra auctoritate sancimus, ut in terminis ejusdem Ecclesiæ nulla sit infestatio tyrannorum, vel aliorum quorumlibet hominum pravorum, sive sint in civitate ipsa Babenberc, sive in castellis, villis, servis, ancillis, tributariis, decimis, forestis, silvis, venationibus, piscationibus, molendinis, campis, pratis, pascuis, agris cultis & incultis, aut quidquid modò illuc pertinet, aut in futurum justè acquiri poterit, per nostræ Apostolicæ auctoritatis privilegium corroboratum, in secura permaneat quiete. Nullus ibi Comes aut Judex, placitum seu districtionem aliquam facere, vel tenere audeat, nisi quam per concessionem gloriosissimi Imperatoris secundi HEINRICI, vel successorum ejus, Episcopus ejusdem loci deliberaverit; nulla in aliqua dignitate posita magna, parvaque persona per violentiam irruat. Sit ille Episcopatus liber Romano tantum Mundeburdio subditus: quatenus Episcopus liberiùs & delectabilius cum Clericis suis servitio DEI possit insistere, & HEINRICI primi Imperatoris, ejusdem loci venerabilis fundatoris, nostrique, ac successorum nostrorum, HEINRICI quoque charissimi filii nostri, secundi Imperatoris, atque omnium, quibus debitores sunt, memoriam jugiter habere. Sed tamen idem Episcopus suo Metropolitano Episcopo Moguntino in Canonicis causis tantummodo sit subjectus, & obediens.

G Deliberatis igitur, sancitis, ac corroboratis omnibus suprà dictis rebus, eidem sancto loco placuit addendum insigne honoris Ecclesiastici à nostra Apostolica auctoritate; ducti amore, & reverentia Clementis, piæ memoriæ, prædecessoris nostri, quem DEUS miro * dispensationis ordine, à prælatione hujus loci ad sanctæ Romanæ, Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ apicem dignatus est avertere, & mirabiliùs è Romanis finibus defunctum corpus ejus reducere: volens hanc Ecclesiam, ùt æstimamus, quasi novam, tanto decoratam esse patrono, & Romanam contentam, & sufficienter præteritis & futuris patribus madere ornatam: quin etiam amore, (b) & desiderio fratrum, qui nos in suis recepère Ecclesiasticis stipendiis & quotidianis, nuum nostra * vicissitudine regere fratrem, mitras gestare concedimus licentiam, ea scilicet ratione, ut ab Episcopo provideantur digniores, & honestiores presbyteri, & diaconi, qui bonis moribus, vel maturis ætatibus, vel etiam prælationibus ipsius loci emineant, his videlicet diebus; in Natali Domini & salvatoris nostri JESU Christi, & in cœna Domini, & in Sabbatho sancto, & in die gloriosæ resurrectionis ejusdem, & sancta Pentecoste, & in die S. Georgii, & in die SS. Petri & Pauli, & assumptionis beatissimæ MARIÆ, & S. Dionysii, pro reverentia nostri prælibati

* Dispositionis.

H

* Nostra vice.

A *libati prædecessoris Domini Clementis Papæ, cujus anniversarius dies tunc ab eisdem fratribus agitur: & in anniversario die Domni HEINRICI Imperatoris, ejusdem loci venerabilis constructoris. His verò concedimus hanc dignitatem, qui tantùm specialiter excubant, vel deserviunt apud prædicti prædecessoris nostri sepulchrum. Contentos tamen his sancimus diebus fore, nec ultra à quoquam temerè usurpari, ne honor proprius Apostolicæ Sedis vilescat.*

B *Hæc verò omnia suprà dicta observari, & custodiri in perpetuum nostra Apostolica auctoritate decernimus, confirmamus, & roboramus. Qui verò, quod absit, hujus nostri privilegii temerarius transgressor exstiterit, DEI & beatissimæ MARIÆ, & beatorum Petri & Pauli, omniúmque sanctorum * æterna maledictione maledicatur, & perpetui anathematis vinculis innodetur, nisi digna satisfactione resipuerit, & Canonicè satisfecerit. Qui verò pio corde hujus observator privilegii exstiterit, DEI omnipotentis & almæ MARIÆ, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli benedictione ditatus, æterni regni particeps fieri mereatur. Data per manus Friderici Diaconi Bibliothecarii & Cancellarii Sanctæ Romanæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ, Anno Dominicæ Incarnationis M.LII. Anno verò Pontificatus Domini Leonis noni Papæ IV.*

* Et nostra Apogr. Bamb.

NOTATIONES.

C *Qui sibi postea successit* (a) Fridericus Cancellarius Pontificatum adeptus, Stephani X. nomen tulit: Non tamen immediatè successit Leoni IX. sed interjecto Victore II.

Quin etiam amore (b) Hunc locum ita emendavimus ex Codice Donavverdano. Nam in Rebdorffensi & Apographo Bambergensi planè depravatus erat, licèt neque jam mendo prorsus carere videatur.

CAPUT XIX.

Henrici Imp. II. Regis III. Constitutio, qua Ecclesiæ Bambergensis privilegia confirmantur.

D NEc minùs ipse Rex præfatus Heinricus III. * Chunradi Imperatoris filius, dudum, Patre vivente, Rex constitutus, ordinationis suæ anno XII. Regni autem * primo, ad confirmandum Babenbergense Episcopium, privilegium, quod subjunctum est, scribi jussit, superstite adhuc Eberhardo primo ejusdem Sedis Episcopo.

* Salici, cujus vitam, quam nuper prodiit, conscripsit Wippo.

* Erat hic annus Domini 1039. Quo Conradus Imp. obiit. Vide Baron.

HEINRICUS, DEI favente clementia, Rex. In examine DEI cuncta conspicientis æquale meritum credimus fore, dantis & corroborantis. Credimus etiam, ad regalem nostram majestatem pertinere totius regni curas, præcipuéque omnium sanctarum DEI Ecclesiarum commoda considerare, & omnia eis adversantia sub omni festinatione abolere, ne, vel gravi incommoditate vilescant, vel qualibet, pro nostra culpa, orta occasione, à pristino cultu & religione recedant: quatenus dum hæc pro amore, pariterque timore DEI fideliter peragimus, illorum, qui hæc pio affectu, DEO contulerunt, meritis & gloria communicemus. E

F *Proinde, omnibus in Christo fidelibus scilicet tam futuris, quàm præsentibus notum esse volumus, qualiter ob hanc spem per interventum dilectissimæ matris nostræ Gisilæ, Imperatricis Augustæ, pro amore etiam dilecti, fidelisque nostri Eberhardi, primi sanctæ Babenbergensis Ecclesiæ Episcopi, eundem locum à Divo Imperatore HEINRICO secundo, pro sua suorúmque animæ in Episcopatum, divina inspirante clementia, perfectæ fidei charitatisque devotione, in honore Principis Apostolorum Petri, & S. Georgii Martyris sublimatum, consensu fidelium nostrorum sancimus, & omni contradictione remota; regalis nostræ majestatis auctoritate corroboramus, omnes etiam res mobiles & immobiles ejusdem sanctæ DEI Ecclesiæ, quas ipse Divus Imperator pro ardore cœlestis patriæ ibidem larga manu contulit, ea ratione confirmamus, ut fidelis noster Eberhardus, ejusdem loci primus Episcopus, ejúsque in perpetuum successores secura ear tranquillitate possideant, & liberam potestatem habeant, & res, & proprietates ejusdem Ecclesiæ cum consensu clerici & populi ordinare, componere, * & augmentare.*

* Commutare, Apogr. Bamb.

G *Nostra quoque auctoritate sancimus, ut in Abbatiis, monasteriis, comitatibus, foris, mercatibus, monetis, naulis, teloniis, castellis, villis, vicis, areis, servis, ancillis, tributariis, decimis, forestibus, silvis, venationibus, piscationibus, molendinis, aquis, aquarúmve decursibus, campis, pratis, pisciuis, terra cultis & incultis, libris, argento & auro, gemmis, vasis, ornamentis, vel aliquibus utensilibus in cultum & religionem DEI ibidem collatis, & in omnibus terminis, rebúsque ejusdem Ecclesiæ, aut quidquid ad præsens illuc pertinet, vel ex his amplificari potest: nulla sit infestatio tyrannorum, nulla potestas irruat ibi per violentiam; nullus ibi Comes, aut Judex legem facere præsumat, præter Episcopum ejusdem loci, omnisque possessio DEO famulantium ibi pro * emunitate habeatur. Sit ille Episcopatus liber, ab omni extranea, & iniqua securus potestate: quatenus ibidem DEO famulantes, & primi constructoris memoriam dignè celebrare, nósque fautores & corroboratores possint & velint DEO precibus suis commendare. Et ut hæc nostræ auctoritatis traditio firma & inconvulsa permaneat, hoc privilegium inde conscriptum manu propria corroborantes sigilli nostri impressione jussimus insigniri.*

* Emunitas, aliquando muutat, & mundat ab immunitate corrupta voce.

H Hæc nos de fundatione, vel confirmatione sanctæ Babenbergensis Ecclesiæ, accepta occasione, dixisse sufficiant, nunc ad cœptam narrationem de gestis beati viri animum, stylúmque vertamus.

NOTATIO.

Wippo in vita Conradi Salici eximiam laudem huic Heinrico tribuit. Agens enim de

A de Conrado, quomodo pœnitentia ductus fuerit, quòd ob investituras pecuniam accipere soleret; cum proposito in posterum à tali acceptione abstinendi; de Henrico subjungit. *Sed filius ejus Tertius Henricus, qui postea Rex & Augustus effectus est, optimè ac sine omni scrupulo patrium votum expiavit, in omni vita sua pro omnibus dignitatibus Ecclesiasticis unius oboli precium non dicitur adhuc accepisse.* Extat in Codice Viennensi inter Bambergensi Ecclesiæ concessa Diplomata, aliud hujus Imp. quod adscribere placet; ut videant sectarii, quàm Romanis Imperatoribus nihil cum Lutherano & Calviniano spiritu commune fuerit.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis,
B *Henricus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Scimus, ac perfectè cognoscimus sublimationem Ecclesiarum profectum parere animarum: quia dum terrenis cœlestia, temporalibus sempiterna comparamus, cœlestem ac sempiternam requiem animabus nostris preparamus. Unde noverint omnes Christi nostrique fideles, tam futuri, quàm præsentes qualiter illa spe inducti donavimus pro remedio animæ nostræ, dilectæq; conjugis nostræ scilicet Agnetis, nostræq; prolis Henrici, seu parentum nostrorum, pro*
C *pace & stabilitate regni, decimum mansum, rectámque fructuum decimationem totius regionis in finibus Ungarorum gladio ab hostibus acquisitæ, in pago Osterriche, ad altare S. MARIÆ in Helmenburc, & tertiam partem utilitatis ullo modo de eâdem urbe provenientis cum omnibus pertinentiis & utilitatibus; ea videlicet ratione, ut Præpositus Fratrum inibi Deo servientium liberam dehinc habeat potestatem possidendi, precariandi, commutandi, seu, quidquid libet, ad utilitatem præfatæ Ecclesiæ inde faciendi. Et ut hæc nostræ traditionis auctoritas stabilis & inconcussa permaneat, hanc chartam inde conscriptam sigilli nostri impressione, & propria manus confirmatione jussimus insigniri.*

CAPUT XX.

Malevolentia & invidia Brunonis fratris in S. Henricum.

D REgis autem frater erat * Bruno, Augustensis Sedis Episcopus, qui felicibus fratris actibus invidens, multas ei adversitatum injurias, in quantum potuit, inferebat: & ubi per se non poterat, inferentibus se adjungebat, vel alios ad inferendas exhortando stimulos eis pravæ incitationis subdebat. Cui frater non solùm talionem non reddidit, verùm etiam instructus fraterna dilectione, omnia dissimulando, & patienter sustinendo, illum in bono vincere satagebat.

* Bruno frater S. Henrici Episc. Augustanus, de cujus cum fratre simultatibus Ditm. lib. 5. & 6. Patientia Henrici in injuriis tolerandis.

CAPUT XXI. E

Liberalitas S. Henrici. Ejusdem Zelotypia. S. Cunegundis innocentiam suam probat.

QUanta ejus munificentia, quanta erga DEUM liberalitas extiterit, tam in illa Babenbergensi Ecclesia, quàm in aliis compluribus locis, manifestis operum declaratur indiciis. SOLUM quippe DEUM sibi elegit hæredem, quatenus & ipse in consortium æternæ hæreditatis eum assumere dignaretur. Liberos etenim secundùm carnem nec habebat, nec exspectabat. quandoquidem eam, quam pro conjuge habere videbatur, Chunegundam, nunquam cognovisse comprobatum est. Qualiter autem innotuerit, ad communem ædificationem, prætereundum non est, ut & castimoniæ erudiamur exemplis, & divinorum secretorum admiratione moveamur, intelligentes, quemadmodum *diligentibus DEUM omnia cooperantur in bonum.* Tantis namque ac talibus bonis tentatio deesse non potuit.

Solus Deus hæres S. Henrici.

Rom. 8.

Invidus enim omnium bonorum diabolus, ubi torum immaculatum sauciare non potuit, Zelotypiæ livore fœdare cogitavit, & ejus saltem famam lædere, cui vulnus corruptionis infligere non potuit. Facta est igitur, auctore diabolo, suspecta criminis ea, quæ non noverat maculam corruptionis. Sed quia *crudelis est, qui famam negligit:* expurgationis gratia, ad vomeres candentes illud sibi judicium delegit, quod propter duritiam hominum institutum esse cognoscitur. Cúmque dilecta DEO ad illud judicium, velut ovis ad occisionem duceretur, ingemuit; & ait, *Domine DEUS creator cœli & terræ, qui probas renes & corda, judica judicium meum, & eripe me. Te enim testem & judicem hodie invoco, quia nec hunc præsentem HEINRICUM nec alterum quemquam virum carnali commistione unquam cognovi.* Hoc dicto, stupentibus, ac flentibus universis, qui aderant, vomeres candentes, nudo vestigio calcavit, & sine adustionis molestia, secura pertransiit. Ita DEUS omnipotens vinculum castæ dilectionis servavit, innocentiam comprobavit, & integritati custodiam humilitatis adhibuit. F

Prov. 16.

G

De probatione per ferrum candens, & vomeres ignitos lege Delrium lib. 4. Disquisit. Mag. cap. 4. q. 4. Sect. 3.

CAPUT XXII.

S. Henricus Imp. Apuliam recuperat. Beneventanum Monasterium ædificat. In monte Cassino à calculi tormentis liberatur, ope S. Benedicti.

INter hæc beatissimi Principis gloria magis ac magis proficiebat, & gratia DEI erat cum ipso: *Non declinavit clypeus ejus à bel-* H

2. Reg. 1.

A *à bello, & hasta ejus non est aversa.* Apuliam à Græcis diu possessam, Romano imperio recuperavit, & eidem provinciæ Ismaëlem Ducem præfecit. Qui postea in Babenbergensi loco mortuus, & in capitulo majoris monasterii sepultus requiescit in Domino.

Henricus Imp. Apuliam domat. Ismael Dux Apuliæ Bambergæ moritur.

B Beneventanum monasterium condidit, & omni ornatus decore locupletavit. Cúmque civitates Apuliæ pertransiret, & quæ ad utilitatem & honorem Regni pertinebant, in eis prudentissimè disposuisset, cœpit in infirmitate calculi laborare. Cujus morbi molestiam vir sanctus tanta patiencia sustinuit, ut passiones carnis ad custodiam humilitatis à Deo sibi collatas assereret: & flagellum correptionis certissimum signum dilectionis esse affirmaret. Fomenta tamen curationum fecit sibi adhiberi; sed nulla medicorum subtilitate ad integrum potuit liberari. Ingravescente autem dolore, ascendit montem Cassinum, petiturus, ut per intercessionem B. Benedicti, & sanctæ Scholasticæ, sanitatis ei à Deo præstaretur remedium. Veniens autem ad locum, ubi Sanctorum Reliquiæ fuerant reconditæ, effudit animam suam in conspectu altissimi, & per Sanctorum suffragia Benedicti videlicet & S. Scholasticæ, precibus & lacrymis postulavit à DEO salutem corporis & animæ sibi præstari. Impletúmque est, quod per Prophetam dicitur; *Exquisivi Dominum, & exaudivit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.* Nam petiit, & exauditus est: pulsavit ad ostium perseveranter miserantis potentiæ; & intromissus est.

Imp. Henricus calculo gravissimè affligitur. Lege Leonem Ostiensem lib. 2. Chron. Cassin. cap. 42. & 43. qui rem paulò aliter narrat, præsertim de calculi exemptione. Montem Cassinum adit, ut à calculo liberetur. Preces fundit coram Reliquiis S. Benedicti. Psalm. 33. Luc. 11.

C Interea Rex cœpit cogitare, quæ de translatione S. Benedicti audierat; & quia Reliquiæ ejus dicebantur furtim sublatæ, & in alium locum translatæ, ideo vir sanctus de corporali ejus præsentia dubitabat. Completa itaque oratione homo DEI, ad hospitium se contulit, & lassatus ac debilitatus in lectulo se collocavit. In quo obdormiens vidit S. Benedictum sibi assistere, & ferrum sectorium ad medicinales sectiones *aptum manu tenere. Qui dixit ei: *Quia sperâsti in DEO, & in Sanctis ejus, ecce missus sum à DEO, ut per meam medicinam ab infirmitate tua libereris. Ecce ego, cujus ossa furtim sublata esse putabas, præsentiam meam tibi exhibeo, & in argumentum veritatis passiones tuas curabo.*

S. Benedictus apparet Henrico Imp. * Aptatum. Eundem à calculo mirabiliter liberat.

D Hæc dicens, partem illam corporis, ubi calculus jacebat, medicinali ferro, quod manu tenebat, aperuit, & evulso molliter calculo, hiatum vulneris subita sanitate redintegravit, calculúmque, quem tulerat, in manu Regis dormientis reposuit. Quo facto, Christianissimus Imperator evigilavit, & pertractans secum, quæ circa ipsum per Confessorem Christi gesta fuerant, vidénsque calculum, quem manu tenebat, vocavit satellites, qui regio more sibi semper assistebant, dixitque ad eos: Pontifices, regníque nostri Principes vocate ad me, ut E cognoscant & videant mirabilia DEI, quæ ineffabilis misericordia, & inenarrabilis potentia ejus fecerunt in me. At illi mandata Regis celeri cursu perferentes ad Principes, perduxerunt eos ad Regem. Quos Rex salutans, resalutatúsque ab eis, sic allocutus eos est: *Fratres, & commilitones mei, magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus in id ipsum, quia ipse est magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non est finis. Ipse percutit, & medetur: flagellat peccatores, & pœnitentibus miseretur. Hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu Domini vini meri plenus misto. En ego, qui heri morti proximus fui, per misericordiam DEI hodie vobis appareo sanus: & aculeum mortis, quem heri gestavi inclusum corpori meo, hodie oculis vestris visibiliter ostendo.*

Oratio Imp. ad Principes. Psalm. 33. Psalm. 144. Psalm. 174.

F Hæc dicens, ostendit calculum, quem manu tenebat, & ostendens cicatricem vulneris, omnia; quæ per sanctum Benedictum circa ipsum gesta erant, cunctis audientibus, ex ordine referebat. At illi videntes & audientes mirabilia DEI, & plus, quàm credi potest, admirati sunt; & benedicentes DEO, diúque in laudem ejus acclamantes de incolumitate Regis gavisi sunt. Rursúmque Rex ad eos. *Quas*, inquit, *gratiarum actiones, aut quæ munera tantis beneficiis condigna medico nostro Benedicto possumus rependere?* At illi omnes judicaverunt, eum regia munificentia dignum esse. Rex ergo ex consilio Principum suorum ingentia munera in prædiis, in auro, in argento, in ornamentis plurimis Ecclesiæ S. Benedicti contulit. Et valefaciens fratribus, qui eidem Ecclesiæ præsidebant, à Cassino monte hilaris, & sanus discessit. Ab eo autem tempore, & deinceps, quadam speciali dilectione, & veneratione S. Benedicto, & omnibus monasticæ religionis cultoribus studuit deservire, & in amplificandis, ac protegendis rebus Ecclesiasticis benignus ac devotus Pater existere. Hæc in Cassino monte scripta inveniuntur, ut & moderni magnalia DEI in memoria habeant, & apud posteros per antiquitatem temporis in oblivionem non veniant. (a)

Calculum exemptum ostendit Principib.

G Imp. donis honorat S. Benedictum: quæ Leo Ostiensis speciatim enumerat. Lege Baron. 1022.

NOTATIO.

H *In oblivionem non veniant* (a) Post hanc capitis hujus clausulam, adjungitur in Bambergensi Apographo sequens historia.

*Et, si quis scire desiderat, quare gloriosissimus Imperator Henricus claudicaverit, cùm primùm corpore toto sanus fuerit, hanc causam noverit. Cùm ipse quodam tempore venisset in Apuliam, pro disponendis Reipublicæ negotiis, pervenit in montem Garganum, in cujus crepidine sita est * levitas, & in latere montis in rupe concava,* est *basilica non ab hominibus fabricata, neque per hominem dedicata, sed operatione divina vel virtu-*

* Planities.

A *virtute exstructa: mirabiliter etenim divina benedictione venerabiliter consecrata est. Hujus basilicæ extat Patronus Michaël Archangelus. In hac etenim Ecclesia, qualibet hebdomada cantus angelicus, ab his, qui digni sunt, audiri perhibetur.*

B Visio S. Henrici.

Hanc itaque Basilicam, orationis causa, cum cæteris Christi fidelibus vir Deo devotus est ingressus. Cúmque laudes divinas inibi celebrâssent, & vota precum suarum cum multa devotione Deo reddidissent: tempus jam aderat, quo cœlestis exercitus ad laudes Deo persolvendas templum hoc sacrum fuerat ingressus. Itaque cùm omnes egrederentur, & qui moram facerent, expellerentur exire; vir sanctus postulabat, ut ei intus remanendi facultas concederetur.

Igitur omnibus egressis, solus ipse, sperans in misericordia Dei, inibi manere præsumpsit, & preces precibus continuavit, & genuum flexiones iteravit: in quo multis lacrymis divinæ se commisit clementiæ, & animam suam beato Michaëli Archangelo cum multa supplicatione studuit commendare. Cúmque pii Regis * *incensum ascenderet coram Domino, Deus Israël, qui in Sanctis suis semper est mirabilis, mirabilem ei dignatus est ostendere visionem. Vidit enim Angelorum multitudinem copiosam, ad instar solis splendidam, templum sanctum ingredientem; ex quibus duo principale solenniter adornabant altare. Deinde vidit alias cœlestium Virtutum cohortes innumeras, in similitudinem fulguris coruscantis fulgentes, & quasi primatem suum cum gloria maxima deducentes: nec dubium, hunc fuisse cœlestis militiæ signiferum. Novissimè verò meruit videre ipsum Regem Angelorum Dominum venientem cum potestate magna & virtute. In cujus obsequio cœlestis exercitus innumerabilis, & splendor ejus incomparabilis: cujus etenim nutu reguntur omnia cœlestia & terrestria. Denique chorus novæ Hierusalem in prædicta collectus Basilica divinum solenniter celebravit obsequium.*

* Orationum.

C *Quo tandem completo, unus ex præcipuis angelis, sacrum Evangelii textum cum maxima reverentiâ d . . . . . . detulit personæ quo illum deosculante: innuit Angelo, ut eundem deosculandum deferret Imperatori, in angulo* * . . . . . *Angelo verò jussa sibi complente, prædictus Christi famulus ad insolitam tantæ majestatis & gloriæ visionem cœpit animo pavescere, & omnibus membris contremiscere; tanquam diceret cum Propheta; Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea. Hæc Angelus ille videns; modestè femur ejus tetigit, inquiens: Ne timeas electe Dei, surge velociter, signum pacis divinitus sibi transmissum suscipiens alacriter; Extemplo & statim femur ejus emarcuit; & exinde omni tempore vitæ suæ claudicavit.*

* latenti fortè.

Hierem. 23.

Causa claudicationis S. Henrici.

D *Similis per omnia eventus de beato Jacob legitur, cujus femur ad tactum Angeli secum luctantis emarcuit.*

Gen. 32.

Hæc quidem, ut verum fatear, in scripturis non inveni, sed relatu veracium & venerabilium virorum, hæc vera esse, in veritate comperi. Equidem præpotens Cancellarius Episcopi Herbipolensis Conradus nomine, qui persecutionem passus est propter justitiam, hæc, quæ dicta sunt, se legisse, constanter affirmavit, & in Ecclesia Babenbergensi positus, multis audientibus enarravit; ex quibus unus mihi familiaris, & ipse planè vir veridicus, mihi fideliter intimavit, & volente me silentio supprimere, obnixè rogavit, ut scriberem: tandem ego petentis instantia, & sedulitate monentis inductus, fideliter conscripsi; quatenus in progenie altera hæc enarrentur. Mallem somno modò quiescere, quàm ficta vel frivola de Sanctis Dei scribere, præsertim dum opus non habent falsis laudibus exaltari; qui signis & prodigiis meruêre decorari. Hæc de tam glorioso miraculo dicta sufficiant. Et in evidens hujus signi testimonium ipsius S. Henrici imago ante januam monasterii ad dextrum latus penes chorum S. Georgii ex . . . . pillo uno subposito, ex opposito imaginum Adæ & Evæ lucidè apparet.

Fide dignorum testimonium hoc

E historiæ caput comprobatum.

F Alii tamen, & in his Novatoris Carionis Chronicon, aliam hujus cognomenti causam reddunt. Accipe sive Carionis, sive Melanchthonis, sive Peuceri verba: *Ingressus in Italiam, Arduinum duobus magnis prœliis victum trucidavit. In eo bello captum Henricum; & cùm, deceptis custodibus, elapsus de muro se præcipitâsset, luxato fractóve crure, postea claudicâsse scribunt; unde cognomentum* Claudi *habuit.* Idem fermè scribit Crancius lib. 4. Saxoniæ, cap. 32. ùt & Martinus Hoffmannus in Annalibus Bambergensibus; qui tamen prioris etiam sententiæ meminit, eámque Nonnosio Monacho & Nauclero Nonnosium secuto, attribuit; subdítque

G hæc verba: *Integrum lectori sit, quod horum velit, credere. Claudicâsse tamen Henricum non naturæ vitio, sed casu quodam, certum est. Hujus rei illustre adhuc hodie ante portam orientalem Basilicæ cathedralis, in dextro latere, è regione Adami & Evæ, cernitur indicium, lapidea Imperatoris statua, cujus sinistro pedi, dextro breviori, lapillus artificiosè substratus jacet.* Ex quibus lacuna, quæ est in jam recitata historia, aliquo modo suppleri potest: & hinc iterum argumentum sumitur, Nonnosium Monachum esse hujus de vita S. Henrici lucubrationis parentem.

CAPUT XXIII.

Adventus S. Henrici Imperatoris Romam. Invitatur Benedictus Papa in Germaniam.

H INde iter faciens Romam pervenit, ubi à Benedicto Papa benignè, & honorificè susceptus, quantas miserationes & beneficia per S. Benedictum ei Dominus contulerit, indicavit. Benedictus verò Papa gratias egit DEO pro omnibus beneficiis su-

A is, & pro salute Regis, & totius populi Catholici obtulit sacrificium laudis.

Eodem tempore, sicut suprà dictum est, Rex sanctus Babenbergensem fundum cum omnibus pertinentiis suis beato PETRO contradidit, & Apostolico Præsuli ex tunc & semper defendendum commendavit, & in commemorationem bujus pactionis, singulis annis album * ambulatorem cum phaleris Romano Præsuli dari constituit.

*Zelter.

B Hoc quoque bumilitate & devotione apud Dominum Papam obtinuit, ut ad Alemanniam accederet, & Babenberg fundum, novam plantationem visitaret. Quod & ita factum est. Nam in proximo Aprili Alemanniam intravit, omnibúsque civitatibus illius regionis peragratis, tempore, quo condixerat, Babenberg locum adire disposuit. Venit ergo V. feria Majoris Hebdomadæ, bora sexta, sacris Pontificalibus vestimentis indutus, sicut jam ad peragenda mysteria DEI, ac solenne illius diei officium processurus erat: & suscipitur gloriosissimè ab Imperatore, atque universis, qui aderant, Principibus, omnique clero, & populo; inæstimabili exultationis tripudio. Ut autem in adventu tam insoliti, támque exoptati hospitis DEO nostro jocunda, decoráque laudatio exhiberetur, prudentissimus Regum quatuor in occursum ejus choros psallentium decenter ordinavit. Primum, in fluminis ripa: alium, in citeriori; tertium, ante portam civitatis: quartum, in atrio Ecclesiæ; ubi primus omnium Rex ipse, data manu, Papam in domum Domini introducens, divinis binc inde hymnis canora suavitate resonantibus, in Episcopali cathedra locavit. Debitum hujus sacratissimæ diei officium cum duodenis Episcopis cooperatoribus Apostolicus Pontifex similiter & aliorum dierum sequentium summa devotione celebravit.

Hoc prius factum est, nempe Anno 1019. ùt ex Hermanno, Lamberto, & Mariano tradit Baron. Sigebertus ponit adventum Benedicti Papæ VIII. in German. An. 1020. Lege Bar. 1019.

Adventus Benedicti VIII. Papæ Bambergam.

C In sancta autem Dominica Paschæ cùm in matutinali officio Aquileiensis Patriarcha lectionem primam, Archiepiscopus autem Ravennas secundam; ipséque Apostolicus recitaret tertiam; omni denique ornatu, & elegantia processionis solennia agerentur, veluti condecuit Apostolicam dignitatem, Imperialémque magnificentiam in sancta solennitate solennitatum, quis non judicet tam religiosam, nostrísque inusitatam in regionibus celebritatem, meritò in notitia omnium Babenbergensis Ecclesiæ filiorum perpetuò baberi, & memoriale ejus in seculum non derelinqui?

D Sub eisdem diebus Basilicam in bonore S. Stephani (a) VIII. Kal. Maij idem venerabilis Papa consecrans, preciosis muneribus, quæ adbuc ibi servantur, adornavit: ubi inter Missarum solennia, cooperatione LXXII. Episcoporum, & unanimi consensu Principum, Episcopatum ab omni seculari potestate liberum esse constituit, & cuncta, quæ Pontificali dignitati, & utilitati congruerent, præsentiæ suæ auctoritate, & privilegii sui attestatione, bannique firmitate roboravit. Cujus privilegii confirmatio talis est. E

NOTATIO.

F *In bonore S. Stephani* (a) Leo Ostiensis lib. 2. cap. 47. scribit, à Benedicto Pontifice Templum in bonorem S. Georgii fuisse consecratum. De quo vide Baronium Anno M. XIX. Sed rectè noster Auctor; nam Ecclesia S. Georgii jam antea Anno Domini M. XI. dedicata fuerat per Joannem Patriarcham Aquileiensem, ùt ostendit Hoffmannus in Annalibus Bambergensibus.

CAPUT XXIV.

Confirmatio privilegiorum Ecclesiæ Bambergensis à Benedicto Pontifice.

G BENEDICTUS *servus servorum DEI dilectissimo sibi in Christo semper, Domino, & serenissimo Regi HEINRICO à DEO coronato, suóque spiritali filio, Eberbardo quoque confratri, & Episcopo suo, sanctæ videlicet Babenbergensis Ecclesiæ venerabili Episcopo æternam in Domino salutem, & Apostolicam benedictionem.*

Data est hæc Bulla Anno primo Benedicti, qui erat Christi annus 1012. ùt habetur in calce Bullæ. Henricum vocat Regem, quia ante coronationem Imperialem scripta est; nec Bambergæ; sed in Italia.

Inter omnia, quæ divinæ providentiæ consilio disponuntur; ad laudem respicit creatoris, quod & à summis viris, Deóque devotis, intuitu pietatis & spe æternæ retributionis venerabilia loca eorum sumptibus sublimantur, rectissiméque ordinantur, possessionum suarum beneficiis cumulantur; & in meliorem statum, Christo auxiliante, commutantur. Unde dilectissime fili, in omnibus, quæ te ad laudem & gloriam Redemptoris nostri devotè, & misericorditer fecisse, manifestum est, nibil perfectius, nibilque melius ad promerendum regnum cœlorum agere potuisti; quàm quòd illum tibi fecisti hæredem, à quo accepturus es æternam hæreditatem: quódque sancta Babenbergensis Ecclesia ad Episcopalis dignitatis fastigium per te sublimata; illic tibi beatissimam DEI genitricem, sempérque Virginem MARIAM, beatissimósque Apostolos Petrum & Paulum, unà cum sanctis martyribus Kiliano & Georgio elegisti in patrocinium. Qui, Christo propitio, compensata vicissitudine, adipiscendi regni cœlestis perpetuum præstabunt auxilium.

H *Pro tanta igitur DEO, ejúsque sanctis collato servitio, in primis ipsi gratias, debitásque laudes referimus, qui tibi tam sanctum opus faciendum inspiravit, & ut id votum tuum perficeres, largiflua pietate adjuvare disposuit.*

*Deinde, * quomodo sancta Romana Ecclesia, quæ bene fundata est supra firmam Petram, boc semper veræ charitatis babuit indicium, ut de exteriorum gauderet Ecclesiarum provectu: competit nostro Apostolico moderamini, ut nos, qui eidem, DEO auctore, deservimus, sancto tuo studio*

*quoniam.

A *dio plenissimè congaudeamus, sperantes tui operis habere portionem: si, quod tuum est, per laborem; nostrum facimus per eboritatem.*

*Quapropter, quoniam petisti à nobis unà cum confratre nostro Eberhardo, ejusdem sanctæ Babenbergensis Ecclesiæ DEO digno Episcopo, ut omnia, quæ privilegiorum auctoritate sibi, suæq; Ecclesiæ à prædecessoribus nostris, videlicet Domino Joanne & * Sergio summis Pontificibus collata sunt, nostræ quoque auctoritatis privilegio confirmaremus, considerantes nos quidem vestræ devotionis affectum, piaq; voluntatis propositum, libentissimè petitionibus vestris assensum præbere decernimus.*

* Sergius Papa IV. Nullum tamen hujus Pontificis diploma in hac historia recitatur.

B *Quocirca statuentes, atque promulgantes coram DEO, & terribili futuro ejus examine, per hujus nostri Apostolici privilegii seriem, & constitutionem, sancimus, & beatæ DEI genitricis, sempérque Virginis MARIÆ, nec non & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, sanctorúmque martyrum Kiliani & Georgii, cæterorúmque omnium sanctorum auctoritate, in quorum nomine prænominata Ecclesia dedicata est, decernimus, atque obtestamur, tam Apostolicæ Sedis Pontifices, quàm qui Ecclesiasticas administraverunt actiones, cunctósque Christianitatis titulo insignitos, ut nullus habeat licentiam de his omnibus, quæ eidem Ecclesiæ à prædecessoribus nostris per privilegia concessa sunt, vel à nobis data, vel danda sunt: aut ab aliquibus fidelibus*
C *viris ac mulieribus præfatæ Ecclesiæ tradita sunt, vel in futuris temporibus contradentur, tam in familiis, quàm in terris, seu in aliquibus possessionibus, convellendi, destruendi, molestandi, vel alienandi. Si quis verò, quod non credimus, temerario ausu, contra ea, quæ hac nostra stabili, & inconvulsa firmitate, piè & fideliter per hoc nostrum privilegium disposita sunt, contra ire tentaverit, & hæc, quæ à nobis ad laudem DEI pro stabilitate præscriptæ Ecclesiæ statuta sunt, refragari, aut in quoquam transgredi; sciat, se auctoritate beati PETRI Principis Apostolorum omnium, nostráque, cujus immeriti vicem agimus, anathematis vinculis innodatum, & cum diabolo, ejúsque atrocissimis pompis, at-*
D *que cum Juda traditore Domini nostri JESU CHRISTI æterni incendii supplicio concremandum, nisi resipuerit, & eidem Ecclesiæ digna emendatione satisfecerit. At verò qui devota intentione observator in omnibus extiterit; hujus nostri Apostolici privilegii ad cultum DEI respicientis, benedictionis gratiam à misericordissimo DEO, & Domino multipliciter consequatur, & vitæ æternæ particeps effici mereatur. Sancta Trinitas charitatem vestram illibatam custodiat dilectissime frater. Scriptum per manum * Herhardi scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense Junio * Indict. XI. Datum XII. Kalend. Februarii per manum * Benedicti Portuensis Episcopi, & Bibliothecarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ, anno, DEO propitio, Pontificatus Domini nostri Benedicti summi Pontificis, & universalis octavi Papæ primo, in mense supradicto.*

* Apogr. Bamb. Heberhadi. Cod. Vienn. Berardi.

* Baron. signat Annum primum Benedicti Indictione X.

* Hujus Benedicti mentionem ex vetusto diplomate invenies apud Bar. 1012. N. 5. ubi etiam videbis exempla, quibus scriptum & datum diversis tribuuntur.

CAPUT XXV.

Literæ Benedicti Papæ ad Eberhardum primum Ecclesiæ Bambergensis Episcopum.

E EBerhardo primo quoque Babenbergensis Ecclesiæ Episcopo idem Papa Benedictus scripsit Epistolam de confirmatione ejusdem Episcopi in hunc modum.

Benedictus Episcopus servus servorum DEI dilectissimo in Domino JESU Christo, filio, Eberhardo sanctæ Babenbergensis Ecclesiæ venerabili Episcopo perpetuam salutem.

F *Quandocunque nostræ Apostolicæ corroborationis piè exposcitur suffragium, celeri affectu est tribuendum. Et si in his exposcitur, quæ durare perpetuò videntur, literis est etiam annotandum, ne prolixitas temporum posteris hoc reddat dubium, vel incertum. Quapropter notum esse volumus cunctis sanctæ Ecclesiæ filiis, tam præsentibus, quàm futuris, quod de Episcopatu, quem Christianissimus* HEINRICUS *Imperator ad honorem Principis Apostolorum* PETRI *Babenbergæ devotissimè perfecit, actum in eadem Ecclesia * nobis præsentibus sit. Sæpiùs enim obnixè dictus Imperator; fervens nimio amore Episcopatus, quem tactus divino impulsu, perfecerat honorificè, ad confirmandum eum Apostolica auctoritate Babenbergam adire nos deprecatus est. Cujus deprecationes assiduas, & indesinentem instantiam de justo desiderio procedere cognoscentes, iniquum judicavimus, præsentiam nostram illi denegare,*
G *& inde humanam calliditatem contra venerabilem locum aliquando occasionem sumere. Venimus ergò Babenbergam, ubi ab eodem Imperatore suscepti sumus, prout poterat, & noverat melius. Ecclesiam autem cum omni integritate Episcopatus, sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui, DEO auctore, præsidemus, & nobis obtulit. Quod videntes, æquum consideravimus, seriem hujus nostri privilegii, & Episcopatum confirmare in perpetuum, eúmque tibi, dilectissime, & tuis successoribus concedere, ea videlicet ratione, hoc ordine, ut nullus unquam viventium, cujuscunque sit dignitatis vel ordinis, contra hanc nostram confirmationem Episcopatus venire audeat, vel contra te, tuósque successores ob hoc agere; neque liceat ei de omnibus, quæ nunc habet, vel habiturus est prælibatus Episcopatus, vi, fraude, aut iniqua calliditate aliquid abradere; vel te, tuósque successores de his omnibus inquietare aliquo modo, ita sanè, ut singulis quibusque Indictionibus, sub nomine pensionis, equum unum album* (a) *nobis, nostrísque successoribus persolvat, cum sella conveniente Romano Pontifici.*

* Ergo Bulla hæc data est postquam Benedictus Bambergæ fuerat.

S. Henricus offert Episcopatum Bambergæ Ecclesiæ Romanæ.

Vide Leonem Ostien. lib. 2. Chron. cap. 47.

H *Si fortè, quod non optamus, aliquis superbus, aut arrogans temerario ausu contra hanc nostræ præceptionis seriem piè à nobis promulgatam venire, aut agere tentaverit, sciat se Domini nostri JESU Christi, & Apostolorum Principis Petri, cui oblatus à dicto Imperatore Episcopatus est, cum suis pertinentiis, & cujus suffragium, & judi-*

A *judicium per nos, nostrósque successores exspectat; anathematis vinculo innodatum, & cum diabolo, & cum ejus atrocissimis pompis, atque cum Juda traditore Domini & Salvatoris nostri æterno igne concremandum. Qui verò pio intuitu curator & observatar hujus nostræ salutiferæ præceptionis extiterit, benedictionis gratiam & cœlestis retributionis gaudia à justissimo judice Domino consequatur. Scriptum per manus Raphonis notarii, Regionarii & Scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ.*

NOTATIO.

B *Equum unum album* (a) Hoffmannus in Annalibus. *Inde privilegia renovare aggressus* (Benedictus Pontifex) *beneficia & jura à prædecessoribus suis* collata rennvavit. *Qua de re Henricus Episcopatum, album & phaleratum equum, ac centenas marcas argenti, sancto Petro & successaribus ejus in singulos annos dandas obligavit.* Quam pensionem postea Leonem IX. remisisse, scribit idem Hoffmannus.

CAPUT XXVI.

Adventus S. Henrici Cluniacum.

Adventus Henrici Imp. Cluniacum ponitur à Bar. 1014.

C UT autem ad superiora redeamus, unde paulisper digressi sumus, postquam vir sanctus Romæ positus, omnia, quæ petebat, à Domino Papa impetravit, confirmatus Apnstolica benedictione, Alpes Appenninas transcendit, & dimisso exercitu in terram suam, Cluniacum, eò quòd multa de religione & statu loci illius audiret, orationis causa cum paucis familiaribus perrexit. Ubi cùm plurima signa religionis & sanctitatis vidisset, sancti Spiritus igne succensus, coronam auream preciosissimis gemmis adornatam, ad Missam, quæ de cathedra sancti Petri celebrabatur, obtulit, & fraternitatem monachorum suscipiens cum maxima humilitata & contritione cordis orationibus eorum se commendavit, & in supplementum necessariarum rerum in Alsatia optima prædia eidem congregationi contradidit. Inde iter faciens per Leodium & Trevirim transitum fecit, & congregationes inibi DEO famulantes plurimis largitionibus & prædiis ditavit.

Imp. offert Cluniacensibus coronam auream.

Liberalitas Imp. in monasteria.

CAPUT XXVII.

Studium S. Henrici tam in propria & aliena salute curanda, quàm in Imperii terminis amplificandis.

Quas regiones subjugaverit.

D ET mirum, quòd homo DEI, qui circa Ecclesiastieas utilitates tanto studio, ob salutem animæ suæ flagrabat; in nullo profectum regni negligebat: quin imò sine effusione sanguinis, pietate, & sapientia terminos regni sui dilatavit, & Imperialem dignitatem gloria, & honore amplificavit & ornavit. Boëmiam vicit & subjugavit: E
Burgundiam in deditionem recepit: Pannoniam quoque Catholicæ fidei, & Romano imperio coadunavit: Victor autem aliarum nationum, Apostolus fit Ungarorum. Cùm enim omnes adhuc infideles essent, HEINRICUS Imperator ad fidei * confessionem illos attraxit. Quod ut faciliùs fieret, sororem suam Giselam Stephano Regi matrimonio copulavit secundùm Apostolum dicentem, *Sanctificatur vir infidelis, per mulierem fidelem; & sanctificatur mulier infidelis, per virum fidelem.* Stephano itaque Rege baptizato, universa Pannonia verbum vitæ suscepit, & mira rerum novitate per * Reges Apostolos sanctæ Catholicæ Ecclesiæ incorporata est. Quàm præclara tanti Apostolatus societas? quàm colenda & veneranda utriusque sanctitas, per quos tot salvati & sanctificati sunt? Præfatus autem Rex Ungarorum, religiosus Deóque devotus postea in executione bonorum operum permansit; quod divina pietas post mortem ejus evidentibus indiciis ad sepulcrum factis signorum miraculis demonstravit.

* Catholicæ. Sororem suam dat nuptui Stephano Regi Hungariæ. Unde Hungaris primâ via salutis. I. Cor. 7.

F

* Uterque Sanctorum numero adscriptus.

G Burgundiorum quoque non humana sed divina fuit victoria, qui cùm armis, & omnibus belli copiis essent instructi, viri ad bella doctissimi, armis positis, non hominis metu, sed DEI nutu, rogantes ea, quæ pacis sunt, dextras dederunt. Quemadmodum ad celebranda beati MARTINI Confessoris merita Dominus pacificum belli dedit exitum: ita & nunc servi sui meritis consimilem virtutem ostendere dignatus est. *Similem ergò illum fecit gloriæ Sanctorum.* Et sicut Moyses precibus magis, quàm armis triumphavit; ita gloriosissimus Princeps per arma justitiæ omnia bella feliciter consummavit, ac minimè funestam, & incruentam victoriam semper habuit.

H Denique consummatis gloriosissimè hujus vitæ laboribus; postquam bonæ opinionis odorem longè latéque redolere fecerat, locúmque sibi dilectum cum cæteris monasteriis ditando, & ornando, & excolendo ad perfectum adduxerat, ad percipiendam immarcessibilem coronam ab ergastulo carnis à Domino est vocatus. Qui cùm cerneret imminere sibi mortis diem, citatis ad se parentibus & cognatis beatissimæ Imperatricis Chunegundæ, nonnullis etiam Regni primoribus manu eam apprehensam illis commendavit hujusmodi verbis memoria dignis: *Hanc ecce*, inquit, *mihi à vobis, imò per Christum consignatam, ipso Christo Domino nostro, & vobis reconsigno virginem vestram.*

Uxorem suam Kunegundem Virginem restituit, sicut acceperat. Resigno Apogr. Bamb.

CA-

CAPUT XXVIII.

Obitus S. Henrici, & visio de ejus meritis in trutina expensis.

A IN ejus verò transitu, terra plorante, cœlum exultavit, sicut Dominus per suam misericordiam revelare dignatus est. Sub ipsa etenim hora exitus illius cuidam servo DEI in solitudine commoranti, diabolus sub humana specie traditur apparuisse. Quem vir DEI per spiritum protinus agnovit, & ait: Quò vadis? Cui ille: ad exequias, inquit, Principis pergo. At ille respondit; Vade, inquit, & comple negotium tuum, in quantum tibi à Domino permittitur. Verumtamen consummato officio tuo, adjuratus per DEUM vivum, ad me revertere, ut per te rei exitum cognoscam. Post modicum verò reversus coram servo DEI gemebundus adstitit, & voce quetula, & B ingenti ululatu dixit: Heu, heu delusi sumus, in vanum laboravimus, quin etiam ab Angelis DEI confusi discessimus. Assistentibus enim hinc & inde nobis, & spiritibus Angelicis, merita animæ justè in statera appensa sunt; & fascieulis peccatorum deprimentibus, jam pœnè pars nostra præponderaverat. Tunc subitò * *adustus* quidam superveniens cum catino aureo, partis dextræ lancem oneravit, mirúmque in modum parti nostræ adeò præponderavit, ut & ipso catino ad terram collapso * ruina collisionis signum impresserit. Itaque victores Angeli animam nobis ereptam gaudentes in suum consortium abduxerunt.

Similia leguntur, in Compilatione Chronologica.
* Ita vocat S. Laurentium olim à Tyranno in craticula assatum.
* Fracta videlicet ansa, ùt ex Crancio colligitur. Quomodo, quod de statera dicitur, intelligendum sit.

Hæc verò tametsi corporaliter gesta referantur, necesse tamen est, ut virtute spiriC tuali completa intelligantur. Res etenim spirituales per corporales exprimuntur imagines, eúmque aliud foris agitur, aut dicitur, intus aliud geri significatur. Præmemoratus & sæpe rememorandus DEI famulus calicem aureum in honorem DEI, & commemorationem S. LAURENTII Martyris Ecclesiæ Mersburgensi contulerat, cujus speciali patrocinio coram DEO adjutus, & in ipsa sui exitus hora creditur liberatus. Omni verò veneratione, & admiratione dignum esse perpenditur, quòd eadem hora calix in certa custodia clausus habebatur, nec minùs tamen prædictæ collisionis materiale signum excepit.

NOTATIO.

D Quæ hoc capite de statera & calice aureo referuntur, non probat Crancius; nam lib. 4. Metropoleos cap. 9. ita scribit: *Non habet apud me fidem fabula, quam Mersburgensis Ecclesia prædicat de calice aureo, cui ansa sit detracta, cùm in trutina meritorum ac demeritorum ejus* (Henrici Imp.) *ab Laurentio divo Martyre injiceretur calix iste, qui merita faceret demeritis præponderari. Non solent in Sanctos referri, quorum de virtutibus tam ambi-* E *guum est indicium. Nec tam levi momento pendebat sanctissimi Regis æterna salus, ut unius pondere calicis trutina illa librans in unam decideret partem. Ego sanctissimi Imperatoris meritis indignam esse duco fabulationem. Potest ex aliis causis ansa esse calici detracta.* Ita Crancius.

F Apud Græcos & Latinos spiritualis illa meritorum ac demeritorum cujusvis animæ ex corpore jam jam egressæ, consideratio & quasi examinatio, libræ seu trutinæ similitudine & pictura mortalium oculis repræsentatur. Hinc illa admodum frequens imago Michaëlis Archangeli cum statera, in cujus una parte anima cum meritis: in altera demerita visuntur. Qua de re pulcherrimè scribit in sua Dioptra lib. 4. cap. 20. Philippus Solitarius, vetus & Græcus Auctor, cujus verba placet adscribere: *Quis vel sermo exprimet, vel intellectus tandem capiet, quam calamitatem necessariò subitura es, quando instabit à corpore separatio? Dæmones malè feriati cum tumultu advenient, chirographa & peccatorum acervos apportantes. Angeli humaniter ea per trutinam examinabunt, qui-* G *bus dæmones graviora tua crimina adjicient. Si jurâsti, si furtum fecisti, si calumniam struxisti, si scortationes, & adulteria perpetrâsti, si aversus impudicus fuisti, si te supra fratres extulisti, si contra amicos mentitus es: totum denique, & simpliciter peccatorum tuorum Catalogum, seu sciens, seu nesciens, seu sentiens, seu non sentiens illa commiseris. In humeris gestabunt, & apportabunt omnia maleficia, festinabúntque, ut hominum exitio lætantes, & num peccatorum lanx deorsum vergat, observabunt. Boni verò Angeli in alteram lancem decenti specie bonas actiones imponent. Nempe si misericors fuisti; si fratribus pepercisti; si cibo esurientem refecisti; si sitienti potum præbuisti; si nudum, quibus potuisti, tegumentis operuisti; si carceri mandatos, & ægrotos invisisti; si peregrinos & hospitio carentes in ædes tuas induxisti: si pauperibus & egentibus opem attulistè; si aliud* H *humanitatis officium humaniter cuipiam præstitisti. Hæc, te in hora extrema tuebuntur. Quando igitur actiones tuas in medium protulerint, profanas quidem dæmones, Angeli autem bonas, lucidi lucidas, tenebrosi tenebrosas; & iis lances oneraverint, utrorum pars præponderaverit, illos voluptas & gaudium incesset, tanquam victores scilicet, & victi contristabuntur vehementissimè, ut testantur Gregorius magnus in Dialogis, magnúsque, & omnimodis magnus, & divinus Antonius, magistrorum reverendissimus, & Sanctorum decus.* Hæc Philippus. At Damascenus ista Orat. de fidelibus defunctis. *Narrant viri quidam divinitus illustrati, hominum actiones in extremo vitæ spiritu, non secus atque in trutina perpendi. Atque si lanx dextera alteram super excedat, manifestum, quòd is, cujus opera examinantur, in dextris refocillabitur. Sin utraque æqualiter pendeat;*

vin-

A *vincet tamen omninò divina misericordia, quin etiam, ut Theologi referunt, si sinistra parium vergat, misericordia Dei totum adimplebit, &c.*

De hac pictura sic scribit Molanus lib. 3. de picturis cap. 39. *Michaël Archangelus cum libra pingitur, ut simplices, inquit Eckius, intelligant, eum potestatem habere animas hominum suscipiendi, eorúmque merita ponderandi. Quod quidem non ita intelligendum est, quasi ii consequantur vitam æternam, in quibus bona opera præponderant malis: illi verò diabolo relinquantur, in quibus mala bonis præponderant. Quale quid habere videtur incerti scriptoris sermo, in appendice Tomi decimi Augustini. Hæc enim absurdissimè dicerentur: cùm nihil coinquinatum introire possit in regnum cælorum: & qui*
B *offenderit in uno, factus sit omnium reus. Sed, significatur hac pictura, quòd debeamus deposuisse omne pondus & circumstans nos peccatum, ut signifer S. Michaël repræsentet nos in lucem sanctam, quæ olim Abrahæ, & semini ejus promissa est. Significatur, quòd in æquitate erit judicium de nobis. Sæpè enim in scriptura inculcatur, quòd Deus judicabit orbem in æquitate. Sed & staterа hujus mentio fit in Scriptura sacra, Danielis quinto.* Appensus es in statera, & inventus es minus habens. *Job cap. 31.* Appendit me in statera justa, & scit Deus simplicitatem meam. Ita Molanus.

C Neque verò Crancius picturam hujuscemodi, aut meritorum ac demeritorum in altera vita quasi examinationem, rejicit, sed hoc tantummodo pro improbabili habuit, illud unicum Henrici opus fuisse, quo si caruisset, libra in deteriorem partem versa fuisset, hoc est, à cœlesti beatitudine exclusus fuisset. Procul dubio enim sanctus ille Imperator, meritis gravissimus ad tribunal Dei venit. Neque vult illa bilancis seu trutinæ effigies, & repræsentatio, fieri posse, ut quis una vel pluribus letiferis culpis irretitus, bonisque operibus simul instructus ad examen illud accedat; nam qui vel uno mortali scelere obstrictus tenetur, is eo ipso omni bonarum & laudabilium actionum fructu ac utilitate caret; & reus gehennæ efficitur; sed hæc viventium oculis & mentibus ita proponuntur & objiciuntur, ut flagitia capitalia studiosè vitent; & per bona opera vocationem suam certam facere sedulò studeant: cogiténtque, Dæmones etiam remissa peccata mortalia, homini opprobraturos; & fieri posse, ut, licèt quoad culpam, expiata sint, nondum tamen totum illud temporalis pœnæ persolutum sit, quod Deo ob injuriam per peccata illatam, persolvi debet. Vide Serarium nostrum in cap. 5. Josue q. 45. ubi eleganter de pictura S. Michaëlis cum trutina disserit, & quid sibi velit, copiosè exponit.

D Cæterùm, relationem, quam Crancius pro fabulosa habet, aliter concinnat Cuspinianus in Henrico II. quem videat, cui talia cognoscendi cupido inest. In Saxonia tamen sua lib. 4. cap. 35. refert Crancius eandem historiam, & sine ulla censura.

E Non est autem hic silentio prætereundum, quòd in Græcorum Menæo, die 20. Januarii, de Petro Telonario, (qui sub Justiniano Imp. vixit) proditum legimus; nam cùm prorsus esset in egenos immisericors, & sordidè parcus, talisque ab omnibus haberetur, accidit, ut mendicus quidam, experiundi causa, eum adiret, Eleemosynam postulans. ὁ δὲ τῶν ἄρτων ἁρπάσας ἕνα, καὶ γὰρ ἔτυχε τότε τὸν ἀρτοποιὸν τοὺς παρασκευασθέντας κομίζειν ἄρτους, μετὰ θυμοῦ κατὰ τοῦ πένητος, ὡσεὶ λίθον, ἠκόντισεν. οὔπω δύο παρῆλθον ἡμέραι, καὶ ὁ πατρίκιος νόσῳ κατάσχετος γεγονὼς ἑαυτὸν ἑώρα τῶν πρακτέων λόγους ὑπέχοντα, εἶτα καὶ ζυγὸς ἐδόκει παρεῖναι διακρίνων ἑκάτερα οὗ μετὰ μὲν
F τὴν λαιὰν πλάστιγγα μέλανας ἔβλεπε συναθροιζομένους, καὶ πολλὰ τῶν αὐτοῦ πράξεων ἄτοπα τῇ πλάστιγγι κατατιθέντας, κατὰ δὲ τὴν δεξιὰν λευχείμονας μὲν ἄνδρας καὶ φοβεροὺς τὴν μορφὴν μηδὲν ἀγαθὸν σταθμίσαι παρεξευρίσκοντας, πλὴν τοῦ ἄρτου ἐκείνου ὃν μετὰ θυμοῦ κατὰ τοῦ πένητος ἔβαλεν. αὐτίκα τοίνυν διαναστὰς, καὶ ἅπασαν αὐτοῦ τὴν περιουσίαν πένησι διανείμας, καὶ αὐτὰ ἱμάτια δοὺς πτωχῷ τινὶ, τὸν χριστὸν εἶδε καθ' ὕπνους ταῦτα ἐνδεδυμένον.

G *Ille arreptum panem, (nam tum fortè fortuna Pistor panes afferebat) irato animo, tanquam lapidem, in mendicum jecit. Nondum duo dies abierant, cùm patricius* (Petrus Telonarius) *in gravem morbum delapsus, vidit se actionum suarum rationem dare; videbatur quoque libra adesse, qua utriusque generis facta trutinabantur & examinabantur, ad cujus lævam lancem atros quosdam cernebat, qui multa ejus malè facta lanci imponebant. A dextra verò parte intuebatur candida veste vestitos, sed aspectu terrificos, qui quod ponderarent, nihil inveniebant, præter panem illum, quem iratus post pauperem projecerat. Statim ergo exsurgens omnes suas facultates egenis distribuit, & vestimentis suis mendicum vestivit; quibus postea Christum indutum secundùm quietem conspexit:* vitáque sanctissimè institutâ Hierosolymam, & deinde Constantinopolim petiit; ubi etiam plenus meritis vivendi finem fecit. Hæc recitare placuit, ut meritorum & demeritorum in altera vita futuram æstimationem, sæpius sub schemate bilancis & trutinæ repræsentatam, & mortalium oculis exhibitam sciamus.

H Lutherus etiam in concione de Nativitate B. Virginis impressa cum aliis nonnullis Witebergæ, Anno M.D.XXVII. aliquid somniavit de historia seu traditione calicis in trutinam à S. Laurentio injecti: sed id non Hen-

A Henrico Imp. sed cuidam Episcopo Mersebur-gensi accidisse, & eum, qui apparuit non S. Laurentium, sed *Diabolum* fuisse ait: & hoc sine dubio ea nocte didicit, qua cum Diabolo de privata Missa disputavit.

CAPUT XXIX.

Ablutio Calicis mutata in sanguinem.

B DE eodem verò calice, quid religiosorum virorum relatione in veritate audierimus, futurorum memoriis intimare operæ pretium dignum duximus. Cùm enim prædictus Christi Confessor HEINRICUS, pro disponendis Regni negotiis Marsipolim venisset, accidit, ut quadam die ad altare S. Laurentii attentissimè Missam audiret. Qua completa, sicut semper facere consueverat, ablutionem calicis sumere volebat, sed interveniente magno negotio regni, quod vir sanctus proposuit, tunc temporis fieri non potuit. Vocato itaque custode Ecclesiæ, rogavit eum, ut calicem cum ablutione in mundo loco reponeret, & cum omni diligentia servaret: quoadusque ipse exoccupatus aptum tempus & locum ad sumendam illam inveniret. Excrescentibus autem causis & placitis, tota die illa turbatus non potuit se expedire. Po-
C stera verò die, post matutinas cum paucis secretariis suis, clanculò monasterium introivit, & diutiùs flexis genibus, & profusis lacrymis DEUM exoravit, accersitóque custode calicem cum ablutione sibi afferri præcepit. Cúmque allatus fuisset, & disco opertus, invenerunt ablutionem illam in formam veri sanguinis transmutatam. Quod factum mirabile mox universis, qui aderant, innotuit, & nunc, & semper in laudem DEI, & gloriam Confessoris sui omnis Ecclesia successoribus suis enarrabit.

Mersburgum.

Nota morem sancti Imperatoris, sumendi ex calice, in quo sacrificatum fuerat, ablutionem. Sic Græci sanctificationis loco panem, ex quo materia pro sacrificio desumpta est, manducant.

Vinum abluendo sacro calici infusum, mutatum in sanguinem.

CAPUT XXX.

Parænesis & Epilogus.

D DIscite ergo divites hujus seculi facere vobis *amicos de mammona iniquitatis, ut, cùm defeceritis, ipsi vos in æterna recipiant tabernacula.*

Matth. 6.

Hujus verò gloriosissimi, ac beatissimi Patris præconia linguam carnis reticere non convenit, in cujus transitu Angelis triumphantibus cœlum exultavit. Defuncto itaque beatissimo DEI famulo anno Regni sui XXIV. vitæ quinquagesimo secundo, Imperii verò undecimo, corpus ejus in Ecclesia beatorum Apostolorum Petri & Pauli Babenbergæ honorificè sepultum est, ac postmodum multis miraculorum virtutibus à Domino glorificatum est.

NOTATIO.

Moritur Imp. Henricus Anno M.XXIV.III. Idus Julii. Natus est Anno 972. Ratisbonæ pridie Nonas Maii, ùt ex Ditmaro docet Fabricius in Originibus Saxonicis.

CAPUT XXXI.

Brunonis Episcopi Augustani, qui fuit frater S. Henrici, de evertendo Episcopatu Bambergensi impia consilia.

ANno Dominicæ Incarnationis M.XXV. ab Urbe condita Millesimo, septingentesimo, septuagesimo sexto, Chunradus ex regni primoribus unus, sed regno antea per rebellionem adversus, Principibus pro ejus electione discordantibus, Aribone autem Moguntino Archiepiscopo, & Eberhardo Babenbergensi Præsule sibi faventibus, octogesimo quinto loco ab Augusto regnum suscepit, & annis XV. regnavit. Sublimatus autem in regni sede, consilio Brunonis Augustensis Episcopi, fratris HEINRICI Imperatoris, qui semper, ùt supra dictum est, felicibus ejus invidebat actibus, Babenbergensem Episcopatum meditabatur destruere. Quia idem Bruno Episcopus promisit Reginæ Gisilæ, omnia prædia hæreditario jure ad se pertinentia filio ejus * Heinrico contradere. E

Lege Baron. Anno 1024. Num. 19. Bruno frater S. Henrici, etiam post Imperatoris mortem turbas concitat: De hoc Brunone Wippo in Conrado Salico. Utilis & clarus ingenio, si fraterno odio, quo Imperatori oberat, non obscuraretur.

F

* Est hic Henricus tertius hoc nomine Rex, Conradi Salici & Gisilæ filius, Gisilæ laudes decantat Wippo: in hoc, quod hic recensetur, minimè laudanda.

Locus igitur & tempus conventui statuitur, ubi hæc res ad exitum perducatur. Nocte verò, quæ diem præcesserat, in qua hæc ventilanda erant, Eberhardus Episcopus ad tentorium prædicti Brunonis clam accessit, lectóque ejus assidens, multa super hac re monendo, obsecrando, memoriam fratris animo inculcando cum eodem solicitus egit. Quia verò jam multa noctis hora transacta recesserat, & Episcopum pro auditis sollicitatum somnus oppresserat, visus est ei frater suus Imperator HEINRICUS lecto suo adstare, faciémque suam barba ex una parte depilata turpatam objectare. Cùm super hac re stupido & admiranti, ac quis tam temerarios ausus in eum præsumeret, interroganti: tu, ait, hæc fecisti: qui me, & Sanctos DEI, quos rebus mihi à DEO concessis dotavi, despoliare disposuisti. Cave jam ulteriùs super hac temeritate, ne incepta luas magna infelicitate. Ad hæc ille expergefactus, ac de visione non parùm perterritus, membrorum quoque horrore ac timore non leviter est attactus. Manè H autem facto, cùm diu exspectatus ad conventum procerum non veniret, Regina pro filio solicita, nuntiis missis, obnixè rogabat, ut adveniens promissa perficeret. Ille verè affirmabat, se tanta infirmitate gravari, ut nec de lecto surgere, nec pedem posset quóquam movere. Cùm rogaretur, ut se in lecto ad conventum deportari pateretur, quò vel sic promissio perficeretur, omninò abdicavit, atque in DEUM & Sanctos ejus peccâsse, libera tandem voce procla-

G

Apparet S. Henricus Brunoni fratri suo.

A clamavit. Sic itaque divina pietas per merita famuli sui, ne spe, quam io se posuit, fraudaretur, omnia illa pravæ coospiratiooia machioamenta repressit: idque, quod ab eo bene cœptum est, confirmaodo, semper exinde ad meliora provexit.

NOTATIO.

B Est bæc altera bujus historiæ pars. S. Henricum Brunoni fratri suo apparuisse. Centuriatores quoque referunt Cent. XI. cap. 13. ex Crancii Metropoli, lib. 4. cap. 10. In Cod. Rebdorffensi præmittitur iste titulus. *Initium Miraculorum.* Et forte, ut suprà dictum, pars bæc librum secundum constituit, cùm in Apograpbo Bambergensi *liber primus* disertè signetur.

CAPUT XXXII.

Mulier contracta ad sepulchrum S. Henrici sanitatem recuperat.

C

De miraculis S. Henrici post mortem.

SEd jam nunc ad miracula, quæ post felicem illius transitum Dominus ad declaranda meritorum illius insignia, circa gloriosi corporis ejus sepulturam operatus est, veniamus: pauca ex bis ad posterorum nootiam transferentes; quæ aut veraci, aut indubitata majorum relatiooe ad nos delata sunt, aut ipsi modernis temporibus gesta probavimus, & vidimus.

* Bambergensi.

Mulier quædam contracta in ipsa * civitate maoebat, adeò incurvata, ut ad gradiendum erigi nullatenus potuisset, sed reptaret potiùs manibus, quàm pedibus ambularet. Huic oratiooibus frequenter incumbenti, divinitus iospiratum est, ut ad memoriam beatissimi viri accederet, atque omnipotentis DEI misericordiam obnixiùs implorarer. Accidit autem, ut dies anniversarius præfati Patris & Domioi nostri congrua observatiooe celebrari deberet. Populo ergo, more solito, ad Ecclesiam confluente, & clero vigilias vespertinas celebrante, mulier quoque D illa incurvata, & contracta advenit, & piena fide ac devotiooe usque ad locum sepulchri accessit dicens cum Propbeta; *Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus, in atriis domus Domini.* (Psal. 115.) Ibidem ergo pernoctans in oratione, universum, quod babebat, id est, *cor contritum & humiliatum* Domino obtulit, (Psal. 50. Luc. 7.) & in fide Christi lacrymis rigavit pedes ejus, & capillis capitis sui tergebat, & unguento ungebat. Et quoniam multum valet deprecatio justi assidua, cùm indefessa usque in diem talibus sacrificiis insisteret; (Jac. 5.) circa boram diei tertiam inter ipsa Missarum solennia, dum in secunda Missa, Alleluja canitur, *Laus DEI in hominibus*, ipso operis effectu adimpletur. Subitò enim, cernentibus cunctis, qui aderant, mulier quasi io extasi facta est, ac deinde sensim oervi, qui diriguerant, dissolvi, & universa corporis membra coocrepantia cœperunt extendi; ac E sic, ordine suo tota incurvati corporis deformitas io suam pulchritudioem reformata est, ut mulier erecta, & usum ambulandi, & reliqua membrorum officia cum omni integritate reciperet. Id autem certissima fide cognitum est, referentibus boni testimonii fratribus, qui præsentes huic miraculo se interfuisse, & vidisse testati sunt.

CAPUT XXXIII.

F

De æditua furtum faciente.

Capitum sequentium tituli ex Cod. Rebdorff. sumpti sunt.

* Traditione Apogr. Bamberg.

NEque boc oegligendum, aut silentio prætereundum videtur, quod antiquitas tradidit, & veridica * relatione multorum memoriæ commendavit. Quidam æditus io Ordine Laico ad custodiam Ecclesiæ deputatus, furtis cœpit consuescere, & in ipsa Ecclesia, quæcunque poterat, clanculo decrustabat. Sed quemadmodum bonis DEI malè utendo mali, ipsa booa DEI quantum in se est, quodammodò coovertunt, imò pervertunt io malum; ita è contrario summus artifex mala malorum qoandoque etiam in bonum coovertit ipsorum. Ut enim ad propositum redeamus, ille prædictus Ecclesiasticæ custodiæ deputatus, cùm jam inolita vitiorum consuetudine ipsam consuetudinem peccaodi sibi quasi legem fecisset, misericorditer à Domioo visitatus, atque correptus est, juxta illud: *Si justitias meas profanaverint, & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.* (Psal. 88.)

* Vide var. lect. M. S. Bamberg.

G Nocte igitur quadam, dum in ipsa Ecclesia somnum caperet, servus DEI aspectu terribilis illi apparuit, qui & asperè invectus in eum dixit: *species decepit te, & concupiscentia subvertit cor tuum.* (Dan. 13.) Quare hoc & boc fecisti? Scito, quia rem iniquam operatus es. Hoc dicto, illum de stratu suo protraxit, & multis verberibus cæsum, cruentatum dereliquit. Hæc quidem somnians pertulit: sed expergefactus signa plagarum evidentis demonstravit, & verba verberum argumentis comprobavit. Taliter ab immani præcipitio retractus, idem ipse postmodum in suo ministerio usque ad provectiorem ætatem in Ecclesia permansit, & in ejus correctione multi correcti sunt, glorificantes DEUM, qui per servum suum jam coronatum in cœlis talia operatur adhuc in terris.

S. Henricus apparet furaci æditno.

CAPUT XXXIV.

De quodam, cui mandibula dimota erat.

H QUadam vice incerto casu cuidam accidit, ut dissociatis ab iovicem naturalibus instrumentis, mandibula loco suo dimota, & oris impediret officium, & naturalem humani decoris compositio-

A fictionem deformaret. Doloris, & deformitatis accedebat molestia, quam perpendere in alio commodè valebimus, si ad nostri corporis infirmitatem animo * recurramus. Talibus circumventus incommodis clamavit ad Dominum, & divinæ pietatis obnixiùs imploravit auxilium. Ut ergo opera DEI manifestarentur in illo, multis assistentibus, & videntibus, B ad tumbam beati viri accessit, & capite super imposito, tam diu precibus institit, quoad usque per merita servi DEI sanitatem, quam desiderabat, accepit. Quid enim? Necessarium enim est, ut, qui Domino universæ creaturæ obediunt, illis creatura omnis certis legibus rationis per omnipotentis DEI virtutem obediat.

* Recurrerimus.

CAPUT XXXV.

De paralytico.

C Item alio tempore contigisse in veritate audivimus, ut quidam à paralysi usque adeò vexaretur, ut exinde usum brachii perdidisset: nutu divino admonitus est, ut ad sepulturam sancti corporis accederet; & prostratus in oratione Dei omnipotentis misericordiam per beatissimi viri ibidem quiescentis merita invocaret. Toto itaque corpore prostratus, orationibus incubuit. Quid ergo? Christus Filius DEI, qui super terram gradiens manum aridam habentem sanavit; idem nunc sedens ad dexteram Patris, eodem innovato miraculo, per merita dilecti sui, supplicem istum liberavit. Sanus equidem ab oratione surrexit, & Deum propitiatorem in commemoratione Sancti sui glorificavit. Clamor ad cœlum attollitur & cum debita gratiarum actione hymnus gloriæ omnipotenti DEO ab universis assistentibus decantatur.

CAPUT XXXVI.

De Cæco.

D Hoc quoque successoribus nostris indicare curavimus, quod in diebus Rogationum ad sepulchrum prædicti Confessoris contigisse veraciter cognovimus. Quidam enim sacerdos cum populo suæ procurationi commisso in diebus Rogationum crucem cum hymnis & canticis ad Monasterium scilicet sancti Petri, & S. Georgii deferebat: cum quo quidam cæcus, alterius manu ductus, veniebat. Is cùm ad sepulcbrum Confessoris Christi venisset, ex toto corde suo rogavit sanctum HEINRICUM, ut per ejus interventum, restitueretur ei lumen oculorum. Cúmque diu precibus & lacrymis pulsaret ad ostium pii Confessoris, cunctis videntibus & in laudem DEI acclamantibus, redditus est ei visus per gratiam omnipotentis. Et mirum in modum, qui alterius manu ductus Crucem Domini secutus fuerat cæcus, modò propriis manibus Crucem ferens cum laudibus Christi, populo domum redeunti ductum præbuit illuminatus. E

Dies rogationum, & in iis publica processio.

CAPUT XXXVII.

De Languido.

Aliud quoque divinæ virtutis miraculum celebri commemoratione, & certa fide cognitum est. F Erat quidam languidus ipsa in civitate omnibus cognitus, cujus inferiora omnia à lumbis & infrà omnino præmortua fuerunt, adeò, ut nec pedibus solo niti valeret, sed instrumento cuidam rotulis quatuor coaptato pendulus inhærebat, suique corporis molem manibus propriis pro possibilitate artificis volutabat. Idem loculum sanctissimi corporis frequentiùs visitare solebat: & per DEI misericordiam ad * celebranda servi sui merita, tantam gratiam est consecutus, ut membra præmortua vivificarentur, ac deinde baculis utroque humero suppositis, pedibus terram tangeret, & erectus incederet.

* Declaranda. Apogr. Bamberg.

CAPUT XXXVIII.

De contracto.

Modernis etiam temporibus quidam contractus, qui adhuc in carne superest, in eodem loco sanatus est, & naturalem usum ambulandi recepit. G

Præter hæc multa alia sanctitatis argumenta, & experimenta frequenter in eodem loco visa sunt: debiles curati, cæci illuminati; dæmones ex obsessis corporibus visibiliter fugati: multi ex diversis infirmitatibus ibidem frequentissimè liberati sunt, Domino testificante, quanta sanctorum gloria in cœlis sit, quos tantis miraculorum virtutibus in terris coruscare concedit: ne apud homines loco humili teneantur, qui apud Deum meritis excelsi esse comprobantur.

CAPUT XXXIX.

De Canonizatione Regis.

Cum etenim miraculorum attestatio- H nibus sanctitatem Confessoris sui Dominus declararet, Babenbergensis Ecclesiæ Prælati, crebrescentibus signis, cum mandatis & literis * Chunradi Regis ac Principum Romam abiêrunt, & quàm magna mirabilia DEUS per Confessorem suum operetur, Domino Papæ Eugenio, & Romanæ curiæ nuntiaverunt. At illi gaudentes, & pro tantæ famæ dulcedine DEUM glorificantes, de Canonizatione sancti Regis HEINRICI cœperunt solicitè, ac diligenter ad invicem conferre, quatenus in Catalogo conscriberetur Sanctorum, qui virtutibus & signis probaretur assumptus esse in regnum cœlo-

* Conradus Rex, qui Hierosolymis fuerat, mortuus 1152.

De Canonizatione S. Henrici ab Eugenio III. facta, lege Baron. Tom. XII. An. 1152. ubi Bullam Canonizat. recitat.

A cœlorum. Cui Canonizationi quidam Cardinalis, Joannes nomine, cœpit vehementer obsistere, & projecto timore DEI, in quibuscunque potuit, non verecundatus est, prædicto Confessori detrahere.

Ultio divina in Cardinalem sancto Henrico Imp. detrahentem.

* Fortè leg. à Deo. Et sic M. S. Bamb. habet.

B Sed divina ultio detrahentem cœlesti verbere repentè coërcuit, & dum famam beati viri laceraret, potestas DEI lumine oculorum eum privavit. At ille * adeò percussus & humiliatus cæcitatis molestia, & reatus sui conscientia, cœpit torqueri; & quomodo hanc plagam in Confessorem Christi peccando meruisset, publica voce confiteri, & mirum in modum, quem priùs dentibus detractionis lacerabat, hunc modò laudibus & præconiis usque ad sidera extollebat. Conversus itaque ad pœnitentiam celerem consecutus est indulgentiam, & per intercessionem Confessoris Christi denuò est illuminatus, ob cujus ultionem justo judicio DEI, fuerat excæcatus.

CAPUT XL.

De Cæco.

C Similli modo cùm in loco Babenbergensi, ubi prædictus Confessor tumulatus fuerat, de Canonizatione ejus celebris fama haberetur, vir quidam religiosus de signis, quæ per eum fiebant, cœpit dubitare, & de permutatione exequiarum, quæ in anniversario ejus celebriter fiebant intra semetipsum dolere: qui mox oculorum caligine adeò est plagatus, ut postea per Confessorem Christi sanatus, quantum sanctitas ejus apud DEUM posset, in curatione ipsius experiretur. Et mirandum est valdè, quod de sanctitate tanti viri aliquis dubitare potuerit, cùm conversationis sanctitatem, castitatis integritatem, eleemosynarum largitatem, humilitatis custodiam, & omnia opera justitiæ usque in finem vitæ suæ cum devotione summa servaverit. Sed, sicut scriptum est; *Nemo Propheta acceptus est in patria sua.* Vir ergo prædictus defectu luminis gravatus confugit ad patrocinia Sanctorum, deprecans, ut per eorum suffragia sanitas sibi restituatur oculorum.

Luc. 4.

* Genuum.

D Et cùm ex dolore & labore & assidua * venarum incurvatione fatigatus fuisset, lassatum corpus somno reparavit. Cui dormienti S. Wolffgangus, eò quòd eum familiarem in orationibus suis habuerit, apparuit; & ait ei. Ora Confessorem Christi HEINRICUM, & liberabit te, quia, quòd ejus sanctitati derogâsti, idcirco hæc plaga cæcitatis venit super te. Post hanc visionem expergefactus, ex conscientia delicti sui contremuit, & ad tumbam Christi Confessoris concito gradu, & devota mente properavit. Et procumbens terræ, à Confessore Christi lacrymis, & precibus, suis excessibus veniam postulavit. Qui statim exauditus, & pristinæ sanitati restitutus, gratiarum actiones DEO & sancto HEINRICO retulit, & magnalia DEI, quæ circa ipsum DEUS fecerat, religiosis viris, qui nobis retulêre, ipse narravit.

E Caveant igitur habitatores seculi domesticis DEI & civibus Sanctorum detrahere. Quia, necesse est, eos hic & in æternum perire, qui Sanctorum bonis operibus solent obloqui & invidere. Quamvis ergo nunc tempora miraculorum non sint: *Signa enim debentur non fidelibus, sed infidelibus:* tamen cùm aliqua nobis præter solitum cursum ordinémque naturæ eveniunt, omni veneratione amplectenda sunt: quatenus & ipse, qui in Sanctis suis mirabilis est, honoretur, & tarditas nostra ad meliora quæque tantis virtutibus accendatur: Præstante Domino nostro JESU Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat DEUS per omnia secula seculorum. Amen.

CAPUT XLI.

Prooemiolum in miracula, quæ in translatione S. Henrici Imperatoris patrata sunt.

Hæc exscripsimus ex antiquis membranis Monasterii S. Crucis Donavverdæ: nam in Rebdorfensi & Apographo Bambergensi non comparent.

F Tempore illo, quo Venerabilis Abbas Merseburgensis Ecclesiæ Volcmarus, Reliquias beati HEINRICI Confessoris Saxonicæ terræ invexit, sexus utriusque turba, famâ divulgatâ, obviam venit: Ex quibus quosdam recuperandæ sospitatis causâ: quosdam verò fervens studium, quod ab antiquo, circa ejusdem Regis nomen habuerant, attraxit: Eò quòd terræ suæ statum frequenti paganorum incursu quassatum, illum reformâsse, priorum relatione didicerant.

G Sed meritorum ejus præconia cœperunt in ipso itineris processu, evidentibus miraculorum indiciis declarari: in quo diversis morborum generibus oppressi, saluti pristinæ fuerint restituti, referre per singula, tædium scribenti, & fastidium forsitan generaret legenti: Tamen hoc non silendum, quòd in plerisque curationum locis, in testimonium divinitùs ostensæ virtutis, cumuli haud grandes, vulgi studio, congesti excrevére; ut his visis posteritas illi reverentiam exhiberet, cujus meritis tot genti suæ beneficia collata videret. Verumtamen his interim omissis, ea referenda sunt, quæ in memoria hodiéque tenentur à multis.

Observa morem ponendi monumentum, in locis, ubi miracula patrata.

NOTATIO.

H Sequentia capita fortè fortuna reperi in Codice manuscripto membranaceo Monasterii S. Crucis (quod in civitate Donavverdensi situm est) planè præter exspectationem, tametsi non præter mentem. Omittere piaculum duxi, cùm contineant, quæ maximè ad gloriam S. Henrici illustrandam faciunt, ea nimirum, quæ Deus, illius inter-

A terventû gessit, cùm sacræ ejus Reliquiæ Merseburgum transferrentur, ex loco ubi vitam finiêrat; non enim Bambergæ excesserat; de quo Hoffmannus in Annalibus Bambergensibus: *Dominicam Palmarum Alsteti, Resurrectionis verò diem Novoburgi Monachorum celebravit. Perlustrata inde tota illa regione, cùm de Halberstadio Goslariam, inde Grondam se reciperet, gravi morbo tentari cœpit, &c. His ita actis Imperator pientissimus & sanctissimus magno totius Imperii cum dolore vitam hanc reliquit.*

CAPUT XLII.

Adolescens ab ortu contractus, sanatur.

B INter ægros, quorum multitudo salutem petens comitabatur, adolescens quidam irrefragabili membrorum contractu globatus à parentibus portabarut * gestatoria. (* In Sella.) Qui, nil in via consecutus, ad Ecclesiæ limen usque perducitur. Procedit obviam Reliquiis digno cultu chorus Monachorum ac Clericorum, non tam ejus loci, quàm ex aliis Ecclesiis confluentium. Deinde, ùt moris est, concentu vulgi & cleri mixtim C concrepante, regreditur. Missarum quoque solennitas ritu festiviore de ipso beato HEINRICO inchoatur. At claudus ille inter agmina constipantium vix Ecclesiæ illatus, juxta altare, ubi reliquiæ fuerant collocatæ, deponitur. Videres in eo illud Isaiæ compleri; (Isaiæ 35.) *Saliet sicut cervus claudus, & clara erit lingua mutorum.* Cœperunt enim nervorum ejus vincula solvi, pedes, cruráque extendi; illéque in oculis omnium prosiliens, quanto potuit vocis conamine, virtutem in se factam protestari. Sícque officium gressus, quod usus ab ipso nativitatis ejus exordio negaverat, gratia Christi per merita beati HEINRICI reparabat. Vox in laude DEI utriusque sexus attollitur in altum. Sanatus ante altare communicaturus sistitur; sícque ad propria cum parentibus regreditur.

CAPUT XLIII.

Energumeni liberati.

D DÆmoniaci tres, unus masculus & duæ fœminæ in eodem loco curati sunt: qui nomen HEINRICI blasphemando ingeminantes frequenter: tandem cum stridore horrifico, sedes, quas tenuerant, reliquerunt. Unus eorum pertinacior cæteris, diu sancti nominis invocationi renitens cùm ad se reliquias deferri cognosceret; *modò, cùm per se* HEINRICUS *venit, non subsistam,* inquit: statímque cum clamore magno hominem possessum deseruit. Hæc ipsa die adventus reliquiarum infra missam gesta sunt.

CAPUT XLIV.

Mulieri cæcæ visus redditus.

E ERat in territorio Merseburgensi mulier diu cæca, quæ, familiaribus gressus suos regentibus, in occursum reliquiis ultra possibilitatem, spe recuperandi visus, properabat, nihilque salutis in via se recepisse, peccatorum suorum obstaculo adscribens, triduo pervigil & indefessa prece, Christi misericordiæ januam pulsavit: tandémque lucis optatæ suffragium per merita Beati HEINRICI obtinuit. Hæc in eadem, qua priùs, villa, diu vixit: támque clarens omni terræ illi ejusmodi miraculum fuit, ut nulli ferè, maximè horum, qui tunc temporis fuêre, incognitum esse possit.

CAPUT XLV.

Mulier clauda curatur.

F ITem inter occursantes à remotioribus terræ illius partibus, mulier quædam non solùm incessu privata; sed & totius corporis miserabili specie deformis & distorta à conviantibus vehiculo trahebatur. Quæ, de Beati HEINRICI patrocinio confidens, propter ubique jam vulgata virtutum ejus insignia, nomen illius assidua invocatione cum oculorum, manuúmque extensione memorabat. Ideóque quod totis animi votis quæsivit, in itinere adhuc invenire meruit. Laxatis siquidem fibris, ac gibbi modo reflexo, totóque corpore in habilem redintegrato formam, vocem in se virtutis ostensæ * præconam fudit. (* Præconem.) Versúsque in stuporem commeantibus, vehiculum deserit, & lætantes de DEI magnalibus, lætior ipsa præcedens ad Ecclesiam venit: ac vota, quæ pro recipienda sospitate futura venerat, jam eâ potita, triduo illic morata solvebat.

CAPUT XLVI.

Mulier à continuo dentium dolore liberatur.

G IN Civitate Hallensi, quæ duobus à Merseburgensi loco miliaribus distat, fuit Matrona quædam non ignobilis, quæ, jugi ferè dentium dolore vexabatur, adeò, ut paulatim robore dentium absumpto, spem salutis assiduitas negaret doloris. Cúmque noctis cujusdam initio vehementiùs acerbitate morbi stimularetur, cum gravi suspirio hanc prorupit in vocem: H O beate HEINRICE, qui omnium te quærentium necessitati succurris, me peccatricem plena fide te invocantem, ne despice; sed fac, ut vel unius noctis per tuum patrocinium perfruar quiete. His dictis, præ tædio, caput ad modicum reclinanti somnus obrepsit: statímque omnis, quo diu laboraverat, dolor funditus abscessit.

CAPUT XLVII.

Punitur Monachus S. Henrico detrahens.

A IN Monasterio Beati Petri, quod Merseburgensi Civitati contiguum est, res talis accidit, cujus ferè omnis congregatio meminit, ipséque frater, de quo sermo est, adhuc superstes inquisitus, cum gemitu referre consuevit. Cùm festum Beati HEINRICI, pari voto, longè latéque, omnes terræ illius Ecclesiæ, ritu festiviore, colendum exciperent; eadem, quantò vicinior, tantò in laude illius prompta, pro suo posse, cœpit esse ornatior. Sed quia Impossibile est, ut in prosperis quis, quamvis justus, quamvis sanctus, livorem effugiat, Frater quidam, invidiæ stimulis actus, ejus sanctitati non timuit derogare, & modis
B omnibus, ejus, quantum in ipso fuit, renici gloriæ, in tantum, ut ea die, cultiora quæque, (quia tunc custodis officio fungebatur) occultaret, & signorum grandium consonantiam præpediret. Sed non diu frater ille impunè DEI, & Beati HEINRICI tulit offensam. Nam cœpit subitò toto corpore ferè quinque sensuum officio privari: deinde animi rigore laxato, palàm omnibus DEI judicium in se protestari, sicque necdum ad perfectum sanatus, aliquantulum in melius reparari.

CAPUT XLVIII.

Apparitio S. Henrici.

C HOc, quod subjungam, ipso, de quo dicturus sum, Episcopo referente, DEO teste, cognovi. Cùm Polonia jugum Imperii, utpote gens rebellis & effera, & magis saltuum & paludum inviis, quàm virium robore confisa, de cervice sua niteretur excutere: ad reprimendam ejus contumaciam gloriosus Imperator Fridericus animum intendit. Cúmque indicta generali expeditione, copiosus à diversis Regni partibus contractus esset exercitus: Principes terræ illius, & omnis populus timore correpti, quippe qui regni vires contra se moveri: se autem impares, & inex-
D pertos peritiæ belli videbant, ad placandam regis iram legatos mittentes, iterata subjectione prioris discidii errorem corrigere omnimodis promittebant. Ad hoc ergò reverendæ personæ, mitæque prudentiæ Episcopum Plocensis Ecclesiæ *Wernherum* elegerunt, eúmque cum donis, regiam magnificentiam decentibus, ad Imperatorem Aquisgrani morantem, & ossa CAROLI Magni levata in thecis auro gemmísque confectis recondentem direxerunt. A quo diu repulsus, tandem interventu Principum, in gratiam admissus, legatione ad votum peractâ, cum reliquiis S. HEINRICI, aliísque donis ab Imperatore perceptis redit: Et in nemore, quod Zurbiæ ac Poloniæ terminis E
interjacet, mediante jam die, tentoria figi præcepit.

Cúmque post refectionem fessos ex itinere artus quieti dedisset, quidam in somno, regia veste circumamictus, & dextra sceptrum gerens illi adstitit, hísque verbis eum allocutus ait: Quid in hac vasta solitudine somno deprimeris? Quæ tecum nesciens geris? Et dum ille perterritus, quisnam esset, interrogaret: Ego sum, ait, HEINRICUS, Babenbergensis Ecclesiæ fundator, qui in temporalis vitæ cursu, immortalitatis compendium à Domino promerui. In eo ergo, quo jaces, loco, Ecclesiam nomini meo, prout tempus permittit, construe, sciens, proculdubio, processu temporis, divinum in eo servitium augmentari.

Surgit igitur Episcopus, statímque per F
famulantium ei manus certatim ruentibus lignis, in modum habilem fecit Ecclesiam, sed de lapidum penuria, qui ibidem audiri, non videri consueverant, dum anxius circuiret Episcopus, casu baculum, quem ferebat, in aggestum terræ cumulum figens, lapidum copiam in similitudinem quadratorum reperit; sicque altare componens, DEI & Beati HEINRICI, sanctíque Sigismundi Regis nomini dedicavit. Ubi nunc, multis adstipulantibus, major Ecclesia construitur, ac monachicæ professionis Ordo inchoatur; quódque ille prædixerat, jam impleri videtur. Hac igitur occasione nomen Beati HEINRICI apud illas nationes in veneratione cœpit haberi.

CAPUT XLIX.

Nefaria cujusdam simulatio castigatur divinitus.

QUodam tempore cùm non modica G
multitudo pauperum, variis languoribus oppressa, in Ecclesia Merseburgensi non solùm sanitatem corporis; sed & stipem importunè petens confluxisset: Populus, qui, orationis causa, advenerat, prout facultas permittebat, unicuique misericordiæ manum porrigebat. Ubi rusticus quidam è proxima villa, cupiditate sordens, nervorum contractionem simulavit, & recurvato pede in medio languentium consedit. Quem, dum rei domesticæ cura re- H
gredi compulisset, jámque baculo innisus, ficto gressu, extra limen Ecclesiæ processisset, locum quærit opportunum, ut pede reflexo, expeditiùs, quò tendebat, perveniret. Sed DEO, & Beato HEINRICO dignam ejus meritis pœnam ingerente, miseriam, quam antè simulaverat, jam dolore irrefragabili, pede nati cohærente, sentiebat. Quid ageret? Pudor, dolórque conflictu pari in ejus mente decertabant. Pudor propalare rem gestam prohibebat. Dolor, confiteri cogebat. Vicit tamen timor.

Et

A Et omnes hæc audientes, grandis apprehendit timor. Hoc itaque indicio cunctis claruit: DEI famulum non solùm votis piè quærentium adesse; verùm etiam talia præsumentibus districtum obesse; sicque deinceps perfidorum præsumptio talis cessavit.

CAPUT L.

Cæcus lumine donatur.

B Est Ecclesia parochialis Ecclesiæ B. Petri in veteri Castro contigua. Juxta quam resideos cæcus quidam, audivit concentum popularium in reparatione cujusdam ægri devotissimè congratulantium. Erat autem hic de terra, & de gente Sclavorum: quibus simplicitas, vel irrationabilitas, pravitate quadam ingenii, naturalis est adeò, ut vix vel tenuem fidei videantur habere scintillam. Quærit ergo causam talis concentûs. Cui, cùm pro sanatione languentis hæc fieri, indicatum esset, ait: Iste HEINRICUS *Teutonicus cùm sit, solis Teutonicis gratia sua præstat subsidium: Mihi verò, gentisque meæ hominibus nihil unquam beneficii contulit.* In risum ergo, qui aderant, excitantur. C Quidam verò sanioris animi, ut Ecclesiam petat pro salute sua rogaturus, adhortantur. Ductus itaque, ubi reliquiæ Beati Confessoris servabantur, humi prosternitur: Et paulò pòst pietatem *Teutonici*, Sclavus ipse, quam negari sibi querebatur, experitur. Cœperunt enim ab oculis ejus albedines in modum squamarum avelli, optatúmque lucis suffragium in eo redintegrari. Unde gens illa, quæ, ùt dixi, rustica simplicitate, & fidei pusillanimitate se sperni arbitrabatur, hoc beneficio, fiducia, spéque resumpta, ultra omnes Beatum HEINRICUM studio devotiori venerabatur.

CAPUT LI.

Claudus curatur.

D Hujus rei, quam dicturus sum, tot ferè testes habentur, quot fratres, qui tunc temporis fuêre, apud præfatam B. Petri Ecclesiam inveniuntur: qui eam tantò fideliùs, quantò veriùs agnovisse contigit, attestantur. In quadam eorum villa civitati proxima, rusticus quidam, gravi tactus infirmitate, officium pedis unius amiserat, adeóque arentibus nervis ac carne præmortua emarcuerat, ut humana solertia, vel studio in eo recuperari sanitatem, tam ipsi, quàm omnibus eum intuentibus, impossibile videretur. Unde, quod ab homine fieri desperabat, ab eo, cui nihil est difficile, sed solus restaurat universa, per Beati HEINRICI patrocinium, fide firma, spe solida, quærens; ejus misericordiæ januam fletibus assiduis, jejuniis crebris pulsavit, & tandem in formam pristini gressus restitui meruit.

CAPUT LII.

Mulier surda & muta & audiendi & loquendi facultatem recipit.

E In pago quodam miliari uno à Mersebur-gensi castro distante, mulier surda & muta ab exordio nativitatis suæ, à propinquis & civibus, misericordiæ fotu fovebatur. A quibus, ad Ecclesiam perducta, nutibus & signis, quibus erga eam uti possibile fuit, ante beati Confessoris reliquias prona sterni jubebatur. Sed illa jumento insipienti similis, pro se non rogare noverat; vel quod essent reliquiæ, aut quid gereretur, penitus nesciebat: cui tamen fidelium pro salute ejus in commune supplicantium oratio, fidésque subveniebat, & per Beati HEINRICI suffragia, ùt ipsa postea testabatur, in utroque corporis officio reformari meruit ex integro.

CAPUT LIII.

Ignis urens, sed non comburens.

F Cum excubiæ sacræ à fidelibus circa thesaurum incomparabilem sine intermissione fierent, ita ut aliis recedentibus, aliis venientibus, die noctúque fores Ecclesiæ non clauderentur, custos Ecclesiæ; inter oves, lupos, sub vellere ovium latentes, non facilè agnosci considerans, auferri furtim reliquias metuebat. Ad quod præcavendum ex quadris lapidibus, facto satis habili reconditorio, eas in illo locavit. Cui etiam ostiolum ex pino, quod, causa poscente, claudi & aperiri posset, imposuit. Nocte ergo quadam, infra Cursum, matutinum lumen incautiùs eidem apponens, chorum, quem studiosiùs aliis frequentabat, ingreditur: sed paulò pòst fumum sentiens, & quid acciderit, animo præsago concipiens, ad locum festinus revertitur: invenitque ostiolum à flamma tangi & fumum G dare, sed non lædi. Cujus hæc meritis, nisi ejus, cujus illic reliquiæ servabantur, possunt adscribi? Poterant quidem, absque ligni & lapidis repositione, à raptu alieno, ipso mediante, servari: sed pius Confessor DEI, laborem & studium devotè sibi obsequentium, noluit incassum deperire; ne, vel in parvo detrimento januæ viderentur contristari, ideóque in ligno, foci usui apto, vim virtutis suæ ignem à Deo obtinuit oblivisci.

CAPUT LIV.

Energumena liberata. Conclusio miraculorum.

H Mulier arreptitia de restibus connexa manus coram prædicto reconditorio, licèt multùm renitens, sistitur. Quæ, dæmone mugitum in aëra dante, séque

A ab HEINRICO torqueri vociferante, satis ipsa torta liberatur. Visum est illi, ùt præsentibus referebat, quemdam capite cano, barba prolixa, veste amictum regia, ex eodem loco processisse, & à se spiritum nequam pugnis & minis extorsisse.

Verùm, si cuncta sigillatim, quæ diebus singulis facta sunt, miracula persequi voluero, tempus me priùs, quàm materia deseret: præsertim cùm numero possibilitatem excedente, custos ipse Ecclesiæ, qui omnibus ferè intererat, pauca de multis memoriæ tradere se potuisse perhibebat.

B Hoc solùm hic omittendum non est, quod de calice aureo, de quo suprà dictum est, quem ob speciale devotionis suæ indicium idem Imperator Beato Laurentio confici jusserat, febricitantes, aquæ, vel alterius liquoris haustu, curantur: præstante Domino nostro JESU Christo, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto vivit & regnat DEUS per infinita sæcula sæculorum Amen.

RESCRIPTUM EUGENII PAPÆ III.
SUPER CANONIZATIONE
S. HENRICI IMPERATORIS.

Baron. Tom. XII. Anno Christi 1152. num. IV. Hoc Rescriptum deest, in Cod. Rebdorstensi. Extat tamen in Apographo Bamberg.

C *Eugenius Episcopus servus servorum DEI venerabili fratri Egilberto Episcopo, & dilectis filiis, Canonicis Bambergensis Ecclesiæ salutem & Apostolicam Benedictionem. Sicut per literas & nuncios vestros vobis mandâsse meminimus, venerabiles fratres nostros N. sanctæ Rufinæ Episcopum, & N. presbyterum Cardinalem pro diversis negotiis ad partes illas de nostro latere delegavimus, eisque viva voce injunximus, ut ad Ecclesiam vestram accederent, atque de vita & miraculis Henrici Regis rei veritatem diligenter inquirerent, & literis suis nobis significarent. Nunc autem eorundem fratrum nostrorum & multorum religiosorum & discretorum virorum attestatione, de castitate ipsius, de fundatione Bambergensis Ecclesiæ, & multarum aliarum, quarundam quoque Episcopalium Sedium reparatione, & multiplici eleemosynarum largitione, de conversione Regis Stephani & totius Hungariæ, Domino cooperante, per eum facta; de glorioso etiam ipsius obitu pluribúsque miraculis post ejus obitum, ad ipsius corporis præsentiam divinitus ostensis, multa cognovimus.*

D *Inter quæ, illud præcipuum & memorabile plurimùm attendentes, quòd cùm diadema sceptrúmque Imperii suscepisset, non Imperialiter, sed spiritualiter vixit. In thoro etiam legitimo positus (quod paucorum fuisse legitur) integritatem castimoniæ usque in finem vitæ conservavit. Quæ quidem nos omnia simul perpendentes, atque* E *devotionem vestram & Ecclesiæ Bambergensis, quæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ soli subesse dignoscitur, diligenter considerantes, tametsi hujusmodi petitio nisi in generalibus Conciliis admitti non soleat, auctoritate tamen S. R. E. quæ omnium Conciliorum firmamentum est, petitionibus vestris acquiescimus, atque ejusdem memorabilis viri. cujus exaltationem requiritis, fratrum nostrorum Archiepiscoporum & Episcoporum, qui præsentes aderant, communicato consilio, memoriam inter Sanctos de cætero fieri censemus, & anniversarium ipsius diem (a) solenniter celebrari constituimus. Vestra itaque interest sic in S. R. E. obedientia & fidelitate persistere, & sic ei digna devotionis obsequiis respondere, ut ampliori beati Petri & nostrâ gratiâ digni inveniamini. Datum trans Tiberim pridie Idus Martii.*

NOTATIO.

F *Anniversarium ipsius diem (a)* Martyrologium Rom. 14. Julii. *Bambergæ sancti Henrici Primi Imperatoris, qui cum uxore sua Chunegunde perpetuam virginitatem servavit, & sanctum Stephanum Hungarorum Regem, cum universo ferè ejus Regno ad fidem Christi suscipiendam perduxit.*

Idem Martyrologium 3. Martii. *Bambergæ S. Chunegundis Augustæ, quæ Henrico Primo Imperatori nupta, cùm virginitatem ipso annuente servâsset, bonorum operum meritis cumulata, sancto fine quievit, & post mortem miraculis claruit.*

G Calvinista Hospinianus in lib. de Festis. *Episcopus Basileensis Joannes Sen, impetratis Anno Christi M. CCC. XLIIX. quibusdam reliquiis Henrici II. Imper. à Bambergensibus, instituit etiam per totum suum Episcopatum, diem obitus ejus celebrandum, non tantùm propter sanctitatem & miracula ejus, sed etiam propter merita erga Basileenses.* Citátque Calviniani Urstisii Chronicon lib. 3. cap. 10.

Idem Calvinista. *Kunegundis uxor Henrici II.* (Regis & I.) *Imperatoris fuit: ejus tamen virginitatem violatam non fuisse, multi* (imò omnes) *affirmant. Mortua est V. Non. Martii, Anno Domini M. V.* (egregiè; nam mortua est Anno Redemptoris M. X L. Henrico, sponso suo XV. annis superstes, qui Henricus vivendi finem fecit Anno M. XXIV.) *Joannes Episcopus Basileensis Anno M. CCC. XLIIX. cùm diem obitus Henrici in suo Episcopatu feriandum instituisset, præcepit simul diem 9. Septembr. in honorem Kunegundis Imperatricis, non quidem feriari, sed devotè celebrare, ùt Urstisius indicat Chronicorum lib. 3. cap. 10.*

H Hic non sinit me sui immemorem esse Lutherus, qui Tom. 2. Latinorum Colloquiorum hac festiva fabellula compotores suos hilariores efficere tentavit: *Bambergæ legerunt Canonici annuatim libellum, quem dixerunt continere fœdus matrimoniale inter Henricum Cæsarem & N. Inspecto isto libro ab erudito, fuerunt Topica Ciceronis.* Nimis crasso filo

A lo mendacia texis, ô Luthere. Saltem aliquem verisimilitudinis colorem allineres: nam ut unus vel alter fuerit, qui latina vel ipse lectitans, vel ab aliis lectitari audiens, tantum intellexerit, quantum si aliquid Japonico, Mexicano, Peruano, aut Chinensi idiomate auribus ejus instillatum fuisset; omnes tamen tanta inscitia fuisse occupatos, ut, quid legeretur, juxtà cum ignarissimis ignorarent, id verò à fide remotius est, quàm ut ulli, etiam admodum credulo, & quidquid de Sacerdotibus Catholicis garritur, avidissima aure combibere solito, persuaderi queat: nam & stupidissimo cuique statim in mentem venisset sciscitari, qua de causa, in libello illo nulla Henrici & Kunegundis mentio extet; si fœdera connubialia in eo descripta essent. Quanquam Lutherus vel Collector & Editor fœtidissimorum Colloquiorum adeò rerum omnium imperitus fuit, ut, quod nomen uxor S. Henrici habuerit, ignoraret; coactus hanc suam inscitiam communi illa nota N.
B quæ verbum *nescio*, denotat; designare.

Lubet sub finem harum Notationum adjungere, versus Godefridi Viterbiensis, non illos quidem cultos ac politos; sed tamen tales, qui Historiæ S. Henrici aliquid lucis accendant, & Bambergensis Ecclesiæ laudes iis, quibus possunt, modulis, decantent, candidis certè ac sinceris, si minùs festivis & canoris.

C

De Civitate Bambergensi.

BAvaricus fluvius vulgò Radiantia dictus,
Norica rura fovens, variéque vagando relictus,
Montis Pavonis urbis amœna colit.
Nomine vulgato mons Babenbergo vocatur,
Flumine crassatur, vicináque rura rigatur,
Pónsque superstratus, cingit utrumque latus.
Urbs laudanda nimis, montis succrescit ab imis,
Indéque sublimis fit turribus insita primis,
Montis in urbe tamen culmina Clerus habet.
Agmine murorum series præcincta domorum,
Exclusis Laicis munitio fit Dominorum.
Clericus illorum spernit adire forum.
Dogmate Grammatica Clerus solet ille beari,
Nulláque vulgaris vox audet in Urbe sonari,
Sola solet cunctis lingua Latina dari.

En quantum in Clero Bambergensi, Latinæ linguæ studium; ut vel hinc suprà dictum Lutheri commentum refutare, & manifestæ vanitatis convincere liceat.

De Ecclesia Babenbergensi.

D *ECclesiæ forma mentis caput auget & ornat,*
Grandis ibi norma Cleri recidiva reformat,
Divitiæ latè rebus & arte patent.
OTTO *Pater Patrum tenet ordine Pontificatum,*
Nobilium fratrum dilatat honore theatrum,
Ipse sacer, sacrum præstat, adæquat * *utrum?*
Fulget in Ecclesia mirandi ponderis aurum,
Quò minus est Danais solitus persolvere Maurus,
Pallia purpurea quis numerare queat?

*pro utrumque per Apocop.

De Monte Pavonis, & ejus forma sitúque. E

MOns Pavonis habet colles sibi collaterales,
Tres quasi consimiles, Urbi quoque participales,
Ipse nitens medius præminet absque pare.
Pulchrior illorum loca maxima dat Monachorum,
Templáque multorum reliqui dant Canonicorum,
Quartáque pars fluvio præbet utrinque forum.
In Crucis ergo modum posuit sibi Pavo colonum,
Qui veneretur eum, foveat celebrétque patronum,
Ipse suis famulis præbet ab Urbe bonum.
Stat medius Petrus, Stephanus sibi dexter habetur,
Vertice stat Jacobus, leva Michaël retinetur,
Fértque secus fluvium Virgo MARIA *decus.*

De sepultura Cæsaris Henrici.

CÆsaris Henrici sancti, cognomine Claudi, F
Lector opus audi, quo possunt munere claudi?
Hæc & majora sunt sua multa bona.
Cujus & ossa bona sunt ad miracula prona,
Hoc opus, hæc dona sua contulit alma corona,
Unde per Ecclesias cantica digna sonant.

Babenbergæ author priùs studuit.

LAude vacans ista, recolo mihi tempora prisca;
Prisca fuit puero mihi Babenberga magistra,
Mens mea, quæ didicit, reddit amica sibi.
Reddere non potui quantum, sed reddere quale,
Ecce meæ volitant aliàs properantius alæ,
Me vocat historia, Pavo beate vale.

Item de eodem Henrico Claudo laudes scribuntur.

HEnrici Claudi meritum solenniter audi,
Cui decet applaudi, cujus metra porrigo laudi, G
Sumptus ab arce soli regnat in arce poli.
Conjuge virginea virgo permansit & ille,
Catholicas dedit Ecclesias numero quasi mille,
Pauperibus, viduis spes, via, vita fuit.
Nunc & in altari sua cernimus ossa sacrari,
More salutari solennia digna parari,
Corpora debilium plurima sana dari.

Appendix.

PRopè sub exordium hujus vitæ fit mentio S. Gothardi Abbatis Althahæ in Bavaria, qui postea ab Henrico Imperatore ad Episcopatum Hildesheimensem evectus est. Erat hic ob sanctitatem morúmque integritatem Imperatori charissimus etiam tunc, cùm adhuc Abbatis officio in Bavaria fungeretur; quod cùm aliunde liquet, tum præcipuè ex septenis hisce Diplomatis, in gratiam Gotthardi Abbatis & emolumentum ejus Monasterii, cui præsidebat, ab Imperatore datis: quæ jam olim ex vetustis membranis exscripsit, vir admodum reverendus, eximius, ætate, eruditione & virtute commemorabilis, Doctor *Georgius Lautherius* ad D. Virginem Monachii Præpositus. Quæ hic subjicere visum, tum quia vitam & res gestas sancti Imperatoris, san-

Niberalten. H

A ſanctíque Abbatis & Epiſcopi illuſtrant; tum quia ad Bavaricas antiquitates ſpectant, tum denique quia præclara pietatis & liberalitatis exempla evulgare decet, piis ad imitationem, impiis ad cautelam: Nam vel ex his ſatis ſupérque liquet, Henricum Regem & Imperatorem, non caluiſſe Lutherano vel Calviniano genio, quia alioqui Eccleſias non extruxiſſet, ſed deſtruxiſſet; nec eas ampliſſimis proventibus dotâſſet, ſed rapacibus ungulis expilâſſet, ùt ſolet Lutheranus & Calvinianus alaſtor: nec Monaſteria condidiſſet, ſed condita ſulo æquâſſet, & Monachos ultra Mœotidem paludem ablegâſſet.

DIPLOMA PRIMUM S. HENRICI

SUPER AREA RATISBON.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

I. HEINRICUS Divina favente clementia Rex.

B NOtum ſit omnibus fidelibus noſtris præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter nos piam Godehardi *Abbatis intendentes petitionem, quia nobis fideliter ſervivit & dignus, quem beneficiaremur, fuit, quandam noſtri juris aream infra muros* Ratisponenſis *ſitam, habentem in latitudine pedes 40. & in longitudine pedes 80. quæ ex una parte platea, quæ ducit ad flumen, ex altera verò parte area cujusdam hominis nomine* Ruori *collimitat, monaſterio ſancti* Mauritii, *cui idem venerabilis Abbas in loco, qui dicitur* Altaha *præeſſe dinoſcitur, jure perpetuo retinendam per hoc regale præceptum contulimus, cum terminis ſuis exitibus quoque & reditibus, ſive cæteris, quæ qualibet modo vocari juſtè & legaliter poſſunt, appenditiis, ea ratione, quatenus præfatus Abbas* Godehardus, *ſive ſucceſſores ejus liberam deinceps de eadem area habeant poteſtatem poſſidendi, vel quicquid pro utilitatibus monaſterii illis li-*
C *beat, poteſtativè faciendi. Et ut hæc noſtra traditionis auctoritas ſtabilis & inconvulſa permaneat, manu propria eam roborantes ſigillari noſtra imagine juſſimus. Data III. Idus Julii anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ſecundo. Indict. XV. Anno verò Domini Heinrici Regis primo. Actum* Babenburch.

SUPER EMUNITATE.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

II. HEINRICUS Divina favente clementia Rex.

D QUia ſi piis DEI famulantium flagitationibus accommodamus benignum auditum ſummæ ſalutis inde provenire nobis in-*cunctanter credimus remedium. Idcirco omnium ſancta Dei Eccleſia fidelium præſentium ſcilicet & futurorum noverit religioſitas, quoniam tam animæ noſtræ conſulentes, quàm etiam dilecti noſtri* Godehardi *Abbatis petitionibus obtemperantes venerabilem* S. Mauritii *Martyris Abbatiam* Altaba *nuncupatam, ſub noſtra defenſionis* Mundihurdium, *ac tuitionem eum omnibus eidem præfatæ Abbatiæ aliquo modo adhærentibus, villis verò* Iſerahoff, Svartzaha, Cœlla, Gunzina, Munichdorff, Puechoff, Oberanhaus, Uſterlingen, Gotzzolting, Otilingen, Reicherisdoff, Balcheringa *nuncupatis, ſeu etiam cæteris cujuslibet utilitatis commoditatibus, familiis, tributis, tributariis, rebus mobilibus & immobilibus, viis, inviis, ſilvis, saginis, aquis, piſcationibus, molis, molendinis, paſcuis, compaſcuis, ſive apium paſcuis, quæſitis & inquirendis, nec non juſta acquiſitione eidem præfatæ Abbatiæ pertinentiis. Præcipientes igitur regali ſummitate edicimus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Schuldaſio, Scapio, ſeu aliqua magna vel parva perſona eundem jam dictum Abbatem ſuóſque ſucceſſores præſcriptis rebus inquietare, moleſtare, vel disveſtire præſumat. Si quis verò hujus* F
præſcripti noſtri, quod abſit, violator extiterit, ſciat, ſe compoſiturum auri optimi libras centum. Quod ut verius credatur, diligentiúſque ab omnibus obſervetur, hanc chartam inde conſcriptam manu propria roborantes ſigillique noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Data VI. Cal. Febr. Indict. II. Anno Dominicæ Incarnationis M. IV. Anno verò Domini Heinrici II. Regis III. Actum in Altſteti. *In DEI nomine feliciter. Amen.*

E

SUPER FLINSPACH.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.

HEINRICUS Divina favente clementia Rex. III.

REgalis enim excellentiæ, decet majeſtatem rationalibus ſibi à Domino ſupplicationibus miſericorditer concedere perpetrationem, quatenus eorum aſſiduis precibus & ſeculariter tranquillitérque & æternaliter cæleſtis bravii diademate coronetur. Quocirca univerſalis fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum noverit induſtria, qualiter quidam venerabilis Godehardus *Abbas, proviſor verò* Altahenſis *monaſterii celſitudinem potentiæ nobis à Deo conceſſæ ſubiit, humiliter implorans, uti nos quandam villam* Flinſpach *dictam, in pago* Svveiniebgovin *ſitam, & in Comitatu* Tiemonis *Comitis, olim prædicto monaſterio ſuo pertinente, dolore non parvo tactus perdere, quod juſtè viſus eſt habere, debere, eò reſtituere dignaremur. Cujus nos condignæ petitioni aſſentiendum fore exiſtimantes, eandem jam dictam villam noſtra regali traditione atque pagina ad ante dictum* S. Mauritii *monaſterium in* Altaha *conſtru-* G H

ctum

A *ctum concedentes restituimus, restauravimus, donavimus atque firmissimè subscribentes eò consolidavimus ad ædificandum, restaurandum, maceriandum præfatum monasterium, cum aliis Ecclesiis, cœnobiúmque fratrum, quia ob hoc prædictus Abbas requisivit, quoniam terra arenosa est, maceriæq; utilis. Tradentes igitur in proprium S. Mauritio subscriptóque Abbati, nec non & suis successoribus, quicquid inter* Winter *&* Hoffkirchen *videtur jacere, vel etiam ad ante scriptum Monasterium inibi respicere cum omnibus rebus mobilibus, & immobilibus, terris cultis vel incultis, vineis, vinetis, molendinis, viis, inviis, ædificiis, exitibus & reditibus, sylvis, venationibus, pratis, pascuis, compascuis, sive apium pascuis, aquis, aquarúmve decursibus, piscationibus, familiis,* B *utriusque sexus, quæsitis & inquirendis, seu omnibus, quæ dici, vel scribi, intrinsecus seu extrinsecus possint, pertinentiis & utilitatibus. Et ut hæc nostra traditionis auctoritas stabilis & inconvulsa permaneat, hanc chartam inde conscriptam manu propria roborantes sigillique nostri impressione insigniri jussimus Data Nonis Novembris. Indict. I. Anno Dominicæ Incarnationis M. V. Anno vero Domini Heinrici, Secundi Regis IV. Actum* Werdæ *In Dei nomine feliciter.*

SUPER KINCHNAVV.

IV. *In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.*

HEINRICUS Divina Favente gratia Rex.

C *Plantationis cujusque surculus trunco viridi imputatus, quantò sæpius aquis circumfusis irrigatur, tantò citiùs ramis crescentibus in arborem erigitur. Ecclesias igitur DEI comparationi eidem nos recompensantes ubicunque locorum noviter plantatas si bonis nostris aliquanto benigniùs adhibitis sublevamur, tantò eas citiùs in divina laude feliciter excrescere, tantóque nos firmiùs imperii nostri culmen stabilire fideliter confidimus.*

Quapropter omnium DEI nostrique fidelium D *universitati notum volumus, qualiter nos ob interventum ac petitionem dilectæ conjugis nostræ* Chunigundæ *Imperatricis Augustæ, &* Brunonis Augustensis *Ecclesiæ Præsulis, & cæterorum fidelium nostrorum* Eberbardi Ratisponensis, Bennonis Pataviensis *Episcoporum, ad Ecclesiam sitam in Eremo, quæ vocatur* Nortvvald *à* Guntberio *monacho, & inibi primitus eremiticam vitam ducente, constructam, in honore victoriosissimæ* Crucis *sanctæq; DEI genitricis Mariæ, nec non B. Joannis Baptistæ, in usum fratrum ibi DEO sub regula S. Benedicti servientium, quicquid habuimus, à fonte aquæ, quæ vocatur Leipsliusa, usque ad locum, qui vocatur* Svvartahvvinchil, *& inde usque ad montem, qui vocatur Ekkirischbuch, & ita usque ad aquam, quæ vocatur* Forchenbach, *& inde ad* Holerenberch *usque dum venias Plechentenstein, & inde ad* Grachenbach, *& sic ad fontem ipsius aquæ, & ita per aquam, quæ dicitur* Flinsbach, E *& hinc, ut subterminatum est, ad flumen* Regin, *& per descensum* Regin *fluminis usque in * illam* [* Villam,] Piberach, *quæ duarum Piberach media interfluit, & sic sursum per eandem* Piberach, *usque ad locum, qui est in monte* Hadavvich, *& inde per decursum aquæ, quæ vocatur* Sebach, *& sic inde, ut modò terminatum est, usque ad locum, ubi* Kelbirbach *cadit in album* Regin, *usque in* Affaltresberch, *& inde ad magnum lapidem, qui ex Orientali plaga prope stratam jacet, quæ* Bavvariam *tendit, & sic per stratam, usque ad nigrum* Regin, *& sursum per eundem fluvium, ad locum ubi interfluit aqua* Fladinz, *& inde ad fontem ejusdem aquæ, & ita usque ad* Nauffinna, F *cum omnibus utensilibus, cum areis, ædificiis, agris, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, sylvis, venationibus, aquis aquarúmve decursibus, piscationibus, molis, molendinis, viis & inviis, exitibus, & reditibus, quæsitis & inquirendis, seu cum omni utilitate, quæ ullo mode inde provenire poterit, per hoc nostrum præceptum, in proprium donavimus, atque confirmavimus, ea videlicet ratione, ut nemo ulteriùs absque ejusdem cellæ provisoris suorúmque successorum licentia, potestatem habeat novalia faciendi, piscandi, aut ullo ingenio feras decipiendi, aut qualibet potestate, infra præscriptum terminum exercendi. Et ut hæc donationis nostræ auctoritas, stabilis atque* G *inconvulsa omni permaneat ævo, hanc chartam inde conscriptam subtúsque manu propria roboratam sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Data VII. Idus Junii. Indict. VII. Anno Domini M. IX. Anno verò Domini Heinrici secundi, VIII. Actum* Merseburg. *In DEI nomine feliciter.*

SUPER HELINGERSPERGE.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. V.

HEINRICUS Divina favente clementia Rex.

Si quid nos Ecclesias DEI, vel in eisdem servientes, de nostris ditare studuerimus, H *proculdubio, immarcessibile præmium in futuro capere credimus. Qua de re cunctis fidelibus nostris, præsentibus scilicet & futuris, notum esse volumus, qualiter nos æternæ vitæ desiderio inflammati, tam pro remedio animæ nostræ, quàm parentum nostrorum, nec non & interventu dilectæ * contectalis nostræ* Chunigundæ, *&* [* Uxoris,] *pro dilectissimi* Altahensis *Abbatis* Godehardi *gratissimo obsequio, eidem Ecclesiæ, cui ipse præesse videtur, in usum monachorum inibi DEO famulantium, in Comitatu* Thiemonis *præsidis, prope monasterium in villa* Helingerinberk *dicta, mercatum habenti Theloneum tam viantium quàm navigantium exigendi jus perpetuum per hoc regale præceptum contulimus, atque concessi-*

A *cessimus. Quod si qua persona eidem loco abstulerit, in futuro judicio examinanda erit. Et ut hæc nostræ traditionis auctoritas stabilis & inconvulsa permaneat, manu propria eam roborantes sigillari nostra imagine jussimus. Data VII. Idus Junii Indictione VII. Anno Dominicæ Incarnationis M.IX. Anno verò Domini Heinrici Regis secundi regnantis VIII. Actum Merseburg feliciter Amen.*

SUPER MYNDERICHING.

VI. *In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.*

HEINRICUS Divina favente clementia Rex.

B *SI Ecclesias DEI alicujus doni incremento ditare vel sublimare studuerimus, nobis id profuturum esse minimè dubitamus. Quapropter noverit omnium Christi fidelium nostrorúmque industria qualiter ob remedium animæ nostræ, & interventum dilecti Abbatis nostri* Godehardi *suum juge devotúmque servitium inspicientes, monasterio suo* Altaha *dicto ad servitium & ad usum fratrum DEO ibidem servientium, in villa* Mundrichinga *dicta, unam Ecclesiam cum dotali manso, & duabus partibus decimationis, ad eandem Ecclesiam pertinentibus, & in villa eadem alium mansum cum mancipiis* Frudun *& uxore ipsius & filiis eorum; in* Siffinchoven *autem tres mansos cum mancipiis in his habitantibus: in* Mangoltiogen *verò superius molendinacium cum molendino, in pago*
C Wonaulgovve, *in Comitatu verò* Ruotberti *Comitis sitis, cum omnibus appenditiis sive utilitatibus, quæ dici aut nominari possunt, per hanc nostri præcepti paginam concedimus atque largimur. Et de nostro jure ac dominio in eorum jus ac dominium omnium transfundimus, ea quippe ratione, ut prædictus Abbas suique successores, unà cum fratribus inibi DEO famulantibus, de prænominato bono ejus utensilibus dehinc liberam habeant potestatem ad communem usum fratrum, quidquid eis libuerit faciendi, omnium hominum contradictione remota. Et ut hæc auctoritas nostræ donationis stabilis & inconvulsa permaneat omni tempore, hoc præceptum inde conscriptum manu propria roborantes sigilli nostri impressione insigniri jussimus. Data Octavo Idus Aprilis Indict. VII. Anno ab Incarnatione Domini M.IX. Anno verò Domini Heinrici Secundi regnantis VIII. Actum* Regenspurg. *Amen.*

SUPER APPATISTORF.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.

VII. HEINRICUS Divina favente clementia Rex.

D *SI quid nos Ecclesias DEI vel in eisdem servientes de nostris ditare studuerimus, procul dubio immarcessibile præmium in futuro capessere credimus. Qua de re cunctis fidelibus nostris præsentibus scilicet atque futuris notum esse volumus, qualiter nos æternæ vitæ desiderio inflammati tam pro remedio animæ nostræ, quàm parentum nostrorum, nec non & interventu dilectæ* contectalis *nostræ* Chunigundæ, *&* E *pro dilecti Altahensis* Godehardi *gratissimo obsequio, eidem Ecclesiæ, cui ipse præesse videtur, in usum monachorum inibi DEO famulantium in Marcha & Comitatu* Heinrici *Marchionis, decem regales mansos inter hos terminos sitos, item in Orientali plaga de illo vallo & duabus arboribus vulgo Felevvu dictis, subtus villam* Abbatorf *dictam, usque in fluvium* Danubii, *& inde rursum in latitudine usque in Occidentalem plagam, ad terminum ministerii* Sigimares, Weride, *in longitudine verò, de Danubio usque ad* Wagreim *ad Aquilonem terminantur, per* F *hanc nostri præcepti paginam concedimus atque largimur cum omnibus appenditiis ad eosdem pertinentibus, areis, ædificiis, terris, cultis, & incultis, pratis, pascuis, aquis aquarúmve decursibus, molendinis, piscationibus, venationibus, sylvis, extirpatis, vel adhuc exstirpandis, seu cum omnibus, quæ dici aut nominari possunt, utensilibus, & de nostro jure ac dominio in ejus jus ac dominium omnino transfundimus. Ea quippe ratione, ut prædictus Abbas, suique successores exinde liberam habeant potestatem tenendi, commutandi, vel quidquid eis in usum prædictorum fratrum agere libuerit. Et ut hæc nostræ donationis auctoritas, omnium hominum* G *contradictione remota stabilis & firma constet, hanc chartam ex nostra jussione conscriptam ac signatam propria manu subtus firmavimus. Data VII. Calend. Julii Indict. IX. Anno Dominicæ Incarnationis M.XI. Anno verò Domini Heinrici Secundi regnantis X. Actum Regenspurg.*

SUPER ABSTORF.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.

HEINRICUS Divina Clementia favente Romanorum Imperator Augustus. VIII.

H *SI quid Ecclesiis DEI vel in eisdem servientes de nostris ditare studuerimus, procul dubio immarcessibile præmium in futuro capessere credimus. Qua de re cunctis fidelibus nostris præsentibus scilicet & futuris notum esse volumus, qualiter nos æternæ vitæ desiderio inflammati, tam pro remedio animæ nostræ, quàm parentum nostrorum, nec non & interventu dilectæ* contectalis *nostræ* Chunigundæ, *& pro dilecti* Altahensis *Abbatis* Godehardi *gratissimo obsequio, eidem Ecclesiæ, cui ipse præesse videtur, in usum monachorum inibi DEO famulantium, in Marcha & Comitatu* Adalberti *Marchionis decem regales mansos inter hos terminos sitos ab Occidentali videlicet plaga super villam, quæ* Abstorf *nuncupatur, de medio Danubii alveo*

usque

A *usque in rivulum, qui vocatur* Smidaha, *latitudine ad Orientalem plagam, longitudine verò contra* Wagreine *vergente in locis probabilibus usuique semper aptis. Insuper etiam parvulam insulam in Danubio, contra eandem villam jacentem, per hanc nostrè preceptè paginam concedimus atque largimur cum omnibus appenditiis ad eosdem pertinentibus, areis, ædificiis, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, & compascuis, viis & inviis, aquis, aquarúmve decursibus, molendinis, piscationibus, venationibus, sylvis extirpatis vel adhuc extirpandis, seu cum omnibus, quæ dici vel nominari possunt utensilibus, & de nostro Imperiali jure in ejus jus ac dominium omnino transfundimus. Ea quippe ratione, ut*

B *prædictus Abbas suique successores, exinde liberam habeant potestatem, tenendi, commutandi, vel quicquid eis in usum prædictorum fratrum agere libuerit. Et ut hæc nostræ donationis auctoritas omnium hominum contradictione remota stabilis & firma constet, hanc chartam ex nostra jussione conscriptam ac signatam manu propria subtus firmavimus. Data VII. Idus Aprilis Indict. II. Anno Dominicæ Incarnationis M.XIX. Anno verò domini Henrici Secundi regnantis XVII. Imperii Anno VI. Actum Merseburg feliciter. Amen.*

C

PRIVILEGIUM IMPERATORIS HENRICI

PRO DUOBUS MANSIS SITIS JUXTA LIUPNA:

Concessum, Anno Domini M. IX.

IX. *In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.*

HEINRICUS DEI GRATIA Romanorum Imperator Augustus.

D SI *dignis nostrorum fidelium petitionibus assensum præbere decreverimus, his scilicet, qui pro statu regni, omniúmque Ecclesiarum DEI, & pro nostræ animæ remedio, atque nostrorum parentum, nostram adeuntes Clementiam deprecantur, quatenus Ecclesias* E *monasteriorum DEI sublimare, exaltare, atque ditare studeamus: Non solùm nos ab ipso retributionem accepturos speramus; sed etiam statum regni sublimari putamus. Proinde cunctorum sanctæ DEI Ecclesiæ nostrorúmque fidelium recognoscat industria; qualiter per interventum ac petitionem* Chunigundæ *nostræ dilectissimæ conjugis, & Imperatricis, atque* Gotehardi *nostri dilecti Abbatis Monasterio sancti Quirini, quod situm est in loco, qui nominatur Tegrinse, duos regales mansos, sitos in loco, qui dicitur,* Liupana, *inter duos lapides Watstein, & Holinstein, donamus & proprio jure concedimus cum ædificiis, cultis & incultis, pratis, pascuis, sylvis, viis, inviis, exitibus & reditibus, aquis,* F *aquarúmve cursibus, piscationibus, quæsitis & inquirendis, quatenus ejusdem prædicti Monasterii Abbas ad utilitatem ibidem DEO servientium liberam habeat potestatem commutandi atque ordinandi, omni contradictione remota. Si quis igitur hanc nostri præcepti paginam violare, vel spernere præsumpserit, sciat se redditurum rationem Omnipotenti DEO in die Judicii, & nostri gratiam in præsenti seculo nunquam consecuturum. Et ut hæc veriùs credantur, diligentiúsque ab omnibus observentur manu propria corroborantes sigilli nostri impressione jussimus insigniri.*

Guntherius Cancellarius ad vicem Erchanbaldi Archiepiscopi & Archicapellani recognovi. G

Datum Anno Dominicæ Incarnationis M.XIX. Indict. II. V. Id. Jan. Anno verò Domini Henrici regnantis XVII. Imperii verò ejus V. Actum Chuofunge feliciter Amen.

Exscripsimus hoc Diploma ex ipso Autographo membranaceo, quod sanè vel primo aspectu nescio quem religiosum erga antiquitatem motum in animo excitat. Copiam ejus fecerat admodum Reverendus *Dominus Paulus* Abbas Tegernseensis vigilantissimus, nobili & consultissimo Domino *Christophoro* Gevvoldo, Consiliario Bavarico; hic, mihi. Est autem *Chuofunge* locus, quem Ditmarus *Capungum* seu Katungum, Auctor vitæ S. Kunegundis *Confugium* vocat. De quo vide Notas in cap. IV. vitæ S. Kunegundis. H

IN HISTORIAM SEQUENTEM DE VITA ET REBUS GESTIS S. HENRICI IMPERATORIS.

Accepimus eam Vienna ab antiquitatis studiosissimo indagatore Domino SEBASTIANO TENCNAGEL. *Ad marginem codex hunc titulum praeferebat.* Vita Henrici primi Imperatoris ab Adelboldo Episcopo Trajectensi, ùt creditur, conscripta. *Ubi voculae, ùt creditur, scrupulum injiciunt, num haec sit illa ipsa vita, cujus Adelbodus, seu Adelboldus Auctor fuit; quem tamen res gestas S. Henrici literis consignâsse testificatione Sigeberti in Catalogo virorum illustrium, & Trithemii in simili opere illustrium virorum per Germaniam, certum exploratúmque habetur. Audi Trithemii verba.*

Adelboldus Episcopus Trajectensis ex Monacho Ordinis Divi Patris Benedicti, &c. vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, atque in secularibus literis egregiè doctus, ingenio subtilis, eloquio disertus, vita & conversatione praecipuus, & ob eas virtutes in Curia S. Henrici Imp. magno in precio habitus. Scripsit nonnulla haud contemnendae lectionis opuscula, quibus nomen suum posteris notificavit. E quibus extanr vita & gesta ejusdem sancti Imp. Henrici lib. I. De laudibus S. Crucis lib. I. De laudibus quoque S. MARIÆ. lib. I. Varios etiam sermones in laude Sanctorum edidit, & alia multa tam metro, quàm prosa, quae ad notitiam meam non venerunt: Moritur sub Conrado Imp. II. Anno Domini M. XXVII. Indict. X. Episcopatûs sui Anno XIIX. V. Kalend. Decembris. *Haec Tritbemius. Sed sive haec sit ea, quam Adelboldus scripsit Vita, sive non; illud optandum erat, ut mutila non esset. Sed damus, quod possumus: quando non licet, quod volumus.*

VITA HEINRICI IMPERATORIS AB ADELBOLDO, EPISCOPO TRAJECTENSI,

A

Ut creditur, conscripta.

Quae Historico tenenda. IN gestis scribendis dun sunt videnda; ut & scriptor veritatem in prolatinne teneat; & lector fructum in lectinne capiat. Sed scriptor veritatem tenere nequit, nisi Quae procul habenda. haec quatunr aut potenter devitaverit, aut aliquatenus à mente deposuerit; Odium, & Effectus odii & invidiae. carnalem dilectinnem, Invidiam & infernalem adulatinnem. Odium enim & invidia benè gesta aut omninò tacent, aut dicendo B transcurrunt, aut calumniosè transmutant. Econtra malè gesta dicunt, dilatant & amplificant. Carnalis autem dilectio & infernalis adulatio, quae malè gesta sunt, scientes ignorant, & ignorantiam simulantes, veritatem occultant; benè gesta autem placere quaerentes, spatiosè dicunt, & plus justo magnificant. Sic per haec quatuor, aut in benè gestis, aut in malè gestis veritas evanescit, falsitas superducto colnre nitescit. Spiritualis autem dilectio veritatis amica, nec malè gesta celat, nec benè gesta pomposè dilatat; sciens, quia & malè gesta saepe prosunt ad correctinnem; & benè gesta frequenter nbsunt, dum ducuntur in elationem. Melius est enim adversitate mentem refraenare, quàm prnsperitate contumaciter inflari. Lector autem fructum capere

A pere non poterit, nisi aut diligenter attenderit, aut penitus intellexerit; cur bona bonis, mala malis; bona malis; mala bonis eveniant.

B

Cur bona bonis concedantur.

Cur bona bonis concedantur, dupliciter intelligi potest; Aut enim sic boni sunt, ut per tentationes hujus sæculi nec probatione, nec purgatione indigeant: Aut eo modo boni, ut, si per tentationes pulsarentur, fortassis pro modulo simplicitatis suæ deteriorarentur. * Taliter ergo nec in luto hujus mundi conversatione fœdantur, ut per ea, quæ patiuntur, aut ad correctionem invitentur; aut, si resipiscere nolunt, intelligant; quia & hic, & in futurum mala sustinendo damnari debeant. Mala autem bonis aliquando, * non ut mercantur, sed ut per tormentum augeatur eis meritum, per meritum amplificetur præmium. Aliquando verò levis culpa subest, pro qua hic leviter castigantur, ne in futuro deterius crucientur. Bona verò malis conceduntur, ut aut sic pietatem DEI recognoscant, & à perversitate sua resipiscant; aut reservetur eis in improperium, quòd recognoscere noluerunt largitorem bonorum.

* Tales.

* Conceduntur vel obveniunt.

Cur bona malis obveniant.

C

Hæc, quæ præscripsimus, in omnibus gestis & scriptori & lectori non inutilia esse putamus. Scimus insuper, & sæpissimè audimus; quia, in omnibus scriptis antiquitas delitiosè veneratur; novitas fastidiosè repudiatur. Sed quæ recipiuntur ùt antiqua, nisi primitus essent nova, non essent antiqua. Quare præcedit novitas, ut sequatur antiquitas. Stultum est ergo quod præcedit, spernere; & quod sequitur, quódque à præcedenti habet, ut sit, non recipere. Raró enim à sitiente rivus quæritur, dum fons habetur. Dicimus hæc, non ut abjiciatur antiquitas, sed ut recipiatur novitas. In omnibus quippe scripturis, si est veritas, & utilitas, æquè valet novitas & antiquitas. Fortassis est, qui dicat; quæ utilitas in gestis legendis esse valeat? Huic respondemus; quia, quisquis alterius gesta legit, si bona sunt; invenit, quod sequatur, si mala habet, unde exterreatur. Gesta námque alterius legere, in speculum est respicere. Si quid in eo vides, quod tibi displiceat, in te corrige. Si quid, quod placeat, imitare. Cesset prælocutio; prælocutionis causa sequatur.

Nil antiquum, nisi fuerit novum.

Utilitas in lectione rerum gestarum.

D

Millesimo secundo anno ab Incarnatione Domini, Indictione duodecima, Otto tertius Imperator Augustus, Paternæ, quod est castellum Romaniæ, moritur. Vir dum juxtà corporis speciositate floridus, morum probitate modestus, ætate quidem juvenis, sed ingenua capacitate senilis, benignitate mirabilis. In cujus gestis scribendis satis avidus essem, si aut memoriter tenerem, aut relatorem certum haberem. Hoc tantùm scio; quia, quamvis in primæva ætate plurima pueriliter egisset; in supremis irreprehensibiliter vivebat. Deum amabat, amando timebat, omnibus placebat, nemini displicebat, nisi fortè infidelibus: quia innatum est bonis, malis displicere, & bonis placere. Tandem qualis ejus antea acta vita fuisset, in morte ipsius, qui affuerunt, videre potuerunt. Quicunque enim interfuit, in devotione ejus intelligere potuit, quia non obiit, sed ad desiderium suum singulare migravit. Ad Creatorem creatura fidelis ex voto redire properavit. Cujus non obitus, sed transitus omnium, qui sanæ mentis erant, luctus mirabilis, planctus erat incredibilis. Dolor esset etiam insanabilis, nisi superstes ei extitisset HEINRICUS Dux gloriosus, & vir ad regnum suscipiendum strenuus. Is tunc temporis Ducatum in Bavariensi regno tenebat, populum pacificè regebat, pacem amplificabat, Ecclesiarum facultates augebat, leges & religiones magnificabat. Tandem sic in Ducatu vixit, quòd omnibus placuit, ut de Ducatu transduceretur ad regnum, de vexillo extolleretur in solium hæreditarium. Hæreditarium dicimus; quia, ùt ab his, qui genealogias computare noverant, audivimus, à Karolo magno ex parte Patris decimam septimam; ex parte matris, decimam sextam lineam propagationis tenebat. Insuper * tertius Otto post obitum in Regem eligebatur, & ipsi tertium ad invicem consanguinitatis gradum tenebant. Mater autem sua Conradi Regis fuit filia.

Mors Othonis III. Imp. Dotes ejus.

E

Luctus in obitu Othonis III.

Henricus Dux Bavariæ.

F

Genealogia Henrici.

* Videtur locus iste corruptus.

G

His antecessoribus exortus successor ingenuus eligitur, & ut Rex fiat, ab omnibus desideratur. Sed qualiter ad regnum ab his, qui sanæ mentis erant, invitatus fuerit; qualiter etiam *invidia virorum bonorum comitatrix* per suos satellites (id) impedire tentaverit, nec mihi fastidiosum est dicere, nec cæteris superfluum audire. Invidiam bonorum comitatricem me dixisse, ne mireris. Quia, ubi abundant strenuè gesta, abundat & invidia. Unde quidam Philosophus interrogatus à discipulo suo qualiter vivere posset, ut invidorum corrosiones devitare valeret; respondit: *Nil benè, nil strenuè, nil prudenter agas, & ita te posse detractiones invidorum declinare scias. Aut igitur stultus esto, & invidiam declinato; aut prudenter agito, & invidiam sustineto.*

Invidia recte factorum comes.

Memorabile dictum cujusdam Philosophi.

H

Ottone ergò gloriosissimo Imperatore defuncto, Cisalpini, qui cum eo erant, Archiepiscopus Coloniensis, Episcopi Leodicensis, Augustensis & Constantiensis; Otto filius Caroli, Heinricus & Juncmannus Comites, & cæteri quàm plures fideliter agentes, cum maxima difficultate, & periculis pluribus per Veronam, per Bavariam, cadaver ipsius reportabant. Quibus Dux nobilissimus cum Bavaricis Episcopis & Comitibus obviam venit, corpus senioris & consanguinei sui, qua decuit, vene-

Otho defunctus in Germaniam reportatur.

Henricus obviam venit funeri.

A

Fort. *refecit*.

netatione ſuſcepit, totum exercitum, qua debuit, liberalitate* recepit; per terram ſuam, quam oportuit, commodiſſime conduxit. Tandem Muneborg perveniens, ipſe ſuis humeris corpus Imperatoris in civitatem ſubvexit, pietatis exemplum & humanitatis exhibens debitum, exercitum diurnare fecit, ut & ipſi de utilitate, & conſolatione regni colloquerentur, & equi itineris longitudine feſſi recrearentur. Ibi quibuſque melioribus regia dona faciens, junxit ſibi per amicitiam, quos poſtmodum ſuſcepturus erat in militiam.

B

Inteſtina Othonis III. ſepeliuntur Auguſtæ.

Deinde cum corpore uſque Auguſtam veniens in Baſilica S. Afræ, juxta ſepulchrum S. Udalrici decentiſſimè ſepeliri Imperatoris interiora fecit, & pro anima ejus eidem Eccleſiæ centum *manſos* ex propria hæreditate conceſſit. Ibi vale dicens cæteris, ipſe ad propria remeavit. Corpus verò Imperatoris, Aquiſgrani tranſvectum honorificè, ùt adhuc videri poteſt, in medio Eccleſiæ S. MARIÆ ſepultum eſt. Quam Eccleſiam idem benigniſſimus Imperator & unicè dilexit, & plurima facultate ditavit.

Otho III. ſepelitur Aquiſgrani.

C

Præcipui principes Imperii.

Tunc temporis poſt HEINRICUM Ducem magnificum, majores erant in regno, Benno Dux in Saxonia, Herimannus Dux in Alemannia, Theodoricus in Lotbarienſi regno, Ekebardus Marchio in Toringia. Benno ùt ſapiens, non animabatur ad regnum, ſciens HEINRICUM vigere præ cæteris ad obtinendum. Sapientis enim eſt, ſpernere in his appetitionem, in quibus ſcit fieri non poſſe conſecutionem. Theodoricus quoque HEINRICUM Ducem in regno eſſe ſciens hæredem, noluit incipere, quod non poſſet finire. Herimannus verò homo potens, & in cæteris prudens; in hoc tamen non ſapiens; ſe poſſe credidit, quod poſtmodùm ſe non poſſe, probavit. Ekehardus autem neſcio an in adipiſcendo regno ſpem tenens, an rebellionem meditans; in regia Curte, quæ *Poleda* dicitur, per noctem ab inimicis ſuis egreditur, viriliter pugnans interficitur. Remanſit contentio inter HEINRICUM Ducem glorioſiſſimum; & Herimannum virum potentiſſimum, ſed brevis & citò finem habitura. Erat namque alter alteri diſſimilis nobilitate & ſapientiâ; facultate & corporis elegantiâ.

Hermannus ambit Imperium.

D

Dux Henricus Wormaciam tendit.

Intrante igitur Junio Dux HEINRICUS Rex citò futurus, de Bavaria & Orientali Francia collecta multitudine non modica, ſuper Rhenum Wormatiæ venit cupiens ibi tranſire, & Moguntiam ad regalem benedictionem percipiendam venire. Sed Dux Herimannus adunatis Alemannis & quibuſdam Francis, & Alſatienſibus Wormatiam ad contradicendum tranſitum feſtinavit, ibique tranſire nec unum permiſit. Et facilè reſiſtere poterat, qui Rhenum adjutorem habebat. Erant autem cum Duce HEINRICO viri illuſtres & ſapientiſſimi; Archiepiſcopus Moguntinus, Archiepiſcopus Salzburgenſis, Epiſcopus Brixenſis, Epiſcopus Wirzeburgenſis, Epiſcopus Regenesburgenſis, Epiſcopus Strasburgenſis, Epiſcopus Batavienſis, Epiſcopus Friſienſis, Abbas Fuldenſis, cæteri Abbates & Comites plurimi.

Cui obſiſtit Dux Herimannus.

Catalogus principum, qui ab Henrico ſtabant.

E

F

Cum his Dux, habito conſilio, reditum in Bavariam ſimulavit, & quaſi tranſitum deſperans, *Loresheim* venit. Inde Moguntiam feſtinans, ſine impedimento tranſivit. Ibi octava Idus Junii in Regem eligitur, acclamatur, benedicitur, coronatur. Ibi Franci & * Muſellenſes conveniunt, Regis efficiuntur, & majeſtatem ejus ex debito venerantur.

Henricus in Regem eligitur.

* Qui ad Moſellam.

G

Celebratis igitur diebus ordinationis ſuæ, & quibusque venientibus in militiam ſuſceptis, Rex Rhenum iterum tranſiit cum maxima multitudine per Orientalem Franciam in Alemanniam ire properavit, ut Herimannus, audita devaſtatione terræ ſuæ, à cœpta rebellione deſiſteret, & caput, ùt cæteri, regiæ majeſtati ſubderet. In Alemanniis igitur Rex pluribus diebus moratur, nolens & volens terram depopulatur. At Hermannus duræ mentis, & protervæ cervicis iratus ſuper Epiſcopum Strasburgenſem, eò quòd ſapienter egerit, & partem meliorem elegerit, juncto ſibi Cunone genero ſuo, Argentinam adivit, & militibus Epiſcopi non fideliter reſiſtentibus, muros civitatis fregit, ſpolia non modica cepit, Eccleſiam violenter intravit, & impiè violavit. Interea Rex, qui erat in Alemannia, Augiæ nativitatem S. Joannis celebrabat, & neminem timens ſe potenter habebat: cùm nunciatum eſſet ei, quòd Herimannus obvius venire vellet, & pugnæ termino litem finire; ſententia hæc Regi placuit; ab Augia diſceſſit; in quædam prata ampliſſima, & ad decertandum opportuna pervenit. Ibi adventum Ducis expectans, & pugnæ * judicio ſubire non refutans, ſolennitatem Apoſtolorum celebravit. Sed Herimannus ſalubri conſilio uſus occurrere Regi renuit, & ſibi ſuiſque ſalubrius eſſe ut lati[t]aret, quàm obviam veniret, credidit. Regi ergo ſic præſtolanti, quidam non providæ mentis dabant conſilium, ut Conſtantiam iret, & ibi Herimanno, quod in Argentina commeruerat, recompenſaret. Epiſcopi enim Curienſis & Conſtantienſis, cum Herimanno erant, non tantum illum ex corde ad regnum eligentes, quantum vicinitatem ejus timentes, & de termino litigii dubitantes. Sed Rex, ùt erat providus, & de dominio ejusdem civitatis ſecurus, illis leniter & blandè reſpondit; Abſit, ut pro Herimanni inſania in illum retorqueatur vindicta, à quo mihi regni eſt conceſſa corona. Fortaſſis etſi pro Argentina Conſtantiam vaſtarem, non mihi damnum minuerem, ſed duplicarem. Inſuper malè

Vaſtantur ditiones Ducis Hermanni.

Hermannus ſpoliat Argentinam.

Henricus parat ſe ad pugnam contra Hermannum.

H

* judicium fortè.

Hermannus belli aleam ſubire abnuit.

A malè comparat regnum, qui in ejus adeptione animæ postponit detrimentum. Coronavit me Deus non ad violationes Ecclesiarum, sed ad puniendos violatores earum. Diu igitur in pratis exspectans, & ad ultimum, sciens non venturum, inde discessit, & per Alemanniam Curtes Ducis ubique vastando ire cœpit.

B Tandem pauperum clamor nimius excrevit, & usque ad Regis aures pervenit. Quem Rex diu ferre non potuit, sciens, eos nihil in duritia Ducis deliquisse, & ob hoc plus justo passos fuisse. Quapropter pietate motus ab Alemannia recessit, & in Franciam, terram unicè sibi dilectam venit, certus de Duce, quia vellet nollet, cervicem flectere, & jugum pati quandoque deberet.

Cohibet Henricus vastationem ob clamorem pauperum.

C Prætereundum non existimo, quòd antequam Rex ab Alemannis exiret, Hezelo, Bertholdi filius, quem tempore Ducatus sui ultra omnes Comites Regni hujus ditaverat, legatos, quos in ipso exercitu meliores eligere poterat, ad ipsum transmisit, ut Bavariensem Ducatum sibi concederet, inconsultè rogavit. Sed inconsultæ quæstioni consulta paratur responsio, & festinanti petitioni, ponderata monstratur deliberatio. Patienter enim audita legatione, ait; *Quos semper præcipuos inter omnes gentes habui, quósque semper toto mentis affectu amavi, hos adepta benedictione regali, in lege sua nec deteriorare volo, nec deteriorari patiar, dum vixero. Legem habent, & ducem eligendi potestatem ex lege tenent: hanc ne dum ego frangam; quicunque frangere tentaverit, me inimicum habebit. In hac etiam expeditione malè (nil) promeruerunt, ut cuilibet eos, absque eorundem electione, concedam. Adhuc mecum sub ancipiti fine militant, & ego eos nolentes cuilibet mortalium traderem? Exspectet, ut in Bavariam redeam; ibi, si illum elegerint, eligo & laudo; si renuerint, renuo. Nec etiam existimo, illum esse tantæ insipientiæ, ut ex meo dedecore honorem suum quærat amplificare.* Hezelo accepto hujusmodi responso, fomitem rebellionis concepit, quem post annum monstrando in dolorem sui peperit.

Hezelo petit ab Henrico Ducatum Bavariæ. Responsum Henrici Regis ad petitionem Hezelonis.

Hezelo repulsam passus, meditatur rebellionem.

D Rex igitur non multis diebus in Francia moratus, in Turingiam ivit. Ibi absque mora Guilhelmus Princeps Turingorum cum exteris occurrens, Regis efficitur. Inde Rex procedens in Saxoniam, pervenit Merseberg. Benno Dux Saxonum, Bulizlaus Dux Sclavorum, Liebzo Archiepiscopus Bremensis, Benno Episcopus Hildenensis, Ratherius Episcopus Paderbornensis, Arnulphus Halberstatensis, cæteri Episcopi de Saxonia, & Comites plurimi in festivitate S. Jacobi Regi occurrunt, acclamatum suscipiunt, collaudant, collaudato manus singuli per ordinem reddunt, redditis manibus fidem suam per Sacramenta promittunt, fide promissa, regem coronant, coronatum in solio regio locant, locatum debita congratulatione venerantur. E

Saxoniæ Principes Henricum recipiunt.

His strenuè peractis, Bulizlaus inde discedens, ab ipsa die, qua fidem promiserat, & promissam Sacramento firmaverat, perversa meditari, & meditata, prout potuit, cœpit machinari. Ipse enim & Hezelo collocutione in invicem habita, alter alterius venenatis consiliis tactus, uterque cœpit, quod utrumque malè finisse puduit. Interea Regi à Saxonia in Regnum Lothariense properanti Gruonæ occurrit uxor sua, Domina CUNIGUNDA nomine jam extans, sed re citò regina futura. Inde enim Paderborniam veniens in festo S. Laurentii, acclamatur, benedicitur, coronatur, & fit KUNIGUNDA * *Kuninga*, quod Latinè interpretari potest, *regia*, *regina*.

Perfidia Bulizlai Ducis Sclavorum.

* Nonnullis Rex ... Regina, ... Qu allusit hic Auctor.

Sed ut nunquam serenitas, quam non sequatur nubilositas; sic raro jocunditas, quam non comitetur adversitas. Nam in benedictione Reginæ cunctis exultantibus, F Bavarii (quorum mos est in aliena terra velle, quod in sua volunt) circa civitatem fruges colligere, & agricolas sua defendere volentes, irrationabiliter cœperunt tractare. Quæ res indigenas commovit, & ad resistendum, etiam fortiter, animavit. Domestici igitur Regis, & indigenæ, invalescente contentione, confluunt, concurrunt, conveniunt. Pugna gravis oritur, ex domesticis Regis juvenis unus interficitur, frater scilicet Domini Filberti, qui tunc temporis erat Cancellarius, postmodum verò Frisiensis factus est Episcopus. Hujus interfectione omnes Regis fideles commoti G graviter, cives cœperunt persequi, & eos persequendo, insatiabiliter grassari. Et nisi regia potestate retinerentur, omnes usque ad * interniciem persequerentur. Cum plurima igitur difficultate sedato tumultu, castigatisque illis, quorum stultitia causa seditionis extitit: inde Rex Dinsberg properat, & illic Lothariensium adventum exspectat. Occurrunt primi Leodicensis, & Cameracensis Episcopi, nil de regis prudentia dubitantes, nil de fide ejus hæsitantes. Occurrit etiam Coloniensis Archiepiscopus, sed quantò ditior, tantò morosiùs. Erat insuper causa dilationis Moguntiæ accepta corona benedictionis. Hi simul Regis efficiuntur, fidem promittunt, promissam Sacramento concludunt. Cum his Rex Aquasgrani perveniens, cæteris Lothariensibus convenientibus in nativitate, post partum Virginis eligitur, collaudatur, in regiam sedem extollitur, glorificatur. Sed sub ea glorificatione quidam palmas, quidam lacrymas fundebant. Lacrymantes namque Ottonem dolebant amissum, HEINRICUM non cognoscebant susceptum. H

Pugna inter Bavaros & alios.

* internecionem.

Episcopi, qui se Henrico subjecerunt.

Sic igitur Rex in regnis singulis antecessoris sui, præter Italiam & Alemanniam, receptus, & ab omnibus unanimiter collauda-

A datus, in Franciam revertitur, ut ibi byemis asperitate transacta, vere amœnitatem reducente, in Alemanniam exercitum duceret, & Hetimannum, qui consiliis prudentium uti nolebat, diversis vastationibus afflictum, paci jugum doceret. Sed Herimannus, qui consilia juvenum sequendo, & spem vacuam tenendo extra se positus erat, se in semetipsum recollegit, & in solennitate S. Remigii Brusellæ Regi obviam venit, sciens, melius esse, ante damnum non fecisse pœnitere. Nudis igitur pedibus cum fidis intercessoribus Regi se repræsentat, pro ma-

Herimannus fit Henrico supplex.

B lè commissis veniam petit, pro bonis suis per regium donum possidendis gratiam quærit, pro his impetrandis, humo tenus genua flectit. Ilicò benignè recipitur, & ei, quod quærebat cum omni bumilitate, conceditur. Tantùm cujusdam conditinnis internectitur ratin; quæ quamvis ad præsens, gravis; in futuro tamen, ei erat salubris. Eo enim tenore in graniam recipitur, ut Argentinensis Ecclesia ad pristinum statum ex detrimentis suis per illum reformetur. Quod ille non renuit, sed jussu & ennsultu Regis, dictæ Ecclesiæ Abbatiam S. Stephani, in recompensarionem detrimenti à se illati, tradidit. Hac conditinne firmata per manus & sacramenta, Regis efficitur, & sic se contentionem malè cœptam finisse, lætatur. His expletis in Bavariam, nativam terram suam, Rex redire decrevit, nolens novos sic frequentare fideles, ut postponendo demembraret Veteres.

Recipitur in gratiam.

Henricus Rex redit in Bavariam.

C Regensborg igitur S. Martini solennia celebrans, Blademarlo cuidam Sclavo Ducatum Boëmicensem largitur, & ut cæteris acceptabilior existat, illum plus justo verbis & rebus bnnorat. Pluribus igitur diebus in Bavaria moratur, quærentibus legem justitiam faciens, & visitandi gratia venientibus, honorem, prout quisque dignus erat, exhibens.

D Eodem tempore quidam *Episcopicida* Harduinus nomine non regnabat, sed vitiis in se regnantibus, subserviebat in Italia. Audita enim morte Imperatoris Ottonis, Langobardi surdi & cæci, & de futuro non providi, hunc elegerunt, & ad pœnitentiam festinantes in Regem sibi coronaverunt. Is tunc, ùt dixi, subserviens dominabatur, & Adventum Regis HEINRICI semper expectans, introitus Longobardiæ, quos *Clusas* indigenæ vocant, cum cautela satis provida tuebatur. Quod etiam verum Dei erat judicium: Episcopos, qui in electinne illius præ cæteris omnibus æstuantes & sirientes fuerunt, bonnrabat ùt bubulcos, tractabat ùt subulcos. Quadam namque die Episcopum Brixiensem ad se venientem, & nescio quid ratineinari valentem, ut cœpit ei ratiocinatio displicere, per capillos arripuit, & humo tenus quasi bubulcum vilissimum dejecit. Cum majoribus nihil

Harduinus Anti-Rex.

Qualis Harduinus erga Episcopos. Indignum ejusdem facinus in Episcopum Brixiensem.

tractabat, cum juvenibus omnia disponebat. Quod etiam erat gravissimum; sub eo prævaricatores, violatores, depopulatores dominabantur; legum amatores, Dei cultores deprimebantur. Cupiditas in eo erat consiliaria; avaritia, Cameraria; pecunia, Domina & Regina. His pedissequis adulterioa sceptra tenebat. Quapropter quidam pro coronatione illius, pœnitentia ducti, Regi HEINRICO, alii legatos, alii literas transmittunt, ut terræ oneri gravissimo subjacenti subveniat, bumillima prece deposcunt. Mandant etiam, ut, si ipse idem in aliquibus occupatus teneretur, saltem eis suorum Principem aliquem cum paucis transmitteret. In voluntate hujusmodi, aliqui manifesti; aliqui erant occulti. Tieboldus namque Marchio, & Archiepiscopus Ravennas, & Episcnpus Mutinensis, Verunensis, & Vercellensis, apertè in Regis HEINRICI fidelitate manebant. Archiepiscopus autem Mediolanensis, & Episcopi Cremonensis, Placentinus, Papiensis, Brixiensis, Comensis, quod volebant, manifestabant. Omnes tamen in commune Regem HEINRICUM desiderabant, precibus per legatos & literas invitabant. E F

Episcopi Italiæ plerique stant à parte Henrici Regis, partim apertè; partim occultè.

G Tandem à Rege Otto Dux Carentanorum, qui etiam Veronensem Comitatum tenebat, ad petitionem Longobardorum explendam, eligitur, & cum paucis, propter fiduciam superiùs nominatorum, in Italiam dirigitur. Cui etiam Otto filius Heriberti cum Ernesto filio Tietboldi Marchionis adjungitur. His, inter montana, quæ Bavariam & Carinthiam ab Italia sejungunt, super aquam, quæ Brenta vocatur, convenientibus, Carentani & Foro-Julienses, cum paucis occurrunt, veluti de promissis Italicorum fiduciam habentes, & da pugna nil cogitantes. Interea Archiepiscopus Ravennas, & Tieboldus Marchio cum cæteris manifestis fidelibus HEINRICI Regis suos congregaverant, volentes occurrere Tbeutonicis, & eos in Italiam cum securitate recipere. Hæc Harduinus præsciens, Veronam cum maxima mulotudine venire festinavit, ut & ibi Italicis in adjutorium Tbeutonicorum festinanribus, viam interciperet, & *Clusas*, quæ ab Episcopo Veronensi servabantur, expugnaret: quod & fecit.

Expeditio contra Harduinum.

Harduinus arma armis repellere tentat.

H Clusis igitur expugnatis, audiens Theutonicos in Tridentensem planitiem convenisse, illò cum omnibus suis festinavit. Sed ibi Theutonicis non inventis, se in Campaniam Veronensem reduxit, ibíque in quodam Castellulo Nativitatem Domini celebravit. Sed ab bujusmodi homine celebratio, rectiùs celebrationis dicetur abusio. Interim Tbeutonici juxta montem quendam, qui Ungarius (nescio qua de causa) vocatur, prævenientes, & Harduinum jam Clusas occupâsse scientes, ipsi Harduino legatos suos transmit-

A mittunt, & ut aut eis cedat, donec transeant, aut sibi cedentibus veniat, rogant. Harduinus audita legatione, sese in fraudem deceptionis convertens, ait: *Nobiscum nocte maneatis, crastina die cum nostris fidelibus inito consilio, vobis respondere poterimus.* Legatis igitur insidias non intelligentibus, ipse per totam noctem castra suorum circuit, ut in crastino parati sint ad congrediendum Theutonicis, monet. Die lucente, Legati venientes ad accipiendum responsum, Longobardos omnes loricatos, & ad prælium paratos vident; quid hoc significet, Harduinum interrogant. Ille consilium iniquitatis evomens, ait: *Fortassis unius temporis erit renuntiatio vestra.* Inde promovens exercitum media die ad Ungaricum montem pervenit. Exercitus autem ille existimabatur M. XV. esse virorum. De Theutonicis verò vix erant quingenti; & hi partim per * fodrum divisi; partim ad vias custodiendas transmissi. Qui, Harduini adventum percipientes, repentè armantur, &, prout possunt, ad resistendum parantur. Virtutis eligentes famam, & postponentes vitam.

Fraus Harduini.

B

* Pabulatum iverant. nam Fodrum alt futer. Largiri fodrum, præstare cibum & potum pro hominibus & jumentis.

Interea Harduinus cum Longobardis supervenit. Otto cum Theutonicis obviam venit. Fit congressio, fit pugna, fit cædes ex utraque parte gravissima; & pene Theutonicorum, quamvis paucissimorum, esset victoria, si non impediret Ottonis, Fratris Regensburgensis Episcopi, fuga. Illo enim fugiente, Theutonicorum acies minuitur, & iterum à multis, congressa, devincitur. Langobardorum tandem extitit victoria, sed plurima suorum cæde comparata. Revertuntur Theutonici, & sic tunc confusi, quandoque tamen talionem reddituri. Interea Rex à Bavaria in Franciam reversus Frankenfort Nativitatem Domini celebrat, multorum legationes suscipit, legatos cum muneribus & responsis dignis remittit. Herimannus etiam jam antè jugum pati nescius, eidem celebrationi interfuit, &, ùt oportuit, per omnia regiæ majestati obediens fuit.

C

Longobardi victores.

D Anno ab Incarnat. Dom. M. III. Indictione prima, Rex HEINRICUS in Mosellensem pagum, in quem nondum intraverat, ire decrevit, sciens, quòd terra, quam Rex non frequentat, sæpissimè pauperum clamoribus, & gemitibus abundat. Thendonis Villam igitur venit, & ibi cum omnibus Mosellensibus, generale colloquium tenuit. In quo colloquio Duces Herimannus, & Theodoricus, qui defensores & coadjutores legum esse debebant, conscii sibi ipsi, Impugnatores erant, & expugnatores esse volebant. Sed Rex ut hoc cognovit, quantò eos adversùs justitiam pertinaciores vidit, tantò ardentiùs institit, & quibusque, super ipsos etiam Duces clamantibus, legem faciendo fatigit. Tandem inter diversos clamores castellum unum Ducis, quod Mulsberg vocabatur, in detrimentum pagensium esse comperiens, diruere jubet, ut non restruatur, commonitione potentissima monet.

Henricus Rex subditis jus egregiè dicit.

E

Colloquio potenter habito, Aquasgrani ire decrevit, ut ibi & anniversarium Imperatoris debita devotione recoleret, & Lotharienses ad se confluentes, ad fidelitatem sui, & ad utilitatem regni corroborat. Interim infirmitate gravissima tangitur, & Rex cùm sit, homo esse monetur. Iter tamen cœptum finivit, & Aquas usque pervenit. Ibi commemoratione consanguinei & * *Senioris sui* devotissimè habita, plurima de sanctitate S. Servatii audiens, Trajectum ivit, ut & Sanctorum ibi quiescentium sibi intercessiones imploraret, & ad servitium Dei locum & vitam Canonicorum ordinaret. Ibi primùm de bello inter Italicos & Theutonicos habito audivit; &, quod sapientis est, æquanimiter tulit: sciens, nec cœlum semper posse serenari, nec res humanas sine intermissione prosperari.

Rex in morbum incidit.

* Othonis III. Rex Henricus Trajectum venit.

F

Inde S. Lamberti merita non parvipendens Leodium venit. Ibi cholicam infirmitatem ab antecessoribus suis sibi ingenitam, gravissimè patitur: Et, qui per regalem potentiam usu humanæ fragilitatis extollitur, per corporalem molestiam paterna castigatione reprimitur. Aquasgrani iterum revertitur, Purificationem S. Dei genitricis celeberrima devotione veneratur. Lotharienfibus datâ licentia, inde discessit, & Noviomagum venit. Ibi pluribus diebus Quadragesimæ moratur, Deo, quæ Dei sunt, reddens, & hominibus, quæ sua sunt, faciens. Interea Bladeimarius Dux Boëmensis moritur, & Bulizlaus infidelitatis venenum ex propriæ iniquitatis fonte potatum in contrarietatem Regis evomere nititur. Nam Pragam, quæ caput est Boëmiæ, per pecuniæ deceptiones, per falsas promissiones, per astutissimas fraudes invadit. Milzaviam quoque Saxoniæ & Poloniæ interjacentem Marchiam, insidiis, quibus edoctus erat, suæ infelicitati subjicit. Quod cùm Regi nunciatum esset, non inflammabatur, non stomachabatur, non ad vindictam repentinis motibus animabatur; sciens, quia *ira & festinatio semper inimica sunt consilio:* Sed notitiam dictæ invasionis dissimulans; mandavit ei per legatos sapientes & eloquentes, ut terram suam, quæ Principe noviter erat viduata, non invaderet, quam, si vellet, cum gratia sua & dono voluntario acquirere posset. Hujusmodi legationem Bulizlaus audiens, infelix mandata sprevit dulcia, amara quandoque passurus verbera. Erat enim Hezelo cum eo puteum fodiens rebellionis, de quo infidæ bibiturus erat aquam confusionis; laqueos quoque connectens casurus in ipsos. Quadragesima finita, Rex, qui Teleborg Pascha celebrat, & Bulizlai violentiam, ùt sapiens, scienter igno-

Inde Leodium.

Inde Aquisgranum.

G

Hinc Noviomagum.

H

A ignorat. Ottonem quoque, & Ernestionem tunc sibi obviam ab Italico prælio venientes, pro vulnerum susceptione, pro necessariæ fugæ confusione, donis regiis honorat, & debita consolatione relevat. ..... quoque tunc usque Saxonibus infestos, ultrò venientes suscipit, & sub benignitatis discretione sibi fidelissimos reddidit.

Hic in Cod. M. S. lacuna est.

B Post hæc in diebus Rogationum Meresberg moratur, ibíque ei de Bulizlai, & Hezelonis contumacia renunciatur. Ipse, credere dissimulans, inde discessit, & ad celebrandam Pentecosten Halberstete venit. Deinde in Bavariam tendit, scire volens, an, quæ de Hezelone dicebantur, vera essent. Quò cùm pervenisset, & Hezelonis furorem circa loca sibi finitima irrationabiliter accensum comperisset: ac Bulizlai adjutorio illum fretum esse novisset, Bulizlao talionem in futura reservans, à sinu regni sui insitæ pestis radicem primùm extirpare decrevit, ut interioribus quieti & paci restitutis, exteriores inquietationes faciliùs postmodùm extingueret, non ignorans, quoniam insipientis est in vulnere repentè cutem sanare, & contusionem carnis sub sanatione cutis occultare. Vulneris enim curatio, si ab interioribus ad exteriora deducitur, firmior in superficie concluditur.

C Interea & *Ernesto eidem rebellioni adjungitur, nulla læsione coactus, sed, vel juventutis fervore, vel per eum commoda sua amplificare quærentium suggestione seductus. Dominus Bruno etiam frater Regis HEINRICI & Episcopus associatur, ætate juvenis, & per juventutem ad seducendum facilis. Et hoc infidelium erat gloriario, quòd in partibus suis fratrem Regis habebant. Hæc ergo conspiratio, quantò juniores & insipientiores colligit, tantò turpiùs & enerviùs defecit. Dicitur enim; Insipientium glomeratio, consilii est dissipatio: & consilii dissipatio actuum est enervatio.

**Ernestio.*

Bruno Henrici Regis frater fratri adversus.

D Rex igitur quosdam Lotharienses & Francos ac Bavarios colligens, intrante Augusto, in Franciam exercitum super Hezelonem duxit: bona ejus devastavit, ipsum cum Domino Brunone & Ernestone per silvas latitare coëgit. Tandem sed ad castellorum munimenta contulit, quæ capi posse, nec Hezelo timebat, nec aliorum quisquam credebat. In primo igitur impetu Mertula diruitur, & Hezelonis milites in ea capti per intercessioоem Principum sani & salvi permittuntur abire. Sclavi autem Bulizlao in adjutorium missi in servitutem exercitui distribuuntur.

Expeditio Henrici contra Hezelonem.

Post hæc Rex Crusinam obsedit, ubi uxor Hezelonis ac filii erant, & quæque illi chariora esse poterant. In qua obsessione in primis post annona incautè exeuntes, ab Hezelone, cæterísque suis coadjutoribus vulnerabantur, capiebantur, occidebantur. Rex hoc cognito, quotidie quadringentos custodes exeuntibus adhibuit, ut & hos custodirent, & insidias insidiantibus pararent. Hoc Hezelo cum sociis audiens, se in vallem quandam recepit, in quam nulli, nisi per semitam unam patebat introitus: ibi tentoria fixit: ibi noctibus, nescio, an tribus aut duabus, quasi tutus de rapina pauperum vixit. Hoc custodes per rusticum unum comperientes, circa horam sextam, in qua illi se, pro æstu diei, remissiùs habebant, in vallem latenter descenderant, loca plurima circumeuntes, & diligenter HEINRICI castra quærentes. Tandem unus eorum tentoria videns, nimis festinus ad invitandum socios, *Kyrie eleison* cœpit clamare, & hoc, ut citiùs veniant, frequenter iterare. Hæc Hezelo percipiens, relictis tentoriis, armis etiam, fugam inivit, & à manibus supervenientium se vix liberavit. Dominus Bruno quoque parmula non benè relicta, qua extra se positus utebatur, hos, quibus imperare posset, si cum fratre maneret, turpiter fugit, & fit risus, qui honor esse debebat & decus. Sed hæc juventutis erant. Dicitur enim; qui sine fræno scientiæ à juventute ducitur, in dedecoris angustias sæpe præcipitatur. Et hæc juventutis fuisse ætas postmodum monstravit adulta; quæ illum reddidit & utiliorem sibi ipsi, & fideliorem fratri. Ernesto capitur & ante Regis præsentiam ducitur. Quidam ilicò Regi suggerebant, ut hunc capitali sententia feriri juberet: quatenus per eum posteri castigarentur, ne Regis offensam incurrere sine causa niterentur. Sed Moguntinus Archiepiscopus, qui summum locum impetrandi quælibet apud Regem tenebat, intercessor accessit, & juvenem legi surripuit, mortíque subtraxit. Tandem à Rege Crusina capitur, diruitur, incenditur. Uxor Hezelonis cum suis abire permittitur, & hoc ei per intercessionem fratris sui Ottonis conceditur. Hezelo captam esse Crusinam audiens, ad quandam suam munitionem, quæ Erana vocabatur, fugiendo pervenit; & ibi Sigefridum quendam Saxonem perversæ conspirationis participem obvium habuit. Sed nec illic spem resistendi regiæ iræ habens, eandem munitionem idem ipse succendit, & miseriam suam celare nesciens, quantæ desperationis esset, monstravit. Hæc Sigefridus Saxo perspiciens, à spe cœptæ rebellionis cecidit; & qui per alienam fiduciam contra regiam majestatem intumuit, alienæ confusionis acredine tactus crepuit. Illuc igitur eum venisse puduit, & quantò citiùs potuit, ad propria remeavit. Hezelo verò cum Domino Brunone ad Bulizlaum, quasi refugium unicum, fugit, & quod cuique est gravissimum,

E F G H (margin section letters)

Hezelo fugit.

Ut & Bruno Regis frater

Sigefridus alieno periculo sapit.

Miseria Hezelonis.

A mum, quasi mendicus alieno pane vivere dicit. Interea Rex Eranam perveniens, causam sui adventus per manus hostis invenit expletam. Venit enim, ut destrueret; sed hostis destruxit, ne ipse destruendam inveniret.

Rex Babenbergam venit.

Hezelone igitur fugato, & castellis ejus dirutis, Rex Baveberg locum unicè sibi dilectum redit, ibique exercitui data licentia, Nativitatem S. Dei genitricis celebravit. Inde in sylvam Speichesbart, quæ Bavariam à Francia dividit, veniens, post laborem expeditionis, delectationem exercuit venationis. Ibi autumnavit, ibi ad recreationem sibi, suisque jocunditatem plenam exhibuit. Inde per Franciam morosè transiens, in Saxoniam venit, & Toringis ac Saxonibus in Milzaviam, expeditionem futuram indixit. Exinde Poledæ Nativitatem Domini celebravit.

Invitatur Magdeburgam.

B Anno ab incarnatione Domini Millesimo quarto. Indictione secunda, ab Archiepiscopo Magdeburgensi Giselario nomine, qui pluribus annis Paralysi tactus à metropolitana civitate exire non poterat, Rex invitatur. Ductus pietatis affectu obediens extat, & ad visitandum Archiepiscopum Magdeborg tendit. Quò cùm pervenisset, Archiepiscopus jam viam universæ carnis iniit, &, qui Regem exspectabat, ad Regis Regum præcepta migravit. In cujus successionem Tageno Regis Capellanus ilicò eligitur, & in sedem Episcopalem Clero & populo collaudante, extollitur. Inde Rex Merseborg progreditur, & ibi Purificationem S. Dei Genitricis debita reverentiâ veneratur. Ibi etiam Tageno Archiepiscopus à suis suffraganeis consecratur.

Tageno fit Episcopus Magdeburg.

C Posthæc collectis Toringis & Saxonibus Rex in Milzaviam intrat, munitiones, quas Bulizlaus occupârat, expugnare volens; sed hujusmodi dispositum hiemis asperitas intercepit, & effectum, qui expleri leviter in æstate posset, regiæ voluntati denegavit.

Omissis igitur munitionibus, terram devastat, hanc incolis deputans culpam, quòd pecunia corrupti, ex fide Bulizlao non restiterint. Inde Meresborg revertitur, juxta decursum Albis Marchiones statuens, qui & Saxoniam & Bulizlai incursum latrocinandi custodiant, & ipsi Bulizlao assiduæ inquietationis molestias inferant.

Hezilo pœnitentia ducitur.

D Interea Hezelonem cœpti pœnitet, & sub alieno pane diutiùs vivere pudet, solivagum etiam inter alienos exulare tædet. Eligit ergo potiùs periculum mortis inire, quàm sic vitam ducere. Tandem revertitur, & fidis quæsitis intercessoribus, Meresborg se majestati regiæ reddit. Sic contra stimulum calcitrans, bis aculeum sensit: quia, & sua perdidit, & semetipsum alienæ potestati tradidit. Dominus Bruno autem apud Bulizlaum consolationem non in-

Ut & Bruno frater Regis.

veniens, ad sororem suam Ungaricam reginam confugit; & etiam semetipsum recognoscens, intercessionem ejus imploravit. E

F Rex interea injuriæ, quam Theutonicis Itali intulerant, non immemor, à Saxonia discedens in Bavariam venit. Ibi Heinrico fratri Reginæ in Festivitate S. Benedicti Ducatum Bavariensem concessit. Tandem illi Augustam venienti, quæ in confiniis Bavariæ & Alemanniæ sita est, Lotharienses, Franci & Alemanni obviam veniunt, ad ulciscendam injuriam Theutonicis illatam voluntarii, & regio honori per omnia deservire parati. Cum bis inde progrediens, ut congregaretur exercitus, in loco, qui dicitur Omuga, substitit. Ibi ei Dominus Bruno cum legatis Ungaricis Regis, qui ad intercedendum pro eo veniebant, ad se reversus, obviam venit, & veniam pro commissis humiliter postulans, fratris viscera movit, & celeriter ad ignoscendum inflexit. Nam in Proverbio dicitur; *Cuique modesto fratris lacryma citò movit viscera: & proximi calamitas, propria fit anxietas.* Qua decuit ergo, pietate recepit, & receptum, qua debuit, familiaritate sibi colligavit. Inde promovens exercitum per loca sterilia, per montana aspera, per sylvas spatiosas, per vias lubricas, ad Tridentinam civitatem pervenit. Ibi, in die Palmarum, qua, oportuit celebritate suos diurnare fecit. Hujus adventum Harduinus rex adulterinus præsentiens, ad *Clusas*, quos sibi fidelissimos existimabat, custodes transmisit, & quantumcunque potuit, exercitum coadunare festinavit.

Henricus Rex Brunonem fratrem in gratiam recipit.

Henrici expeditio in Harduinum.

G Deinde in planitiem Veronensem venit, eventui primo similem in futuris exitum sperans. Hæc HEINRICUS Rex percipiens ad alias vias se contulit; non, ut declinaret prælium, sed, ut faciliorem sibi quæreret introitum. Erat enim impossibile per *Clusas*, juxta Athesin, quas Harduinus cum plurima multitudine tuebatur, transire. Interea Capellanum quendam suum Helmigerum nomine, ad Carentanos præmittit; ut Clusas longè à via recta sepositas, quæ ab Harduino minùs cautè tuebantur, præoccuparet, mandat. Non enim quisquam credere poterat, ut regalis exercitus per vias tam difficiles & angustas transire vel vellet, vel posset. Carentani regiis mandatis obediunt, & Helingero suadente, in duas turmas dividuntur. Una, ante lucis ortum, omissis equis, latenter Clusis superpositum (montem) occupat: altera, lucescente jam die, signo ab his, qui in monte erant, audito, ad Clusas expugnandas festinant. Custodes nihil de his, qui montem occupaverant, scientes, ad resistendum Clusas impugnantibus accedunt. Repentè in monte latentes exsiliunt, Clusásque defendentibus à dorso H

A à dorso infestè superveniunt. Custodes, se deceptos esse percipientes, alii se in fugam miserunt; alii, in præcipitium; alii, in Brentam aquam subcurrentem. Hac expugnatione Carentani Clusas tenentes Regem exspectant.

B Hæc Rex per Capellanum suum, quem præmiserat, resciens, festinavit ad Clusas: & impedimenta relinquens, ac secum ad pugnam expeditos sumens, cum maxima difficultate transivit. Deinde, in planitiem veniens, super aquam Brentam tentoria figere jussit; ut ibi dies solennes majoris hebdomadæ digna devotione venerarentur. *Non enim ei bonum esse videbatur, ut in illis diebus, in quibus conditor pro conditis, creator pro creatis, Dominus pro servis, capi, flagellari, crucifigi, sepeliri, in agnitionem suæ charitatis voluit; indiceretur aliqua congressio, ex qua violenta Christiani sanguinis fieret effusio.* Ibi ergo ab Archiepiscopo Coloniensi Chrismatis fit consecratio, illis partibus tunc valdè necessaria. In duodecim enim Episcopatibus circa introitum Italiæ, illo die, pro confusione præsenti, nec Episcopus erat, nec Chrisma sacratum. Ibi, à toto exercitu Cœna Domini devotissimè ad memoriam reducitur. Ibi Parasceve, ibi Sabbatum sanctum piis affectibus colitur. Insuper Pascha Domini & digna veneratione celebratur, & pia celebratione veneratur.

Pietas S. Henrici in majore hebdomade.

Pietas totius exercitus eadem septimana.

C Post hæc Rex Palatino Comiti præcepit, ut per bannum regale exercitui toti fuga interminaretur: adderet etiam, ut, si quis fugere præsumeret, plectendum se capitali sententia sciret. Hujusmodi banno per exercitum audito, Rex aquam in tertia feria Paschalis hebdomadæ transivit, ibique tentoria iterum figere jussit, exspectans nuncios, quos ad explorandum locum, in quo Harduinus cum suis hospitabatur, præmiserat. Interea, qua ratione, nescio, Longobardorum unanimitas sejungitur; & ad resistendum discordes, omnes ad propria redire festinant. Sive hoc timor egisset, sive amor Regis HEINRICI, seu Harduini execratio; illorum, qui interfuerunt, scientiæ relinquo. Hoc tantùm scio; quia illius providentia non abfuit, cujus benevolentia & cuique, quod vult, sine lite concedit, & quod vult, occultis judicii causis, per pugnam discerni consentit.

Fuga vetatur.

Longobardi diffugiunt.

D Paret igitur HEINRICO regi introitus; qui per laborem sperabatur, per quietem à vera quiete concessus. Venit ergo Veronam, recipitur à civibus, acclamatur, collaudatur, coronatur. Occurrit ei obviam Tietboldus Marchio, occurrunt & cæteri plures, à faucibus erepti furoris, & spei redditi libertatis. Inde Brixiam progreditur, & ab Episcopo, civibúsque cum omni alacritate recipitur. Ibi Archiepiscopus Ravennas cum suis, & sibi finitimis ei obviam venit, & manus nondum dominio adulterino pollutas, seniori diu exspectato reddit. Inde Rex Bergomum venit, & Mediolanensem Archiepiscopum per manus & sacramenta recepit. Inde Papiam à multitudine maxima nobilium Longobardorum, qui ad suscipiendum cum congregati erant, per dignos applausus recipitur, & cum exultatione totius civitatis ad S. Michaëlis Ecclesiam ducitur. Ibi Clerus, ibi nobilium cœtus, ibi plebs utriusque sexus omnes unanimes, uno ore HEINRICUM Regem acclamant, collaudant, collaudatum per manuum elationem designant. E

Henricus Rex Veronam venit.

F Collaudatus igitur coronatur, coronatus ex debito ab omnibus honoratur. Ad Palatium deinde cum omni jocunditate reducitur. Tandem, declinante jam die, diabolus pacis invidus, Concordiæ inimicus, discordiæ seminator fervidus; quo, post mysterium corporis & sanguinis Dominici, Judas ad perpetrandum nefas infandissimum suscepto intumuit; eodémque suadente, in supplicium perpetuitatis erepuit: Is, & cives post manuum redditionem, post fidei promissionem, post sacramenti securitatem; nulla, quæ in rationem dignè deduci posset, læsione coactos adversùs regiam majestatem (veneno ebrietatis immisso) commovit. Hoc itaque suasore, armantur; hoc stimulatore, incitantur; hoc ductore, ad Palatium properant; hoc ordinatore, mœnia cingunt. Quidam etiam intererant instigatores, qui per propriam conscientiam turbidi, sub Harduino malebant per illicitas rapinas vagari, quàm sub HEINRICO fræno justitiæ ac legis adstringi. Fit strepitus, exsurgit sonitus: In Palatio statim auditur. Sed, quia nemo talia post fidem eodem die promissam credere poterat, non citò intelligitur. Rex tamen, quid sit, explorari jubet. Renunciatur civitatis furor, renunciatur plebeiæ animositatis insania. Hanc Coloniensis Archiepiscopus, qui cum Rege erat, compescere se posse sperans, per fenestram suspexit, causásque tanti furoris inquirere cœpit. Sed lapidibus & sagittis supervenientibus vix eum cœptum finire sermonem licuit. Animositas enim Longobardorum nimiùm fervebat; &, ex eventu bellico contra Ottonem Ducem, adhuc contumaciæ vires habebat. G

Coronatur Henricus in Regem Italiæ.

Perfidi in Henricum Regem.

Oritur seditio.

H Instant ergo Palatium perrumpere Langobardi: resistunt Regis domestici, quamvis pauci. Erant enim Theutonici partim cum equis, partim per hospitia, partim per castella illi comitatui finitima. Rex illicò per indignationem in iram efferbuit, & cum his, quos secum habebat, armatus, exire voluit, numerum militum suorum spe superna gratiæ supplens. At Coloniensis Archiepiscopus toto, quo poterat, nisu cum his, qui sanæ mentis erant, Regem retinebat; sciens, quia capite perdito, nulla spes evasio-

Rex & Regii se ad defensionem parant.

A evasionis superesset in membris. Interea, invalescente clamore, Theutonici congregantur, complicibus junctis, ad Palatium tendunt, Longobardos ab effrænato furore paulisper compescunt. Tandem noctis densantur tenebræ, & lapidum ac sagittarum jacula Theutonicis fiunt infestissima. Necessitas rapit consilium, & ad providenda jacula, citissimè facit incendium. Cum multo igitur sudore Theutonici muros civitatis impugnant: cum multo timore Longobardi pro vita repugnant.

B Tunc juvenis quidam frater Reginæ Gissebertus nomine à Langobardis vulneratur. Pro cujus lethali vulnere Theutonici irritantur, & præ furore contra jacula cæci, muros civitatis expugnant, ac irrumpentes, sanguinem juvenis, stimulum scilicet furoris, vindicare festinant. Quorum quidam animo cæteris ardentior, Voleramus nomine, se injecit in media Langobardorum agmina, & gladium, quo accinctus erat, extractum, uni eorum præ cæteris insanienti ab acumine galeæ usque in jugulum viriliter infixit, ac dicto citiùs, inter suos se illæsum recepit. Per totam igitur noctem pugna gravis habetur, & ancipiti termino suspensa, modò hos, modò illos, sub victoriæ spe audaciores & expeditiores reddit. Aliquando etiam Theutonici testudine ex clypeis composita, eorum irrumpebant agmina, & quosdam vivos ex eis captos, Regi repræsentabant.

Audacia cujusdam Theutonici

C Interea Palatium, quod Theutonicis aliquando fessis, unicum erat refugium, accenditur & incenditur, casúmque minatur. Sed spe sublata refugii, magis animus eorum accenditur, & ad congrediendum iterum Italis, ferventiùs incitatur. Clara itaque jam die, Alamannis, qui tardiùs hujusmodi negotia resciverant, longè à Palatio muros civitatis frangentibus, Lotharienses & Franci Langobardos iterum ante Palatium graviter persequi cœperunt, & eos fugere usque in mœnia propria compulerunt. Sed jaculorum à tectis venientium densitatem diutiùs sustinere non valentes, ignem coacti domibus immittunt; & ferro & flamma stragem civium miserabilem faciunt. Tandem Theutonicorum ita facilè expleri nescia, satiatur cæde plurima; & postmodum, nullo jam resistente, se confert ad spolia. Sed jam incendio nimiùm invalescente, Rex à rigidi-

Palatium inceditur.

Cædes Longobardorum.

D tate mentis suæ flectitur, suísque ut à cœpto desistant, pietate motus imperat. Quos vix compescens, diutiúsque concremationis fœtorem ferre non valens, ad munitiunculam quandam, quæ sancti *Petri Cella aurea* vocatur, se contulit. Cives autem vix respirantes Regem sequuntur, & ut indulgeat ebrietati, obnixè precantur. Fit eis remissio, fit eis indulgentia. Sed facilis est indulgentia, postquam culpam excedit pœna.

Veniam petunt à Rege, & impetrant.

Sic igitur quos bellum adversùs Ottonem effecit turgidos, noviter induta humilitas supplices reddit atque subjectos.

E Domita ergò Papia, tota concutitur Italia, ac indigenæ omnes ad Regem non invitati confluunt, & per omnia, præceptis ejus obediunt. Civitates etiam, ad quas Rex nondum venerat, obsides ultrò transmittunt, fidémque debitam per sacramenta promittunt. His expletis Rex in quendam locum, qui *Pons longus* vocatur, venit; ibíque Langobardorum innumerabilis multitudo accessit, seséque ad obsequendum per omnia regiæ majestati subjecit. Ibi habito colloquio, regnique * depositis negotiis, amore S. Ambrosii ductus, Mediolanum divertit, cujus linguæ libertatem, & morum eximietatem amabat. Hujus, cæterorúmque quiescentium intercessione implorata, in prata *Pontis longi* revertitur, ibique Langobardos de repentino discessu ejus conquerentes, festini reditus solatur promissione. Inde * Chromo perveniens Pentecosten sanctam pia animi devotione celebravit. Inde discedenti Tusci ei occurrunt, & manus per ordinem singuli reddunt.

Domita Papia reliquæ urbes Italiæ se Regi dedunt.

* f. dispositis.

* Sic M.S. fortè leg. Cremam.

F Postbæc Rex injuriam à Bulizlao sibi illatam tenens mente repositam, repatriare festinat; & per Montem celerem in Alamanniam properat; sciens, quia terra puerili subjecta regimini laxis persæpe habenis utitur, & ex proprii arbitrii tumultuaria diversitate, per diversa præcipitia rapitur. Jam enim Dux Herimannus obiérat, & filius suus Ducatui à Rege substitutus erat: qui, nimiæ juventutis adhuc, nec semetipsum regere sciebat. In loco ergo, qui * Turegum dicitur, Rex colloquium tenuit, omnésque pro pace tuenda, pro latrociniis non consentiendis à minimo usque ad maximum jurare compulit. Sic tota Alaman-

* Zürch, in Helvetia.

G nia sub pacis quiete statuta, in Alsatiam venit, & in Argentina Civitate, dum in Vigilia S. Joannis colloquium cum Alsatiensibus haberet, domus, in qua, ad legem & justitiam faciendam sedebat, repentè corruit, unique presbytero, qui cum Domina unà anathematizata manere solitus erat, cruris ossa confregit. Ille solus obiit; alii nihil, præter timorem, passi sunt: sed in illius interitu didicerunt, quod sæpe per Psalmistam audiérunt; *Cum electo electus eris, & cum perverso perverteris.*

Ruina domus.

H Postbæc Rex Moguntiam venit, ibíque solito pietatis affectu, Apostolorum solennia celebriter peregit. Tum per Orientalem Franciam transiens, in Saxoniam festinat, cor suum indignationis pondere gravatum, super Bulizlaum, vindicta potenti relevare disponens. Indicitur Saxonibus, Bavaris, Francis Orientalibus expeditio, in medio Augusto terminus datur promotionis, ut frugibus inde præcollectis, abundantia comes exercitui esset. Mediante igitur Augu-

Expeditio contra Boleslaum.

 sto

A sto Meresborg Saxonum fit congregatio. Rex autem nemini suorum familiarium fateri volebat, sive in Poloniam, sive in Boëmiam vellet, cognoscens Bulizlai flexuosas versutias, quibus per quosdam sibi occultos amicos etiam secreta regia rescire solebat. Sed naves à Magdeborg usque Citizam congregari jubens, quasi in Poloniam velit, transitum futurum simulat. Id omnibus sperantibus, repentè in Boëmiam exercitum ducit, quærens in primis propria recipere; deinde, pro vindicta, aliena invadere, non tamen penitus aliena, quæ regni sui pati juga debebant.

Rex dissimulat, quò ire velit.

B Interserere libet quiddam, quo audito, datur intelligi, rarò esse culpam, quam non sequatur vindicta, nisi præmuniérit eam pœnitentia. Mortuo Bulizlao seniore, Boëmiensi scilicet Duce, & istius Bulizlai, de quo nunc agitur, avunculo, tres filii superstites ei remanserunt. Quorum primogenitus Bulizlaus nomine, adepto post patrem Ducatu, crudeliùs cœpit vivere, quàm terra illa pati vel vellet, vel posset. Indigenis igitur illum pro nimia crudelitate execrantibus, timere cœpit, ne à fratrum suorum aliquo, Pragensibus id instigantibus, extruderetur. Ex mala ergò conscientia concepta suspicio, instigavit eum ad scelus nefandissimum, perduxit etiam ad facinus execrandum. Nam fratrum suorum unum eunuchizavit, alterum in thermis suffocare tentavit. At illi, unus eunuchus, alter semivivus in Bavariam, à paterna hæreditate exclusi, fugerunt.

Nefarium facinus Boleslai in suos fratres.

C Rex HEINRICUS hac impietate commotus Blademario, de quo jam diximus, Ducatum Boëmiensem dedit. Illo mortuo, Bulizlavus Bulizlavi filius, Bulizlavo Mesconis filio in societatem conspirationis adscito, Ducatum contra Regis voluntatem tenere tentabat. Inter illos ergò duos Bulizlavos fit amicitia ficta, fit societas subdola. Sæpe alter ab altero invitatur, sæpè alterius sumptibus jocundè convivantur, latente tamen igni sub cinere. Tandem Bulizlavus, Mesconis filius, jocunditatem Pragæ, & amœnitatem Boëmiæ, promissæ præponit amicitiæ; &, ut nepote suo, qualibet ratione, ejecto, tantæ terræ Principatu potiri possit, fraudum suarum intima scrutatur. Invitat eum ad convivia, & diversa

D præbet ciborum genera, amara demum propinaturus pocula. Satiatum enim illum militibus suis commisit, &, ut eductus excæcaretur, oculorum nutibus ad similia edoctis, innuit. Implentur impietatis jussa, & committuntur iniquitatis opera. Sic, qui fratrem eunuchizavit, à consanguineo & socio suo deductus periit: quique fratrem in consortio Principatus parem habere voluit, per supplicium passionis factus est suppar, & inutilior.

E Hoc ergò excæcato Bulizlavus Mesconis filius, ùt superiùs dixi, per fraudes flexuosas, per versutias sibi semper pedissequas, per promissiones infinitas, Pragam & totam Boëmiam invadit; ac dominio taliter adepto, turgidus per loca, regio exercitui pervia, castella firmissima munit.

F Interea Rex cum Saxonibus veniens per montem quendam, in quo jam Bulizlavus munitionem quandam ad contradicendum introitum firmaverat, præmissis in nocte Marchionibus, cum maxima difficultate in Boëmiam intrat. Cujus introitum, ùt Boëmienses senserunt, quidam pavore regiæ præsentiæ exanimati, Castellum unum cum semetipsis Regi reddiderunt. Illud illicò Rex Larameri eunucho, fratri cæci Bulizlavi, quem secum nativam in terram pro pietate reducebat, cum summa benevolentia concessit. Deinde, iter suum protelando per terram illam progreditur, exspectans Bavarios, quibus non idem, qui & Saxonibus in Boëmiam erat introitus.

Rex Bohemiam ingreditur.

G Sed cùm illi adventum suum protraherent, Rex ad quandam civitatem, quæ Satiza vocatur, cum Saxonibus tantùm pervenit. Cujus potentiâ visâ, cives non mediocriter turbantur, & statim de pace quærenda, ac Regis gratia impetranda, meditantur: portas ilicò civitatis aperiunt, & conditione adipiscendæ gratiæ intersita, Polonos, quos Bulizlavus eis ad tuitionem ejusdem loci adjecerat, ejiciunt. Et ejiciendo quosdam membrorum abscissione deturpant; quosdam ab locis altissimis præcipitant; quosdam etiam interimunt, ut & injurias ab eis sibi illatas ulciscantur, & honori regio per omnia satisfaciant. Tandem hujus crudelitatis fervor Regis animum perculit, & ad contradicendas ejusmodi insanias insita pietas inclinavit. Jam vivi educuntur, & Regi repræsentati in Ecclesia. Post hæc civitas tota se Regi reddidit. Et quia debuit, fidei promissione per sacramenta, per obsides obligavit. Interea fama volitat, Bulizlavum à Pragensibus conspirationis vinculo colligatis interemptum, & quamvis mendax, fideles tamen Bulizlavi exterritat.

Annotatio.

H CÆtera desiderantur in Manuscripto exemplari: Utinam aliquando integrum inveniatur, & ex tenebris in lucem extrahatur. Insignem enim commentarium rerum à S. Henrico gestarum vel esse vel fuisse oportet, si Adelbodus seu Adelboldus, eo, quo cœpit pede, ad mortem usque S. Henrici processit.

VITA

VITA
S.KUNEGUNDIS
IMPERATRICIS,
QUÆ
CUM SANCTO SUO
CONJUGE
HENRICO IMP.
EPISCOPATUM
BAMBERGENSEM
CONDIDIT AC FUNDAVIT.
NUNC
EX
ANTIQUIS MEMBRANIS
AUCTIOR ET CORRECTIOR
EDITA,
ET
NOTATIONIBUS ILLUSTRATA
STUDIO
JACOBI GRETSERI
SOCIETATIS JESU
THEOLOGI.

AD

D. CUNEGUNDEM,

QUÆ

VIRGINITATIS PROBANDÆ CAUSA SOLUM CANDENTI FERRO STRATUM INVIOLATA CALCAVIT.

Blandiri culpa rapidus cum nesciat ignis,
Ire per accensos vis quoque, Diva, rogos,
Nudus in ardenti pes audet ludere flammâ,
Scilicet est animi conscius ipse sui.
Quæ subigit ferrum, castas nequit urere plantas
Pruna, nihil, flammis quod violetur, habent.
Innocua meritò domitas alludere flammas,
Et prunas animum ponere, Virgo, doces.
Impuros etenim solita est punire, recusat
Lædere virgineos flamma pudica pedes.
Attonitóque tuus jam nunc pes regnat in igne,
Cui dudum domitus sævior ignis erat.
Quæ poteras ipsos calcare Cupidinis ignes,
Proterere & Paphias noxia tela faces,
Quæque Dionæas Veneris contemnere flammas,
Nunc quoque Vulcanum spernere debueras.

INDEX CAPITUM.

VITA
S. KUNEGUNDIS
IMPERATRICIS.

QUis hanc vitam conſcripſerit, dicere non habeo, niſi fuerit Nonnoſius Monachus, cui Hoffmannus in Annalibus Bamberg. hunc fœtum tribuere videtur. Illud liquet, ſcriptorem hunc, diu poſt beatum ſanctæ Virginis obitum vixiſſe, utpote, qui Innocentium III. ſub finem citet. Extat quoque Tomo ſecundo Surii. Sed hanc non paucis locis ab illa diverſam, ex Codice manuſcripto Monaſterii Rebdorffenſis prope Aichſtadium exhibemus; cujus ùt & vitæ S. Henrici Imp. ex divite Bibliotheca copiam benignè nobis fecit admodum Reverendus Pater *Leonardus Craus*, loci illius Prior vigilantiſſimus. Poſtea veteris cujuſdam codicis apographum miſit ad nos, admodum Reverendus & Clariſſimus Dominus Doctor *Fridericus Fornerus*, Vicarius Bambergenſis; ex quo Exemplar Codicis Rebdorffenſis auximus ac ſupplevimus non uno loco.

Quod ad nomen ipſum attinet, variè ſcribitur; *Cunegundis*, *Chunigundis*, *Chunegunda*, *Chunigund*, *Chunicund*, *Chynegund*; & ſignificat *Regis favorem*; nam *Kunic*, *Chunic*, *Kuning*, hodiéque nonnullis per contractionem, *Küng*, *Chynig*, *Chyne* Rex eſt; & gund; gunſt, hoc eſt, *favor*. Ad eandem formam cuſa ſunt, *Chynihild*, *Chunilda* & *Chunigilda*, *Regis amor*. Item, *Chunidrud*, *Regis fiducia*. *Chunipret*, *Regis fama*, vel *pompa*. Nam Drau, Drou, *fides* eſt, Drauen, Drouen, *fidere*, *fidem habere*. Hinc *Gertruda*; *Ariodruda*. *Himeltraud*, *Himeldrud*, *quæ cœlo fidit*. Porrò Chunigildam, uxorem Henrici III. Regis & Imperatoris II. qui fuit filius Conradi Salici Imp. (quam Wippo nominat *Chunelindem*) nonnulli Auctores, nominatim Trithemius in Chronico Hirſaugienſi, confundere videntur cum noſtra *Chunegunda*, S. Henrici conjuge; quæ & Eliphdruda vocabatur, teſte Hermanno in Chronico. Fuit autem Chunegundis filia Siffridi Palatini Rheni. ùt Fabricius in Originibus Saxonicis, Cuſpinianus, & alii tradunt; licèt aliis refragantibus.

Sectiones in capita in utroque exemplari deerant; quas nos majoris claritatis adhibendas cenſuimus. Sunt enim velut certa viarum ſpatia, quæ jam olim, teſte S. Hieronymo in cap. ult. Joëlis Prophetæ, *univerſa Germania Raſtas* vocabat; à *quiete* procul dubio, quæ hodiéque Germanis eſt Raſt / ùt & *quieſcere* raſten / à Græco ῥασών.

CAPUT I.

Genus & conjugium.

A EX præclaro parentum ſeoguioe, (a) & auguſtæ nobilitatis gradu, duo immarceſſibilis gloriæ flores mundo enitueruot, ſanctus videlicet HEINRICUS cognomento PIUS, glorioſiſſimum Romani Imperii decus, ejúsque digniſſima * coontectalis, piæ memoriæ CHUNEGUNDIS Auguſta & Imperatrix. Eadem verò beata B & Deo dilecta terreno Imperatori * copulariter, noo caroaliter conjuncta, cœleſti Regi ſuam virgioitatem cooſecravit, quem uſque io fioem caſti * virginis conſenſu, Deo teſte, cooſervavit. Quod poſtmodum di-

* Uxor. Aliqui legunt apud Ditmarum, & alios hac voce uſos: *Conlectalis*, à lecto, ùt *Contoralis*, à thoro.

* Sur. *corporaliter*.

* Henrici Imp. qui & ipſe Virginitatem integram ſervavit.

A viniras, ne lumen in tenebris lateret, ostendit: dum eam, ad confundendum virginitatis hostem, & obstruendum os mendacia contra Virginem Christi loquentium super ignitos vomeres incedere, & illæsam procedere dedit.

NOTATIO.

Generalis Titulus Cod. Rebdorff. est iste.
Incipit vita S. Kunegundis Reginæ.
Ex præclaro parentum sanguine. (a)

CAPUT ·II.

S. KUNEGUNDIS probat suam innocentiam ignitis vomeribus.

B QUaliter autem id factum sit, ad communem ædificationem prætereundum non est, ut & castimoniæ erudiamur exemplis, & divinorum secretorum admiratione moveamur, Intelligentes, quemadmodum diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Tantis namque ac talibus bonis tentatio deesse non potuit. Invidus enim omnium bonorum diabolus, ubi torum immaculatum sauciare non potuit, zelotypiæ livore fœdare cogitavit, & ejus saltem famam lædere, cui vulnus corruptionis infligere non valuit.

C Facta est igitur, auctore diabolo, suspecta criminis, quæ non noverat maculam corruptionis. Sed, quia crudelis est, qui famam suam negligit, expurgationis gratia, ad vomeres candentes illud sibi judicium elegit, quod propter duritiam hominum institutum esse cognoscitur. Cúmque dilecta Deo ad illud judicium velut ovis ad occisionem duceretur, ingemuit & ait: *Domine Deus creator cœli & terræ, qui probas renes & corda, judica judicium meum & eripe me. Te enim testem & judicem hodie invoco, quia nec hunc præsentem HEINRICUM, nec aliquem virum carnali commistione unquam cognovi.* Hoc dicto, stupentibus, & flentibus universis, qui aderant, vomeres candentes * nudo vestigio calcavit, & sine adustionis molestia secura pertransiit. Ita Deus omnipotens vinculum castæ dilectionis servavit, innocentiam comprobavit, integritati custodiam humilitatis adhibuit. In fascibus itaque constituta, continentiæ suæ gloriam sub terreni chlamide imperii satagebat abscondi, ut tanto propensiùs, quanto efficaciùs poterat, promoveret, quæ Deo inspirante, nec non adjuvante, ad ipsius laudem cogitabat perficere.

De hac probatione lege Delrium lib. 4. Disquis. Mag. cap. 4. q. 4. sect. 3.

* Aliquando vomerem candentem, vel quodvis aliud ferrum ignitum manibus ferebant, vel prunas in sinum conjiciebant; vel pyram intrabant; de quibus omnibus Delrius loc. cit. S. Kuneg. ferrum ignitum portaise, scribit Crancius lib. 4. Saxon. cap. 32.

NOTATIO.

D Deest hoc caput in Apographo Bambergensi & editione Suriana, usque ad illa verba: *In fascibus itaque constituta, &c.* De hac probatione per vomeres candentes ita Mutius lib. 14. Chronic. Germaniæ. *Henricus uxorem suam non attigerat: ipsa vicissim castitatem servare cupiens, consenserat sponso; ita ambo degebant vitam cælibem. Satan, qui nunquam quievit, neque quiescit, neque quiescet ante consummationem, suspectam Imperatori reddidit Reginam Kunegundem nomine adulterii, &c.*

E *Henricus incusat eam, cur simulet castitatem coram hominibus, gravius judicium eam manere; Dominum, qui corda & oculos fecit, omnia videre, etiamsi fallat homines. Castissima Virgo pudico & modesto vultu, constanter negat, & se gaudere, inquit, quòd Dominum testem habeat, cujus testimonio ipsa contenta sit, &c. Ut autem Henrico hic scrupulus, quem Satan illi injecerat, eximeretur, convenit inter eos, ut Regina ambularet super ferrum candens; Quæ postquam invocavit nomen Domini, ut propter gloriam suam, probaret innocentiam ancillæ suæ læta, sed modestissima fronte, nudis pedibus, ferrum igne jam jam extractum, & adhuc rubens calcat toties, quoties voluerunt; qui aderant testes miraculi, quod Deus cum Virgine sua ancilla operatus est.* Qui scribunt, ex impulsu

F *Satanæ hoc excogitatum ab Henrico, ut cogeret uxorem suam, quam nunquam cognoverat, nec cum illa consuetudinem se habiturum decreverat, non sequitur, quod illi inferunt (pene dixerim calumniatores) esse satis indicii Henricum tyrannum potiùs fuisse, quàm sanctum Regem. Cur non cogitant, quibus quantisque tentationibus Sancti Dei à Satana sint tentati, & non raro inducti nonnihil?*

G Unde S. Henrico hæc de castissima conjuge suspicio suborta fuerit, tradit Auctor *Compilationis* Chronologicæ: *Auctore Diabolo, qui invidebat ejus virginitati, de crimine adulterii vehementer infamata fuit. Callidus namque Diabolus transfiguratus est in formam militis speciosi, tribus diebus continuis; manè videbatur pluribus exire de thalamo S. Kunegundis.* Martinus Hoffmannus in Annalibus Bambergensibus: *Ad stabiliendum hujus miraculi fidem, eo in loco sacellum ædificatum, & duorum vomerum reliquiæ. D. Henrici Sarcophago inclusæ ab Episcopo & Clero Babebergensi, ea, qua decuit, reverentia in Ecclesia Cathedrali hactenus servatæ sunt.*

H Vide autem & detestare extremam Centuriatorum impudentiam & impietatem, qui in Indice Centuriæ XI. nominant S. Kunegundem *veneficam seu magam:* quia cap. 6. ejusdem Centuriæ column. 340. inter exempla Magiæ numeraverant etiam istud: *Chunegundis Imperatrix, nescio quibus artibus Dæmonem stupendæ molis marmoreos lapides ad Bambergensis templi extructionem comportare coëgit. Pelvim quoque nummis plenam in medium posuit, unde nemo operariorum, præter justam laborum mercedem, quidquam auferre potuit.* Citántque Chronicon Saxonicum. At si hæc sunt Magiæ seu veneficii signa, oportet, ut multos, quorum non est minor, quàm Imperatricis hujus sanctitas, in veneficorum classem conjiciant; quia similia,

vel

A vel certè non minùs mirabilia patrarunt. An putant Centuriarum fabri, fieri non posse, ut Dæmon, etiam invitus ac renutans, cogatur à Deo propter Sanctorum merita, operam suam locare ad ea efficienda, quæ ipse maximè infecta cuperet? Nam si quid agat, impulsu veneficorum, id ex pacto & sponte agit. Nec illud alterum vires divinas excedit; quarum vi & efficacitate Sancti talia patrabant. Licèt enim Magicis quoque artibus effici possit; hîc tamen omne maleficium procul abfuisse, colligitur cùm ex aliis adjunctis, tum ex persona Kunegundis; quam veneficam non fuisse, testantur cùm edita per ipsam miracula, tum perpetuæ Virginitatis studium, illustri testimonio publicè comprobatum, ùt referunt eodem cap. 6. ipsimet Centuriatores. Ubi autem & quando auditum, sagas vel veneficas castitatem colere? Quas vel potissimùm libidinis ardor & voluptatum cupiditas, in Cacodæmonis contubernium pertrahit? Prædictum miraculum cùm Hoffmannus in Annalibus Bambergensibus recensuisset, hæc
B subjungit: *Quod indicat hujus miraculi pictura, adhuc hodie in muro ejusdem Ecclesiæ* (S. Stephani) *posita. Ipsam verò lancem Crystallinam ab illo tempore, usque ad servile illud Germaniæ bellum, in Monte Monachorum pro reliquiis asservatam, seditiosam rusticorum licentiam defregisse perhibent.*

CAPUT III.

Templa studio S. Kunegundis condita.

C Denique post novellam fœcundissimæ plantationis suæ Ecclesiam Babenberc, quam cum illo studiosissimo suo cooperatore HEINRICO in loco Babenbergensi, venustissimè, sicut hactenus cernitur, fabricavit sub patrocinio Principis Apostolorum PETRI, atque S. GEORGII Martyris, monasterium sub regula sancti Benedicti ad aquilonarem plagam, in honore S. Michaëlis Archangeli, extruxit, non minori studio prædiorum, ac diversorum donariis ornamentorum. Tertiam demum versùs meridiem, sub Ordine Canonicorum, sub titulo S. Stephani Protomartyris, parvo quidem schemate, sed majori opera, de
D suo patrimonio ecclesiam fundavit. Ad quam dedicandam BENEDICTUM Papam, quem præfatus DEO dignus Henricus Imperator, ad confirmandum Babenbergensem Pontificatum advocaverat, venire rogavit. Ipsa autem illud psalmographi secum decantans: *Domine dilexi decorem domus tuæ;* diversa eidem Ecclesiæ, juxta imperialem munificentiam, munera contulit in diversis Ecclesiæ ornamentis. Quæ omnia ipse Dominus Apostolicus, ut semper memoria ipsius fundatricis illic floreat, ne quando per fraudem, aut violentiam, vel furto inde

Hæc omnia clara sunt ex vita S. Henrici: quæ priùs legi debet, ut hoc probè intelligatur, præcipuè cap. 6. & 7.

Vide vitam S. Henrici cap. 23. & 24.

Psal. 25.

subtrahantur, dura banni sui innodatione, E septuaginta quoque duorum Episcoporum, qui ibi aderant, autoritate, ipso die confirmavit.

CAPUT IV.

Confugiense Monasterium à Kunegunde extructum.

Item Monasterium in honore Salvatoris, F & ejus victoriosissimæ Crucis, in loco, qui *Confugia* dicitur, (a) magnificè construxit, & ancillarum DEI ibidem DEO secundùm regulam S. Benedicti servientium congregationem decentissimè ordinavit. Porrò cooperante ei in omnibus imperiali majestate, idem Monasterium omni ornatu decoravit. Ante principale altare * iconam ex auro & lapide preciosissimo statuit; calices aureos & argenteos, catinos, urceos, pallas, casulas, vela, cortinas, cappas auro & gemmis preciosis intextas, & cætera utensilia, sive vasa ministerii tanto studio, & tam sumptuosis impensis eidem Ecclesiæ contulit, ut, quicunque ea intuentur, regiam munificentiam, & miram utriusque, Imperatoris videlicet, ac Imperatricis in DEUM devotionem magnoperè mirari non cessent.

* Imaginem. Dona Confugiensi Monasterio oblata.

NOTATIO.

In loco, qui Confugia *dicitur* (a) De hoc G Monasterio Martinus Hoffmannus lib. 1. Annalium Babenbergensium, qui necdum typis excusi sunt.

Eodem anno (*hoc est Indict. 1. anno regni S. Henrici Imperatoris XVIII. Imperii IV. qui fuit Christi 1018.*) Cunigundis Aug. ... millibus passuum à Castellis Hassicis cœnobium virginum in honorem Domini & Salvatoris Christi, & sanctæ ejus crucis, ex voto propria pecunia constituit. Locum circa soli ubertate fœcundum, aquis irriguum, & copia piscium affluentem, Ditmarus Capungum, incolæ Kafungum, affinitate inter litteras C, K & F nota, nominare solent. Et hoc Nonnosio monacho occasionem dedisse, & audaciam asserendi addidisse puto, quòd ex ignorantia loci & etymologiæ, cœnobium à fundatrice priùs Capungum dictum, Confugium appellavit.

Wilhelm Dietrich Heßischer Chronick, parte 2. pag. 115.

Heinrich Churfürst und Pfaltzgraff bey H Rhein, zu Francken, Hessen, rc. Hertzog.

Diser hat Heinrich den Andern dises Namens, H. zu Bayern, zum Kayser erwählen helffen, und ihme sein Schwester Kunigunden vermehlet, durch deren Vorbitt ist etwa das Closter Kauffungen mit etlichen kostbaren Kleinodien vom Kayser begabt und erneuert worden. Dahero etli-

A che mennen wöllen, solch Closter habe Hochermeldter Kayser erstlich gebauet, welches doch anfänglich von Ludovico Pio fundirt und gestifftet worden.

Ditmarus Episcopus Merseburgensis lib. 7. ter meminit *Kapungi*. In Tabulis Geographicis *Kauffungen*, propè Cassel in Hassia ponitur. Compilatio Chronologica vocat hoc Monasterium *Augiam*.

CAPUT V.

Munificentia S. Henrici, & S. Kunegundis in varias Ecclesias.

B PRæter has principales (a) suæ fundationis & primarias Ecclesias; quæ Conventualis Ecclesia, quæ monasteria illorum donativo non glorientur, aut in prædiis dilatata, aut decorata ornamentis? Alias enim antiquitate collapsas reædificaverunt; quasdam etiam destructas, & ad nihilum redactas, in pristinum, vel in meliorem statum restauraverunt, & sicuti prudentes Virgines oleum suæ misericordiæ in diversos effuderunt, ut meritò dicere possint, *Christus bonus odor sumus in omni loco.* 2.Corinth. 2.

C O conjugium non voluptate, sed bona voluntate copulatum! O sanctum matrimonium, ubi una fides inviolatæ castitatis, ubi unus spiritus misericordiæ ac veritatis; ubi idem velle in virtutibus, idémque nolle in vitiis: ubi nec primus, nec alter discerni potuit, dum alter, quod primus, voluit; ubi par animus, in multifariis operum effectibus, pares in duobus ostendit affectus. Quales has nuptias dixerim, nescio. Unum scio; quia nescit nostra modò regio tales, dum illi propter regnum cœlorum se *castrantes*, nec prolem terrenæ fœcunditatis exspectantes, cælibem à Deo generationem receperunt: à quorum ore laus Dei nunquam deficiet. *Hæc est generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Jacob*; qui viventes in Christo, membra sua mortificantes propter Christum, super terram morientes; modò regnantes cum Christo bona Domini sui vident in regione viventium. Matth. 19.

NOTATIO.

[1] *Præter has Principales (a)* Quàm munificus fuerit sanctus Henricus cum sua conjuge in varias Ecclesias, abundè jam ex vita S. Henrici intelleximus: ùt & ex annexis ejusdem Diplomatis.

CAPUT VI.

Cur Auctor hanc scriptionem susceperit?

D QUoniam de vita & virtutibus pii & sancti HEINRICI Christianissimi Imperatoris, & miserationibus variis, quas fecit in domo Domini, de signis quoque & miraculis, quæ post transitum E ipsius per eum fecit Deus, satis ac dignè scripta sancta recepit Ecclesia: nunc animum pungit, ac in mentem venit, vitam memorandæ Virginis nostræ CHUNEGUNDIS breviter explicare, & memoriæ scripto commendare, ut ad exemplum ejus se intuentes, quæcunque Virgines, quæcunque verè viduæ, perfectæ vitæ normam arbitrentur conversationem illius. Indignum enim nobis, sed magis operæ pretium duximus, ut illi officium non subtrahamus oris, cujus providentia quotidie alimenta (a) percipimus corporis.

NOTATIO.

Cujus providentia quotidie alimenta (a) Ex F hoc loco apparet, scriptorem hujus vitæ fuisse Monachum vel Sacerdotem in aliquo Monasterio vel Templo à S. Henrico & S. Kunegunde extructo & proventibus annuis instructo.

CAPUT VII.

S. Kunegundis, mortuo marito, pietatis exercitationibus sedulò insistit.

HEINRICO itaque suo, suæ castitatis G patientissimo semper custode, ubi eam suis, virginem, uti traduxerat in Christo, in ultimo spiritu constitutus resignavit, ad cœlestia, quæ jugiter suspirabat, gaudia translato; illa se ad Dominum, ùt semper, totam contulit: illum suæ castitati, necessitati, saluti adesse, illum suis Ecclesiis; illum filiis, quos ei in Christo aggregaverat, præsentem assore, advocare vigiliis, Orationibus instare, die practicam cum Martha, noctu contemplativam cum Maria vitam agere non cessabat. Quanta verò eleemosynarum largitate, quanta orationis instantia pro beati conjugis defuncti, anima desudaverit, in subscripta pagina, quam ipsa per se, (nam literarum, sicut & aliarum artium, distinguere auro gemmísque sacras vestes, fuit peritissima) composuit, & conscripsit, quicunque scire voluerit, cognoscere poterit.

CAPUT VIII.

Epistola S. Kunegundis ad Confugiensem Congregationem.

CHUNEGUNDIS, *divina dispensatione solo nomine Imperatrix, specialiter dilectæ Congregationi in Confugia, quidquid* H *justa convenit dilectioni. Propriæ adversitatis sarcinam (veluti æstimo) faciliùs tolerarem, si vestras res salvas, incolumésque existere viderem. Quamvìs enim mens procellosis curarum fluctibus undique quatiatur, vestra tamen recordationis ancora à cordis profunditate non evellitur. Et licèt longè remota ab oculis situ, ab animo* Rom. 8.

A *mo tamen nunquam recedītis. Quis nos separabit à charitate Christi? Casus doloris, an longinquitas remotionis? Quin etiam si amissa facultatis usus concederetur, voluntas hæc operis exhibitione comprobaretur. Ipsum tamen modicum, quod adhuc, Deo volente, reliquum tenemus, vestra commonitioni alienum esse nolumus, ut participatione parvitatis, reveletur magnitudo devotionis. Mater namque, si parùm habuerit, parùm filiis tribuit. Ecce hæc modici sumptus munuscula ad refectionem vobis mittuntur carnis, ut animam * senioris, patris vestri, continua orationis alimonia reficiatis: quoniam tot justorum preces unanimiter continuatæ, apud Deum multum possunt proficere, Jacobo attestante.* Multùm valet deprecatio justi assidua.

*Intelligit Henricum Imp. defunctum. Senior hic est Dominus, ùt & passim apud Ditmarum. Hinc cusum est illud Italorum. Signor, & Signoria.

Jac. 5.

Ille etiam, atque etiam justus Dominus, qui justitias dilexit, æquitatem supplicationis exaudire non respuit: sed vobis indefessis intercessoribus, supradicti chari memoriam facientibus, salutis dabit præmium, quod ipse promittit, dicens; Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. *Atque binum opus in conspectu etiam Dei placitum esse cernitis, si non solùm pro illis, qui in hac vita positi, multa vobis bona; sed, pro illis etiam, qui nulla fecerunt, oraveritis. Obsecro ergò, ut eum à cordibus vestris nunquam abjiciatis, qui vos tanquam proprias amavit, atque*
B *hunc locum vestra servitute florere voluit.*

Psal. 10. Matth. 10.

Estote quoque meæ necessitatis memores, semper in hilaritate cordis misericordes, secundùm illud Apostoli: Dilectio sine simulatione. *Nec non vestræ mentes in quandam mutuæ charitatis soliditatem magis ac magis concrescant, quatenus in die tribulationis clamorem vestrum ipsius aures exaudiant, qui dicit:* Ubi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum. *Quod vos omni modo promereri hortor, eodem præstante, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.*

Rom. 12.

Matth. 18.

NOTATIO.

C Hæc Epistola S. Kunegundis aberat à Cod. Rebdorffensi. Restituta est ex Apographo Bambergensi, & ex editiune Suriana.

CAPUT IX.

S. Kunegundis mundo se abdicans, religiosum habitum induit.

D DEnique Chunrado * sibi succedente in Regno, ipsa curis secularibus, sicut jam diu desideraverat, exonerata, in ipso anniversario die transitus S. HEINRICI, Archiepiscopos cum Episcopis ad dedicationem Confugiensis Ecclesiæ convocat; ubi velata est; (a) ubi inter Missarum solennia, imperiali decentissimè omni cultu ornata, ante principale altare, virgo Deo devota processit, ibique thesaurum incomparabilem, ligni Dominici, Crucem parvam quidem in materia, sed maximam in virtute, Deo obtulit. Ac ubi lectio Evangelii, (b) in qua supra arborem Crucis ascendens suspicientem se Jesum suscipere, & ab eo benedictionem pusillus meruit accipere, lecta fuit; regalem purpuram exuens, tunicam fusciorem, quam ipsa sibi manibus suis operata fuerat, vestem religionis, data sacerdotali benedictione, induit; Et multis pro se quidem flentibus, pro illa autem gaudentibus, quæ jam seculum damnasset in vestibus, capillis, qui huc usque in eodem Monasterio pro ipsius servantur honore; præcisis, imposito sibi ab Episcopis velo, annulo fidei subarrata, gratulabunda succinuit; *Posuit signum in faciem meam, & annulo suo subarravit me Dominus meus Jesus Christus.* E

*Salico.

Mundo se abdicat.

Offert particulam de ligno S. Crucis.

NOTATIONES.

Ubi velata est (a) Hæc verba non comparent in Apographo Bamberg. & editione Surii. Et satius est abesse. F

At ubi lectio Evangelii (b) Compilatio Chronologica. *Hæc sancta Konigundis Augiam fundavit, & possessionibus & ornamentis ipsam dotavit. Ibidem ipsa Virgo, dum legeretur de Zachæo, scilicet:* Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum: *depositis Imperialibus indumentis,* induit, *nobilibus videntibus multis, vestes religionis.*

CAPUT X.

Qualem vitam in Monasterio duxerit S. Kunegundis.

ITa Christo sponso ipsa sponsa consecrata, dum filiarum suarum se sanctissimo contubernio applicuisset, non ùt mater filiabus se præferebat, sed in omnibus servitiis servilem se personam ostendebat: ita tamen, ut, cùm omnia faceret, ostentationem fugeret singulorum, ne in præsenti seculo reciperet mercedem suam. Operabatur manibus suis. (Nulli enim in distinguendis auro gemmisque vestibus plurimum aut in stolis, aut in cingulis æstimabatur inferior) sciens scriptum esse: *Qui non operatur, non manducet.* Sponso aut orans loquebatur aut psallens. Ad Ecclesiæ limina * pænè tardioribus omnibus approperabat. Nihil severitate illius jucundius: nihil jucunditate severius. Tristis in risu: in tristitia suavis. Breve vitæ spacium æterna memoria compensabat. Idem illi locus Orationis & quietis fuit: idem semper habitus: incultum corpus: dum sciret rejiciendas delicias corporis, quod paulò pòst vermibus exarandum sit: semper eam legere, aut legentem audire videres. Multa illi circa contubernales devotio: frequens decubentium visitatio: solicita pauperum consolatio. Præterea, plura eam miracula fecisse credimus: G H

2. Thess. 3.

* Surius & Apogr. Bamb. *Penè invisa properabat.*

 sed

A sed quòd * gratiam hominum, & oleum adulationis semper fugeret, esse suppressa: quod tamen incuriæ scriptorum, seu revolutioni temporum, non defectui deputandum est virtutum. Pauca tamen, quæ in scriptis reperimus, aut veridica sanctimonialium, ubi illa Christo militabat, relatione cognovimus, hic inserere dignum duximus.

* gloriam humanam.

CAPUT XI.

S. Kunegundis signo crucis incendium extinguit.

B CUm post Orationis frequentiam inter lectionis lassitudinem ancilla Christi in lecto non plumis extructo, sed cilicio strato, membra sopore gravata remisisset, puella sacrata, quæ de more illi assidebat, sacros codices legens, cùm ferè ad medium noctis lectionem extenderet, caligantes oculos clausit, lumenque è manibus illius prolapsum paleas corripiens, sui fragore circumjacentes sorores excitavit. Clamore ex concursu facto, Virgo Christi de somno excussa, dum colluctantes inter se, & concrepantes flammas circa se aspexit, ad orationis arma se convertit, & signo Crucis adustionem illam absque omni suarum læsione vestium avertit. Tua sunt hæc, Christe, opera: qui olim Babylonium Regem in suo furore confudisti, & Chaldaicos ignes, ut pueri tui liberarentur illæsi, tua virtute extinxisti.

CAPUT XII.

Exemplum severitatis in dissolutæ vitæ Abbatissam.

C ILlud miraculum tam stupendum, quàm mirandum huic placuit inscribere, in quo animi illius constantiam, & rigoris severitatem discere poteris. Habuit secum sororis suæ filiam, * Utam nomine. Hanc à primis annis educatam, omni disciplina, secularium quoque literarum scientia instruxerat. Hæc materteram non minùs religionis, quàm dilectionis amore secuta, & consecrata fuit. Quam in omnibus plenè instructam, ubi ejus in orationibus vigilantiam, in jejuniis perseverantiam,
D & ad omnia patientiam perspexit, omnium assensu & rogatu, primam in ipso cœnobio eam Abbatissam præfecit. Tum verò mater filiam suscipiens, juxta commonitionem sanctam dudum habitam, præcedentium illi Patrum repetens alloquia, monet ob salutis affectum utilia, ac Deo placita sæpe dicere, frequenter audire, solitas religiosi itineris vias non deserere, magis magisque errorum devia, & diabolica calcare figmenta, nullam luci ac tenebris, veritati atque mendacio, turpitudini atque honestati, apud Dei servos docet esse communionem, solicitè cavendum, ne vana sectando, desineret esse templum Dei, & habitatio dæmonum fieret, & dæmonis monumentum; E lumina sua in Dei figere aspectum, primam, quæ doceret, facere, ut fructum doctrinæ suæ ipsa in cœlis, Deo adjuvante, possit invenire.

* Hoffmannus, Juditham vocat.

F Hæc & hujusmodi iterum & iterum materno studio ei inculcans, quasi in omnibus jam perfectam, & ipsa magistram venerari cœpit. Illa, ubi immatura libertate potita est, paulatim à rigore suo deficere, molliorem cultum, lautiorem cibum, quæ vitiorum alimenta sunt, desiderare; ultima in choro, prima in convivio, puellarum fabulis interesse, ac in omnibus laxiùs se agere cœpit. Pro hujusmodi levitatibus, dum eam frequenter sancta Dei inter se privatim, publicè coram omnibus, secundùm Apostoli præcepta, sæpius argueret, obsecraret, increparet, nec illa materteræ velut patrocinio aut familiaritate vanè confisa, ullo G modo emendaretur; quadam die, dum ipsa cum Conventu Crucem (nam dies Dominicus erat) sequitur, Abbatissa defuit. Quam illa inquirens, & epulantem cum coævis in conclavi reperiens, zelo pietatis armata, cum verbo correptionis dextera maxillam ejus percussit; quæ, quasi sigillum quoddam, formam digitorum ejus accepit; qua omni tempore vitæ suæ non caruit. De quo nimirum facto constat: quia non tantùm pro se, sed & pro aliorum emendatione, hoc pertulit, ut ad melioris vitæ statum à vitiis suis retorqueret.

Crucem sequi, est processionem comitari; hanc enim antecedit crux.

CAPUT XIII.

Miraculum in chirotheca S. Kunegundis.

H FOrtè & istud detractoribus fabulosum, & Infidelibus incredibile putabitur: quod sanctitatem illius, quam, humilitatis gratia, ipsa latere voluit, muta elementa loquuntur. Denique cùm post lectionem Evangelii suo solenni more * sacrificatura accederet ad altare, dexteræ manus suæ chirothecam detrahens, cùm nullus, quò reciperet, adesset, à se rejecit; quam radius solis per fenestræ rimulas intrans suscepit, & tamdiu quasi famulando sustinuit, donec illa post * sacrificium rediens, eam reciperet. Tale etiam quid in beati viri veste GOARIS aliquando divina virtute ostensum fuisse legitur: qui dum à sede Rustici Trevirensis Pontificis despicitur, à summa majestate, per majoris luminaris honoratur famulatum. Omnium itaque capax erat meritorum, qui judicem cunctarum meruit habere virtutum.

* oblationem factura.

* oblationem.

CAPUT XIV.

Mors S. Kunegundis.

A QUindecim in sancto proposito supervixit annos, tam humilitatis gratia, quàm religionis reverentia omnibus admiranda. Tandem, pro nimia ciborum abstinentia, orationis & vigiliarum incredibili perseverantia, cœpit corpore languescere: & ingravescente morbo, paulatim deficere. Sed dum membra dolore contraherentur exteriùs, spiritu tamen (nam laus Dei semper in ore ejus fuit) confortabatur interiùs. Vocabat sanctos Angelos, quorum hic vitâ, illic jam consortio fruitur: Apostolos & Confessores, quorum fidem & confessionem semper tenuit, interpellabat: Virginum Christi in suo exitu invitabat chorum, quarum æmulatione in carne dum præter carnem viveret, immaculatum Christo conservaverat torum: omnium Deo famulantium sibi adesse, sibi occurrere orabat auxilium.

B Verè quod est scriptum; *timentibus Deum, omnia cooperantur in bonum*, in obitu tantæ Virginis vidimus comprobatum. Necdum spiritum exhalaverat, necdum Christo debitam reddiderat animam; *Et jam fama volans tanti prænuncia luctus*, non tantùm sacratas Virgines, aut diversi Ordinis viros, verùm etiam totius urbis populos ad exequias unius congregabat. Sonabant Psalmi, & totam domum, ubi sanctum corpusculum in medio super illo suo nobili cilicio compositum jacebat, in sublime resonans letania pro exeunte anima quatiebatur. Interim, ex more, regales, tanquam

Rom. 8.

C Imperatrici, non ùt paupereulæ debentur sorori, parantur exequiæ, aurea feretro obtendenda proferuntur velamina. Tum illa pallentes vultus, quos antè, ut, sponso venienti, lætos videres ad hos retorquere, manu abnuere: *Amictus iste, ait, non est meus: auferte hinc: ornatus hic alienus est. His, terreno sponso; istis, cœlesti copulata sum; nuda de utero matris meæ egressa, nuda regrediar illuc: his vilem miseræ carnis materiam involvite, & corpusculum meum juxta tumulum fratris mei, ad Domini HEINRICI Imperatoris, quem me jam vocantem video, in proprio * locello reponite.*

Apogr. Bamberg. * *lectulo.*

D His dictis, in manus Domini spiritum suum commendans, ad suum anima revolavit auctorem, & in antiquam possessionem diu peregrinata conscendit: terris, matrem communem se amisisse, flentibus; cœlis autem concivem in suum consortium se suscepisse gaudentibus.

moritur S. Kunegundis.

CAPUT XV.

Funus S. Kunegundis. Deportatio Bambergam, & sepultura.

ITa demum facto illo corpore feretro superposito, longo nobilium ordine præeunte, multis hinc inde confluentibus, cum illo sibi semper familiarissimo pauperum contubernio, ad locum Babenberc sepulturæ suæ prædestinatum, felices exequiæ usque delatæ sunt. Tum verò relictas urbes, vacua rura, desolatas civitates, undique concurrere populos videres, matres parvulos suos in brachiis gestantes, infirmos in grabatis jacentes sanitatis gratiam sperare, felicem se credere, si cui aut feretro jungi, vel ab ipso contigisset obumbrari. E

Accursus ad funus S. Kunegundis.

Tandem in Ecclesiam beati Petri Apostoli corpus non sine labore deportatum, triduanas ibi meritis suis, ac beneficiis condignas habuit exequias; filii, quos ipsa illic in Christo * adunaverat, de matris pace jam securi, pro se autem soliciti, incessanter psallebant, dum eam sibi ad horam subtractam sine timore amissionis in spe perpetuæ intercessionis recepisse plaudebant: mater de cœlo filiorum prospectans affectum gaudebat. Ita velatum sacrum corpus, sacris vestibus, diademate Christi capiti superposito suo loculo in dextro latere, sicut hactenus veneratur, repositum est. Transiit autem anno Dominicæ Incarnationis Millesimo * tertio, Indictione III. V. Nonas Martii, regnante in æternum, qui est corona Virginum, Christo Domino nostro. O felix Babenbergensis Ecclesia, recepisti thesaurum, quem amiseras. Procax & malefica lingua detractorum oculorum testimonio confutata est, dum virginitas ejus * rebus approbata sanctitas clarescentibus signis videtur testificata. F G

Apogr. Bamberg. * *congregaverat.*

* vitiosè. Emenda MXL. Indict. VIII. Ita etiam Baron. Trith. in Chron. Hirsaug. mortuam scribit 1037. * Sed hoc non potest cum hac, & aliorum historia consistere.

CAPUT XVI.

Præfatiuncula in miracula S. Kunegundis.

CHristianæ religioni proficiens Ecclesia fidelis, quæ in Evangelio, voce Domini testante, Dei mater & filia per gratiam nominatur; mater, quia sanctæ operationis exemplo filios Domino generat: filia, quia Virginis filio, pro salute mundi incarnato, eruditione sanctorum Patrum quotidie generatur: salutem missam à Domino, cœlestis archiatri effectibus medicinæ plenam, tam mentis, quàm corporis auribus animadvertat: Mundanæ machinæ conditor humano generi per inobedientiam lapso condolens, ut æternæ vitæ fructus facientem novam plantationem, scilicet primitivam Ecclesiam insereret; Patriarchas & Prophetas in mundum mittere dignatus est. H

Qui

A Qui creditum sibi officium, quinque corporis sensibus, sextóque, qui est spiritus Propbetiæ, mysterium incarnationis Christi, & omnia, quæ de ipso annuncianda erant, prædicantes, alii asperitate vitæ, alii diversis pœnarum motobus, ipsi, quem propberabant, famulatum suum fideliter impleverunt. Horum limes Christus, æterni Patris consilio pro liberandis hominibus de intemeratæ Virginis utero processit, ut jam inchoatæ plantationi, missis per orbem Apostolis, atque de suo corpore fuso cruore fabricatam, novellam superædificaret Ecclesiam; quæ S. Trinitatis fide imbuta, & mundata baptismi gratia, Martyres, Confessores, & infirmi sexus Virgines, animo tamen constantes, primitias obtulit.

B Inter quas B. CHUNEGUNDIS, flos Bambergensis Ecclesiæ, cum S. HENRICO, qui Romanorum Imperium tenuit, sub conjugii specie, immortali sponso castæ virginitatis bonore deservit. Unde jam ejus sanctitatis merita per orbem manifesta declaratione apparent; quia in loco, ubi sanctum ejus corpus quiescit, infirmi, quacunque laborantes ægritudine, sanitatem recipiunt. Ut autem ad omnia testes cautissimi simus, veritatis amatoribus, ætati nostræ succedenobus, de his, quæ scribimus, curiosè indagantibus, scilicet, quo tempore opera curaoonum præfatæ Imperatricis initium habuerint, largiente Domino, prout possumus, volumus explicare.

NOTATIO.

C Est bæc altera bujus bistoriæ pata: cui in apographo Bambergensi ista inscripoio præmittitur. *Incipit de miraculis S. Kunegundis Virginis & Martyris.* Præfaoiuncula deest in Cod. Rebdorffiano: Extat autem in edioone Suriana, & apographo Bambergensi.

CAPUT XVII.

Energumenus ad sepulchrum S. Kunegundis liberatur. Tres contracti, curati.

D ANno Dominicæ incarnationis M. C. LXXXIX. Indictione II. Tiemone teroo decimo Babenbergensis Ecclesiæ Episcopo, quarto Pontificatus sui anno; ad Vincula S. Petri, ne de sanctitate præmemoratæ Virginis ambigeremus, signorum experientia certificati sumus. Nam dum, solito more, populus ad prædictum locum orationum & vigiliarum causa convenisser, affuit quidam dæmoniacus de villa, quæ dicitur * Diertut; qui nec pietatem agnoscens, nec scelus abhorrens, filium suum igne cremaverat. Hic duris funibus adstrictus, ad sepulchrum sanctæ CHUNEGUNDIS ita mansuescere cœpit, ut furiali morbo absolutus, Deum omnipotentem laudaret, eique, cujus patrocinanobus meritis hæc sibi accidisse cognovit, cum caterva, quæ præsens adstiterat, debitas acclamat laudes. E

* Beirrut.

Igitur dum hæc tam cleri, (a) quàm populi solenni devotione agerentur, tres contracti, unus in suburbio de hospitali S. Ægidii, qui magis reptando, quàm * scabellis volvebatur: alter de domo Chunradi Majoris Ecclesiæ Præpositi: teroius item de domo Ottonis in eadem Ecclesia Canonici, super sepulchrum beatæ Virginis positi, ab unius dolore passionis una erecti sunt manu divinæ curationis.

Tres contracti fanantur. Vide M. S. Bamberg. qui hæc distinctiùs.

* Per scabella, intellige cruculas manuum, quibus contracti uti solent.

NOTATIO.

Igitur dum hæc Cleri (a) In Apographo Bambergensi fusiùs & distinctiùs hæc percensentur. *Igitur, dum hæc cum solennitate Cleri & populi devotione agerentur; quidam contractus in suburbio de hospitali S. Ægidii adductus, sanitatem postulabat, & misericorditer exauditus, quod postulavit, obtinuit. Dum signorum fama totum Babebergensem locum respersisset, contractus de domo Conradi Præpositi majoris Ecclesiæ, sanitatem affectans: & quamvis natura in membris ejus aberrâsset; tamen, prout potuit, velociùs reptans, venerabili sepulchro se ingessit; ubi à Domino salutem optatam invenit. Audiens hoc etiam contractus de domo Othonis in eâdem Ecclesia Canonici, venit quantociùs ad locum sepulchri, sperans sibi ex beneficio gratia, sicut cæteris, subveniri; ubi sine mora subventum esse in Christo testamur. Iterum ut in prædicta virgine virtus mira sanctitatis elucesceret; alius qui simili morbo membrorum naturali sensu perdito gressu carebat, adjutoria curationis expetens: celerem sanitatis effectum sentiebat.* F

CAPUT XVIII.

Variæ ægrorum curationes.

MUlier paralytica, (a) & altera sanctimonialis fæmina uno pede claudicans; & claudus de castro, quod dicitur Giet, post momentaneam orationem vix completam, in ipsa nocte curati sunt. G

Puer, cui tanta membrorum mollities inerat, ut pœnè ossibus carere putaretur: alter de Licendorf macie deformi consumptus, gressum & loquendi officium, quibus omninò caruêre, receperunt.

Puella * sciatica de Gisenvelt, necdum tumbæ ingesta sacræ, propter turbam: Puer ex contractione nervorum carens officio pedum: Puella de Nuornberc planta pedes sursum recurva, geniculo contracto: Item, de eodem pago puella manum aridam habens, inter Orationes, & Vigilias curati sunt.

* Ischiatica.

NOTATIO.

Mulier Paralytica (a) Apographum Bamberg. *Mox omni populo laudes Dei personante,* H

qua-

A *quadam paralytica mulier, incolis prædicti loci haud incognita; vim superni medicaminis postulans cum lacrymis optatum invenit auxilium. Audiens hæc alia femina, uno pede claudicans, quæ sæcularem habitum lugubri veste mutaverat, tarditate debilitatis quamvis impediretur, ingressa est, & spem sanationis, quam ardenti desiderio habebat animo infixam, plenam salutis inveniens, concito cursu ambulabat. Porrò dum hujus bona fama odorem vicinia degustâsset, atque ex diversis locis confluerent, claudus de castro, quod Jech dicitur, post momentaneam orationem vix completam, celerrimè gratiam percepit.*

B *Item in diœcesi nostra nobilis femina, de Castello, quod Wikenfeld nuncupatur, immoderatum dolorem sustinens, quia nullo medicorum remedio curari poterat: se cœlesti medico commendans pristinæ sanitati restituitur. Ut autem curationis magnitudo diffusius Ecclesiis innotescat, quasdam ejus infirmitates, ex quibus omni physica ratione desperata fuit, pro ingenio nostro exponere satagimus; à principali corporis parte incipientes. Quia Cephaleam, id est, dolorem capitis tam vehementer patiebatur, ut pro abjecto peplo, nec subtilissimum filum, nec ipsam cæsariem sustinere posset. Igitur, quia tantus dolor caput ipsius sæpissimè tentavit: omnes regiones capitis, videlicet, os, labium, oculi, cilium & lingua subversa sunt, ut unaquæque illarum stationem suam à natura locatam contra ipsam naturam permutârit. Talis quoque singultus eam constrinxit, ut putaretur mortis esse præsagium. Sospitatis inimica paralysis dextrum brachium ejus tam debile reddiderat, quod penitus naturali officio carebat" ....*

C *De reliquis infirmitatibus ejus supersedemus, ne minor de dictis fides habeatur. Sed hoc minimè silentio transeundum est, quod prædicta femina sine gratiarum actione tertia die post susceptam curam ad domum suam redire disponens; recidente in brachium ejus paralysi, donec Deo ac Kunigundi pro beneficiis omnium curarum gratias rependeret, diutiùs per invisibilem febris catenam remanere cogebatur: accidit autem tale miraculum, quod brachio ejus incomparabiliter vexato, & tumba superposito, nisi S. Henrici adhibito capite, nulla requies concessa fuit, nec retrahendi manum fuerat sibi concessa facultas, donec accersito, & votis ejus annuente fratre, ipsius potentissimus omnium Dominus, votivis precibus placatus cum integra sanitate liberum ei permisit discessum.*

D Ibid. miracula duo de duobus pueris curatis, distinguuntur hisce; *Adfuerunt etiam duo pueri ibi, quorum uni tanta membrorum mollities inerat, ut fere ossibus carere putaretur: qui subitò consolidatus ambulavit.*

Alteri verò de Lycendorf tam mira macies corpusculum consumpserat, ut gressu & loquendi usu à nativitate usque ad ætatem, quæ plantaria dentium dicitur, omninò careret: hic benè utrimque sanitatem recipiens, gressum recepit & loquebatur.

Ibid. *Puella sciatica de Gisfeld dum pro gratia curationis ad visitandum S. Virginis sepulchrum suspirans anhelaret, nec tamen se præ turba ingerere potuisset, subitò cœlestis gratiæ medicinam recepit.* E *In civitate nostra debilis puer filius cujusdam vinitoris ex contractione nervorum carens officio pedum, etiam sanus ibidem efficitur. De Se . . . . quædam mulier ex infirmitate diutina inclinata meritis beatæ Imperatricis erigitur. Quædam puella de Burgo, qui dicitur Nurenberg, planta pedis sursum recurva, & geniculi contracti, sanationem obtinuit. Alia quoque puella de eodem Burgo habens aridam manum, ad sepulchrum S. Cunigundis orationibus & vigiliis insistens, nervorum, articulorúmque flexibilitate divinitus indulta; ùt à pluribus curatis didicerat, tonsam cæsariem in testimonium sanationis legavit. In Haldenstat puella visu carens, bis illuminata est: & alia quædam gressum recepit.*

CAPUT XIX.

Suspensi S. Kunegundis ope servati.

F QUidam pro equo furtim sublato apud Werram fluvium, in vico, qui dicitur, Wagsegen, suspendio addictus est. Qui in tormento positus, voce, qua poterat, * B. Virginis aures appellavit: *Kunegundis. cujus etiam festinatam opem sibi adesse præsensit. Divina enim virtute, ubi populus abscesserat, vincula manuum dissoluta sunt, & ipse laqueum sibi deponens, in civitatem reversus, cunctis ereptionem sui, dans gloriam Deo, & suæ salvatrici exposuit. Quorum fideli testimonio ad nos usque delatus, ad censum quinque denariorum à suis parentibus, ùt pridem, dum damnaretur, pro ipso devoverant, inscriptus est.

G Apud nos quoque non huic dissimile de servulo quodam, dum illaqueatus ab omnibus mortuus putaretur, signum apparuit. Nam post ejectam urinam, quod signum mortis in talibus tormentis est, cunctis adstantibus insperatæ saluti, ac vitæ restitutus est.

Tali modo apud Rottenburc, Imperiale castrum, duo absoluti multorum attestatione usque ad nos pervenerunt.

CAPUT XX.

Infans sine baptismo mortuus, reviviscit ad sepulchrum S. Kunegundis.

H MIra, (at non Deo impossibile) & forsan nostræ ætati incredibilia dicturus sum, sed tota Babenbergensium civitas hujus facti expers non fuit.

Mulier de proxima villa Elrin vagientem suum, infra quadraginta dies sine baptismo defun-

A defunctum, supra tumbam beatæ Virginis non sine spe resurrectionis posuit. Testor eum, qui est primogenitus mortuorum, qui mortuos suscitat, ubi miserabilis omnibus mater exstincti sanctæ Virginis nomen CHUNEGUNDIS ingeminando mulros fletus effudit; quem exanimem posuerat, de sepulchro vivum levavit. Quis se à lacrymis, quis à laudibus contineret? Una vox omnium, ut frequens turba Sabbatho confluxerat; *Qualis est hæc? quàm sancta? quàm Deo chara? quæ claudos currere, cæcos videre, mutos loqui, exstincta quoque membra reviviscere facit. Beatus venter, qui hanc portavit: benedicta à Domino ubera, quæ hanc lactaverunt; de benedictione jam sæculo pereunti tanta gratiarum munera effluxerunt.*

Infans mortuus resuscitatur.

CAPUT XXI.

Puer mortuus resuscitatur.

B ALiud non huic dissimile signum, alio verò eventu in trienni puero, in vico Grunberc celebratum est: qui à mane usque ad vesperam in limoso lacu suffocatus jacuit, ubi à mulieribus sub lini fasciculis repertus, & sublevatus, multò ejulantium comitatu, domum usque delatus est. Illic per noctem lugubres parentibus exequias celebrantibus, ubi manè sacerdos debitum humanitatis complere astitit, populus qui aderat, qui jam multa de signis Beatæ CHUNEGUNDIS viderat, & audierat, præsentiam illius sibi adesse in multa spe
C exauditionis rogitabat. Mirum in modum puer annularem digitum movere cœpit, & stupentibus omnibus, post spatium unius horæ, sanus surrexit. Hujus facti primùm ipse sacerdos sub stola; deinde, milites octo sub sacramento ipso, puero in medium locato, cum omni frequentia suæ plebis, testes ad nos venerunt.

CAPUT XXII.

Puella submersa revocatur ad vitam.

D PUella septennis in parochia Liuberstat dum ad fontem incautè hauriret, infelici casu submersa est. Quam, cùm ad sua à * Crucibus homines fuissent reversi, (nam dies Rogationum instabant) de fonte extinctam levantes, post votum ad memoriam beatæ CHUNEGUNDIS factum, quam dudum lamentabantur mortuam, non sine laudibus divinis viventem admirabantur. In hac trium resuscitatione mortuorum, cùm & alia duo corpora ad invocationem sanctæ Imperatricis ejusdem, vitæ reddita verissima testium approbatione, ac ipsorum puerorum præsentatione cognoverimus, quis, nisi sancta Trinitas operata videtur, quæ secundùm signa, quæ ipsa facit, hæc & his majora facere postmodum, suis promisit.

* Catholicus usus Crucis, & supplicationis in diebus Rogationum.

CAPUT XXIII. E

De muto.

ILlud quoque clarissimum clarissimis regni primoribus coram adstantibus celebre super muto factum sub oculis omnium, memoriæ hominum tradere non indignum duximus. Nam rem gestam ita per famulam suam Christus clarè operari voluit, quod penè nullum latere potuit. Philippus Rex propter sui confirmationem, interim verò, quod magis favorem sibi præstare credebat, propter translationem beatæ Virginis, * indixerat: mutus quidam servulus in comitam probabilium virorum de Pogen, convenerat: quorum vasa, quia & ipsi pœnitentes erant, portabat. Regina F ad Ecclesiam processura, cùm de more solenniter à Clero suscipitur, confusus interim populorum clamor exoritur; non frustra morituro denique homini, sed laudes cum Christo suo jam viventi conclamantium. Testor Christum & ejus Apostolos, iste, qui priùs nullam, utpote mutus, linguam noverat, singulis ad interrogata, propriâ linguâ disertus respondebat.

* fort leg. comitia indixerat.

Muto lingua solvitur.

CAPUT XXIV.

De puero à lupo rapto.

G QUid referam de bruto animali, cujus innata sibi rapacitatis ingluvies, dum prædam rapuit, quasi nomen CHUNEGUNDIS contra se invocatum sensisset, à suo furore quievit. Nam Lupus dum circa caulas ovium vespertinus naturæ suæ ingenio versatur, parvulum ante fores incautè relictum, lustris suis intulit. Aliorum autem, qui territi fuerant per lupum, mater pueri clamore excitata, omnes cives suos, manibus complosis pectora tundens, multis ejulatibus in dolorem commovit. Omnibus bestiam insequi, quia nox instabat, incassum judicantibus, mater ad Ecclesiam confugiens, signis, velut mortuo, tertiò compulsatis, pro conservatione filii aur :s Virginis illic pernox appellare non desinebat.

Invocatione B. Kunegundis eripitur puerulus ex faucibus lupi.

Manè facto nutricius ille sylvæ erumpens, parvulum, quem rapuerat, illæsum reportat, & in sulco, ubi boves pridie araverant, in pellicula sua diligenter involutum H collocat, ipse propter sedens custodias observat. Ubi verò ruricolas & vomeres jam appropinquare sibi videt, quasi de parvuli quiete securus, mansuetus discedit. Quem illi, ùt mos est, clamore persequentes, servus, qui boves stimulabat, pelles aspiciens, ecce, ait, tegumenta pueri, quem lupus rapuit. Accurrens, dormientem parvulum intactum, vultu splendidum reperiunt, & non sine multa admiratione hæc considerantes, civibus & matri nunciant. Illa advolans, & præ gaudio in lacrymas pror-

A prorumpens, ubi, & quo modo fuisset, inquirit. Ille, juxta ætatem simpliciter; *Canis, ait, ille, qui me asportavit, blandè me perlingens in sinu suo compositum, tota nocte dormire fecit.*

CAPUT XXV.

De servulo.

B ISta, quæ modò succinctè miracula diximus, & alia plura, quæ vitio prolixitatis transimus, ne more hirudinis lectorem, quem hucusque studiosum tenuimus, effluendo fastidiosum occidamus, signum in servulo quasi annorum sedecim divina operatione factum. * Qui cæteris membris secundùm ordinem naturæ benè dispositis, in principali, quod est caput, tanta passione agitabatur, ut sine intermissione parieti, si proximus esset, alliderctur, pectus mento tunderet, scapulas tempore verberaret, nunquam in eodem statu, vel verba fundens, cibum aut potum vix aliquando sumens, permaneret. Si quando illi dormire contigisset, solo collapsus, modò caput terra, modò * cœlum pulsare videres: & quod miserabile dictu, dum ab omnibus, propterea quòd horribilis visu foret, fugeretur, à singulis videri optabatur.

*exponamus, aut simile quid deesse videtur.

* aërem.

C Iste antè fama, quàm aspectu notus, dum ad nos pervenisset, stipem inter domos accipiens, aliquamdiu sustentatus est. Hunc * archisynagogus videns, si vestra CHUNEGUNDIS, ad Christianos ait, istum curaverit, me Christo ac fidei vestræ applicare poterit. Sed, quod dicit Apostolus: *Judæi signa * quærunt;* in hoc Judæo ostensum est. Nam patiens tertia Dominicæ Resurrectionis feria, dum super sepulchro salutiferæ Virginis salubri premeretur sopore, manu invisibili quadam tactus, inde sanatus, cum summa omnium admiratione, ac laude abscessit. Judæus verò infelix à perfidia sua æternos passurus ignes non recessit.

* Judæus.

1. Cor. 1.

* petunt;

CAPUT XXVI.

De terra in thus, & in grana mutata.

D ILlud autem in ultimo, quod tamen signorum illius non ultimum fuit, subnectam. Quoniam terra circa sepulcrum ejus à fidelibus collecta, in speciem lucidissimi thuris, aut etiam mundissimi grani fuit frequenter redacta. Super hoc Innocentius Papa in Sermone ad populum in Lateranensi Palatio habito, vitæ illius merita, & miraculorum insignia commemorando, subintulit; *Rectè, fratres charissimi, pulvis ille, quo gleba hujus sanctissimæ Virginis debito humanitatis sepulta tegitur, in thus atque granum redigitur, quæ se sub sexu fragili, dum viveret, à licitis continens, ab illicitis abstinens, illibatum Domino holocaustum obtulit, & dives Christo, pauper sibi, pauperes Christi sub diversi ordinis atque sexus professione quotidie pascit. Meritò ergo in catalogo Sanctorum erit adscribenda, quæ vitam Sanctorum semper studuit imitari. Collectam itaque à nobis conscriptam cum officio totius missæ huic nostro sermoni apposuimus, & Apostolica auctoritate omnibus Ecclesiis in honore tantæ Virginis decantari dereximus.*

Est Innocentius III.

Insigne testimonium Pontificis de sanctitate & miraculis S. Kunegundis. Compilat. Chronologica.

E

Hic Papa (Innocent. III.) canonizavit S. Henrici sponsam, scilicet Cunigundam virginem. Sifridus Presbyter Misnensis, lib. 2. Anno M.CCI. Sancta Cunegundis Imperatrix & virgo Canonizata est ab isto Papa Innocentio III. Cujus canonizatio bilem movit Aventino, qui lib. 7. ad nodum stomachosè. Ne (Episcopi) res divinas flocci facere videantur, magno religionis supercilio Cunegundam albo superum adscribunt.

CAPUT XXVII.

Epilogus cum precatione ad S. Kunegundem.

HÆc paucissima de virtutibus & signis CHUNEGUNDIS sanctissimæ Virginis prudentissimæ charitati vestræ inter innumerabilia dixisse sufficiat; quæ si quis evolutè perstringeret, priùs ipsa pagina, quàm materia deficeret. O beatam, ô prædicandam, quæ regnum mundi, & omnem ornatum seculi pro cœlesti ornatura despexit, Christum sibi sponsum regio sponso legaliter, non carnaliter copulata delegit; quæ Virginitatem suam inter regales thalamos probando, ut infamiæ malum sibi ab invidis objectum expurgaret, ignes calcavit. Quæ, dum non prolem morituram expectavit, ejus casta generatio, nunquam F passura successionis detrimentum, quando Ecclesia in filiis suis per eleemosynas ipsius divinæ laudis semper accipit incrementum; quam cum Christo suo, quem amavit, in quo credidit, quem dilexit, etiam post mortem vivere, signa crebra loquuntur. Ad memoriam ejusdem cæci visum, extincti vitam, muti loquelam, aures obstructæ recipiunt auditum.

G Quantam igitur illam fuisse credimus, quæ vivens, nullo teste, dum jactantiam vitat, sola exercuit, cùm tanta illam post mortem signa fecisse, sub oculis omnium viderimus. Ad nos ergo signa ista, quæ foris miramur, intus transferamus, vitam nostram & mores corrigamus, ut, si virginis consortium non meremur, post declivia vitiorum sit nobis præmium per Virginem tantum supplicium evasisse peccatorum.

H
Virginis iste docet CHUNEGUNDIS gesta libellus,
Plura tamen dicenda tacet, dum flumine mergi
Cymba timet; moritur, quæ tangit, bestia montem.
Sed, quæ lingua silet, pro virgine signa loquuntur,
Quæ famam laudis ejus tam crebra loquuntur,
Dum cæcis, mutis, claudis optata salutis
Cura venit, dum languor abit, febrisque recedit,
Vita redit, recipitque cutis conspersa colorem.
Hoc potuit, qui cuncta potest, dare Virginitati,
Qui montes transferre valet, dare credulitati.
Nupta viro sub lege viri vult Virgo latere,
Sponsa subarrata, sponso tamen inviolata,
Et Christum sub corde virum sibi legit habere.
Servat Virgo fidem; res claruit igne probata.

A *Discite conjugium calebs, ubi nulla voluptas;*
Qui sine mistura servant legalia jura,
Cuncta nihil pensant, qua mox fuerint ruitura;
Hic in spe fructus mittentes semina luctus
Gaudia longa metent agnúmque sequuntur in albû.

ORATIO.

Precatio Auctoris ad S. Kunegundem.

ORamus te virgo sanctissima, Imperatrix gloriosissima, quæ terras misericordiarum tuarum operibus, cœlos respersisti virtutum floribus, fluctuantibus in mundo tuis assiste, procellas turbinosas adversantium tuis orationibus propelle, cunctos tibi devotos, vitiis propulsis, perpetuò tuis fac gaudere beneficiis & meritis, & omnes scribentes, sive fidelium legentes hujus textum lectionis fructu non priventur suæ partæ devotionis, Amen.

B Quæ sequuntur, desunt in Codice Rebdorffensi; sicut & illa, quæ à capite 19. usque ad finem ex Cod. Rebdorffensi referuntur, non comparent in Apographo Bambergensi: ex cujus fide hæc adscripsimus. Surius vix unum aut alterum miraculum commemorat.

Mutus de Stetefeld: mutus de Liechtenfels, & muta de Meingovve, loquelam *receperunt.*

Filia Villici in Vorcheim gressum recepit, & manibus paralytica debilitate arefactis, aliquanto resumpto vigore, cibaria ori applicabat.

C *Alia puella de eodem oppido curvitate minùs inclinata, divini muneris particeps, ut humanam naturam sequeretur sursum aspiciens, sine mora erecta est.*

*subjicere, fortè legend.

*Hoc etiam opera precium, ac * licere dignum duximus: quòd pulvis, qui ob vim curationis de sepulchro sanctissima Imperatricis manibus evellitur; cum receptione sanitatis, in purum frumentum convertitur. Equidem, ne hoc contra rerum naturam incredibile putaremus, certa manifestationis indicio rei veritatem comperimus. Enim verò quidam rusticus . . . . vulnus ore patiens; tali pulvere pro unguento utebatur; & adeptâ sanitate, pulverem in frumenti speciem transmutatum, sub testimonio probabilium virorum ad Ecclesiam reportavit. Et, ut iterum inde evidentiùs certè fieremus: quidam vir de Beiersdorf, & plures alii de Nurenberg, idem sibi accidisse affirmantes cum juramento mutatam terra naturam in veram speciem frumenti ostendentes,* D *ad prænominatum locum detulerunt.*

Tale mirum adhuc non credentibus, ut dubiùm *amputaretur; mulier caliginosis oculis caecutiens, spe sanationis, pulvere madidato utebatur: quem etiam versum in frumenti naturam, & parvum madorem, quem addiderat, cum augmento invenit: unde nimis anxia, quid faceret; ad ultimum deliberavit, ut in venalibus rebus lucrativam gratiam haberet: quæ divinitus quod factum fuerat, tam diu celavit, donec febrium molestiis occupata, inde sibi dolorem provenisse conjiceret. Porrò cùm populus ad adorandum in Ecclesia convenisset, mulier inito consilio, memorabile signum, quod acciderat, ostendit; & quia diu celatum habuerat, indulgentiam peccatorum cum lacrymarum effusione quæsivit.* E

Quadam Dominicâ, dum solennia Missa agerentur, arida manus cujusdam pueri, vigori restituitur.

In Assumptione S. MARIÆ, tria signa in quodam puero de Gundolesheim, filio cujusdam molendinarii, perpetrata sunt; ut mutus loqueretur, auribus ejus auditus infunderetur: incessu pedum uteretur.

At hoc dictum mirabile negligendum non est; quòd in loco nostro Babeberg uxor molendinarii à maligno *spiritu vexata, prædicta Virginis ad tumbam ducebatur; & continuò dæmon egressus filiastram illius intravit, iterúmque ad ipsam rediit.*

Non est prætereundum, quòd quadam femina iliaca passione laborans, sanitatem se percepisse fatebatur. F *Dum hac latiùs divulgata fuissent; venit claudus quidam de villa, qua dicitur Wertheim; hic Dei misericordia, & favente S. Cunigunda, cupitam sanitatem recuperabat, & ancilla pedis debilitate baculo innixa desideratam opem invenit.*

De Veldin caca mulier illuminationis gratiam experiri digna inventa est.

Quidam claudus de Castil in Bajaria claustro monachorum, dum ei miraculorum fama innotuisset, venire proposuit; propositum perfecit, valetudinem recepit; sed quia incognitus fuit, & sufficiens testimonium, quoniam antè visus non erat, habere non potuit, inter curatos non recipiebatur; sed plagis affectus, quasi deceptor abibat confusus. Postquam autem ad prædictum claustrum rediit, omnia, qua sibi evenerant, memoravit: unde multos levioris animi in risum convertit; multos etiam infirmos præmunivit, quòd nulli eorum sine testibus ad Bambergensem locum, gratia curationis audendo venirent.

Paralytica de Gisenvvinde, votis humilibus Domino supplicans, &, ùt credere fas est, apud Deum, & sanctam Cunegundam, pracedentibus meritis, cedente infirmitate, facta est incolumis. G

Muta de Sachsendorf non lingua, sed corde loquendo, postulabat auxilium, ut sibi reserata lingua id in ipsa, quod natura in aliis operaretur, & statim cupitum donum impetravit.

De Stadelhofen quidam officio lingua privatus, videns in aliis salutis effectum, intentiùs corde orabat, ut & ipse in numero curatorum esse mereretur: quod eum oràsse dubium non est, quoniam exaudìtus est. Quoniam autem in gratiarum actione obmutuit, iterum loquendi gratiam amisit: mox parentes ejus & convicinei stupefacti, mutum reducunt; & dum essent in itinere, apertum est os ejus, & loquebatur.

De Mi . . . . puer contractus, & femina de H *Holfeld eâdem molestiâ turbata, dum ad curandum offeruntur, necessitatibus amborum à Domino S. Cunigunda subvenit.*

Mulier

A Mulier cæca de Ratelsdorf, & alia quædam de .... dolentes pro luminis defectu, prostratæ in orationibus sanctissimæ Imperatricis patrocinio illuminabantur.

Quidam mutus de Limpurch, dum in orationibus pernoctâsset, factóque manè, domum redire disponeret, divina præditus gratia, & factus infirmitatis alienus, rectè loquebatur.

De Bodenstein mulier insu...... caput agitans populi devotione pro ea supplicante, ab utriusque mali penitus incommodo liberatur.

Beata Cunigundis plures suæ sanctitatis testes habere volens, mutam puellam de Abenberg cum misericordia respiciens, soluto linguæ vinculo, loquendi officio restituit.

B De Neunkirchen clauda puella propitiationis auctricem largis fletibus aggrediens, ut sui misereri dignaretur, intimè flagitabat: & aperto sibi benignitatis ostio, preces, quas effuderat, non in vanum effudisse sentiebat: quia infirmitatis notam pristinam amittens, firmato gressu, vestigia figere cepit.

Ancilla quædam de Vochendorf, ex inflatione manuum dolens, flens in oratione procubuit, & factum est, ut tumor decresceret, atque in singulos articulos sanitas citissimè rediret.

C Servulus quidam de Eisch officio linguæ privatus non tardam opem inveniens, loquela usus est: unde etiam quos in præsenti opere intitulavimus, eum socios habere volumus.

De Wirzeburgensi loco quædam conversa debilitate manus molestata, resumpto vigore, læta efficitur, & hæc videntibus jucunditas augetur.

Quidam puer auditu carens, cum sanitatis celeri effecta curatus non per signa, sive per magnum clamorem eloquentibus, imò ad tenuem responsum dedit.

Alii duo pueri etiam in aliis infirmitatibus per virginem prænominatam curati sunt.

Tam memorandæ rei signum, dum sicut sol cælum pervolitat orbem implens, ubique, inter innumerabiles variis infirmitatibus oppressos claudus pia auxiliatricis interventu cælesti medicina erigitur.

D Quo audito, cæcus illuminari exoptans inter mille hominum catervas affluentes advenit, & S. Virginis patrocinio, in quo confidebat, amissa cæcitate, lumen recipere dignus fuit. Siquidem hujus rei experientiam puella, quæ unicam manum habebat, sentire volens, pronis affectibus se humiliabat, & cooperantibus votis populorum largiter adjuta, mirabilem sanctitatis efficaciam indulta sanitate sentiebat.

Item claudus venerabile sepulchrum gloriosæ Imperatricis diligentiùs amplexans, & lachrymis irrigans; S. Cunigundis auxilio sanitatem recuperavit.

Itidem paralyticus consumptum naturæ vigorem recipere gestiens, & vocem attollens, medullitùs precabatur, ut sanati, quo utebantur gaudio, & ipse uti mereretur, & continuò exauditus, incolumis effectus est.

Hæc Apographum Bambergense; Et E quamvis narratio horum mirabilium simplici ac rudi stylo contexta sit, & præterea ex codice antiquo admodum depravatè exscripta ad me pervenerit; non tamen ideo omitti debuit. Quia in Sanctorum vitis legendis lector bue potissimùm omnem suam curam & operam conferre debet, ut fiat bonus animo; quod etiam absque booo stylo obtinere potest.

PARALIPOMENA AD VITAM S. HENRICI ET S. KUNEGUNDIS. F

In Annalibus Bambergensibus manuscriptis reperi hanc Bullam Inoocentii Tertii Pootificis Maximi de Canooizatione S. KUNEGUNDIS.

INnocentius Episcopus servus servorum DEI, G
Venerabili Fratri * Theumoni Episcopo, & dilectis filiis Capitulo Babenbergensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

* Thimo Episcopus Bamb. qui Othoni Largo successit.

Cùm secundùm Evangelicam veritatem nemo accendat lucernam, & ponat illam sub modio, sed super candelabrum; ut omnes, qui in domo sunt, videant: pium pariter est & justum, ut, quos Deus merito sanctitatis coronat & honorat in cælis; nos, venerationis officio laudemus & glorificemus in terris: Cum ipse potiùs laudetur & glorificetur in illis, qui est laudabilis, & gloriosus in Sanctis. Pietas enim promissionem habet vitæ, quæ nunc est, & futuræ, dicente Domino per Prophetam; Dabo vos cunctis populis in laudem, gloriam & honorem: Et per se pollicente; Fulgebunt justi sicut sol in regno Patris eorum. Nam, ut suæ virtutis potentiam mirabiliter manifestet, & nostræ salutis causam misericorditer operetur, fideles suos, quos semper coronat in cælo, frequenter etiam honorat in mundo, ad eorum memorias signa faciens & prodigia, per quæ pravitas confundatur hæretica, & fides Catholica confirmetur. Nos ergò, charissimi, quantas possumus, etsi non quantas debemus, omnipotenti DEO gratiarum referimus actiones, qui in diebus nostris ad confirmationem Catholicæ fidei, & confusionem hæreticæ pravitatis evidenter innovat signa & miracula potenter immutat faciens eos coruscare miraculis, qui fidem Catholicam tam corde, quàm ore, nec non & opere tenuerint.

Matth. 5.

1. Tim. 4.

Matth. 13.

Inter quos beatæ memoriæ KUNEGUNDIS H Romanorum Imperatrix Augusta, quæ degens olim in mundo, magnis meritis præpollebat; nunc, vivens in cælo, multis coruscat miraculis, ut ejus

A *ejus sanctitas certis indiciis comprobetur. Licèt enim ad hoc, ut aliquis Sanctus sit apud Deum in Ecclesia triumphante, sola sufficiat finalis perseverantia, testante Veritate, quæ dicit; quo-*
Matth. 10. *niam*, Qui perseveraverit usque in finem,
Apoc. 2. hic salvus erie: *Et iterum;* Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ: *ad hoc tamen, ut ipse Sanctus apud homines habeatur in Ecclesia militante, duo sunt necessaria;* virtus morum, & virtus signorum, *videlicet*, merita & miracula, *ut & hæc, & illa sibi invicem contestentur. Non enim aut merita sine miraculis, aut miracula sine meritis plenè proficiunt ad perhibendum inter homines testimonium sanctitati: cùm interdum angelus satanæ transfiguret se in angelum lucis: & quidam opera sua faciant, ut ab hominibus videantur.*
B *Sed & magi Pharaonis olim signa fecerunt; Et*
Exod. 7. *Antichristus tandem prodigia operabitur, ut, si*
Matth. 24. *fieri posset, in errores etiam inducantur electi. Verùm, cùm & merita sana procedunt; & clara succedunt miracula, certum præbent indicium sanctitatis; ut nos ad ipsius venerationem inducant, quem Deus & meritis præcedentibus, & miraculis subsequentibus exhibet venerandum. Quæ duo ex verbis Evangelistæ pleniùs colliguntur, qui de Apostolis loquens ajebat;* Illi autem profecti prædicaveruot ubique, Domino
Marc. 16. cooperaote, & sermooem confirmante sequentibus signis.

C *Sanè cùm ad audientiam bonæ memoriæ, Cælestini Papæ, prædecessoris mei, merita & miracula præfatæ imperatricis, vobis referentibus, pervenissent; ut ipse de illis notitiam conciperet certiorem; inquisitionem eorum venerabilibus fratribus nostris Augustensi & Eistetensi, & bonæ memoriæ Wirzburgensi Episcopis, & dilectis filiis Eboracensi, Lancheimensi, & Hailsbrunensi Abbatibus per Apostolica scripta commisit; post cujus obitum usque adeò manifestari cœperunt, & multiplicari miracula, ut ex evidentia pariter & frequentia, sanctitas ejus ab omnibus, quasi notoria prædicetur; sicut ex multis testimonialibus literis Episcoporum, Abbatum, Præpositorum & Principum, nec non & aliorum multorum nuper nostro extitit Apostolatui reseratum.*

D *Venientes igitur ad Apostolicam Sedem ex parte vestra dilecti filii N. Abbas Michelveldensis, Gundelus Decanus, Cunradus Custos, Marcus Archidiaconus, Hermannus Subdiaconus majoris Ecclesiæ vestræ, Lupoldus Diaconus S. Stephani, Burchardus Diaconus S. MARIÆ, Heinricus Presbyter S. Michaelis, Heinricus Subdiaconus S. MARIÆ, nobis & fratribus nostris humiliter supplicârunt, ut ex plenitudine pote-*
Matth. 16. *statis, quam JESUS CHRISTUS B. Petro concessit, prænominatam imperatricem Sanctorum Catalogo dignaremur adscribere, decernentes, ejus memoriam inter Sanctos ab Universis fidelibus de cætero celebrandam: cùm hoc sublime judicium, ad eum tantùm pertineat, qui est B. Petri successor & Vicarius JESU CHRISTI.*

E *Nos itaque cognoscentes, quòd hoc re verâ judicium sublimius est inter cætera judicandum, in ipsius examinatione pleniorem volumus adhibere cautelam. Et ideo prænominatos Jurisjurandi religione constrinximus, ut puram nobis super hoc dicerent veritatem. Qui jurati dixerunt, quòd, sicut ex celebri fama & solenni scriptura noverunt, B. KUNEGUNDIS S. HEINRICO Imperatori fuit matrimonialiter copulata, sed ab eo non extitit carnaliter cognita. Unde, cùm Dominus Imperator ageret in extremis; Principibus & parentibus inquit de illa;* Qualem mihi eam assignâstis, talem vobis eam resigno: Virginem eam dedistis, & Virginem reddo. *Suam ergò Virginitatem Domino consecravit, & servavit intactam: ita quòd, cùm aliquando, instigante humani generis inimico, suspicio quædam contra ipsam fuisset exorta; ipsa, ut suam innocentiam demonstraret, super ignitos vomeres nudis plantis incessit & processit illæsa.*

F *Item sanctus Imperator HEINRICUS, & hæc Imperatrix egregia KUNEGUNDIS de propriis facultatibus BABENBERGENSEM fundaverunt Ecclesiam & dotaverunt: quam, cum suis omnibus pertinentiis ex fervore devotionis, quam ad Apostolicam Sedem habebant, B. Petro Apostolorum Principi obtulerunt, annuum ei censum, ad indicium, quòd Juris sit Ecclesiæ Romanæ, solventem. Sed & alia plurima beneficia piis locis, & venerabilibus Ecclesiis contulerunt, Christum sibi facientes hæredem.*

G *Hæc & alia retulêre de meritis; de miraculis asserentes, quòd eis præsentibus & videntibus, ad memoriam hujus Virginis, cæci visum, claudi gressum, muti Verbum, & surdi recuperaverunt auditum, aliisque languoribus impetiti, frequenter & evidenter plenam consecuti sunt sanitatem: Et quod est mirabilis novitatis, & novi miraculi; pulvis de tumulo ejus assumptus, sæpè conversus est in frumentum.*

Nos ergo de meritis & miraculis ejus multis & magnis non solùm testimoniis, sed & testibus certiores effecti; cùm secundùm Prophetam, lau-
daodus sit Deus in saoctis suis; *de Fratrum no-* Psalm. 150.
strorum consilio & Pontificum multorum apud sedem Apostolicam existentium, ipsam Beatam Virginem KUNEGUNDIM *Catalogo Sanctorum adscripsimus, ejúsque memoriam inter sanctos decrevimus celebrandam.*

H *Quapropter universitatem vestram monemus & hortamur in Domino, per Apostolica scripta mandantes; quatenus, quod nos solenniter & cautè statuimus, vos humiliter, & devotè servetis, ut meritis ejus & precibus apud misericordissimum judicem indulgentiam consequamur.*

Collectam autem & alias orationes in commemoratione ejus dicendas, edidimus, quas in hac pagina duximus subscribendas. Oratio: Omnipoteos & misericors DEUS, qui à gloria tua nullum excipis sexum, nullámque coodicioocm excludis, te suppliciter exoramus; ut, sicut Beatæ KUNEGUNDI Virgioi tuæ

post

A post terreni culmen Imperii cœlestis regni solium contulisti: ita meritis ejus, & precibus, nobis quoque famulis tuis æternæ felicitatis præmia largiaris. Per Dominum. *Secreta;* Sacrificium laudis tuæ tibi, Domine DEUS noster, offerimus, tuam clementiam implorantes, ut, per bujus Sacramenti virtutem, intercedente Beata KUNEGUNDE Virgine tua, nos & à peccatis expedias, & à periculis tuearis. Per Dominum. *Complenda:* Sacramentum redemptionis humanæ, quod in honore Beatæ KUNECUNDIS obtulimus, tibi nos, Domine, reddat acceptos, ut per boc, quod & accepimus ipsi de tuo, & suscepisti de nostro, In tui semper unione vivamus: Qui cum Patre. *Datum Laterani, III. Nonas Aprilis, Pontificatus nostri anno tertio.*

EX IISDEM ANNALIBUS.

DE S. HENRICO.

B EJa germen Saxnnum; culmen Bavarorum; Palatinnrum Rheni bnnor; Decus Germaniæ; Imperii gloria; Ecclesiæ singulare ornamentum; Et totius Orbis stupendum miraculum. Sacratissime Imperator HEINRICE; te diligentes intuere; & fac tuis meritis & precibus, ut tui cultores fieri mereantur virtutum tuarum pro posse, imitatores; quatenus vestigiis tuis inhærentes, gaudeamus bic tuo semper patrocinio; & tandem beatn in cœlestibus tuo consortio, Amen.

DE S. KUNEGUNDE VIRGINE & IMPERATRICE.

C EJa mundi Domina; sed & CHRISTI ancilla; sæculi contemptrix, & religionis cultrix; viro nupta, sed Virgo immaculata; Sanctissima KUNEGUNDIS; te diligentes resove; materné te invocantes exaudi benigné; impetrando nobis peccatorum veniam, mentis & corporis salutem, contemptum terrenorum, cœlestium desiderium, cordis & carnis castitatem, Dei timorem & amorem, finem felicem; & post hanc miserabilem vitam, perpetuæ beatitudinis gloriam, Amen.

EX IISDEM ANNALIBUS.

D EBerhardus Bavariæ Dux Sedis Babenbergensis nonus; vel secundùm aliam computationem, decimus Episcopus, circa annum Domini M. C. XLVI. Hic anno Domini M. C. XLVII. tertio Idus Julii corpus S. HEINRICI Imperatoris transtulit, magna adhibita solennitate; Eberhardo Archiepiscopo Salzburgensi, & Hermanno Episcopo Brixinensi præsentibus, suámque autoritatem in ea re interponentibus. E

In Notis ad Caput XXII. Vitæ S. Henrici F retulimus ex Apograpbo Bambergensi caussam, cur S. Henricus Imp. claudicârit: quæ narratio lacunis non caret: quam ex Annalibus Bambergensibus à Schedelio exscriptis adscribam, ut planiùs intelligatur. *Sunt etiam, qui asserunt, fide dignorum relatione compertum, bis temporibus Henricum stupendo miraculo claudum effectum. Etenim ajunt fuisse Ecclesiam in concavitate Montis Gargani situatam; quæ non ab homine ædificata, neque per hominem dedicata, sed divina potiùs operatione extructa, ùt creditum est, & consecrata fuit, ibi Angelorum concentus, singula quaque hebdomada, ab bis, qui digni babiti sunt, audiebatur. Ad quam cùm orandi gratia Rex sanctus cum suis divertisset, adveniente bora, qua Angelorum exercitus de more properandus erat; vir* G *sanctus meritis suis exigentibus, ut exclusis aliis omnibus solo sibi remanendi daretur facultas. Quo deinde flexis genibus effusisque lacrymis obnixiùs orante, vidit Angelorum copiosam multitudinem Templum sanctum ingredientem. E quibus duo majus altare repentè stipabant, reliqua legione in modum fulguris coruscantis subsequente: E quibus unum uti primas deducebatur: bunc ego Michaëlem Archangelum fuisse crediderim. Vidit deinde Angelorum Dominum in sua majestate venientem, comitante Sanctorum incredibili caterva. Demum inter psallendum textus sacri Evangelii ab uno Angelorum primùm Dominica persona deosculandus datus fuit. Quo facto, innuit Angelo, ut Imperatori quoque retro in angulo latitanti, pacis osculum præberet. Vir autem sanctus ad tam insolitam divinæ majestatis & gloriæ visionem conterritus, suspicere non audebat, Angelus boc videns, femur Henrici leviter* H *tangens, ait; ne timeas electe Dei, velociter surge, atque boc signum pacis divinitus tibi transmissum suscipe. Ex ea autem bora femur sancti Regis, contactu Angeli, ita marcere cæpit, ut post boc nunquam claudicare desierit, tametsi inprimis rectius incedere consueverit. Simile beato Jacobo antiquo tempore accidisse, sacris scripturis traditur. Ajunt præterea hujus miraculi testimonio imaginem sancti Regis ante fores cathedralis Monasterii positam esse lapillo sinistro pedi in signum claudicationis supposito, quod adhuc exeuntibus ad dextram patet.*

VITA

VITA
S. OTTONIS
BABEBERGENSIS
EPISCOPI,
AC
POMERANICÆ GENTIS
APOSTOLI,
QUATUOR LIBRIS
SCRIPTA
AB ANDREA MONASTERII
S. MICHAELIS PROPE
BAMBERGAM ABBATE,
ET
Nunc primùm in lucem prolata
& Notationibus illustrata
STUDIO
JACOBI GRETSERI
SOCIETATIS JESU
THEOLOGI.

DE
S. OTTONE
BAMBERGENSI EPISCOPO,
ET
POMERANIÆ APOSTOLO.

Sicut ſtare loco neſcit ſol aureus uno,
Sed jacit in multas lucida tela plagas;
Et nunc Eois accendit lumina terris,
Nunc Atlantiaco dividit orbe diem:
Sic BAMBERGIACÆ lux auguſtiſſima mitræ
OTTO nequit patrio ſe cohibere ſolo.
Sed procul externas currit peregrinus in oras,
Et mollit flammis barbara corda ſuis.
Ipſa pedo contacta viri Julinica tellus
CHRISTUM docta ferox abjicit ingenium.
Viſtula vicinis applaudit mitior undis,
Atque latus purâ jam magè claudit aquâ.
Baltica fluctiſonas ſubmittunt ſtagna procellas,
Et maria OTTONI cedere ſæva docent.
It Stetinenſis populus laudésque Tonantis
Ingeminat, CHRISTUM tecta virique ſonant.
Impia correctis mutantur fana columnis,
Et paſſim vero ſtant nova templa Deo.
Curritur ad ſanctas ex urbibus undique leges.
Omnia luſtrali flumine pura nitent.
Lætatur PRINCEPS, civilis turba triumphat.
Cum PIETATE omnes accumulantur opes.
Denique ſi noſtræ tandem compendia Muſæ,
Et dignum tanto Præſule vultis opus:
Antè fuit felix Pomerania, facta beata eſt,
Poſtquàm divitias attulit OTTO ſuas.

VENERABILI AC SUPPLICI IN CHRISTO PATRI

JOANNI MACARIO,

SERAPHICI ORDINIS, CONVENTUS BABEBERGENSIS GUARDIANO, PROCLAMATORI VERBI DEI CONSTANTISSIMO,

Frater Andreas, humilis ſervitor Fratrum Cœnobii S. Michaëlis Archangeli, Ordinis S. Benedicti propè Babebergam, ſalutem & charitatem.

PEtitionibus veſtris, Venerande Pater, prout ſcientiæ meæ tenuitas permiſit, parere ſtudui. Petiſtis enim, ut ſanctiſſimi Patris noſtri OTTONIS, Babebergenſis Epiſcopi, vitam præcipuo quidem elegantique * *ſtylo ſcriptam*, utpote Ebbonis noſtri cœnobii monachi, ſicut eam ex ore venerandi, & à Deo dilecti ſacerdotis Udalrici audivit, nec non Sefridi, atque Tiemonis, per modum Dialogi antiquitus editam, ſed in locis quibusdam ita infirmo intellectui obſcuram, ut difficile pateat, quò oratio tendat, & in nonnullis locis à ſeipſis diſcrepantem; hanc ego ſententia apertiori reſerarem.

* Deerant duæ iſtæ voces in C. M. quas tamen ſententiæ & orationis integritas requirit.

Quam nimirum petitionem in primis miratus, cur tot Patribus peritis circumquaque commorantibus hucusque relictis, mihi imperito, & liberalis ſcientiæ admodum ignaro, tam arduum opus injungere vel excogitaveritis, pro nihilo duxi; appoſuíque aliquando animum, volens ſcilicet implere petita, ſi ulla adſtipularetur ſcientia. Cúmque diu *velle mihi adjaceret*, *perficere* autem in me non invenirem, dicebam vobis; quòd vellem, quódque nequirem. Sed veſtra benemerita paternitas uti novit, eadem crebrò repetivit dicens; ſi mihi tantummodò ſolida ineſſet voluntas, à Domino cætera præſtari: Exhortatione hujusmodi ſæpe incitatus, tentavi tandem veſtros implere precatus: confidens in eo quàm maximè, qui dixit: *aperi os tuum, & ego adimplebo illud:* quíque ſicut in paucis ſæpè victoriam præſtans, ſic etiam in imperitis, peritiam tribuens, gratiæ ſuæ potentiam oſtendit.

Pſalm. 80.

Hæc

Hæc autem ideo præmisi, ne quis me forsitan tantum opus ultrò arripuisse per arrogantiam arbitratus, diceret, magnæ præsumptionis esse causam, illa, quæ à quolibet sancto viro utcunque fuerint prolata, ab ullo deinceps quasi emendatore, in aliud transferri. His itaque prælibatis contra detractores universos, quibus nihil est dulcius, quàm alios lacerare, aliis laqueos ponere in via, qua ipsi nolunt incedere: jam deinde lectori pandere cupio; quia id mihi maximè fuit studii in opere isto, ut sententiam eandem verbis apertioribus proferrem, exceptis his, quæ ob suam difficultatem & obscuritatem investigare penitus nequivi. In tantum autem faciliora sequebar, ut, sicut probari potest, alicubi eadem verba ponerem. Quid enim mihi infimo & illiterato nodosa & perplexa oratio? Habeant amatores sapientiæ sæcularis Tullium; ego imperitus & ignobilis, despectus & contemptibilis sequar Christum: qui non Philosophos, sed Piscatores elegit discipulos.

Inter hæc etiam illud notum facio vestræ dilectioni; quia cùm ipsos libros, quos me explanare, & in unum comportare petistis, diligenti indagine revolverem, plurima tam operum, quàm miraculorum insignia non haberi in uno, quæ in alio libro inveni, molitus sum ex illis colligere, & in locis, quæ opportuna videbantur, inserere.

Quatuor Scriptores vitæ S. Ottonis. Sefridus.

Fortassis enim Sefridus vir ille beatus, quid in peregrinis & barbaris nationibus egerit Otto Episcopus sanctus, quia horum sibi conscius magis fuit, & quomodo apud Principem in Curia degerit, vel qua opportunitate in Curiam venerit, & inde ad Pontificatus dignitatem, homo Curialis & in Curia enutritus, aptiùs explanavit.

Thimon.

Thimon autem homo simplex, velut Jacob habitans in tabernaculis cum Rebecca matre sua, quæ domi solitus erat agere Episcopus, & de fundationibus vel renovationibus cellarum & cœnobiorum cœnobita clariùs edicit. Iste quippe est Thimon; quem ajunt, ipsius sancti Præsulis Ottonis mimulum fuisse quinquennem; habuitque super eum oculos bonos, eò quòd de illustri esset parentela, & ab ipsis cunabulis ad monasterium translatus, & quòd esset puer gratiosæ pulchritudinis, jucundus valdè & mirabilis factis & dictis, omnes lætificans.

Ebbo.

Ebbo verò presbyter & monachus cœnobii nostri, vitam Beati Viri Ottonis Episcopi, prout ex ore * Udalrici Sacerdotis sancti Ægidii edoctus fuerat, eleganti satis stylo descripsit. Herbordus autem Scholasticus vitam præfati Ottonis in libello quodam dramatico carmine, vel etiam prosa, luculentissimè persudavit.

* Hujus Udalrici extat mentio lib. 1. cap. 31. Herbordus, cujus fit mentio lib. 2. cap. 34. & cap. 1. lib. 4.

Unde consideranti mihi omnia, quæ de S. Præsule scripta reperi, in nullis major tanti Præsulis auctoritas, quàm in epistolis ab ipso, aut ad ipsum directis, videtur esse. Ibi namque apertissimè inspicitur, quanta veneratione primitùs fuerit susceptus à Pontifice Romano Paschali secundo, qualiterque eum ordinatum miserit, ne dum Clero Babebergensi, verum etiam cunctis Alemaniæ Episcopis; quanto etiam labore populum Pomeranorum ad fidem converterit: quantam gratiam à terræ Principibus Henrico IV. Romanorum, & Bela Ungarorum regibus obtinuerit. Postremò & illud ibi speculatur, quod etiam nobis peropus est, quomodo corporis sui locum Cœnobium, videlicet Montem S. Michaëlis Archangeli, possessionibus & donis plurimis sublimaverit. Unde, quæcunque scripta huic operi conducentia de ipso invenire potui, in unum colligere studui, & nonnunquam nomen Auctoris expressi, sperans aliquem æmulum, & tantæ auctoritatis ignarum lectorem exinde posse ædificari.

Divisio operis in quatuor libros

Quatuor autem libellos, Domino adjuvante, de vita sancti viri scribere gestio. In priori quidem narratur, quis fuerit, aut qualiter ad Episco-

Episcopatus celsitudinem pervenerit, ac deinceps quæ in Episcopatu egerit, depingitur. In altero verò, qualiter in Ecclesia sancta pro conversione gentilium & paganorum in Pomerania laboraverit, & quomodo eos Christianæ religioni initiaverit, explicatur. In tertio verò de secunda ejus profectione ad Pomeranos post apostasiam, qua à fide recesserunt, & de ejus reditu ad sedem suam, exprimitur. In ultimo verò, quæ Dominus ante felicem decessum miracula divinitùs sit operatus, & de transitu ipsius ac miraculis factis post felicem ipsius exitum diligenter exponitur.

Quapropter Lectores, in quorum fortè manus hæc scripta venerint, peto, ne arrogantiæ, aut temeritati hoc adscribant, sed, Deo teste, sciant, me sola charitate urgente, dum vocem * pectori negare non possum, ob notitiam posterorum, hæc humiliter pandere. Et certè, si quid erro, ad eos culpam depositum eo, à quibus ea legi auctoribus. Nam ego advena sum hujus cœnobii & peregrinus: quinque complevi lustra, quo hæc scribere cœperam; tria autem, quo eorum Curam suscepi, agens; Dei & Fratrum meorum misericordia in consortium eorum adoptatus, consocius & comparticeps effectus consolationum & bonorum omnium, per eum huic cœnobio collatorum.

* pastori.

Hujus ergóne oblivisci potero, qui suas eleemosynas nostras fecit, dum eas manibus nostris erogandas instituit? Num ejus oblivisci potero, qui oculis nostris tot egregia & præclara sui monumenta, quoad vixerimus, contuenda, ingessit? Omnes enim has Cœnobii maximas ædificationes tam Monasterii, quàm omnium officinarum ejus, intus exteriúsque à fundamentis usque ad arces tectorum, opera ejus esse dicimus. Sic fontis venam plumbeis fistulis ab horto suo deductam, quam labio plumbeo cernitis emergentem, sicut constare poterant, censu appreciavit æternæ retributionis avidissimus negotiator, ut omnia coram Deo sibi adscriberentur. Unde sæpè, dum mentio fit horum, stupor & admiratio oritur inter loquentes, quomodo videlicet Episcopus tam multis & variis negotiis occupatus, tantam circa locum nostrum promovendum solicitudinem, tantámve potuisset habere diligentiam? Nam majoribus nostris scribentibus percepimus, res Cœnobii nostri, ejus diligentia & provisione, adeò auctas fuisse, quas exiles ac tenues invenit, & pauperrimas suo tempore; centum monachis, si rectores habeant industrios, sufficientes & amplas satis esse; quæ olim viginti quatuor monachis tenues fuerunt & anguitæ: licèt jam, peccatis nostris merentibus, manibus perfidorum, & incuria rectorum sint fermè distractæ.

Sed tamen mihi summè cavendum, (quia multum diligere scio eum, de quo loquor) ne ob ejus dilectionem rem non verè auxisse videar. Itaque summoperè cavendum, ne laude mortuorum vivis derogem. Multi enim ad injuriam viventium magnis & importunis laudibus benefacta efferunt mortuorum. Sed hos ego non laudatores veros, sed *figurativos* criminatores arguerim.

Proinde & vos, Patrem amantissimum, unicè dilectum peto atque admoneo; ut præsens opusculum intentione summa legatis, Deo supplicantes, ut per ejus preces, à quo, vel per quem scriptum est, à pravis hominibus nos locúmque nostrum cum rebus creditis defendere dignetur. Et quia vestra dilectio id mihi injunxit officii, ut coquam
4. Reg. 4. pulmentum filiis Prophetarum; in quo si colocyntidas miscuero, superjecta, ut confido, farinula amaritudinem condiet Helisæus, & excessus insipientiæ obedientiæ bonitas condonabit. Valeto Patrum amantissime, religionis gemma, præsidium & dulce decus meum Nestoris ævo. Ex monte Pavonis feliciter.

SEQUUN-

SEQUUNTUR
TITULI CAPITULORUM LIBRI PRIMI DE VITA ET OPERIBUS SANCTISSIMI OTTONIS BABEBERGENSIS EPISCOPI.

LIBER PRIMUS,
DE
VITA ET OPERIBUS
BEATISSIMI
OTTONIS
BABENBERGENSIS
EPISCOPI,
ET
CONFESSORIS CHRISTI,
AC
POMERANICÆ GENTIS
APOSTOLI.

NOTATIONES.

A Auspicemur à nomine, *Outo, Oudo, Uto, Udo, cum aspiratione, & sine aspiratione scriptum variè reperio*, inquit Aventinus in sua Nomenclatura, *unum nomen est, à custodia deductum, tandem Oto factum est.* Quare & hoc ipsum nomen diversimodè scribitur; *Oto, Otho, Otto;* Est, cùm & *Ottho.* Rosvvithæ Moniali in Panegyrico Othonis Magni, *Oddo.*

Quinam vitam & res gestas S. Othonis litteris consignârint.

B In Præfatione ad Guardianum Bambergensem, quatuor nominantur ab Andrea Abbate. I. Sefridus, seu Sifridus. II. Ebbo, Monachus Monasterii S. Michaëlis Bambergæ. III. Thimon, seu Tiemo. IV. Herbordus. Ex quorum commentariis hos libros, formâ Dialogi jam olim contextos, Andreas recensuit, illustravit, auxit.

Quis iste Andreas fuerit, satis ipsemet in Epistola Dedicatoria explicat. De quo Surius Tom. 4. die 2. Julii ad calcem vitæ S. Othonis: *Sunt, qui scribunt, Andream Abbatem extra Bambergam quatuor conscripsisse libros vitam hujus Sancti, circa annum Christi M. D. Sed ea ad manus meas needum pervenit.* Eadem Molanus in Martyrologio 30. Septemb. addens; Andream hos libros scripsisse ad Bogislaum Principem Pomeranorum. At nihil de hoc noster Codex. De eodem Andrea Catalogus Manuscriptus Abbatum Montis Monachorum sequentia. C Andreas Abbas XXXVI. Domino Udalrico cita morte sublato, Andreas de Staffelstein oriundus in ejus locum subrogatur Anno salutis 1483. Ipso die S. Dorotheæ virginis. Hic à primæva sua institutione per prædecessores suos in sancta reformatione, & religionis observantia, bene paterna ex arte instructus, morum probitate, & vitæ honestate, tanquam bonus agonotheta in bona operatione secutus est pedes, & vestigia patrum suorum Prædecessorum. In augmentatione spiritualium & temporalium utilissima ædificia perfecit, cum insigni Bibliotheca. Tandem ex catalepsia & paralysi sinistri lateris mortem obiit die 23. mensis Octobris, Anno M. D. II. sepultus ante altare S. Wolffgangi.

D Cramerus Lutheranus Prædicans lib. 2. Chronici Pomeraniæ cap. 34. dicit; Andream Bambergensem, Monachum Benedictinum, Anno 1487. Historiam de vita Ottonis dedicâsse & inscripsisse BENEDICTO, tunc Episcopo Caminensi in Pomerania; & hujus

A bujus Historiæ exemplar in membrana exaratum nunc penes se esse, acceptum ex Bibliotbeca Caminensi, & ex præfatione intelligi, Episcopum Benedictum petiisse ab Andrea, ut miracula & res gestas S. Ottonis in litteras referret; bæc enim esse Andreæ verba: *Exigitis à me, Pater per secula memorande, & Præsul nominatus in orbe, ut signa & portenta, quæ per opinatissimum nunc in secula sanctum Ottonem, ac nostris temporibus Pomeranorum Apostolum, novis temporibus divina peregit clementia, curâ diligentissimâ indagata, ad laudem & nomen vivificæ Trinitatis, nec non ad excitandos animos divinæ plebis sedulò annotare decertem.*

B Hæc ex Andreæ Epistola ad Benedictum Episcopum recitat Prædicans, cui fortè non injuriam feceris, si eum aut verba Andreæ oscitanter inspexisse, aut in manuscriptis libris legendis non admodum versatum esse suspiceris. Quis enim aut tam cæcus, aut saltem lusciciosus fuerit, qui non videat, textum Andreæ perperam à Prædicante repræsentari, omninóque rescribendum: *Per opinatissimum nunc in secula sanctum Othonem, Pomeranorum Apostolum, nostris temporibus, divina peregit clementia.*

C Deinde ex dictis verbis confici videtur, Andream de S. Othone sæpius scripsisse. Nam iste commentarius, quem publicamus, non est ad Benedictum Episcopum, nec nova tantùm, nostrisque temporibus patrata miracula continet; at lucubratio, quam Andreas ad Episcopum Caminensem misit, ea mira exequebatur, quæ Andreæ temporibus Deus per S. Othonem efficiebat, quorum nonnulla commemorat quidem Andreas libro quarto; sed pauca duntaxat è multis. Nec est insuetum, ut idem scriptor de eodem argumento plures lucubrationes edat, præsertim cùm bujus, quam edimus, Andreas non tam Auctor, quàm illustrator & corrector fuerit; Jam enim ante Andreæ ætatem edita fuerat.

D Testatur autem Prædicans, Andream suo illo in Commentario, etiam hos ad Episcopum BENEDICTUM versiculos adjecisse.

Præsul amate Deo, te oro Præsul Benedicte,
Inter oves proprias me ut miserum numeres:
Sisque tui famuli protector verus, & ipsum,
Æterno Domino restituas precibus;
Qui se totum offert, & parva hæc dona ministrat,
Commendans tibimet seque simúlque sua.
Tu revocator ades patriæ spes, rector, honórque,
Dulcis amor cunctis, dignus amore Dei.
Tempora sunt hujus vitæ nunc plena periclis,
Bella movent gentes, hostis ubique furit.
Unde opus est, quòd valdè tua protectio fortis
Succurrat miseris, quos inimicus odit.
Eripe Sancte piis monitis, precibúsque sacratis,
Commissum tibimet pastor ab hoste gregem.
Ut tua laus maneat merces & gloria semper,
Cum Christo in cælis regna beata tenens.
Credo quidem memet per te conquirere posse E
Vitam, quam nequeo propria per merita.
Te Deus æternus mundi mitissimus Auctor
Tempore longævo protegat atque regat.
Ut valeas, vigeas, captes & prospera sanus,
Hic & in æternum regna suprema metas.
Te vigilem servet, qui non dormitat in ævum,
Nominis atque tui restituat meritum.
Ut vigilet cautus pastor Benedictus, ô adsis
Sancte tuis ovibus Præsul amate, vale.

Ait Prædicans: se boc carmen, ea etiam de causa exscripsisse, *quòd Monachus iste fateatur, se suis operibus non posse salvum fieri.* At fatetur, se posse salutem & æternam beatitudinem consequi meritis & operibus Benedicti Episcopi. Quomodo boc arridet palato Prædicantico? F

G Deinde, non debet Prædicans vocem humilitatis & Christianæ submissionis vertere in Lutheranismum, quasi qui dicit, se meritis suis non posse salvum fieri; Prædicantico spiritu afflatus tantundem dicat, quantum novi bujus Evangelii Præcones; nimirum, opera nostra coram Deo esse nibili ac nauci nulliúsque meriti; sola fide omnia confici; nam si Andreas ea mente fuisset, neque Benedicti Episcopi meritis & operibus, sed sola fide sua, absque ullius operibus, se salutis æternæ participem fore affirmâsset. In Religiosorum hominum præcordia monitum Christi tam descendit altè, ut, cùm omnia, quæ facere oportet, fecerint; *servos inutiles* sese esse, libenter profiteantur: Inutiles videlicet sunt, sed suo judicio, ne insolescant & intumescant; non judicio Dei, cujus in conspectu, ùt mors, sic & vita Sanctorum pretiosa est.

H Quis autem sit auctor ejus commentarii de vita & rebus gestis S. Otbonis, quem vir clarissimus D. HENRICUS CANISIUS Tom. 2. Antiquæ lectionis publicavit, non difficile erit statuere, lecta bac Andreæ Historia; non enim unum parentem babet, sed tres, Ebbónem, Tiemonem & Sefridum, seu Sifridum, quem Lutheranus Prædicans Cramerus lib. 1. Chronici Pomeranici, cap. 14. ait, fuisse *Scribam* seu *Notarium* S. Othonis: His tribus vitam à Canisio editam adscribi debere, inde manifestum evadit, quòd quæ in Andreæ commentario sub Timonis, Sefridi, & Ebbonis nomine commemorantur, pleraque si non omnia, ad verbum in Historia Tom. 2. Antiquæ Lect. reperiuntur. Nam ex borum trium lucubrationibus olim quidam Anonymus vitam S. Othonis specie Dialogi conscripserat; quam Andreas auxit, supplevit, distinxit, & clariorem reddidit; ùt ipse sua in præfatione fatetur. Alii autem, omissâ formâ Dialogi, & tacitis Auctorum nominibus, & nonnullis resectis, hanc, quam Canisius in lucem dedit, historiam concinnârunt, quæ etiam extat,

A extat, (vidi enim) in Manuscripto quodam Codice Rebdorffensis Monasterii. Brevius adhuc hujus vitæ Compendium edidit Surius Tom. 4. Nam superioris ætatis homines historias vel decurtatas, vel integras proponere solebant, prout, pro suo quisque gustu, eas ad lectoris gustum facturas arbitrabatur.

B Utrum autem ipsa monumenta Sifridi, Ebbonis, Herbordi, Timonis, ex quibus hic commentarius confectus est, adhuc superent, mihi non liquet. Nunquam certè in illa incidi, licèt sat multas Bibliothecas, & Bibliothecarum Catalogos evolverim.

De ortu, studiis ac profectu Ottonis pueri.

CAPUT I.

C *Ebbo.* IGitur ex provincia Alemanorum beatissimus Otto generosa stirpe & parentibus secundùm carnem liberis, ex Suevia duxit originem: (Nam summis Principibus sanguine pares erant, sed opibus impares;) patre Ottone, & matre Adelheida nuncupata: qui ambo simplicitati ac mansuetudini operam dantes, nulli violentiam aut oppressionem inferebant: quin imò piis operibus & eleemosynis vacantes Dei nutu ad consolationem Ecclesiæ elegantem hunc filium gignere meruerunt. Qui decursa teneriori infantia literis imbutus, ut primùm annos intelligibiles attigit, mirum in modum spiritu sapientiæ & intellectus abundare cœpit: sed & morum gravitate, & modesti habitus nitore cunctis acceptus & honorabilis erat.

Ortus & familia S. Othonis. Vide vitam editam à Doct. Canisio, lib. 1. cap. 1.

D Accidit fortè illis diebus, ut germana soror Henrici IV. Imperatoris Judita nomine in matrimonio jungeretur Bolezlao Polonorum Duci, cui ille tanquam fidelissimus adhærens Capellanus, Poloniam venit: ibique in brevi loquelam gentis addiscens, & præfatæ matronæ obsequio deditus prudenter se agebat; donec magnus valdè & nominatus in illa regione factus est. Sed & nobiles quique & potentes illius terræ, certatim ei filios suos ad erudiendum offerebant. Sicque, Deo cuncta ejus opera dirigente, non mediocriter dives esse cœpit in possessione auri & argenti. Non enim in ludicris & vanis mundi illecebris opes sapientia & fidelitate sua congregatas expendebat; sed, ùt vir prudens & sensatus rem suam servare noverat. Domina etiam Judita, cui familiare contubernium præstabat, frequenter per eum munera varia & magnifica germano suo Imperatori dirigebat; utpote quæ nullum fide & moribus inter obsequentes sibi præstantiorem babebat. Cujus legationis officium tanta auctoritate & circumspectione persolvebat, ut per hoc ipsi etiam rerum Domino mirabilis videretur.

Venit in Poloniam.

De initiis operum, & hospitali pauperum per beatum Ottonem in civitate Wurtzeburgensi constructo.

CAPUT II.

SÆpius autem transitum faciens per Wurtzeburgense cœnobium, à religioso ejusdem loci Abbate Henrico nomine, ùt vir gravioris personæ reverenter suscipiebatur, debitóque humanitatis officio benignè tractabatur. Cujus benevolentiæ vir sagacis animi non immemor, audiénsque illic magnam victualium rerum esse penuriam; ut totis misericordiæ & charitatis visceribus affluebat, inopiæ eorum condoluit. Et quia *charitas operatur magna, si est; si verò operari renuit, charitas non est*: ex opibus à Deo sibi concessis, *Hospitale* ad receptionem peregrinorum illic construxit; hócque primum suæ devotionis munus de thesauro bonæ voluntatis Christo obtulit. Sic bona arbor fructum plurimum germinatura in florem erupit, & quasi primitias agri sui ad altare veri sacerdotis detulit, ut centuplum in hoc seculo, & futuro vitam æternam reciperet. Bonum planè initium, quod finis est optimus subsecutus. Matth. 19.

E *Ebbo.*

S. Greg. Herbipoli Hospitalem domum exstruit. F

Qualiter S. Otto post obitum Juditæ sororis Henrici IV. Ratisbonam demum ad Curiam Imperatoris venerit.

CAPUT III.

POst obitum ergo venerabilis Dominæ Juditæ, ad Teutonicas reversus regiones, Ratisbonam adiit; ubi Canonicis in servitio Christi adhærens reverendi habitus modestia ac probabilis vitæ disciplina cunctis amori & exemplo fuit. Illo tempore Abbatissa de * inferiori monasterio magnæ opinionis, utpote neptis Henrici Imperatoris, & Virtutum operatrix babebatur; quæ cernens personæ & morum ejus elegantiam, audiénsque magni consilii virum, sine mora eum advocans, ùt alterum Joseph rerum suarum totiúsque domus dispensatorem constituit: at ille solita gravitate & industria fideli gravitate gubernabat omnia.

G *Ebbo. Redit in Germaniam.*

** Nidermunster.*

H Interea Henricus Imperator quoddam de Principalibus festis Ratisbonæ celebraturus, ad neptem suam Abbatissam divertit: in cujus obsequio videns tantæ auctoritatis & reverendæ virum, mirari ac delectari cœpit sagacitate animi ejus; conversúsque ad cognatam, ait; Opportunum est, soror, cunctis in hoc festo amicis suis solatiantibus, & te mihi aliquod charitatis obsequium ob consanguinitatis vinculum impendere. Qua humiliter respondente; jube, quod vis, Domine, mi Rex: non enim fas est, ut avertam faciem tuam. Imperator subjunxit. Nihil

Vide vitam edit. à Canis. lib. 1. cap. 2.

Imp. Henricus petit ab Abbatissa S. Othonem.

A bil aliud peto, nisi Capellanum tuum, Dominum Ottonem, spiritu sapientiæ plenum. Talem enim virum Respublica nostra habet necessarium. Quo audito, Abbatissa, licèt fidelissimi sui auricularii ægrè ferret abscessum, Imperatoriæ tamen majestati contraire non potuit. Et advocans eum, debitásque ministerii sui gratias exsolvens, non sine lacrymis, pium amorem testantibus, Principi assignavit.

S. Otho adsciscitur in Aulam Imp.

B Assumptus itaque, Dei nutu, in * *curtem* regiam vir totius industriæ & religionis, ita sibi prudentissimum Imperatorem nobilitate morum & fidei pietate devinxit, ut eum quasi unicum amplectens filium * Secretalem intimum & custodem capitis sui poneret cunctis diebus. Nam & Cancellarium eum fecit, & quæcunque preciosa, vel cariora in Palatio babuit, ejus fidei commisit. Hoc modo servus DEI Udalricus pium Ottonem in *Curtem* regiam accepisse ferebatur. Alii verò dicunt, eum liberalibus imbutum disciplinis primò ad Abbatem Wurtzeburgensis Cœnobii Henricum venisse, & post modicum, eundem Henricum, Dei nutu, in Polonia Archiepiscopatus apicem conscendisse, cui ipsum fidelissimo adhæsisse famulatu testantur, & mirabili strenuitate ac sapientia in brevi per totam regionem divulgatum tam ab Archiepiscopo, quàm à venerabili Judita imperiali aulæ assignatum.

* Aulam.

* Secretarium.

Fit Cancellarius.

De constructione Spirensis Ecclesiæ, & qualiter Imperator eidem operi S. Ottonem præfecerit.

CAPUT IV.

C EO tempore gloriosissimus Imperator Henricus magnum illud, & admirabile Spirensis Ecclesiæ ædificium ob venerationem perpetuæ Virginis MARIÆ, cujus specialis alumnus fuit regali magnificentia extruebat. Sed Magistri operis fraudulenter, & sine timore Dei agentes, magnam pecuniæ quantitatem suis usibus insumebant; ita ut frequenter ad opus tam mirificum pecunia ipsa deficeret. Unde his angustiis, non mediocri dolore permotus, ex consultis accito familiari auriculario suo Ottone, ei totius Operis magisterium commisit, utpote cujus sapientia cunctis probata, etiam ad majora quæque & D ardua dispensanda esset idonea.

Ebbo. Henr. Imp. ædificat Spirensem Ecclesiam.

S. Otho ædificio præficitur.

Qui sagaciter & providè commisso operi intendens: (sciebat enim juxta Apostolicum mandatum Dominis carnalibus sic quasi Deo serviendum) frequenter ad Curtem regiam regressus, pecuniam, quæ superat statuto operi fideliter resignabat. Insuper ad indicium ingeniosæ diligentiæ suæ æquam fenestrarum Ecclesiæ mensuram prudenter à se dispositam Imperatori considerandam offerebat. Pro qua syncerissimæ E fidei constantia non solùm Regi, sed & cunctis Optimatibus ita se acceptum reddidit, ut Deo gratias agerent, quòd ad ejus notitiam pervenissent. Siquidem interiorem animi ejus solertiam, exterioris quoque hominis babitus præferebat, ita ut prudentes quique ex ipso ejus schemate, quid in eo futurum esset, sagaciter intelligerent. Nam, ut de multis unum exempli causa annectam.

Fidelitas S. Othonis in hoc munere obeundo.

F Quidam paterfamilias de Spirensi civitate, Anselmus nomine, non tam divitiis quàm religione & prudentia insignis, eundem Christi servum adbuc in tenuitate positum, antequam in Curtem regiam accessisset, hospitio recepit. Móxque reverendi habitus ejus venustate delectatus, & in faciem ei curiosiùs intendens, gratiam ipsi cælitùs superventuram sagaci animo prævidit: ídque suis omnibus certissima attestatione prænuncians, ut in cunctis ei, tanquam sibimetipsi obsequerentur, mandavit.

Quidam Spirensis prædicit S. Ottoni Episcopatum.

G Deinde, secretiùs eum conveniens, & unicum filium suum Richardum nomine, per manum ei tradens, ait: Video, Domine, quia, largiente Deo, magnus in futuro apud Deum & bomines eritis. Revera enim faciet vobis Deus *nomen grande juxta nomen magnorum, qui sunt in terra.* Unde peto, ut cùm verba mea impleta fuerint, memor obsequii mei, fidem & misericordiam cum filio meo Richardo faciatis, & paternæ consolationis manum ab eo non subtrahatis. Cui ille subridens; *Et quis ego*, inquit, *vel quid ego?* aut quid magni in me esse poterit? Si tamen excelsus Dominus, *qui bumilia respicit, & alta à longè cognoscit*, exiguitatem meam promovere dignatus fuerit, absit à me peccatum hoc in Domino, ut benignitas & bumanitas mibi à vobis impensa oblivioni tradatur. Scriptum quippe est; *Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso & gratiam bominis quasi pupillam conservabit.* Decet igitur, ut & ego gratiam & misericordiam, quam hic inveni, domui huic conservem; quod & postea devotus implevit, quia, factus Episcopus eundem Richardum familiarem sibi vernulam assumpsit, & specialis amoris privilegio fovere non desiit.

2. Reg. 7.

Psalm. 102.

Ecclesiast. 29.

De Codice (a) Spalterii vetusto per S. Ottonem renovato.

CAPUT V.

H SEd ut ad id redeam, unde digressus sum, Imperator Henricus, fide & prudentia pii Ottonis cognita, secretiùs eum compellans, an *Spalterium* corde tenus *Spallere* posset, inquisivit. Quo respondente; etiam: gavisus Imperator, cum sibi assidere

A præcepit, & remotis aliis, *Spalmodia* cum eo vacabat, quoties à negotiis expeditus esse poterat: erat enim Imperator literis usque adeò imbutus, ut chartas, à quibuslibet sibi directas, per semetipsum legere & intelligere prævaleret. Codex autem, in quo *Spalmos* decantabat manuali frequentiâ rugosus, & admodum obsuscatus erat. Quod pius Otto cernens, absente Imperatore, vetusto codicem involucro despoliavit, & novam mercatus pellem, eúmque decenter cooperiens, loco tuo reposuit. Veniens ergo postmodum Imperator, & quod factum erat nesciens, *Spalterium* à Cubiculariis requirebat. Turbantibus autem se ad quærendum Cubiculariis, dum præ oculis omnium jacens veteribus tessellis Codex exutus, & novis decoratus induviis nescitur, fit huc illúcque discursus, nec quidquam reperitur.

B Tandem Imperator divino commonitus instinctu: Vocate, inquit, Ottonem meum, & ab eo sciscitamini. Quo coràm posito, Imperator ab eo *Spalterium* exquirebat. At ille concitus librum coram Imperatore jacentem elevans; ecce, ait, præ oculis omnium hic fuit, ubi & semper reponebatur. Obstupefactus Imperator, & quis ait, tam nitido hunc innovavit operimento? At ille ait: Ego Domine. Quo audito Imperator, collum ejus blandis stringens amplexibus, & in oscula proruens; Vivit Dominus, inquit; sicut tu inter cætera diligentiæ monumenta, *Spalterium* meum vetusto exutum tegmine, novo illustrâsti operimento; sic & ego te paupertatis tunica spoliatum, novi honoris culmine sublimabo. Et exinde quærebat opportunitatem, quomodo eum promovere, & Pontificali infula redimire posset. Nec multò pòst, annulus cum virga pastorali * Præmensis Episcopi ad curtem regiam perlata est.

C

*Bremensis.

NOTATIO.

D De *Codice Spalterii (a)* Ita sæpe Prisci Codices: quibus etiam psallere, est *spallere*, & psalmodia, *spalmodia*, per literarum metathesin, qua nihil vulgo usitatius in Latinis & Græcis vocabulis, in communem usum & morem transeuntibus; à quo postea doctiores, qui scribunt, eadem vocabula sæpe mutuantur, ut accommodent se veteri illi dicto; Loquendum, ùt multi: sapiendum, ùt pauci.

DIGRESSIO
PRO
ANTIQUIS POMERANIS
A
S. OTHONE
Ad fidem Catholicam traductis, contra imposturas Lutherani cujusdam spermologi.

Daniel Cramerus, quinti Evangelii in Pomerania Prædicans, chartis infamibus, & mendaciloquis, quas partim Latina, partim Germanica lingua sparsit, non planè ignotus, publicavit Anno Redemptoris M.DCII. librum hoc titulo: Pommerische Chronica, das ist, Beschreibung und ausführlicher Bericht, wie anfänglich durch Bischoff Otto von Bamberg, die Pommern aus Heydnischer Blindheit zum Christenthum bekehret, und folgends bis auf den heutigen Tag erhalten worden sind: Latinè. *Chronica Pomerania*, hoc est, *descriptio, & copiosa declaratio, qua ratione initio per Othonem Episcopum Bambergensem, Pomerani ab Ethnica cæcitate, ad Christianam religionem conversi fuerint, & quomodo consequentibus annis usque ad hodiernum diem in ea perseveraverint.* In quo titulo quædam placent; quædam displicent. Placet, quòd ait, Pomeranos ab Ethnica cœcitate ad *Christianismum* seu *Christianam religionem* per Othonem Bambergensem traductos fuisse: Verè enim ita est, ùt inscriptio affirmat: sed hinc aliquid inferemus, quod prædicantico stomacho non arridebit; nempe, *Papatum*, ùt sectarii vocant, esse *Christianismum*; & *Papatus professionem*, esse Christianam Religionem; quandoquidem tam certum est, S. Othonem in Pomerania aliam fidem non annunciâsse, quàm eam, quæ hodie in *Papatu* traditur & omnibus sequenda proponitur, quàm certum est, Paschalem Papam, à quo S. Otho Episcopalem consecrationem accepit; & Callistum II. à quo in Pomeraniam Anno 1124. ablegatus est, non docuisse diversam fidem ab illa, quæ hodie ex Cathedra S. Petri à Paulo V. Pontif. maximo docetur. Solis itidem luce dilucidius est, S. Othonem, Pomeranis aliam fidem non prædicâsse, quàm quæ hodie in Templo Cathedrali Bambergæ, & in Templo S. Stephani, & in Monasterio S. Michaëlis prædicatur, cujus rei testem fero, tam hunc Andreæ, quàm illum à Canisio publicatum de rebus à S. Othone gestis, Commentarium; Nihil in hoc vel in illo Lutheranum, nihil Calvinianum; uno verbo, nihil sectarium aut *Prædicanticum*. Si ergo S. Otho in Pomeraniam, non nisi illam fidem introduxit, quæ hodie in *Papatu* publicè colitur & defenditur; afferat oportet Cramerus; Aut se & alios

E
F
G
H

A alios Prædicantes mentiri ac calumniari, quando *Christianismum* & *Christianam professionem* in Papatu *Antichristianismum* & *Antichristianam*; & præterea *cæcitatem* atque *idololatriam* appellitant: aut Pomeranos à S. Othone ab una idololatria & cœcitate ad aliam fuisse traductos; & sic usque ad annum Domini M. D. XXXIV. quo Catholica religio ex tota Pomerania proscripta est, vera religione, veróque Christianismo caruisse. Quod si Prædicans concedat; necesse erit, ut titulum libri sui aliter formet, & paulò consideratiùs, doctrinæque suæ convenientiùs, concipiat.

B . Cæterùm in prædicta inscriptione vehementer displicet, quòd Prædicans dicit, *Pomeranos, in eo Christianismo, quem à S. Othone acceperant, perstitisse usque ad hodiernam diem*; Displicet, inquam, hoc, quia manifestæ falsitatis convinci potest. Christianismus enim, quem S. Otho in Pomeraniam introduxit, statuebat & profitebatur septem Sacramenta, ùt patet ex cap. 17. lib. 2. ubi describitur institutio, qua S. Otho Baptizandos & baptizatos imbuere consueverat. At hodiernus, aliquando duo; aliquando vix tria Sacramenta admittit. Christianismus ab Othone in Pomerania plantatus & propagatus *Missas* celebrabat, audiebat, colebat;. Monasteria tam virorum, quàm mu- C lierum extruebat, Sacerdotia fundabat, Ecclesias cathedrales, aliásque exædificabat & dotabat: Quatuor tempora, Quadragesimam, & festa Martyrum religiosè observabat, Reliquias Sanctorum piè honorabat, & secum circumferebat: quæ omnia, ùt & plurima alia veri Christianismi instituta, ab Othone Pomeranis tradita fuisse, pro testimonio luculento est hic, quem evulgamus, commentarius. At hodiernus Pomeraniæ Christianismus contraria prorsus viâ graditur. Nam Missas, ùt abominationum omnium extremam, execratur. Monachos profligat; Monasteria vastat. Sacerdotia in suos usus convertit ac converrit. Quadragesimam & Quatuor Tempora exterminat. D Martyrum festa, ùt idololatrica, subsannat: breviter, quidquid hujus generis S. Otho, ùt pium & salutare, Pomeranis tradiderat; hoc Lutheranus Christianismus, ùt superstitiosum & profanum refutat. Qua igitur fronte, nisi effronte, hoc est, Prædicantica, affirmat iste Prædicans; Christianismum ab Othone acceptum, usque ad hodiernum diem in Pomerania durare? Utinam duraret. Sed absit à sanctissimo viro Othone, ut talem Christianismum in Pomeraniam intulerit, qualis est is, qui hoc tempore in Pomeranis regnat, cujus architecti fuère vilissimi Apostatæ, quisquiliæ nationis Pomeranæ; *Joannes Bugenhagius, Jacobus Hagenser, Paulus à Rhoda, Wilhelmus Hecker, Christianus Ketelhut, Joannes Curike, Joannes Knipstrovo, Joannes Kleppius, Joannes Æpinus, Paulus Artopœus*, hoc est, *Beck*, E *Antonius Gersavv, Antonius Remmelding, Bernhardus Strofchneider, Thomas Stergert, Leonhardus Meyfisch, Petrus Krombolez, Andreas Piper*, vel *Pfeffer*, & similes Sacerdotalis vel Monasticæ vitæ in Pomerania fugantes desertores, qui S. Othoni vita, moribus & doctrina tam dissimiles fuerunt, quàm dissimilis est Beelzebub S. Michaëli: Belial, S. Raphaëli, & Asmodæus, S. Gabrieli.

Quamvis autem Chronologus iste Pomeranicus insigniter stupidus est, ùt omnes F chartæ ejus testantur, hic tamen ex profundissima stuporis sui caligine nonnihil suspiciens, oculósque attollens, animadvertit, lectores è vestigio interrogaturos, num Otho Episcopus illam fidem Pomeranis annunciârit, quæ hac tempestate in Pomerania omnia obtinet. Hic deprehensus Prædicans modò hoc, modò illud lallat, ùt videre licet lib. 1. cap. 34. Et nec abnuere, nec annuere audet, sed instar vulpis, in omnes partes sese vertit ac torquet; Et post loquacissimam verborum profluentiam, si quæ dicta sunt, in compendium redigere velis, necesse erit, ut quæras, quid tandem Prædicans dixerit.

Multa de vicissitudine & mutabilitate Lu- G næ, lunatici in modum, deblaterat: mentitur, simili vicissitudini fidem obnoxiam esse, fidem, inquam, Catholicam, Orthodoxam, & Apostolicam; hanc modò apparere integram, modò dimidiatam, interdum penitus evanescere & abscondi: Mirum, non dixisse; aliquando *corniculatam* cerni. Quæ forsan lector sibi persuaderi sineret, si nesciret; illud Isaiæ cap. 2. de Ecclesia vaticinium. *Et erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur super colles, & fluent ad eam omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob, & docebit nos vias suas, &c. Domus Jacob venite, & ambulemus in lumine Domini, &c.* Quis est iste *præparatus mons domus Domini*, non quomodocunque, sed *in vertice montium* collocatus? Quis iste *mons elevatus super colles*, ad quem fluunt omnes gentes? Quæ est ista *domus Dei* H *Jacob*, in qua docentur viæ Domini; nisi Ecclesia semper conspicua? Nisi fidei Catholicæ & Apostolicæ schola, omnium oculis semper exposita? Ad quam eodem Isaia teste cap. 35. via tam *directa* ducit, *ita ut stulti non errent per eam*; necesse igitur est, ut semper tam ipsa, quàm via ad ipsam sit visibilis. Nam si neque hæc, neque illa visibilis sit; sed interdum penitus occulatur, non modò stulti ab errore tuti non erunt, sed ne sapientes quidem. Itaque jure lunaticos vocaveris, qui Ecclesiam & fidem Christianam, instar lunæ, crescere, decrescere, condi & recondi nugantur: aut interdum nebu-

A nebulâ circumfusâ abdi, ficut arces à nocturnis tenebris, vel diurnis nebulis aliquando ex conspectu eripi possunt; licèt in altissimis montibus & rupibus consistant.

Sed his omissis, respondeat nobis, oro, B Prædicans ad sequentes quæstiones, at fine flexuosis diverticulis. I. Quo anno post annum Domini Millesimum, Lutherana doctrina, ante natum Lutherum, plenè & perfectè, instar plenæ lunæ, luxerit & fulserit? Quibus orbis in oris? Num in Germania, Gallia, Italia? Et si in harum aliqua Provincia, in qua civitate, in quo oppido, in quo pago, in qua villa, in qua villula, in qua domo, in qua domuncula? Dicat, inquam, quandónam, & ubi Lutherana doctrina plenè fulserit & luxerit, eo modo, quo jam fulget & lucet in Pomerania? Si tamen fulgere & lucere dici potest illa professio, quæ carbone nigro atrior est, & tenebris Ægyptiacis caliginosior: quia incredibile est, si doctrina Lutherana, quam Prædicans pro vera reputat, mutationes, lunæ instar, suscipit, eam à Millesimo anno usque ad Lutheri ætatem, nunquam fuisse plenam, sed semper vel corniculatam, vel semiplenam, vel prorsus quoque tectam.

II. Quam fidem Otho Episcopus Pome- C ranis annunciârit? Num Lutheranam, an Catholicam seu Pontificiam? Num veram an falsam? Hic mussat, Prædicans, nec invenit sat atramenti, quod candidæ veritati, sepiarum ritu, affundat. Non diffitetur, Othonem prædicâsse Pomeranis illam fidem, quæ docet, *hominem sola fide non justificari:* quæ docet, *hominem libero arbitrio esse præditum ad bonum & ad malum, etiam post lapsum.* Quæ docet, *legem Dei, divina gratiæ auxilio, impleri, & observari posse.* Quæ docet, *varias esse ad beatitudinem vias.* Quæ docet, *homines per jejunia æternam vitam mereri, & Deo bonis operibus pro malè commissis satisfacere posse.* Quæ docet, *sanctos esse invocandos, esse septem Sacramenta. Peccata sigillatim in confessione detegi debere; panem mutari in corpus Christi,* (tametsi ineptus Prædicans hoc invertit, dum dicit: *corpus Christi mutari in panem) Christum in missa offerri & sacrificari; Purgatorium esse. Vota Monastica observanda esse;* Et hujus generis complura. At fides, quæ ista docet, non est fides Lutherana; ista enim omnia negat & aspernatur Lutheranus spiritus, quemadmodum è contrario, fides Catholica omnia ista religiosè amplectitur ac profitetur. Fidem ergo Catholicam, hoc est, Pontificiam, annunciavit S. Otho Pomeranis.

D At oggerit Prædicans: *Non hæc duntaxat Pomeranis ab Othone prædicata esse, sed & alia; nempe Catechismum; Decalogum. Symbolum Apostolicum, Orationem Dominicam. Sacramenta;* (at non duo tantùm, sed septem, ut tu ipse fateris.) Quid tum! Tradiderit hæc S. Otho Pomeranis. An ideo tradidit Pomeranis E fidem Lutheranam? Etiam Pontificii hodiè hæc omnia credunt & docent privatim ac publicè. Num ideo fidem Lutheranam docent? Qui nunc ad Indos, Japonas, Sinas, Æthiopas, Brasileenses, & Mogoricæ regionis incolas proficiscuntur, Catechismo, hoc est, doctrina de præceptis decem, de oratione Dominica, de symbolo Apostolico, & de Sacramentis; suos neophytos imbuunt. Num idcirco non Pontificiam, seu Catholicam, sed Lutheranam fidem illis in Provinciis serunt, plantant, rigant, promovent, amplificant?

Vide autem & ride Prædicantis obtusum F acumen, qui hunc in modum argumentatur. *Episcopus Otho imbuit Pomeranos Catechismo, hoc est, doctrina decalogi, symboli, orationis Dominicæ, Sacramentorum, ergo tradidit Pomeranis illam fidem, quæ nunc in Pomerania regnat.* Egregiè profectò. Sic & Catholica fides, sic & Calviniana perfidia Lutheranæ sectæ accensebitur, quia tam hæc, quàm illa in prædictis capitibus suos ante omnia instruit ac erudit. Sed progrediamur in Quæstionibus Prædicanti ad solutionem proponendis. G

III. Utrum satius fuerit, Pomeranos mansisse in Ethnica superstitione, quàm à S. Othone ad talem Christianam fidem, hoc est, ad Pontificiam traductos fuisse. Hic iterum Prædicanti vox faucibus hæret. Libenter affirmaret: sed non audet omnino, quamvis alioqui mortalium audacissimus. Et tamen affirmare deberet; si Lutheri scriptis, præsertim Diabolico libro *de Papatu per Diabolum fundato* convenienter respondere vellet. Nam in isto libro *Papa, Papatus & Papista* non tantùm ad inferos, sed & propemodum infra inferos, tanquam omni Ethnicismo, & omnibus Ethnicis deteriores, amandatur. *Nullo modo ferre possumus*, vociferatur Lutherus, *ut Papatus sit vera Christi Ecclesia, aut pars Ecclesiæ, sed est abominatio vastationis, Antichristus & Antikimenos.*

Occinit Prædicans: *Hodie esse alium Papatum, quàm fuerit tempore Othonis Episcopi; nam* H. *Papatum indies mutari: posteriores Papas decreta antecedentium abrogare; Nunc hoc, nunc aliud ab illis credendum obtrudi.* Sed Prædicans iste solenne suum tenet, hoc est, mentitur. Nullus enim unquam Papa ullius antecessoris sui canonem seu definitionem ad fidei dogmata pertinentem unquam mutavit: neque ullum unquam, mutationis hujus exemplum verum Prædicans proferet, non si ilia quærendo & indagando ruperit. Qualis hodie Papatus, talis fuit sub Paschali, à quo S. Otho consecrationem Episcopalem accepit; talis item sub Callisto, à quo S. Otho Pomeranis Apostolus datus est. Nec ipsi Novatores hoc ignorant. Quem enim Papam magis execrantur ceu nimis rigidum Papatus assertorem ac vindicem, quàm Gregori-

gorium VII. cujus successores fuêre Paschalis & Callistus, licèt non proximi.

A At reperit Prædicans elabendi rimulam. Dicit, inter illos, quos Otho ad fidem converterit, *multos fuisse, puros & ad mundum defæcatos*, hoc est, *Lutheranos*, qui scilicet idem omnino crediderint, quod Lutherani nunc credunt. Et tamen si ex his *multis*, vel unum nominari, vel tibi sisti postules, Prædicans obmutescet. Nam quòd profert exemplum Heliæ, conquerentis, se solum relictum, cùm tamen divino responso edoctus fuerit, aliquot millia superesse, qui idolo Baal genua non incurvaverint; id tum demum ad rem faciet, si Prædicans nobis
B evidenter probaverit, sibi quoque divinitus patefactum esse, aliquot millia ex iis, quos S. Otho ab Ethnicismo ad Christianismum traduxerat, fuisse Lutheranos, & Romano Pontifici, genua non inflexisse; sed eum, Lutherano more, pro Antichristo habuisse. Si quid tale sibi divinitus revelatum solidè ostenderit, tum fidem nobis faciet. Priusquam hoc præstet, Prædicantem non rem, sed verba, rei inania, lectoribus dare certò credemus.

C At Prædicanti æstuanti & anhelanti nonnihil suppetiarum fert Lutherus in libro de *Missa privata & unctione sacerdotum* Tom. 7. Lat. Witeb. quo in loco docet, veram Ecclesiam esse, *I. Ubicunque est verus baptismus. II. Ubicunque in publicis suggestis & Dominicalibus concionibus textus Evangelii in idiomate cujuslibet terræ legitur. III. Ubicunque docetur remissio peccatorum & absolutio tum in confessione, tum publicè. IV. Ubicunque est Sacramentum altaris, etiam sub una specie, quod sub Pascha, aliàs bis aut ter quotannis Christianis porrigebatur. V. Ubicunque est vocatio & ordinatio ad Parochias & ministerium verbi. VI. Ubicunque sunt claves ad ligandum & solvendum, & consolandum in mortis agone. nam apud plerosque hic mos observatus est*, inquit Lutherus, *ut in mortis agone constitutis, imago ostenderetur crucifixi Christi, & admonerentur mortis & sanguinis Christi, &c. VII. Ubicunque est Psalterium, Oratio Dominica, Symbolum, Decalogus, & multa pia & egregia cantica; quale fuit; Veni sancte Spiritus:* Item: Nu bitten wir den heiligen Geist, ꝛc. *Ubicunque fuerunt ista verè sancta & Sanctorum reliquiæ, ibi fuit & est vera sancta Christi Ecclesia, ibi manserunt sancti.* Hæc Lutherus.

D Ex quibus manifestè consequitur apud Pontificios seu *Papistas* & esse & fuisse veram Ecclesiam, verámque fidem, Et *Pontificios* seu *Papistas* verè & esse & fuisse *Sanctos*; quia hæc omnia, quæ Lutherus commemorat, apud illos & sunt, & fuerunt, & manent. *Ideo in hac Ecclesia*, inquit Lutherus, *Christus certò fuit* (& est) *præsens, & spiritu Christi, ac conservavit*, hodiéque conservat) *veram cognitionem verámque fidem in his suis Electis.*

Deinde, si qui verè baptizatus est; si qui audit ex publicis cathedris Evangelii textum: E
Si qui credit remissionem peccatorum; & symboli Apostolici Articulos: si demum, qui alia à Luthero recensita aut habet, aut usurpat, verè sanctus & electus, hoc est, Lutheranus est. (Neque enim Luthero alius verè sanctus & electus est, nisi Lutheranus) tunc omnes *Papistæ* sunt *verè sancti & electi*; quia omnia supradicta habent. Cur ergo à Luthero & Lutheranis tot maledictis configimur, &, tanquam Dæmonis mancipia, diris omnibus dirissimè devovemur? Si Lutherus, & Cramerus operæ pretium facere, nec lectores ludificare cogitant, ostendant nobis, fuisse in Ecclesia, quam S. Otho in Pomerania condidit, plantavit, rigavit, amplificavit; qui crediderint omnia & per F
omnia, quæ in confessione Augustana & in Formula Concordiæ continentur; Nam hæc professio tam Lutheranam Ecclesiam, quàm Lutheranum hominem, hoc est, *Lutherichè* sanctum & electum constituit; non autem illa, de quibus ex Luthero & cum Luthero garrit Prædicans. Quem tamen commendatione dignum existimo, cùm liberè fatetur, in *Papatu* fuisse *vera Biblia*, die rechte heilige Bibel, deß wahren GOttes wahres Wort. Si vera Biblia erant in Papatu; cur ergo Lutherus Biblia à Papatu & ex Papatu accepta truncavit, mutilavit, vertit & invertit? Cur integros libros amputavit? Anne fas est, ut ex veris & sacris Bibliis non modò multæ sententiæ, sed & multi libri resecentur? G

Secundò, si vera Biblia, & verum veri Dei verbum fuerunt in Papatu; mentitur ergo Lutherus, & cum illo Prædicantes, quando toties ad ravim usque vociferantur; *Biblia & verbum Dei, fuisse in Papatu sepulta & penitus obruta, & à se jam demum ex tenebris in lucem extracta*; Præsertim cùm apertè fateantur, totius anni decursu textum Evangelicum auditoribus de loco superiore fuisse prælectum, etiam per Monachos & *sacrificos*, ùt isti Catholicos Sacerdotes appellitant; & addit Calumniator, pro singulari gratia Dei reputandum, quòd Deus *per tam immunda vasa* tam mundum liquorem in corda hominum transfuderit. Scilicet Deus verbi sui fluentis in corda fidelium Pomeranorum derivandis priùs puros & mundos canales non habebat, quàm Bugenhagius, Knipstro & alii, de quibus suprà, fœdifragi Monachi cucullos suos exuerent, & in mulierum amplexus admissariorum instar, ruerent. Sed ad Quæstiones.

IV. Utrum Pomerani à S. Othone conversi, & qui postea vixerunt, usque ad Lutherum, & in accepta à S. Othone religione obiêrunt, beatitudinem consecuti fuerint. H

Affirmat Cramerus, nec aliter potuit; quia si Pomeranos Christianos, qui Lutherum antegressi sunt, universim ad inferos able-

A ablegâsset, periculum capiti suo creâsset; nec enim credibile est, Pomeranos hodiernos tam parùm suorum majorum esse observantes vel amantes, ut passuri sint eos, aut hujus aut alterius Prædicantis calculo, æternis flammis addici.

B Sed vide, quibus argumentis adductus, Prædicans, Pomeranos superioris ævi in cœlo collocet. I. *Fuerunt verè baptizati, sciverunt Catechismum, & Symbolum Apostolorum. Perceperunt corpus & sanguinem Domini. Crediderunt Deum trinum & unum.* Respondeo, si hæc ad beatitudinem consequendum adultis sufficiunt, causam dicere non poterit, cur Catholicos, hoc est, ùt ipse vocat, *Papistas*, hujus ætatis à cœlo excludere tentet. Nam & ipsi vero baptismate tincti sunt. Norunt Catechismum & symbolum Apostolicum, corpus Christi manducant, ejúsque sanguinem bibunt. Credunt Deum trinum & unum. Imò & Calvinistæ litem Lutherano huic Prædicanti de possessione cœli intendent, dictitantes sibi abundè suppetere omnia, quæ Prædicans ad æternæ felicitatis assecutionem requirit. Et tamen Lutheranus iste Præco ægrè à se impetrari sinet, ut Calvinistis aditum ad cœlum pandat.

C Adde, mirum videri posse, quomodo iste superioris memoriæ Pomeranos in cœlitum contubernium recipiat; qui Lutheranorum judicio, fuerunt *Artolatræ* & *Idololatræ*. Adorârunt enim venerabile Eucharistiæ Sacramentum. At in schola Lutheri nihil certius est, quàm hanc adorationem, esse artolatriam, hoc est, idololatriarum extremam. Invocârunt insuper Sanctos. Coluerunt Sanctos. Venerati sunt imagines, præsertim Christi crucifixi, teste ipso Prædicante. At hæc omnia non tantùm idololatriam olent, sed & ipsissima idololatria sunt, ex Prædicantium placitis. Non ergo magis in cœlum admitti debent, quàm Idololatræ, qui adventum S. Othonis in Pomeraniam præcesserunt; quia S. Paulus, omnes idololatras indiscriminatim à regno Dei excludit. Nam quid interest, sive quis sit Idololatra baptizatus, sive non baptizatus? Sicut sanè ad interitum nihil refert, sive quis sit Judæus baptismate tinctus, sive à baptismate intactus. Imò gravius judicium subiturus videtur, qui baptizatus idololatra est; quàm qui idola non baptizatus colit.

D Nec est, quòd ignorans Prædicans ad ignorantiam confugiat: recinetur enim vulgare illud: *Ignorans ignorabitur.* Addetur & hoc. Etiam illos Idololatras Pomeranos, qui S. Othonem antecesserunt, laborâsse ignorantia; neque propterea in cœlo inter cœlites degere. Miseros Pomeranos, opera S. Othonis Christiana religione institutos, qui ab ignorantia gravissimarum rerum, & à densissimis tenebris liberari aliter non potuerunt, nisi postquam Paulus à Rhoda, Bugenhagius, & similes excucullati Rupicones à Luthero ejusdem Prædicamenti monstro illuminati, Pomeranos porrò illuminare, hoc est, excæcare cœperunt. At hoc nimis serum erat. Jam enim à prædicatione S. Othonis in Pomerania, aliquot Pomeranorum myriades ex hac vita ad aliam migrârant, neque lucis Lutheranæ ampliùs capaces erant. E

Obstrepit Prædicans: fuisse *olim puriorem Papatum, quàm hodie:* hoc est, non tam multa F Lutherano naso molesta, olim in Papatu tradita, quàm multa hodie traduntur. Hoc commentum jam suprà refellimus: nam quòd Petrum Lombardum, & S. Bernardum nominat, ætati S. Othonis suppares, quid inde? Quàm parùm S. Otho Lutheranus fuit; tàm parùm S. Bernardus & Lombardus Lutherani fuerunt, hoc est, addicti illi doctrinæ, quam hodie Lutherani profitentur. Deinde ad damnationem parùm interest, sive quis sit major, sive minor idololatra, dummodo sit idololatra; potest hoc quidem ad pœnam vel augendam, vel minuendam facere; certè ad penitus tollendam, nihil omnino facit.

Sed en aliud argumentum, quo adductus Prædicans priscos Pomeranos in cœlum G tollit, licèt Sanctos invocaverint, imagines honoraverint, Eucharistiam adoraverint, Pontifici Romano debitum honorem detulerint; vitam monasticam coluerint, & opibus suis foverint, plurimis extructis Monasteriis, & sexcenta talia fecerint, quæ Lutherani hodie partim ùt Idololatrica, partim tanquam Antichristiana execrantur. *Prisci Pomerani hinc læti excesserunt in fide, qua imbuti fuerant; cum dolore de male commissis, cum proposito emendationis, si diuturnior usura lucis obtingeret; firmiter credentes, Christum pro peccatis ipsorum crucis supplicium subiisse; nec aliud esse nomen, nisi Christi, in quo nos oporteat salvos fieri: Ergo dubitandum non est, antiquos Pomeranos, licèt nondum Lutherani Evangelii radiis collustratos, ab ultima beatitudine non excidisse.*

Hic iterum Lutherista, non modò *Papistis*, sed & *Calvinistis* bipatentem portam H ad cœlum aperit. Nam Calvinistæ dicent, se, limini mortis admotos, nihil horum omittere. Idem & Pontificii de se affirmabunt. An igitur Prædicans eos cœli honore dignabitur? At hic denuo ad ignorantiam sese recipiet. Verùm nos idem, quod antea, reponemus. Si ignorantia priscis Pomeranis scala in cœlum fuit, patiatur, ut & nobis sit. Dicet: *Nos, tàm clarè jam fulgescente Lutherano Evangelio, non posse amplius ignoratione excusari, utpote qui scienter cognitæ veritati adversemur, ac proinde hoc beneficio indignos esse.* Respondeo, Si Cramerus nos Europæos ex cœlo excludit, eò quòd ad cognitos Lutherani Evangelii radios lumina nostra claudimus; at saltem Indos, Japonas, Sinas, Æthiopas, & similes, qui nihil de Lu-

A Lutherano Evangelio nôrunt; (quia eis non hoc, sed illud annunciatur, quod S. Otbo annunciavit Pomeranis) cœlesti domicilio adscribere debebit: baptizantur enim, & quidem legitimè; discunt Catechismum. Nôrunt Symbolum, decem præcepta, percipiunt corpus & sanguinem Christi, æquè ac olim Pomerani. Morituris proponitur imago Crucifixi; prout requirit Lutherus. Profitentur se non habere alium Redemptorem nisi Christum. Dolent de peccatis admissis. Firmiter statuunt, si revalescant, se
B vitæ rationes ad præscriptum legis divinæ accuratiùs composituros. Quid multis opus est! Omnia faciunt, quæcunque à veteribus Pomeranis in cœlum receptis Prædicans fa-ctitata scribit. Et tam parùm, vel certè non multò plus de Quinto Evangelio nôrunt, atque Pomerani temporibus S. Othonis sciebant de Evangelio Lutheristico. Quo igitur titulo istos à perpetua illa beatitudine exulare jubebit; ut maximè nobis Germanis, quos undique radiis suis sol Lutheranus circumfluit, ignorantia non opituletur.

C Cæterùm, ut verbis compendium faciam, & rem in pauca conferam, Cramerus à Prædicantico genio non discedit; quia hac in re tota Pomeranis fucum facit & fumos vendit: inprimis enim nullum unquam nominare poterit, qui à S. Othone eam fidem hauserit, quam nunc Lutherani profitentur, & qua se salvos fore credunt. Obeat & lustret, omnes Pomeraniæ angulos, omnium ætatum annos à S. Othone usque ad Lutherum percurrat; si vel unicum ex tot chiliadibus à S. Othone Christo lucrifactis repererit, renunciet id nobis, & tam venerandam Lutherani Evangelii caniciem venerari & admirari incipiemus.

D Accedit, quòd non satis est, unam vel alteram vivificæ & salvificæ fidei partem amplecti. Tota tenenda est, si salutem consequi velis; nam ùt habet Symbolum Athanasianum, *quicunque vult salvus esse, ante omnia opus est, ut teneat Catholicam fidem, quam nisi quisque integram, inviolatámque servaverit, absque dubio in æternum peribit.* Si enim satis esset aliquam vel aliquas particulas tenere, vix ullus sectarius à cœlesti patria excideret, cùm nullus sit, qui non aliquod saltem dogma veræ fidei retineat. Si ergo Lutherana fides, quæ hodie in Pomerania viget, vera, Catholica, & Apostolica fides est, prout quidem sibi, & suis sectatoribus Prædicantes persuadent; oportet, ut, qui hujus fidei adminiculo, salutem interminabilem consequi cupit, omnia istius fidei dogmata & placita amplectatur, saltem virtute, & ùt vocant, implicitè; ita ut nullum habeat assensum positivum, qui ei repugnet; alioqui inficiabitur, verum esse, quod fides illa tradit. At Pomerani veteres, quos Cramerus cœli sedibus deturbare non audet, non tantùm ignorârunt aliqua dogmata,
E quæ Lutherana professio, tanquam Primaria tuetur, sed iis penitus adversa defenderunt & crediderunt; & quæ Lutherana secta tradit, respuerunt, ùt ex his exemplis apparet. Nam Lutheranis fundus, & fundamentum est, hominem sola fide justificari. Contrarium tenuerunt & crediderunt veteres Pomerani, teste ipso Cramero. Sanctos, Eucharistiam & imagines colere, Lutheranorum judicio, idololatricum est. At veteres Pomerani hæc ita fecerunt, ut, nisi fecissent, ingentis piaculi se reos futuros ex-
F istimâssent; nec hoc Cramerus dissimulare potuit. Præterea alia, quæ ex ipso Prædicante, antea recensuimus: in quibus veteres Pomerani cum hodiernis non magis conveniunt, quàm lux cum tenebris, & calor cum frigore.

Quòd illis diebus investituras Ecclesiarum Imperatores dare solebant, & de insignibus ad Imperatorem illatis in obitu Ruperti Episcopi Babebergensis.

CAPUT VI.

G HOc siquidem tempore Ecclesia liberam electionem non habebat: sicut postea sub Henrico V. mediante piæ memoriæ Callisto Papa actum est; sed, cùm quilibet Antistes viam universæ carnis ingressus fuisset, mox capitanei civitatis illius, annulum & virgam pastoralem ad Palatium transmittebant; sicque regia auctoritas, communicato cum Aulicis consilio, orbatæ plebi idoneum constituebat Præsulem. Itaque, cùm, ùt diximus, virga Pastoralis & annulus Episcopi * Præmensis Imperatori offerretur: mox ille accersito unicè dilecto sibi Ottone, munera hæc ei conservanda tradidit.

Ebbo. De abusu isto multa Baronius Tom. 11. & Tom. 12. & ego in Apologia Baronians.

* Bremensis.

H Post paucos verò dies, rursum annulus & virga Pastoralis Ruperti Babebergensis Episcopi Domino Imperatori transmissa est. Quo audito, multi nobiles & tam scientia quàm divitiis insignes ad * Curtem regiam confluebant, qui Episcopatum Babebergensem non mediocri precio sibi comparare tentabant. Imperator verò gaudens, quòd occasionem honorandi intimum * *Secretalem* suum Ottonem, ùt voluerat, invenisset, cunctos, qui pro eodem Episcopatu adipiscendo satagebant, arguta responsionum ambiguitate suspensos reddidit. Accidit itaque, ut procedens crepusculò diei cujusdam ex aula regia, & parumper in limine subsistens, audiret puerulos quosdam naturali callentes ingenio, talia invicem mussitare: Non benè agit Imperator, qui nobilem illum Babebergensem Episcopatum precio venumdare dispooit: cur non potiùs fideli suo Domino Ottoni hunc assignat; in quo est

Rupertus Episcopus Bamberg. moritur.

* Aulam.

* Cancellarium.

Dotes Othonis.

A est aspectus angelicus, reverendus habitus, mores religiosi, facundia singularis, prudentia & magnanimitas admirabilis. Hunc omni pietate & industria conspicuum decet esse Pastorem populorum.

B Audiens hæc Imperator, hilaris effectus est, recordatúsque Propheticum octavi Psalmi versum; *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem*; Deo gratias agebat, quòd voluntatem suam, hoc testimonio confirmari cernebat. Nec mirum; quòd infantilis ætas tali eum præconio efferebat. Illo enim tempore, sicut & postea, tantæ benignitatis, tantæque affectionis erga omnes erat, ut nemo cohabitantium ei inveniretur, qui non hunc ex corde diligeret, & verum Dei servum acclamaret; sed & modestia habitus, & perspicua religionis auctoritas sic in eo eminebat, ut nullus, eo præsente, quippiam indecens, aut risui aptum Verbo seu facto prætendere auderet; sed, cùm regiam Curtem intrabat, mox omnes prioris lasciviæ intentionem magnæ

Psalm. 8.

C gravitatis manu rergebant. Imperator verò legatos honorabiles Clero & populo Babebergensi dirigit: Pastorem se eis idoneum & electum ex millibus prævidisse nuntiat; atque ut Capitanei civitatis Moguntiam ad natale Dominicum sibi occurrant, paterna dulcedine mandat. Exhilarantur hoc nuncio Babebergenses, & confestim Egilbertus Præpositus, Adelbertus quoque Decanus, cum Eberhardo, piæ memoriæ, tunc sancti Jacobi, postmodum verò Majoris Ecclesiæ Præposito, assumptis natu majoribus & quibúsque illustrioribus personis, Imperatori Moguntiam, tempore condicto, occurrerunt.

Legati Bambergensium ad Imp. pro novo Episcopo.

NOTATIONES.

D Prædicans cap. 3. sui Chronici multa mentitur de Gregorio VII. Papa. Quibus ego repono quinquaginta illos Auctores, quos in Apologia pro Gregorio VII. protuli; præterea Gerochum Reicherspergensem, & alios, de quibus nuper actum in brevicula Apologia pro eodem Gregorio adversùs Annæ Comnenæ lœdorias, ut omittam paulò pòst evulgandos alios Gregorianæ sanctimoniæ testes. Rudolpho quoque Regi, qui in prælio manum amiserat, affingit Prædicans, non quæ Rudolphus dixit, sed quæ dixisset, si eo, quo & Prædicans animo, in Gregorium VII. fuisset. Capite quarto mentitur Prædicans, *investituras Episcoporum & aliorum Antistitum à Carolo Magno, usque ad Gregorium VII. semper penes Imperatores fuisse*: Hoc à vero alienum esse, docebit te Apologia mea pro Gregorio VII. & alia pro Cardinali Baronio, ubi de hoc ex instituto copiosè disputavimus.

E *De postulatione Cleri & populi ad S. Michaëlem pro idoneo rectore, agentibus nunciis, apud Imperatorem; & qua Imperatoris commendatione Otto eis Episcopus designatus sit.*

CAPUT VII.

F Interim verò Clerus & populus Babebergensis diu jam Episcopali benedictione privatus, nullo modo à precibus cessabat, sed unanimi devotione congregatus in Dominica proxima natali Dominico solenni processione cum Reliquiis Sanctorum Montem B. Michaelis Archangeli ascendunt, ibíque Missarum celebritatem summa compunctionis dulcedine agentes, divinam exorabant clementiam, ut per summum sedis suæ ministrum, qui semper in adjutorium populo Dei occurrit, eis propitiatus acceptabilem sibi largiri dignaretur Antistitem. Quorum preces & vota, quomodo secretissimas Dei penetraverint aures, hodiéque & usque in consummationem seculi, patenter datur intelligi, quia talem huic Ecclesiæ prædestinavit Præsulem, qui omnes Prædecessores suos meritorum Prærogativa longè antecessit; cujus *memoria in omni ore quasi mel indulcabitur, & ut musica in convivio vini.* Divinitùs enim re vera in hunc locum est directus, quem penè collapsum mirificè, Deo cooperante, reparavit, & cultu interiori & exteriori tam nobiliter augmentavit, ut, quousque mundus iste volvitur, ejus laudabile meritum, semper accipiat incrementum.

Ebbo. Vide vitam à Canisio editam lib. 1. cap. 3. Supplicationes Bamberg. pro adeptione novi Præsulis.

Ecclesiast. 49.

G Venientibus itaque Capitaneis Ecclesiæ Babebergensis. Imperator eos cum honorifico gaudio suscepit, & accitis coram Principibus, ait; quantum profectui & honori Ecclesiæ Babebergensis congratuler, hinc advertite, quòd cùm tot magnæ & alti sanguinis personæ Episcopatum hunc à me precio comparare tentarent, ego illum potiùs, qui fide, moribus, sapientia & religione cunctis præstat, vobis eligere malui; & advocans pium Ottonem, annulum & virgam pastoralem * Præmensis Episcopi ab eo repetiit. Illo, sine mora resignante hæc imperator ait; Ex multo jam tempore, fidelem te mihi, & præ omnibus utilem approbavi; tempus est, ut & ego fidei tuæ digna munificentiæ meæ largitate respondeam: * accipe nobilem Ecclesiæ Babebergensis Præsulatum, quem multi quidem pecuniis & muneribus sibi comparare satagunt, sed ego, spretis omnibus illis, te solum hoc Pontificali culmine statui illustrare.

* Bremensis. Otho designatur Bamberg. Episcopus.

* factum hoc Anno Christi 1102.

H Mox pius Otto cadens in faciem, & cum lacrymis, se tanto apice indignum esse protestans, jussu Cæsaris ab Optimatibus erigitur, annulo & virga pastorali, quamvis plurimùm renitens, investitur, & quantùm se

Otho oblatum honorem deprecatur.

Sed frustra.

A

Gaudium populi in ejus electione.

se indignum fatebatur, tantùm dignior à cunctis asserebatur, mirúmque in modum universa, quæ aderat, multitudo in electione acclamabat; una omnium voluntas, eadem vota, eadémque sententia, Ottonem Episcopatu esse dignissimum, felicem fore tali Ecclesiam Sacerdote. Quid multa? non aliud pium Ottonem facere licuit, nisi quod Imperator & populus, Domino volente, constituit.

B

Imperator commendat Bambergensibus Othonem.

Itaque Imperator Clero & populo affectuosè cum sedulitate eum commendans: Ecce, ait, electus & Deo dignus Pontifex; hunc ùt viscera mea desideranter suscipite, scientes, eum omni divina & humana scientia probabiliter instructum. Nam, ut verum fatear, ex quo regni solium, Deo largiente, conscendi, in comitatu nostro, vel in Capella nostra non memini me virum honestate, prudentia, & omni virtutum genere præstantiorem vidisse.

Encomia Othonis.

C

Obmurmurat Comes de Sulzbach.

Ad hæc Beringerus Comes de Sulzbach, cui cum bonis sæva semper voluntas fuit, submurmurans; Domine, ait, nescimus quis, vel unde sit, quem nobis Pastorem assignâsti. Cui Imperator, si unde sit, ait, quæris? Babeberg mater ejus, ego autem pater ipsius sum. Et, vivit Dominus, qui nocuerit eum, tanget pupillam oculi mei: quíve eum deponere tentaverit, me quoque regni solio privabit. Hunc divino credens electum judicio, vobis Pontificem dignum offero. Nam qualis est, quantáve in eo gratia redundet, evidentius adbuc experimentum capietis. His dictis cuncti, elata in altum voce, laudem Deo canebant, Clerus & populus prospera ei divinitùs imprecando affectuosis vocibus concrepabant.

Imp. defendit Othonem.

Qua honestate Imperator Ottonem Episcopum ad sedem suam direxerit, & quomodo susceptus sit.

CAPUT VIII.

D

Ebbo. Vide vitam edit. à Canis. lib. 1. cap. 4.

IMperator autem secretiùs eum de necessariis quibusque paterna informans diligentia, aliquandiu in Palatio detinuit, donisque optimis cumulatum, Ecclesiæ Babebergensi honorificè destinavit. At pius Otto chari Cæsaris vitam charissimo JESU multùm commendans, iter cum suis aggressus est. Cúmque emenso itinere ad villam *Ampherbach* dictam venisset, occurrerunt ei eminentiores quique & honorati Babebergensium, & magno exultationis concentu Patrem desideratissimum excipientes debita sedulitate obsequii in vicem sese prævenire certabant. Ipse autem paululùm

Otho Bambergam tendit.

Occurrunt Othoni Bambergenses.

E

ex eàdem villa progressus, cùm civitati Babebergensi appropinquaret, ad demonstranda veræ humilitatis & invictæ magnanimitatis exempla, equo, cui insederat, sese excutiens, & calceamentum solvens, nudipes intrat urbem. Erat autem tunc hiems nivosa, & glaciali frigore asperrima, & ille beatus, igne divini amoris calens, in intimis virili constantia tolerabat horrorem tanti algoris, ita ut per longissimos viæ tractus nudipes ambulans cunctis per hoc admirationi esset, atque stupori.

Bambergam pedes & nudipes intrat.

F

Igitur in Purificatione sanctæ Dei genitricis Mariæ, pio Ottone cathedram suam invisente, Clerus & Populus Babebergensis unanimi devotione adunatus ante portam civitatis occurrit, & solenni apparatu cantúque dulcisono, ùt competebat, in domum Domini novum Pastorem deducendum cum lacrymis, spirituali gaudio plenis, Deo gratias agebant. Cúmque post debitam devotæ susceptionis & salutationis jucunditatem domum Episcopalem adisset, pedes ejus nimiu gelu diriguerant, ita ut sanguis guttatim procurrens, tepida eos aqua confoveri urgeret: unde & postmodum sæpius vehementissimo podagræ dolore cruciabatur: sed inerat ei admiranda fortitudo patientiæ & robur mentis, tantáque vis amoris Christi, ut pro hoc à Dei opere nullatenus cessaret.

G

Proverb. 20.

Sciens autem veridicum illud Proverbium; *Hæreditas*, ad quam festinatur in principio, *in novissimo benedictione carebit*: consecrationis suæ gratiam longo tempore, id est, per triennium distulit, ut postmodum suscepti Præsulatus curam tantò perfectiori interiorum & exteriorum scientiâ administraret, quantò ad hanc instructior ex tempore veniret. Augebat quoque dilationis hujus causam schismatis, quod tunc in regno erat, dolenda satis confusio: quia * Ruthardus venerabilis Moguntinus Archiepiscopus, quasi rebellis Imperatori, & per hoc cathedra suâ depulsus, in Turingia per octo annos jam morabatur. Plurimi quoque Episcoporum in Teutonicis partibus, officii sacerdotalis suspensione mulctati fuerant: unde, pius Otto ordinationis suæ gratiam à beatissimæ memoriæ Paschali Papa consequi desiderabat, sciens quantæ affectionis privilegio, Babebergensis Ecclesia à fundatore suo beato Henrico Imperatore, primitùs Romanæ sedi, quasi unica filia matri, esset obligata. Pro hoc ergò literas hujuscemodi per fideles & honorabiles nuncios misit Apostolico.

Differt consecrationem suam.

* De Ruthardo, lege Serarium lib. 5. Rerum Mogunt. ad annum 1083. & 1109.

H

A *De literis ad Apostolicum pro sua causa directis.*

CAPUT IX.

Insignis epistola S. Othonis ad Paschalem Pontif. & est copiosior, quam illa, quæ extat in vita edit. Canisianæ lib. 1. cap. 5.

Domno Apostolico Paschali prærogativa meritorum & sanctitate morum, Romanæ sedis apice condignè sublimato, Otto Dei gratia Babebergensis electus, cum omni devotione orationes promptissimas & servitium tam voluntarium, quàm debitum.

B *Quia tandem, Domino miserante, & Ecclesiæ suæ navem moderante, post nubilas errorum tempestates, serenæ lux veritatis Occidentali refulsit Ecclesiæ, ante omnia & super omnia desideramus scire sanctitatem tuam, in omnibus nos paruisse, uti decuit, legato tuo, Episcopo videlicet * Constantiensi, & summa devotione cuncta, quæ per ipsum edocti sumus, partim executos fuisse, partim, si vita detur, exsequi paratos. Quamobrem vestigiis pedum tuorum advoluti, obnixè flagitamus, ut paternitatis tuæ servum patienter audias. Siquidem mundo jam in maligno posito, * cui vix cuiquam creditur homini aut loco, non parvæ nos torquent angustiæ pro ordinationis nostræ assecutione. Proinde dubius & anxius & fluctibus curarum naufrago simillimus, cum Principe Apostolorum, cujus vicem tenes, ad te clamo;* Domine, salva me: *& ut paucis summam nostræ causæ concludamus, in hac hora & potestate tenebrarum, te solum respiciunt oculi nostri, tibi debitam servare obedientiam, parati sumus, tecum aut consistere, aut pro te in carcerem ire decrevimus. Auctoritati ergo tuæ tota mente desideramus inniti, tu nobis manum porrige, quod nobis velis facere, jube. Si mandas, ut ad te veniamus, opes nostræ, licèt rapina & igne sint attritæ, tamen desiderio te videndi, & consecrationis gratiam consequendi, cum debita servitutis nostræ benedictione tuæ majestatis præsentabimus aspectibus.*

* Gebhardo.

* eûm.

S. Otho scrupulis angitur ob acceptum annulum & baculum ab Imperatore.

Subjicit se totum summo Pontifici.

C *Dignentur ergò viscera pietatis tuæ super hoc negotio aliquo nos rescripto certum reddere, quò & iter tutum ad te veniendi nobis præmonstretur, & benedictionem, quam devoti efflagitamus, à te percepturos esse significetur. Quam nimirum propterea à tua sanctitatis manu tantopere expetimus: quia Metropolitanus noster, etsi per te habeat consecrationis gratiam, tamen, quod sine lacrymis fateri nequimus, magnam cooperatorum spiritualis doni patitur injuriam.*

D *Quomodo investitus & consecratus sit per manus Domini Apostolici.*

CAPUT X.

Ebbo. Vide vitam edit. à Canisio lib. 1. cap. 7.

His ergò literis ab Apostolico reverenter acceptis & relectis, idem summus Pontifex Paschalis gaudio repletus, (erat enim totus charitate diffusus, omnique affabilitate jucundus) pium Ottonem paterna dulcedine ad Sedem Apostolicam evocavit, qui pro hoc immodicas Deo gratiarum actiones exsolvens, ùt mandatum acceperat, cum suis impigrè limina Apostolorum adiit. Cúmque hilari satis reverentiâ, ab Apostolico susceptus fuisset, juxta quod scriptum est; *justus in principio sermonis accusator est sui;* genibus Domini Papæ advolutus, curam pastoralem humiliter ei resignavit, se indignum, & nullatenus tanto oneri aptum esse, lacrymosis singultibus vociferans. Verebatur enim aliquantulæ Simoniacæ hæreseos umbra se respersum: quia, tanto tempore in Curte regia * fidelibus ministerio desudaverat, ne fortè Imperator pro mercede ejusdem, servitii Pontificatus eum infula sublimâsset; ideóque non sine animæ periculo, hujus sacerdotii dignitate fungeretur. Unde maluit temporanei honoris subire dispendium, quàm superni arbitri oculos offendere, animæque suæ pati detrimentum. Cúmque abdicatâ pastorali curâ è conspectu Apostolici gaudens pro hujusmodi libertate abscessisset; conversus ad Dominum; Expeditiùs, inquit, tibi Domine serviturus sum; quia tanto me onere liberâsti. E

Factum hoc Anno 1103. S. Otho vocatur Romam.

Proverb. 18.

S. Otho procidit ad pedes summi Pontificis.

Eidem resignat Episcopatum.

* fideli.

Sed non diu hac ei libertate frui licuit. F Papa enim divino tactus spiritu, sequenti die ad revocandum Dei virum legatos dirigit: cùm jam ille ad locum *Sudra* dictum venisset, eique onus Ecclesiastici regiminis, quod pridie abjecerat, licèt plurimùm renitenti, ex auctoritate S. Petri imposuit, & iterum iterúmque renitentem dulcibus & verè paternis animavit promissionibus, se ei fautorem, & fidelissimum contra omnes mundi impetus defensorem spondens.

Pontifex Othoni Episcopatum restituit.

Deinde in vigilia Pentecostes xenia ei per honorabilem transmisit Apocrisiarium, cui G & hoc in mandatis tradidit; dic Episcopo, ut præparet se ad accipiendum Spiritum sanctum, sicque in die sancta Pentecostes, quæ erat tertio Idus Maij, scilicet in natalitio S. Gangulfi Martyris, Deo dignum Antistitem, propriis, tanquam B. Petri manibus, solenniter consecravit in Anagnia civitate, quæ Romaniam dividit & Apuliam; & privilegio Crucis ac pallii tam eum, quàm omnes successores ejus in perpetuum honorandos esse censuit, ídque scriptis talibus confirmavit.

Ipso die Pentecostes Pontifex consecrat Othonem.

NOTATIONES.

Distulit S. Otho consecrationem suam in triennium usque, causa dilationis redditur H cap. 8.

Prædicans cap. 5. sui Chronici mentitur, causam dilationis hujus fuisse Ruthardum Archiepiscopum Moguntinum, à quo S. Otho consecrationem obtinere nequiverit, nisi Pon-

A Pontifici Paschali se subjiceret, & ab eodem Investituram, hoc est, annulum & baculum pastoralem acciperet. Sed rem secus habere, disces ex cap. 8. quia Ruthardus sede sua ab Imperatore schismatico Henrico IV. pulsus, in Turingia exulabat; quare Othonem consecrare non poterat.

Deinde ipsemet Otho, religione tactus, noluit consecrationem accipere, nisi de manu legitimi pastoris, nempe Pontificis Romani, annulum & baculum acciperet, animadvertens, se & præter & contra Cannones egisse, quando ab Imperatoris manu se investiri passus est. Nam si ab alio, quàm à Pontifice consecrari voluisset; neque eum ob Investituram ab Imperatore acceptam, conscientia remordisset; facillimè ab Imperatore alium consecratorem impetrâsset: qui enim non erubuerat Ruthardum in exilium detrudere, religioni sibi non duxisset; si ejusdem loco alium ordinatorem Othoni conduxisset.

B Ait Prædicans, scrupulum Othonis, ob *Investituram* fuisse *intempestivum*. Credo, Prædicanti satis videri & esse intempestivum. At non Othoni, quia tempus erat, ut, deserto mercenario, ad verum Pastorem se reciperet, à quo in ovile Dominicum admitteretur; ne si aliunde ascendisset; neque per ostium in cautelam intrâsset; non Pastor, sed fur & latro haberetur.

Clamat; *Othonem sese subjecisse Paschali Tyranno & Antichristo.* Ex quo sequitur, priscos Pomeranos, ab *Antichristi satellite*, & *tyranni mancipio*, Christianam fidem accepisse. Quis autem credat, Apostolum Antichristi, veram & salvificam fidem, aut docere aut docuisse? Quocirca iterum opus erit, ut antiquos Pomeranos, quos ob fidem ab Othone acceptam, Prædicans priùs ad superos sustulit; descendere, & ad inferos migrare jubeat, cùm veram & salvificam fidem ab Othone non acceperint, si Otho Antichristi minister fuit.

C Mentitur Prædicans, Othonem à Paschali fuisse Romam vocatum, *ut sibi ad genua procideret.* Nihil hujus apparet in epistola Paschalis ad Othonem. Vocatus enim est, ut à Pontifice, legitimo ritu, & annulo & baculo, & consecratione Episcopali donaretur: Quod postea, consueto more, provolutus ad Pontificis pedes, eidem debitum honorem detulit, id observantiæ & officii fuit; nam & Prædicans, opinor, genua flectit, quando ad Illustrissimum Pomeranorum Ducem accersitur, licèt non eo fine advocetur, ut genua flectat, sed alias ob causas.

D Hallucinatur Prædicans, cùm scribit; *Othonem Romæ à Paschali fuisse consecratum;* Non Romæ, ô bone, sed Anagniæ, ùt ex cap. 10. manifestum evadit.

Invehitur Prædicans in Pontificem, quòd se efferat *supra Imperatores, quos tamen scriptura appellet* Deos. Audi Prædicans; Pontifex non effert se supra Imperatores; sed Christus extulit, hoc ipso, quòd Pontificem, *Pastorem* universalem: Imperatorem verò, *Agnum* seu *Oviculam* sub hoc Pastore fecit. Quis major? Pastor an ovis? Quis supra alterum? Num Pastor supra ovem? An ovis supra Pastorem? Etiam Pontifices, *Dii* in scriptura nominantur; quia omnes judices *Dii* appellantur; At Pontifices quoque judices sunt: ergo & Dii. Si omnes Pontifices sunt Judices, multò magis judex, & sic *Diis* annumerandus erit summus inter Pontifices, cui cœli arbitrium datum, & plena solvendi atque ligandi potestas. E

Capite sexto acriter insurgit Prædicans in S. Othonem, quòd *pro Henrico filio contra Henricum Patrem steterit.* At hoc factum Othonis nemo nisi schismaticus aut Hæreticus unquam culpavit; cùm Otho fecerit, quod, ut fieret, tam Ecclesiæ, quàm Reipublicæ incolumitas efflagitabat; quódque Deus ipse paulò pòst, mirabili eventu comprobavit, in ordinem coacto, & mox penitus sublato Henrico seniore; qui toties fidem fefellerat, tótque annis, innumeris calamitatibus Ecclesiam miserandum in modum divexârat. Nec solus Otho Henrico se opposuit, sed plerique alii tam Politici, quàm Ecclesiastici Proceres, quibus salus patriæ curæ & cordi erat. F

At captus est Otho cum sociis Romam proficiscens. Quid tum? An nemo unquam insons captus, & in vincula abreptus est? Cur retices Prædicans, quomodo Otho, & alii Principes per Welphonem Noricorum Ducem, valida manu liberati fuerint, eò adactis iis, qui Othonem & alios Præsules ceperant; ut nudis pedibus ab Episcopis veniam postulârint, ùt scribit Urspergensis; cujus lectio omnes nebulas ab isto calumniatore sparsas, è vestigio dissipabit. G

Ait Prædicans: *Se ista de Othone referre, non detrahendi studio, sed ne arbitremur, eum ab omni labe purum & integrum vixisse.* Damit wir nicht Otten zum Engelreinem Götzen auffwerffen. *Ne Othonem pro Idolo Angelica puritate prædito venditemus.* Metuebat nimirum Prædicans, futurum; ut hodierni Pomerani Othonem in Sanctorum numero haberent, nisi eum, tanquam proditorem & majestatis reum, per ora vulgi Lutherani traduceret. Imò adeò hac in re Otho omni culpa vacavit, ut maculam haud levem contracturus fuisset, nisi sese ad Catholicorum cœtum contra schismaticos aggregâsset.

Cap. 7. dentes stringit Prædicans in Paschalem Pontificem, quòd cum filio Henrico non egerit clementiùs, quàm cum parente. At nil mirum, quandoquidem Henricus promissis non stetit, & *Investituris*, bonísque Ecclesiasticis æquè ac parens contra fidem datam, inhiare cœpit. Num verò H

A Pontifex pacta violârit, an Henricus, disces ex illis, quæ ex veterum monumentis tradit Baronius Tnm. XII. Anno Christi MCX. & MCXI. Quid autem tempore hujus Schismatis Otho egerit, *non liquere* ait Prædicans. Utcunque sit, hoc certum esto, à Sede Apostolica non discessisse, cujus tantus assertor erat, ut jam pridem huic Prædicanti stomachum nnn modò verterit, sed & propemodum everterit.

De literis ipsius Apostolici Ecclesiæ suæ ipsum commendantis.

CAPUT XI.

Pontifex commendat Othonem Bambergensibus.

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Ottoni Babebergensi Episcopo salutem & Apostolicam benedictionem.

B CHaritatis proprium est bonum, congaudere profectibus aliorum; charitas enim non quærit quæ sua sunt. *Unde & Apostolus, tunc ait;* Vivimus, si vos statis in Domino. *Et iterum;* quæ est enim nnstra spes, aut gaudium, aut cornna gloriæ? nónne vos, ante Dominum nnstrum JEsum Christum? *Hoc igitur charitatis debito provocamur, & Apostolicæ sedis auctoritate compellimur hoc nomine debitum fratribus exhibere, & S. Romanæ Ecclesiæ dignitatem pro suo cuique modo cæteris Ecclesiis impartire. Ideirco venerabilis frater, Otto Babebergensis Episcope, dilectioni tuæ pallium ad sacra Missarum solennia celebranda concedimus, quo nimirum fraternitas tua intra Ecclesiam tantùm uti noverit, illis solùm diebus, quos præsens descriptio continet; videlicet, die sancto Resurrectionis Dominicæ & Pentecostes, item Nativitatis Domini nostri JEsu Christi, & in natalitio SS. Apostolorum Petri & Pauli, in solennitate S. Dionysii Martyris, anniversario etiam tuæ consecrationis die, & dedicationibus Ecclesiarum: cujus nimirum pallii volumus te gratiam per omnia vindicare. Hujus siquidem indumenti honor humilitas atque justitia est.*

1. Cor. 13.

1. Thess. 2.

Pallium conceditur S. Othoni. Ubi & quando ferendum.

C *Tota ergo mente fraternitas tua se exhibere festinet in prosperis humilem, & in adversis, si quando eveniunt, cum justitia erectam, amicam bonis, perversis contrariam, nullius unquam faciem contra veritatem suscipiens, nullius unquam faciem pro veritate loquentem premens, misericordiæ operibus juxta veritatem substantiæ insistens, & tamen insistere etiam super veritatem cupiens, infirmis compatiens, benè valentibus congaudens, aliena propria deputans, de alienis gaudiis, tanquam de propriis, exultans, in corrigendis vitiis piè sæviens, in fovendis virtutibus auditorum animum demulcens, in ira judicium sine ira tenens, in tranquillitate autem severitatis justa censuram non deserens.*

Quid significet pallium. Vide cap. 97. vitæ S. Henrici, ubi Bullam Leonis IX. de concessione Pallii invenies. Vide etiam lib. 1. cap. 30. vitæ edit. à Canisio.

D *Hæc est ergo frater, Frater charissime, pallii accepti dignitas, quam si sollicitè servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Ad hæc* E *etiam Crucis vexillum intra Babebergensis Ecclesiæ Parochiam ante faciem tuam portari concedimus, salva videlicet Moguntiæ Metropolis reverentiâ, ut speciali Romanæ Ecclesiæ dignitate præditus, specialiter ejus studeas obedientiæ ac servitiis insudare. Fraternitatem tuam superna dignatio per tempore longa conservet incolumem, Amen. Scriptum per manum Joannis Scriniarii Regionarii ac Notarii sacri Ralatii.*

Crucis præferendæ potestas.

Sed & reverendo Præsuli Ruthardo Metropnlitano idem Apnstolicus literas commendatitias pro dilecto Patre Ottone misit in hunc se modum continentes.

De literis ipsius Apostolici ad Ruthardum Archiepiscopum Moguntinum pro S. Ottone directis.

CAPUT XII.

Paschalis Episcopus servus servorum Dei Ruthardo, Moguntino Archiepiscopo, salutem & Apostolicam Benedictionem. F

QUantùm à suæ institutionis exordio Babebergensis Ecclesia Sedi Apostolicæ familiaris extiterit, prudentiæ tuæ notum existimamus. Congruum igitur duximus, ut venientem ad nos venerabilem fratrem nostrum Ottonem, ejusdem Ecclesiæ Electum, integra & perfecta præteritæ familiaritatis gratia susciperemus.

Pontifex commendat Othonem Archiepiscopo Moguntino.

G *Præterea quoniam Ecclesia eadem per diuturna jam tempora Episcopalis officii sollicitudine caruit, & propter præteriti schismatis ultionem in Teutonicis partibus perpauci Episcopali funguntur officio, juxta ipsius Ecclesiæ postulationem, eidem fratri nostro charissimo, cùm per multa ad nos venisset pericula, consentientibus & unanimi sententiâ decernentibus omnibus, qui nobiscum aderant, Episcopalis Benedictionis manum, Domino largiente, contulimus, salva nimirum debita tuæ Metropolis reverentiâ. Eum igitur ad vos cum nostra gratiæ dulcedine remittentes, fraternitati vestræ literis præsentibus commendamus, ut quantò Sedi Apostolicæ familiarior creditur, tantò apud vos charior habeatur. Data Lateranis e 2. Calend. Junii.*

H Talibus scriptis beatissimum Patrem nostrum Ottonem Apostolicus, divæ memoriæ, Ruthardo Archiepiscopo, fideli suo, commendans, quàm intimis paterni amoris visceribus eum amplectendo foveret ac fovendo amplecteretur, evidentiùs apparuit. Nec immeritò. Prævidebat enim beatum hunc firmissimam Ecclesiæ Dei columnam futuram, & arcam Domini inter undas diluvii felicissima gubernatione recturum. Nihilo minùs Clero & populo Babebergensi idem summus Ecclesiæ Pastor literas hujuscemodi transmisit, ut filiis quoque unicum

A cum Patrem antè gratum ex hoc gratiorem redderet.

De literis ipsius Apostolici ad Clerum & populum Babebergensem Ottonem suum commendantis.

B

CAPUT XIII.

Vide vitam edit. à Can. lib. 1. cap. 9.

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, Clero & populo Babebergensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Pontifex commendat Othonem Bamberg.

*QUanta affectionis debito Babebergeasis Ecclesia ab ipso sua constitutionis primordio Sedi Apostolica constringatur, etsi nos lateret, literarum vestrarum significatio manifestat. Quod affectionis debitum venerabilis Frater noster Otto, vestra Ecclesia Electus non * inconstanter tenuisse, & tenere cognoscitur, cùm per tot & tanta pericula ad Apostolica Sedis visitationem * tendere procuravit.*

* Mendosè editio Canisiana: Non instanter.
* edit. Canis. percurrat.

Nos igitur eum debita benignitatis affectione suscepimus, & juxta vestra dilectionis desiderium, nostris, tanquam Beati Petri manibus, salvo Metropolitani jure, vobis per Dei gratiam Præsulem ordinavimus. C *Nunc ergo sub præsentium literarum prosecutione ad Ecclesia vestra regimen remittentes, plena hortamur affectione diligi, plena humilitate venerari. Confidimus enim Ecclesiastica disciplina eum futurum esse custodem, & salutis vestra solicitum provisorem. Huic ergo sedulis obedite obsequiis, & gratiam vobis in eo conciliate cœlestem, integritatem fidei Catholica firmam semper in omnibus conservate, Sedi Apostolica semper devotiùs adhærete, ut per ejus consortium à contagiis omnibus liberi ad æterna salutis portum feliciter pervenire, Domino largiente, mereamini.*

Hoc modo vir ille per omnia Apostolicus & verè dignus Petri Vicarius Patrem filiis devotissimis commendabat. Ad hæc etiam ipse piissimus Pater Otto non ignarus curarum & solicitudinum, quibus grex fidelis pro unico Pastore angebatur jam jámque ardens & sitiens desiderabili ejus reditu recreari, consolatorias ei misit literas hæc continentes.

De literis consolatoriis S. Ottonis Clero & populo Babebergensi missis.

D

CAPUT XIV.

Edit. Canis. * Eberhardo. Vide vitam Canis. edit. lib. 1. c. 8.

Otto DEI Gratia Babebergensis Episcopus * Egilberto Præposito, Adelberto Decano cæterisque fratribus omne bonum.

Epistola S. Othonis ad Bambergenses.

QUantam ego novi & expertus sum charitatem vestram, scio vos jam diu expectare eventum nostri laboris, ut de nostro successu, siquidem benè per misericordiam Dei successerit, gaudeatis. Ne ergo diutiùs suspensi aut dubii de nobis sitis, sed ùt justum est, syncerissimè congratulemini, literis istis significare vobis decrevimus, quàm misericorditer E *Deus, more suo, post immensos labores & sudores plurimos, nobiscum operatus sit in die sancto Pentecostes, qui dies ex adventu sancti Spiritus sacratus & cunctis fidelibus jure solennis est: Illo, inquam die, Deo sic ordinante, in Anagnia, civitate Campania, qua Romaniam dividit & Apuliam, Episcopalis Benedictionis munus, quamvis indignus, Domino largiente, suscepi, beatissimo Papa Paschali manum imponente, cæteris verò Episcopis plurimis cooperantibus, Clero quoque Romana Ecclesia, cujus magaa pars ea die in eandem civitatem convenerat, astante & consentiente: Et quod nulli à Romano Pontifice consecrato nostris temporibus contigit, sine oblatione alicujus juramenti consecratus sum. Hujus loci, hujus diei, hujus gratuita misericordia Dei semper memores esse velitis, eum omni gratiarum actione, obnixè precamur, præcipuè cùm alia complures veneranda persona de magnis rebus apud Apostolicam Sedem agentes, infecto negotio, redierunt.*

Nunciat illis suam consecrationem.

* Magnificate *ergò* Dominum mecum, & F exaltemus nomen ejus invicem: *cui quàm facile est resistere superbis; tam facile est humilibus dare gratiam. Quia verò asperum est, confusis temporibus esse Præpositos, curandum nobis est, & omninò satagendum, ut res dura fiat mercedis occasio. Dum ergò seminandi tempus est, semina bonorum operum serere non cessemus, ut majores in die messis lætitia manipulos reportemus nostro capiti, quod est Christus, per compagem charitatis adhærentes, ne ab eo, mundanis plus justo intenti lucris separemur, & veluti palmites de vite ejecti arescamus. Sed quia in exequendis justitia operibus, divina gratia adjutorio opus est, omnipotentis Dei assiduis precibus clementiam exorate, quatenus ad hæc nobis operanda & velle tribuat, & posse concedat, atque in ea nos via cum fructu boni operis, quam se esse, testatus est, dirigat, ut, sine quo nihil possumus, per ipsum implere omnia valeamus.*

* Hic finitur epistola S. Othonis in edit. Canis. Psal. 33.

Joan. 14.

Igitur electus Dei Pontifex consecratione G solenni ab Apostolico provectus, aliquantisper ab eo humanitatis gratia est detentus; sicque optata potitus emissione, prospero itineris decursu, transcensis Alpibus, Carinthiam venit.

S. Otho venit in Carinthiam.

De generali colloquio Principum Ratisbonæ habito, & de reditu pii Ottonis ad sedem suam.

CAPUT XV.

POsthæc Imperator Henricus universis H Regni Principibus Curiale colloquium Ratisbonæ indixit, ad quod novus Antistes pius Otto occurrens, debiti honoris reverentiâ susceptus est, cunctóque Optimates præsentes elegantiâ morum & sapientiæ gravitate ac paternæ dulcedinis affabili-

Ebbo. MCIV. S. Otho venit ad Comitia Ratisbonensia.

A bilitate miro sibi devinxit amore: ita, ut felicem unanimiter proclamarent Ecclesiam, quæ tali divinitus donata esset sacerdote: sicque regia cumulatus munificentia, post arduæ peregrinationis angariam, Pastor pius ovium suarum curam suscepturus Bambergam ingreditur, ibique à Clero & populo immenso jubilationis tripudio, ac si Angelus è cœlo missus exciperetur. Qui tali potius honore in hoc omne studium suæ devotionis impendit, ut & splendore virtutum radiaret in moribus, & glorificantem se Dominum suis glorificaret operibus. In cunctis enim affectabat honorem Christi, salutem populi, contemptum sui: sciens sibi in his omnibus, non sua, sed Domini esse lucra quærenda.

Inde Bambergam. Studia S. Othonis.

B Nitebatur itaque in domo Domini oliva esse fructifera, studuitque in populis verbi erogare talentum, pro quo se sciebat quandóque super omnia Domini bona constituendum. Quapropter de commissa sibi cura solicitus, Ecclesiasticæ utilitati diebus invigilabat ac noctibus, dans operam, quomodo bona Ecclesiæ suæ vel augeret inventa, vel restauraret amissa. Cùm itaque ad dilatandam Christi gloriam tota ejus flagraret intentio, quædam cœnobia à fundamentis construxit, quædam verò priùs tenuiter incboata, sed per eum Ecclesiæ Babebergensi digno precio acquisita, largo sumptu perfecit.

Vigilantia ejus pro suo grege.

De primitiis operum ejus in Episcopio Herbipolensi & Babebergensi.

C CAPUT XVI.

Verba Thimonis. Vide vitam edit. Canis. lib. 1. c. 11. Monasteria à S. Othone condita in Diœcesi Herbipolensi.

ET primitiæ quidem Operum ejus, duorum structura Cœnobiorum in Episcopio Herbipolensi, qunrum alterum *Uraugia* dicitur, sub patrocinio beati Laurenoi: alterum verò *Ura*, in honorem Beati Petri Apostoli. His autem honesta & eleganti fabrica compositis, sicut omnibus Cœnobiis suis faciebat, prædia emere, sylvas & agros, & prata comparare, vel aliis justis modis acquirere satagebat. Ipsa verò nominare & enumerare universa, ne longus aut fastidiosus fiam, omitto.

D Deinde in Babebergensi Episcopio tertia & quarta ædificatio duorum Cœnobiorum fuit; quorum unum Michelvelt dictum in honorem S. Joannis Evangelistæ: alterum, Lankheim in honore Beatissimæ Virgioia MARIÆ de Ordine Cisterciensi. Nam illa tria de Ordine fecit Cluniacensi: sed Michelvelt & Uraugia in patrimoniali fundo Ecclesiæ: Lankheim verò & Ura in adventitio locata sunt.

Cœnobia ab eodem condita in Diœcesi Bamberg.

De operibus in Episcopio Ratisbonensi.

CAPUT XVII. E

POrrò in Ratisbonensi Episcopatu sex Monasteria construxit: quinque de Ordine Cluniacensium; quorum unum Entstorff dictum in honoce S. Jacobi Apostoli. Secundum est * Pruveningen, sub patrocinio beati Georgii Martyris: utraque autem in adventitio fundo sita sunt. Tertium est Cœnobium cognomenti * *Monasterium*, quod cum adjacente parochia ejusdem nominis, auri & argenti precio, ab Henrico Duce Bavariæ, & a Dietpoldo Marchione comparavit, & regali privilegio Imperatoris Lotharii in proprietatem sanctæ Babebergensis Ecclesiæ collatum suscepit. F

*Monasteria Ratisbonensis Diœceseos. Entsdorff. * Prüfling. * Münster.*

Quartum est Biburck: Quintum * Madelhardesdorff. Sed Biburck sub patrocinio est Beatæ MARIÆ semper *Virginis:* illud autem in honorem S. Joannis Evangelistæ; utrumque autem fundi adventitii. Sextum est Windebergen, de Ordioe Clericorum Regularium, quos vocant Nortpertinos, in honore sanctæ *Dei Genitricis* MARIÆ; & ipsum de fundo adventitio.

** Mallersdorff. Biburg. Windberg.*

NOTATIONES.

G Hoc & sequentibus capitibus explicatur, quænam Monasteria & Templa S. Otho variis in locis extruxerit, & proventibus annuis instruxerit. Hic quid agat Prædicans, ipsemet nescire videtur, ùt apparet ex cap. 7. Chronici. Laudare non audet, quia Lutheranus est. Culpare veretur, non religionis, sed ventris sui & suorum causa; nisi enim Otho & alii tam multa Monasteria olim condidissent, & opibus largiter ditassent, Lutherani opimis bolis persæpe caruissent, nec, quod rapacibus ungulis diripe rent, habuissent. Prædicantibus etiam esca & potus multis in locis deforet, teste ipso Prædicante, nisi ex his spoliis cum sua domestica Ecclesia, quæ plerumque numerosa est, alerentur. Itaque vel eam ob causam commendare deberet Prædicans S. Othonem, quòd nunc Prædicantibus, Othonis beneficio, victus suppetat, quibus alioqui cum fame, tanquam cum excetra, strenuè depugnandum fuisset. Quàm enim Lutherani erga Prædicantes suos parùm sint dapsiles, imò quàm in subministrandis necessariis iniqui, flebilibus threnodiis testatum faciunt ipsi Prædicantes, ùt in libro contra Regem Angliæ cap. 14. fusè ostendi.

H Nunc audiamus Sectariorum hoc ævo vexilliferum Lutherum, qui Tom. 2. Epist. Lat. Epist. ad Rigenses hanc lamentationem nobis demodulatur. *Multum nunc & concionando & scribendo monui, ex usu fore publico, si bonis scholis oppidatim institutis, cùm masculi, tum puellæ liberaliter educati optimis disciplinis imbuerentur, &c. Quæ in re sic utili, sic necessaria,*

sano

A *ſano contempto conſilio, immane quantum omnes homines ceſſatores eſſe video, tam frigidè & ſupinè ad id affectos, perinde ac ſi nemo non velit deſpondere animum, & omnibus propter annonæ caritatem ſit contabeſcendum; adeò, ut putem brevi nobiſcum ventum iri, ut ſubmotis præceptoribus, & prædicatoribus, iisdem ſit operandum manibus, aut alia ineunda via, qua famem à ſe propulſare queant, relicto verbi officio, &c. Cui autem hoc non videatur miſerandum & ærumnoſum?* Præſertim cùm, ùt Lutherus in cap. 47. Geneſeos ſcribit, illa ipſa etiam, quæ capiuntur ex Monaſteriis, & Templis, liberalitate priſcorum munificè locupletatis, in Caci ſpeluncam, averſis veſtigiis avertantur, vix modica portiuncula ad Prædicantes derivata.

B *Si centum tantùm aurei*, inquit Lutherus, *pro ſcholis publici commodi gratia erigendis, & concionatore probato nutriendo forent pendendi, ibi dum mox omnia præſentem intentant inopiam. Hic mendicorum nobis formidanda eſt conditio, hic nihil eſt, quod dari poſſit. Hic breviter, occupata arce, regnat avaritia, obſtat victus diurni anguſtia, & tenuitas & imminentis famis periculum.*

Hæc ex Luthero referre placuit, ut oſtenderem, Prædicantem Pomeranum non ſine cauſâ S. Othoni agere gratias; nam niſi ejus opera Pomerani tot templa & Monaſteria excitâſſent, & annuo vectigali copiosè ditâſſent, forſan Cramerus Stetini tamdiu mendacia ſua venum non expoſuiſſet, fame compulſus aliò ſe & ſuos transferre. Nam priusquam Templa, Monaſteria & bona Eccleſiaſtica invaſiſſent; Pomerani ſuo ſeductori & impoſtori Joanni Knipſtro pro mentiendi labore, quotannis quinque duntaxat *Taleros* perſolvebant, ùt ſcribit ipſemet Cramerus lib. 3. Chronici cap. 16. ita ut Knipſtro ille dicere conſueverit; *Sibi oſtiatim mendicandum fuiſſe, ni uxoris ſuæ sutricis opificio alimenta acquiſiviſſet.* Nec ſanè majore ſalario dignus erat.

C Hic porro tacitus præterire nequeo, quàm Cramerus inſignis ſit interpres; nam cap. 8. Chronici ſui hæc latina verba: *Epiſcopus* (Otho) *vinum illi terræ* (Pomeraniæ) *deeſſe nolens, in ſecunda profectione cuppam ſurculis plenam attulit, & implantari fecit, ut tellus in uſum ſacrificii vinum procrearet:* ſic Germanicè reddit; Damit man künfftig zum Gebrauch deß Abendmals Christi, Wein im Land hätt: *ut pro uſu cœnæ Dominicæ vinum in promptu eſſet;* quaſi S. Otho de cœna Lutherana ſollicitus fuerit, de qua ne cogitare quidem poterat, cùm necdum in ſtygio foco cocta eſſet. Vertere debebat Prædicans; Damit das Land Wein trüge, für das Opffer der Meß. Sed Prædicans vocem *ſacrificii* horruit. Quocirca aliam foro ſuo magis accommodam ſubſtituit.

D Quia verò in hoc capite facta eſt mentio Monaſterii Monaſterienſis à S. Othone reſtituti, placet hoc loco referre de extructione E & reſtitutione cœnobii hujus verſus quosdam, tametſi malè dolatos & tornatos, qui olim in ejus Monaſterii templo legebantur.

Taſſilo Dux Boiûm qui nomine dicitur ipſe
Tertius, ille pius fundat & ædificat
Iſtud cœnobium Munſter quod habere videtur
A monachis nomen, útque hodie vocitant.
Anni ſub numero Domini, ſeptingenta decémque
Luſtra ierant, ſed mox fit ſolitudo iterum.
Princeps Arnolfus ſiquidem Bavarorum, agitatus
Eumenidum furiis in cinerem redigit.
Ultrix illico quem Nemeſis ſequitur, meritàmque
Perſolvit pœnam, Sylla velut moriens.
Poſt devius veniens Præſul Bambergius Otto
Nempe Lotharius ut Induperator erat
Romuldidùm quo tempore deſtructum reparavit
M C ſub uno anno... Erus.........
Hiſtoriæ referúntque Ducem ſuprà memoratum.
Cui monaſterion hoc conſtruere placuit.
Ædes deinde monaſtarum fundavit amœnas:
Sic fundatorem lector amice tenes.

Reperi in antiquo codice quodam Inno- F centii II. Pontificis & aliorum Epiſtolas nonnullas ad idem Monaſterium pertinentes; quas attexere viſum; licèt alicubi lacunis interruptas.

*INNOCENTIUS Servus ſervorum Dei, * H. Ratiſponenſi Epiſcopo, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Sicut tua novit fraternitas, ad Epiſcopale officium pertinet religioſos viros manutenere, & diligere, & paterna ſollicitudine eis neceſſaria providere. Unde bonæ memoriæ anteceſſor tuus Epiſcopus Cuno monachis in Eccleſia beati Petri in loco, qui vocatur Monaſterium Deo ſervientibus, Eccleſiam beati Sixti cum parochia ſibi adhærente tradidit. Nunc autem, ipſius loci Abbate referente didicimus, quòd prædicta Eccleſia & parochia ablata eſt, & fratres, ad quorum ſolatium tradita erat, exinde grave incommodum patiuntur. Quocirca per præſentia tibi ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus eisdem fratribus præfatam Eccleſiam cum parochia reſtituas, & de cetero ipſis tanquam pius & bonus paſtor miſericorditer providere ſtudeas.* I. G

* Henrico.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus ſervorum Dei, Venerabili fratri Heinrico Ratiſponenſi Epiſcopo, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ad tuum ſpectat officium religioſos viros diligere, & illorum neceſſitatibus providere. Quocirca per ſcripta præſentia dilectioni tuæ rogando mandamus, ut Monaſterienſibus fratribus........decimationum & oblationum parochia ipſius........antiquo & conceſſione prædeceſſoris tui Cunonis Epiſcopi, ad jus ipſius Monaſterii pertinere aſſerunt, amore Dei concedas, & nullam eis injuriam vel bonorum ſuorum diminutionum inferri permittas. Data Lat. VIII. Decembris. II. H

INNO-

A

III. Innocentius II. qui Pontificatum iniit Anno 1130. *Dietpoldo.

*INNOCENTIUS Servus servorum Dei. Dilecto in Christo filio * D. Marchioni. Salutem & Apostolicam Benedictionem. Quisquis Deo placere desiderat, expedit, ut religiosos viros divino famulatui mancipatos juxta facultatem sibi à Deo concessam juvet & manuteneat, & in suis opportunitatibus opem eis & consilium prabeat. Ideóque nobilitati tua rogando mandamus, ut religiosos fratres in Ecclesia beati Petri Monasteriensis Domino servientes, juves & manuteneas, & si quid de bonis eorum te injustè detinere cognoscis, eis restituas. Valde namque periculosum est, & animarum saluti contrarium, ea, qua pro remissione peccatorum aut requie animarum venerabilibus Ecclesiis concessa sunt, alienis usibus applicare. Rogamus etiam & in peccatorum remissionem injungimus, vel occasione advocatia vel injusta exactione eosdem fratres vel eorum familiam inquietari ab aliquo non permittas, sciens, quòd pro hujusmodi Dominum propitium tibi facies, & aterna retributionis pramia acquires. Data Lat. VI. Idus Decembris.*

B

*IV. *Episcopus factus Anno 1165. Hund. in Metropoli.

*IN nomine sancta & individua Trinitatis. * Eberhardus Dei gratia Ecclesia Ratisponensis Electus, & universus ejusdem Ecclesia chorus, Cunrado Venerabili Abbati Monasteriensis Cœnobii, & fratribus, eorúmque successoribus in perpetuum. Cùm unicuique sua debeat respondere justitia, quastionem illam, qua contra vestrum monasterium per ignorantiam fortè juris vestri, vel aliam quamlibet occasionem, in diebus vestris emerserat, de parochia Monasteriensi, Ecclesia videlicet beati Sixti, & de decimis ad eam pertinentibus, diligenti consideratione animadvertimus, & auditis pleniùs allegationibus vestris, & perspectis privilegiis, Apostolica videlicet * Domini Innocentii, & Imperiali Domini Lotharii, similque Pontificali beata memoria Cunonis, & Henrici Dominorum & Patrum nostrorum auctoritate roboratis, statutis & vestigiis eorum debita cum reverentia inharere, & pro vobis sententiam ferre super hac quastione decrevimus, tam rationis, quàm etiam fraterna charitatis & compassionis intuitu, vestra quieti & necessitati non solùm in temporalibus, sed etiam in spiritualibus providere cupientes.*

C

*Innocentius II. Lotharius II. Chuno primus, qui Episcopatum iniit 1126. Henricus primus, successor Cunonis in Episcopatu Ratisbon. 1130. de quibus suprà in primo Diplomate.

Prafata itaque parochia donationem vobis & vestris successoribus adjudicantes, ... decimarum & oblationum, qua inde proveniunt, in usus stipendiorum vestrorum confirmantes, plena consensus nostri firmitate stabilimus, ut nulla Ecclesiastica secularisve persona amodò super hac re vos inquietare aut molestare prasumat. Quisquis autem hoc violaverit, aut temerè transgressus fuerit, perpetua condemnationis maledicto subjaceat.

D

V. *Conradus primus, diem extremum clausit Anno 1147.

*DOmino & Patri suo, sancta & veneranda Romana Sedis Antistiti Innocentio * C. Salzburgensis Ecclesia humilis minister cum humili obedientia & fideli servitio indefessa orationis tam devotum quàm debitum affectum. Dominus JESUS Ecclesiastica turris arcem in Apostolica fidei fundamento locare volens, Romana dignitatis sic ordinavit officium, ut in hujus sancta Sedis auctoritate, totius sua domus firmaret ac stabiliret adificium. Proinde venerande Pater, quia caput nostrum Christus membris suis in hac tadiosa peregrinatione laborantibus, pracipuum post se consolatorem & visorem vos instituit, meritò omnium Ecclesiarum sollicitudo vobis incumbit, quem solum Deus omnibus prastituit.* E

Observamus itaque paternitatem vestram, quatenus fratrum Monasteriensis cœnobii necessitates clementer ac benignè audiatis, & quod humiliter petunt, sicut facilè potestis, efficaciter concedatis. Siquidem jam dictum cœnobium ab antiqua institutione cum magna redituum & prædiorum impensa divinis obsequiis sub monastica professione assignatum fuit, & multis temporibus nullo perturbante inconcussum & quietum permansit: Postea autem ipsius jam prafati loci pradia, violenta quadam distractione ablata, regalibus usibus addicta sunt, & monachis propter ablata sibi subsidia discedentibus, nullus, aut omninò exilis divini servicii cultus ibi fuit. At verò quia nunc denuò boni & spirituales homines in locum pauperculum restituti sunt, ecce illi sub vestram tutelam confugiunt, & ut sub paternum prasidium eos suscipiatis, & recognoscendis bonis, qua ablata eis sunt, operam detis, humillimè ac devotissimè petunt. F

KArissimo Domino suo & Patri INNOCENTIO, Dei gratia summo Pontifice, T. sancta Rufina minister indignus, quod Domino servus, quod patri filius. VI. G

Monasterium quoddam in Episcopatu Ratisponensi situm, Monasterium quoque nomine dictum, ùt fama refert, antiquitus Sedi Apostolica delegatum & traditum, amplis & magnis possessionibus admodum dilatatum fuerat: sed peccatis exigentibus, & malis diebus supervenientibus, ad id redactum, quòd expulsi monachi, possessiones distracta, & omnia intus & foris ita destructa sunt, quòd pro multis monachis vix pauci & pauperes clerici remanserunt. Postmodum verò temporibus Lotharii Imperatoris, pia memoria, Otto Bambergensis Episcopus *prafatum monasterium religione & rebus penitus nudatum, cum paucis adjacentibus terris & habitaculis, ab Imperatore & Duce Heinrico per pecuniam obtinuit, & Ecclesia Bambergensi ab ipsis donari fecit, virósque religiosos ordinis monastici ibidem collocavit. Qui antiqua libertatis Romana videlicet dominationis suspirantes memoriam, per nostra parvitatis intercessionem ad vestra majestatis confugiunt defensionem, quatenus vestra auctoritatis patrocinio & ea, qua ablata sunt ex parte aliqua recuperare valeant, & ea, qua nunc habent, sub vestra defensionis tutela quietè possideant. Ad honorem & utilitatem sancta Ecclesia sua, Vitam longam, salutem continuam tribuat vobis omnipotens Dominus.*

Hactenus varia diplomata; Ex quibus testatum fit, quàm Innocentio II. Pontifici, H

Mo-

A Monasterium Monasteriense curæ fuerit; Et quàm variam quoque sortem variis temporibus subjerit. Vidi etiam aliud diploma ejusdem Innocentii Anno Redemptoris 1141. datum, & aliud Lucii III. Pontificis Anno 1184. scriptum; quibus uterque Pontifex prædictum Monasterium in tutelam & protectionem Sedis Apostolicæ recipiunt.

Quia verò in hoc ipso capite mentio itidem fit Biburgensis Monasterii, tanquam in tutelam S. Othonis olim traditi: non abs re fore censui, si quæ in manuscripto Catalogo Abbatum Biburgensium Aventinus scripsit; hoc loco commemorarem: nam & ad S. Othonem nostrum aliquatenus spectant. Ita ergo ille.

B *Anno à nato Christo Millesimo centesimo, quarto atque vicesimo, Ulricus & Gebhardus, majores natu, fratres germani, filii Heinrici de Piburgio & Bertha ex Histria, paternam diviserunt hereditatem. Henricus & Gebhardus sortiti sunt Helpoldestainan. Chunradus autem, Erbo atque Bertha Piburgium. Alii duo fratres horum, Eberhardus & Meginvvardus, sacris initiati, Ecclesiasticique erant. Ille, Canonicus Babobergensis, atque deinde monachus Pruselingensis. Hic Veteris Capellæ Ratisbonensis Præpositus. Quatuor alii filii, Otto, Magnus, Albertus, Hezelo sive Henricus, ante parentes ex hac vitâ migrârunt. Nam Heinricus ille superior undecim liberos ex Bertha uxore sua procreavit, decem mares, unam feminam Bertham.*

C *Proximo deinceps anno, id est, Anno Christi Servatoris nostri, Millesimo, centesimo, vicesimo quinto, Chunradus, Erbo & Bertha consilio & auxilio S. OTTONIS Episcopi Babobergensis de patrimonio suo Benedictinis viris atque feminis Cœnobium: Item pauperibus atque egenis domum (quod Hospitale vocant) ædificare cœperunt, & octavo anno compleverant, hoc est, anno salutis Millesimo, centesimo, tricesimo tertio.*

Quo etiam anno in die Simonis & Judæ, divus OTTO Babobergensis Episcopus, & Heinricus Comes de Wolfratshausen, cognatus Berthæ uxoris Heinrici Superioris, Pontifex Ratisbonensis templum consecrârant. Eberhardus monachus eo tempore Pruselingensis fit Abbas: frater ejus Ulricus de Stain, advocatus: qui & Percham dono dedit monasterio.

Innocentius secundus Pontifex Maximus comprobavit, atque diplomate suo firmavit.

D *Divus Eberhardus primus Abbas, natus Patre Heinrico, matre Bertha, Baboberga literis eruditus est, ibique Canonicus factus. Deinde cum Præceptore in Urbem Parisiorum missus, Philosophiæ operam dedit. Reversus à studio Babobergam, ad Monasterium S. Michaëlis clam ivit, monachúmque se profiteri cœpit. A Divo OTTONE Episcopo Babobergensi ad Pruselingam transfertur: quod templum idem OTTO condidit. Ubi sanctus Eberhardus degit usque ad consecrationem Piburgensis Monasterii à fratribus suis constructi: Præfuitque Cœnobio annos tredecim, menses quinque, dies decem. Nam Chunrado primo Archiepiscopo Salzburgensi de Abensberg oriundo cognato & vicino suo in Pontificatu successit.*

E *Electúsque est anno Christi Millesimo, centesimo, quadragesimo septimo. Quo anno, ejus jussu, Ebrordus & Henricus scripserunt Bibliam, Origenisque homilias. Item alios libros, qui adhuc extant Piburgii & monstrantur. Præfedit Salisburgensi Ecclesiæ annos decem & septem, menses undecim, dies decem. Obiit anno Christianæ salutis Millesimo, centesimo sexagesimo tertio, decimo Kalendas Julii.*

Humatus est Salzburgii in maximo templo, ubi adhuc religiosè colitur, & populus frequens ad ejus sepulchrum concurrit.

F *Chunradus Primus à sancto Eberhardo institutus administravit Piburgense Monasterium annos sex, menses totidem. Ex hac vita migravit anno Christi Millesimo, centesimo, quinquagesimo tertio, decimo Kalend. Novembris, in die Severi Episcopi. Extat adhuc ejus sacramentum, quod religione sub Divo Eberhardo dedit. Sub eo Bertha, quæ cum fratribus Chunrado & Erbone Piburgium arcem in templum commutavit, excessit ex hac vita anno Christi Millesimo, centesimo, quinquagesimo primo, octavo Idus Augusti, in die Sixti.*

G Contra hunc Conradum Secundum Biburgensis Monasterii Abbatem, tam sæva tempestas, quorundam improbitate extitit, ut ad eam sedandam, ipse Adrianus IV. Pontifex Romanus; itémque Episcopi Ratisbonensis & Bambergensis accurrere debuerint; ùt intelliges ex quinque sequentibus Epistolis, quas reperi in Manuscripto quodam Codice, quem Viennâ ad me misit vir Clarissimus, & in omni studiorum genere eruditissimus Dominus SEBASTIANUS TENGNAGEL I.V.D. Cæsareæ Bibliothecæ Præfectus.

Literæ commendatitiæ ab Episcopo Ratisbonensi Conrado Abbati datæ.

H *ORthodoxis omnibus H. Dei gratia Ecclesiæ Ratisbonensis Episcopus, quidquid hic & in futuro felicius. Pateat universitati vestræ, qualiter venerandus & amandus frater noster Conradus Biburgensis Monasterii quondam Abbas, præsentium lator, turbatæ quieti & suæ & fratrum suorum humiliter & benignè consuluit: quidam enim ex fratribus suis amaro zelo inflammati, bonæ opinioni ipsius, primò intus & latenter; deinde etiam foris & patenter detrahere cœperunt. Cui scandalo reprimendo tum à Domino EBERHARDO Salzburgensi Archiepiscopo, & EBERHARDO Bambergensi Episcopo, tum etiam à nobis & nostris, sæpè diu & multùm frustra, quia nimis leniter, laboratum est. Tandem magnis nostræ Ecclesiæ negotiis occupati, dilectissimo & venerabili fratri,*

A tri, & coëpiscopo nostro Bambergensi, & Prælatis nostris, vicem nostram in hac re concessimus, qui ad prædictum Monasterium venientes, omnia prudenti, & fideli discussione ventilare cœperunt. Sed fortè propter nostram absentiam, ferro abscissionis, in pertinaces & publicè culpam suam confessos, minùs usi sunt. Ita ad civitatem nostram Dominus Episcopus & Abbas regressi, sex de parte detentorum cum assensu reliquorum ad principalem Ecclesiam nostram adduxerunt; ubi nec bono zelo, nec vera, de Abbate suo immerente se jactâsse, publicè confessi sunt. Tunc Dominus Abbas pœnitentia quorundam B minùs confidens, & non dignitati, sed quieti & saluti suæ intendens, quia suspecti & morbidi abscissi non fuat, Abbatiam ultrò resignavit. Quod factum pro reverentia Domini Bambergensis, & amore Abbatis, non tamen sine scrupulo, suscepimus, & ipsum ab obedientia nostra non absolventes universitati vestræ, tanquam prudentem & fidelem virum commendamus.

Literæ commendatitiæ datæ Conrado Abbati ab Eberhardo Episcopo Bambergensi.

C OMnibus in regno caritatis, EBERHARDUS Bambergensis non suis meritis vocatus Episcopus salutem, & eam, quæ major est omnibus, & quæ nunquam excidet, charitatem. Domino dicente; væ ei, per quem scandalum venit, cùm inter fratres ante omnia scandala vitanda sint, nolumus quemquam scandalizari, in persona venerabilis & dilecti fratris nostri Conradi, quondam Biburgensis Abbatis, ejúsque separatione à fratribus suis. Equidem arbor ipse bona illique terra bona tanta dissimilitudine, & eâ, quæ alia natura est, morum consuetudine discrepabant, ut fructuosè, & unius moris in domo Dei cohabitare non possent. Unde nascente & crescente de die in diem inter eos discordia, cùm soleat antiquus hostis, quorum vitam non potest, saltem famam lædere, prædictus frater omni non solùm infamiæ, sed etiam suspicionis macula abolita, communi & publica D fratrum suorum adtestatione; specialiter verò quorundam, qui in eo scandalizati fuerant, recognitione, in nostra & chori Radisbonensis præsentia, ad sedandam tempestuosam inter se & contra se fratrum discordiam libera voce cum Jona ait; Si tempestas hæc propter me est, tollite me, & mittite in mare; in ejus nomine, qui venit non perdere animas, sed salvare. Ac sic Abbas nobis & choro, vice Domini Radisbonensis Episcopi resignata, fratres & sorores præsentes & absentes obedientia sua absolvit; Cujus rei testimonium perhibentes præsentem ei cautionem porreximus & omnibus, ad quos pervenit, sicut prudentem, literatum & bonæ æstimationis fratrem, in eo, cujus hæc dona sunt, attentius commendamus.

Literæ commendatitiæ datæ Conrado Abbati à Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Ratisbonensis.

UNiversis sanctæ Ecclesiæ Ordinibus & dignitatibus, chorus S. Petri Radisbonensis perpetuam in Domino salutem & pacem. E

Notum Universitati vestræ facimus, de præsentium latore Domino Conrado Biburgensi quondam Abbate, qualiter multas sæpe adversùs semetipsum contradictiones subjectorum & rebelliones pertulerit, sed omni tempore, quo conversatus apud nos est, deprehendi ad infamiam, vel depositionem nunquam potuerit: quod Episcopus Bambergensis adveniens, hinc inde auditis partibus animadvertit profectò, & ipsi fratres adeò intelligere cœperunt, ut pacis compositionem amplectentes, universi tunc in Monasterio publicè & privatim; pòst aliquanti excepti in Ecclesia F nostra Radisbonensi confiter: malas * valetudines suas, at non ipsius culpam consentirent; protestantes multò magis se ex odio & subversione animi, quàm conscientia recta & veritate, honorabilis personæ famam lacerâsse. Tunc demum, vir emeritus, cedere, Abbatiam sponte resignando, non distulit. Talem exitum spectati viri, oculis nostris aspicientes, scribimus universis Ecclesiis Dei, dignam, laude, honore, dignitate conversationem ejus & scientiam prædicantes.

* affectiones

Diploma Adriani IV. Pontificis, quo Conradum Abbatem in pristinum dignitatis locum restituit.

G ADrianus Episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus Eberhardo Salisburgensi Archiepiscopo, & Ratisbonensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Dilectus filius noster Conradus Abbas Monasterii S. MARIÆ de Biburch, sicut ex tua Fraternitate Ratisponensis Episcope, & Canonicorum tuorum, & Fratris nostri Bambergensis Episcopi attestatione atque aliorum plurium religiosorum virorum assertione cognovimus, quorundam iniquorum fratrum malitia & vexatione compulsus à monasterio suo discessit, & Apostolicæ Sedis præsentiam visitavit: qui dum transfretare disponeret, & Hierosolymam pergere, ut ibidem in aliquo loco religioso ad Dei servicium, & ad salvandam animam perpetuò moraretur, nos eum à sua mentis intentione retraximus, & ipsum ad proprium monasterium remisimus, ut fratrum curam sicut hactenus, ita de cætero habeat, & in Abbatia plenariè debeat ministrare.

H Eum itaque fraternitati vestræ attentiùs commendantes, per Apostolica vobis scripta præcipiendo mandamus, quatenus ipsum infra XX. dies post harum susceptionem in plenitudinem Abbatiæ, auctoritate nostra, omni occasione ac dilatione postposita, restituatis, fratribus ejusdem Monasterii firmiter injungentes, ut eum honestè recipiant, benignè tractent, & ipsi, tanquam proprio

A *prio Abbati, & animarum suarum rectori debitam in omnibus reverentiam & subjectionem impendant. Si verò aliquis interim in eadem Abbatia fuerit subrogatus, eum sine contradictionis obstaculo penitus amovere curetis: Duos etiam ejusdem Ecclesiæ monachos* * *Udo: videlicet &* * *Walth: & duos* Conversos *scilicet* * *Euch: & Udal. quibus infestantibus & multipliciter perturbantibus prædictus filius noster Conradus Abbas commissæ sibi Abbatiæ regimen se asserit dimisisse, ab ipso monasterio removeatis, & eos in obedientiis monasterii, extra monasterium tamen, auctoritate nostra ponatis. Qui tamdiu compellantur in ipsis obedientiis permanere, quò usque à sua malitia recedentes, correcti & emendati à memorato Abbate ad proprium monasterium revocentur. Data Laterani, XV. Kal. Maji.*

* Udonem. * Walthe-rum. * Eucherium, fortè, vel Eucharium. * Udalricum.

Literæ Adriani Pontificis ad Conventum Biburgensem.

B *ADrianus Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis monachis & Conversis Mariæ de Biburch, salutem & Apostolicam benedictionem.*

Dilectus filius noster Conradus Abbas vester, sicut ex relatione sua, & plurium religiosorum virorum attestatione cognovimus, quorundam iniquorum fratrum malitia & vexatione compulsus, à Monasterio vestro discessit, & Apostolicæ Sedis præsentiam visitavit. Qui dum transfretare disponeret, & Jerosolymam pergere, ut ibidem in aliquo loco religioso ad Dei servitium, & ad salvandam animam perpetuò moraretur, nos eum à sua mentis intentione retraximus, & ipsum ad proprium Monasterium remisimus, ut fratrum curam, sicut hactenus, ita de cætero habeat, & C *in Abbatia debeat plenariè ministrare.*

Eum itaque universitati vestræ attentiùs commendantes per Apostolica scripta vobis præcipiendo mandamus, quatenus eum honestè recipiatis, benignè tractetis, ipsi tanquam proprio Abbati, & animarum vestrarum Rectori debitam in omnibus subjectionem & obedientiam impendatis. In nullo quoque eidem rebelles, in nullo contumaces existere præsumatis. Quòd si fortè contempseritis adimplere sententiam, quam ipse in aliquem vestrûm, qui contemptor exstiterit, propter hoc Canonicè promulgaverit; à nobis ratam noveritis ac firmam habendam.

D *Duos autem monasterii vestri monachos, Ud. videlicet & Gualth. & duos conversos, scilicet Ud. & Euch. quibus infestantibus & multipliciter perturbantibus prædictus filius noster, Conradus Abbas commissæ sibi Abbatiæ regimen se asserit dimisisse; per fratres nostros Saltzpurgensem Archiepiscopum, & Ratisbonensem Episcopum ab ipso Monasterio præcepimus amoveri, & eos tamdiu in obedientiis monasterii extra monasterium decernimus permanere, quò usque à sua malitia recedentes correcti, & emendati à me-*

morato Abbate ad proprium monasterium revocentur. Data Laterani, XV. Kal. Maji. E

Hactenus literæ in causa Conradi Abbatis Biburgensis. Ille autem Episcopus Ratisbonensis litera H. designatus, aut est Henricus hoc nomine primus, Comes Wolffratshausen, aut successor ejus Hartvicus, qui Episcopatum iniit eo ipso Anno, quo Henricus excessit; nempe MCLV. Illud certum; errare Aventinum, quando Conradum Abbatem obiisse dicit, Anno MCLIII. cùm enim pro Conrado Abbate Romam profecto Adrianus Papa IV. ad suprà dictos Episcopos, & ad Biburgensem Conventum rescripserit, Adrianus autem Anno demum 1155. Pontificatum adeptus sit; fieri non potest, ut Conradus, Anno, quem Aventinus notat, in fata concesserit.

De operibus ejus in Halberstatensi Episcopio.

CAPUT XVIII.

F IN Episcopatu Halberstatensi undecima ei est congregatio Regensdorff, de Ordine Cluniacensi sub patrocinio beati Joannis Baptistæ. Abbatiam enim Vicenburg, quæ nunc mutato loco & nomine, Regenstorff appellatur, cum omnibus ad illam pertinentibus à munificentia Domini Henrici Imperatoris junioris, acceptis privilegiis regiæ auctoritatis, S. Babebergensi Ecclesiæ adjecit. Bona quoque ejusdem Cœnobii duplicavit: nam, cùm priùs non nisi sexaginta duos mansos habuerit, eundem numerum, totidem appositis, ipse ampliare curavit.

Regensdorff.

De operibus ejus in Episcopatu Eistetensi.

CAPUT XIX.

G IN Episcopatu Eistetensi, quæ * Halesbrune dicitur, duodecima illi congregatio est de Ordine Cistertiensi sub patrocinio Beatæ Dei genitricis MARIÆ. Ipsum autem fundum ingenti pecunia comparatum, magnis sumptibus promovit in Abbatiam.

* Hellsbrun.

De operibus ejus in Episcopatu Pataviensi.

CAPUT XX.

H IN Episcopatu Pataviensi ei tertia decima congregatio est, quæ dicitur * Alrispach; & quarta decima, *Clunica*, sub patrocinio beati Andreæ Apostoli juxta fluvium * *Anisum*. * Hanc autem à Lupoldo Marchione datam suscepit, in cujus promotionem viginti mansos, & quinquaginta marcas impendit.

* Allerspach. * Ens.

De operibus ejus in Patriarchatu Aquileiensi.

CAPUT XXI.

A ET in Patriarchatu Aquileiensi decimum quintum Cœnobium in Castro Arnoldestein, destructâ munitione, constituit. Quadraginta verò & quinque annis hoc castrum cum nonaginta quinque mansis ad se pertinentibus ab Ecclesia Babebergensi abalienatum fuerat: quod ipse multo labore & impensâ recuperavit; & appositis ei sexaginta mansis, Abbatiam esse fecit. Has quindecim congregationes opera ejus atque benignitas nunquam infœcunda propagavit.

Arnoldstein.

De quinque Cellulis, quas fecit in diversis Parochiis.

CAPUT XXII.

B QUinque insuper Cellulas, quasi totidem grana seminis seminare curavit, sciens, quòd *neque qui seminat, neque qui rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat, Deus.* Ex eisdem igitur granis quidam jam surculi pullulant, poteruntque, Deo incrementum præstante, in arbores consurgere. Sunt autem hæc. Una, quæ dicitur Aspach, in honore S. Matthæi Apostoli & Evangelistæ: ipsum autem fundum & prædium ejus multo tempore Babebergensis Ecclesia perdiderat. Sed ipse illud solerti cura requisitum, *Cellam* fecit monachorum: jamque in Abbatiam convaluit copiosa prædiorum donatione, ab ipso primùm, deinde ab aliis fidelibus ditata.

1. Cor. 3.

Aspach.

C Secunda est in loco Babebergensi in domate S. Michaëlis sita, sub patrocinio S. Fidis Virginis & Martyris. Primò hanc sanctimonialium esse voluit; sed altiori consilio, septem monachis eam instituit, & cum omnibus pertinentiis suis S. Michaëli consignavit.

Cella S. Fidis seu Fidei.

Tertia est Rotha sub patrocinio S. Georgii Martyris in Episcopio Herbipolensi.

Roth.

D Quarta est Vezzera in eôdem Episcopio, in honore S. Dei genitricis MARIÆ, de Ordine Norpertinorum. Sed alterius fecunditas alteri fecit sterilitatem. Rotha enim in sua permanens tenuitate proficienti Vezzeræ, tanquam meliori, ad serviendum subdita est. Hoc tamen sciendum, quòd Episcopus Rotham ab Agnete Palatina, & ejus sorore Adelheida cum sexaginta mansis Ecclesiæ Babebergensi donatam suscepit, circumjacentia verò eidem Cellæ bona emit ducentis septuaginta quinque marcis, cum ministerialibus scilicet & agris, sylvis & pratis, pascuis & molendinis, & cum omni utilitate ac jure, quo Chuno Dux idem prædium noscitur habuisse. Vezzeram autem Gotbboldus Comes ædificare inchoaverat, quam Episcopus ab eo sibi datam suscipiens, suis eam promovit impensis. E

Wezzera.

Quinta ei Cella fuit in Episcopio Herbipolensi Nithardesbusen in pago *Tullefelt.* Atque, si, quod verum est, fateri liceat; Sextam illi, *Tuckelnhausen* in eodem Episcopio annumerare debemus. Hujus enim structores dum ejus promotioni minùs sufficerent; scientes Episcopum talium rerum studiosissimum, ut ejus opitulatione locus promoveretur, ipsius hunc Titulo adscripserunt, atque ut eum Bambergensi Ecclesiæ omni jure firmaverat, coram idoneis testibus promiserunt. Hac igitur conditione multa eidem loco impendit.

Nithardesbusen.

Tuckelnhausen.

F Hæc de Cellis & monasteriis ejus dicta sibi sufficiant. Tum ego; distinctè, inquam, atque succinctè satis ea digessisti. Et ego, si bene numeravi, viginti una Cellarum & monasteriorum summa perficitur: Uni Episcopo satis fuit, imò verò tribus aut quatuor.

Quid intentionis habuerit, vel quid rationis de his operibus interrogatus, reddere solitus fuerit.

CAPUT XXIII.

G SEd quare, obsecro, tantam pecuniam in talia projecit? Certum est enim, quòd non sine magnis sumptibus ista constiterint. Sed, sicut ea reprehendere non audeo, ita vel laudare, nisi alicujus prudentissimi hominis de his sententiam audirem, non præsumo. Mundus enim, inquiunt, Cœnobiis & monasteriis plenus est. Quid igitur necesse est tanta fieri monasteria?

Sefridus. Vide vitam edit. à Can. lib. 1. cap. 12.

Thimo. Non tu primò ista causatus es. Etiam cum eo ipso talis de his non semel à suis familiaribus, habita est quæstio. Sed, quia hunc valdè prudentem fuisse non ambigis, ipsius tibi de hac re dico sententiam, si placet. Tum ego; non alius, inquam, sicut ejus, æquè grata mihi super ejus opera unquam poterit esse sententia. *Thimo:* Parabolam, inquit, illam Evangelicam de Samaritano & homine à latronibus cæso, & stabulo atque stabulario ad suam causam inflectebat, quando familiariter ab aliquo de talibus operibus conveniebatur.

S. Otho à multis reprehensus, quòd tot Monasteria extrueret.

Mundus, ait: *iste totus exilium est; &, quamdiu vivimus in hoc seculo, peregrinamur à Domino; unde stabulis egemus atque diversoriis.* Stabula verò & diversoria Cellas dicebat atque Monasteria: & ea non indigenis, sed peregrinis seculi esse oportuna. *Qui multa*, inquit, *vel nimia esse vel fieri queruntur diversoria, non se in peregrinatione positos putant, sed in patria. Qui, si à latrunculis occupati fuerint, si spoliati, cæsi atque plagati fuerint, & ita semivivi relicti, certè vel inviti experientur quam melius est, juxtà esse stabulum, quàm procul.* H

Luc. 10. Qua ratione S. Otho multitudinem monasteriorum abs se extructorum defenderit. 2. Cor. 5.

A *cul. Cùm enim repentinus supervenit interitus & dolor, sicut in utero habentis, ita ut evadere non sperent, quomodo illuc levari poterunt, si procul est? Et si tales multi in locis multis, nonne melius est stabula multa esse, quàm pauca? Si enim pauca fuerint, quomodo multis peregrinis, multis sufficient ægrotis?*

B *Præterea*, inquit, *novissima hora est, & mundus in maligno positus est: sed propter eos, qui ab illo fugere & salvari cupiunt; quia homines multiplicati sunt super terram; & cœnobia multiplicare absurdum non est. Ab initio seculi, cùm pauci essent homines, necessaria erat hominum propagatio; & ideo non continebant se, & nubebant omnes, & nuptum dabant: nunc autem*, inquit, *in fine seculorum, multiplicatis hominibus super numerum, continentiæ tempus est; continere debent homines, quicunque possunt, atque vacare Deo. Continentia verò, & alia sanctitatis opera, in Cœnobiis meliùs quàm extra observari potest. Hæc mihi*, inquit, *causa fuit, hæc intentio multiplicandi Cœnobia.*

C *Et ut aliquid secundùm hominem loquar, duæ proficiunt atque succrescunt Cœnobia studiis & oblationibus fidelium, sicut in plerisque locis videmus; quia, tribuente Deo; promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud, oves eorum fœtosa, abundantes in egressibus suis, boves*
Psal. 143.
eorum crassæ: ipsorúmque providente solertiâ, non est ruina maceriæ, neque transitus inutilis in saltis & pratis eorum, possunt nonnunquam honori atque utilitati esse suis Episcopis. Si verò tenues sunt & pauperes, habent successores mei, apud quos opportunè collocent eleemosynas suas, & occasionem inveniunt benefaciendi honestam, si meos surculos irrigando, suas arbores faciunt, sicut & ego aliorum meas feci aliquas; & faciliùs quidem est inchoata promovere, quàm ea, quæ nulla sunt, inchoare. Initia enim rerum difficilia sunt. Unde, si qui ad inchoandum talia, tardi fuerint & timidi, vel meis initiis, meisque fundamentis in nomine Domini superædificare accingantur.

D Tales ille suorum operum rationes reddere non est dedignatus, hoc fine omnia
1. Pet. 4.
concludens; *ut in omnibus honorificetur Deus, & proximus adjuvetur.* Nec eum utique spes fefellit. Multa enim bona ex ejus studiis in Ecclesia provenêre, atque proveniunt quotidie. Quid enim putatis in tot Cellis & Cœnobiis Deo servitii & honoris; quid proximo solatii exhibetur & utilitatis? Signa illic & portenta per eum, & per ejus opera fiunt quotidie: &, si non corporaliter, profectò, quod melius est, spiritali-
Matth. 11.
ter. Ibi enim cœci vident, surdi audiunt, claudi ambulant, leprosi mundantur, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur. His enim malis & incommodis circumventi homines de sæculo peccatores ad meliorem vitam secundùm animam in Cœnobiis convalescunt: ibi lectiones sacræ, psalmodia & orationes, missæ atque divinarum rerum

E contemplationes, jejunia & vigiliæ, & pugna jugis contra spirituales nequitias; ibi carnis contritiones & cordis, eleemosynarum largitiones & multæ hospitalitates. Quis neget ex magna parte meritis ejus hæc omnia posse adscribi, cujus labore & impensa contigit fundari? Considerans autem, quòd ipsorum Cœnobiorum structura robustiùs consisteret, si eam Apostolicæ auctoritatis petra solidaret: nec facilè posse convelli, si vallata esset munimine Petri, sub ejus defensione omnia constituens, à Sede Apostolica hujusmodi scripta suscepit.

De confirmatione monasteriorum suorum per scripta Romani Pontificis Callisti.

CAPUT XXIV.

Callistus Episcopus Servus servorum Dei, venerabili fratri Ottoni Babebergensi Episcopo, salutem & Apostolicam Benedictionem.

Vide vitam edit. Can. lib. 1. cap. 14.

F *Bonis fratrum nostrorum studiis non solùm favere, sed ad ea etiam ipsorum debemus animos incitare. Tuis ergo charissime & venerabilis frater, Otto Babebergensis Episcope, supplicationibus incitati, monasteria, quæ ipse propriis sumptibus extruxisti, & Babebergensi Ecclesiæ conferens Apostolicæ Sedis roborari munimine quæsivisti, in S. Petri ejúsque Romanæ Ecclesiæ protectionem suscepimus contra pravorum hominum nequitiam defensanda.*

Baron. Tom. 12. refert hanc Callisti Bullam ad Annum Christi 1124.

G *Statuimus ergo, ut possessiones, prædia & omnia bona, quæ & fraternitas tua eisdem monasteriis, divini amoris intuitu, contulit, quæque aliorum fidelium justa oblatione concessa sunt, aut in futurum justè largitione vel acquiri vel offerri contigerit, firma eis, & illibata, Domino auctore, permaneant. Ordinationes sanè Abbatum vel monachorum suorum à Catholicis Episcopis diœcesanis accipiant. Rerum verò ipsorum monasteriorum curam & administrationem in tuo tuorúmque successorum arbitrio & potestate manere censemus.*

H *Nulli itaque hominum facultas sit eadem monasteria perturbare, aut eorum possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua igitur Ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertióve commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reámque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat; cunctis autem eisdem monasteriis justa servantibus, sit Pax Domini nostri JESU Christi; qua-*

A *tenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Scriptum per manum Gervasii Scriniarii regionarii & Notarii sacri Palatii.*

De confirmatione Ordinis in monasteriis.

CAPUT XXV.

Vide vitam edit. Can. lib. 1. cap. 14.

Est hic Innocentius hoc nomine secundus.

Innocentius Episcopus Servus servorum Dei, venerabili fratri Ottoni, Babebergensi Episcopo, ejúsque successoribus Canonicè substituendis, salutem & Apostolicam Benedictionem.

B *Quoties illud à nobis petitur, quod religioni & honestati convenire cognoscitur, animo nos decet libenti concedere, & congruum impartire suffragium, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Proinde venerabilis frater, Otto Episcope, petitionis tuæ desideriis ex consueta Sedis Apostolicæ mansuetudine clementer annuimus. In primis siquidem constituentes, ut tenor religionis, qui in Ecclesiis tibi commissis est per tuam diligentiam, cooperante Domino, institutus, firmiter in eis perpetuis temporibus conservetur.*

Constituimus etiam, ut in iisdem Ecclesiis
C *nullus per Simoniacam pravitatem statuatur; sed, honestæ personæ, quibus utique morum & status dignitas suffragatur, inibi ordinentur. Sanè in Cœnobiis, quæ vel antiquitus in tua parochia constructa sunt, vel tu ipse devotionis intuitu constituisti, seu aliis justis modis Ecclesiæ tuæ unire poteris, vel ab aliquo deinceps fidelium infra tuam diœcesin, divina inspirante gratia, construentur, sacræ religionis Ordinem manere decernimus. Nec alicui liceat ejusdem institutionis formam ullatenus permutare, nisi fortè ad melioris status prærogativam, præstante Domino, promovere voluerit. Nec id alicujus singulari judicio committatur, sed omnium monasteriorum ad Babebergensem diœcesin pertinentium, aut sanioris partis consilio ac consensu fieri debere sancimus.*

Si quis autem huic nostræ constitutioni temerè contraire tentaverit, secundò tertióve commonitus, si non factum suum digna satisfactione correxerit, à sacratissimo corpore & sanguine Dei & redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni: conservantes eisdem locis, quæ justa sunt, omnipotentis Dei & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac nostram gratiam consequantur.

D His ita se habentibus nónne tibi videtur, beatum Ottonem, satis, quantum in se fuit, providisse, ut in omnibus Cœnobiis suis ordo & tenor religionis sacræ, qui per ejus diligentiam, cooperante Domino, institutus est, firmiter perpetuis temporibus conservetur? Nónne satis aptè sancitum est ab auctoritate Romana, ut in eisdem ejus Cœnobiis sanctæ institutionis formam nul-

E latenus alicui mortalium liceat permutare, nisi fortè ad melioris status prærogativam, præstante Domino, voluerit promovere?

* Hic se tueantur novitatum inventores. Dicant quod dicunt, & quod certè intendunt, scilicet ad melioris status prærogativam religionem nostram se velle promovere. Sed qualiter id, quæso, si necesse est, fieri oportet? ita nimirum, ut sacrosanctæ Romanæ auctoritatis sigillum non violetur. *Neque hæc*, inquit, *auctoritas alicujus singulari judicio committatur, sed omnium monasteriorum ad Babebergensem Ecclesiam pertinentium, aut sanioris partis consilio ac consensu fieri debere* F
sancimus. Justè ergò, quod justum est, exsequantur. Si quid adjiciendum, si quid rejiciendum, temporum, locorum aut personarum ratio postulaverit, quod utique pro fructu & salute animarum, pro melioratione & statu Ecclesiarum, & Ordinis promotione plerumque fieri oportet, Domini & Patris nostri in tantum illi beatæ animæ Ottonis, in tantum etiam beati Petri sigillo deferant, ut illud consilio atque consensu monasteriorum omnium ad Babebergensem Ecclesiam pertinentium, vel sanioris partis, prout sancitum est, faciant.

* Hæc desunt in vita à Canis. edita.

Sed mirum, quòd * nostro Ordini contigerit, quod generale Capitulum non admittit, cùm Augustiniani, Cistercienses, Norbertini hoc polleant honore? Omnia enim faciunt cum consilio: & ideo multa gubernantur sapientia. O utinam Babebergensis Episcopii, Abbates, memores Ottonis sui, memores Apostolicæ sanctionis, & exemplo animati de aliis Ordinibus Abbatum & Præpositorum, de suis quoque actionibus incipiant communi tractare consilio, & formulam inire Capituli. Profectò, si gnaviter se agent, & se suósque sapientiâ gubernare volent, & in his immorari, sicut dicitur; *Beatus vir, qui in sapientia morabitur;* proficiendo proficient, suíque profectus multos citò imitatores invenient. Omnia magna à modicis cœperunt; ni fortè de paucitate causentur; & Cisterciense Capitulum, quod modò maximum est, à paucis cœpit. Sed ea, quæ restant, his omissis, edicam. G

* Loquitur de Ordine S. Benedicti.

Ecclesiast. 14.

De reædificatione Cathedralis Ecclesiæ post incendium.

CAPUT XXVI.

H

In diebus ipsius semper honorandæ memoriæ Ottonis Cathedralis Ecclesiæ monasterium, quod sub * antecessore suo, Deo permittente, usque ad solos muros superstites, conflagratum erat incendio, multis sumtibus ab eo, ad pristini decoris nobilitatem reparatum est. Ipse pavimentum stravit; columnas Ecclesiæ, quas ignis afflaverat, opere gipseo & firmavit & ornavit. Cho-

Thimon. Vide vitam edit. à Can. lib. 1. cap. 15.

* Ruperto. Quid S. Otho præstiterit in restituenda Ecclesia Cathedrali Bamberg.

A Chorum S. Georgii exaltavit; picturas quoque non ignobiliores prioribus effecit: & ne ultra similes formidare debeat eventus, totum monasterium & turres cupreis ebsulis eontexit. Sphæras quoque & cruces turrium deauravit; omnia denique ædificia claustri per officioas singulas renovare, & in meliorem statum promovere curavit. Quantum verò eidem Ecclesiæ bonorum & prædiorum, præter ea, quæ à fundatoris liberalitate pridem babuerat, sua benignitate ipse superaddiderit, latior & lautior multò quam fuit, testis est mensa Canonicorum.

De structuris in monte S. Michaëlis & Capellis per Ottonem factis.

CAPUT XXVII.

B Ebbo. Opera S. Othonis in monte S. Michaëlis.

UT autem ad nostra veniamus, idem Deo devotus Pontifex Babebergensis monasterium S. Michaëlis cum ejusdem Ecclesiæ ædificiis, nec non & basilicam sanctæ MARIÆ, & Capellam B. Bartholomæi eum magna domo eidem adhærente, à fundamentis ampliori statu reædificavit. Capellam quoque super portam in honore S. Osvvaldi Regis & Martyris fecit. Sed & diversorium & muri ambitum cum universis officinis construxit.

C Idem vir beatus fontem in medio claustri fieri jussit; itémque veoam aquæ vivæ de vicino monte in claustrum plumbeis fistulis copiosò sumptu duci fecit. Pleraque eidem loco ornamenta contulit; inter quæ duas argenteas scutellas ad suscipiendas oblationes: auripbygium quoque & casulam preciosam; crucem quoque auro gemmisque nobiliter fabricatam, recondito in ea salutari ligno Sanctorúmque reliquiis, ipse sacravit, crucémque Salvatoris appellari statuit, & banoi sui interpositione, ne ab ipso monasterio pro aliqua unquam necessitate auferretur iodicens, beato Micbaëli Archangelo eam devotissimè obtulit.

Crux Salvatoris.

D Hunc locum ille Deo plenus fidelissimo semper amore dilexit; hunc restauravit; hunc ditavit; hujus gloriam quæsivit; huic bona tribuit; hunc sublimavit; hunc coluit; hujus profectum semper amavit; & in ipso, coram altari ejusdem Archangeli, cujus specialis minister erat, se sepeliri decrevit.

Amor S. Othonis in Montem D. Michaëlis.

Liberalitas ejus in Monasterium S. Michaëlis.

Eidem monasterio quoque in usum fratrum dedit octo prædia quingentis argenti libris comparata: quæ hic ob notitiam eorum sigillatim annotare, frivolum duximus. Præterea Ecclesiam juxta Albuch hæreditario sibi jure propriam eidem monasterio cum duabus Ecclesiis aliis donavit, ob memoriam videlicet sui parentúmque suorum inibi corpore quiescentium.

Adhuc autem dilectissimum sibi locum amplificare desiderans sub monte S. Michaëlis Capellam S. Ægidii cum hospitali domo F pauperum & peregrinorum receptionibus aptam construxit. Totus enim misericordiæ visceribus affluebat; totus eleemosynæ & compassionis affectu sic ardebat, ut jure cum B. Job dicere posset; *Ab initio crevit mecum miseratio, & de ventre matris mea egressa est mecum. Flebam super eum, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.* Noverat quippe, & assiduè recolebat illam B. Gregorii sententiam: *qui compassionem non habet, vacuum Episcopi nomen tenet.* Virtus namque sanctæ charitatis omnibus quidem fidelibus, sed maximè Christi congruit Sacerdotibus, qui & specialiùs ad hanc exequendam in ipso sacratissimo suæ ordinationis mysterio commonentur. Cùm enim F sacerdos consecratur oleo, per quod charitas intelligitur, manus ejus liniuntur, ideóque manibus ejus infunditur, ut per hoc uberiora misericordiæ & pietatis opera sibi facienda noverit. Sed & cum veste sacrata ornatur & amicitur, ei consecrator dicit; accipe vestem sacerdotalem, per quam charitas intelligitur; ut ea se totum quasi tunica talari circumdatum & splendidissimè ornatum esse debere meminerit. Quam pius Otto singulari decore vestitus, usquequaque eam propagare & felicissimis declarare satagebat operibus.

Capella S. Ægidii.

Job. 31.

Ibid. 30.

S. Greg.

De hospitali domo & Ecclesia S. Ægidii in pede montis fundata.

CAPUT XXVIII.

G Ebbo.

PErambulans itaque suburbana in circuitu, aptúmque locum perlustrans ad *Hospitale* construendum, venit ad collem sub monte S. Michaëlis positum, qui vulgò Lugenbühel, id est, *mendacii collis*, vocabatur, duabus ex causis, sive eò, quòd non naturali terræ situ, sed potiùs de fundamentis murorum civitatis illis aggesta humus in altum excreverat; sive pro eo, quòd crebra inibi conventicula stultorum mendaciis & vanitatibus plena agebantur. Hoc ergò spiritualis hic pater in melius commutare desiderans, qui ad hoc se constitutum noverat, ut prava extirparet, & bona quæque insereret; collem ipsum complanari, & Ecclesiam illic B. Ægidii jussit ædificari. Domicilia quoque pauperibus & peregrinis opportuna construi: ut, ubi antea fervitus inimici pullulabat, ibi deinceps divino cultu, & eleemosynis pauperum, lucra animarum succrescerent.

Collis mendacii.

H Eo tempore Canonicus quidam Ecclesiæ S. Jacobi, Wicbodo nomine, orationis causa beatum visitans Ægidium reliquias magnificas, id est, pollicem ejus comparavit; quem pius Otto ab eòdem sagaciter impetratum altario S. Ægidii cum aliis multiplicibus reliquiis inclusit, Ecclesiámque solenniter

A niter dedicans, memoriam ejus per omnem locum celebriorem, quàm eatenus fuiſſet, inſtituit. Hoſpitale autem cum eâdem Eccleſia primum quidem Gumponi Decano S. Jacobi commiſit; poſtea verò, mediante beatæ memoriæ Wolframo, decimo hujus loci Abbate, ſancto Michaëli eum omnibus pertinentiis ſuis contradidit. De quo amabili & reverendiſſimo hujus loci Abbate dignum eſt aliqua literis mandare: quia in ingreſſu ejus, Domino largam ſuæ benedictionis copiam infundente, locus hic jam pænè in omni religione collapſus, nova & mira interioris diſciplinæ, & exterioris profectus ſumpſit incrementa.

De Wolframo Abbate per S. Ottonem inſtituto.

CAPUT XXIX.

B

Ebbo. Wolframus Abbas S. Michaëlis ex Bavaria oriundus.

HIc enim Wolframus ex provincia Bavarorum, nobili & religioſa ortus parentela, Babebergenſi Eccleſiæ in ſchola Chriſti educandus ſub ordine canonico traditus; ubi divinâ præventus gratiâ, in tenerâ adbuc ætate, ſitibundo pectore hauriebat fluenta doctrinæ, ac de die in diem ſapientiæ maturitate & elegantiâ morum proficiens inter ſuos Collegas pulcherrimus proceſſit. Siquidem paternæ juſtitiæ fortitudo, & maternæ pietatis imago evidentiùs in eo apparebat juxta Apoſtoli dictum: *Quòd ſi radix ſancta, & rami.*

Rom. 11.

C Et hic quidem ſub venerabili Ruperto, ſeptimo Babebergenſi Epiſcopo: poſtmodum autem cùm annos viriles attigiſſet ætatis, à pio Ottone primicerius factus, auctorabili ſagacitate, velut alter Joſeph, curam totius adminiſtrabat Epiſcopatus. Nihil erat in omni Eccleſiaſticæ diſpenſationis negotio, quod non ejus nutu & arbitrio diſponeretur.

D Sed cùm Deus omnipotens ſtatum monaſticæ religionis, qui ſub Domino Gumboldo nono hujus loci Abbate ad nihilum redactus erat, per miniſterium reverendiſſimi Patris Wolframi reparare, & novo Hirſaugienſium Ordine ad meliora provehere dignatus eſſet, eundem ſæpe dictum ſæpiúsque dicendum ſapientem architectum corporalis ægritudinis moleſtia perculit; ſicque naufragoſis mundi abreptum fluctibus ad portum quietis advexit, caſtráque militiæ ſpiritualis intrare compulit. Nam cùm periculoſo colli tumore aliquandiu laboráſſet, juxta beati Job ſententiam; *terrebis me per ſomnia, & per viſiones horrore concuties;* quibusdam ſagacioribus de familia ejus, nocturna viſione apparuit culmen domus ejus repentino lapſu corruere, domúmque confractam diſſipari, illisque inter ſe hoc muſſitantibus, & mortem Domini ſui præſagire affirmantibus, ipſe pater amabilis hoc rumore pavefactus eſt, & internum judicem hoc verbere ad meliora ſe vocantem in ſpiritu humilitatis & animo contrito ſequi deliberavit. E

Qua occaſione Wolframus factus ſit Monachus.

Itaque diſpoſita domo ſua, & ſolerter præcavens inſidias amicorum, & propinquorum à bono eum propoſito revocare nitentium, clam, matutino tempore, montem S. Michaëlis adſcendit, ubi veterem deponens hominem cum * pompis, quibus ornatior aliis incedere ſolebat, exuviis, Deo ſe ipſum hoſtiam acceptabilem obtulit, & ſanctæ converſationis habitum voluntaria paupertate ſuſcepit. Cùm ergo præceptis obediens Evangelicis, cruce ſua flagrantiſſimo corde elata, Dominum ſecutus fuiſſe; ſine mora verus ille medicus, qui *percutit & ſanat, occidit & vivificat, quique languores noſtros tulit, & ægrotationes portavit,* infirmitati ejus medelam ſolita pietate adhibuit, ut ipſe primùm corpore & mente ſanatus, multis poſtmodum ſpirituali magiſterio ſalutem operaretur animarum. F

* Pompoſis.

Job. 5. 1. Reg. 2. Iſa. 53.

Eo tempore piiſſimus pater Otto in Carinthia morabatur; & cùm reverſus, quæ circa intimum diſpenſatorem ſuum geſta erant, audiſſet, plurimum in Chriſto exhilaratus eſt, licèt in adminiſtratione publicorum negotiorum grandi ſolatio deſtitutus eſſet. Et accerſito eo ad familiare colloquium, de ſtatu ſuo paterna dulcedine requiſivit: & ſi conſuetudine, quam invenerat, contentus eſſe vellet? Sed ille vir ſagacis animi, diſtortam & pænè nullam hîc monaſticæ religionis diſciplinam in brevi deprehenderat, &, ſe ad perfectiora tendere, ne in vacuum curreret, reſpondit. Quo G audito, Paſtor mitiſſimus Otto fervori ejus admodum congratulatus, ad Hirſaugienſe Cœnobium, in ſacro tunc ſpiritualis Ordinis rigore celeberrimum, quantocyus eum cum xeniis honorabilibus deſtinavit: eò quòd & ipſe ibi peculiariter notus eſſet, ob frequentes illò tranſmiſſas eleemoſynas. Ubi ſummo cunctorum exceptus tripudio, tum pro ſui reverentiâ; tum etiam pro amore pii Ottonis loco tantæ venerationi habitus eſt, ut etiam poſt modicum, tranſcenſis aliis Officiorum gradibus, Prioratus honore ſublimari mereretur.

Quomodo S. Otho converſionem S. Wolframi acceperit.

Wolframus Hirſaugiam mittitur.

Fit Prior.

Aderat jam tempus miſerendi; quia proſpexerat de excelſo ſancto ſuo Dominus, ut H locum hunc, Montem ſcilicet S. Michaëlis, diu à ſpiritualium profectuum germine areſcentem, novis ſupernæ gratiæ ſtillicidiis irroraret, per beatiſſimum Patrem Ottonem, qui velut aurora pulcherrima, & lucifer matutinus, ad diſcutiendas & illuminandas priſcæ converſationis caligines cælitùs effulſit. Nam cùm ſe totum ad dilatandam ejus gloriam, qui eum glorificaverat, & ſpectabilem præ aliis Coëpiſcopis ſuis fecerat, præparâſſet, hic præcipuè, tanquam in ipſo capite, religionis monaſticæ normam propaga-

A pagare curavit, ut postmodum & aliis, quæ ædificare proposuerat, Cœnobiis, larga benedictio ex hujus fontis ubertate proflueret. Ad quód opus divinum nullus sibi fidelior, nemo sibi visus est aptior hoc, de quo loquimur servo Dei Wulframo, quem dudum in activa vita sagacissimum noverat, & nunc
B in contemplativa vita audierat.

Evocatur Wolframus Hirsaugiâ, cum quinque aliis fratribus.

Itaque missa ad Hirsaugiam fida satis legatione, tam eum, quàm & alios quinque fratres religione & omni scientia eximios impetravit; licèt cuncti abscessum dilecti Patris Wulframi molestissimum, & penè importabilem sibi censerent. Sed nihil erat, quod non pii Ottonis reverentia & eleemosynarum largitas apud eos obtineret.

C

* villas.

Veniente igitur eo, absens erat Episcopus: ideóque in Saxonia apud * Curtes Episcopales Mochelen & Schidingen residens, adventum ejus præstolabatur. Postmodùm autem, cùm reversus de Carinthia piissimus pater Otto, voti se compotem factum apud Hirsaugiam cognovisset, Deo gratias egit, dilectum sibi Wulframum, ac si è cœlo transmissus esset, omni paternæ benignitatis affectu suscepit: & per occultos internuncios primò Seniores, deinde omnem S. Michaëlis congregationem admonuit, ut suæ utilitati per omnia consulentes, in electione Venerandi Patris Wulframi unanimiter concordarent. Cúmque divina præveniente gratiâ, hoc, ùt desiderabat, obtinuisset, uberiores ei, à quo bona cuncta procedunt, laudes exsolvit; statímque in vigilia Palmarum, assumptis Majoribus & Prælatis Ecclesiæ, montem S. Michaëlis, magno spiritualis gaudii alacritate plenus, adscendit; ubi in Conventu publico Dominus Gumboldus ad pedes Episcopi procidens, ultroneam curæ Pastoralis abdicationem fecit; jam senio longinquo se fessum, & ad hanc minùs idoneam protestatus imbecillitatem suam. Beatus ergo Pontifex receptam ab eo curam Pastoralem, mox reverendo Patri Wulframo assignavit; ipséque Gumboldus in electione ejus primus acclamavit, & ex hoc in remotiorem cellam deputatis sibi duobus ministris, & quibuscunque necessariis, secessit.

S. Otho monet Monachos S. Michaelis, ut in Abbatem Wolframum eligant.

D

S. Otho consecrat Abbatem Wolframum.

Itaque electione Canonica reverenter facta & unanimiter facta, pius Otto, moræ impatiens, sequenti die, id est, 18. Cal. April. solenniter eum ante consecrationem Palmarum ordinavit, & ex eo ad statum loci totus & exteriùs renovandum mirificè totum se accinxit; Primúmque abolito communi fratrum consensu vetusto & remisso ordine *Amerbacensium*, novum & religione plenum ordinem *Hirsaugiensium* instituit. Deinde paucitatem Fratrum Deo militantium corde tenus dolens, & crebras in conspectu Domini supplicationes pro hoc cum eleemosynarum largitate profundens, religiosos viros, & tam divina quàm seculari scientia ornatos omnimodis hic aggregare studuit. Nec priùs ab hoc cœpto destitit, quàm de exiguo numero, ultrà septuagenarium multiplicatos videre meruit: quod ipsius literis declaratur, quæ in hunc se modum habent. E

Hirsaugiensis disciplina in Montem S. Michaelis introducitur.

70. incolæ Monasterii S. Michaelis.

De literis consolatoriis Abbatibus monasteriorum per eum fundatis, missis.

CAPUT XXX.

F

Epistola S. Othonis ad varios Abbates.

Otto, Dei gratia, Babebergensis Ecclesiæ minister humilis, venerabili fratri Wulframo Abbati Cœnobii S. Michaëlis, Wigand Tharisiensi, Baldevvino Bantzensi, Eggehardo Vraugiensi, Imbriconi Michelveldensi, Walchuno de Entsdorff, Eriboni de Pruveningen, Friderico de Gengenbach, Eberhardo Scuturensi, Ottoni Steinensi, Lingero de Regenstorff, Ingrammo de Arnolstein, Præposito de Clunicken, Præposito de Hosterhoven, & omnibus sub ipsis piè conversantibus, salutem & perseverantem in Dei voluntate famulatum.

G

Cura S. Othonis circa Monasteriorum reformationem.

CUm primum pastoralis curæ regimen, quamvis indigni suscepimus, monasteria Ecclesiæ nostræ subdita qualiter in monastica religione disposita essent, diligenter attendimus. Sed omnia à disciplina sua rigore nimis resoluta invenimus; quod molestè ferentes, ac dispensationi nostræ incautum existimantes, diu multúmque laboravimus, fusis ad Deum precibus, ut per divinam providentiam, quæ in suâ dispositione non fallitur, hoc mutaretur in melius. Tandem Deus virtutum, cujus est totum, quod est optimum, vota respiciens humilium, in omnibus monasteriis nostris religionis præstitit augmentum: quia vos gregi suo Pastores idoneos elegit, ac fratrum vestrorum numerum in sancta conversatione multiplicavit; quod in vicino S. Michaëlis Monte ostenditur, quia dum non plus quàm viginti fratres, & eosdem sub tenui disciplinâ, invenimus, jam, Deo gratias, plus quàm septuaginta inibi cernimus, absque his, qui honestè conversantur extrinsecus.

H *Unde nos non mediocriter lætificati, omnes vos Prælatos ac subditos in charitate sancta appellamus, omnium pedibus humiliati, in Deo, & propter Deum obsecrantes,* ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis, *& religionis vestræ ac spiritualis disciplinæ vigorem alii succedentes aliis hæreditario jure in longitudinem dierum conservent.* Ephes. 4.

A *In memoriam ergo tam salubris exhortationis addimus decretum nostræ Episcopalis confirmationis dirigendum, transcribendum, relegendum singulis monasteriis, Monasticæ religionis spiritualem militiam, Deo placitam, hominibus acceptam, celebrem angelis, terribilem hostibus, ut jam per omnia Cœnobia nostra sub auctoritate Spiritus sancti renovavimus, instituimus, sic deinceps integram illibatámque perseverare sancimus atque decernimus; commendantes eam sub testimonio Christi & Ecclesiæ vobis electis Rectoribus ac dilectis Fratribus per vos nihilo minùs commendandam omnibus vestris successoribus.*

B *De cætero in nomine Domini vobis benedicimus.* Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in Christi visceribus. (Philip. 1.)

(Quid effecerit epistola & cura sua S. Otho.) His mellifluis & auctorabilibus tanti Patris verbis evidenter satis declaratur, quàm intimo & flagrantissimo affectu, sanctam monasticæ professionis religionem adamaverit, quantáve diligentiâ eam in quibuscunque poterat locis, sed potissimùm apud nos, propagare studuerit. Qua, ùt desiderabat, propagata, Deo favente, Fratribúsque tam merito quàm numero multiplicatis, etiam materialem Ecclesiæ fabricam cum universis monasterii officinis, C necessaria & congruenti amplitudine dilatare curavit: tanquam & ei spirituales filii sui affectuosa unanimitate proclamarent: angustus est locus mihi coram te, fac spatium mihi, ut inhabitem. Et ô beatus ille, qui tandem desiderii sui, quod in multiplicandis religiosis Fratribus habuerat, compos effectus, juxta Prophetiam Isaiæ, à Domino audire meruit; *Leva in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Vivo ego, dicit Dominus; quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circumdabis tibi eos, sicut circumdat sponsa monile sibi preciosum.* (Isa. 49.)

D Quomodo enim non gauderet, & gratulabundus Domino jubilaret, cùm non solùm ex vicinis, sed & de longinquis multarum regionum patribus illustres quosque & sapientes, ac diversarum artium imbutos peritia, ad locum dilectæ requietionis suæ congregari cerneret, quos nimirum bonæ opinionis ejus fama, per totam Ecclesiæ domum diffusa, & indefessa oratio, quæ eleemosynarum largitate fulciebatur, illò attraxerat? His nempe devotissimis filiis, quasi floribus speciosis adornatus erat. His tanquam monilibus ambiebatur, cùm & hic, & in omni actu & negotio eorum intimis præveniebatur suffragiis, ac comitabatur; ac pòst in resurrectionis gloria nobili eorum stipatus frequentiâ Regi Regum accensis lampadibus occurret; ubi & filii de patris honore, & pater de filiorum salute perpetuò lætatur. (Accursus ad Montem S. Michaelis.)

Sed his per excessum dictis ad narrationis ordinem redeuntes, causam & rationem antiqui monasterii dissolvendi, & novi deinceps majori ambitu reparandi posterorum notitiæ pandamus. E

De causa antiqui monasterii dissolvendi, & novi majori ambitu reparandi, & de dedicatione monasterii.

CAPUT XXXI.

F Siquidem Anno Domini M. C. XVII. tertio Nonas Januarii, id est, in octava S. Joannis Apostoli, peccatis hominum exigentibus, terræ motus factus est magnus quarta feria, luna vicesima sexta, hora vespertina, impletâ prophetiâ, quæ dicit; *Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.* Hoc siquidem terræ motu Ecclesiæ nostræ fabrica, quæ & antè jam longa temporis vetustate, ex parte scissa erat, ita concussa est, ut lapis magnus in frontispicio vel culmine * scumarii subito lapsu proruens, totius monasterii ruinam minaretur, cunctósque ingenti pavore perculsos in fugam converterat; & tamen, mirum dictu, grandi hoc lapide, qui totum in circuitu opus sua conclusione firmabat, lapso, reliqua templi fabrica licèt hiatu terribili, casum jam jámque minaretur, immobilis perstitit, donec post festa Paschalia, jussu pii Ottonis destructa & solo adæquata est. (Ebbo. — Terræ motus Bambergæ. — Sap. 5. — * Sic habet manu scriptum exemplar.)

G Hinc jam novi templi ædificatio, quod majori se ambitu dilataret, cœpta est: ubi tanta se liberalitate beatissimus Pater Otto, pro fervore accelerandi operis, profudit, ut cunctis stuporem, multis quoque invidiam tanta pecuniæ profusio pareret. Nam cùm quadam vice, eo apud Castrum Bodenstein posito, pecunia defecisset; & fidelissimus Camerarius ejus, Erbo nomine, devotus S. Michaëlis famulus, qui postea hic in sancta claruit conversatione, perniciter ad Episcopum tendens, defectum hunc ei insinuâsset; ille statim centum marcas argenti beato offerens Michaëli, eum, moræ impatiens, redire urgebat. Qui piæ voluntatis plenus thesauro, quo nil ditius Deo offertur, tanta miræ devotionis festinantia reversus est, ut eâdem die memoratum pondus argenti ad altare S. Michaëlis, tanquam holocaustum gratissimum, imponeret, sícque cœpto operi tota virtute & sagacitate instandum urgeret. (S. Otho Templum S. Michaëlis reparat.)

H Igitur perfecto jam templo, quod in modum crucis, ùt cernitur, constructoris sui præcepto ædificatum est; dedicationem ejus in arbitrio Fratrum constituens, utpote cum quibus cor unum & animam habebat, mandavit, ut certam ei significarent diem, qua tantæ solennitatis celebritas communi omnium voto ageretur. At illi multam inter se conquisitionem facientes, tandem consilio reverendi & doctissimi Patris (Templum in formam Crucis.)

Wi-

A (Dedicatio Templi novi.) Wigandi, de quo in secundo hujus operis libro dicemus, unanimi consensu definiêrunt, ut in Cal. Septembris eadem celeberrima fieret dedicatio: congruenti satis & accepôssimo ordine, tam pro beati Ægidii patrocinio, cujus ea dies natalitio illustratur, quàm & pro antiqua hujus diei reverentiâ, quam sacræ Mosaicæ legis observantiâ constat præcipua insigniri solennitate, sicut in libro Levitici legitur, loquente Domino ad Moyseo: (Levit. 23.) *Mense septimo prima die mensis erit vobis Sabbatum memoriale clangentibus tubis, & vocabitur sanctum, omne opus servile non facietis in eo, & offeretis holocaustum Domino; quia dies propitiationis est, ut propitietur vobis Dominus Deus vester.* Et (Num. 29.) B item io libro Numeri: *Mensis septimi prima dies venerabilis & sancta erit vobis; omne opus servile non facietis in ea; quia dies clangoris est & tubarum;* offeretisque *holocaustum in odorem suavissimum Domino, &c.* quæ de ritu sacrificiorum mystico nunc in Ecclesia celebrandorum ibi exsequitur. Sed & decima, & decima quinta ejusdem mensis dies sacra festivitate celebres, & nullum in eis opus servile fieri, sed solenne sacrificium Domino offerri lege præcipitur, de quibus modò dicendum non est.

C (Origen. Hom. 9. in Levit. Psal. 80.) De hujus autem sacratissimæ diei celebritate Origenes sic loquitur: *Prima die septimi mensis Neomenia tubarum est, sicut dicitur in Psalmo: tuba canite in initio mensis: ista est solennitas repropitiationis: in hac sola die Pontifex induitur omnibus Pontificalibus vestimentis. Tunc induitur manifestatione & veritate; tunc ingreditur ad illa inaccessibilia, quò semel in anno accedi tantummodò licet, id est, in sancta Sanctorum. Semel enim in anno Pontifex populum derelinquens ingreditur ad eum locum, ubi est propitiatorium, & super propitiatorium Cherubin, ubi & arca testimonii & altare incensi; quo nulli introire fas est, nisi Pontifici soli.*

D *Si ergo consideremus verum Pontificem Christum, quomodo in carne quidem positus per totum annum erat cum populo, annum illum, de* (Luc. 4.) *quo ipse dicit; evangelizare pauperibus misit me, & vocare annum Domini acceptum, & diem remissionis; advertimus, quomodo semel in isto anno, in die propitiationis, intrat in sancta Sanctorum, hoc est, cum impleta dispensatione penetrat cælos, & intrat ad Patrem, ut eum humano generi propitium faciat, & exoret pro omnibus credentibus in se.*

Hanc repropitiationem ejus, qua hominibus re- (1. Joan. 2.) *propitiat Patrem, Joannes Apostolus commemorat dicens: Advocatum habemus apud Patrem Jesum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Sed & Paulus similiter de hac repropitiatione scribens, ait de Christo; quem Deus posuit propitiatorem in sanguine ejus per fidem. Igitur dies propitiationis manet nobis, usquequo occidat sol, id est, usquequo finem accipiat mundus. Stamus enim nos pro foribus, operientes Pontificem nostrum commorantem inter sancta sanctorum,* E *&c. id est, apud Patrem, & exorantem pro peccatis eorum, qui se exspectant.*

Hæc Origenis eximii Doctoris verba sunt: (Orig. Hom. 24. In lib. Numerorum.) qui item alio loco de hac solennitate, quæ est prima die septimi mensis, sic ait: *Sicut inter dies septimus quique dies observatur Sabbatum, & est festivitas: ita & inter menses septimus quique mensis Sabbatum est mensium. Agitur ergò in eo festivitas, quæ dicitur Sabbata Sabbatorum, & fit in die prima mensis septimi: memoria tubarum. Sed quis est, qui memoriæ tubarum festivitatem gerat, nisi qui potest scripturas Propheticas & Evangelicas atque Apostolicas, quæ velut cælesti quadam personant tuba, mandare memoriæ, & intra thesaurum cordis sui recondere? Qui ergò hæc facit, & in lege* (Psalm. 1.) *ejus meditatur die ac nocte, iste festivitatem gerit memoriæ tubarum. Sed & si quis potest gratias illas sancti Spiritus promereri, quibus inspirati sunt Prophetæ, & psallens dicere, canite in initio mensis tuba in die insignis solennitatis ejus; & qui scit dignè in Psalmis jubilare ei, Deo agit* (Psalm. 80.) *solennitatem tubarum.*

F *Est adhuc & alia solennitas septimum illustrans mensem, videlicet scenopegia, id est, tabernaculorum, Deo grata festivitas. Lætatur enim cùm viderit fideles suos non habere sinum, & fundatum animum super terras; sed in tabernaculis quasi quotidie migraturos habitare, non desiderantes, quæ terrena sunt, nec umbram vitæ hujus quasi possessionem propriam & perpetuam deputantes: sed velut in transitu positos, ad veram patriam, unde egressi sunt, ad paradisi festivitatem properare dicentes; advenæ sumus & peregrini super terram, sicut omnes patres nostri. Cum ergo sic peregrinari se in mundo senserint, & parati sunt citò transire, & entendere se ad anteriora, ut hæreditatem capiant futurorum: Deus in his lætatur, & diem festum agit super eos.*

G Hæc nos de opusculis tanti Doctoris, qui (Hyperbole ignoscenda, & quæ se veterum auctoritate tueri queat.) in ea parte, qua Presbyter, neminem post Apostolos habet æqualem, hîc inseruimus ad commendandam sacratissimæ hujus festivitatis celebritatem, quæ aliarum solennitatum mater est, & convenientissimè prima die septimi mensis agitur; qui & in veteri lege celeberrimus est, & in hoc novæ gratiæ tempore natalitio, tam eximii Patris Ægidii, qui singularis tribulantium portus, & certum remedium est, decoratur.

H Hæc igitur jucundissima solennitas tantò ardentiùs omni devotione spirituali colenda est, quantò dulciùs imaginem & umbram cœlestis illius præfert dedicationis, ubi verus Pontifex Christus, consummato templo suo, quod ab origine mundi usque ad finem seculi de vivis atque electis construit lapidibus, desiderabilem & nunquam deficientem celebrat solennitatem; ad quam suspirare, & omnibus cordis medullis anhelare cunctos Ecclesiæ filios hæc transitoria commonet dedicatio.

A Sed jam ad narrationis ordinem redeamus. Igitur audita, piissimus Pater Otto filiorum suorum legatione, qua in Calendis Septembris dedicationem fieri unanimiter flagitabant, aptum quidem & rationabile hoc apptobavit: sed unum erat, quod consensum ejus aliquantula contradictione retardabat: quia Capellam Beati Ægidii in Hospitali à se constructam, & unicè sibi dilectam solita popularis concursus veneratione fraudari metuebat, nimirum cunctis in montem S. Michaëlis, tantæ festivitatis gratiâ invitante, accurrentibus. Quapropter sine voluntate & petitione Udalrici religiosi ejusdem Ecclesiæ Sacerdotis, id se facturum negabat. Qui mox, urgente spirituali B patre Wigando, qui hæc omnia speciali administrabat diligentia, Episcopum adiit, & prudenti ratione dedicationem hanc Capellæ S. Ægidii in nullo officere, quin imò majorem & reverentiam, & cultum parturire affirmabat: cujus assertionem Pastor piissimus apptobans, demum assensit: & venerabili Wolframo Abbati Fratribúsque universis paterna dulcedine mandat, se desideriis eorum, & in hoc, & in omnibus promptissima affectione pariturum.

Capella S. Ægidii.

Udalricus Sacellanus S. Ægidii.

C Appropinquante verò eadem sacratissima die, summus Arbiter, qui, quos amat, corripit & castigat, hunc beatissimum Patrem corporalis ægritudinis tam gravi perculit molestia, ut penitus fracta corporis virtute, decumberet, omnémque propositæ dedicationis intentionem postponeret. Quo audito, universi nimia mœroris anxietate percelluntur, cunctos nubes, & caligo tristitiæ involvit, & ùt natura docet, capite vulnerato, cætera quoque membra dolore atteri, languorem pii pastoris grex devotus suum deputabat.

Ægrotat S. Otho.

D Unde quod solùm in his erat remedium, toto ad Deum corde conversi lacrymosis suspiriis cum oblationibus hostiarum & eleemosynarum, salutem ei & sospitatem cælitus imprecari non cessabant, donec prospiciens de excelso sancto suo Dominus clamores & gemitus pauperum suorum exaudire dignatus est. Illis enim tanta precum & votorum instantiâ divinæ aures clementiæ pulsantibus, quadam die Pater amabilis, dum meridiano somno apud Castrum Bodenstein quiesceret, vidit speciosum juvenem, qui re vera angelus Dei erat, lecto suo gratulabundum assistere, & magna jucunditate antiphonam; *In domum Domini lætantes ibimus;* psallere. Nec mora; expergefactus sanum se & incolumem sensit, statímque, quod visio portenderet, intellexit. Et accersito Capellano suo * Seufrido, visionem exposuit, eámque Wulframo Abbati celeriter nuntiari, & omnia futuræ dedicationi necessaria naviter præparari mandavit. Quo nuncio lætissimo, quasi responso divinitus accepto, mœror in gaudium, luctus in lætitiam versus est, cunctique debita laudum præconia non sono tantùm oris, sed & jubilo cordis in cœlum ferentes, tantæ solennitatis jucunditatem spe flagrantissima præstolabantur. E

Edit. Canis. lib. 3. cap. 44. Preces pro sanitate S. Othonis.

S. Othoni apparet Angelus.

Convalescit S. Otho.

*Sefridus, seu Sifridus, qui S. Othonis vitam scripsit.

F Igitur anno Domini M. C. XXI. Indictione decima quarta, in Cal. Septemb. dedicatum est monasterium S. Michaëlis Archangeli in Monte Babebergensi & venerabili Ottone ejusdem sedis octavo Episcopo in honorem præscripti Archangeli sanctíque Benedicti Abbatis, sicut à primordio fundationis monasterii definitum est.

Quando dedicatum novum templum S. Michaëlis.

Quàm honorificè sanctus Otto mundo ac regibus mundi reddiderit ea, quæ illorum sunt.

CAPUT XXXII.

G Regibus quippe seculi super omnes regni Pontifices honorificè ac fideliter domi forísque servivit. Principum quoque sibi familiaritates & amicitias intimas conciliavit, ministerialibus & feudatis Ecclesiæ suæ propria jura & honorem intemeratum conservavit. Familiam denique & omnia sibi adhærentia firmissimo pietatis præsidio, & maternæ affectionis ala confovendo protexit.

Thimon. Vide vitam edit. à Can. cap. 15. fol. 356. cujus menda hinc emendare licebit.

Quòd stipendia Episcopalis mensæ nunquam in aliquo minuerit.

CAPUT XXXIII.

H Stipendia Episcopalis mensæ nullius unquam necessitatis occasione minoravit. Sed, si quid de patrimoniali fundo Ecclesiæ matricis, propter adjacentiam & opportunitatem, Cœnobiis contulit; emptitiis & adventitiis prædiis recompensare cum augmento curavit ei; quia de injusto non posse fieri dicebat eleemosynam: Injustum autem, imò injuriam maximam esse affirmabat, aliqua largitione aut feudatione sine recompensatione, tabulam minuere successorum. Ad hanc ergò excludendam suspicionem, ne cuiquam succedentium sibi Episcoporum fas sit dispositioni ejus, quæcunque superordinare, vel ab ipso benè ordinata rescindere, Sedes Apostolica, ejus postulatione, super his omnibus hujusmodi ei confirmationis privilegium porrexit.

Thimon. Reditus mensæ Episcopalis diligenter conservat S. Otho.

De privilegio Callisti Papæ sancientis, nulli mortalium licere religiosa opera ejus, vel instituta cassare.

CAPUT XXXIV.

Callistus Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Ottoni Babebergensi Episcopo salutem & Apostolicam benedictionem.

A

Refert hoc diploma Baronius ad annum Christi 1124. Et liquet ex Indictione subjuncta. Vide vitam edit. à Can. lib. 1. cap. 16.

Sanctorum Patrum præceptis & Canonicis sanctionibus demonstratur, quòd prædia & possessiones Ecclesiarum, quæ vota fidelium, precia peccatorum, & pauperum patrimonia non immeritò nuncupantur, vendi, vel alienari non debeant. Quæ enim divinæ majestatis obsequio & cælestium secretorum usui sunt dicata, non decet in alienum jus redigi, vel in alterius servitii formam transmutare: nempe, ut Beati Symmachi verbis loquamur; Possessiones, quas unusquisque Ecclesiæ proprio dedit aut reliquit arbitrio, alienari quibuslibet titulis aut distractionibus, vel sub quocunque argumento non patimur.

Alienari non debent, quæ semel Deo dicata sunt.

B

*Ea propter, nos tuis justis postulationibus annuentes, * mansos, qui Episcopalis mensæ tuæ servitio dediti sunt, in eodem statu, in quo bene à te dispositi cognoscuntur, futuris temporibus permanere, præsenti scripti nostri confirmatione sancimus, statuentes, ut nulli successorum tuorum, vel alicui homini liceat eos vendere, sive in Laicorum beneficium trahere, aut in usus alios commutare: Sed, sicut à te dispositum est, de unoquoque prædictorum mansorum denarius unus, annis singulis, Babebergensi Ecclesiæ, pro anima Imperatoris Henrici fundatoris ejus, ad concinnanda luminaria conferatur.*

* *Mansus*, seu *Mansum*; est fundus, vel prædium. *Mansuarii*, villici mansos incolentes: Iidem *Manentes* appellantur; quòd in *Mansis* maneant.

C

Abbatias verò & regulares Canonicas per industriam tuam in religionis Ordine stabilitas, & alia à te rectè constituta, nulli hominum facultas sit in posterum immutare. Si quis autem contra hanc nostram confirmationem venire temerario ausu præsumpserit, excommunicationis vinculo subjacebit. Data Laterani, Idib. Aprilis, Indictione secunda.

Quomodo auxerit rem familiarem Episcopii in temporalibus.

CAPUT XXXV.

D

Thimon. Vide vitam edit. à Can. lib. 1. cap. 17.

REm quoque familiarem Episcopii, sicut prædiis & possessionibus, ita etiam ædificiis & Castrorum munitionibus adjuvit, atque sublimavit. Nam per diversa loca, & *curtes* Episcopii quatuordecim Basilicas, & quatuor cœnacula elegantis fabricæ coostruxit. Præterea sex castella, quæ pridem non habuit, dominio Episcopatus adjecit; unum videlicet, Albuinestein; secundum, Luipoldestein: tertium, Geutenreut; quartum, Hempfeovelt: quintum, Ebersperg: sextum, Eckenvelt, Castrum verò Albuioestein, quod etiam dicitur Bodenstein, ferè in meditullio situm Episcopatus, octingentis argenti libris, nec non decem & septem auri talentis comparavit, providens in hoc & sibi, & posteris non modicum pacis subsidium; quia, bonis Ecclesiæ in circuitu positis, defensio est & terror inimicis.

Castella Episcopatui Bambergensi per S. Othonem adjecta.

E

F

Multa quidem commemorare possem, quæ illius studio, & labore in rebus temporalibus Episcopatui accesseruot; sed parciùs hæc laudaoda puto; quia pœnè omne genus hominum acquirendi studiosum est, & sua cumulandi: neque, ut id faciant, egeot exemplo, sed, ou malè id faciaot. Hic ergo non in eo quidem magnopere laudandus, quòd rem familiarem quærere & augere solicitus fuit; sed hoc in eó non temerè laudatur, quòd his rebus, * à quibus abesset turpitudo & avaritiæ suspicio, diligentiâ videlicet & frugali parsimooia, quæ sanè hinc adverti potest.

Quomodo laudandus S. Otto ob rei familiaris curam.

* subintellige: *rem familiarem augere studuit.*

Quanta diligentia & parsimonia res Ecclesiæ servaverit.

CAPUT XXXVI.

G

TEmpore quodam in domo Episcopali domesticæ habens rei nomen fortè nuper emptum vestiebatur, videns & probans si aptè sederet corpori. Et ecce *Brusso* quondam Argentinensis Episcopus, eloquio & moribus apprimè festivus adveniens; Benè est, inquit, bene est: senior noster booum habet pellicium. Erat autem ad oras capitii & manicarum modicè vulpinis abumbratum: nam cætera pars eute leporina coostabat. Et Episcopus; *Sic est*, inquit, *sed miserum me, carò mihi venit; bis binis unciis constat.* Vidésne, qui tam benignus in alios extitit, quàm parcus in semetipsum fuit? * Noo in veste, non in cibis rebus Episcopii unquam iodulgentiùs uti voluit: nec voluptati, sed necessitati suæ tantùm providebat. * Quin enim ajunt, illum, humilitatis causa, ocreas vel subtalares dissutos, plerumque ad sartorem misisse. Murmuraotibus autem de hoc aliquibus: Sinite, inquit, fratres, sinite; res Episcopii eleemosynæ sunt fidelium, vanis usibus eas profligare oon debemus.

Etiam hæc ex Timone se desumpsisse, Andreas testatur. Sed non comparet in editione Canis. Et videtur initium hujus narrationis corruptum; nec nisi ope manuscripti Codicis sanabile.

* Hæc sunt ex Timone, vide vitam edit. à Canis. cap. 18.

NOTATIO.

H

Monui in scholio ad hoc caput; ejus initium non nisi ope Manuscripti Codicis sanabile esse. Cùm jam maxima pars hujus voluminis excusa esset, venit ad me Bamberga, missu admodum Reverendi & Magnifici Domini Doctoris FRIDERICI FORNERI, Bambergensis Vicarii, apographum vitæ Othonianæ; sed scriptum mendosissimè: cujus scriptura est ista. *Tempore quo-*

A *dam in domo Episcopali domestica habens renonem fortè nuper emptum vestiebatur.* Ex quo fortassis Criticus quispiam fecerit: *In domo Episcopali dum esset, habens renonem.* Isidorus lib. 19. cap. 23. *Renones sunt velamina humerorum & pectoris usque ad umbilicum, atque intortis villis adeò hispida, ut imbres respuant, quos vulgò reptos vocant, eò quòd longitudo villorum, quasi reptet: de quibus Sallustius; Germani intectum renonibus corpus tegunt. Dicti autem renones à Rheno Germaniæ flumine, ubi iis frequenter utuntur.* Quanquam alii fortè rectiùs deducunt ἀπὸ τῶν ῥηνῶν, ab agninis pellibus.

De ipsius parsimonia & frugalitate.

CAPUT XXXVII.

B

Timon.

HÆc io vestitu ei frugalitas fuit; at in victu quomodo se restrinxerit, vix ulli credibile videbitur. Nam dixisse hunc pro certo accepimus: *Nunquam se ad satietatem panem in Episcopatu comedisse:* Semper enim sobrius ac penè jejuous de cœna vel prandio surrexit: apposita omnia infirmis pauperibus ac mendicis impertiens. Quodam jejunii tempore multa piscium penuria fuit. Sed quidam Procuratnr ejus lucium parvæ quantitatis, emptum duobus solidis, prandenti attulit beoè paratum, modestè obsecrans, ut se uberiùs reficeret vel cibo, qui tam magno constabat. Cui Episcopus, quanto, inquit? Procurator, duobus, ait, solidis. Et Episcopus: absit, ut miser Otto solus hodie tot denarios absumat; levánsque discum: defer, ait, huoc preciosum cibum Christo meo, qui mihi me ipso pretiosior esse debet. Defer, inquit, ei, sicubi ægrotus in lecto jacet, vel paralyticus. Nam ego robustus hoc me pane reficiam. Sic ille in opulentia sua deliciis affluebat.

Lib. 1. cap. 15. vitæ ed. à Can. Frugalitas S. Othonis in victu.

Memorabile exemplum frugalitatis & charitatis in proximum.

De consuetudine corporalis disciplinæ.

CAPUT XXXVIII.

C

PRæterea in consuetudine habuit à manibus Sacerdotum io conclavi corporales accipere disciplinas, sanè adeò acres, ut cruor aliquando latera ejus tingeret. Ipse quoque Pater cœlestis, qui ait; *Ego, quos amo, arguo & castigo,* suo interdum verbere ad eruditionem eum tangebat.

Vita à Canis. ed. loc. cit. Notent hoc Prædicantes Lutherani, maximè Superintendentes. Apoc. 3.

De flagello infirmitatis ejus, & quid inde boni promeruerit.

CAPUT XXXIX.

D

REferam unum de flagellis ejus, causámque sive ordinem monstrabo, quidve inde boni provenerit, dum fortè io vico, qui dicitur Buchebach, divinarum rerum studiosus * *chartulam Patrociniorum* legisset, & in ara Ecclesiæ multas & permaximas Sanctorum Reliquias reconditas agnosceret; ad nobiliora loca eas transferre cogitabat, ubi ampliore honore divinæ servitutis à Religiosis colerentur. Itaque assumptis clericis, jejunio & oratiooe præmissa, pia, ùt dictum est, intentione, sigillum altaris solvi præcepit. Sed hæsitantibus cunctis & trepidantibus, ipse ferramentum accipiens: absit, ioquit, ut tantum decus, sub tam vili schemate remaneat: cúmque bis aut ter sigillum malleo percuteret, sanguis de cistula plumbi eucurrit, ac si de corpore animalis flueret. E

Vita ed. Canis. lib. 1. c. 19.

** Indicem Reliquiarum.*

Referat S. Otho sepulchrum cujusdam altaris. Sanguis inde profluit.

Sed quid? Turbatur Episcopus, ferramentum projicit; stupent omnes, opus cœptum omittitur: ad orationem tam ipse, quàm omnes, qui aderant, se prosternunt; commissi veniam postulaotes. Sed Pater omnipotens sapiens ac benignus, qui ad disciplinam filium erudire parabat, gravi statim languore tetigit Ottonem suum, adeò, ut vitæ terminum putaret. F

S. Otho in morbum incidit.

Igitur iovalescente morbo, cùm evadere noo speraret, eum, quem maximè fidum & familiarem habuit Abbatem S. Michaëlis, Vulframum vocavit, ut sive ad vitam, sive ad mortem res vergeret, fide & obsequio fidelis amici uteretur; qui dum ejus lectulo assisteret, ejúsque dolores modis, quibus poterat, levare curaret, Otto beatus, monasticæ religioois præcipuus amator, habitum monachi ardentissimè flagitabat; à multis annis se dicens in proposito habuisse, depositis Pootificalibus, in paupertate spiritus & contritione cordis Deo servire sub magistri obedientia. Verùm Abbas gnarus & prudens, & magni consilii, obedientiam quidem ægrotantis suscepit, desiderium laudans & petitionem. Porrò de habitu distulit ingeniosè. Hinc post aliquot dies melioratur ægrotus, voti memor, habitum quærit religioois, disponit de rebus suis, ad monasterium se portari mandat. G

Advocat Wolframum Abbatem.

S. Otho habitum Monasticum induere cupit.

Abbas igitur lætus de fervore votivi sui, adhibitis compluribus honestis viris, de hoc verbo cum eis communicat. At hi quidem perspectis omoibus, inutile factum dicunt, personam talem, Ecclesiæ & pauperibus Christi tam oecessariam ad silentium mooasterii transire. Itaque cum reverentia Episcopum interrogat; si promissam sibi obedientiam implere vellet. Ille verò, in ejus inquit, nomine, qui pro nobis Deo Patri usque ad mortem obedivit, tibi obedire paratus sum. Cui ille; Et ego, inquit, in nomine ipsius tibi jubeo, Pater sanctissime, sub onere accepti regiminis usque ad diem vocationis tuæ permanere ad honorem & utilitatem Ecclesiæ, ad consolationem egenorum & pauperum Christi, io sublevationem viduarum & orphanorum facere, sicut facis, ad consummandum cœpta tua H

Wolframus S. Othonem sanctè deludit.

in

A in operibus bonis, & , ut breviùs dicam, facere, quod facis, operari, quod operaria pro æterna vita & centuplo. Quis enim monachorum tantæ perfectionis est, ut ejus merita vel paupertatem tuis divitiis adæquemus?

B

Studium eleemosynæ & hospitalitatis.

Igitur post hæc tempora Episcopus Babebergensis totus in eleemosynas, totus in hospitalitates pauperum, & peregrinorum versus est. Quidquid frumentorum victualium, quidquid auri vel argenti usquam vel unquam reperiri potuit, per egentium manus in thesauros cœli transmissum est.

De fame & sterilitate annorum, & in his de ipsius Operibus.

CAPUT XL.

C

Thimon. Vita edit. Canis. lib. 1. c. 20.

EO tempore Orientalis Francia sterilitate annorum magna panis inopiâ laborabat. Ipsi namque opulentiores famis etiam extrema necessitate squalebant: inopes mendici passim per plateas & agros mortui jacebant; ita ut præ multitudine in cœmeteriis humari non possent. Sed vir Dei misericordiæ plenus, memor Tobiæ, modò per se, modò per alios sepeliendi officium complevit. Ubi autem cadaverum multitudo sepulturam ordinatam fieri non sinebat, ingentes fossas præparavit, & centenos ac millenos simul quandóque terræ mandabat, precio conducens homines, qui talibus officiis jugiter inservirent. Ipse autem per se omnia lustrabat, vicos, plateas ac domos pupillorum. Vespere, manè & meridie, nec non etiam nocturno tempore, visitando ægrotos, reficiendo famelicos, omnique ingenio benè operandi vias inquirebat.

Pauperum strages ex fame. Cura sepeliendi mortuos.

De muliere mortua, quam ad cœmeterium ipse humeris suis portavit.

CAPUT XLI.

D ACcidit ergò die quadam æstu meridiano, quando intus in umbraculis & refrigidariis suis soporantur homines; Episcopus, accito cubiculario, more suo, ad hospitale pauperum pergebat. Dum autem iret, fœtor inhumati corporis non procul à via de sub urticis nares ejus tetigit. Substitit ergo, & cubiculario suo digito suo locum demonstrans; sentio, ait, tanquam illic corpus inhumatum jaceat. Pergente puero, sequitur Episcopus, diligenter quærunt, ac tandem inter herbas & silvam stantis urticæ projectum ad sepem cadaver inveniunt mulieris, lacero vultu, & ab avibus comesto. Episcopus conspecta miseria, ferit pectus, sortem deflet humanam, flagellum divini confitetur judicii. Postremò se ipsum culpabilem, se reum addicit, qui ea die, qua hæc fame periisset, multis panibus abundaret. E

Reperit S. Otho cadaver mulieris.

Dehinc, dicta breviter oratione pro anima jacentis, manum mittit ad corpus: cubicularium hortatur levare secum. At ille; Noli, ait, Domine, noli sacras manus tuas inquinare. Curram & vocabo alios, ac sepeliemus eam. Cui Episcopus: Absit, inquit, ut sororem meam, filiam Adæ, imò filiam Ecclesiæ, tangere despiciam. Portabo mortuam, quam vivam pavisse debueram. Sed tu, rogo, juva me, certus, quòd à Deo, & à me quoque mercedem accipias. Ille autem, etsi horrore pariter & fœtore propelli potuisset, tamen dum luctantem & laborantem, ipsique oneri humerum jam aptantem vidit, vicit semetipsum, & clausis naribus, aversóque vultu dorsum invisæ subjecit sarcinæ, & cum Episcopo communicato labore, ad cœmeterium cadaver fœtidum deportavit, cantante ac flente Sacerdote; *Heu mihi Domine, quia peccavi nimis in vita mea, quid faciam miser? ubi fugiam, nisi ad te Deus meus? miserere mei, dum veneris in novissimo die.* F

Corpus exanime in humeros sublatum ipse S. Otho ad sepulturam defert.

De propensioribus ejus postea eleemosynis.

CAPUT XLII.

G

Thimon. Liberalitas ejus tempore famis.

VIdens ergo, quia tempus eum monet: omnes apothecas suas aperuit; panes præparat, alit egentes; & ecce, quasi ad universales nundinas de tota provincia famelicorum turbæ concurrunt; de monasteriis virorum ac feminarum Præpositi ac dispensatores, omnésque, quos annorum egestas premebat, ad promptuaria Episcopi currunt, sperata subsidia, sine mora invenientes. Cúmque messis appropinquaret, & maturæ jam segetes ubique locorum falcem postularent, multa millia falcium pauperibus, quos toto anno aluerat, præparata distribui fecit: atque refectis omnibus, in festivitate B. Jacobi; Ecce, inquit Pater optimus, filioli mei, terra coram vobis est; finita est dierum malitia; & accipiens singulas falces, singulos addidit denarios, unicuique denarium & falcem, instrumentum operis, & viaticum: sícque valefecit eis in bonitate & gaudio eos dimittens. Is modus, id officium ei fuit omnibus annis inopiæ ac sterilitatis.

De cooperimento valdè precioso, quod super leprosum poni jussit.

CAPUT XLIII.

H

Thimon. Hæc in Canisiana edit. extant lib. 3. c. 30.

DUx Poloniæ Bolezlaus, omnésque terræ illius meliores summa ei amicitia juncti erant, frequenter ei salutatorias mittebant, donariis suis eum magni-

hcè

A ficè visitabant, meritis ac precibus se apud Deum juvari posse plurimùm coofideotes. Alii quoque Principes ac divites de omoibus terris, audientes famam operum ejus, audientes eleemosynas & largitates ejus circa egeotes; multa ei & sæpenumero iogentia dooa mittebant, socios se fieri & comparticipes studiorum ejus devotè postulantes

B Quadam vice tegumentum oocturnale mitabilis precii de serico, auro, & megalina pelle confectum, inter alia dona ei allatum est; ipséque auctor doni specialis amicitiæ signum boc esse nuotians, oboixè rogabat, ut in recordatiooem sui ejus usum dignaretur, néve de profligatione rei causaretur, devotè promittit, boc detrito vel parumper absumpto, aliud se transmissurum. At Præsul, accepta veste, plicat eam ac replicat, & diligenter undique perspectam, vestiario suo commendat. Deinde, portitoribus & legatis sub persooa mittentis reverenter ioclioat, gratiásque agit dicens; siquidem munus boc magnæ dilectionis testimonium est; & ego io memoriam datoris in perpetuum illud servare curabo, ita saoè, ut oec fures mihi furentur, nec tioea demoliatur, vel ærugo. Habebat autem cognitos, & ex nomioibus propriis ootatos omnes paralyocos, laoguidos, caocerosos, seu leprosos de civitate sua, modum, tempus & quantitatis languoris eorum per se iovestigaos, congruáque subsidia omnibus providebat & curabat.

Matth. 6. S. Otho miserorum, suæ civitatis catalogum habebat.

C Vocato ergo vestiario; tolle, ait, præclarum illud & carum mibi tegumentum, ac ponc super illum paralyticum, oomine uoum designans, quem sciebat longis doloribus affectum, ulceribus scateotem & vermibus, cujus fœtorem vicinia tota perborrebat. Abit ille, ac mandatum implet, & delicatissima veste miserrimum illum cooperit; mirantibus ac stupentibus omnibus, qui hoc videre potuerunt.

S. Otho paralytico pretiosum stragulum mittit.

Sefridus. Ego bujus rei testis sum; sed confiteor peccatum meum. Illis diebus sic affectus eram, ut boc idem factum deliramento compararem. Sed non solus ego de boc

D murmurabam: erant complures me majores ac oobiliores talia dona de manibus illius accipere coosueti; qui spe bujus delusi, vix ab injuriâ linguas tenuére; ajentes non opus esse megaliois tegi pellibus leprosos & paralyticos, quibus utique ovium aut leporum vestimenta sufficere potuisseot. Sed nunc scio prudentiam tanti viri duplici boc ratione fecisse; scilicet ut exemplum misericordiæ in pauperes memoria digoum posteris osteoderet; & inpræsentiarum curatores ægroti de precio vestis solatia perciperent.

Multi hoc factum S. Othonis ægre tulerunt.

Tiemo. Rectè interpretatus es rem. Sed novimus aliquos Episcoporum, si hanc vestem corpori proprio subtraherent, sanguini fortasse non negarent, qui terrenæ sapieotiæ dediti, tales sumptus *fatuitatem* vocant, qui cor trabentes in terra, linguâ cœlum pulsant, qui terrenum babentes fuodamentum, rem suam bumanis præsidiis, tutaodam putant, moles turrium, & ioertem massam murorum multis sumptibus coacervantes, spiritualia munimenta flocci pendunt. Verùm Ottoni beatissimo non ea mens erat, omnem fiduciam suam in divinitatis ope collocabat; castra quidem & Urbes ad terreoos usus quandoque * patrabat; sed longè major Ecclesiarum vel monasteriorum ei cura fuit. Quæ res etsi probatione non egeat, eò quòd manifesta sit; tamen, quia io meorem venit, rem parvam dico, uode cordis ejus directio altiùs intelligi possit. E

* parabat.

De fabro & ejus terribilibus sagittis. F

CAPUT XLIV.

FAber quidam peritissimus de arte sua Episcopo innotescere cupiens, telorum ac diversi generis sagittarum, ad opus bellicum mirabiliter præparatarum, sportam plenam apportavit, ut io Urbibus & propugnaculis Episcopi futuris necessitatibus servari debuissent. Episcopus verò gratias quidem egit bomini pro munere dignam mercedem illicò repeodens; sed manu propria unam levans, quæ triplici acie, ac loogo acumine, visu etiam, terribilis erat. Quare, inquit, istam tam longam, tam subtilem, tám acutam fecisti? G Faber, tales, inquit, facimus ad penetrandas loricas & clypeos. Impulsu enim balistæ tales sagittæ oec scuto, nec thorace tueri sinunt bominem. Episcopus, ego, inquit, agam, ut mortales se de his non mortificeot, jubétque levari omnes simul, sicut erant in cophino, portitoribus dicens: ferte eas Abbati Hermanoo, rogantes diligenter, ut eas, mei causâ, in opus Dei expendat, oe mortibus bominum coaptentur. Habebat autem opus in manibus, tectum H videlicet consummati monasterii oostri.

Thimon. Edit. Canis. lib. 3. cap. 40.

Jucunda historia, de sagittis S. Othoni oblatis.

Accepôs ergo sagittis, pabula rettò bæsimenta omoibus convolvi jussit, ac de nobilissimis sagittis, clavos tegularum fabricaos, tecto Ecclesiæ illos coaptavit. Quæ res quidem, tametsi magna non est, magnæ tamen bonitatis indicio valet; sicut enim ex abuodantia cordis sermo; ita etiam ex eâdem actio dirigitur. Exterior enim homo celare non potest, qua dispositiooe interior ambitus sit. Flagrant enim ad proximos per exteriorem studia bominis interioris. Verùm ego cuncta sigillatim, quæ ipsius sunt, perstriogere oon potero: unum tamen adhuc memorabo, quo ejus diligentia & ingenium, quod habuit ad benè agendum, magis clarescat.

De

A

De furto equorum & negotio institoris.

CAPUT XLV.

Timon. Edit. Canis. lib. 3. cap. 41.

QUidam Oeconomorum ejus Rudolphus, vir bonus ac prudens, ad eum propter causas domesticas veniebat. Cúmque pro explicandis rebus aliquamdiu apud eum moraretur, Episcopus, more suo, egressus visitare xenodochium, stabulum transivit Oeconomi; vidéosque duos equos fortes, eleganti corpore, à comitantibus, cujus namque sunt hi; inquirit. Dicunt ei, hos esse Procuratoris sui. Benè, inquit; magni sunt & fortes. Certè portare habent precia & redemptiones captivorum in terram Pomeranorum. Audîerat enim quosdam de baptizatis suis in civitate barbararum gentium fuisse captivatos. Sublatis ergo equis, Oeconomus, re cognitâ ad Episcopum venit: de via sua & negotiis suis insinuat, equitaturas repetit, quas si habere non possit, ad omnia se impeditum dicit. Cui Episcopus; non irascaris, obsecro; lucrum quoddam & negotiationem cogitavi. Esto socius. Agamus pariter, ut de fructu & lucro actionis pariter gaudeamus.

Quem in usum equos Procuratoris sui S. Otho destinârit.

B

Pia negotiatio S. Othonis in Pomeraniam.

Decem equos pannis oneratos in Pomeraniam missurus, opera tua indigeo. Omnem igitur annonam, quæ ad usus nostros in partibus Saxoniæ reposita servatur, inargentabis: insuper omnes pecunias de redditibus earundem partium, ad nos pertinentium, quas colligere poteris, cuncta simul ad nundinas *Halle* portabis. Nôsti enim nobiles puros & preciosos pannos in terra Pomeranorum caros frugi mercatu haud inveniri. Igitur quidquid ex privata pecunia *fustani* & purpuræ, *brussati*, *Fritsali* quoque, seu alterius cujuslibet optimi generis vel coloris pannorum coëmere poteris, in sarcinas concludes, aliásque species gloriosas, & res pulchras emens, omnia his jumentis in Pomeraniam diriges, partim dona majoribus, reliqua verò, cauta venditione habitâ, precium captivis, quos in barbaras nationes abductos constiterit. Si autem, ùt dictum est, ita exsequi potuerimus, nec tu nec ego fructu inanes ac sine mercede in futura vita remanebimus. Hac etenim occasione equitaturas tuas abstuli.

Nundinæ Halenses.

C

D

Abiit homo; & quia fidelis ac strenuus erat, omnia, sicut Episcopus ordinaverat, haud segniter implevit. Muneratur honestiores, institor Ottonis; laudatur forum ejus, ac distractio populo rudi admirationi fuit & exemplo, cunctique certatim rapientes res duplo emebant, tum pro dilectione Pontificis, tum etiam, quia precium sciebant esse redemptionis.

De Rege Ungarico, & auro quod misit.

E

CAPUT XLVI.

Timon.

HIs omnibus ad votum Episcopi explicitis, eundem Oeconomum mittit ad Regem Hunorum illum beatæ semper memoriæ Belam, qui à patruo suo Colomanno Rege, cum patre suo Almo Duce, in diebus adolescentiæ, luminibus privatus, postea in regnum sublimatus est, oculísque fidei ac sapientia mentis præditus, Rempublicam Ungarorum per annos plures gnaviter administravit. Certus itaque de strenuitate ac prudentia Rudolphi Episcopus, cujus memoria in benedictione sit, qui ad omnia studiis misericordiæ sedulus ei minister erat, ad Regem prædictum Belam, magnum *eleemosynatorem* cum literis ac donariis eum direxit, parare amicitias & notitiam societatémque ac parilitatem studiorum in operibus misericordiæ, accendere hominem sanctum ad desiderium futuræ expectationis, ad gaudium æternæ vitæ atque beatitudinis.

Edit. Canis. lib. 3. cap. 42.

De Bela lege Bonfinium Decadis II. lib. 6.

Legatio S. Othonis ad Belam Hungariæ Regem.

F

Quomodo Bela nuncios Othonis acceperit.

Bela ergo, accepto nuntio, auditísque literis Episcopi, spirituali gratia ac divina consolatione plenus, lætificatus est valdè in festivitate Paschali, quæ apud Ungaros etiam, propter ipsius terræ maximam ubertatem, multa epularum largitate splendidè ac delicatè celebrari solet, magnificè habuit nuncios Ottonis; vitam ejus, conversationem, statum & opera crebrò interrogans; miratúrque omnia, quæ de illo audivit, magnæ felicitati adscribens, quòd talis viri notitiam per nuntios, dona & literas accipere meruisset. Consummatis ergo diebus, cùm tempus esset dimittendi legatos, multa devotione sacris Orationibus beati viri Rex sese Deo commendans, dona multiplicat, vasa aurea & argentea, & vestes preciosas mittit: insuper viginti libras excocti auri, specialiter obsecrans, ut has in aliquos divinos usus in recordationem sui expendere dignaretur.

Rex commendat se precibus S. Othonis.

Eidem ingentia munera mittit.

G

S. Otho dona accepta S. Michaëli offert.

Episcopus ergo, acceptis donis & auro, nihil moratus beato Michaëli hoc obtulit; Crucis decus, in nomine *Salvatoris* de hoc fieri mandans, addítque de suo auri quantitatem & gemmas; & clusorem conducens; insigne trecentas argenti marcas valiturum ad honorem Dei & utilitatem Ecclesiæ fabricatus est.

H

Thimon. Edit. Canis. lib. 3. cap. 43. Admontense Monasterium in Stiria, fundatum à S. Gebhardo Archiepiscopo Salisburg. Anno 1075. Hund. in Metropoli.

De filia Regis Ungarici.

CAPUT XLVII.

SEd quia beati Belæ Ungarici Regis mentio incidit, pauca de filia ejus *Sophia*, quæ in proposito Virginitatis sub sacro velamine inter sanctas Virgines Admontensis monasterii laudabiliter degit, ad ædificationem narrare incipam.

A

Vide etiam vitam S. Gebhardi Tom. 2 & 6. Antiq. Lect.

* Qui post Lotharium II. Anno 1139. Regnum init.

Oratio Belæ Regis ad Deum pro filia sua.

Hæc etenim ante annos nubiles petita est in matrimonium Henrico puero, Teutonicorum Regis * Conradi filio primogenito. Bela ergo cùm sæpe rogatus tandem acquievisset, hanc illi dare, & nuncii pro ea venissent Archiepiscopi & Episcopi, aliíque primates de regno Alemaniæ, ut juxta imperialem magnificentiam clarè ad nuptias duceretur, hoc ordine, hac oratione ad sponsalia eam direxerit: *Domine Deus cœli & terræ, tu omnia vides, ego autem nihil video, Tua etenim ordinatione, sicut voluisti Domine, cæcus factus sum; sed tu vides omnia, vides abdita cordium, præsentia, præterita & futura indifferenter:* Et manus ponens super caput filiæ, hæc inquit: *Domine unica filia mihi est, hac me sola fœminea prole in tua miseratione beâsti. Hanc hodie, te teste, te invocato in auxilium nostrum, ad nuptias mitto: hanc hodie te comitante, præsentibus nunciis committo, tali fixa inter me, & te, Domine Deus, condicione, ut nunquam eam deseras. Et, si fortè is, qui eam petit filio suo Dominus Imperator Conradus unquam mali quidquam adversùs eam cogitaverit, tua in petitione tibi hanc commissam habeas.*

B

Oratio Belæ Regis ad Legatos.

Ad legatos autem: *En*, inquit, *coram vobis est: tollite filiam meam: ducite hanc Imperatori vestro. Et quia meâ vitâ ipsa mihi charior est, omne, quod charum vel preciosum habeo, cum ea transmitto.* Jussítque apportari omnia regalia sua, Capellam suam totam cum * patrociniis Sanctorum, cum universis paraturis, & utensilibus aureis & argenteis, cum tentoriis & papilionibus, cum jumentis optimis ad subvectionem rerum; insuper aurum & argentum absque ulla æstimatione dona genero suo & filiæ. Et apprehendens scrinium ubi erat * patrocinium S. Blasii, statuit super hoc filiolam; dehinc ad legatos; *En*, inquit, filiam meam cum patrono suo in hæc verba, ùt locutus sum, in nomine Domini vobis præsento.

* Reliquiis. Apparatus ad iter.

* Quia Admontense Monasterium constructum erat in honorem Deiparæ & S. Blasii.

C

Igitur abeuntibus nuntiis, exita jam Ungaria, cùm ad Taurum montem Carinthiæ propinquâssent; Imperator Conradus, obviam eis mittens, ad sacras Virgines Admuntensis monasterii, * Dominam cum duabus puellis suis interim collocari fecit, donec opportuno tempore solenni habita Curia, convenienti honestate ad nuptialia Sacramenta vocaretur. Dona verò & omnes divitias, quæ allatæ cum ea fuerant, sibi apportari fecit.

* Sophiam, sponsam.

D

Itaque diversis negotiis occurrentibus, quæ Regum etiam animos à proposito retardant, rem explicare impeditus est. Puer etiam infirmitate præventus, Domina in Monasterio permanente, hominem exuit. Bela quoque requievit in Domino, & filius ejus * Gisa ei successit in regno: qui videns frustratas esse nuptias sororis suæ, nuncios misit, ut reducerent eam. Sed, illa noluit redire. Secundò & tertiò misit. Sed, illa venire noluit. Ad extremum reputans apud se, vi fortasse teneri à rectoribus monasterii sororem suam, indignari adversùs locum, & nisi quantocyus ei redderetur, excidium vastationémque minari. Sed virgo castissima mente & corpore ad omne bonum disposita, Deo magis quàm sæculo adhærere cogitabat, apertisque ostiis claustri cùm Abbas in ejus deliberatione posuisset, intus manere, vel ad nuncios fratris sui foras egredi; intus manere delegit, & à proposito Virginitatis nunquam recedere.

* Bonfin. Geisa.

Revocatur Sophia in Hungariam.

E

Renuit redire.

Exemplum singularis constantiæ in benè cœptis.

F

Rex verò nimio affectu germanitatis circa sororem suam afflictus, cùm secundùm sæculi hujus magnitudinem eam sublimare vellet, modò vi, modò astutia, & ingenio eam teneri querebatur, habitóque cum necessariis suis consilio, ire parat in manu forti, eam liberare. Sed viri prudentes & magni, quos in consilio suo habuit, Regem monebant, non ab re, nec citò regno Teutonicorum importari bellum oportere, sive causas belli. Optimum factum esse, ut missa persona publica & honesto comitatu, cum decore & disciplina Dominam repeteret: quæ, si inordinatè negaretur, justas tunc fore causas commotionis. Sed quid multis? Licèt ægrè, fracto animo suo Rex audivit consilium. Mittit Ducem unum, virum fortem, cognatum suum, & amatorem gloriæ suæ, & cum illo militiam magnam: & ecce ventum est * ad Munti.

Rex Hungariæ vi parat reducere sororem suam ex Monasterio Admontensi.

G

* Ad Monasterium Admontense.

Abbas verò & fratres, conspecta multitudine & potentia Legati, rem seriò agi vident, turbantur, præsidia orationis quærunt. Deinde egressi ad Legatos, responsa Tyranni tristes accipiunt, scilicet aut reddant puellam, aut graves Ungarorum inimicitias experiantur. Abbas verò Admontensis, vir dignæ auctoritatis, gnarus ad omnia, & multo pollens consilio mentis ac religione, decus & firmamentum monastici Ordinis ad verba legatorum hæc paucis respondit verbis: *In hac causa*, inquit, *nihil à nobis perperam actum est, aut agetur. Sed hodie curam corporum vestrorum, quia itinere fatigati estis, velim agatis. Crastina dies negotium vestrum expediet.* Itaque lauto epularum apparatu, multáque diligentiâ eis ministravit.

Hungari repetunt sororem sui Regis.

Oratio Abbatis Admontensis ad Legatos.

H

Sequenti verò die Abbas ad legatos: *Et quid facietis*, inquit, *si Domina vestra sponte sua vobiscum venire noluerit? Nunquid invitam abstrahetis? Nunquid nolenti ac renitenti violentas manus injicietis? Siquidem hoc regibus ac reginis extremum dedecus est, vi trahi, ad quod nolint, & subjici, quando non velint, atque alienæ voluntati seu violentiæ mancipari: non puto id convenire ingenuæ libertati.* At illi: *Sic est*, inquiunt, *& nos eam libertati suæ restituere venimus, & non vim inferre, sed obsequium præstare ad suos redeunti. Denique si ab indigna coactione soluta, suæq; libertati restituta fuerit, sanè quidquid propria deliberatione delegerit, neque*

Responsum Legatorum.

A *que nos, neque vos prohibere debemus: & Dominus noster Rex Ungarorum manifestissimus indecenter, vel contra decus regii sanguinis habitam germanam suam conterinam, causari non poterit.*

B Placuit sermo Abbati & fratribus, & venientes in atrium Basilicæ ante fores Claustri, quo Virgo sacra cum Virginibus sacris clausa degebat; duos globos faciebant seorsim legati, & milites populúsque multus, qui ad spectaculum venerat; & seorsim Abbas cum fratribus & monachis. Reserantur postes, januæ claustrales panduntur; Regina exire ad nuncios rogatur; Negat illa; nihil sibi & eis dicens; lege se loci limen januæ, nisi morte obitâ, non esse transituram. Docetur ergo, quid inter legatos & Abbatem sententiæ ac rationis de ipsa constiterit, illam de sub claustris in apertum egredi oportere, liberam fieri, coactione solvi. Cæterùm in ejus arbitrio locandum, quam viam postea sibi arripere velit.

Constantia Sophiæ.

C At illa corpore femineo viriles animos gerens, ubi videt, quia sic necesse est, neque aliter litem decidi posse, pede suo super limen posito; *En*, ait, *S. MARIA, Domina mea, patrona mea, mater Domini mei JESU CHRISTI, sponsi mei, salva gratia, & pace tua, te Duce, te comitante, limina tua transeo; te adjuvante & protegente citò reversura, tibi commendo causam meam, Virgo Virginum, & tu B. Blasi Martyr Christi, Patrone Admuntensium, Domine ac dominator loci hujus, qui me à parente meo tibi commendatam, divina ordinatione in hac tua tecta suscepisti peregrinam: obsecro, ne me derelinquas.*

Sophia limen cœnobii transitura commendat se Deo, Deiparæ & S. Blasio.

D His dictis, flebant Virgines, flebant monachi & fratres. Egreditur illa modesto & lento gradu in medium tendens. Stabant Legati immobiles, vestes tantùm ac purpuram gemmásque preciosas in seculi cultum eò allatas ei offerentes ac protendentes ad reginæ animos pelliciendos. Omnes igitur, qui aderant, immoti stabant, avidè spectantes & opperientes, quid esset factura, nullo ei aut hinc, aut inde propinquante. Sacræ autem Virgines stabant ardentissimè flentes & orantes, admodum veritæ, ne quavis occasione tantum decus societatis amitterent. Itaque ubi liberalitatem, & absolutionem suam in medio posita, satis omnibus ostenderat, ad nuncios conversa Regia virgo modestè inclinans, valefecit eis. Deinde viâ, quâ venerat, ad sorores rediens, clara voce multam compunctionem omnibus excitans, cantare cœpit: *Regnum mundi, & omnem ornatum seculi contempsi:* Succinentibus cæteris Virginibus, quæ illam in limine stantes opperiebantur; succinentibus & monachis, & prosequentibus eam in gaudio & lacrymis usque ad introitum januæ. Omnis quoque populus voces & laudes dedit in excelsum; gratias agens Deo, quòd virgo nobilis & tenera, tam virili mente seculi delicias abjecisset.

Technæ Legatorum.

Sophia salutatis Legatis, revertitur ad Monasterium.

E

F Nuncii quoque non minùs aliis Dominum magnificabant, omniáque ornamenta seu vestes, quas ad usus seculi ei portaverant, monasterio conferunt, & Reginæ valefacientes, ejúsque orationibus se commendantes in pace & gaudio ad Dominum suum revertuntur; ùt gesta erant, omnia referentes. Mitigatus est Rex ultrà desinens à proposito suo revocare illam. Hæc de initio conversionis beatæ Sophiæ, * quomodo occasio data fuit, reticere non potui.

* quando.

Sefridus. Grata nimis & accepta digressio, nempe auri occasione gemmam acceptabilem tuæ manui affixisti.

G

De singulari clementia beati Ottonis ad monachos sancti Michaëlis.

CAPUT XLVIII.

SEd redi obsecro ad Ottonem nostrum, qui omnibus hominibus omnia factus, præcipuè autem nobis monachis non solùm Pater, sed, ut veriùs dicam, mater fuit. *Tiemo.* Credo, inquam: nam & tu me ad viam revocâsti. Senes nostros, ùt Patres, venerabatur; juniores, vel pueros, ùt filios diligebat, inter nos quasi unus ex nobis ambulabat: Immemor quandóque potentiæ & magnitudinis personæ suæ Presbyteris ad altare ministrabat, modò stolam offerens, modò cingulum porrigens præparandis: Aquam etiam manibus illorum manu propria fundens calicem præbens, & ad cætera ministeria sese plerunque de inopinato ingerens, miris modis omnium in se affectus excitabat; omnes nos facie & nomine notos habere volebat, singulorum causas vel statum, defectus vel profectus nostros diligenter investigans, curáque de omnibus non modica ei fuit. Quid dicam de multimodis humanitatibus omnibus ac singulis nobis indesinenter ab eo exhibitis? Etiam fratribus ad refectionem consedentibus, cibos optimos suis sumptibus præparatos, manibus propriis nobis intulit; suscipientium manus caro affectu deosculans, nonnunquam etiam, expleta ferculorum positione, conviva nobis idem ac minister assedit, nobiscum convescens obtentu propagandæ charitatis.

Sefridus.

Amor S. Othonis erga Monachos,

Serviit aliquando Presbyteris rem divinam facientibus.

H

Ministrat mensæ.

FINIS LIBRI PRIMI.

*Ita Cod. M. S.

*TABULA TITULORUM
LIBRI SECUNDI
IN VITAM ET PEREGRINATIONEM
S. OTTONIS.

*INCI-

* Ita Cod. M. S.

* *INCIPIT LIBER II.*

IN VITAM ET PEREGRINATIONEM S. OTTONIS BABEBERGENSIS EPISCOPI AC POMERANICÆ GENTIS APOSTOLI.

De situ & moribus hominum Pomeraniæ Provinciæ.

CAPUT I.

A

Sefridus. Lege præfat. edit. Canif. in lib. 2. Et hinc corrige menda.

POmerania Proviocia ex ipsa nominis etymologia qualitatem sui situs indicare videtur. Nam *pome* lingua Sclavorum, *juxta* sonat, vel *circa*: *moritz* autem, *mare*. Inde Pomerania, quasi *Pomeritzania*, id est, *juxta*, vel *circa mare* sita. Est autem terra hæc, si totam ejus positionem tam in stagnis & refusionibus marinis, quàm in locis campestribus considerare velimus, quasi figura triangula; quia tribus lateribus, quasi tribus lineis per capita sibi cohærentibus tres angulos habere deprehenditur: ita tamen, ut unus angulus duobus reliquis sit extensior: qui etiam usque ad Leuticiam, & prope Saxoniam versus Aquilonem ad fluctus Oceani paulatim recurvatus demittitur.

Situs & forma Pomeraniæ.

B

* Daniam. Quorum terminos tangat.

Itaque Pomerania post se in Oceano * Daciam habet & Rugiam iosulam, parvam, sed populosam: super se autem, id est, ad dexteram septentrionis Flaviam habet, & Prussiam & Russiam: Ante se verò, id est, versus Aridam, parva extremitate se attingentes fines respicit Ungariæ & Moraviæ: dein Poloniam spaciosa contiguitate usque ad confinia Leusitiæ & Saxoniæ se habet attingendo extendentem.

C

Quales olim Pomerani.

Gens ista terra maríque bellare perita, spoliis, & raptu vivere consueta, naturali quadam feritate semper erat indomita, & à cultu & fide Christiana penitus aliena. Terra verò ipsa piscium & ferarum copiosam iocolis præbet abundantiam, omnigenúmque frumentorum ac leguminum sive seminum fertilissima est; nulla mellis feracior; nulla pascuis & gramine fœcundior. Vinum autem nec habent, oec quærunt, sed melleis pôculis ex cerevisia accuratissimè confecta vina superant Falernica. Sed de his aliàs.

Fertilitas Pomeraniæ. Vino caret.

D

Nunc autem est expediendum, quod multis admirationi est, quare videlicet hi homines tam procul ab Orientali Francia, & Babebergensi Ecclesia, imò à toto Orbe pænè divisi, non alium quémque de vicinioribus regnis vel Ecclesiis Baptistam, & prædicatorem, quàm Babebergensem Episcopum habere potuerint. Sed hic fructus ad incrementum beatitudinis ejus à Deo illi donatus est.

E

Psal. 117.

Tiemo. A Domino, inquit, *factum est illud, & est mirabile in oculis nostris.* Unde, quonam id ordioe factum sit, oos audire delectat. At ille; à re, ioquit, paululùm digrediendum est, ut concurrentium causarum, & eventus & ordinem possim digérere.

De Bolezlao Duce Poloniæ, & ex quibus causis prædicatio illius gentis orta sit.

CAPUT II.

F

Sefridus. In edit. Canisiana inchoatur hic cap. 1. lib. 5. ubi, quæ Andreas Sefrido attribuit, omnia reperies.

TEmpore, quo Domious meus Babebergensem regebat Ecclesiam, Bolezlaus vir strenuus & prudens, & ingeouæ atque avitæ oobilitatis decore illustris, ducatum Poloniæ administrabat: qui dum se gnaviter & providè gereret, omnes terræ suæ terminos sub prædecessoribus suis hostium violentia invasos & perturbatos, castra urbésque à sua potestate alienatas manu robusta recuperare prævaluit. Cúmque bellicos actus suos felici exitu sæpe prosperari videret, erga Deum quidem, à quo sibi sciebat præstari victoriam, humilior, atque devotior; ergà hostes verò erectior atque animosior factus, mutua vice termioos eorum ferro & igoe attentare, prædásque & manu-

Strenuitas Bolezlai, Ducis Poloniæ: de quo lege Martinum Cromerum lib. 5. Rerum Polonicarum.

A hias frequenter abstrahere & personas captivare solebat, quousque assiduis cladibus ac terrore confracti, multis obsequiis, & donorum impensis animum ejus delinirent, datísque & acceptis dextris, fœdera pacis firmissimè pangerent, & pacta reciperent.

De actibus & bellis Bolezlai Ducis.

CAPUT III.

B
Sefridus.

* Bohemi, Moravi, Ungari.

ERant autem, cum quibus divisim, diversis temporibus, certamen habebat ex parte una Poloniæ: * Buhemiæ, Moraviæ, Ungariæ: ex alia Rutheni, gens crudelis & aspera, qui Flavorum, Prussorum & Pomeranorum freti auxiliis, acriùs, diutiúsque illi restiterunt, sed frustra, quia tandem superati ab eo & contriti, post multas clades, pacem ab eo postulare cum Rege suo decreverunt. At ille, ùt erat bellis ac laboribus semper infractus, non continuò de pace acquiescere voluit, nisi priùs aliqua memorabili honorificentia satisfactionem accepisset.

Quomodo Bolezlaus per Ductorem militiæ suæ Petrum Ruthenos capto Rege circumvenerit.

CAPUT. IV.

C REx verò, & omnes Principes Ruthenorum, sine amicitia & pace Ducis non se quietos fore perpendentes, viam inveniendæ mutuæ pacis & gratiæ, illius prudentiæ ac fidei committendam præsumpserunt. Ille verò hanc honestissimam ratus viam statuendæ atque firmandæ pacis, filiam ipsius Regis petivit & accepit uxorem; videlicet, ut hoc affinitatis commercio tam Principes ipsi, quàm subditi, & terræ utriusque populi pacem ad invicem haberent perpetuam, atque in necessitatibus & opportunitatibus suis mutuò sibi contra hostes præsidio forent, atque auxilia portarent. Colebant ergo se mutuis beneficiis socer & gener, magnificatúsque est Bolezlaus & confortatus, ac prosperatus undique, nec ulla ei erat contradictio, universis potestatis suæ terminis hoste nullo turbatis.

Bolezlaus connubio sibi jungit filiam Regis Ruthenorum.

D Verùm ea perfunctoria & brevis erat tranquillitas. Nam post annos paucos Ruthenissa, uxor Bolezlai, moritur, unum tantùm ei filium relinquens: unde, quasi rupto vinculo, quo tota inter generum & socerum constabat amicitia, dudum consopita bella paulatim recrudescunt. Bolezlaus igitur feritate gentis permotus cum suis consilium habuit, quonam modo rediviva mala hæc propulsare potuisset. Habebat autem Petrum quendam militiæ Ductorem virum acris ingenii & fortem robore, de quo dubium, utrum in armis, an in consiliis major fuerit: qui erat Præfectus à Duce super viros bellatores. Hic adscitus consilio; *Si suis tantùm*, inquit, *Rutheni viribus dimicarent, illos à nobis conteri difficile non esset. Sed, habent Flavos, habent Prussos, habent etiam Pomeranos, gentem idololatram, invisam, ac nimis indomitam: quos omnes simul in arma provocare, quàm durum sit, inexperti non sumus, quamvis antè de his triumphos habuerimus. Quocirca meo animo consilium incidit, Ruthenos arte meliùs superari. Et ne quis impossibile hoc æstimet, ecce, vadam ad illos, & incruentam nobis de Tyranno victoriam reportabo, Deo mihi præstante ingenium.*

Moritur uxor Bolezlai. Recrudescunt bella inter Polonos & Ruthenos.

E
Consilium Petri Ducis.

Mirificum strategema.

F Sed quid multis? Placuit Duci & Principibus, experiri, si effectum habere verba Petri queant: assumptísque viris quasi triginta robustissimis, ficta necessitate, Petrus ad regem transfugit Ruthenorum, eúmque arte sermonis circumventum, quòd malè de Duce sentiret, æstimare fecit. Et Rex, eò quòd fidem haberet homini, quem etiam prudentem senserat, ad multa negotia sua ejus familiaritate usus est, sperans, quòd tandem per eum de Polonia tota posset triumphare. At Petro aliud mentis erat. Nam cùm die quadam fictus transfuga, ipsiúsque socii cum Rege in saltu nemorum venandi gratia vagarentur, Rex nihil mali suspicatus, occasione ferarum longiùs à mœnibus abscesserat, elongatísque aliis, Petrus cum suis circa illum remanserat. Qua fretus opportunitate, capto Rege, incruentam, ùt pollicitus erat, de Ruthenis victoriam Domino suo Duci reportavit: mirúmque dictu, effera gens illa, hoc facto ita edomita est, ut nunquam postea, vivente Duce, ne quidem de bello cogitaret. Nam pro ereptione sui, Tyrannus, quidquid majorum suorum studio ac solertia in thesauris collectum habere poterat, dare coactus est: aurum & argentum, & quæcunque preciosa in vasis & vestibus, & variis opum speciebus; quadrigis & camelis in Poloniam apportantibus, ita, ut Ruthenia tota insolita paupertate contabesceret. Deinde ubi fœdera mansuræ pacis jurejurando tam Rex, quàm optimates Ruthenorum solidaverant; etiam hoc polliceri fide firmissima rogati sunt, ne Pomeranis ultrà forent auxilio. Contra illos enim totis viribus Dux manum levare cogitavit.

Fictum transfugium.

Petrus capit Regem Ruthenorum.

G

Quomodo Dux Bolezlaus Pomeranos expugnaverit.

CAPUT V.

H
Sefridus.

HIs omnibus ergo ipsis ad votum compositis, Pomeraniam insultibus crebris concutere, vastare ac populari cœpit. Et quia paganismo tenebantur, Dux eos aut penitus elidere, aut ferro ad fidem Christianismi conatus est impellere. At illi suis fisi viribus, eò quòd civitates & castra,

Dux Bolezlaus contra Pomeranos arma movet.

A ſtra, naturâ & arte firma in introitu terræ haberent quamplurima, ſe inexpugnabiles fore, arbitrati ſunt, omnémque ſubſtantiam ſuam in Urbibus colloeantes, armorum præſidia præparare moliuntur. Sed quia Deo placuit aliquos ex eis conterere, ut cæteros ad fidem converteret, ingenium & vires contra eos Bolezlao miniſtravit, ita ut multis & magnis cladibus eos frequenter afficeret. Nam & civitatem Stetinenſem, quæ ſtagno & aquis undique cincta omni hoſti inacceſſibilis putabatur, quæ etiam totius Pomeraniæ Metropolis fuit, hiemali tempore ſtrictam per glaciem non ſine periculo exercitum ducens inopinata clade percuſſit. * Nactam quoque civitatem munitam & fortem valdè fregit & ſuccendit, & omnem regionem ejus igne & ferro vaſtavit, adeò, ut ruinas & aduſtiones & acervos cadaverum interfectorum incolæ nobis per diverſa loca monſtrarent per annos tres, ac ſi de ſtrage recenti.

Victoria Boleslai de Pomeranis relata.

Edit. Caniſ. *Badum* ſed leg. *Nacium*. Vide Cromerum lib. 5.

B Tam graviſſimè autem in illarum civitatum expugnatione ſubacti ſunt, ut, quos neci & captivitati Dux ſupereſſe paſſus eſt, cum ſuo Principe Chriſtianos ſe atque tributarios fore, quòd jurare licuit, pro lucro ingenti ducerent. Ferunt autem, quòd octo & decem millibus virorum pugnatorum occi traditis octo millia cum uxoribus, & parvulis ad terram ſuam captivos abduxit, & in periculoſis Marchiarum locis in Urbibus, & caſtris eos collocans, quò terræ ſuæ præſidio forent, & cum hoſtibus ſuis, gentibus ſcilicet externis, bella gererent, indixit, hoc addito, ut abdicatis idolis, Chriſtianæ ſe religioni per omnia conformarent.

Numerus cæſorum & captivorum.

C Sed cùm reliquos de gente perfida, quos in terra propria tributarios dimiſerat, Dux, fidei Chriſtianæ apponere curaret, omnes Epiſcopos terræ ſuæ conveniens, nullum perſuadere potuit, ut illò ire, *atque in tenebris & umbra mortis ſedentibus* lumen vitæ vellet oſtendere, ſingulis ſuas excuſationes prætendentibus, ſicque per triennium dilata eſt prædicatio, Duce ipſo ſatis ægrè ferente dilationem.

Studium Boleslai introducendi in Pomeraniam Chriſtianiſmum

Quomodo expugnatos ad Chriſtianiſmum coëgerit, & Ottonem Epiſcopum Evangeliſtam & Prædicatorem eis acquiſierit.

CAPUT VI.

D Andem inſtinctu * admonitionis divino ad hoc opus Ottonem Babebergenſem Epiſcopum, cujus tunc fama latè in regnis effloruit, eò quòd & hunc in adoleſcentia ejus Patri ſuo, Capellani more, obſequentem, notum & charum habuerit, invitare decrevit, opportunum fore autumans cum tali viro & antiquas renovare amicitias, & tam ſancti operis gratiam illius injungere ſanctitati.

Sefridus. * admonitus. Boleslaus S. Othonem in Pomeraniam invitat.

E Mittens ergo legatos & munera ſcripſit ei literas ſecundùm verba hæc: *Domino ſuo & Patri amantiſſimo Ottoni Venerabili Epiſcopo, Bolezlaus Dux Polonorum filialis obſequii humilem devotionem. Quia in diebus juventutis tuæ ad Patrem meum decentiſſima te honeſtate converſatum memini, & nunc quoque Dominus tecum eſt firmans te, & benedicens tibi in omnibus viis tuis, ſi tuæ non diſplicet dignitati veteres tecum renovare animo ſedit amicitias, tuóque conſilio ſimul & auxilio uti ad Dei gloriam promovendam, ipſius gratia coadjuvante. Noſti enim, ut arbitror, quomodo Pomeranorum cruda barbaries, non mea quidem, ſed Dei virtute humiliata, ſociari Eccleſiæ per baptiſmi lavacrum, ſeque admitti petivit.* F *Sed ecce per triennium laboro, quòd nullum Epiſcoporum vel Sacerdotum idoneorum mihive coaffinium ad hoc opus inducere queo. Unde, quia tua ſanctitas ad omne opus bonum prompta & indefeſſa prædicatur, rogamus Pater amantiſſime, non te pigeat, noſtro comitante ſervitio, pro Dei gloria, tuæq́ beatitudinis incremento, id laboris aſſumere. Sed & ego tuæ paternitatis devotus famulus impenſas omnes, & ſocios itineris & linguæ interpretes, & coadiutores presbyteros, & quæcunque neceſſaria fuerint, præbebo: tu tantùm venire dignare.*

Literæ Ducis Poloniæ ad S. Othonem.

Quàm pronum ſe Otto beatiſſimus ad hoc opus exhibuerit.

CAPUT VII.

G His auditis Epiſcopus quaſi de cœlo vocem loquentis Dei accepiſſet, toto pectore abundantia lætitiæ repletus, gratias egit omnipotenti Deo, quòd ad tale negotium ſuo uti dignaretur miniſterio. Habito igitur chori & Cleri ſui conſilio, miſſis ad Apoſtolicam ſedem legatis, cum licentia & benedictione, atque obedientia venerandæ memoriæ Domini * Honorii Papæ huic gratiſſimæ ſarcinæ humerum devotè applicavit.

S. Otho provinciam oblatam cupidiſſimè arripit.

* Calliſti. Vide Baron. Tom. 12. Anno 1124.

H Sed quia terram Pomeranorum, fama ferente, opulentam audiverat, & egenos atque mendicos penitus non habere, ſed vehementer aſpernari, & jam dudum quosdam ſervos Dei Prædicatores, egenos ac ſenſu tenues propter inopiam contempſiſſe, quaſi non pro ſalute hominum, ſed pro ſua neceſſitate levanda, officio inſiſterent prædicandi, ſtudioſè procuravit, ut non ſolùm illis non indigens, verùm etiam opulentus appareret, non opes eorum ſibi, ſed ipſos potiùs velle Deo lucrari.

Daniel Cramerus, Lutheranus præco, lib. 1. Chron. Pomer cap. 19. narrat Bernardum Eremitam, à Pomeranis non auditum imò & repulſum fuiſſe, quòd omnium rerum egens adveniſſet.

Aſſumptis igitur Clericis idoneis, & eiſdem ad iter abundè procuratis, Miſſales, alióſque libros & calices cum indumentis ſacerdotalibus, & alia quæque altaris utenſilia, quæ in gente pagana ſubitò inveniri non

S. Otho parat ſe ad iter Pomeranicum, & quo modo.

A non posse sciebat, provida liberalitate secum fecit portari, ne sine instrumentis agricola fidus in agrum Domini sui exire videretur. Vestes quoque & pannos preciosos, aliáque donaria nobilibus ac divitibus apta, Evangelista simplex & prudens in viam portavit Evangelii, ne fortè indigentiæ causâ, paganis videretur evangelizare, sed novellæ plantationi sua potiùs conferre, quàm illius appetere.

B *Tiemo.* Parùm te hîc submoneo, non tibi sit injuria. Video equidem, quibus causarum eventibus ad illam gentem tam longinquam Ottonem nostrum ire contigerit. Sed quà illic iter egerit, & quo tempore in viam ierit, leviáque sive aspera viæ dicere non omittas, ne errare incipiam, si & ego eò ire velim.

Sefridus. Ut vis, & in hoc ego obediam.

NOTATIO.

C Cramerus Prædicans lib. 1. Chronici sui, ait, Othonem ab Imperatore Henrico facultatem in Pomeraniam abeundi petiisse. Postea frigidissimè adjungit. Etlich wöllen, daß er deß Pabsts Honorii Erlaubnuß auch darüber erfordert habe. *Sunt, qui dicant, Othonem, etiam à Papa Honorio ejus rei potestatem sibi fieri postulâsse.* Quàm frigidè, O Prædicans? Nolles nimirum summi Pontificis auctoritatem in conversione Pomeranorum intervenisse. At, velis, nolis, audire debes Urspergensem, qui in Chronico ista. *Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XXIV. Indictione secunda, Callisto Papa II. Romanæ Sedi præsidente, Otto Dei gratia, Babenbergensis Ecclesiæ Episcopus, divino admonitus instinctu, prædicti Apostolici assensu & auctoritate roboratus, partes Pomeranorum paganorum, cum quibusdam civitatibus terræ Lutitiæ aggressus est, ut eos ab errore suo revocaret, &c.* Hæc Urspergensis. Scilicet, sine Pontificia scitu S. Otho in Pomeraniam abiit; qui Sedi Apostolicæ tam devotus fuit, ut infrà etiam cap. 31. Sedis illius *Obedientiarius* nominetur. Vide lib. 3. cap. 4.

D Nec illud silendum, Prædicantem ubique admiscere flosculos Prædicanticos, ùt cap. 17. Otho hab ein Altar bauen lassen, zum Gebrauch deß Abendmals deß HErren. Quæ est phrasis prorsus Lutherana. Nam altare extruxit ad Missam, seu, ad sacrificium Missæ. De cœna ista, quam Lutherani Prædicantes coquunt, ne per somnium quidem, tempore S. Othonis cogitabatur.

Similis phrasis est, cap. 18. Otho und die Seinen haben am Wort gearbeitet. Apage hanc locutionem. Num tu putas Othonem & ministros ejus fuisse, ùt tu es, Diener am Wort, hoc est, *spermologos* & *semiverbios*, déque ambone clamatores stentoreos? Ejusdem farinæ est illud in eodem capite: da das Liecht zu Pieritz also gewaltig angienge. Phrasis hæc ex Prædicantium non myrotheciis, sed coprothecìis deprompta est. O lumen admirabile Quinti Evangelii: quod nullus vespertilio, nulla noctua, nullus nycticorax, nulla ulula metuat. E

Alicubi *Sacellanos* S. Othonis nominat Cramerus, Diener am Wort, hoc est, *Logodulos*, vel *Dulologos*, Wortsknecht. Prorsus Prædicanticè. Absit, ut sancti illi viri tales fuerint, qualis *Paulus à Roda*, *Knipstro*, & ipse Stetinensis præco Cramerus.

Quo tempore, qua via illuc properaverit? F

CAPUT VIII.

PAratis omnibus, quæ profectioni erant necessaria, proxima die post festum B. Georgii Martyris, salutato Clero & populo suo, tanquam hoc opere viam sanctificaret, duas Ecclesias, unam in *Luckenperge*, & aliam in *Vobendrese* consecravit. Hinc, transito nemore Bohemico, per Abbatiam * *Cladruvam* ventum est *Pragam*; inde per *Satischam* in Albi fluminis ripa sitam Ecclesiam, ad castrum Ducis Bohemici, quod *Miletiam* dicunt, ubi à Duce ipso magnificè susceptus & donis honoratus est. Inde per aliud ejus castrum *Burda* nomine, usque *Nemetiam*, Urbem Ducis Polonorum, atque inde per tres Episcopatus Poloniæ, *Bretzlavvensem* videlicet, & *Calissensem*, atque *Bozenamensem*, usque ad Episcopatum *Genezensem* cum gaudio & pace conducti sumus, omnibus illis Ecclesiis unâ salutationis fama Dominum meum suscipientibus, festivæ scilicet processionis bonore, gaudentésque per loca singula uno eodémque exultationis cantu ejus proposito alludentes; *Cives Apostolorum & domestici Dei advenerunt hodie*, & cætera, quæ in illo *Responsorio* sunt, devotè cecinerunt.

Sefridus. Iter S. Othonis in Pomeraniam.

* Edit. Canis. *Cladrim.*

S. Otho Passim cum processione excipitur.

Quid auxilii, quid præsidii habuerit in Duce Poloniæ. G

CAPUT IX.

PRæterea Dux ipse & omnes Optimates Poloniæ, quasi ducentis passibus ab Urbe Gnezna nudis pedibus procedentes, cum magna susceptum reverentia, principalem usque ad Ecclesiam conduxerunt.

Sefridus. Dux Poloniæ cum proceribus obviam it S. Othoni, nudis pedibus.

H Dux ergo tali hospite lætissimus & gloriosus, per dies septem ejus fruens præsentiâ, multa nobis exhibita humanitate, omnia etiam viæ necessaria solerti cura instituit præparare; dedítque Domino meo de gente illa tam Sclavicæ, quàm Teutonicæ linguæ gnaros Satellites ad diversa ejus ministeria, ne quid incommoditatis per linguæ ignorantiam in gente externa pateretur. Quid dicam? currus & quadrigas ordine longo, vi-

Septem dies manet cum Duce.

Dux dat S. Othoni Ministros linguarum peritos.

A victualia, & omnes ſarcinas noſtras portsntes, monetámque illius terræ liberalitate contulit ingenua, nulla nos ſuſtinens laborare inopia; ſed neque propria expendere; ac ſi omne illius viæ meritum ſuis impenſis emere cogitaret. Tres etiam Sacerdotes Capellanos de latere ſuo Princeps Epiſcopo ſociavit Coadjutores Verbi, & Centurionem quendam nomine Paulitium, virum ſtrenuum & Cathnlicum, qui etiam naturali facundia idoneus eſſet concionari ad populum.

Dux S. Othonem & Comites rebus neceſſariis liberaliter inſtruit.

B *De horrore & difficultate viæ tranſitâ Poloniâ.*

CAPUT X.

Sefridus. Iter ex Polonia in Pomeraniam.

TAliter à Duce Poloniæ dimiſſi per Uzdam Caſtrum in extremis Poloniæ finibus tranſeuntes, nemus horrendum & vaſtum, quod Pomeraniam Poloniámque dividit, intravimus; ſed viam in invio quàm difficile ſit tenere, etiam illic experiri potuimus. Nemus quippe hoc nulli antè mortalium pervium erat, niſi quòd ſuperioribus annis Dux, latrocinandi cauſâ, priusquam ſubegiſſet totam Pomeraniam, ſectis, ſignatiſque arboribus, viam ſibi exercituíque ſuo exciderat. Quæ ſigna tenentes, magna quidem difficultate, propter ſerpentum ferarúmque monſtra diverſarum, nec non & gruum in ramis arborum nidos habentium, nóſque garritu & plauſu nimis infeſtantium importunitatem, ſimúlque propter loca paluſtria quadrigas & currus præpedientia, vix diebus ſex, emenſo nemore, ad ripam fluminis, qui limes Pomeraniæ eſt, conſedimus.

Sylva invia.

C *De occurſu Pomeranici Ducis, & metu Clericorum.*

CAPUT XI.

Sefridus. Dux Pomeraniæ obviam procedit S. Othoni.

DUx verò Pomeranorum, Wortislaus dictus, adventus noſtri præſcius, cum quingentis viris occurrens ex alia parte aquæ, caſtra metatus eſt, móxque amne tranſmiſſo, cum paucis Epiſcopum ſalutat, atque ſalutatur ab illo. Et quia Chriſtianus erat, occultè autem propter metum paganrum, corde magis, quàm ore locutus, in amplexu Pontificis diu pendens, alta devotione ſuper viæ cauſa Dei clementiam collaudat.

Dux Pomer. occultus Chriſtianus.

D. Epiſcopo autem & Duce cum Interprete & Paulitio ſeorſum in colloquio demorantibus, cæteri, qui cum Duce venerant, homines barbari, quia Clericos aliquantum trepidare videbant, ficto eos terrore ampliùs vexabant, ita, ut articulum paſſionis imminere metuentes, confeſſione, orationibus atque Pſalmodia Domino noſtrum commendaremus agonem.

Pomerani Clericos timidos ſimulatè terrent.

Tiemo. Modicæ fidei, inquit, *quare dubitâſti?*

E Matth. 14.

Sefridus. Non, inquit, ſine cauſa. Primò illic paganos vidimus, & qua mente Dux advenerit, nondum omnes ſciebamus, ſed & horror ſolitudinis & loca inſolita, & nuper evaſi nemoris nigra denſitas, & crepuſculum noctis propinquæ, & hominum barbarorum crudelis aſpectus, materis nobis non parvi timoris erat. Nam & cultros acutiſſimos educentes, vivos nos excoriare, aut transfigere, aut humi nos defodere uſque ad verticem, coronáſque noſtras, eiſdem cultris punctare ac ſecare minati ſunt, & alia multa genera tormentorum, rictu, fremitúque nos terrentes, nobis imminere dixerunt. Quæ omnia certè, ſi bene te novi, tuam quoque animoſitatem effregiſſent.

Quæ Clericis metum incuſſerant.

F Sed citò reſpiravimus, Duce ipſo nos placidæ benignæque conſolationis * eulngio relevante: quódque inani pavore pulſati fuimus tam nobis, quàm illis joco eſſe cœpit. Nam ubi nobis Ducem ipſum, alióſque milites, qui nos terruerant, Chriſtianns occultos eſſe compertum eſt, primò quidem paulatim animari; deinde, fiducialiùs agere, ipſóſque etiam adhortari ac docere præſumpſimus, quos antè vel intueri, metu perculſi, non potueramus. Ipſis ergo jam manſueſcentibus, & religinni Chriſtianæ magis magiſque deferentibus, *repletum eſt gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione, dicebántque inter gentes, quorum Deus tetigerat corda, magnificavit Dominus facere nobiſcum, facti ſumus lætantes:* quia vobis venientibus ad nos; diſſolvet Dominus captivitatem noſtram, ſicut ſolvitur glacies à ſole meridiano.

** alloquio.*

Pſalm. 125. 1. Reg. 10. Ibid. eódem. Pſalm.

G Epiſcopus itaque bene agendi ſemper avidus, benè ſe veniſſe ominatus, donariis Ducem honorans, baculum quoque dedit eburneum, quo ille ſtatim uſus, ipſóque incumbens gratulabundus huc illúcque deambulabat, converſúſque ad milites; qualem, ait, Patrem dedit nobis Deus, & qualia Patris dona, & hæc nunc quidem magis, quàm alio tempore gratioſa. Hinc ad caſtra diſceſſum eſt: factóque manè, Dux de viris, qui ſecum venerant, ductores & miniſtros reliquit Epiſcopo, mandans in tota Pomerania, per cuncta loca poſſeſſionis ſuæ, liberalia ei præberi hoſpitia.

Quàm grata Duci acciderint.

Ductores aſſignat.

H Nos verò tranſito fluvio terram Pomeranorum in nomine Domini intravimus, & conductoribus noſtris viam demonſtrantibus, iter ad Caſtrum * Piriſſam direximus. Dux verò à nobis ad ſua negotia divellitur.

** Piriz.*

A *De primitiis Operum ejus transito fluvio, qui est limes Pomeranorum.*

CAPUT XII.

Sefridus. Raritas incolarum post cladem bellicam.

IN ipso autem itinere viculos paucos bellica pridem vastatione dirutos ac raros incolas, qui nuper se post dispersiooem recollegerant, invenimus: qui, de fide Christiana cooventi, & an credere vellent, interrogati, humiliter pedibus advolvuotur Episcopi, catechizari se atque baptizari postulantes. Hos ergo, quasi primicias messis Dominicæ in aream Domini sui messor devotus eum gratiarum actione componens, baptizavit illic homines trigiota, fidémque sanctæ Trinitatis & decalogum legis io oumero tacitè coosiderans, opus Evangelii mysticè à se inchoatum gavisus est.

Primitiæ Christianismi.

Quomodo susceptus sit apud Pirissam civitatem Ducis, & quid ibi fecerit.

CAPUT XIII.

B

Sefridus.

INde ad castrum Ducis *Pirissam* uodecima hora diei propioquantes; ecce illic hominum ad quatuor millia ex omni provincia coofluxisse, ut eramus emious, coospeximus. Erat eoim nescio quis festus dies paganorum; quem lusu, luxu caotúque gens vesana celebrans, vociferatione alta nos reddidit attonitos. Noo igitur utile vel cautum nobis visum illa nocte in turbam potu lætitiáque serventem oos insolitos hospites advenire, sed manentes, ubi suimus, oo-ctem illam insomnem duximus, nec ignem io castris habere ausi, nec verbis apertioribus ad invicem loqui præsumentes.

Festum Ethnicum.

C

Legatio ad incolas Pirissæ. Cur Otho advenerit. Qvis, & quantus.

Manè verò Episcopus Paulicium, & nuncios Ucatislai ad castrum mittit. At illi salutatis majoribus ex nomine Ducum, ab eis missum ounciaot Episcopum, qui fidem & religionem Christianam terræ illi debeat prædicare, atque sub eorundem auctoritate, mandant & suadent, ut dignè ac reverenter susceptum audiant; addeotes, virum esse bonorabilem, domi divitem, & nunc quoque in aliena terra suis opibus sufficientem; nihil illum petere, nullius egere, pro illorum salute advenisse, non quæstus gratia: Memores sint fidei ac sponsioois suæ, memores divinæ ultionis & recentis exterminii, ne denuò iram Dei exasperarent, orbem universum Christianis legibus deditum, se solos universitati resistere non posse.

D

Tergiversantur Pirissenses.

At illi diu cunctabundi, & diversas excusatiooes molientes, indulgentiam temporis consilio petunt, non oportere dicentes, rem tam graodem subitò aut ioconsultè aggredi. Paulious verò ac legati astu ea dici animadvertentes; *Non*, inquiunt, *tempus est producti oris consilii, quod facturi estis, facite citius.*

Instant Legati.

E

Ecce, juxta est: serò ad vos intraturus erat Dominus Aotistes: sed quia ludo & jocis occupatos animadvertit, distulit intrare, io campo figens tentoria. Sed vestræ boc convenit prudentiæ, ut non illum despectiva dilatiooe cootristetis, ne fortè & Domini Duces se doleant super hoc injuratos. *Et est*, inquiunt, *tam propè?* Quibus, ita esse, respondentibus; *& omnia*, ioquiunt, *consilia nostra ruptum eunt. Quomodo ergò rerum convenientia postulat, sic faciamus sponte & alacres, quod facturi sumus. Nam & altissimus Deus sua nos virtute circumventos undique trahere videtur. Declinare non possumus: sequamur ergo trahentem od vitam, ne reluctantes bonitati ejus, præcipitemur in mortem. Dii nostri, sicut apparet, Dii non sunt: contra eum nos juvare non possunt. Melius ergo est, ut relictis desertoribus, ad verum Deum, qui non deserit sperantes in se, ex toto transeamus.*

Pirissenses dant manus.

F

Verùm ubi eam sententiam tam bonam, támque salubrem diligenti retractatiooe probaverant, primò quidem apud se in coonclavi, deinde verò cum Legatis & Paulitio ad plenum vigorem laxiori consilio firmaverant, cum eisdem ad populum egressi, qui, sicut ad festum confluxerat, cootra morem, indispersus, Dei nutu, in loco manebat, nec in rus discesserat, luculenti sermonis dulcedine multo benevolentiæ captu, eos de hoc Verbo allocuti suot. Sed quid multa? Mirum dictu, quàm subito, quàm facili consensu omnis illa multitudo populi, auditis Primatum verbis, in eandem sese convenientiam ioclinaverit. Et quia dici audiuot, Episeopum in proximo esse, facto ingenti clamore, ut advocetur, rogant; quò illum videre queant & audire, antequam soluto cœtu singuli in loca sua discedant. Redeuntibus itaque Paulitio & Legatis, abiêruot quidam de Castellanis cum eis ad Episeopum; qoi oboixa veneratione ad se illum iovitareot salutatum ex parte nobilium, plebisque universæ, quíque fidem facerent, sioe omni periculo vel injuriæ metu, eum adscendere posse: quin etiam in omnibus ei obedituros se ex animo.

S. Othonem advocant.

G

H

Episcopus verò tam quieto successu rebus serpromoventibus, gratias agens Deo, ad castrum se levabat; sed ecce, ubi quadrigas, vehicula & Sagmarios nostros victualia portantes, jumenta quoque & populum, qui nobiseum veniebat, emious videre cœperunt, quasi apparatum belli suspicantes, modicum turbati sunt. Re autem, sicut erat, rectè agoitâ, pavore abjecto, io modum torrentis, omnis populus in occursum nostrum effunditur ambiens & circundans, admirans & cootemplans, & nos & omnia nostra, usque ad hospitii locum nos conducendo. Fuit aotem ante introitum Castri area spatiosa, quam occupaotes fiximus tentoria in eodem loco, ipsis Barbaria man-

Turbantur ob Episcopi numerosum comitatum. Sed mox pacantur.

A mansuetè ac familiariter adjuvantibus, & in omnibus se nobis opportunos exhibentibus.

De inceptione sermonis in eodem loco.

CAPUT XIV.

B *Sefridus.* INterea verò Episcopus Pontificalibus indutus, monente Paulitio & primatibus, de loco editiori Populum cupientem ore alloquitur interpretis ita dicens; *Benedictio Domini super vos: Benedicti vos à Domino: Benedicimus & gratias vobis referimus in nomine Domini; quia, grata & jucunda, & benigna susceptione nos refovistis. Et causa quidem adventus nostri ad vos quæ sit, fortè jam audistis, & iterum, si dignamini, audire debetis, & diligentiùs attendere. De via longa venimus: salus vestra, beatitudo vestra, gaudium vestrum, tanta nobis via causa fuit. Nam salvi, læti, atque beati eritis æternaliter, si creatorem vestrum agnoscere, & illi soli servire vultis.* *Oratio S. Othonis ad Pirissenses.*

C Hæc & his similia, quæ inserere studio brevitatis omitto, populo rudi simpliciter evangelizante Pontifice, omnis illa multitudo quasi unus homo fidei sanctæ concordantes illius doctrinæ se commiserunt. At ille eum Clericis & Sacerdotibus septem diebus eos catechizans, & de omnibus, quæ Christianæ religioni conveniebant, diligentissimè instruens, indicto trium dierum jejunio, jussit, ut corpora sua balneis mundarent, lotis albisque induti vestibus mundo corde & corpore mundóque habitu ad sanctum baptisma concurrerent. *Omnes Christianam religionem amplecti volunt.*

De forma & disciplina baptizandi.

CAPUT XV.

D INterim verò tribus extructis baptisteriis, ita ordinavit, ut ipse solos mares pueros in uno baptizaret; alii autem sacerdotes, feminas seorsim, & viros seorsim. Tanta quoque diligentia, tanta munditia & honestate Pater optimus Sacramenti operationem fieri edocuit, ut nihil indecorum, nihil pudendum, nihil unquam quod alicui gentilium minùs placere posset, ibi ageretur. Namque dolia grandia valdè terræ altiùs immergi præcepit, ita, ut ora doliorum usque ad genu hominis, vel minùs de terra prominerent, quibus aqua impletis, facilis erat in eam descensus. Cortinas circa dolia, fixis columellis funibúsque inductis, oppandi fecit, ut in modum coronæ velo undique cuppa cingeretur; ante sacerdotem verò & comministros, qui ex una parte adstantes Sacramenti opus explere habebant, linteum fune trajecto pependit, quatenus verecundiæ undique provisum fôret; ne quid ineptiæ, aut turpitudinis notaretur in Sacramento; ne honestiores personæ pudoris occasione, se à baptismo subtraherent. *Sefridus. Modus, quem in conferendo baptismate S. Otho servabat.*

E Cùm ergo ad stadium catechismi turbæ venirent, sermone, qui talibus competeret, Episcopus eos omnes communiter alloquens, sexúmque à sexu dextrorsum & sinistrorsum statuens, catechizatos oleo perunxit: deinde ad baptisteria digredi mandat. Igitur ad introitum cortinæ venientes singuli tantùm cum patrinis suis intrabant, statimque vestem, qua fuit amictus is, qui baptizandus erat, & cereum; illo in aquam descendente, patrini suscipiebant, & ante faciem suam illam tenentes exspectabant, donec eam redderent de aqua exeunti. Sacerdos verò, qui ad cuppam stabat, cùm audisset potiùs, quàm vidisset, quòd aliquis esset in aqua, velo paululum amoto, trina immersione capitis illius mysterii Sacramentum perfecit, unctúmque liquore chrismatis in vertice, & alba imposita, reductóque velo de aqua jussit exire baptizatum, patrinis veste, quam tenebant, illum cooperientibus atque deducentibus. *Catechesis ante baptismum.* *Patrini in baptismo.* *Trina immersio. Unctio chrismatis in vertice.*

F Hic modus, hæc species, hic ordo nobis fuit baptizandi viros & mulieres, & pueros adultos, qui à sacerdotibus in aquam levari non poterant, tam in Pirissa, quàm in aliis urbibus & castellis, ubicunque populi copia nos moram facere coëgisset.

G *Tiemo.* Miror oppidò, unde tam disciplinatam, & honestam baptizandi formam acceperit, & in hieme, quæso, quomodo sustinebant?

H *Sefridus.* Neque tunc, inquit, ejus diligentia, quod tempori commodum esset, invenire neglexit: nempe in *stubis* calefactis, & in aqua calida, eodem nitore, atque verecundiæ observatione, infossis doliis: & cortinis adbibitis, thure quoque, & aliis odoriferis speciebus cuncta respergentibus, veneranda Baptismi confecit Sacramenta. Nec mirum, te ista mirari. Etenim qui ea vidimus, mirabamur & ipsi tam hæc, quàm alia complura morum ejus, & virtutum insignia. Ipse namque in omni actione sua, quod & paganis laude dignum videbatur, quandam à Spiritu sancto, (hoc enim potissimum credo) cujusdam singularis munditiæ, atque, ut ita dixerim, elegantis & urbanæ disciplinæ prærogativam habebat: ita ut nihil unquam indecens, aut ineptum, inhonestúmve quid in cibo, aut potu, sermone, gestu vel habitu admitteret: sed in omni officio exterioris hominis, quænam esset compositio interioris ostendebat bonitate, disciplina & prudentiæ cautela conspicuus. Sed redeamus ad rem. *Modus baptizandi in hyeme.* *Studium honestatis in S. Othone.*

A *Quantum temporis fecerit in eodem loco.*

CAPUT XVI.

Sefridus. Quamdiu S. Otho manserit Piriffæ.

MAnfimus autem in eodem loco quafi diebus viginti, Evangelizantes populo, & baptizantes eos in nomine Domini, docenres fervare unitatem fidei in vioculo pacis, inftruentes de feftivitatibus & obfervationibus Chriftianæ Religiooia, de jejuniis quatuor temporum, de Quadragefimali jejunio, de Incatnatione, Nativitare, Circumcifione, Apparitione, Præfeotatione, Baptifmate, Traosfiguratiooe, Paffiooe, Refurrectione atque Afcenfione Domioi noftri JESU Chrifti, de adveoru Spiritus fancti, de Vigiliis & Naraliriis Apoftolorum, & aliorum Sanctorum, de die Dominico, de fexta Feria, de diftributione menfium, de inftitutiooe totius anoi fecundùm Chriftianos, exrructóque altari; & fanctuario (Totum enim corpus Bafilicæ tam fubitò fieri non potuit) alrare fanctificavit, & ioterim Miffas illic celebrari fecir, dans eis facerdotem, libros & calicem, paraturam & omnia utenfilia, quæ ad officium altaris pertinebant.

De quibus neophytos inftruxarit.

B

Ex his apparet, S. Othonem, & eos, quos Piriffæ convertit, nec Lutheriftas, nec Calviniftas fuiffe.

C Quæ omnia illi eum multo gaudio, alacritate & devotione fufcipientes, & gratias agentes, omnes veteres & profanas fuperftitiones fuas & geotiles obfervantias, penitus abjiciebaot, & exuti veterem hominem cum actibus fuis in vitæ oovitate ambulare cœperunr & proficere. Erat autem numerus cooverforum ibi ad fidem, quafi feptem millia. Videns autem Epifcopus, quia meffis multa, & quia etiam aliis civitatibus oportet eum evangelizare regnum Dei, cùm inde proceffurus effet, vocata cooeione, boc fermone allocutus eft Ecclefiam, novellam plantationem fuam.

Numerus eorum, qui Piriffæ ad Chriftianam fidem acceffeerant.

De fermone, quem habuit ad primitivam fuam Ecclefiam, cùm ab ea difcederet, in eodem loco.

CAPUT XVII.

Sefridus. 2. Cor. 11. Sermo S. Othonis ad Piritienfes.

D FRatres, æmulor vos Dei æmulatiooe. *Vos enim omnes, qui inpræfentiarum ad me audiendum conveniftis, &, me docente, Chrifto credidiftis, & Chriftiani facti eftis, una in Domino Ecclefia eftis difpenfati per fidem Domino meo JESU Chrifto: una, ìnquam, vos omnes Ecclefia eftis, una & unica fponfa Domini mei JESU Chrifti: quia, univerfali Ecclefia per fidem incorporati eftis. Sed quia ego per ejus gratiam hujus veftræ defponfationis auctor effe videor, nam ego & uni viro defpondi vos* Virginem caftam exhibere Chrifti: *hinc eft, quòd* æmulor vos, *non tamen qualibet, fed* æmulatione Dei. *nam & mala æmulatio effe poteft, juxta illud Apoftoli;* funt quidam, qui æmulantur vos non bene: *æmulari autem eft velle indignari; licèt pro,* imitari, *nonnunquam pofitum inveniatur; ùt eft;* æmulamini charifmata meliora. *Volo autem vobis indignari, & paratus vobis indignari, quod pridem dixi,* æmulor vos: *quia fine triftitia & indignatione ferre non poffum, nec potero, fi, quod abfit, ad injuriam Domini mei JESU, cui per fidem vos defpondi, cum Diis alienis vos denuò contaminare volueritis. Hoc enim eft fornicationis genus, quod maximè feparat à Deo.*

1. Cor. 7.

Gal. 4.

E

1. Cor. 12.

2. Cor. 11.

F *Fratres intendite; Ecce,* omnes io Chrifto baptizati eftis, & omoes Chriftum induiftis; *originalium & actualium peccatorum indulgentiam accepiftis ab ipfo, mundi eftis & fancti, non per nos, fed per eum mundati & fanctificati; quia ipfe in fanguine fuo lavit peccata mundi. Nolite ergò iterum inquinare vos cultura idolorum. Nam hæc eft immunditia, qua omninò Deus offenditur, & penitus feparat à Deo. Nolite vos proftituere corruptoribus, & immundis fpiritibus: Soli Deo Creatori veftro, nulli autem creaturæ divinum exhibete honorem, ne indignatio ejus & furor veniat fuper vos: Sed magis in fide, fpe, & charitate proficite, ut benedictio ejus veniat fuper vos, & fuper filios veftros, & ut ei credentes, & fidem operibus exornantes,* vitam habeatis in oomine ipfius, qui de tenebris vocavit vos in admirabile lumen fuum. *Certi enim effe & nullatenus dubitare debetis, quia fi hanc, in qua hodie pofiti eftis, innocentiam & fanctificationem, ipfius adjutorio fervare ufque in finem vitæ veftræ ftudueritis, non folùm mortem evadetis æternam, fed etiam gaudium regni cœleftis poffidebitis in æternum.*

Gal. 3.

Cohortatio ad conftantiam in fide.

Joan. 5. 1. Pet. 2.

G *Sed quia vita præfens fine peccatis duci non poteft; lucta enim &* tentatio eft vita hominis fuper terram, *difceffurus à vobis, trado vobis, quæ tradita funt nobis à Domino, arram fidei fanctæ inter vos & Deum, feptem videlicet Sacramenta Ecclefiæ, quafi feptem fignificativa dona fancti Spiritus, quibus utendo in laboribus & certamine hujus vitæ non deficere, fed proficere veftra poffit Ecclefia, fuófque defectus efficere. Videte ergò & tenete, & ut fciatis, diligenter enumerate, quæ tradidimus vobis, difcedentes à vobis.*

Job. 7.

Septem Sacramenta.

H *Primum ergo Sacramentum eft, quo jam imbuti eftis, facrofanctus baptifmus. Hoc Sacramentum, fratres mei, abhinc & femper tenere, & venerari debetis, & parvulis opportuno tempore, fcilicet in Sabbato fancto Pafchæ ac Pentecoftes, per manus Sacerdotum, tradere debetis, certiffimè fcientes, quòd quicunque fine illo de hac vita migraverit, & regno Dei carebit, & infuper maledicti originalis pœnas luet æternas.*

Baptifmus.

Secundum Sacramentum eft Confirmatio, id eft, unctio chrifmatis in fronte. Hoc Sacramentum victuris eft neceffarium, videlicet, ut Spiritus fancti corroboratione muniantur, fi armentur contra omnes tentationes, & nequitias vitæ præfentis pugnaturi. Non autem ufque in fente-

Confirmatio.

A *senectam differendum est, ùt quidam putant, sed in ipsius adolescentia fervore percipiendum, quia illa ætas magis obnoxia est tentationibus.*

Extrema unctio.

Tertium Sacramentum est unctio infirmorum, quod ideo morituris est necessarium; quia in illa unctione per Virtutem Spiritus sancti remissio datur peccatorum, & ipse, qui moriturus est, contra spirituales nequitias, id est, contra malignos spiritus in exitu vitæ animabus insidiantes eâdem Spiritus sancti virtute pugnaturus armatur. Hoc omni Christiano in agone mortis ardentissimè desiderandum & devotissimè percipiendum est, utpote remedium animæ certissimum.

B Eucharistia.

Quartum Sacramentum est corpus & sanguis Domini. Hoc Sacramentum victuris & morituris est necessarium, sive vivimus, sive morimur, hoc viatico semper est utendum. Est enim cibus animæ verus, vitam in se habens æternam. Unde frequenter missæ celebrandæ sunt, & vos ad easdem devotè convenire debetis, ut sæpius huic viatico communicetis. Quod si non potestis, quia carnales estis, huic tam sanctissimæ rei per vos ad omnes Missas participari, saltem per mediatorem vestrum, scilicet Sacerdotem, qui pro vobis communicat, fideliter, reverenter & devotè Missam audiendo communicate. Oportet tamen & vos ipsos ter vel quater in anno, si amplius fieri non potest, & confessionem facere, atque ipsi Sacramento communicare.

C Pœnitentia.

Quintum Sacramentum est, per Pœnitentiam reconciliatio lapsorum, id est, ipsorum, qui post Baptismum propter graviores culpas ab Ecclesia projecti, satisfactione pænitentiæ iterum ei reformantur. Et hoc Sacramentum quasi malagma & recuperatio est cadentium in pugna & vulneratorum.

D Matrimonium.

Sextum Sacramentum est conjugium, id est, copula matrimonialis. Quinque autem Sacramenta superiora, quasi generalia sunt, & omni Christiano necessaria. Istud autem, quasi particulare est, quia, non omnibus necessarium est, sed eis tantùm, qui se continere non possunt. Et sicut ad superiora Sacramenta omnes homines trahendi sunt & invitandi: ita nullus ad hoc trahendus, vel invitandus est, nisi qui, ùt dictum est, se non continent, sed vago & illicito concubitu sese polluunt & commaculant. His enim suadendum est, ut infirmitati suæ honestiori subveniant remedio. Vos autem, qui usque ad hæc tempora non Christiani, sed pagani fuistis, Sacramentum conjugii non habuistis: quia fidem uni toro non servâstis, sed qui voluistis, plures habuistis uxores, quod deinceps vobis non licebit: sed unus vir unam tantùm habere debet uxorem, & una unum: quod ampliùs est, à malo est. Si quis ergo in vobis est, qui plures habuerat uxores ante baptismum, nunc unam de illis, quæ sibi magis placet, eligat, dimissisque aliis, hanc solam habeat, ritu Christiano. Et partus, inquit femineos, audio, quia vos, ô mulieres, necare consuevistis: quod, quantum abominationis habeat, exprimi sermone non potest. Videte, si hoc vel bruta animalia faciant fœtibus suis. Parricidium hoc non fiat modò in vobis, E *quia, sine gravissima pœnitentia dimitti non potest: sive igitur sit masculus, sive femina, diligenter nutrite partus vestros. Dei enim est & marem procreare, & feminam.*

F Ordo.

Septimum itaque Sacramentum est Ordinatio sive consecratio Clericorum; quod & ipsum particulare est, & non generale; quia non omni homini necessarium: quamvis enim omnes homines indigeant Clericis, non tamen est necessarium, omnes homines fieri Clericos. Ad ipsum tamen Sacramentum, qui moribus & scientiâ magis idonei sunt, invitandi sunt potiùs, quàm trahendi. Unde, adhortor vos & invito, quia cogere non debeo, ut de liberis vestris ad Clericatum tradatis liberalibus studiis priùs diligenter instructos, ut ipsi per vos, sicut aliæ gentes de lingua vestra Latinitatis conscios possitis habere Clericos & Sacerdotes.

G Etiam ex numero Sacramentorum liquet, S. Othonem, & quos instruxit, nec Calvinistas, nec Lutheranitas fuisse.

Ista igitur septem Sacramenta, quæ iterum vestri causa enumerare libet, id est, Baptismum, Confirmationem, Infirmorum unctionem, Eucharistiam, Lapsorum reconciliationem, Conjugium & Ordines per nos humiles suos paranymphos cœlestis sponsus in arrham veræ dilectionis vobis, Ecclesiæ ac sponsæ suæ transmittere dignatus est. Quapropter omni honore ac reverentia eadem Sacramenta servate, diligite, & veneramini; docete ea filios vestros, ut memoriter teneant, & diligenter observent in omnes generationes. Ecce habetis Ecclesiam, habetis sacerdotem, de his omnibus, & quæcunque sunt necessaria vobis, abundantiùs vos instruere scientem. Ipsum ergo, sicut me audietis, honorantes & amantes eum, & quæcunque vobis dixerit, facientes. Et nunc ego vado, iterum citò reversurus ad vos: Valete in Domino.

De progressu ejus in Caminam civitatem, ubi erat uxor Ducis; & de bonitate ac fide ipsius matronæ.

CAPUT XVIII.

H Sefridus.

FOrtè videor alicui nimis plenariè historiam exsequi & longior esse, quàm in tali narratione oporteat. Quid sentis?

Tiemo. Perge, quæso, sicut cœpisti; dilectoribus siquidem Ottonis, quidquid de illo est, quoniam bonum est, superfluum aut longum videri non potest.

Sefridus. Ibo, inquit, ùt vultis. Postquam confirmata & instructa est Ecclesia in Pirissa uberrimè lacrymati, populóque primitivo nostro charo affectu valefacientes, legatis nos deducentibus, ad civitatem Ducis Caminam devenimus. Erat autem illic Ducissa, uxor videlicet Ducis legitima; & licèt inter paganos, Christianæ tamen religionis, memor de nostro adventu, lætissima efficitur, & cum omni domo sua tantò nos devotissimè suscepit, quantò & hoc marito placere, suæque & illius saluti profutu-

Camenum vocat Crom. lib. 6.

Ducissa Pomeraniæ, S. Othonem maxima charitate excipit.

A futurum non dubitavit. Nobis etenim Piriffæ demorantibus, omnia, quæ illic gerebantur, immissis clam exploratoribus, diligenter edidicit, magnóque tripudio cordis, de illuminatione illius plebis exultans, ipsa quoque suæ fidei scintillam, quasi sub mortuis cineribus carenus consopitam, inter suos familiares modestè primò, deinde fiducialiùs apud omnes, quos potuit, ventilare cœpit. Et quia scriptum est; *de scintilla consurgit ignis*; totam illam civitatem ante nostrum introitum tantus ardor fidei sanctæ, operante Domino, per matronam, invaserat, ut non solùm nihil contradictionis, verùm etiam totius populi consensum de suscipiendo baptismo invenerimus in multa gaudii plenitudine.

Eccles. 11.

De multitudine baptizandorum & de instantia & labore Baptistarum.

CAPUT XIX.

B Quadraginta ergo fermè diebus in eodem loco manentes, tam ipse Pontifex, quàm alii ejus cooperatores sacerdotes & Clerici; id pœnè solùm operis habuimus; suscipere venientes ad fidem, docere, catechizare, prædicare & baptizare: videbamúrque in tam copiosa messe pauci messores. Nam & ipsius loci atque circumjacentis provinciæ populus catervatim accedebat quotidie ac recedebat, quibus omnibus dum satisfieri oporteret, immensò labore, maximè, qui fuit in baptizando, Episcopum nostrum, licèt solos mares pueros tingeret, sæpenumero sudantem aspeximus, adeò profectò, ut alba ejus ab hu-C meris usque ad umbilicum antè & retro sudore manaret. Sæpe etiam ipsius ministerii nimietate lassatus, brevi sessione vires recuperans, modicúmque sedendo respirans, quasi animosus operator & strenuus denuò se sublevabat in idem opus sibi dulcissimum, gratias agens omnipotenti DEO, quòd ipsius præstante clementia, tot manipulos in ejus horrea cum sudore ac lassitudine sua congereret.

Sefridus.

Quamdiu S. Otho Caminæ cum suis manserit.

Concursus ad baptismum.

Assiduus labor S. Othonis.

De gaudio Ducis supervenientis & ipsius devotione.

CAPUT XX.

D Cum ea Caminæ gerebantur, atque de successu rerum & nos & populus civitatis cum ipsa matrona nobilissima & Christianissima spirituali gaudio fruere-mur, ecce cum suo comitatu Dux terræ Uratislaus, non modicum lætitiæ salutaris augmentum, supervenit, nihílque moratus, quasi filiali fiducia in amplexus ruens Episcopi; salve, inquit, Pater sanctissime. Deinde; non, quæso, ait, irascaris, quòd post illam primam & momentaneam salutationem tam diu fui te non videns: sed causa fuêre inexcusabiles Reipublicæ administrationes. Nunc autem, ecce adsum, parere ac servire tuæ paternitati, prout vis. Etenim nos ipsi, & omnia nostra, tui sumus: utere, sicut vis. Et hæc dicens, conversus ad Clericos, & ad alios quosque meliores de comitibus nostris: Et hos, inquit, Pater tuos collaboratores tua licentia salutabo, apprendénsque manus singulorum tenebat & benedicebat illis atque deosculabatur, eos filios & fratres appellans charissimos; benedixitque DEUM omnium bonorum largitorem, quòd hospites tam gratissimos sua domo suscipere meruisset. E

Sefridus.

Dux Pomeraniæ Caminam venit.

Excusatio Ducis apud S. Othonem.

Humanitas Ducis & reverentia erga comites S. Othonis.

Quia verò deinceps de civitate ad civitatem eundum fuit, omnes equos & jumenta nostra, villicos suos ad optima loca terræ, pastus gratia, deducere jussit; nec antè nobis reddebantur, quàm etiam consummatis omnibus, de terra fuimus jam exituri, quos certè ita accepimus alteratos, ut præ crassitudine vix cuique suus nosceretur. Milites ergo, qui cum Duce venerant, catechizati statim & baptizati sunt, multique ex eis, qui priùs Christiani fuerant, sed ex consortio incredulorum, metas Christianitatis excesserant, ex quorum numero Ducem etiam ipsum fuisse constat, per confessionem & pœnitentiam Ecclesiæ reformati sunt, promittentes se deinceps omnia, quæ Christiano inimica sunt nomini, respuere, & ea, quæ sunt apta, sectari. F

Milites Ducis Catechismo instituti.

De Duce abdicante viginti quatuor concubinas suas.

CAPUT XXI.

Dux etiam, scio, inquit, Christianæ Societati esse contrarium plures uxores vel concubinas habere, simúlque tactis Sanctorum reliquiis, sicut Christianis jurare mos est, coram Episcopo, populo aspiciente, viginti quatuor concubinas, quas, ritu gentili, suæ legitimæ uxori superduxerat, publicè abjuravit. Quod videntes alii complures ejusdem enormitatis præsumptores, abjurata & ipsi conjugum pluralitate, uni toro, exemplo Ducis, fidem se servaturos polliciti sunt. G

Sefridus.

Mos Christianorum jurandi tactis Sanctorum Reliquiis.

Dux & alii polygamiæ valedicunt.

Crevit ergo Ecclesia in loco illo, & confortata est, ambulans in timore DEI, & Spiritu sancto replebatur, Episcopo & Clericis instantibus & evangelizantibus regnum DEI. Extructâ quoque illic Basilicâ, & sanctificato altari & sanctuario, collatisque illuc per Ducem prædiis ac dote in sustentationem sacerdotis, pater liberalissimus, sicut omnibus Ecclesiis in terra illa faciebat, libros contulit & indumenta sacerdotalia, calicem quoque argenteum cum cæteris utensilibus, déque suis sacerdotibus unum, H

Ecclesia Caminæ extructa.

qui

A qui populum instruere posset, eidem præfecit Ecclesiæ.

De improbitate cujusdam matrisfamilias in die Dominica metentis agrum suum apud Caminam.

CAPUT XXII.

B CUm omnia hæc ritè peracta essent, & non solùm de civitate, verùm etiam de rure populus ad Ecclesiam omni die conveniret, & diem Dominicum aliásque solennitates devotè observarent; vidua quædam in rure non longè à civitate Caminensi dives ac nobilis valdè, Christiana religione contemptâ, patrios Deos se colere, nulláque occasione vanitatis novæ, a parentum suorum veteri traditione declinare se velle dicebat. Erat autem multam habens familiam, & non parvæ auctoritatis matrona, strenuè regens domum suam, & quod in illa terra magnum videbatur, maritus ejus, dum viveret, in usum satellitii
C sui, triginta equos cum adscensoribus suis habere consueverat. Fortitudo enim & potentia nobilium & capitaneorum secundùm copiam vel numerum æstimari solet caballorum. Fortis, inquiunt, & potens est ac dives ille, tot, vel tot potest habere caballos; sícque audito numero caballorum, numerus militum intelligitur. Nullus enim militum, præter unum caballum, illic habere consuevit. Sunt enim magni & fortes equi terræ illius: & unusquisque militum sine scutifero militat; manticam per se gestans & clypeum agiliter satis & strenuè sic militiæ suæ officium exequens. Soli autem Principes vel Capitanei, uno tantùm, vel si multum est, duobus clientibus contenti sunt

Potentia apud Pomeranos equorum numero æstimabatur.

D Factum est ergo in una Dominica die, tempore messis, populo undique ad Ecclesiam properante, præfata matrona nec ipsa veniebat, nec suos permittebat, sed magis turbulenta; Ite, inquit, metite mihi agros meos: hoc enim melius est, quàm vacare illi, nescio cui, novo Deo, quem de terra sua nobis affert ille Otto Babebergensis Episcopus. Quid nobis cum illo? Videtísne quanta bona, & quantas divitias nobis dederint dii nostri? ipsorúmque largitate opibus & gloria, & omnibus rebus abundantes sumus; quare ab eorum cultura discedere non levis injuria est. Ite igitur, sicut dixi, ad metendas segetes nostras: &, ut minùs timeatis, parate mihi vehiculum. Ecce ego vobiscum ipsa in campos messura descendam. Cúmque in agrum venisset; quod me, inquit, facere videritis, omnes similiter faciatis: móxque rebrachiatis manicis, succinctáque veste, falcem dextrâ corripuit; stantes verò calamos sinistrâ tenens, secare nisa est. Sed mirum dictu: subitò in actu

Nobilis cujusdam matronæ contumeliæ in Deum & S. Othonem.

Diem Dominicam à suis observari vetat. Prima ad opus manum mittit.

Divinitus punitur.

E ipso, ùt erat inclinis, misera diriguit, & quasi marmoris effigies, nec semetipsam erigere, nec falcem è manu dimittere potuit, nec segetem, sed muta & nihil loquens similis simulacro stabat: tantùm intuens intuentes se. Videntes autem famuli, timuerunt valdè, & concurrentes circumstabant eam aspicientes & operientes, si nam meliùs esset habitura. Rogant etiam, ut à temeritate sua resipiscat, dicentes; fortem esse Deum Christianorum. Sed illa nihil respondebat. Injectis ergo mani- F bus violenter illam trahentes, erigere conati sunt, & falcem segetémque de manibus extorquere, sed minimè potuerunt. Stabat enim quasi moles immobilis terræ affixa: at ubi satis miraculi ac stuporis hoc habitu infelix illa intuentibus ostenderat, ipsíque famuli dolore ac tædio affecti jam abire, illámque dimittere vellent, soluta illa, repentè corruit, sontémque animam in ignem Tartareum efflavit: quam levantes in vehiculum: En, inquiunt, qualem de agro manipulum die Dominico reportamus.

Quod factum ubi, perferente fama, pas- G sim vulgatum est; (nam famuli statim ad Ecclesiam currentes, baptismum postulant, stupidi, quæ viderant, referentes) & credentibus quidem fides aucta est ex miraculo; non credentes autem, & si qui adhuc blasphemi remanserant, ad credendum, ex pœna mulctatæ mulieris, eruditi sunt: Dies autem Dominicus & aliæ solennitates reverentiùs observari cœperunt, nos quoque ipsos, & omnem doctrinam nostram, præcipuè autem Episcopum, amplius reveriti sunt.

Profectus ex miraculo.

De profectione ipsius cum tremore Julinam, & quomodo illic vapulaverint.

CAPUT XXIII.

EXpletis autem illic fermè quinquagin- H ta diebus, acceptis à Duce legatis & conductoribus, de ipso loco civibus, Domizlao videlicet & filio ejus, viris honoratis, per lacus ac refusiones marinas Julinam vecti sumus navigio. Est autem civitas hæc magna & fortis, hominésque illius loci crudeles erant & barbari. Cùm autem propinquássemus civitati, conductores nostri hærere, pavere, atque inter se mussitare cœperunt; quod intelligens Episcopus: quid est, inquit, quod ad invicem confertis? At illi: Timemus, inquiunt, Pater, tibi ac tuis. Populus iste durus semper ac indomitus fuit. Si ergo placet tibi, applicemus, & moram in litore usque ad crepusculum noctis faciamus, ne fortè, civitatem manifesto ingrediendo tumultum populi super nos suscitemus. In singulis autem civitatibus Dux palatium habebat & curtim cum ædibus, ad quam si quis confugisset, lex talis erat, ut quo-

S. Otho Julinam proficiscitur.

Trepidant ductores.

Immunitas in palatio Ducis.

A quolibet hoste persequente, securus ibi consisteret & illæsus. Dixerunt ergò; si per noctem ad Ducis tecta intramus, freti securitate, paulatim cives cooveniendo, negotiúmque nostrum illis pederentim iosiouando, meliùs fortasse proficiemus.

B Placuit consilium: & cùm dies abscessisset tecti umbra noctis, curtim & mœnia Ducis iovasimus, illis igoorantibus. In crastinum verò ubi nos viderunt, & quinam essemus & unde, & quare venerimus, maligni homioes scrutati sunt: primò quidem moveri, ac sensim turbari, currere ac discurrere, videre oos iterúmque videre, & alii aliis ouotiare. Postremò verò insano furore correpti, magoo tumultu securibus & gladiis, aliisque telis armati, sine ulla reverentia in ipsam Ducis curtem irrumpentes, mortem oobis sioe ulla retractatiooe, oisi quantocius de Curti & de ipsa civitate fugeremus, comminabantur.

Julinensium in S. Othonem & comites impetus.

C Erat autem in ipsa Curti ædificium quoddam fortissimum, trabibus & tabulis ingeotibus compactum, quod *stubam*, vel *pyrale* vocant, in quod scrioia & clitellas & Capellam Episcopi, & pecuniam, & quæque preciosa de navi portaveramus: quo & propter impetum furentis populi cum Episcopo Clerici omnes illuc coofugerant. Ego autem eo tempore magna febri tenebar in alia domo jacens & ægrotaos; ultra vires tamen, audito strepitu & clamore bacchaotium, de strato erectus, ad ostium domus constiti: & ecce, omoia plena hominum tela & arma portantium. Vociferabantur autem & clamabant, exire nos compellentes. Sed moram nobis facientibus, quasi à furore illi essent cessaturi; magis eorum exarsit insania, factóque impetu; * stubam aggrediuntur & dissipant; tectóque primùm, dein parietibus, disjectis & excisis.

Febris Sefridi.

Furor populi.

* Stuba, vox Germanica.

D Tunc verò Episcopus ad corooam Passionis se invitari sperans, oobis aliis trepidantibus, quibusdam etiam præ pavore lacrymantibus, ille spiritu jucundo & hilari vultu stabat intrepidus, optans & gliscens, ut vel uoum ictum aut vulnus in nomine JESU accipere digous habeatur. Paulitius verò & Legati, videntes, quia verè iosaoiunt omnes; & quia illic moram facere deterius est, io medium populi exilientes, validissimo clamore, ac si & ipsi furerent, extentis manibus silentium fieri postulabant, quibus ad modicum sedatis, illi cootinuò prosecuti, quid hoc est, inquiuot? & causam totam io semetipsos transferentes; si nos, ajunt, hic in Curia Domini nostri Ducis pacificè consistere non sioitis, saltem pacificè hinc exire permittite; quid furitis io nos? quem læsimus ex vobis? At illi; Pastorem, inquiunt, illum Episcopum & cæteros cum eo Christianos, Deos nostros blasphemantes, iotersicere venimus: sed si eos servare vultis, ecce damus locum, citò eos extra civitatem deducite; plateæ autem civitatis palustres eraot & lutosæ & poores extructi, & tabulæ undique positæ propter lutum. Arripiens ergò Paulitius per manum trahere cœpit Episcopum, & deducere, adhortaos modestè, ut, si posset, properantiùs iret. E

Legatorum ad furentem populum oratio.

Responsio Julinensium.

F Ut autem per mediam Urbem nos omnes non ioperturbatis passibus extra curtim usque ad pontes devenimus; ecce quidam de turba vir barbarus & fortis, librata, quam gestabat, ingenti phalaoga, vasto ictu caput ferire oisus est, transeuntis Episcopi: sed ille avertens caput, humero ictum suscepit, eodémque geminante, cominus, & alio eminus in eum jaciente contum, inter maous Paulitii & Hiltaoi sacerdotis ducentium illum à ponte in lutum prosternitur Otto noster. Paulitius verò & animo & corpore ibi se virum exhibens, jacentem Episcopum, nec propter imminentia tela deseruit, sed proprii corporis objectu crebras percussiones excipiens, ínque cœnum à ponte ioguioe tenus descendens, sublevabat de luto prostratum: similiter & alii Sacerdotes Clerici, dum proteguot illum, & jacenti manus porrigunt, fustibus & contis juxta suum Pootificem in oomioe JESU vapulaveruot. Tandem multo discrimioe poote arrepto, rursum ire & abire cœpimus extra civitatem; illíque à prudentioribus civitatis sedati cessaveruot à oobis: abeuntes ergo trans lacum, disjecto ponte à tergo nostro, ne iterum impetum super nos facerent, in campo inter areas & loca horreorum decumbendo respiravimus, videntes & dinumerantes socios; & quia oullus defuit, Deum benedicentes.

Virtus Paulicii.

G *Tiemo.* Hic primùm, hic audio quoddam veri Apostolatus iodicium, plagas videlicet & livores, sicut scriptum est: *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine JESU contumeliam pati.* Sed dic, obsecro, mi Apostole, num in aliquo particeps fuisti hujus Apostolicæ benedictioois? Actor, 5.

Sefridus: Me miserum, infirmitate mea conspecta, talibus bonis me indignum ipsi judicavère pagani. Puduit tamen, ut verum fatear, aliis de suis portiooibus postea satis jucuodè gloriantibus, me nihil ibi accepisse.

Tiemo. Consolare, inquit; si quid minus, circa te in illo capitulo actum est, in nostro poterit impleri. Sed perge ad cætera, & qualiter in tam dura terra Evangelii radix tandem convaluerit, explicato.

H *Quomodo post vapulationem prudentiores de rebus fidei consilium habuerint cum Episcopo.*

CAPUT XXIV.

Postquam nos respiravimus, & illi desierant; Otto beatissimus; *Prò dolor*, inquit, *bona spe cassati sumus, palma in mani-* Sefridus.

A *manibus erat: vos eam (DEUS vobis ignoscat filii & fratres) extorsistis de manibus nostris. Vix omnes ictus illi unius passioni sufficerent. Sed, dum omnes ad coronam prosiluistis, nec tantum pervenire dimisistis.* Cui Paulitius; *Satis*, inquit, *Domine, nobis visus es accepisse. Parùm*, inquit ille; *quia voto minus. Tua quoque avaritia meam ex parte magna surripuit benedictionem.* Hoc autem dixit de ictibus, quos ille intercepit. Constat tamen Episcopum tribus plagis vapulâsse.

B Mansimus ergo per dies quindecim trans stagnum, quod cingebat civitatem, expectantes, si fortè meliori animo fierent. Interea verò & nostri ad illos sæpe ibant & redibant. Similiter autem & eorum primates veniebant ad nos excusare se, stultis hominibus & vilioribus de plebe culpam illius tumultus imponentes. Habuit ergo cum eis verbum de fide Christianismi, quasi per ambages, hortans eos, & suadens. Præferebat etiam nomen & potentiam Ducis Polonici, & quomodo ad illius injuriam spectet illata nobis contumelia: quídve mali contra eos inde oriri queat: nisi fortè illorum intercedat conversio, insinuavit.

Proceres Julinenses S. Othonem, & Comites sæpe adeunt.

S. Othonis Colloquium cum eisdem.

C At illi consilium se accepturos dicebant; regressíque ad suos, omnia hæc tractabant diligenter, & retractabant; tandémque in unius sententiæ formam consenserunt, videlicet super hoc verbo se facturos, quidquid facerent Stetinenses. Hanc enim civitatem antiquissimam & nobilissimam dicebant in terra Pomeranorum, matrémque civitatum: & satis injustum fore, si aliquam novæ religionis observantiam admitterent, quæ illius auctoritate priùs roborata non fuisset.

Quomodo infecto negotio, omissa Julina, Stetinam navigaverit, & de contradictione, quam ibi sustinuit.

CAPUT XXV.

D Quibus auditis, Episcopus Stetinam, nihil cunctatus adire festinat; & quendam de Julinensium civibus, Nedamerum nomine, ut viam nobis monstraret, assumpsit. Hic autem familiaritate nostra benè utens, cum filio suo, quasi alter Nicodemus occultè nos frequentabat, & quæ dicebantur, libenter audiebat. Alii quoque nonnulli de ipsa civitate occultè Christum colebant tam viri, quàm mulieres. Isti etiam frequentabant nos, dum ibi moras faceremus, déque suis rebus nobis humanitatem honestè impendentes, spirituali consolatione ab Episcopo recreati sunt, optantes, ut, Stetina recipiente verbum Dei, Julina quoque recipere ex ratione pacti conveniatur: quò ipsis, quid de Christi sentiant, publicare licitum fiat.

Sefridus. Lib. 2. cap. 15. edit. Canis. Nedamerus civis Julinensis.

E Igitur Nedamero duce & filio ejus, Stetinam navigavimus. Sed illi Stetinenses offendere veriti, si nos adduxisse viderentur, priusquam ab eis videri possent, nobis valefacientes, in locum suum reversi sunt. Nos verò per crepusculum noctis applicantes civitati, egressi naves Curtim Ducis intravimus. Manè facto, Paulitius & Legati primates adeunt, ex parte Ducum se cum Episcopo missos referunt, causam viæ proponunt Evangelium; dant consilium, promittunt & terrent. At illi inquiunt; nihil nobis & vobis; patrias leges non dimittemus: contenti sumus religione, quam habemus. Apud Christianos, ajunt, fures sunt, latrones sunt, cruciantur pedibus, privantur oculis; & omnia genera scelerum & pœnarum Christianus exercet in Christianum: Absit à nobis religio talis. Hæc & his similia protestantes, obturaverunt aures suas, ne audirent Verbum.

S. Otho Stetinam venit. Divertit ad ædes Ducis.

F *Quid Stetinenses legatis responderint.*

Omnibus igitur obstinatis per duos menses, & plus ibi morantes, nihil profecimus.

G Dum ergo tam longa & inutilis mora nobis turbationi esset, consilium incidit, legatos mittere ad Ducem Poloniæ, sciscitari, quid de nobis juberet; utrum manere illic, an redire, & de contradictione civitatum; quid ei videretur? Quod consilium, ubi civibus compertum fuit, timebant quidem, tamen rogabant, ut mitterentur Legati, suos cum illis hac ratione profecturos dicentes, ut, si apud Ducem perpetuæ pacis stabilitatem obtinere, tributúmque alleviare queant; his ibi coram suis & nostris legatis ex scripto firmatis, Christianis se legibus sponte inclinarent.

Bimestri spatio nihil efficit S. Otho.

Decernitur legatio ad Ducem Poloniæ.

H Abeuntibus ergo cum Paulitio nostris & eorum legatis; nos interim bis in hebdomada, in diebus scilicet mercatus, per medium fori, populo ex omni provincia conveniente, sacerdotalibus induti, Crucem portavimus, & de fide atque agnitione DEI populum incredulum opportunè & importunè alloquendo, jugulum neci quodammodò quotidie optavimus: Sed, Deo protegente, nos læsi non sumus. Plebs autem, quæ de rure fuit, & simplicitate sua, & rerum novitate capta negotiis suis postpositis, prædicationem libentissimè accepit, quamvis credere non auderet. Et quia certis diebus crux portabatur, & sermones fiebant, magis propter verbum, quàm propter forum ruricolæ confluebant. Ego in illis diebus crucem cum Simone in angaria portavi. Nam vellem, nollem, per medios barbaros, per forum & turbam incredulorum, opprobrium crucis animo & corpore tener agonotheta coram Episcopo portare videbar. Deus autem pius & misericors sciens timiditatem meam, & pavorem meum, lædi me non sinebat.

Bis in foro concionantur quavis hebdomade. Prædicatoribus Crux prælata.

Plebs rustica avidè audit concionantes.

Sefridus Crucem Episcopo prætulit.

Quo-

A *Quomodo poſt longa tædia, Verbum Prædicationis à duobus pueris cœptum & promotum ſit interim, dum legati mittuntur ad Ducem Poloniæ propter contradictionem civitatis.*

CAPUT XXVI.

B Sefridus.

QUotidie, dum hæc geruntur, fidei retia laxantibus, & nihil nobis capientibus, & multum ſuper hoc tædentibus; tandem benignus Dominus, ſedulitatem boni ſervi ſui Ottonis, laborem quoque & mœſtitiam miſerando reſpexit. Nam duo pulcherrimi adoleſcentes, filii eujusdam nobilis de eivitate, domum noſtram frequentare, ac familiares ſe præbere, paulatímque de Deo noſtro, & de fide quærere cœperunt. Epiſcopus autem ſentiens, quia in bono veniunt, futurorum bonorum ex his esptando præſagium, blandis mulcet alloquiis, atque de munditia & honeſtate Chriſtianiſmi, de immortalitate animarum, de reſurrectione corporum, de ſpe & gloria æternæ vitæ adoleſcentibus per ſingulos dies evangelizavit. Quæ omnis, flante Spiritu ſancto, pueri aliùs ſuis imbibère pectoribus: neque diu cunctati, credere ſe velle, atque baptiſmum percipere dixerunt.

Initium converſionis fit à duobus adoleſcentulis.

C Epiſcopus ergo lætiſſimus, pueros ſtatim catechizat, ac de omnibus, quæ Chriſtianæ religioni comperebant, diligenter inſtructos, juſſit, ut loti, & lotis induti cum cereis ſuis, & albis ſeſe præberent baptizandos. Illi, ùt moniti erant, ſilenter exequentes omnia, die ſtatuto, parentibus inſciis, loti & purificati, novíſque ac mundis veſtibus induti cum albis & cereis percepturi ſanctum baptiſma ſe manibus Epiſcopi obtulerunt. Videns humano in corpore vultus Angelicos, videns expulsâ dæmoniaci ſqualoris inertiâ, in vultibus juvenum Chriſtum novum hominem gratioſo jam coruſcare aſpectu, Pontifex ipſe, omnésque alii Sacerdotes & Clerici gaviſi ſunt & admirati ſuper gratiâ, quam vidêre in pueris. Sed quid morer? Baptizati ſunt, & propter octavam Purificationis octo dies apud nos commorantes, in domos parentum ſunt reverſi.

S. Otho pueros catechizat.

Baptizantur.

De matre ipſorum puerorum.

CAPUT XXVII.

D Sefridus. Mater puerorum gaudio exultat ob baptizatos filios.

MAter verò illorum puerorum (nam pater domo aberat) ubi, quæ geſta ſunt, audivit; pueris nondum exalbatis, ultrà quàm dici queat, gaudio perfuſa, cuidam de pueris ſuis: Vade, inquit, nuntia Domino meo Epiſcopo, quia ipſum & filios meos videre venio. Erat enim matrona magnæ honeſtatis & potentiæ in civitate illa. Epiſcopus ergo audiens illam advenire, de ſub tecto exiens in graminis ceſpite ſub divo conſedit, ſuóſque regeneratos adhuc in albis poſitos, circumſedentibus Clericis, ad pedes ſuos collocavit. Sed ubi matrem eminus advenientem conſpiciunt, modeſtè conſurgentes, & Epiſcopo priùs inclinantes, quod advertere pulchrum fuit, quaſi petitâ licentiâ, obviam ei vadunt. Quos illa intuens albatos, magnitudine gaudii quaſi amens & ſtupida, ſoluta in lacrymas, ſubitò in terram corruit. Accurrit Epiſcopus, accurrunt Clerici, levant, tenent, conſolantur: putabant enim, quòd nimietate doloris defeciſſet. At illa recuperato flatu: *Benedico te*, inquit, *Domine JESU Chriſte totius ſpei & conſolationis auctor, quòd ad filios meos tuis Sacramentis imbutos, tuaq; fidei veritate aſpicio illuſtratos. Scis enim Domine JESU Chriſte, quòd hos*, (tenénſque oſculata eſt pueros, & amplexata) *in ſecreto pectoris mei tua miſerationi jam per multos annos commendare non ceſſavi, petens, ut hoc eis faceres, quod feciſti.*

E Mater confert ſe ad Epiſcopum.

Gratias agit Deo ob converſionem filiorum.

F Deinde ad Epiſcopum: *Benedictus*, inquit, *introitus tuus in hanc civitatem, Domine & Pater reverendiſſime. Multum enim populum tua perſeverantia Domino hîc habet acquirere. Non te dilatio fatiget. En ego ipſa, quæ coram te adſto, Dei omnipotentis adjutorio, & tui, Pater, animata præſentiâ, ſed & pignorum meorum freta ſubſidio, Chriſtianam me confiteor, quod hactenus non audebam.* Sicut enim proteſtata eſt, in diebus adoleſcentiæ ſuæ de terra Chriſtianorum per rapinam ablata fuit: & cùm eſſet ingenua & ſpecioſa, gentili homini marito ſuo, diviti ac præpotenti viro, copulata eſt, & eoſdem filios ex illo ſuſcepit.

Oratio matris ad Epiſcopum.

G Epiſcopus ergo ſuper his omnibus Deum benedicens, confitenti & confidenti matronæ Verbo conſortationis fidem auxit & fiduciam, ſuæque liberalitatis non immemor, griſeæ pelliculæ chlamydem precioſam ei dedit; & eâdem petente, atque cum fiducia jam evangelizante, omnes ejus domeſticos aqua tinxit regenerationis; deinde omnes convicinos ejus & familiares, viros ac feminas cum parvulis ſuis eadem fidei ſocietas paulatim involvit. Pueros quoque ipſos, poſt expletos octo dies, in die depoſitionis albarum, duabus camiſiis de ſubtili panno veſtivit, & easdem camiſias auriphrygio in ora capicii, & ſutura humerali atque brachiali ornari eis fecit; duóſque cingulos aureos; tradens & calceamenta picturata. Verbóque doctrinæ ac Sacramento Euchariſtiæ eos communiens cum gaudio in domum matris remiſit.

Munera matri à S. Othone oblata.

Quomodo S. Otho poſt octavam diem parvulos abs ſe dimiſerit.

H *Tiemo.* Miris modis aurum ſuum & donaria Otto noſter expendit. Ut enim ſalvi eſſent homines, & precio conduxit, & verbo inſtruxit, rudéſque alumnos & ſpiritualibus

A libus documentis informabat, & corporalibus beneficiis conciliabat.

Sefridus. Optimè animadvertisti. Sed quanto fœnore donaria sua in thesauros Domini sui aliquoties congesserit, ex his poteris conjicere.

Quomodo pueri pueros attraxerint, & de patre, qui domo aberat.

CAPUT XXVIII.

B Sefridus.

PRæfati etenim pueri cùm ad suos adolescentes pervenissent, & quomodo ab Episcopo habiti & instructi essent, & quanta apud illum esset disciplina & honestas, quanta, pietas & mansuetudo, ruminare cœperunt: mox etiam quantæ munificentiæ & liberalitatis circa omnes exstiterit, prædicare obliti non sunt. Atque in argumentum rei; *Cernite*, inquit, *his indumentis post omnia beneficia sua nos induit; his aureis cingulis honoravit; pecunia sua captivos redemit suos; impensis eosdem vestit, cibo reficit, & liberos abire dimittit. Quid unquam simile visum, auditúmve in terra Pomeranorum? quid simile Pontifices & Sacerdotes nostri faciunt? hunc certè aliquem visibilem Deum inter homines advenisse, ipsa gratuita redemptio captivorum in cippis & compedibus putrefactorum multos cives nostros fecerat autumare. Sed ille hoc negans, non Deum se, sed Dei altissimi servum pro nostra salute ad nos directum dici & credi optat, & animæ immortalitatem, & corporum resurrectionem, & æternæ vitæ gloriam, doctrinam dicit esse Christianorum. quare non credatur ei?*

Puerorum ad coævos & Sodales suos oratio de pietate & liberalitate S. Othonis.

C Hæc & his similia pagana juventus à juvenibus audiens, aspirante gratia Dei, tracta est & attracta per eosdem in eundem fidei fervorem: reversique ad Episcopum pueri fide recenter imbuti, more columbarum alias trahentium, gregem non modicum adduxêre coævorum, Evangelii rudimenta suscipere cupientium. Quid multa! catechizantur, baptizantur. Et à pueris, & à juvenibus cana Patrum prudentiâ se passa est erudiri: flammâque fidei paulatim progrediente, concaluit civitas universa: neque jam occultè, vel pauci, sed publicè & multi simul quotidie veniebant ad fidem.

Pueri baptizati alios ad baptismum adducunt.

D Interea præfatæ coniux matronæ, & pater primitivorum in via domo absens, ubi audivit, quòd uxor & filii, totáque domus ejus, projecto paganismo, ritu viveret Christiano, mori voluit præ dolore. Sed uxor provida, cognatos ejus & amicos, qui malagma ei consolationis apponerent, obviam direxit ægroto. Ipsa verò domi, pro illius conversione preces Domino, & vota non irrita, offerre non cessavit. Itaque reversus ille, cùm non solùm domesticos suos, verùm etiam alios vicinos, & concives suos veterem hominem exutos, in novitate vitæ conspiceret ambulantes, ad conformandum se illis, Deo visitante cor illius, facilè inclinatus est.

Quid puerorum pater?

Ipse etiam ad fidem convertitur.

De reditu nunciorum à Duce Poloniæ, & scriptis ejus super tributi allevatione.

CAPUT XXIX.

E Sefridus.

CUm ea geruntur in civitate, Paulitius & legati tam illorum, quàm nostri à Duce Poloniæ veniunt, pacti mandata & scripta * Tyranni secundùm hac verba reportantes. *Bolezlaus omnipotentis Dei favente clementiâ Dux Polonorum & hostis omnium paganorum, genti Pomeranicæ, & populo Stetinensi promissæ fidei Sacramenta servanti, pacem firmam & longas amicitias; non servanti verò, cædem & incendia, & æternas inimicitias.*

* Hæc vox hoc loco in bonam partem accipitur.

F *Si occasiones quærerem adversum vos, justa esse poterat indignatio mea, quòd quasi fidei vestræ transgressores vos retrorsùm abire conspicio: & quia Dominum & Patrem meum Ottonem Episcopum, omni honore ac reverentia dignissimum, vita & fama in omni populo & gente præclarum, vestræ saluti à DEO vero & nostro ministerio destinatum, sicut oportuit, non suscepistis neque hactenus secundùm Dei timorem illius doctrinæ obedistis; omnia hæc vestra valebant accusationi: sed interpellavère pro vobis * Responsales & mei & vestri, honorati viri & prudentes, præcipuè autem ipse Pontifex apud vos manens, Evangelista vester & Apostolus. Horum ergo consilio ac petitioni acquiescere dignum judicans, servitutis ac tributi pondus, ut jugum Christi eò alacriores suscipiatis, hoc modo relevare decrevi.*

* Legati.

G *Tota terra Pomeranorum Duci Poloniæ, quicunque sit ille, trecentas tantùm argenti marcas publici ponderis annis singulis persolvent. Si bellum ingruet ei, hoc modo eum juvabunt. Novem Patresfamilias decimum in expeditionem armis & impensis abundè procurabunt. Ista servantes & fidei Christianæ consentientes nostram pacem porrectione manus, & æternæ vitæ gaudium consequemini; & in omnibus opportunitatibus vestris præsidia semper & auxilia Polonensium, tanquam socii & amici, experiemini.*

Pacta Boleslai cum Pomeranis.

H Igitur habita concione, ubi coram populo & principibus Verba hæc recitata sunt, multò quàm dum apud * Nactam armis subacti essent, lætiores facti, sacramenta devotè suscipientes, remotâ omni controversiâ, Evangelicis traditionibus se submiserunt. Episcopus verò, arrepto tempore, pulpitum conscendens: *nunc*, ait, *ad nostri sermonis officium ventum est:* & incipiens; *gaudete*, inquit, *in Domino semper, iterum dico, gaudete, modestia vestra, fides & conversatio vestra nota sit omnibus, nota sit omni mundo. Nam totus mundus pro vestra doluit infidelitate. Totus enim mundus, fratres charissimi, usque ad hunc* terra

* Naclam seu Naclum.

Concio Episcopi ad Stetinenses.

Philip. 4.

A *terræ angulum, lumen veritatis agnoscit, & vos in tenebris manere voluistis? Pudeat & pœniteat vos, creatorem vestrum hactenus non agnovisse. Nunc ergò tantò devotiùs, quantò seriùs ad ipsum convertimini; currite, festinate, ut eos, qui vos in fide præcesserunt, consequamini: hoc agere soliciti, ut, qui de vestra cæcitate piè doluerunt, de vestra illuminatione possint in Christo gloriari.*

B Monet S. Otho Stetinenses, ut idolis valedicant.

Et primò ipsis deceptoribus Diis vestris, surdis & mutis sculptilibus, & immundis spiritibus, qui in iis sunt, signo crucis armati, quantocius renunciate, fana diruite, simulacra conterite, ut hostibus ejus ejectis, à vobis Dominus DEUS vester, DEUS vivus & verus, in medio vestri habitare dignetur. Nisi enim omnes alios abjiciatis, ipsum habere propitium non potestis. Fugit enim, & indignum sibi reputat aliorum consortium Deorum: & nulla communicatio ejus cum idolis. Sed scio, quia nondum satis confiditis; scio, quòd timetis dæmones inhabitatores fanorum ac sculptilium vestrorum, & idcirco non audetis ea comminuere; sed pace vestra sit, ut ego ipse cum fratribus meis Sacerdotibus & Clericis simulacra & continas illas aggrediar; & si nos Crucis sanctæ signaculo præmunitos, illæsos permanere videritis, eodem crucis muniti trophæo, vos omnes nobiscum in securi & ascia exeisis januis & parietibus dejicite illas & incendite.

De destructione fanorum & simulacrorum.

CAPUT XXX.

C Sefridus.

QUod cùm audissent, & annuissent, Episcopus & Sacerdotes, celebratâ missâ & accepta communione armati securibus & barpis continas aggrediuntur, & saoa comminuentes & excidentes, omnia scandentes tecta & convellentes. Stabaot autem cives, aspicientes, quid Dii facerent miserrimi? Utrúmnam tecta sua defenderent, oec ne? At ubi destructoribus nihil mali evenire vident; *si*, ioquiuot, *aliquid divinæ virtutis baberent, isti, quorum sacra & templa convelluntur, utique defenderent se. Si autem se defendere, aut sibi prodesse non valent, quomodo nos defendere, vel nobis prodesse poterunt?* Et bæc dicéntes, facto impetu, diruunt & commiouunt omnia, ipsámque lignorum materiam inter se diripientes ad domos suas in usum foci coquendis panibus & cibis comportabant; & quia plus rapienti, plus babere fas erat, omnes illæ *continæ* numero quatuor, mira celeritate confractæ sunt, ac direptæ.

Destruuntur Templa Idololatrica.

D *Timo.* Quare illa templa vocabant *Continas?*

Quid sit *Contina?*

Sefridus. Sclavica lingua in plerisque vocibus Latinitatem attingit, & ideo puto ab eo, quod est continere, *Continas* esse vocatas.

Cram. Prædicans lib. 1. Chronici cap. 21. *Continas* interpretatur, gemeine Häuser und Wirthschafften / zu dem End verordnet / daß man darinn gewisse Zusammenkunfften / Feste / und dergleichen Gesellschafften begienge.

De quatuor Continis, & de cultura unius, quæ dignior erat, & incisione quercus. E

CAPUT XXXI.

Sefridus.

ERant autem in civitate Stetioensi *Continæ* quatuor, sed uoa ex his, quæ priocipalis erat, mirabili cultu & artificio coostructa fuit interiùs & exteriùs sculpturas babens de parietibus promineotes, imagioes bominum, & volucrum, & bestiarum tam propriè suis babitudinibus expressas, ut spirare putares ac vivere, quódque rarum dixerim, colores imaginum extrinsecarum oulla tempestate oivium, vel imbrium fuscari vel dilui poteraot, id agente industria pictorum.

Ornatus præcipui fani.

F In hanc ædem, ex prisca Patrum consuetudine, captas opes & arma bostium, & quidquid ex præda navali, vel etiam terrestri pugna quæsitum erat, sub lege decimationis coogerebant, crateres etiam aureos vel argenteos, in qoibus augurari, epulari & potare nobiles solebant, ac potentes in diebus solennitatum, quasi de sanctuario proferendos ibi collocaverant. Cornua etiam graodia taurorum agrestium deaurata & gemmis intexta, potibus apta, & cornua cantibus apta, mucrones & cultros, multámque supellectilem preciosam raram visu, pulchram in ornatum & bonorem Deorum suorum ibi conservabaot, quæ omnia Episcopo & Sacerdotibus, ubi fanum dirutum fuerat, dauda censebant. Sed ille; *Absit à me*, inquit, *ut à vobis ditemur, nam talia, & his meliora domi nobis abundant. Vos ea potiùs, quorum sunt, in vestros usus, cum DEI benedictione distribuite*; & aqua benedicta omnia conspergeos, & crucis benedictione super ea facta, jussit, ut inter se illa dividerent.

Præda omnis in hoc delubro reposita.

Crateres augurales.

Cornua deaurata.

Totus Thesaurus fani eversi, offertur Episcopo.

Renuit accipere.

G Erat autem ibi simulacrum triceps, quod in uno corpore tria capita habens, * *Triglaus* vocabatur: quod solum accipiens ipsa capitella sibi cobærentia, corpore comminuto, secum inde quasi pro trophæo asportavit, & postea Romam pro argumento conversionis illorum transmisit, scilicet ad videndum, Domino Apostolico, & Universali Ecclesiæ, quid ipse illius *obedientiarius* vellendo & plantando, ædificando & destruendo apud illam gentem profecisset. Tres verò aliæ Continæ, mious veneraoonis babebant, mioúsque ornatæ fuerant. Sedilia taotùm intus in circuitu extructa erant & mensæ: quia ibi conciliabula & cooventus suos habere soliti eraot. Nam, sive potare, sive ludere, sive seria sua tractare vellent, in easdem ædes certis diebus conveniebant & horis.

* Triglas, Triglaff. Pomeranorum idolum triceps.

S. Otho idolum Triglaff Romam mittit.

De tribus aliis continis seu fanis.

H Erat præterea ibi quercus ingens & frondosa, & fons subter eam amœoissimus; quam plebs simplex numinis alicujus inhabita-

Quercus pro numine culta.

A bitatione sacram æstimans, magna veneratione colebat. Hanc etiam Episcopus, cùm post destructas *Continas* incidere vellet, rogatus est à populo, ne faceret. Promittebant enim, nunquam se ulteriùs sub nomine religionis nec arborem illam culturos, nec locum: sed solius umbræ atque amœnitatis gratia; quia hoc peccatum non sit, salvare illam potiùs, quàm salvari ab illa se velle: qua suscepta promissione, Acquiesco, inquit, Episcopus, de arbore: sed illud vivum numen sordium vestrarum, de medio tolli oportet: quia nec augurium, nec sortilegium exercere Christianis licet.

De prophetante caballo & hastis.

CAPUT XXXII.

B Sefridus.

HAbebant enim caballum miræ magnitudinis & pinguem nigri coloris & acrem valdè. Iste toto anno vacabat, tantæque fuit sanctitatis, ut nullum dignaretur sessorem: habuitque unum de quatuor sacerdotibus templorum, custodem diligentissimum. Quando ergo itinere terrestri contra hostes, aut prædatum ire cogitabant, eventum rei hoc modo per illum solebant prædiscere. Hastæ novem disponebantur humi, spatio unius cubiti ab invicem disjunctæ. Strato ergo caballo atque frænato, sacerdos, ad quem illius pertinebat custodia, tantùm fræno per jacentes hastas in transversum ducebat ter atque reducebat. Quòd si pedibus inoffensis, hastisque indisturbatis equus transibat, signum habuère prosperitatis, & securi pergebant.

Mirabilis ratio explorandi eventum belli.

C Hoc ergo genus sortium, aliásque ligneas calculationes, in quibus navalis pugnæ vel prædæ considerabant auguria, quamvis multùm renitentibus aliquibus, tandem DEI auxilio penitus abrasit, ipsúmque profani vaticinii caballum, ne simplicibus esset offensionis laqueus, in aliam terram vendi præcepit; asserens hunc magis quadrigis, quàm prophetiis idoneum. Cúmque omnes superstitiones & enormitates suas, Episcopo docente, abjecissent, monuit, ut
D omnes Christianos fratres suos reputantes nec venderent, nec interficerent, neque captivando torquerent, nec terminos eorum turbarent; sed fraternè ac socialiter se cum omnibus gererent; eadémque ab illis mutuò sperarent; &, quod omni immanitate crudelius erat, femineos partus enecare, ne ultra fieret, mulieres collaudare monebat. Nam usque ad hæc tempora, si plures filias aliqua genuisset, ut cæteris faciliùs providerent, aliquas ex iis jugulabant, pro nihilo ducentes parricidium.

Equus superstitionis Minister venditur.

Salubria monita Stetinensibus data.

Barbara immanitas.

De profectu Ecclesiæ post abdicationem simulacrorum, & de morte improbi Sacerdotis.

CAPUT XXXIII.

E Sefridus.

EMundata igitur civitate ab immanitate scelerum & spurcitiarum: abdicata etiam conjugum pluralitate, adjuvantibus & coëvangelizantibus illis, qui ante universalem populi consensum, fidem quasi privatim acceperant, fiunt catechismi per vicos, & capita platearum; tuba insonat Evangelii; Cruces eriguntur; crucifixus adoratur; omnis ætas, omnis lingua Christum nominat, Christum ruminat, verbáque fidei aut discunt omnes, aut docent. In tam ingenti autem civitate, quæ nongentos patresfamilias absque parvulis & mulieribus & reliqua multitudine numeratos habebat, non est inventa persona, quæ post generalem consensum, ab Evangelii veritate se subtrahere niteretur, nisi solus ille sacerdos, qui præfati caballi habebat curam. Hic autem cùm multis importunitatibus fatigaret Episcopum, & bono semini zizania superjaceret, die quadam, cùm multa prece ab omnibus rogatus, & ab Episcopo multis rationibus superatus, ex obstinatione nullo modo vellet acquiescere Veritati; nocte ipsa divina ultione percussus, tumore ventris ac dolore crepuit & mortuus est. Quod factum universæ civitati magnum incussit terrorem; omnésque Christum laudantes fortem DEUM, suæque legis æmulatorem vocitabant.

Catechismus per compita. Cruces eriguntur.

Omnes Stetinenses ad fidem transeunt, unico sacrificulo excepto.

Qui tamen paulò post meritas pœnas dedit.

De quæstione mota, super morte Sacerdotis.

CAPUT XXXIV.

F Tiemo.

MIror, quòd tantæ pietatis homo neque hunc sacerdotem, neque viduam illam, quam etiam superiùs à DEO percussam meministi, ut converti possent, à morte suscitavit. Nam de quibusdam Sanctorum legitur, persecutores suos hominésque impios, conversionis gratia, revocâsse ad vitam.

Hoc caput deest in edit. Canis. Dubitatio.

Sefridus. Judicia DEI abyssus multa. Et illi quidem, quia prædestinati erant ad vitam æternam, idcircò huic vitæ redditi sunt, ut converti possent & salvari: isti autem, quia prædestinati non erant, nec resuscitati sunt, nec salvati; sed propter blasphemiam in DEUM adeò justè damnati sunt, & condemnatione istorum alii docti sunt, atque correpti.

G Psalm. 33. Responsio.

H *Tiemo.* Ut video, quia blasphemia Spiritus sancti irremissibilis est, idcirco tanquam blasphemos à vita eos irrevocabiliter sentis esse defunctos: sic enim Phariseis blasphemantibus à Domino dictum recolo: *Omnis, qui dixerit verbum contra filium hominis,* Matth. 12.

A *nis, remittetur ei; qui autem dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque hic, neque in futuro seculo.* Timidè quidem & cautè de divinis judiciis disputandum est. Sed quia fides Catholica de incredulis omnibus generalem ante me fixit sententiam, ejusdem orbitam non excedere, justum puto. Videntur enim hi, de quibus sermo est, blasphemi contra Spiritum sanctum sensisse, quod est, verbum corde firmare: nam hoc propriè dici potest blasphemia; & idcirco non esse ad vitam reparatos. Sicut enim salvandi his adscensionis ad vitam nituntur gradibus, fide scilicet, spe & charitate; nam profectò fide incipimus, spe proficimus, charitate consummamur; ita è diverso, hi, qui pereunt, per oppositum iter descensionis tendere vi- **B** dentur ad interitum. Initium enim perditionis perfidia eis est, profectus perditionis, quamvis insolitè dicatur; quia meliùs defectus vocatur; desperatio. Consummatio autem perditionis blasphemia aliquibus videtur; sicut enim charitas, quæ consummat hominem, semper diligit & gratias agit: ita ejus contrarium, quod blasphemiam dicunt, negligit, id est, nequaquam diligit, sed bonis & donis DEI semper ingrata est; quod est injuria Spiritus sancti. Unde hi aliis contribulibus & concivibus suis cum gratiarum actione Verbum salutis recipientibus, & fide incipientibus, spe proficientibus, ut ad arcem perfectionis, quæ charitas est, quandóque pertingerent, prô dolor, in perfidia sua remanentes in desperationis Barathrum, atque in blasphemiæ abyssum corruerunt.

C *Sefridus.* Negare non audeo; sed argutè satis blasphemiam charitati dicis contrariam. Equidem si rectè perfidiam fidei dicimus contrariam, & desperationem spei; quid magis contrarium sit charitati, quàm blasphemia, in omni genere vitiorum invenire non possum. Sed charitas est summum bonum: ergo ejus contrarium, quod est blasphemia, est summum malum: quomodo enim non summum malum, quod neque hic, neque in futuro seculo prædicatur remittendum? Si autem summum malum est; summo bono maximè contraria est. Iterum: charitas est diligere DEUM *de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta.* E conver- **1. Tim. 1.** so, blasphemia est de impuro corde & mala conscientia, & fide ficta odisse DEUM. Nam de impuritate cordis & mala conscientia nascitur desperatio: fides autem ficta, perfidia pejor est. Ergo ex perfidia & desperatione perfidi & desperati homines, malo & servili timore timere incipientes etiam oderunt eum, à quo sine dubio se damnandos **D** sciunt.

Eo etiam ordine hostis antiquus in abyssum descendit. Perfidus enim est; quia, non credit in DEUM. Desperatus: quia non **E** sperat. Blasphemus, quia serviliter metuens etiam odit eum, à quo se damnatum & damnandum novit. Perfidia est infernus: desperatio infernus inferior; blasphemia infernus infimus, quod est abyssus. Ibi religatus tenetur ille infelix suæ obstinationis ac divinæ districtionis catenâ, nunquam ab illa exiturus blasphemia. *Imitantur autem illum, qui sunt de parte illius.* **Sap. 2.**

F Ast hic Herbordus quare ad hæc omnia silet? Egóne, inquam? Satis superest illis vestra de illorum morte sententia. Sed tamen circa hoc, quòd resuscitati non sunt, quod sentio, dicam, si placet. In historiis omnibus tam veteris, quàm novi Testamenti, ubi à Prophetis & Apostolis, vel ab ipso Domino mortui resuscitati leguntur; aut fide, aut petitione propinquorum id effectum considero. Sic Elisæus, fide matris, puerum suscitavit: sic Petrus Tabitham; sic & Dominus Lazarum à mortuis revocavit. Unde, si fides aut petitio proximorum pro his interpellasset; Episcopo virtutem DEI ad miraculum non defuisse, haud dubium est. Quis sanctior Christo? Et de ipso Evangelista dicere non cunctatur: *Non poterat autem JESUS ibi facere quidquam propter incredulitatem eorum.* Hinc manifestum est, viventium fidem necessariam esse ad mortuorum resuscitationem. Et de paralytico, quem per tegulas propinqui submiserunt ante JESUM, vide, quid dicat, Evangelium: *Et videns JESUS fidem illorum, dixit Paralytico; Tolle lectum tuum, &c.*

Herbordus, unus ex quatuor scriptoribus vitæ S. Othonis. **Sententia Herbordi.** **4. Reg. 4. Act. 9. Joan. 11.** **Matth. 13.** **Luc. 5.**

G Sed audite, quæso, adhuc, dona Dei diversa esse, quis nesciat? Petro datum est, mortuos suscitare, infirmos curare, dæmones effugare, aliáque multa in hunc modum corporalia beneficia præstare per miracula, quibus ad spiritualia bona suos alliceret auditores: argentum autem & aurum, quod egenti daret, non habebat; sicut ipse pauperi claudo stipem poscenti respondit; *Argentum & aurum non est mihi; quod autem habeo, hoc tibi do.* Sed ab eo, *qui dat unicuique prout vult:* Ottoni datum est, multas opes habere cum bonitate & largitate admirabili. Petro igitur orante, Christus languidos & debiles curavit. Ottone autem largiente, Christus vincula & capti- **H** vitates absolvit. Petri oratio & Ottonis largitio in salutem populi ab uno Christo dispensabantur: alter sanctitate, alter liberalitate pollebat: ille prodigaliter, ille liberaliter beneficus erat: uterque carceres aperuit; vincula solvit: sed ille prece, iste precio: ille mortuos suscitavit: iste, ne morerentur homines, morbos fugavit. Quid enim fames, sitis, gelu & alia incommoda vitæ nostræ, nisi morbi sunt, qui nisi congruis effugentur medicinis, profectò extinguunt hominem. Non tamen Ottonem Petro me quisquam putet velle adæquare; nisi

Act. 3. **1. Cor. 12.**

A nisi fortè ùt Mantuam Romæ, ùt Maro quadam proportionis ratione res æquales fingit dicens: *Sic canibus catulos magnis, sic matribus hædos.* Assimilant, naturæ scilicet ac formæ proportione, non magnitudine corporis, aut quantitate. Sed tu, quod cœpisti, evolve.

Virg. Ecloga 1.

De lætitia & splendore candidatorum ac de profectu eorum.

CAPUT XXXV.

B

Sefridus.

DEstructis igitur fanis, collisis simulacris, mulctato divinitus sacerdote, victoria crucis erigitur, construuntur baptisteria, dolia humo infodiuntur, cortinis velantur, omnibúsque religiosè ac sanctè aptatis, populus aliquot dies antè catechizatus & instructus, ad aquam regenerationis, cum multa gravitate ac disciplina, se offerebat; toto corpore balneis priùs abluti, ac lotis & mundis vestibus induti, cereos ardentes & albas suas gestantes; ac sancti Spiritus accensi desiderio singuli apud se in cordibus suis cantantes: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum: quando veniam, & apparebo ante faciem Domini.*

Erectio Crucis.

Baptizantur Stetinenses & quibus ritibus.

Psal. 41.

C

Pater verò spiritualis fervorem, & studia filiorum tacita mente considerans, abundantia lætitiæ spiritum excitante, obortisque præ gaudio lacrymis inter agendum in vocem exhortationis erupit dicens: *Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos: accedite, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur.*

Exhortatio S. Othonis ad catechumenos.
Psal. 33.

Nec abs re fuit talis ex ore Sacerdotis exhortatio. Videbat enim, quòd & nos alii cum magnæ admirationis tripudio contuebamur; quódque ipsi cives nos contemplari monuerunt, in vultibus scilicet omnium baptizatorum quendam jucundum & spiritalis gratiæ rutilare fulgorem: ita, ut baptizati à non baptizatis, veluti lux à tenebris, facilè discerni possent: quidve tenebrosus dæmon suis cultoribus, & quid Deus lucis auctor & amator suis dilectoribus conferre habeat, omnibus intueri promptum fuit. Currebant ergo de ipsa civitate, & de omni circùm provincia felices animæ ad regales nuptias ingredi festinantes, & Episcopo seorsim tingente solos mares pueros; aliis autem & aliis Sacerdotibus seorsim viros, & seorsim mulieres. Apud omnes opera Dei fervebant, & de Ægyptia servitute populo acquisitionis, transito mari, liberato, velut olim ad montem Sinai, lex panditur Evangelii, & quid Christianis fugiendum, sequendúmve sit, sicut fide plena docentur, sic & plena intentione discunt, & facere ardent.

D

Fulgor in vultibus baptizatorum.

Quos singuli baptizarint.

Mansimus ergo in eodem loco negotiosi operatores ferè aliis tribus mensibus, destruentes & ædificantes, evellentes & plantantes, & irrigantes, ipso agro Dominico suis cultoribus grata & gratuita fœcunditate victum præbente necessarium. In omnibus enim victui nostro competentibus liberales nobis extiterunt & humani, optantes, ut, si fieri posset, nunquam à se divelleremur.

E

Quamdiu Stetini manserint.

Ordinatis autem illic omnibus, quæ rudi Ecclesiæ profutura credebantur, extructáque Basilica diligenti artificio *in medio foro Stetinensi, collatísque omnibus, quæ sacerdotalis officii ratio poscebat, qui populo præesset, sicut ubique faciebat, sacerdotem investire curavit.

* Ubi antea *Contina* seu Janum Triglafi fuerat.

De exploratione Julinensium, & conversione ipsorum.

CAPUT XXXVI.

F

JUlienses etiam, Episcopo & nobis ignorantibus, quosdam homines cautos & gnaros Stetinam miserant exploratores tacitè, quidnam illic ageremus, si ab eis reciperemur, an non; & qui omnes vias nostras & studia nostra diligenter conspicerent atque referrent. At illi, ubi habita exploratione diligentissima, nihil imposturæ aut doli circa nos invenerunt, & Stetinenses, licèt tardè, fidem tamen unanimiter suscepisse viderunt, reversi ad suos, more Apostolorum & Evangelistarum, pagani paganis, nobis absentibus, quanta bona vidissent & audissent; & quàm bona, & quàm munda esset fides, & doctrina Christiana prædicare non cessabant, eorúmque verbis paulatim scintillantibus, quasi arundinetum, tota civitas incanduit, & jam tædere atque horrere super suis abominationibus, suáque idola & errores, quibus involuti tenebantur, exsecrari cœperunt.

Sefridus.
Exploratores à Julinensibus submittuntur.

Renunciant Julinensibus, quæ viderant.

Julina ad fidem Christi amplectendam accenditur.

G

Episcopus autem tenorem pacti, quo ab eis recesserat, mente habens, cogitabat quidem, statim post conversionem, Stetina ad eos properare; sed rogatus est duo priùs invisere castella, Graditiam videlicet, & Lubinum, quæ in confinio posita, ad pagum pertinebant Stetinensem. At ubi homines illi, velut arida imbrem sitiens, verba Evangelii suscipientes, fidei Sacramentis imbuti sunt, extructo altari & sanctificato per castellum utrunque: atque ordinatis illis sacerdotibus, per Oderam flumen in mare lapsi, vento meliori ad Julinæ littora navigavimus.

Graditz & Lubbin Castella ad Oderam, Christianam religionem suscipiunt.

H

Quanto autem exultationis tripudio recepti fuerimus, & quanta humilitate illorum & satisfactione priores injurias oblivisci nos rogaverint, dicere non valeo. Quidquid autem suscipiendi Christianismi ratio exigebat, discere & facere; assumere vel rejicere non morabantur, ita ut illic impleri videres, quod scrip-

Quanto honore & gaudio S. Otho Julinæ exceptus fuerit.

A

Psal. 148. Psal. 17. Julinensium mutatio in melius.

scriptum est; *Ipse dixit, & facta sunt, &, populus, quem non cognovi, servivit mihi, in auditu auris obedivit mihi.* Hæc autem fuit mutatio dexteræ excelsi: nam quos priùs contis & fustibus à suis terminis satis inclementer exturbaverant; postmodum, quasi angelos de cœlo venientes, summo studio venerati sunt; sanctum arbitrantes atque divinum, quidquid à nobis dictum vel factum est.

B

Ingens multitudo eorum, qui baptizantur.

Sed quid multis? Tota civitas atque provincia cum populo suo apposita est ad Dominum; tantáque fuit multitudo virorum & mulierum, & utriusque sexus puerorum, ut in spatio duorum mensium, quamvis sine cessatione instaremus operi, vix omnes tingere possemus. Quantum & illic sudoris, & laboris sanctæ semper memoriæ Otto loquendo & clamando in turba, baptizando, & multa faciendo pertulerit, qui videt omnia, viderit Deus. Sed, quia civitas hæc in meditullio sita est Pomeraniæ, civésque Julienses fortes & duræ cervicis, tam Dux Uratislaus, quàm Principes terræ Sedem Episcopatus illis constituendum fore censuêrunt; scilicet ut gens aspera ex jugi Doctoris præsentiâ mansuesceret, nec ad pristinos rediret errores, & quod de medio ad omnes terminos terræ chrisma & alia, quæ ab ipso accipienda sunt, faciliùs deportari possunt. Itaque duas illic Basilicas fieri præcipiens, altaria tantùm & sanctuaria consecravit; quia dum reliqua pars interim consurgebat, & perfectionem exspectare, longum erat ad alia festinanti.

Labores assidui S. Othonis.

Agitur de Sede Episcopali Julinæ statuenda.

De conversione Dodonæ civitatis.

CAPUT XXXVII.

C

Sefridus.
* Aliter; *Dodona.*
S.Otho Dodonæ S. Crucem erigit: & in ejus honorem Ecclesiam exstruit.

MOventes autem à Julina * Dodonam venimus nihilque difficultatis aut contradictionis illic invenientes, sanctæ Crucis trophæum ibi ereximus. Et quia locus nemorosus erat & amœnus, & ligna ad ædificandum suppetebant, in honore sanctæ Crucis ingentem Ecclesiam de nobili artificio fundavimus, & cum lætitia & gaudio populum catechizantes, & baptizantes, quia messis multa erat, ad ulteriora progredi festinavimus.

D

Vastata civitas.

Transito autem flumine, quod Dodonam præterlabitur, civitatem quandam invenimus, magnam quidem ambitu & spatiosam, sed raros incolas: nam ferro & incendio se vastatam adustionum signis & cadaverum acervis, spectantibus indicabat. Ipsi autem incolæ tenues illorum se fuisse clientulos, qui à Duce Poloniæ illic interfecti erant, & captivati, asserebant, & à facie gladii salvatos se fugæ præsidio. Fecerant autem ex ramis & virgultis circa ruinam parietum tuguria & umbracula, quibus tegebamur, quosque tecta meliora instaurarent.

Hos Pater optimus verbis consolans, & stipe relevans, benignissimè instruxit & baptizavit. Multi etiam de viculis circumpositis ruricolæ illic confluentes fidei percepêre Sacramenta. E

NOTATIONES.

Dodonæ condidit S. Otho Ecclesiam *in honore sanctæ Crucis*, ùt inquit Sefridus. Prædicans, more suo, fidelem interpretem agens, ita reddidit. Er hat alsbald ein Kirche nach dem heiligen Creutz genennet, erbauen. Nimirum religioni sibi duxit Prædicans, dicere, à S. Othone exædificatam Ecclesiam in honorem sanctæ Crucis. Nam, ut quid in sanctæ Crucis honorem fiat, sanctæ Crucis osor, qui commodus & patiens ferat? F

Observa & illud, quàm Lutherani & Calviniani præcones longè avii à S. Othone, ejúsque adjutoribus in promulgatione Evangelii abeant. Nam illi, imagines Crucis, si quas reperiunt, exterminant, & prosternunt. At isti erigunt, ejúsque quasi salutiferi tituli erectione, Christum crucifixum quodammodo in possessionem loci illius mittunt; cujus rei exemplum cùm alibi, tum in hoc cap. 37. cernere licet.

Hallucinatur autem Prædicans, cùm cap. 33. scribit, Othonem Episcopum vita functum Anno 1139. die 30. Septembris. Nam mortuus est pridie Kalend. Julias, in commemoratione S. Pauli Apostoli, ùt planum fit ex Andrea lib. 4. cap. 4. & 5. & sepulturæ traditus 3. Nonas Julii, ùt patet ex vita Canis. Edit. & ex illa, quæ est apud Surium Tom. 4. Quo die Martyrologium Romanum isthæc. *Bamberga S. Othonis Episcopi, qui Pomeranis Evangelium prædicans, eosdem convertit ad fidem.* At vero xxx. dies Septembris ad Translationem S. Othonis pertinet: translatum est enim corpus ejus Anno 1189. sub Clemente III. pridie Kalend. Octobris, quo die festum ejus celebratur, inquit Surius. G

Lib. 3. chronici 37, ait Cramerus Prædicans, Paulum à Rhoda, turpissimum illum & fœdissimum Apostatam & seductorem Pomeraniæ, jure suo appellari posse *primum Evangelistam in Pomerania, quòd primus ad agnitionem Evangelii provinciam illam adduxerit.* Spongia ergo eluat Prædicans illa, quæ lib. 1. cap. 34. scripserat; nam si, ùt jam dicto loco fatetur Prædicans, S. Otho verum Evangelium Pomeranis annunciavit, verus igitur Evangelista, hoc est, veri Evangelii nuncius. Et, quod hinc consequitur, primus fuit; cùm ante illum nullus in Pomerania Evangelium prædicaverit, licèt non defuerint, qui id tentârint. Si S. Otho verus & primus Evangelista in Pomerania fuit; injustè igitur hæc laus ad Paulum illum transfertur. Aut si Apostata iste primus fuit: Pomerani ergo antea non habuerunt verum Evangelium, verámque fidem; nec beati- H

tudinem

A tudioem consecuti suot. At boc oegat Prædicans cap. 34. Qua frooce igitur, & qua mente jam scribit, Paulum à Roda fuisse primum in Pomerania *Evangelistam*; hoc est, primum veram Christi doctrinam in Pomeraniam intulisse?

B Illud etiam perquam lepidum est, quod lib. 1. cap. 43. ubi agit de conversiooe Rugiaoorum, affirmat; quoslibet, *tempore necessitatis sacramenta administrare posse: omnes enim Christianos, qualescunque sint, esse sacerdotes, & regale sacerdotium.* Ex quo sequitur, etiam mulieres, necessitate id exigente, posse cœnam Lutberanam dare; seu Confessiones audire; remissionem peccatorum, prædicanticum in morem, annunciare. Quod autem dicit Prædicans, in conversione Rugianorum ad Cbristianam fidem hoc factum esse, quòd Sacerdotes tantæ multitudini oeophytorum oon sufficerent, id falsum existima; nam licèt Laici *baptizare & catechizare* possint, si necessitas id efflagitet, in-

C auditum tameo est, in Ecclesia Dei, ulli Laico ullam ob causam, aliorum sacramentorum confectiooem & administrationem cooceslam fuisse; aut concedi posse. Quis enim ante Lucherum, oovum Peputisoum, unquam dixit, Laicos, & io bis etiam mulieres, posse Eucbaristiam conficere, coofessiooes audire, & absolutionem impertire? Nec primi Rugianorum prædicatores rerum Christianarum & Ecclesiasticarum tam imperiti erant, ut bujusmodi munia Laicis committerent. Omnium ea fuit sententia, quam bis verbis Epist. lib. 19. ad Berum expressit Erasmus. *Dogma, quo quidam cuivis tribuunt potestatem consecrandi, absolvendi & ordinandi, semper babui pro manifesta insania.*

D Lib. 3. Chronici cap. 22. scribit Cramerus Prædicans, Joanoem Bugenhagium Pomeraoum jure suo vocari posse *secundum Apostolum* Pomeraniæ; *Ut enim Otho*, inquit Prædicans, *vulgò primus Pomeranorum Apostolus vocitatus, Pomeranos ab Ethnica superstitione liberavit & explavit; Sic & Bugenbagius Pomeraniam à Papistico fermento expurgavit.* Alibi nominat Prædicans Paulum à Rhoda *Primum Pomerania Evangelistam*, ùt paulò antè vidimus; quòd primus Pomeranos ad Lutberanismum traduxerit. Nuoc in periculo est, oe de prima statione deturbetur; & Bugenbagio cedere cogatur: Nisi forsan dicat, secundum Apostolum primo Evangelista potiorem esse: Et Paulum illum tam Othoni Episcopo, quàm Bugenhagio anteponi debere: quod tamen Prædicantem respoosurum, vix crediderim: Nam ut Paulum à Roda vel Rota S. Otboni præferre oon reformidet; at vix Bugenbagio anteferet, nimirum Doctori Magistrum; Præceptori discipulum. Porro si Paulus à Rboda primus Pomeranis Evangelium Evangelizavit, & Papismum fugavit; quid postea Bugenhagius fecit, ut secuodi Apostoli cognomentum mereretur? Nil certè video, quod E præstiterit, quàm quòd generalis Visitator Pomeraniæ fuit; Et Moosteria & templa oon aliter visitavit ac olim Judas Iscariotes visitavit loculos seu pecuniam Christi Domini. Visitavit, inquam, Cœoobia & Ecclesias, quo pacto Turcæ eas visitare solent, quando Christianorum provincias occupant. Cujus rei en dilucidum Exemplum.

Anoo 1535. visitavit bellus iste Visitator Monasterium Eldenavense, ùt scribit Prædi- F cans lib. 3. cap. 22. Quem visitandi modum tenuit? Euodem, quem Judas, quando loculos Domini visitabat. Omnia, quæcunque eraot io Monasterio, tam sacra, quàm profana, diligeoter coovasavit. Ex *Sacristia*, ùt vocant, seu *sacrario*, Templi, mille quadriogentas Marcas argeoti facti & infecti, calices plurimos, argenteas imagioes & Hierothecas seu *Monstrantias*, Et baculos pastorales ex eodem metallo fabrefactos abstulit; Et oe erga sacræ supellectilis Mooacbum Custodem ingratus esset, obtulit ei *Casulam* sericam rubram, ut inde vel caligas vel pallium sibi conficeret; qui tamen munus oblatum respuit, oon religiooe; Apostata enim erat; sed quia vestem tam pretiosæ materiæ minùs sibi convenire existimabat.

G Eandem visitaodi rationem stûdiosè tenuit Visitator iste in aliis Pomeraniæ Monasterlis; Et quò Monasterium opulentius erat; eò avidiùs visitatiooem ejus desiderabat: Sedulò imitatus Regem Antiocbum, qui ùt lib. 1. Maccbabæorum legimus visitans Templum Hierosolymitanum *accepit* iode *altare aureum, & candelabrum luminis, & universa vasa ejus, & mensam propositionis, & libatoria & phialas & mortariola aurea, & velum & coronas, & ornamentum aureum, & accepit argentum & aurum, & vasa concupiscibilia, & accepit thesauros occultos, quos invenit; & sublatis omnibus abiit in terram suam.* En insignem Visitatorem; io cujus vestigiis novus iste in Pomerania Visitator accuratè vestigia sua posuit. Si ergo ob has & similes Visitationes Bugenhagius Apostolus Pomeraniæ salutari debet; non secundus, respectu ad S. Othonem babito; sed primus absolutè appellari debet; at non Dei; sed Diaboli; nam & iste suos Apostolos habet. Fie- H ri enim ooo potest, ut uterque Otbo & Bugenbagius fuerit Apostolus Dei; cùm viis prorsus contrariis incesserint; Nam S. Otbo Monasteria condebat, coodita locupletabat, Monachos amabat, fovebat, colebat, secum circumducebat; sacra supellectile, ùt calicibus, & vestibus sacra domicilia instruebat; imagines, præsertim sacræ Crucis tropbæum, passim erigebat, Divorum lipsana circumferebat; Cruce prælata ad populum verba faciebat, Missas celebrabat & millens hujus generis factitabat; quæ omnia se-

A cundus iste ex Witeberga profectus Apostolus abolet, extermioat, repudiat, irridet, subsaonat. Quocirca fieri non potest, ut ab eodem Domino missi fuerint; neque enim Apostoli à Christo missi, ita comparati sunt, ut, quod unus extruit; alter destruat. Et quod unus, ùt Christianum, populo tradit; alter, ùt idololatriam, execretur.

B Quis verò ex duobus istis fuerit Apostolus Dei; Et quis ejus, qui Deo in omnibus adversatur; facilè statuet, qui cerebro non caret. Loquantur utriusque actus, fructus, miracula, uno verbo, vita; omniúmque Pomeranorum Christi sacris initiatorum, ante Lutherum, imò totius Christiani orbis sensus ac coosensio; qui omnes Othooem Bambergensem Episcopum, tanquam virum, sanctimonia vitæ spectatissimum patratísque miraculis celeberrimum coluerunt ac veoerati sunt, nomine ejus io Fastis Tabulísque Ecclesiasticis religiòsè consignato.

C Ipsi etiam Pomerani nondum Lutherana peste correpti, tres dies festos in hooorem S. Othonis, primi sui Apostoli, quotannis solemni ceremonia agebant; ùt scribit sæpe jam nominatus Prædicans, lib. 3. Chronici cap. 2. nempe Festum *Ordinationis* ejus XIV. Maji. *Diem mortis*, seu, ùt loquitur Cramerus seiner Begräbnuß, *sepultura sua* XXX. Junii: Et *Festum Translationis* XXX. Septembris. Finem barum solennitatum hae Antiphona declarabant. *Festa pii Pontificis Ottonis, tota devotione veneremur, ut apud Dominum, qui summè pius est, meritis & precibus ejus adjuvari mereamur.* Ronchos ducit Prædicans, frontémque corrugat ad istud odarium. Qua de causa? Quia iovocatur S. Otho. Atqui Pomerani faciebaot, quod à S. Othone didicerant. Didicerant autem, inter cætera, ipsam quoque invocationem Sanctorum, ùt tu ipse oon diffiteris. Quapropter doctrioæ primitus acceptæ convenienter, ipsum quoque Othonem, postquam cœlitum Catalogo adscriptus fuerat,

D invocârunt. Quòd si Otho adbuc superstes, & vitam banc mortalem vivens, invocatus à Witschacho, tantæ potentiæ apud Deum fuit, ut illum ex Danico carcere mirabiliter eriperet, solúmque, sioe ullo remigio, in exigua cymbula, per vastum maris pelagus ex Dania io Pomeraniam traduceret; ùt libro 3. audiemus; mirum sanè foret, si ounc immortale ævum cum Beatis agitans minoris facultatis esset; Et ad se confugientibus opitulari nequiret. Cæterùm, ùt Bugenbagius & similes seductores aliis Divis; sic & S. Othoni suos honores in Pomerania sacrilegè abstulerunt; abrogatis diebus festis, quos pia antiquitas S. Othoni dicaverat. Et tamen Anno 1585. Paulo à Rboda, & Bugenbagio præcipuè diem festum indixerunt & instituerunt: nam quia prædictus annus erat quinquagesimus ab introducta, communi decreto, in Pomeraniam Lutherana doctrina; eam ob causam Christophorus Stymmelius Stetinensis Prædicaos, Stetinensibus Jubilæum indixit: ùt E testatur Cramerus lib. 3. cap. 47. qui Annus Jubilæus oihil aliud erat, si rem penitiùs introspicere, & verum ingenuè fateri velimus, quàm Panegyris primis Pomeraniæ Lutheranis clamatoribus consecrata, quorum Turcica facta plenis proculdubio tibiis demodulati sunt cùm alii tibicioes, tum tibicinum Superinteodens Stymmelius.

Quàm concorditer autem isti Quinti Evangelii Buccinatores in Pomerania degant, F & quàm toto cœlo à spiritu S. Othonis & successorum ejus discrepent, testatum faciunt tot dissidia & jurgia, quibus ioter se altercantur & digladiantur, quæ quòd Cramerus in Chronicum suum retulit; non improbo; quia interest novorum Evangelistarum consensionem nòsse. Nec inutilem operam cepit, cùm Magistri Jacobi Crusii Articulos seu propositiones cootra *Pomeranicam Agendam* verbatim lectoribus proposuit, lib. 3. cap. 44. in quibus eminent istæ. *Agendam & Ecclesiasticam gubernandi rationem in Pomerania esse diabolicam, & à Christiana religione alienam.* II. *Non à Deo, sed à Diabolo, improbitate hominum; non jure Divino, sed jure diabolico, introductum esse, ut quis sit & vocetur Generalis Superintendens supra multas, vel aliquas civitates.* III. *Neminem bona conscientia posse esse generalem Superintendentem, aut in hoc statu salutem consequi. Et qui tali Superintendenti obtemperet; non fore salvum. Nullum magistratum posse Generales Superintendentes aut eorum munus defendere. Omnes istos generales Superintendentes, cum omnibus suis Præpositis, Senioribus & Provisoribus, simul cum Magistratu & Juristis, qui talium defensionem suscipiunt, eósque in visitationibus, & id genus aliis ministeriis adjuvant; ad Diabolum pertinere. Dicere; quòd munus Superintendentium, sit Verbo Dei consentaneum; Esse abominationem desolationis. Esse à Christiana religione abhorrens & conscientiis periculosum, ut novi Ministri Superattendentibus dent dextras societatis & obedientiæ.*

Hæc & bis affinia themata mordicus tuenda sibi suscepit supradictus Crusius Stralissundæ in ipsa Pomerania Prædicans. Nec G dubito, eum innumeros è minorum gentium Prædicantibus, Tyraonicæ bujus *Superintendentiæ* pertæsos adstipulatores habuisse. Quid enim fastuosius & insolentius bisce Superattendentibus; de quorum impotentia non modò bujus Crusii, sed & complurium aliorum Prædicantium querimoniæ extant.

De conversione Colobergæ civitatis.

CAPUT XXXVIII.

INde Colobergam pervenimus, quæ super H
littus maris sita est. Sed quia cives illius Sefridus. S. Otto
poenè omnes, institorum more, ad ex-

A

venit Colobergam; seu *Colobregam.*

teras insulas, negotiandi causa, navigaverant: illi, qui domi reperti sunt, absentibus suis concivibus, nihil se novi aggressuros dicebant: atque sub occasione tali aliquandiu restiterunt Evangelio. Tandem exhortationibus crebris ab Episcopo superati sunt.

Excusatio Colobergensium. Sed tandem monitis Episcopi cedunt.

Confirmatis ergò eis in fide SS. Trinitatis, & baptismo regeneratis, & fundato altari & sanctuario, cæterisque, quæ nascenti Ecclesiæ utilia credebantur, ordine peractis, diei unius itinere distantem à Coloberga * Belgradam petens, simili operum effectu illic lætificatus est; omnibus se Domino sponte applicantibus: quod ubi factum erat, visum

*Belgard.

B

est ei, bonum esse, omissis quatuor, quæ supererant, civitatibus cum pagis, insulis & viculis suis, videlicet Noirnia, * Hologosta, * Cozgaugia & * Timina: quia tempus eum revocabat (hiems quippe erat) id quod plantaverat, interim irrigare, ne fortè dilatando tantùm agrum suum, & non etiam excolendo, in vacuum curreret, aut eucurrisset; quin etiam, si ulteriùs procederet, ante diem Palmarum, sicut disposuerat, redire ad suam Sedem, consecraturus chrisma, minimè potuisset.

* Wolgast. * Gutzkow. * Cammina.

De termino Evangelii facto in Belgrada civitate, & de revisione civitatum baptizatarum, antequam exiret de terra.

CAPUT XXXIX.

C

Sefridus. S. Otho revisit omnia loca, ubi Evangelium annunciaverat. Dedicat Ecclesias extructas.

DIscretus ergò Pontifex apud Belgradam terminum ponens Evangelii, omnia loca & civitates superiùs nominatas, in quibus semina fidei sparserat, fidus agricola denuo perlustravit; cogniturus, quomodo se haberent sata. Et ecce omnes, quas imperfectas reliquerat Basilicas & Ecclesias, perfectas invenit. Ad opus ergò dedicationis devotus & lætus accingitur; atque inter dedicandum, Chrismatis unctione populum confirmans, etiam quàm plurimos invenit baptizandos, qui generali baptismo priùs interesse non poterant, eò quòd in exteris partibus peregrinati, negotia sua exercerent: quorum profectò Dodonæ, Julinæ, Stetinæ maxima erat copia. Mira quippe aviditate, audito, quòd Episcopus discedere vellet, ad eum confluxerunt, infelices se reputantes, quibus sine illius benedictione remanere contingeret. Quæ res in singulis locis aliquandiu nobis remorandi causa fuit. Nullam autem civitatem, aut locum plantationis suæ relinquere voluit, quam non semel aut sæpius ante exitum à terra, consortationis, & consolationis causa reviseret.

Denuo multos baptizat.

D

Mutua valedictio.

Talibus ergò visitationibus, regione peragrata, consolando, confirmando, atque salutando amicos, patrinos, & filios nostros, in pacis osculo dimisimus eos, & dimissi sumus, lacrymis & gemitibus divulsionis dolorem utrinque temperantes. Multoties etiam toto conamine nos jugiter apud se retinere moliti dominum meum, ut Episcopatum ibi gubernaret, ardentissimè rogabant, se ipsos & omnia sua illius ditioni servire pollicentes. Et, ut verum fatear, tanto amore suæ plantationis flagrabat Episcopus, quòd voluntatem plenariam apud eos remanendi haberet: sed à Clericis suis dissuasus est.

E

De descriptione morum gentis, & de reditu Episcopi.

CAPUT XL.

F

Tiemo.

ET video, inquit; tua narratio ad sedem suam reducere vult Ottonem nostrum: Sed, de ipsius terræ, quam deseris opportunitate vel fœcunditate vellem, aliquid diceres. Possénme illic esse Cœnobia?

G

Qualis Pomerania.

Sefridus. Possent utique, & maximè hujus temporis Sanctorum, qui terram uberem, quàm scopulos aridos, vel squalentem eremum incolere malunt, suæ memores imbecillitatis. Nam piscium illic tam ex mari, quàm ex aquis & lacubus, & stagnis abundantia est incredibilis, carratámque pro denario recentis acciperes alecis, de cujus sapore vel crassitudine gulositatis arguerer, si dicerem, quod sentio. Ferinæ cervorum, bubalorum, & equulorum agrestium, ursorum, aprorum, porcorum omniúmque ferarum copia redundat omnis provincia. *Butyrum de armento, & lac de ovibus cum adipe agnorum & arietum*, cum abundantia mellis & tritici, cum * canavo & papavere, & cuncti generis legumine: atque si vitem & oleam, & ficum haberet, terram esse putares repromissionis propter lignorum abundantiam fructiferorum. Sed Episcopus vitem illi terræ deesse nolens in secunda profectione, cuppam surculis plenam attulit, & implantari fecit, ut tellus ea vel sacrificio vinum procrearet.

Piscium copia.

Deut. 32.

Feræ. Armenta.

*cannabe.

S. Otho vites in Pomeraniam infert.

H

Fidelitas Pomeranorum Nihil occludunt, vel includunt, quia absque seris omnia tuta sunt.

Tanta verò est fides & societas inter eos, ut furtorum & fraudium penitus inexperti, cistas aut scrinia serata non habeant. Nam seram & clavem ibi non vidimus. Sed & ipsi admodum mirati sunt, quòd clitellas nostras & scrinia serata viderunt. Vestes suas, pecuniam & omnia preciosa sua in cuppis & doliis suis simpliciter coopertas recondunt, fraudem nullam metuentes, utpote inexperti, & quod mirum dictu, mensa illorum nunquam disarmatur, nunquam *deferculatur*: Sed quilibet paterfamilias domum habet seorsim mundam & honestam, tantùm refectioni vacantem. Illic mensa cum omnibus, quæ bibi ac mandi possunt, nunquam vacuatur; sed, aliis absumptis, alia subrogantur. non sorex, non * sorilegus admittitur; sed de mappa mundissima fercula teguntur comesuros exspectantia. Quacunque

Mensa apud Pomer. semper ferculis onusta.

*soricilegus.

que igitur hora reficere placuerit, hospites sint, dnmestici sint, omnia parata inveniunt, intromissi ad mensam. Et de his satis dictum est.

A

S. Otho cum suis revertitur ad Boleslaum, Ducem Poloniæ. Benevolentia & humanitas Ducis in S. Othonem & comites.

Revertentes autem de terra illa, rursum transitum facimus, per Patrem nostrum, Ducem Poloniæ. Retribuat illi Dnminus JESUS in die agnitionis nmnia bona, quæ ostendit nobis: nam tantæ affectinnis, tantæque benignitatis circa nos extitit, ut etiam in Pnmerania pnsitis, hiemis tempore, ille vir nptimus vestes nobis mitteret hiemales, Episcopo, & unicuique secundùm suam personam idoneas, tam Clericis, quàm militibus sive scutiferis omnibus.

B

Nunc ergò consummatis bis, ad quæ nos vocaverat, ipse ad se reversns, omnes nns, ùt filins charissimos, recipiens, Episcopum & cæteros qunsque congruis honoribus habitos, nullum reliquit indonatum. Dein, quia festinantes vidit, cum multa gratiarum actinne dimissos, usque in Bnhemiam nos fecit conduci. Episcopus verò propter festinantiam, de Episcnpatu Pomeraniæ pro voto suo tunc nrdinare nnn potuit, sed, de prudentia Ducis confisus, ei ex otio commisit ordinandum. At ille unum de Capellanis suis *Adalbertum* nomine, quem de latere suo cum aliis dunbus Sacerdotibus in adjutorium concesserat Episcopo, Præsulatus bonore in gente illa sublimavit. Itaque, ut brevis sim, juxta prnpositum suum, ante diem Palmarum ad sedem suam Otto reversus est.

Adalbertus Primus in Pomerania Episcopus.

De inopinatò incendio in civitate Babebergensi exorto.

CAPUT XLI.

C

Ebbo. Luc. 11. Sequentia usque ad finem hujus libri secundi, desunt in edit. Canisiana.

SEd dum *fortem armatum*, qui catenus atrium suum, Pomeraniam scilicet, possederat, fnrtior Christus superveniens superâsset, armísque ejus per beatum Præsulem ennfractis, spnlia distribuisset, non ferens ille violentam de sedibus suis exclusinnem, tanquam len rugiens, vel modicam servo DEI inferre nisus est læsinnem. Et aliud, quod ageret, Dnmino prohibente, non inveniens, locum Babebergensem, majori ex parte, inopinato incendii discrimine, absumpsit, ut, dum pastor eximius, peracta apud extraneos prædicatione, sponsam suam cum gaudin reviseret, non per omnia integram, sed aliquantulùm hoc damno conquassatam, ac mœrore confectam inveniret. Nocte enim, qua festivitas sancti Hermetis Martyris agebatur, eujus precinso corpore lncus ipse à primordio per fundatorem suum beatum Henricum nnbiliter est insignitus, idem lamentabile incendium, occasinne mulieris cujusdam in partu laborantis, sumpsit exordium: qund statim circum circa se impetu valido torquens, omnem locum extra civitatis ambitum tanta vastavit atrocitate, ut vix rariusculæ quorundam casæ evaderent. Ipsa verò civitas eum Ecclesiis suis infra vel extra positis patrocinio beati Hermetis aliorúmque advocatorum suorum illæsa permansit.

Incendium Bambergense, Cacodæmonis invidia & ira excitatum.

D

Corpus S. Hermetis Bambergæ conditum.

E

Ad nihilum itaque fraus & malitia versuti bostis est redacta, quoniam quidem & sponsa castissima Bamberga tetram calamitatis hujus nubeculam, patre suo, tanquam serenissimi snlis jubare, ad se reverso, facilè dissipavit: & ipse atrium suum, quod diu securus possederat, ultrà tenere non potuit. Christo enim in Pomerania, per Apostolatum pii Octnnis, regnante, *inimici defecerunt frameæ in finem, & civitates eorum destructæ sunt.* Psalm. 9.

De Julinensibus, qui post reditum ad suos cives baptizati sunt.

CAPUT XLII.

F

Ebbo.

PLurimi autem Julinensinm pro negotiatinne sua trans mare abièrant: qui, audita civium suorum conversione, spiritu DEI præveniente, æmulatores eorum facti sunt; & ad Metropolim suam reversi, Regi regum Christn colla submittunr, statímque à presbyteris, quos pius Otto illie constituerat, baptizati, civibus suis dudum Christianis legibus incitatis, pari devotione adunantur, & mirum in modum, fidelissimo præcone veritatis in opere DEI laborante, Ecclesia per totam illam regionem crescebat & consortabatur, Dominúsque augebat quotidie, qui salvum faceret in idipsum.

Baptizantur Julinenses, qui domo absfuerant, præsente S. Othone.

G

Apostolus itaque Pomeranorum duas illic Ecclesias constituit, unam in civitate Julin, sub hnnore S. Adalberti & Wenceslai, qui magnæ apud Barbaros opinionis erant, in loco, ubi prnfani dæmonum ritus agi snlebant; ut, ubi spurca pridem commercia, Christi deinceps frequentarentur mysteria. Alteram extra civitatem in campo miræ latitudinis & amœnitatis, in veneratione beatissimi Apostnlorum Principis ædificavit, illícque sedem Episcopalem statuit.

Duas Ecclesias Julinæ ædificat.

Alteram, extra urbem in honorem S. Petri.

De legatione Babebergensium ad S. Ottonem ad reditum exhortantium.

CAPUT XLIII.

H

Ebbo.

SEd pio doctore pro continnis animarum lucris moram illic faciente, devota gregis sui multitudo, non solùm in Babebergensi loco, sed & in pluribus cœnobiis & parochiis collecta; incredibili solicitudine & mœrore, pro longiturna tanti pastoris absentia, angebatur: & ut reportaret illum, modis omnibus instat. Unde crebra ad illum missa legatione, preces precibus, vota votis congeminant; sed & literis

A Quantis precibus Bamberg. reditum S. Othonis efflagitarint.

teris filialem attestantibus amorem pro reditu ejus satagere non desinunt: quarum hic unam inserere dignum videtur, tam pro sui dulcedine, quàm etiam pro auctoris ejus, piæ memoriæ, Wigandi Abbatis perpetua recordatione; quæ in hunc se modum habent.

Literæ Wigandi Abbatis ad S. Othonem.

Domino & Patri charissimo, pio Ottoni Episcopo ac gentis Pomeranicæ Apostolo, Wigandus Tarisiensis Cœnobii provisor indignus, devotum in omnibus servitium & orationum spirituale debitum.

B Hierem. 1.

BEnedictus DEUS pater misericordiarum, pater luminum, qui ex utero formans vos servum sibi dedit in lucem gentium, ut salus ejus in extremis terræ per vos annunciaretur; ac lumine fidei tenebrosa gentilium corda irradiarentur. Unde sancta mater Ecclesia novo filiorum augmento dignè lætatur, dum per ministerium vestrum multa millia barbaræ nationis sacro baptismate renascuntur, & abjecta idolorum cultura, destructis delubris, readificatis Ecclesiis, verus DEUS advocatur & colitur.

Ergò post Evangelium alienis annunciatum, post tanti ministerii opus consummatum, jam ad proprias oves revertenti pastori grex omnis lætabundus occurrit, clerus cum populo, ac singulari gaudio monachorum processio, patrem suum suscipit concinens in jubilo cordis & voce exultationis: revertere revertere Sunamitis, revertere revertere, ut intueamur te. (Cant. 6.)

C Wigandus usque in Saxoniam S. Othoni obviam ierat.

Ego autem horum omnium minimus, sed fidei & dilectionis integritati nulli secundus, circa festum S. Mauritii, in Saxoniam veni, sperans optatissimum adventum Domini mei, ut primus susciperem, quem novissimus deduxi. Sed redeunte nuncio vestro, spe exspectationis meæ frustratus, multùm autem de certo reditu vestro lætificatus, quod corporali præsentia non potui, in spiritu humilitatis Dominum meum primus salutare studui dicens non sono tantùm oris, sed flagrantissimo etiam jubilo cordis.

D

Salve magne Pater, dic litera, dic reverenter,
Dic rogo versificè, inclyte Præsul ave.
Exspectate redi populi spes, optio cleri,
Digne dator legis, certa medela gregis.

Nolumus ergò vos ignorare, Pater sanctissime; quia, ex quo recessistis, semper imminebat nobis dies angustiæ & tribulationis. Tyrannus enim ille Conradus toto penè anno in Castello Nürnbergensi moratus, bona Episcopatus sibi vicina devastavit, de reditibus vestris frumentum ex parte abstulit, censum sibi persolvi statuit; Villicum de Rustal bis captivatum omnibus rebus suis despoliavit; insuper urbem Babenberg callida machinatione, ut fertur, apprehendere studuit; Sed, DEO gratias, iniquitas ejus nequaquam prævaluit. Ego enim & Conradus Custos, de dispensatione nobis credita sollicitè, civitati præsidia & custodes cum cæteris fidelibus vestris deputavimus, militibus, prout opus erat, stipendia erogavimus, reliqua omnia, quæ commisistis, diligenter procuravimus.

Vide Ursperg. in chron. Anno 1126.

Damna Ecclesiæ Bambergensi illata.

E

Inter Hermannum & Fridericum maxima guerra *habetur; insidiæ diversæ altrinsecus tenduntur, rapina rapinis, incendiis incendiis redduntur: inter quæ, villa subjacens † Lapidi Botonis cum Ecclesia combusta est. Fridericus quadam nocte munitionem* Niestein *cum militibus suis clam ingressus, viriliter agere cœpit: sed qui in arce erant, missis jaculis, & jactis lapidibus unum de suis occiderunt, plures vulneraverunt: sicque infecto negotio, vix cum suis omnibus evasit. Præterea per totam provinciam multa mala grassantur, rapinis, incendiis omnia vastantur.*

† Botenstein.

F

Ergò tot malis, tot miseriis finem facere sperantes, adventum vestrum clamamus singuli, clamamus omnes; Veni Domine, veni, festina, ne tardaveris, adveni desiderabilis, quem exspectabamus in tot tribulationum tenebris.

Reliquus rerum vestrarum status in Bavaria & Saxonia satis prosperè agitur. De negotio autem mihi specialiter injuncto, paternitatem vestram scire volo: quia cuprum ad septingentos, & eò ampliùs centenarios comparavimus; ex quibus trecentos maxima difficultate usque Smalchalten perduximus, & jam viribus exhausti, manum auxilii vestri ardenti desiderio præstolamur, ac exoptatissimum omni regno sanctitatis vestræ reditum vix exspectamus.

De Wignando Tarisiensis Cœnobii Abbate.

CAPUT XLIV.

G Ebbo.

Digressio de Wignando Abbate, quis & cujus fuerit.

HIc est Wignandus Prædicator suavissimus, quem pius Otto quasi auricularium sibi fidelissimum eligens, in tanto amore & reverentia habebat, ut omnium secretorum suorum participem eum faceret, & custodia civitatis specialiter sibi delegata, etiam egregium opus, quod tunc inchoaverat, scilicet & domum S. Petri majoris Ecclesiæ, cum turribus ad arcenda ignium pericula cupreis operire laminis, ejus potissimùm magisterio committeret. Nec immeritò. Erat enim vir totius prudentiæ & sagacitatis: gloria ordinis nostri, non solùm spirituali gratia præstantissimus, sed & corporis venustate, & morum habitúsque dulcedine amabilis. Cujus venerandam senectutem & caput ad similitudinem Christi candidum liceat nobis parumper dignis vocibus prædicare.

Dotes animi & corporis.

H Wignandus fermè centenarius vix ulla senectutis incommoda sensit.

Nam cum pœnè centenariam ageret ætatem, & plurimùm in opere Dei nocte diéque laboraret, oculi puro vigebant lumine, pedes firmo gressu veloces, auditus penetrabilis, dentes numero & firmitate durabant, vox canora, corpus solidum, nec senio longinquo curvatum, cani cum rubore

A discrepabant, vires cum ætate dissentiebant; non memoriæ tenacitatem, ùt in plerisque cernimus, antiquior senecta dissolvebat, non calidi acumen ingenii frigidus sanguis obtuodebat, non contractam rugis faciem arata frons asperabat; non denique tremula maous per curvos ceræ tramites errantem stylum ducebat. Futuræ igitur resurrectionis virorem in eo Dominus nobis ostendit, ut peccati quidem sciamus esse, quòd cæteri adhuc juvenes præmoriuntur in carne; justitiæ autem, quòd hic adolescentiam in aliena ætate metiebatur.

B Et quanquam multis istam corporis sanitatem etiam peccatoribus, evenire videamus; tamen hac illi ad peccaodum abutuntur: hic verò ad benè ageodum. Si quidem ab infaotia divinis apud oos scripturis eruditus, & in sancta conversatione probatus, cùm Prioratum hic strenuè sub venerabili Wolframo Abbate administrabat, pius Otto violenter abreptum Tarisiensi eum Cœnobio præfecit, quod multo tempore, id est, amplius quam triginta annorum spatio, nobiliter gubernans, ac circumquaque cœlestis doctrioæ dulcedinem mellifluam prædicatiooe spargens, cunctorum in Deum provocabat affectus. Totus enim, quasi Seraphin, superni amoris facibus accensus, in solo Redemptoris desiderio aohelabat,

Wignandus Prior Montis S. Michaelis.

Fit Abbas Monasterii Tarisiensis.

Ejusdem dicendi gratia.

C divinæ servitutis celebritatem flagrantissima devotione peragebat, secretiorum cœlestium summa & capere prævaluit & annunciare loquendo, & alios accendebat, & quos verbo tangebat, ardere protinus io Dei amore faciebat; sed & sacra Missarum singulari affectu & compunctionis dulcedine agebat; ita, ut & alios io vioculo perfectionis, quod est charitas, sibi arctiùs devioctos tam viva voce, quàm & literis incomparabili suavitate plenis ad hoc sacrificium, ardentissimo summi ac veri sacerdotis desiderio celebrandum, sæpiùs accenderet; nec mirum: quòd spiritualis hujus cibi intimum saporem diu multúmque degustans ampliùs esuriebat. Nam & plus, quàm XL. annis sacerdotio fuoctus est.

Pietas in re divina facienda.

Sacerdos supra XL. annos.

D O felix, & omni dignus beatitudine, quem senectus hoourabilis Christo servientem occupavit, quem extrema dies salvatori tanta devotiooe invenit militantem: *qui non confundetur, cùm loquetur inimicis suis in porta:* cui introitu paradisi dicetur; *serve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui:* accipe manna absconditum, accipe calculum candidum, & io calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit: Cerne desiderabilem Christi vultum;

Psalm. 126.

Matth. 25. Apoc. 2.

Quem priùs absconsum nitidi sub tegmine panis
Mystica verba canens semper sacrare solebas.

Si quis autem de transitu ejus audire voluerit, breviter accipiat. Totam enim Paschalem quinquagesimam solita devotione in divinis exegit laudibus, Psalmis & orationibus, E sacræque lectioni & prædicationi vacabat; & cum discipulis suis nova eo loci mœnia struere cogeretur; ille instabilem vitæ humanæ cursum, diémque vocationis sedulò attendens respoodebat: Cernitis me silicernium: velox est *depositio tabernaculi mei; paucitas dierum meorum finietur brevi:* ideóque expensas ad cœleste ædificium coogregare desidero flendo, eleemosynas tribuendo, sacras hostias offerendo, ceterísque spiritualibus exercitiis invigilando, adveotum judicis jam jámque ad ostium pulsantis operiri volo. Appropioquante igitur die præstolato remunerationis, antiquus Domini vineæ operarius, Dominica, qua Cantabatur, *Vocem jucunditatis;* more suo festivus & alacer, F chorum iogressus inusitato ordine; *Alleluja: surrexit Pastor bonus*, ac deinde sequentiam, *Victimæ Paschali* per semetipsum imposuit, cunctos voce, manu totiúsque corporis motu ad psallendum devotiùs iocitabat, tanquam præconis vitæ metam sibi jam adesse intelligens, diceret; *omnis laus in fine canitur.* Solebat enim sæpius tantæ suavitatis & compuoctioois cantum indifferenter psallere, quoties id Spiritus sanctus cordi ejus dictâsset; cujus videlicet donum lege non constringitur.

2. Petr. 1. Job. 10.

Præparatio ad mortem.

G Finita autem divini celebritate officii, accersito fratre, cui dispeosatio monasterii credita erat, dixit: *Hodie, ùt audisti, charissime fili, Dominicæ resurrectionis gloriam debitis laudum præconiis pro modulo nostro prosecuti sumus: Tu ergo, quod te attinet, sedulus munus exequere, ministerium tuum imple: quia, tam devotis Christi servitoribus affluentior hodie impendenda charitas. Ipse ego, sicut præcentor & instigator ad dulcisonum carmen fui: ita spiritualis convivii administrator esse volo:* sicque ultimum cum grege suo pastor piissimus ageos convivium, futuræ Ascensioni solita precum & lacrymarum se devotione præparabat diebus Rogationum, id est, secunda & tertia feria litaniis cum fratribus interfuit: sed feria quarta gravi, nocturno tempore, oppressus infirmitate, matutinali officio assurgere noo potuit. Jam enim resolutionis tempus instabat, jam summus Paterfamilias ad ostium servi vigilantissimi pulsabat, jam reverendo seni, qui diu in stadio * laborâsse hujus † viæ indefessa devotione cucurrerat, bravium æternæ dulcedinis dare spondebat.

Dies Rogationum.

* Laborans.
† Vitæ.

H Itaque accitis Fratribus, infirmitatis suæ gravedioem aperuit, Canonicum coram se Cursum decantari fecit, & manè in Capellam suam ad audienda sacra Missarum solennia se deferri petiit. Exinde relatus, pacem omnibus dedit, cunctis se paterno affectu commendavit, sicque ægrotans biduo, omnes ad se confluentes pro virium suarum possibilitate Verbo Dei ædificabat, & mor-

A & morbo ingravescente, Feria sexta post Ascensionem Domini, sumpto viatico, hora nona ex Ægypto hujus mundi ad veram repromissionis terram migravit; Testatique sunt, qui aderant, in exanimi ejus corpore nec tenuem se deformitatis alicujus pallorem vidisse; sed vultu decoro dormienti simillimus apparebat, ita, ut rubeus color faciei, & totius corporis venustas primò obitum ejus ambiguum faceret.

Quando vitam finiêrit.

B Nec mirum, si mortis acerbitas minimè sibi locum in eo vendicabat, qui non ad mortem, sed potiùs de morte ad vitam transibat. Antea quidem frequentissimus gravi & longissima decubuerat ægritudine, ut virtus spiritus in infirmitate carnis probaretur: sed cunctis pro vita & sanitate ejus certatim supplicantibus, jam desperatum patrem amantissimum Dominus, quasi de ipso mortis limine revocatum, filiis mœrentibus & lugentibus sæpiùs restituebat: tunc autem, præmissis ad Dominum pluribus gregis sui manipulis, & ipse pastor eximius brevi tactus morbo, super nobilem hunc nobilior ipse ruit acervum, qui Regem gloriæ in decore suo videre desiderans, quotidianis cum Propheta suspiriis decantabat dicens: *Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.* Sed hæc hactenus, nunc revertamur ad ordinem.

Psalm. 83.

De reditu S. Ottonis ad sedem suam.

CAPUT XLV.

C IGitur Apostolus Pomeranorum Otto pius assiduis fratrum ac filiorum suorum precibus & legationibus contraire non valens, cùm apud Julinenses hiemâsset, circa Purificationem S. MARIÆ, accepta ab omnibus licentia, unicam sibi sponsam Babebergensem Ecclesiam desiderato reditu consolari disposuit. Quo audito, plebs neophyta Pomeranorum non mediocri mœrore perculsa, lacrymosis precibus vestigia pii Doctoris ambire, eúmque apud se detinere conata est. Sed incassum. Ipse enim graves in terra sua diversorum negotiorum causas sibi imminere respondit: Sed & magnum animæ suæ periculum asserebat: se, dum Christo nova de alienis gregibus lucra requirit, proprias oves, sibique specialiter assignatas negligeret. Móxque adunata sociorum & cooperatorum turba, cunctos, quibus fidei Verbum disseminaverat, circuivit, & in religione Christiana tam monitis, quàm & precibus devotis confirmavit.

Ebbo.

S. Otho discedit ex Pomerania circa Purificationem B. Virginis.

D Primùm verò castellum * Gamin, exin Dodonensem locum in honore S. Crucis consecratum adiit, ubi multos Pomeranorum de insulis maris reversos (ubi timore Bolezlai Ducis occulti erant) baptizavit. Nam Dux Bolezlaus, sicut ergà Deum cultorésque Dei religione ac pietate insignis; ita erga idololatras & criminosos debiti rigoris asperitate fuit implacabilis. Singulis quippe annis, collecto exercitu valido, terras paganorum devastare solebat, ut vel timore gladii jugo Christianæ fidei subigerentur. Quod ubi ministerio pii Ottonis factum est, arma in pacem mutata sunt, eunctique de latibulis, ubi absconditi erant, accepta per beatum Præsulem securitate, prodeuntes, baptismi gratiam consecuti sunt. Hæc igitur sancta occupatio Prædicatori veritatis moram redeundi fecit, eúmque in Dodonensi loco aliquamdiu detinuit.

** Caminæ.*

Ducis Bolezlai eximia virtus.

E

F Sed peractis omnibus, Belgradensem urben petiit: deinde Colobergam; illic Ecclesiam S. Dei genitricis MARIÆ dudum à se incohoatam perfecit & consecravit. Post hæc visitatis omnibus Ecclesiis, Deóque intima lacrymarum profusione commendatis, auctus benedictione Domini Pomeraniam egreditur. Dein, prospero cursu, Poloniam veniens, inedicibili gaudio & reverentia, velut angelus Dei, à Duce Boiczlao, omnique clero & populo suscipitur. Fit gaudium generale totius plebis, tam de conversione Pomeranicæ gentis, quàm etiam de sospitate, & reditu desiderantissimi Patris Ottonis.

S. Otho redit in Poloniam. Hæc jam suprà cap. 40. exposita sunt; sed ex Tiemone.

G Aliquandiu ergo illic à Bolezlao Duce, humanitatis gratia, detentus, Bohemiam adiit, similémque Ladislao Duci, & omnibus suis de adventu suo lætitiam præbuit. Deinde ad Claduranense Cœnobium veniens, fratribus unanimi devotione sibi occurrentibus, solita humilitatis affectione se commendavit; sícque omni festinantia fines terræ suæ ingressus, feria tertia majoris hebdomadæ Michelveldensem locum adiit, ibíque cœnam Domini, debita veneratione, multo fidelium stipatus agmine, celebravit. Nam plures de clero & populo Babebergensi desiderantes angelicam ejus præsentiam, illic occurrerant, & quasi de morte redditum Pastorem piissimum suscipientes omnipotenti Domino, qui per tot pericula salvum eum reduxit, cum lacrymis gratias agebant.

Venit in Bohemiam.

H Igitur sacratissimo Paschali Sabbato diu viduatam sponsam suam amantissimus Pater revisiit, locúmque Teverstatensem ingressus, ibi reverendas sacræ noctis vigilias, more solenni peregit. Manè primo Resurrectionis Dominicæ splendidior solito nobis aurora refulsit, & geminata nos excepit lætitia, tam jucunditate Paschalis festi, quàm etiam adventu pii Ottonis illustrata. Nam universo Clero & populo coadunato, multísque honorabilibus & reverendis aliorum Cœnobiorum Patribus præsentibus, novus nostri temporis Apostolus, destructis apud Barbaros portis mortis, Victor rediens Ecclesiam suam cum triumpho nobili ingreditur,

S. Otho Bam' ergam redit Sabbatho Paschæ.

S. Otho Bambergæ cum processione excipitur.

tur, & cunctis præ gandio flentibus, cum cantu Pascbali, *advenisti desiderabilis*; omni devotione spirituali suscipitur.

A Erat apud omnes gaudium lacrymis intimæ compunctionis permistum, (uti solet esse in charis mortuis resuscitatis) cunctorum voces inedicibili jubilationis suavitate *alleluja* resonabant, strepitu quantum bumanæ aures capere vix possent. Omnibus enim verisimile videbatur, ac si Christum à morte resurgentem susciperent, Deo laudes, Deo gratias, nullo tacente, unanimi psallentium affectu, concrepabant. Omnes reverendam ejus caniciem & angelicam faciem videre gestiebant; cuncti pedes ejus, Evangelio pacis consecratos, exosculari gaudebant. Quibus ille Verbum Dei solita eructans dulcedine, magnalia Domini & conversionem Pomeranicæ gentis narrabat, & cunctorum affectus ad considerandam divinæ pietatis gratiam, illo, quo ipse ardebat, charitatis igne accendebat.

Gaudium ex adventu S. Othonis.

B Exinde incertam bumanæ vitæ metam attendens, illúdque de libro Beati Job assidua meditatione revolvens; *Nescio, quandiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus*; omnia, quæ dudum inchoaverat Cœnobiorum & Ecclesiarum septa, quantocius consummare accelerabat. Sed & necessariis quibusque domicilia & hospitalia pauperum Christi, ùt bonus Paterfamilias, sufficienter accumulare satagebat, ne, si quid in his neglectum foret, de mercede sua subtractum postea doleret. C

D Sed pio Præsule in his partibus toto conamine divinis operibus insudante, antiquus hostis veneno invidiæ tabescens, tot animarum detrimenta sibi in Pomerania succrescere doluit, ideóque bono semini zizania superseminare studuit. Nam duæ præcipuæ illæ civitates Julin & Stetin, instinctu inimici, apostasiam incurrerunt, abjectóque veri Dei cultu, priscis dæmoniorum ritibus se perdendos prostituerunt. Hoc autem quo ordine sit factum; vel qualiter secundo pii Ottonis Apostolatu, per Dei gratiam, mirificè sit recuperatum, tertius liber, Domino annuente, explicabit.

Deficiunt à fide Julina & Stetina.

FINIS LIBRI SECUNDI.

TITULI LIBRI TERTII

DE

DE APOSTASIA DUARUM CIVITATUM JULIN ET STETIN, ET DE ULTIONE DIVINA SUPER EAS FACTA.

CAPUT I.

A Ebbo. Hæc non habentur in edit. Canis.

Cùm infatigabilem Domini ac Patris nostri pii Ottonis Episcopi affectum, quo gloriam & cultum Christi non solùm in Teutonicis, sed & in remotis Barbarorum finibus evangelizando propagavit, assidua meditatione revolverem, nefas judicavi tam laudabilia ejus gesta infructuoso tegi silentio; unde, non præsumptionis, sed potiùs intimæ charitatis spiritu ductus, de secundo ejus Apostolatu in Pomerania, sicut fidelis cooperator ipsius * Udalricus Presbyter S. Ægidii mihi innotuit, scripto tradere curavi. Nam de primo aliàs scriptum est. Legat ergo, qui voluerit; invitum & fastidientem nemo legere compellit.

* De quo Andreas in præfat. hujus operis.

B Beatissimo Patre nostro Ottone, post primum gentis Pomeranicæ Apostolatum ad sedem propriam feliciter reverso, duæ ex nobilissimis civitatibus, id est *Julin* & *Stetin*, invidia diaboli instigante, ad pristinas idololatriæ sordes rediêre, hac videlicet occasione. Julin à Julio Cæsare condita & nominata, in qua etiam lancea ipsius columnæ miræ magnitudinis, ob memoriam ejus, infixa servabatur, cujusdam idoli celebritatem initio æstatis maximo concursu & tripudio agere solebat. Cúmque verbo fidei & baptismi lavacro urbe mundata, per beatum Pontificem idola majora & minora,

Qua de causa Julina & Stetina à fide defecerint. Julina à Julio Cæsare condita.

C quæ in propatulo erant, ignibus conflagrare cœpissent, quidam stultorum modicas idolorum statuas, auro & argento decoratas, clam furari, penes se absconderant, nescientes, quale per hoc Urbis suæ operarentur excidium, sicut & infelix Achan, qui, Hierichuntina Urbe subversâ, auream regulam quinquaginta siclorum cum pallio coccineo, & ducentis argenti siclis furatus est, indéque gravem cœlestis iræ vindictam, & Judaicæ plebis vidit ruinam.

Jos. 7.

D Nam ad prædicti Idoli celebritatem cum provincialibus solito fervore concurrentibus, ludósque & comessationes multiformi apparatu exhibentibus, ipsi dudum absconditas simulacrorum effigies populo inani lætitia resoluto, præsentantes, eos ad antiquum *paganizandi* ritum impulerunt, statímque per hoc divinæ correptionis plagam incurrerunt. Siquidem ludis & saltationibus, paganico more, omni populo occupato, subitò ignis Dei cecidit è cœlo super Apostatricem civitatem, tantáque violentia tota Urbs conflagrare cœpit, ut nemo quippiam de rebus suis eripere valeret, sed animas tantùm suas salvare cupientes, fugâ pernici sæviens incendium vix evaderent. Tandem verò, urbe sua ignis atrocitate deleta, reversi invenerunt Ecclesiam S. Adelberti per Apostolum suum Ottonem illic in meditullio propter raritatem lapidum, firmo lignorum tabulo constructam, ex media parte flammarum vaporibus absumptam, sed mirum in modum sanctuarium,

Ultio divina in Apostatas.

Ecclesia S. Adelberti media ex parte flammis absumpta.

E quod viliori schemate, id est, arundineto contectum fuerat, subter habens pannum lineum oppansum, propter vermiculos ab altari arcendos, omninò ab ignibus intactum remanserat. Quo ingenti viso miraculo, tota plebs in laudem Dei summa clamoris exultatione personabat, asserens procul dubio verum hunc esse Deum, qui in tanta ignis violentiâ, quæ etiam lapides comminuerat, arundinetum suo altari oppansum reservare potuerit illæsum: sicque, advocatis Sacerdotibus Christianis, publicam egêre pœnitentiam; & abjuratis penitus idolis, urbéque sua, prout poterant, reædificata, jugo Christi cervices suas alacri devotione submiserunt. Hoc modo divinæ correptionis plaga salutem in terra eorum est operata.

Ingens miraculum.

F Stetin verò amplissima civitas, & major Julin, tres montes ambitu suo conclusos habebat; quorum medius, qui & altior,

A summo paganorum Deo, *Trigelaus* dictus, * tricapitum habebat simulacrum, quod aurea cidari oculos & labia contegebat, asserentibus idolorum sacerdotibus, ideo summum Deum tria habere capita, quoniam tria procurat regna, id est, cœli, terræ & inferni: & faciem cidari operire pro eo, quòd peccata hominum quasi non videns & tacens dissimularet.

* Trium capitum vel triceps. Triglaff.

B Hac itaque potentissima civitate ad veri Dei agnitionem per beatum Præsulem adductâ, delubra idolorum flammis erant absumpta; duæque Ecclesiæ, una, in monte * Trigelai sub honore S. Adelberti; alia, extra civitatis mœnia, in veneratione S. Petri, erant excitatæ: & ex hoc sacrificia, quæ copioso apparatu & divitiis, sacerdotibus fanísque idolorum exhibebantur, nunc Ecclesiæ Christi vindicabant: unde commoti sacerdotes, & prioris pompæ delicias quotidie sibi decrescere videntes, occasionem quærebant, ut populum ad idololatriam, quæstus sui gratiâ, revocarent. Accidit ergò, mortalitatem magnam civitati supervenire, & requisiti à plebe sacerdotes, dicebant; C abjurationis idolorum causâ hoc eos incurrisse, omnésque subitò morituros, nisi antiquos Deos sacrificiis & muneribus solitis placare studerent. Ad hanc vocem statim conventus forenses aguntur, simulacra requiruntur, & in commune profanus sacrificiorum ritus ac celebritas repetitur: Ecclesiæ Christi ex media parte destruuntur. Cúmque ad sanctuarium plebs furibunda venisset, non ausa ulteriùs progredi, summum idolorum Pontificem sic tumultuoso strepitu alloquitur.

* Triglaff.

Sacrificuli Ethnici famem metuentes, populum ad defectionem sollicitant.

D Ecce, quod nostrûm erat, exeecuti sumus, tuum est istud caput & culmen *Teutonici Dei* pro officio suo aggredi & profanare. Ille autem, arrepta securi, cùm altiùs dextram librâsset, subitò diriguit, & resupinus corruens clamore lamentabili dolorem suum protestatus est. Accurrens vulgus causam doloris requirit. At ille graviter ingemiscens; heu, prô dolor, inquit, quantæ potentiæ, quantæ fortitudinis est *Teutonicus Deus*, & quis resistet ei? Ecce ego, quia sacraminis ejus ædem contingere præsumpsi, quomodo percussus sum. Illis verò attonitis, & quid agerent, inquirentibus; Pontifex eorum: Ædificate, ait, hic domum Dei vestri juxta ædem Teutonici Dei, & colite eum pariter cum Diis vestris, ne fortè indignatus interitum huic loco quantocyus inferat; qui præcepto ejus paruerunt, & usque ad reditum piissimi Apostoli sui Ottonis in hoc errore permanserunt.

Tumultuantis plebis ad præcipuum Popam oratio.

Punitur impius sacrificus.

De liberatione Wirtschachi, & de periculo maris eodem liberato.

CAPUT II.

E SEd interim non destitit Divinæ pietatis providentia, quæ semper conversionem errantium desiderat, paterna eos lenitate redarguere, per quemdam potentissimum de civibus suis Wirtschachum nomine, mirabiliter ab hostium captivitate & maris periculo liberatum, quod nullatenus silentio prætereundum est: maximè cùm per absentem licèt beatissimum Pomeranicæ gentis Apostolum, tam evidens miraculum Christi operari sic dignatus. Siquidem Orientalis est regio Barbarorum Pomerania, habens ex latere Provinciam Danorum, mari interjacente; tantáque est maris latitudo utramque dividens regionem, ut, qui in medio navigans serenissima die positus fuerit, vix Provincias has ad instar minimæ nubis considerare valeat.

Vide edit. Canis. cap. 13.

F Hic itaque civitatis Stetinensis gloria ex divitiis inter suos opinatissimus, frequenter in Provinciam Danorum navigare, & prædam ex ea agere solebat: sicut & illi è contra in Pomeraniam crebras incursiones piraticas faciebant. Sed eo tempore, quo civitas sua apostasiam, ùt prædiximus, incurrerat, idem præpotens vir Wirtschachus, copioso sex navium apparatu, Danos sibi infensos petebat; & non prævisas incidens insidias, cum omnibus suis captus est; sociísque crudeliter strangulatis, ipse solus carceri traditur, collo, pectore, manibus, pedibúsque gravi catenarum nexu, quæstus duntaxat gratia, compeditus.

Wirtschachus civis Stetinensis ditissimus.

Capitur à Danis.

G In hac arctissima reclusione positus, singulísque momentis, quando ad mortis atrocissimum supplicium traheretur, suspectus, piissimi Apostoli sui memoriam revolvere cœpit, à quo ipso dudum de sacro Christi fonte susceptus erat, & salubri lacrymarum imbre perfusus, hanc supplicem Domino ex omnibus cordis medullis profudit orationem: *Domine Deus omnipotens, qui nos ad cognitionem nominis tui per os sancti Patris nostri Ottonis Episcopi venire tribuisti; miserere & succurre mihi in hac tribulatione, per ejus beatissima merita, qui me licèt indignum de sacro novæ regenerationis lavacro suscepit, ut, si vera sunt omnia, quæ ex ore ejus de tua inæstimabili pietate audivi, nunc in tam horrenda mortis imagine positus experiar, & tuo munere absolutus, deinceps ab hac piratica invasione desistam, tuæq; religioni debita devotione jugiter inhæream.*

Oratio ejus ad Deum.

H Hæc cùm dixisset, ex multa mœroris & inediæ defectione in somnum resolutus est, continuóque dilectum Apostolum suum Ottonem cernit Pontificali infula redimitum adstare, & virga pastorali latera dormientis pulsare. Qui attonitus & præ gaudio lacry-

S. Otho apparet Wirtschacho.

A

Liberatur ex vinculis ope S. Othonis.

ctymans, hac flebili voce eum compellat. O Pater sancte, & serve Dei vivi, quis te sic inopinatum his appulit oris? At ille; *propter te*, inquit, *veni: surge quantocius, & sequere me.* Cui captivus; *quomodo*, ait, *Domine pater surgam tantis catenarum nexibus irretitus?* Tunc Pater benignus, signo Crucis edito, erexit eum, statimque vincula ejus, cœlesti virtute, dicto citiùs, soluta ceciderunt in terram. Cui servus Domini: *Ecce*, ait, *absolvit te Christus, cui credidisti. Memento, ut, cum redieris in terram tuam, omnibus civibus tuis legationem meam proferas. Gravem quippe offensam Dei incurrerunt pro eo, quòd cultu ejus neglecto, priscis idololatriæ sordibus se polluere veriti non sunt: &, nisi quantocyus resipiscant, cælestis iræ vindictam aut hic, aut in futuro seculo multipliciter incurrent.* His dictis evanuit ex oculis ejus.

B

At ille concitus egrediens, cursu rapidissimo venit ad mare. Sed, quid ageret, dubius intra semetipsum variis cogitationibus æstuabat dicens: *Ecce Deus per merita beatissimi patris mei Ottonis absolvit me: sed quomodo tanta maris spatia sine navi transibo?* Hæc animo volvens in tetræ noctis silentio, aspicit modicam coram se naviculam littoribus sine vectore appulsam; in qua non nisi unus homo gnarus & exercitatus in his, vehi posset; quam sine cunctatione ingressus, pelago se committit, sola fide munitus, & hæc secum reputans: *Satius duco in profundo maris, si sic necesse est, * introire, quàm denuò cruentas hostium manus incidere: qui, si me, quod absit, in hoc littore comprehenderint, novis & inauditis cruciatibus laniatum crudeliter strangulabunt.*

Divinitus offertur ei navicula.

** Interire.*

C

Sed adscendente eo in naviculam statim Dominus ventum validissimum misit in mare, qui eum sine mora ad littus Stetinensis civitatis sine remige perduxit. Et egressus ad terram, cum lacrymis Deo omnipotenti, & beatissimo Patri suo Ottoni debitas gratiarum actiones exsolvit, maximóque civium suorum gaudio & admiratione susceptus, omnem jacturæ & ereptionis suæ ordinem eis exposuit: qui etiam in testimonium miraculi hujus, naviculam ipsam in portæ Urbis introitu suspenderunt. Sed à malis incitati sacerdotibus, legationem pii Doctoris sui spreverunt in eodem errore durantes, quoad usque Præsul ipse denuò eos visitans, ad viam veritatis revocaret. Quod, quo ordine factum sit, subsequens narratio declarabit.

Sine remige transfretat.

Venit Stetinum.

Liberationis suæ modum exponit.

De secunda profectione S. Ottonis ad Pomeranos Apostatas.

CAPUT III.

D

Ebbo.

IGitur electus Dei Pontifex audiens inimicum bono semini zizania superseminâsse, non est passus Stetinenses claudicare in duas partes, Domino & idolis serviendo; sed, petita benedictione à Domino Apostolico Honorio, & serenissimo Rege Lothario, Barbarorum fines rursum adire disposuit, tam pro Apostatis ad sinum Ecclesiæ revocandis, quàm etiam pro alia gente, videlicet *Noim* dicta, quæ necdum nomen Christi audierat jugo fidei subigenda.

E

Anno Christi 1128.

F

Præparatis itaque paterna provisione abundanter vitæ necessariis, pluribus etiam verbi ministris & cooperatoribus, religione & industria pollentibus, accitis, in Cœna Domini sacratissima, mox post confectionem Chrismatis & Missarum solennia devotè peracta, jejunus ac sandaliis, sicut altari adstiterat, ornatus, claro Crucis vexillo, iter Prædicationis arripuit, juxta quod scriptum est; *quàm speciosi pedes Evangelizantium bona.*

Altera S. Othonis in Pomeraniam profectio.

Rom. 10.

G

Omnibus ergo filiis suis amantissimum patrem lacrymis prosequentibus, & prospera ei supplici affectu imprecantibus, ipse fide armatus, & galea salutis munitus civitatem inimici expugnare ac destruere aggressus, primam mansionem habuit in curia Babenbergensis Ecclesiæ, quæ Growze dicitur, ubi authenticum * Mandatum suis, more solenni, celebravit. Sequenti verò die post officii & sepulturæ Domini celebrationem, inde digressus ad urbem antiquam, vocabulo Kirchberg devertit: ubi Sabbatum sanctum Paschæ & ipsam Dominicæ Resurrectionis diem summa devotione peregit. Feria secunda Paschæ monasterium noviter à se constructum Regenherestorff expetiit, quod & feria III. Paschæ in honore S. Joannis Baptistæ debita cum veneratione dedicavit, multum se iterque suum beato Joanni, intimo Patrono suo, commendans.

** Intelligit pedum lotionem die Cœnæ Domini fieri consuetam.*

H

Post hæc tota Paschali hebdomada, in possessionibus Ecclesiæ Schidingen & Mucheln, pro necessariis viæ sumptibus aggregandis, occupatus, insignem illam Saxoniæ metropolim Magdeburg adiit, ubi à dilecto suo * Noriperto Archiepiscopo honorificè susceptus est. Sed quia semper gloriam sequitur æmulatio, idem Archiepiscopus cernens eum de tam longinqua regione ad officium Prædicationis supervenire, & pudore actus, quòd ipse in civitate gentium Barbararum positus, nihil tale aggredi præsumpsisset, invidia stimulante, pium doctorem aliquandiu retardare voluit. Sed ipse fervens in spiritu, nullatenus à bono proposito revocari potuit.

** Norberto.*

Itaque petita ab eo benedictione, postera die * Abelbergensem † Episcopatum petiit, quod tunc paganorum crebris incursionibus ita destructum erat, ut Christiani nominis vix tenues in eo reliquiæ mansérint. Nam ipsa die adventus ejus civitas vexillis undique circum posita, cujusdem

** Havelbergense.*
† Episcopium.

A idoli *Gerovitt* nomine celebritatem agebar. Quod vir Domini ut advertit, corde tenus pro tali errore compunctus, urbis mœnia ingredi recusavit. Sed, ante portam consistens, Widikindum ejusdem loci Dominum, accersivit, & cur hanc idololatriam exerceri pateretur, objurgavit: qui protestatus, plebem Archiepiscopo suo Noriperto rebellem, eò quòd duriori servitutis jugo eam subjugare tentaret, nullo modo cogi posse fatebatur, ut ab eo doctrinæ verbum susciperet. Sed priùs mortis occasum, quàm servitutis hujusmodi onus subire paratam esse. Ideo verò idem Widikindus supplicabat Episcopo, ut eidem civitati errorem suum panderet ac absolveret; dicens, moodis ejus, multò ardentibus plebem, quàm Archiepiscopi sui jussionibus obedire: qui stans

Solennitas Ethnica. De isto Gerovito infrà, cap. 8. fortè legendum *Herovito*. S. Otho Dominum loci objurgat ob tolleratam idololatriam.

B in edito ante portam civitatis, omni populo conduoato, Verbum salutis prædicabar, & abdicationem hujus sacrilegæ celebritatis facilè apud eos obtinuit, protestantibus, etiam, baptismi gratiam sub alio Archiepiscopo promptа voluntate suscepturos. Pius verò Prædicator eidem Witikindi magnam auri quantitatem & conjugi ejus Psalterium precinsum, solita usus benevolentia tribuit; ibique diversa itineri necessaria cum trigiota plaustris comparavit.

S. Othonis concio ad Havelbergenses.

Fructus concionis. Munera data Witikindo.

C Deinde à Witikindo exquirere cœpit, si ducatum sibi per regionem suam, sicut in Merseburgensi oppido, coram gloriosissimo Rege Lothario ei spoponderat, præbere paratus esset: qui abnuens, respondit, eum per terras hostium suorum paulò pòst transiturum, ideóque ducatum ei præbere non posse, ne fortè satellites sui ab eisdem hostibus capti & jugulati interirent. Tum Pater amabilis, fortissima Dei mano super se invocata, cœpti itineris cursum aggressus est.

D Erat illic vastissima silva, quâ diebus quinque traosmissâ, venit ad stagnum miræ longitudinis, ubi homuncionem parvæ insidentem naviculæ contemplatus, copiosam ab eo piscium multitudinem comparavit; sed ipse, mirum dictu, argento multo, aliisque speciebus sibi propositis, nihil precii, nisi taotùm sal accipere consensit. Dicebat enim se septennio panem non gustasse, sed piscibus tantùm & aqua stagni illius vitam alere inopem. Siquidem captâ à Duce Polonia Provinciâ, ipse cum uxore sua fugiens, securi & ascia sua assumptâ parvam in medio stagni ipsius plaoitiem invenit, ubi ædificata domuncula, securè habitabat, tantámque siccatorum piscium multitudinem æstivo tempore congregabat, ut tota bieme superabundaret: quibus etiam condiendis non parvam salis quantitatem à bono prædicatore coëmit.

Piscator pro venditis piscibus salem petit, repudiatis nummis; Ejusque re.

Erat etiam illic barbarorum natio, quæ *Moriæ* vocabatur. Hæc, auditâ beao Præsu- lis opinione; ultrò se fidei Sacramentis ab

E eo imbui expetebat: sed ipse vir prudens & sagacissimi ingenii, ad Noripertum, Archipræsulem suum, eos dirigebat, dicens; illicitum esse super alienum fundamentum ædificare, se potiùs ad remotiores gentes, edicto Domini Papæ & literis Wortizlai Ducis Pomeraniæ evocatum. At illi; Magdeburgensem se nolle sequi protestantes: quia gravissimo servitutis jugo eos opprimere niteretur, ei, tanquam pio Dei servo cervicem cordis humiliter submittere, & dictis ejus per omnia obedire pollicentur.

Saxones subjecti Archiepiscopo Magdeburgensi petunt baptismum à S. Othone.

F Quorum devotionem intuens, benignè respondit, se quidem interim ad gentes sibi commissas tendere; sed post earum conversionem, si in hac voluntate persisterent, auctoritate & permissu Domini Papæ, atque voluntate & consensu Noriperti Archiepiscopi, eos impigrè visitaturum.

De adventu ejus ad urbem Timinam, & de apparatu bellico.

CAPUT IV.

G Igitur veniens ad Urbem Timinam maximum illic belli apparatum fintilémque Luticensium incursionem reperit. Nam Luticenses, quorum civitas cum fano suo, à gloriosissimo Rege Lothario, zelo justitiæ, nuper erat igni tradita; urbem Timinam vastare, civésque ejus captivare nitebantur: sed ipsi eis utiliter resistentes Wortizlai Ducis auxilium requirebant. Dux verò beato patri nostro adventum suum illic præstolari mandaverat, quem etiam per biduum, non sine periculo capitis sui intra hostiles discursus expectabat. Ipsa verò die adventus Præsulis eximii, Timinenses ante portam conventus forenses agebant. Sed quia civitas in valle posita erat, ipso de montibus cum tam copiosa triginta plaustrorum apparatu descendente, plebanimis tumultuoso hoc perterrita fonitu hostiúmque cuneos super se arbitrata irruere, urbem quantocius ingredi, seque ad resistendum præparare molitur.

Ebbo. Dammin. *Damina* seu *Demina*.

Luticenses oppugnant Timinam.

Implorant opem Ducis Pomeraniæ. Timinenses terrentur adventu S. Othonis.

H Appropinquante servo Dei, nihil armorum io circuitu ejus, sed potiùs vexillum Crucis deprebendit, statimque pium Ottonem, fama apud eos celeberrima vulgatum, agnoscentes, alacri devotione occurrunt, mœniáque civitatis intrare deposcunt, qui renuens urbem idololatriæ sordibus pollutam ingredi, ante portam, fixis tentoriis, habitabat; interimque accersitos ad se primates plebis ad fidei Christianæ & lavacri salutaris gratiam, mira prædicationis dulcedine provocabat. Sed antiquus hostis cernens illic Dominica lucra, suáque detrimenta succrescere, invidiam ergà Dei famulum habitam celare non passus est: sed immisso quodam fallaci terrore, eum à finibus illis propellere nisus est. Sequenti etenim nocte, Dux Pomeraniæ in auxi-

Ponunt timorem.

Timinenses occurrunt S. Othoni. Figit tentoria ante portam.

Vide lib. 3. cap. 3. vitæ à Canis. edit.

A auxilium Timinensium cum duobus exercitibus, id est, navali & equestri supervenit: & equestris exercitus prior occurrere debuerat, sed ventus rapidissimo cursu navim impellens, celeriùs litori appulit. Equestris verò exercitus postea veniens, sociámque turmam, quam se tardè secuturam sperabat, illic inveniens, suspicatus est hostilem cuneum se incurrisse, eò quòd tetra noctis ingrueret caligo; statímque clamor confusus & tumultus importabilis utrimque exoritur, universus pii Præsulis comitatus nimio terrore perculsus, ad fugam semet invicem cohortantur, affirmante Domino Albino, interprete Viri Dei, paganorum Luticensium adesse catervam, & jam cæde miserabili Duces exercitum laniare.

Albinus Interpres S. Othonis.

B Doctor verò eximius eundem Albinum, religiosum Presbyterum, illuc celeriter pro investiganda rei veritate transmisit: qui flumini cunctus se injiciens, eò quòd natandi peritus esset, pacata jam omnia reperit, quia exercitus illi cives se tandem recognoverant, & diabolico errore se præventos asserebant.

Gaudium Ducis Pomeraniæ ob præsentiam S. Othonis.

Dux autem Wortizlaus de adventu pii Pastoris ultrà, quàm credi potest, gratulatus, mandat ei sine mora, in ulteriorem sibi ripam occurrere, dicens: divini esse miraculi, quòd bidun ibi inter tam crebras hostium discursiones illæsus permansit. Et re vera, nisi validissima Dei protectione, tanquam scuto inexpugnabili, obumbratus fuisset, cum omni suo comitatu, nullo resistente, interisset.

C Mox autem, ut terris dies est redditus, Dux cum exercitibus suis rebellium Luticensium terras invadens, cuncta ferro & igne vastat. Ad vesperam verò magna præda onustus rediens, charissimum sibi Patrem Ottonem debita cum reverentia Uznoim perduxit; ubi opportunam manendi & prædicandi quietem babebat; statímque in festivitate Pentecostes generale Principum Regni sui colloquium in eodem loco indixit, ubi convenientibus Timinensis civitatis, aliarúmque Urbium primoribus, sapienter eos ad suscipiendum Christianæ fidei jugum provocabat. Ipse enim in pueritiâ suâ captivus erat in Teutonicas regiones abductus, atque in oppido Merseburgensi baptismi gratiam consecutus: Sed, inter paganos vivens, ritum Christianæ legis exequi non poterat, ideóque gentem, cui præerat, fidei jugo subjici, ardenter desiderabat.

Usdom.

Qualiter Dux Wortizlaus suos ad colloquium vocaverit, & ad fidem Christi exhortatus sit.

CAPUT V.

D Confidentibus ergò Principibus, Dux ita exorsus est: *Cernitis dilectissimi, quomodo Pater hic beatissimus etiam canicie venerandus pro salute vestra, omnem gloriam & magnificentiam, quam apud suos habebat, reliquerit, & cum periculo capitis sui longinquas sibi ignotásque adiit regiones, nec propriis sumptibus, nec canis suis, pro Dei amore, parcens, sed in morte animam suam ponens, ut vos à morte ad vitam revocaret: arduam, difficilémque nimis hanc peregrinationem subire non dubitavit. Antea quidem multi verbum Dei his partibus annuntiantes venerunt, quos instinctu Satanæ occidistis, è quibus etiam nuper unum crucifixistis, sed ossa ejus, Capellani, Domini mei Episcopi, dignâ reverentiâ colligentes, honorificè tradiderunt sepulturæ.*

Oratio Ducis ad suos subditos.

E

Usdonenses interfecerunt nonnullos Evangelii prædicatores.

F *Hunc autem reverendissimum Dominum meum Episcopum, fama celeberrima ubique vulgatum; non sic tractare debetis, nec potestis, quia * Missus est Papæ, & dilectus Domini nostri Lotharii Regis invictissimi. Nam & ipse Romani Imperii Princeps, & cuncti primates, loco Patris eum venerantes, consiliis ejus per omnia obedire satagunt. Unde sciatis procul dubio, quia si quidquam molestiæ aut controversiæ ei à vobis irrogari Dominus Rex audierit, sine mora cum exercitu superveniens usque ad internecionem delebit vos, & terram vestram. Non est meum ad hanc vos religionem cogere; quia, ut ex ore Domini mei Episcopi audivi, non vult Deus coacta servitia, sed voluntaria. Quapropter unanimi consilio inter vos secretò convenientes salutis vestræ causam agite, & quali devotione hunc reverendissimum Dei servum, vestrúmque Apostolum suscipiatis, in commune decernite.*

* Legatus Quis & quantus Otho Episcopus.

G His auditis, Principes, & natu majores opportunum huic colloquio locum petentes, diu multúmque ancipiti sententia nutabundi obertabant, præcipuè sacerdotibus idolorum, quæstus sui gratiâ, contradicentibus: sed pars sanioris consilii affirmabat, infinitæ nimis esse insipientiæ, cùm omnes circumjacentium nationum provinciæ totúsque Romanus Orbis Christianæ fidei jugum subiêrit, se velut abortivos, gremio sanctæ matris Ecclesiæ abalienari, meritóque diligendum Christianorum populum, qui per tot annorum curricula eos sibi rebelles pertuleris, patienter exspectans conversionem eorum; nimísque verendum, si ampliùs jugum ejus detrectaverint, cœlestis iræ importabilem sese vindictam incurrere.

Audita oratione Ducis deliberant, quid facto opus.

H Tandem divinâ præveniente clementiâ, unanimiter cultum idolorum abdicârunt, & fidei jugo colla submittentes, baptismi gratiam flagitare cœperunt. Quo audito, pastor piissimus flens præ gaudio, positísque genibus, intimas Deo gratiârum actiones exsolvit.

Idololatriam deserunt.

A *Quomodo Udalricus Presbyter, & Albinus interpres* Hologoſt civitatem adiêrunt, & de periculo evaſo.*

* Wolgaſt.

CAPUT VI.

Ebbo. Vita à Caniſ. edit. lib. 3. cap. 5.

MOx igitur in eâdem civitate baptizatis Principibus univerſis, binos & binos è Presbyteris ſibi adhærentibus, ad alias urbes, ante faciem ſuam, præmiſit, ut populo converſionem Principum, ſuúmque adventum denunciarent: quorum duo, id eſt, Udalricus religioſus Presbyter S. Ægidii, & ſuprà dictus Albinus, interpres viri Dei, opulentiſſimam civitatem Hologoſt dictam, adiêrunt, ubi à matrefamilias, uxore ſcilicet Præfecti urbis, honorificè ſuſcepti ſunt, ita, ut pedes eorum ſumma humilitatis devotione lavaret; ſtatímque, menſâ appoſitâ, copioſiſſimis eos dapibus reficeret, mirantibus eis & admodum ſtupentibus, quòd talem in regno diaboli humilitatis & hoſpitalitatis gratiam meruiſſent.

Quàm humaniter Wolgaſti excepti fuerint.

B Tandem finita refectione, Dominus Albinus matremfamilias ſecretiùs alloquens, indicavit ei cauſam adventus ſui, & qualiter ad colloquium *Uznoim habitum cuncti Principes, abdicata idololatriæ ſordibus, Christi gratiam induerint. Hæc illa audiens, adeò expavit, ut terra procumbens diu ſemianimis remanſerit; quam in aqua refocillatam Dominus Albinus requirere cœpit; cur Dei gratiam adeò exhorruiſſet; cùm magis lætari debuerit, quòd Deus viſitavit plebem ſuam mittendo ei tam idoneum Verbi miniſtrum. At illa, non pro hoc, ait, obſtupui, ſed magis pro nece veſtra, jam jámque imminente, contremuit cor meum. Nam magiſtratus civitatis hujus cum omni plebe propoſitum C habet, ut, ubicunque apparueritis, ſine retractatione occidamini: & hæc domus mea ſemper quieta & pacifica omnibus peregrinis ſupervenientibus hoſpitalis fuit, nunc verò ſanguine veſtro contaminanda erit re vera. Nam ſi aliquis magiſtratuum introitum veſtrum hunc deprehendit, hac hora domus mea obſidione vallabitur, & ego infelix, niſi vos tradidero, igni, cum omnibus meis concremabor.

* Uſdom. Albanus cauſam adventus pandit. Mulier præ pavore corruit.

Cauſa hujus rei.

Jam decretum fuerat, ut trucidarentur.

D Aſcendite ergo in ſuperiora domus meæ, ibique latitate. Ego miniſtros meos cum exuviis veſtris atque caballis ad remotiores villas meas dirigam, ut, ſi venerint inquiſitores, liberè vos excuſare poſſim, cùm nec indumenta veſtra, nec caballi apud me deprehendantur. Illi verò piæ ejus proviſioni gratias agentes, fecerunt, ut docti erant: ſtatimque miniſtris caballos eorum & veſtes abducentibus, poſt modicum plebs furibunda irrupit, omniáque ſcrutatores, peregrinos illic ingreſſos violenter ad mortem expetebant. Quibus materfamilias; fateor, ait, domum meam ingreſſi ſunt, & ſufficienter refecti velociùs abiêrunt; & ego, qui vel unde eſſent, aut quò tenderent, explorare non potui. Sequimini autem, & forſan comprehendetis eos. Illi verò, ſi, inquiunt, abiêrunt, vanum eſt, eos inſequi: ſed viam ſuam pergant, & ſi denuò hic apparuerint, morti ſe procul dubio involvendos ſciant. Et ſic inquiſitio eorum, Dei nutu, ceſſata eſt: ſervíque Dei Udalricus & Albinus in ſolario matronæ illius, velut alterius Raab, abſconditi latuerunt.

Abſconduntur in ædibus fœminæ.

E Plebs furens impetum facit in ædes. Quæ cluſa receſſit.

De cauſa inquiſitionis eorum.

CAPUT VII. F

Sefridus. Vita à Caniſ. edit. lib. 3. cap. 4.

POrrò fama facti repentè in univerſam Provinciam vulgatur, villas & vicos in ſtudia diverſa conſcindens, aliis dicentibus, quis benè eſt; aliis autem dicentibus, quia non: ſed magis ſeductio Magnates apprehendit. Ipſi verò ſacerdotes idolorum non minima cauſa hujus conſciſſionis erant, appoſiti eis, quibus diſplicebat, quod factum fuerat; ſua nimirum lucra ceſſatum iri non ignorantes, ſi cultura dæmonum illîc aboleretur. Unde modis omnibus rem præpedire moliti, varia calliditatis ſuæ argumenta viſionibus, ſomniis, prodigiis & variis terroribus confinxerunt. quin etiam in Hologoſta civitate, quò tunc proximè adventurus nunciabatur Epiſcopus, ſacerdos, qui illic idolo miniſtrabat, nocturno tempore vicinam ſylvam ingreſſus, & in loco editiori ſecus viam, inter condenſa frutcum, ſacerdotalibus indutus adſtabat, & mane ſummo quendam ruſticum de rure ad forum gradientem his alloquitur.

Sacrifici Idololatrici obſtant converſioni ad fidem.

Idque variis technis.

Lepidum commentum cujusdam Popæ.

Heus tu, inquit, bone homo? At ille G reſpiciens in eam partem, unde vocem audierat, inter virgulta perſonam candidis indutam, quamvis dubia luce videre cœpit & timere. Et ille; Sta, inquit, & accipe, quæ dico. Ego ſum Deus tuus, ego ſum, qui veſtio & graminibus campos, & frondibus nemora, fructus agrorum & lignorum, fœtus pecorum, & omnia, quæcunque uſibus hominum inſerviunt, in mea ſunt poteſtate. Hæc dare ſoleo cultoribus meis, & his, qui me contemnunt auferre. Dic ergò eis, qui ſunt in civitate Hologoſtenſi, ne ſuſcipiant Deum alienum, qui eis prodeſſe non poſſit; moneo, ut alterius religionis nuncios, quos ad eos venturos prædico, vivere non patiantur.

Fictitius Deus.

H Hæc ubi attonito ruricolæ Dæmon viſibilis edixerat, ad denſiora nemora ſeſe contulit impoſtor. Ruſticus verò: quaſi de oraculo ſtupidus, corruens, pronus adoravit in terra. Deinde abiens in civitatem, con-

Ruſtici ſtupor.

A

Quid viderit, nunciat.

Popularo jam concitato admiscet se ipsemet impostor.

cœpit annuntiare visionem. Quid plura! Credidit populus, iterum atque iterum circumdantes hominem, eadem sæpiùs narrare cogebant, moti videlicet monstri novitate. Postremò, ac si nescius omnium, advenit Sacerdos, indignationem primò simulans, quasi de mendacio, deinde attentiùs audire, & obtestari cœpit hominem, ut vera tantùm narrans, nullo figmento populum soliciraret. At ille, ùt erat rusticanæ simplicitatis, manus tendere, oculos ad cœlum levare, magnisque juramentis & forti protestatione rem ita se habere asserens, etiam locum ipsius apparitionis se ostensurum pollicetur. Tunc Sacerdos conversus ad populum, vanè suspirans: En hoc est, inquit, quod toto anno dicebam. Quid nobis cum alieno Deo? quid nobis cum religione Christianorum? Justè movetur & irascitur Deus noster, si post omnia benefacta ejus stulti & ingrati ad alium convertimur. Sed ne iratus occidat nos, illis irascamur, & occidamus eos, qui nos seducere veniunt.

Populum in illusione confirmat.

B

Psalm. 63.

Decreta contra S. Othonem & comites.

Quod dictum cùm placuisset omnibus, firmaverunt decretum, ut, si Otto Episcopus, vel quispiam de societate ejus civitatem intraret, sine mora occideretur. Item, *firmaverunt sibi sermonem, nequam* scilicet, ut si noctè vel clam intrantes quisquam tecto reciperet, simili sententiæ subjaceret. Et hæc agentes, multis opprobriis, & verborum injuriis religionem nostram blasphemantes deridebant.

De periculo Clericorum in eadem civitate, & de uno ad templum fugiente.

CAPUT VIII.

C

Sefridus.

Itaque urbem ingressus, Duce fideliter ac strenuè ad omnia cooperante, semen sparsit Evangelii, & dura incredulorum corda placidæ Prædicationis unguento paulatim detumescere faciebat. Interea quidam de sociis nostris, Udalricum & Albinum de latibulis suis emergentes, & junctos nobis timorem suum referentes deriserunt, & quasi eis insultantes securiùs se habere cœperunt, & longiùs à suis digressi, fana etiam idolorum, Episcopo sermonem exhortationis protrahente, speculatum vagabantur.

D

Populus contra comites S. Othonis congregatur.

Verùm quidam maligni homines, apud quos radix paganismi adhuc valentiùs vigebat: En, inquiunt, isti explorant, quomodo templa nostra incendant; & congregantes se in platea, etiam arma portare & fustes cœperunt, & qua transituri videbamur, nobis obviam stare. Udalricus autem intuens illos eminus & subsistens, non advertitis, inquit, hos non sine causa convenire. Nam & turbulenter se habent, & arma habent omnes: & prioris periculi recordans: Nolo, inquit, toties tentare Deum meum: & conversus illò, ubi Episcopum dimiserat, redire cœpit, aliis omnibus eum sequentibus, præter clericum quendam, nomine Theodoricum; qui longiùs ante illos progressus, jam fores delubri tenebat.

E

Pedem referunt Udalricus & alii.

Unus ex clericis ad delubrum pergit.

Videntes autem pagani, qui convenerant, illos atrepta via reversos, persequi quidem eos non audebant; sed ad illum Clericum interficiendum omnes accurrunt. Quo viso, ille aliud, quò declinaret, non habens, fanum ipsum audacter, quamvis exterritus, intravit. Erat autem illic clypeus pendens in pariete miræ magnitudinis, operoso artificio, auri laminis obtectus, quem contingere nulli mortalium liceret, eò quòd esset illis nescio quid in hoc sacrosanctum, ac paganæ religionis auspicium, in tantum, ut nunquam, nisi belli solummodo tempore, à loco suo moveri deberet. Nam ùt postea comperimus, Deo suo * *Gerovito*, qui lingua Latina *Mars* dicitur, erat consecratus, & in omni prælio victores sese, hoc prævio, confidebant.

F

Quem plebs insequitur. Ipse ad fanum fugit. Clypeum arripit, & eo Plebem fugat.

G

* Cramerus Prædicans lib. 1. Chronici cap. 19. dicit, Wolgastensibus fuisse duo idola: Herovitum & Barovitum; hunc pro Mercurio: illum, pro Marte habitum. Videturque hic legendus: *Herovito.*

Clericus autem vir acris ingenii, dum metu mortis in templo huc illúcque diffugeret, telum aliquod vel latibulum quaeritans, clypeum corripuit, & amento collo injecto, levâque loris inserta, in medium turbæ furentis è janua prosiliit. Rustici verò prodigialem armaturam videntes, partim in fugam conversi, partim etiam quasi exanimes facti in terram cadunt. Ille autem projecto clypeo versus hospitium ad socios currere cœpit, & pedibus timor addidit alas. Cúmque anhelans & pavidus ad suos pervenisset, de ipsa hujus trepidatione, & eorum, qui præmissi fuerant, triduana occultatione, apud omnes, præcipuè verò apud Episcopum & Ducem, tota nocte illa, jucunda erat narratio. Monuit tamen pius Pater filios suos, & discipulos, propter insidias latentis inimici, ut se circumspectè agerent. Tam diu ergo mansit in loco illo disputans ac suadens de regno Dei, quousque omnis populus fidei Sacramenta suscipiens, fana sua destrueret, & Ecclesiæ sanctuarium cum altari præpararet. Quod Episcopus consecrans Joannem Presbyterum eis ordinavit, & ut reliquam Basilicæ fabricam post suum discessum promoverent, admonuit.

Rustici partim fugiunt; partim obrigescunt.

S. Otho monet suos, ut cautè agant.

Convertuntur Holgastenses.

NOTATIO.

H

Observatione dignum est, multis ad septemtrionem populis fuisse idola, quorum nomina in syllabam *Vitus* desinerent: ùt hic *Gerovitus* vel potiùs *Herovitus*: *Barovitus*, & nominatissimum illud simulacrum apud Rugianos, incolas urbis Arconæ, *Suantovit*, seu *Suantovitus*. Carenzæ *Rugevit*, Item, *Viet ld*,

Quæ

A Quæ omnia ejusdem originis videntur; quam indicat Crancius lib. 5. cap. 18. Daniæ ita scribens: *Erat in urbe* (Arcona) *simulacrum horrenda superstitione ab universa natione cultum;* Suantoveit *appellavêre. Nam à S. Vito occasionem idololatriæ cepêre. A memoria enim Divi Ludovici primi, cùm operante Anschario, Corbeiensi primùm Monacho, deinde Hamburgensi Archiepiscopo, fides in Dania plantaretur; eodem Cœnobio egressi & alii fratres, exemplum Anscharii secuti, in Wandalis Verbum vitæ disseminaverunt, ubique patronum loci sui Vitum commendantes novæ plantationi. Ex qua occasione, cùm postea fidem rejicerent, patroni memoriam servârunt; sed illa abusi, statuam pro numine, Martem pro Deo habere cœperunt.*

B Similia de natalibus *Suantoviti* Saxo Grammaticus, lib. 14. Historiæ Danicæ; qui accuratè formam, opes, ritúmque colendi hujus simulacri, & tandem eversionem ejus describens, hæc etiam commemorat. *Quibus,* (lignis) *dum artifices coaptandis intenderent, frustrà his rebus operam dare asseverabat* (Rex Daniæ) *sperato citiùs urbem* (Arconam) *capturos. Interrogatus, quonam id augurio deprehensum haberet; ex hoc potissimùm augurari se dixit, quòd Rugiani quondam à Carolo Cæsare expugnati, sanctúmque Vitum Corvegiensem* (Corbeiensem) *religiosa nece insignem, tributis colere jussi: defuncto victore, libertatem recipere cupientes, servitutem superstitione mutarânt, instituto domi simulacro, quod S. Viti vocabulo censuerunt. Ad cujus cultum,* C *contemptis Corvegiensibus* (Corbeiensibus) *pensionis summam transferre cœperunt, affirmantes, domestico Vito contentos, externo obsequi non oportere. Quamobrem Vitum veniente sui solennis tempore, eorum mœnia turpaturum, à quibus tam similem monstro figuram acceperit, meritò namque eum ab his injuriarum pœnas exigere debere, qui venerabilem ejus memoriam sacrilego cultu complexi fuerunt.* Hæc & plura de hoc idolo Saxo: Et certè nomen ipsum *Suantovitus*, seu *Schuantovitus* originem testatur; Est enim idem, quod *sanctus Vitus*, in cujus tutela Monasterium Corbeiense erat, & ex quo in Daniam, & loca vicina primitus Christianæ fidei Prædicatores processerant. Nec dubito alia vocabula ex eodem fonte derivari, ùt *Herovitus* sit *Her veit*, ab hero, vel si mavis, ab Exercitu: & reliqua etiam apertè *Viti* nomen præferunt.

De legatis Marchionis Adalberti de Saxonia.

CAPUT IX.

D

Sefridus. Fdit. Canis. lib. 3. cap. 8. Cura Marchionis Adelberti pro S. Othone.

Cum ea gerebantur, legati Marchionis Adalberti de Saxonia supervenêre, opera & statum Episcopi studiosè inquirentes. Marchio enim cùm esset amicus valdè & familiaris Episcopo, E in gente barbara hunc periclitari metuebat. Unde, si opus haberet, præsidium ei, & opem ferre cupiebat. Affuêre simul ipsius Episcopi Oeconomi, & procuratorum nuncii, aurum, argentum, vestes quoque & alia necessaria ei deferentes. Ut enim suprà dictum est, licèt Evangelium annuncians de Evangelio vivere deberet, ipse nihil horum uti volens, suis se tantùm usibus transigebat. Igitur legatos omnes apud se ibi tamdiu detinuit, quousque videndo & audiendo discerent, quid de ipsius operibus aut statu referre deberent.

F Porrò baptizatis omnibus tam viris quàm mulieribus totius civitatis, ad dedicationem altaris ac sanctuarii jam surgentis Basilicæ, multa exultatione populi, devotus Præsul accingitur, omni studio & diligentia ipsi facto decorem, & reverentiam procurans, quatenus de amissione prioris fani, vel celebritatis minimè dolerent melioris solennitatis tripudio, & melioris fabricæ ornamento consolati.

De seditione sacerdotum Idolorum facta.

CAPUT X.

G

Ebbo.

Et re vera jucundum erat spectaculum, cùm simulacra miræ magnitudinis, & sculptoria arte incredibili pulchritudine cælata, quæ multa boum paria vix movere poterant, abscissis manibus & pedibus, effossis oculis, ac truncatis naribus, per descensum cujusdam pontis igni cremanda trahebantur, adstantibus idolorum fautoribus, & magno ejulatu, ut Diis suis succurreretur, ac iniqui patriæ subversores per pontem demergerentur, acclamantibus: aliis verò sanioris consilii è contra protestantibus: quia, si Dii essent, semetipsos defendere possent; sed cùm ipsi taceant, nec de loco, nec fracti moveantur, omni sensu ac vitali spiritu penitus carere probentur.

Ingens magnitudo idolorum.

Cremantur idola.

H Sacerdotes verò idolorum seditionem conflare moliebantur, quæstus sui gratia. Nam, ùt in Daniele Propheta legimus, quotidie fercula & pocula diversi generis copioso apparatu simulacris illis vasta mole prominentibus exhibebantur: quæ omnia sacerdotes cum amicis suis clanculò ingressi absumebant.

Dan. 14.

Sed non prætereundum videtur, quid miraculi in destructione fanorum ipsorum apparuerit. Subitò enim adstante populi frequentia, insolitæ magnitudinis muscæ, quæ nunquam in terra illa visæ sunt, magno impetu ex delubris idolorum proruperunt, & tanta densitate omnem civitatis ambitum operiebant, ut pœnè lucem diei terra caligine obdu-

Muscæ nunquam antea visæ ex fanis evolant.

A obducere viderentur: sed & oculos & labra universorum nimia importunitate vexantes, non parvum horrorem adspicientibus ingerebant. Sed cùm violentis manuum percussionibus abigerentur, nihilominus tamen diutiùs insistebant: donec fidelibus laudes Dei concrepantibus, crucisque vexillum circumferentibus, invisum monstrum portis apertis evolans, terram Barbarorum, qui Rutheni dicuntur, pernici velocitate petiit. Unde, cunctorum sapientum judicio definitum est, non aliud hoc portenti genus, nisi dæmonum expulsionem præsagire, qui Christianismi coruscantem per novos Doctores gratiam non ferentes, negata sibi in his regionibus mansione, Ruthenos, pagano adhuc errore irretitos, adière.

Fugantur circumlato crucis vexillo.

B

De Mitzlao rectore civitatis, & de factis ejus.

CAPUT XI.

Sefridus. Edit. Canis. lib. 3. cap. 9. S. Otho cæremonias dedicationis populo explicat.

INter agendum verò, quid ipsa dedicatio, vel, quid singula opera dedicationis significare haberent, rudi populo Antistes exposuit, præcipuè verò, ut Mitzlaum ipsius civitatis Principem, quem pridem in Pentecoste cum aliis Primatibus Uznoimiæ baptizaverat, & in eo cæteros erudiret, de omnibus his alloquitur; sacramentum dedicationis ad animam cujusque fidelis pertinere, sufficienti sermone demonstrans, quæ sancti Spiritus templum efficit, vel in cujus C corde Christus per fidem inhabitat. Deinde sermonem ad ipsum Principem ex toto convertens. Tu es, inquit, fili charissime, vera domus Dei, tu ipse hodie dicandus & dedicandus es, omnipotenti Deo, creatori tuo, ut emunis ab omni alieno possessore, Ipsius tantùm mansio fias, atque possessio. Non ergò impedias dedicationem tuam, fili charissime. Nihil enim prodest istam, quam cernis, domum foris dedicari, nisi etiam dedicatio ipsa ad cordis tui sanctificationem proficiat.

Mitzlaus ab Episcopo cupit instrui.

Ille verò exhortatione compunctus, ait; Et quid est, Pater sancte, quod me jubes facere, ut dedicatio ista in me compleatur? D Episcopus autem intelligens adesse spiritum. Ex parte, inquit, fili Domus Dei esse cœpisti: fac, ut ex toto sis. Jam enim idololatriam fide commutâsti, baptismi gratiam consecutus. Nunc sequitur, ut fidem operibus exornes, impietates, oppressiones, rapinas, homicidia & fraudes penitus devites. Postremò, quidquid tibi fieri ab alio non vis, alii ne feceris. Captivitates, quas habes, absolve omnes, quòd si non omnes, vel eos certè, qui Christiani sunt, tuæ fidei consortes.

Quid S. Otho à Mitzlao postularit.

Tum ille parùm hæsitans; Durum, inquit, mihi est, Pater, dimittere omnes; quia

Tergiversatur Mitzlaus

magnis rationibus ac debitis quidam ex eis mihi detinentur. Tunc Episcopus; debita, inquit, pro debitis dimitti & sermo Evangelicus, & Dominica suadet oratio. Sic enim omnium debitorum tuorum apud Deum certam remissionem consequeris, si omnes debitores tuos in ejus nomine absolvis. At ille altiùs ingemiscens. En, inquit, in nomine Domini JESU omnes absolvo; & secundùm verbum tuum dimissis peccatis meis, dedicatio ista hodie in me compleatur. Et vocans ministrum, qui super captivos erat, omnes dimitti præcepit.

E de captivorum dimissione.

Instat Episcopus.

F Erat autem inter eos adolescens nobilis filius cujusdam potentis de * Datia. Iste, absolutis aliis, in cavea quadam subterranea vinctus cippo & catenis tenebatur, eò quòd Pater ejus quingentarum librarum debitor hunc vadem posuisset. Cúmque de absolutione captivitatum, de obedientia & religione Mitzlai Principis multa esset tam populo, quàm Episcopo, & omnibus, qui aderant, in Domino exultatio & ad consummationem dedicationis ministri ac sacerdotes alacriter festinarent, & necessaria præpararent, habitis omnibus, vas cum cineribus, quod ad aram positum erat, inveniri non potuit: cúmque ministri commistionem salis & vini & cinerum facturi, de non inventis cineribus turbarentur; Udalricus sacerdos correpta concha vicinas domos unam vel duas scrutatus, in eis cinerem non invenit. Deinde ad tertiam currens, cryptam quamdam subterraneam, in qua prædictus adolescens in abditiore parte claudebatur, intravit. Sed captivus per fenestram manu porrecta, & sonitu facto, currentem sacerdotem ad se vocat, rogans, ut pro sui liberatione, Episcopo significet.

* Dania.

Adolescens Danus captus.

G

Supplicat Udalrico sacerdoti pro liberatione.

H Sacerdos verò correptis cineribus properanter ad Ecclesiam rediit, & opperiens Episcopo, aliisque fratribus, de illo captivo insinuat. Episcopus verò, quamvis misericordia moveretur; tanta, inquit, præstitit nobis, ut ampliùs eum gravare rogando non audeam: tamen, ne gaudium festi hujus aliqua ex parte claudicet, super hujus quoque miseria Dei misericordiam invocemus: & conversus ad Orientem cum ministris, quasi hora una preces fudit ad Dominum. Deinde sacerdotibus ait: seorsum accipite Mitzlaum, & quàm modestiùs potestis, super hoc verbo exhortamini. Quod cùm facerent; Mitzlaus ait: In hoc uno homine parcat mihi velim prudentia vestra. Nam pater ejus majoribus mihi debitis adstrictus est, quàm ut gratis absolvi possit. Sufficiat vobis, quòd tantos absolvi. Tunc illi, re vera, inquiunt, multum est, quod fecisti. Miratur hoc Dominus Episcopus: miramur & nos. Nec in longo tempore à Christianis tale quid in terra nostra comperimus, unde & Dominus noster Episcopus, & omnes fratres gratias tibi referunt, & honori

Udalricus rem defert ad Episcopum.

Episcopus per Sacerdotes ad Mitzlaum

A nori te habent, & semper babebunt. Deóqne omoiporenti, cujus te servum exhibuisti, quò de omoibus vicem sibi rependat, devotè suppllcabunt. Nam & Dominus Episcopus tam magni pendit, quod fecisti, ut ultra quidquam rogare te, iojurism puset. Unde, quasi parceos dilectioni tuæ, ore proprio rogare te vereeundatus est. Sed noveris io veritate, qnoniam, quo pacto te ipsum vincens, hoc bonum cæteris suis merltis superaddere posses, magna tibi gratia, magnáque reeompensatio apud Deum cumularetur. *Magnus* etenim *Dominus Deus noster, & magna virtus ejus:* morisque illi cùm sit, pro parvis magna restiruere, quantò magis pro magnis maxima? Quòd si hoc magnum & difficile tibi pro ipso feceris, non sioe mercede maxima ab eo indonatus remanebis.

Psalm. 146.

B Sed quid multis? ingemit homo, tactúsque ab intus spiritu pietatis, totus solvitur io lacrymas Deinde cum ipsis Clericis ad Episcopum tendens: Eo, ait, Pater sanctissime, in ista quuque petitione Deum meum & te servum ejus, Dominósque meos sacerdotes ministros tuos honorabo, quin imò pro oomine Domini mei JESU corpus meum & omnia mea, si ratio postulaverit, devotus impendam. Et jubens adduci vinctum ferro & catenis ooeratum, flentibus omnibus, qui aderaot, io hostiam & oblationem Deo aræ imposuit, petens sibi remissionem peccatorum, à Domino pro ipso recompensari.

Benignitas Mitzlai.

C Ita ergò io plenitudioe gaudii spiritualis tota illa Ecclesia fervente & laudes Deo super universis bonis ac doois ejus concinente, dedicatio consummatur; omnésque alii, exemplo Mitzlai Priocipis, vias suas correxeruot unusquisque ab injustitiis & violentiis seu oppressiooibus suis temperando, & vi ablata proximis suis restituendo.

De pavore Pomeranorum, & quomodo per Episcopum liberati sunt.

CAPUT XII.

D Ecclesia igitur proficiebat & crescebat; &, licèt iovidente diabolo, ambulans in timore Domini Spiritu sancto replebatur. Sed hostis antiquus damna sua non ferens, opera Dei turbare molitus, validis terroribus universam provinciam coocussit. Nam Boletzlaus Dux Polonorum invictissimus, in multa fortitudine & copioso militum apparatu, de terra sua veniens, jam in ipsis terræ Pomeraniæ terminis castra metatus ferebatur, in furore gravi terram ipsam ingressurus. Audierat enim, quòd post priorem beati Ottonis prædicationem, nec pacti secum fœderis, nec susceptæ religionis jura, servare curarent. Insuper compertum babebat, quòd eæ civitates, quæ pridem conversæ fuerant, cum his, quæ conversæ noodum fuerant, remissi tributi veniam aspernari, suíque mediatoris obliti, viribus suis se deinceps tutos fore confiderent, munitionibus & castris, bellica vi complanata fuerant, ex magna parte hoc intervallo reparatis. Unde, quasi justam commotionem habens Dux, iterum eos cooterere veniebat, suæque ditioni subjugare.

Sefridus.

Edit. Can. lib. 3. cap. 9.

Rumor de appetente bello Pomeranos percellit.

E Expeditio Boleslai Ducis Polonorum in Pomeranos.

Quod illi audientes, missísque sæpius atque remissis exploratoribus, exercitum jam in proximo cognoscentes, multùm ubique trepidare cœperuot, partímque fugere, ac res suas ad loca muoita deferre, partim etiam arma cootrà movere, finésque suos defendere meditabantur. In ipso tamen articulo, utpote à Deo inspirati, omnes quasi oves ad pastorem, sic ad Episcopum confugientes, quid facto opus esset, consilium quærebant. At ille pietatis visceribus afflueos Ecclesiam rudem ac neophytam bellico tumultu vexari perniciosum sciens, de divina misericordia, simul etiam de Boletzlai Ducis amicitia non vanè præsumens, bellum simul & causam belli, si modò coosiliis ejus parere velint, dissolvere pollicetur.

Pomerani confugiunt ad S. Othonem.

F Quo audito, illi prudentiam & sanctitatem Doctoris sui attendentes, nec sinistrè casurum arbitrati negotium, quod ille in timore Domini suscepisset, communi decreto semetipsos & omnia sua consilia ejus sapientiæ commiserunt.

G Assumptis igitur Clericis Pater venerabilis, sarcioas quidem & omnem supellectilem suam ibi relioquens, obviam se parat exercitui, junctis sibi viris honorabilibus de terra, qui à Duce objectis respondere, & omnibus controversiis decidendis hinc inde exortis possent sufficere. Ubi ergò ad castra venit, à Duce hooorabiliter susceptus est, mirúmque dictu, quàm facilè divinis eloquiis, ejus feritate delinitâ, ad omne, quod volebat, Principem ioclinaverit. Ille námque multùm protestabatur, non alia ex causa hoc tempore bellum contra eos suscepisse, quàm ob injuriæ Dei omnipotentis ultionem, & mutui fœderis ruptiooem: quia & Christianismi jura, plerísque in locis, rediviva paganitate, violâssent.

S. Otho it obviam Duci Boleslao.

Excipitur S. Otho à Duce.

H Episcopus ergò hæc omnia emendatione dignissima fassus, legatósque aliquantulum pro his objurgaos, ad pristinæ compositionis pactum, partem revocat utramque, sese tunc temporis, quemadmodum & nunc, pacis mediatorem extitisse commemorans. Placabat autem maximè Ducem Poloniæ Uratizlai Ducis fides & devotio ab Episcopo laudata: quia in priori & secunda prædicatione æquè fidelis inventus, multa bona prædicatoribus ostendisset. Stetinensibus verò, quòd aliqui ex eis ad errores pristinos revoluti essent, divinæ iodignationis ac suæ, illis mandat non defore vindictam, nisi quantocius apostasiæ immunditias congrua diluant satisfactione, indulgentiâ petitâ Doctoris.

Fides Ducis Waratislai placat Ducem Poloniæ.

Dux

A Dux itaque talibus modis à beato viro mitigatus, licèt oimis murmurantem exercitum, utpote prædæ avidum, versis aquilis, ad sua redire præcepit.

Dux Poloniæ domum revertitur cum exercitu.

B Porrò Episcopus voti compos, cum legatis rediens, attonitis gregibus suis, optatæ pacis & securitatis ouncium reportavit: & quantum illi pridem de metu belli mœstificati fuerant, & coocussi, in tantum alacres facti sunt, & in fide Christiana fundati; sanè Doctori suo adscribentes patriæ liberationem: servúsque Dei magnificatus est vehementer, in terra Pomeranorum. Ille verò nibil meritis suis tribuens, tantò se bumiliorem apud Deum & homines exbibuit, quantò sine illius auxilio se nil posse sciebat: dimitténsque nuncios, de quibus suprà dictum est, Marchioni & Saxonibus gratias egit pro bona voluntate, de Dei operibus & de suo statu, mandans, quæ audissent, & vidissent, ad Dei gloriam domi narrare.

S. Otho trepidis Pomeranis pacis nuncium adfert.

De Verania insula & gente barbarissima.

CAPUT XIII.

C ERat autem Uznoimiæ illis diebus Dux pariter & Episcopus. Est autem Insula quædam ooo longè à civitate illa, habens mare interjectum, quasi itinere unius diei, *Verania* oomine. Sed loci hujus incolæ duri erant & barbari, singulari feritate crudeles. Hi prædicatione beati viri dudum compertâ, omnia, quæ de illo dicebantur, aspernati, mortem ei, si ad eos veniret, minabantur. Sed quò ampliùs duras eorum minas audierat, eò ampliùs io animo suo fixum habebat, illò ire, sperans ibi martyrii coronam se adepturum. De hoc verò eum Duce & aliis familiaribus suis, dum consilium tractaret, propter immanitatem periculi ab omnibus dissuasus est: quod ægerrimè ferens, ingeniosiùs agere cœpit, quomodo se, nescientibus eis, illò proriperet.

Sefridus. Edit. Canis. cap. 10.

Feritas Incolarum Veraniæ Insulæ.

S. Otho cogitat clam petere Veraniam.

D Hoc sentientes illi, cautiùs eum observabant, nullámque secreti opportunitatem, quò id aggredi posset, ei concedebant: salutem illius, vitámque longiorem multis utilem ac necessariam memorantes. Verùm desiderii magnitudine nihil bujusmodi rationum audire potuit, illos modicæ potiùs fidei arguens, ac pusillanimitatem eorum increpitans, fidem Christianam factis magis firmandam ajebat, quàm verbis, satísque inertes æternæ vitæ Prædicatores, qui pro illa vitam præsentem expendere formidarent. Et quid, inquit, fieret, si in his barbaris nationibus evangelizantes pro Christi nomine omnes occumberemus? Nimirum gloriosior esset prædicatio, quæ martyrum sanguine firmaretur. Sed, ô dolor, de tanto fratrum oumero, oec unus, puto, dignus habebitur, morte sua de vita, quam speramus, perhibere testimonium. Atqui verbis talibus verecundia orta est trepidantibus.

E

De Udalrico sacerdote illuc directo evangelizandi gratia.

CAPUT XIV.

F UDalricus autem venerabilis sacerdos constantior effectus, sciens boc etiam seni placere, buic se periculo intrepidus offerebat, Comitem tantùm & viæ ducem postulans. Accepta igitur benedictione paraturam sacerdotalem, calicem quoque & librum, & cætera, quæ faciendæ Missæ ratio postulat, assumens, navem conscendit. Sed nos videntes fratrem oostrum unicè charum solum ad martyrii palmam properantem, cùm debortari eum non auderemus, viam ejus lacrymis uberioribus prosecuti sumus; qui boris quasi tribus prosperis flatibus navigans, ferè jam ab oculis oostris ablatus fuerat. Et ecce tempestas oritur, veotísque contrariis ratem buc, illúcque pellentibus, viam tenere noo potuit: sed ad littus, unde exierat, post multam fatigationem appulsus est.

Sefridus. Edit. Canis. cap. 10. Udalricus offert suam operam pro Verania insula.

Rejicitur Udalricus ad littus, unde solverat.

G Ille verò tametsi tempestatis injuria, & imbribus desuper irruentibus, & procellis navem deorsum implentibus, totus esset madidus, víxque spirare videretur, à cœpto desistere noluit, neque ad terram exivit; sed, sedens in navicula, tranquillitatem maris exspectabat. Interim aquam de navi vasculo projiciens. Ventis itaque paululùm sedatis, iterum navigare cœperunt, iterúmque simili modo impeditus est. Tertia quoque vice ire tentans, sed nihilo minùs oocte ac tempestate ingruente, ponti sævitiam vix, & quasi per miraculum evasit. Tempestas verò intra septem dies non cessavit.

Navem non exit, exspectans maris tranquillitatem. Iterum fortunam tentat. Quin & tertiò.

H Intellexit ergo vir Dei, Veranos Evangelicæ gratiæ indignos, currénsque cum clericis discipulum, quasi de palæstra coronatum, de litore ducit ad tectum, super ipsius constantia, fideique magnitudine Dominum benedicens. At ubi cœnatum fuit, fratres de navigatione Udalrici jocari cœperunt: Et quis, inquiunt, si periisset bomo, reus bomicidii teneretur? Adalbertus autem interpres, cui maximè factum displicuerat, quis justiùs, inquit, homicidium lueret, quàm is, qui hunc ad tale periculum direxit? Verùm Episcopus, quamvis ab eodem fratre de hoc verbo antè pulsatus fuerit, oihil motus, ad Evangelium se convertit, & exemplo Domini JEsu discipulos, quasi oves inter lupos mittentis, factum suum defendit. Quis enim, ait, homicidii reus tenebatur, discipulis, qui à Domino mittebantur, interfectis? qui oves ad lupos misit, profectò à lupis oves devorandas

Semper frustra.

In Udalrici navigationem joci quorundam.

Quid S. Otho?

A dais scivit. Devocatæ sunt oves à lupis, interfecti sunt Apostoli à Tyrannis.

Dein parabolam banc facto suo coaptans, plenæ rationis doctrina discipulos animavit, dignisque exhoctationibus in gaudio spirituali maximam partem noctis expendit. Ec manè facto, quidnam agerent, vel quò diverterent, ioter se tractabânt. Verùm haud diu outabundi, quod superfuit de opere in agro Domini, colonì fideles inter se distribuunt: aliis cetro ad Timinam, aliis autem ad alia loca evangelizandi gratiâ divertentibus.

Daminam.

De Apostasia Stetinensium, & quo modo Episcopus illuc ire volens prohibitus sit.

CAPUT XV.

B

Sefridus.

Clerici obstant, ne Episcopus Stetinum abeat.

EPiscopus verò ad Stetinam iter proposuit cum ministris suis de Apostasiæ oequitia in spiritu vehementi arguere superbos: Sed Clerici, qui cum ipso ituri erant, Stetinenses barbaros, & crudeles agnoscêntes, suæ pariter & illius saluti metuebant. Unde, ne illuc veniet, adhortantur studiosiùs: cúmque illi molesti essent: *Video*, ait, *tantùm ad delicias venimus: quidquid asperum vel difficile occurrit, totum declinandum judicamus.* C *Sed, esto; nam ad gloriam martyrii sicut nullum cogere volo, ita, si posset fieri, omnes vos hortari vellem. Rogo autem, si juvare non vultis, saltem ne me impediatis: suæ vitæ potestatem habet unusquisque. Liberi estis vos; liber & ego. Dimittite me mihi, obsecro.* Et ejectis omnibus, sese in cubili suo usgue ad Vesperam in oratinnem dedit.

Quibus obsistit S. Otho.

D Deinde vocat puerum familiarem, præcipiens, ut clausis undique ostiis, à se omnes dimoveat, nullúmque admittat sine ipsius conscientia. Quo facto secreti sui compos fugam meditatur: itineralia induitur, succiogitur, indumenta sua sacerdotalia cum libro, calice aliisque utensilibus in mantica ponens, omnia in humeros levat, tectúsque umbra ooctis, clam nescientibus cunctis, incomitatus urbem egreditur, viam carpens, quæ vergit Stetinam. Cúmque adspexisset huc atque illuc, & oullum se comitari videret, lætus & alacer de prosperitate furti, Deum benedicens, matutinale inchoat officium, gliscens & prosperans totum iter nocte illa complete; cúmque oocturnus viator viam ardenter carperet, hora noctis decima jam instabat; Clerici autem è diversis stratis consurgentes, cùm ad dicendas matutinas se colligerent, quidam ex eis, suspenso gradu, ad cubiculum pergunt Episcopi, utrum dormiat, an invigilet, vel quid agat, explorare cupientes. Verùm ubi propiùs propiùsque admoti Episcopum oon inveniunt, consternati sunt animo, & diligenter omnia scrutantes, cubicularium ipsum & alios, qui juxta erant, crebrò sciscitantes, quod factum fuerat, tandem ediscunt. Quid multis? Turbantur omnes, aliíque pedibus, alii verò adscensis equis huc illúcque Pontificem quæsituri discurrunt; factóque mane, hi, qui in equis fuerant, directo colle ac concito gradu, versus mare, viam insequuntur abeuntis & abeuntem consequuotur.

S. Otho clàm se subducit, ut Stetinam abeat.

E

Clerici clandestinum abitum S. Othonis deprehendunt.

Insequuntur clerici fugientem Episcopum.

F At ille, ubi eminus venientes jam intraturus naves agnovit, turbatus est valdè, & altiùs ingemiscens, heu, inquit, Domine JESU, unice DEI, unice Virginis, dulce nomen spei meæ, nunquid me fraudabis à desiderio meo? fac oro, ut hi, qui veniunt, aut mecum eant, aut me à proposito meo non impediant. His dictis, illi accurrebant, móxque ab equis desilientes, pedibus illius prosternuntur. Sed quid? prosternitur & ipse: levant illi; levat & ipse: flebant; flebat & ipse; vocémque mœror & tristitia, & his & huic diutissimè intercludit. Tandem post multas lacrymas in hanc vocem senior mœstus erupit; *ad quid venistis? redite, quæso, ad hospitium: & ego pergam viam, quàm cœpi. At illi, absit*, inquiunt, *sufficit nobis hæc tam grandis confusio: amodò te nequaquam deseremus. Si redire vis, læti redibimus tecum, sin autem progredi mavis, tecum progrediemur. Sed placeat sanctitati tuæ consilium nostrum. Redeamus, pariter ad fratres, & ad pueros nostros hodie: cras, ecce, coram Deo loquimur, sive in vitam, sive in mortem tecum veniemus.*

Assequuntur.

Quomodo tandem illuc pervenerit, & quæ pericula illic invenerit.

CAPUT XVI.

G

Sefridus. Edit. Canis. cap. 12.

S. Otho Stetinam revertitur.

TAli ergo pacto Episcopus cum eis reversus, crastino die, omnibus se comitantibus, eandem viam ingreditur, adscensáque oavi, prosperis flatibus Stetinam vecti sumus. Hominès de civitate inter se divisi erant, aliis adhuc in fide manentibus, aliis autem ex majori parte ad paganismum reversis. Fuit autem Basilica ante introitum civitatis in area spaciosa, quam ipse in priori profectione dedicaverat; quam ingressi, hospitari cœperunt.

H

Diversi affectus ob adventum Episcopi.

Fideles igitur de adventu Episcopi gaudebant; infideles autem turbabantur, præ omnibus autem oefandi sacerdotes furere, & furorem in turba excitare festinaot; adeò, ut collectâ manu armatorum, Ecclesiam undique cingerent, & insanis tumultibus debacchantes; ædem ipsam convellendam, & omnes, qui ibi erant, cum magistro interficiendos clamarent. Episcopus verò martyrii avidus, Pontificalibus se induens, arma sua, crucem tollit & reliquias; Psalmósque

Arma S. Othonis Crux, Reliquiæ, hymni, psalmi.

A que ac hymnos cum Clericis personans, agooem suum Domioo commendabat. Barbari verò, audito cantu, mitsti sunt valdè, quòd quasi io articulo mortis positi cantare potuissent, & auscultantes, mutuóque se invicem respicientes, virtute, ùt puto, Verborum iocantati, clemeotiùs se habere cœperunt, & jam noo viribus, sed ratione magis opus esse dicebaot ad talia recipienda, vel etiam propulsanda. Dein sapientiores quique super his cebus ipsos sacerdotes secretiùs cooveniunt, ipsorum esse dicentes, coogruis rationibus religionem suam defendere. Talia ioter se mussicantes, paulatim singuli ad sua digrediuntur. Erat autem sexta feria. Et Episcopus cum suis illa die Sabbatóque jejuniis & orationibus, sacrísque meditatiooibus usque in Dominicam intensiùs operam dabat.

Stetinenses mitescunt nonnihil.

B

De impietate sacerdotis impedientis Episcopum, & de correcta populi multitudine.

CAPUT XVII.

C

Sefridus. Edit. Canis. cap. 16.

Cúmque omnes conticuissent, & verbum exhortatioois pars maxima libenter audiret; ecce uous sacerdotum vir Belial, plenus furore, pinguis & procerus, in medium turbæ sese fortiter intrudens, * combuceam suam manu gestabat, spiránsque & anhelans usque ad ipsos gradus accessit, levatáque maou semel & bis columnam graduum vehementissimè percussit. Dein clamore magno, & verbis, nescio quibus, contumeliosè prolatis, silentium mandat loquenti, suæque vocis *grossitudine* magnum tooans, sermonem interpretis & Episcopi pariter oppressit, populóque ait: *Sic, ò insensati, stulti & inertes, quare decepti & incantati estis? Ecce hostis vester; & hostis Deorum vestrorum, quid exspectatis? Feréntne impunè contemptum & injuriam?* Omnes autem incedebant hastati.

*Baculum, seu pedum.

Seditiosa concio cujusdam Ethnici sacrificuli.

D Ait ergo: hæc dies omoibus erroribus fioem imponet; omnésque adhortaos, sigillatim quosque, de quorum maligoitate certus erat, propriis oominibus compellabat: Et quicúnque spiritu vesano agitabantur; quibúsque familiare fuit, audacter magis, quàm consultè rem agere; ad dicentis vocem inflammati, hastas levant: quas, dum ad jaciendum vibrant, actu rigent io ipso, mirúmque dictu; nec hastas jacere, nec dimittere dextras, vel de loco moveri poterant. Stabaot igitur, ùt simulacra, immobiles, fidelibus & religiosis facti spectaculum. Quotquot enim erant iofideles & maligni, qui à fide Christianismi defecerant, & in infidelitate sua pertinaci dementia stantes, impias manus cootra servum Dei levaverunt, hac pœna tam diu mulctati stabant, quousque io sua fide bohi firmaren-tur, & illi à pravitate cordis per pœnam corporis corrigerentur. Nam & Episcopus, arrepta miraculi occasiooe: *Cernitis*, inquit, *Fratres, quanta sit potentia Domini. Certè, ùt video, divinitus ligati estis. Quare non demittitis dextras? Quamdiu in hoc nisu apparebitis!*

Miraculum.

Obrigescunt infideles.

E

Oratio S. Othonis ad Stetinenses.

F Illi autem, oescio, an præ confusione, aut præ stupore, nihil respoodebant. Tunc ille; En, ioquit, Dii vestri, pro quorum religione certatis, si quid possuot, auxilientur vobis. Sed & iste vester tumultuosus sacerdos iovocet oune Deos suos, super vos, det consilium, det auxilium: si quid oovit, si quid potest, jam tempus est. Ille verò jam dudum eventu rerum stabat attonitus, jam ulteriùs oec mutire præsumens, cúmque ingenti pavore omnes silerent, Episcopus miseratiooe tactus; *Gratias*, ioquit, *tibi Domine JESU Christe, qui potentiam fortitudinis tuæ, cùm tempus est, ad terrendos adversarios, & ad protegendos servos tuos, exercere soles: Sed, quia pius & misericors es, ignosce, rogamus, ignorantiæ sive temeritati populi hujus, & usum corporum suorum, quo, te ligante, privati sunt, solita illis miseratione restitue.*

Gratiarum actio.

Et precatio pro adversariis.

G Quo dicto, crucísque sigoo ad eos facto, effectus orationem mox insecutus est, & subjungens; *En*, inquit Episcopus, *si audire hactenus noluistis, tangite saltem, & sensu ipso probate, quanta sit misericordia Dei nostri, quanta sit Veritas fidei; quam prædicamus vobis;* Et loogiùs de judicio & misericordia Dei, & de præsentis vitæ incerto & perseverantia æteroorum profuodè disputans, conterritos in Sioo peccatores erudivit, tandémque medicamioe salutaris eloquii, aliquantulùm mansuefactos benedixit & cœtum dimisit. Descendens verò de gradibus Ecclesiam S. Adalberti cum fidelibus zelo zelatis pro domo Dei visitavit, ac præmissa inibi oratioois solennitate, altare abomioationis fregit, comminuit & ejecit, factáque recooiciliationis emuodatione fracturas Basilicæ suis impensis emendari fecit.

Signo crucis liberat divinitus punitos.

Adit Ecclesiam S. Adalberti.

De pueris in plateis ludentibus.

CAPUT XVIII.

H

Sefridus. Edit. Canis. cap. 17.

Cúmque sæpius eaodem frequentaret Ecclesiam, quodam tempore pueros in platea ludentes iovenit; quos dum liogua barbara salutâsset veluti coojocando illis, etiam Crucis signo in nomine Domini eos benedixit, & paululùm proœdens animadvertit, quòd universi, relictis lusibus suis, visendi studio, collecti à tergo sequuotur Episcopum, hominum ignotorum, ùt est mos illi ætati, aspectum, habitúmque admiranti.

S. *Otho pueros signo S. Crucis munit.

A

Colloquium Episcopi cum pueris.

Substitit homo Dei, & circumfusos blandè alloquens sciscitatur; si aliqui ex eis baptisma percepissent. Illi, sese mutuò respicientes, cœperunt invicem prodere, qui fuerant ex eis baptizati: quos Episcopus seorsum vocans, quærit ab eis, si voluntatis eorum sit, tenere fidem; quæ ad baptismum spectat, vel non? Illis autem, se tenere velle, constanter affirmantibus: Episcopus; Si, inquit, Christiani esse vultis, & fidem servare baptismi, istos non baptizatos, & infideles pueros, ad ludum vestrum admittere non debetis. Qui statim, juxta Verbum Episcopi; similes cum similibus congregati pueri baptizati, non baptizatos à se abjecère, & abominari cœperunt, nulla eis ludi societate communicantes. Itaque videre pulchrum erat, quomodo hi de professione Christiani nominis gloriantes, familiariùs agere, & avidiùs intueri, & audire Doctorem etiam inter ludos suos; illi autem, quasi de infidelitate confusi & exterriti longiùs stare solerent. Sed Pater optimus, & credentes miti sermone ad fidem pleniùs pro ipsorum capacitate instruxit; non credentes verò ad credendum tam diu exhortabatur, quousque se baptizari, & Christianos fieri omnes flagitarent.

Pueri baptizati segregant se à non baptizatis.

B

De consilio majorum, & fidelitate Witschaci.

CAPUT XIX.

C

Sefridus. Edit. Canis. cap. 18.

INterim verò majores natu & sapientiores quique de rebus istis altiùs inter se tractaturi consederant, & à mane usque ad medium noctis huic deliberationi vacantes de salute propria & totius populi, de statu civitatis & conservatione patriæ, secundùm prudentiam seculi, diligenter disputabant: præcipuè autem universa, quæ Ottonis erant dicta vel facta, diligenter trutinabant, & mediante Spiritu sancto, in hanc sententiam omnes communiter cedunt, ut funditus exstirpata idolorum cultura, ex integro se religioni Christianæ submittant; atque in hoc verbo consilium solvunt.

Stetinenses redeunt ad sanam mentem.

D

Witschachus, de quo suprà cap. 2.

Witschacus autem, qui omnibus his interfuerat, nocte ipsa cum paucis ad Episcopum veniens, optatum nuncium affert, omne consilium ei breviter insinuans. Dein etiam collectis ad Episcopum Clericis & aliis familiaribus, omnia, quæ audierat, quæque in concilio de ipso dicta fuerant, scilicet ordinem liberationis ipsius, qui loquebatur, & de miraculo, quòd hastas vibrantes contra Episcopum, pridie obriguerant; &, quòd adhuc latebat Episcopum, quando ad Ecclesiam cum ministris per plateam præparatus incedebat, tantus splendor vestium apparuit, ut maligni homines, qui ad eum necandum ex insidiis veniebant, nimiæ claritatis aspectu in fugam, territi ac turbati, versi fuerint; denique virum illum, virum Belial sacerdotem, qui ei concionanti ad populum, impedimento fuerat, ab ipsis civibus ejectum nunciat. Porrò apud eos ejus liberalitatis & eleemosynarum inæstimatæ largitiones, & captivorum redemptiones, quódque sine magna recompensatione nullius eorum opes vel substantiam oblatam contigerit, suis impensis sese atque suos transigens, etiam Basilicas exstrueret, destructásque reædificaret, omnia hæc quantæ venerationis, quántæve admirationis habita sint, cum gaudio referebat.

E

F

Apostatæ reconciliantur Ecclesiæ. Revirescit Christianismus.

Igitur de mane consurgens Episcopus, & cum gratiarum actione Missas celebrans, convenientes cives iterum alloquitur, & pronos atque obedientes ad omnia invenit. Quicunque enim apostasiæ sese vitio inquinaverant, Spiritus sancti virtute faciente, compuncti per manus impositionem in fonte lacrymarum suarum loti, Ecclesiæ suæ reformantur. Pueri verò, & quicunque Sacramentum Baptismi nondum erant consecuti, baptizantur, fana destruuntur, Ecclesiarum fracturæ solidantur, & si quæ destructæ fuerant, reparantur. Omnis ergo populus, jam quasi vir unus, id ipsum sapiebat in Domino; gaudet Episcopus, lætantur Sacerdotes, *magnificata sunt in consilio justorum opera Domini.*

De insolita Piscatura.

CAPUT XX.

G

Edit. Canis. cap. 19.

PRæter hanc autem spiritualis lætitiæ occasionem, divina bonitas illi civitati etiam de inopinato corporale commodum exhibuit. Nam immensæ molis ac magnitudinis rombonem circa portus & naves se ostentantem, piscatorum manus ad littus ejecit in mense Augusto, cùm tamen in locis illis, captura talis non nisi vernali tempore occurrat; ex cujus carnibus ac pinguedine omnes cives capiunt, & Episcopo, cujus meritis hoc munus adscribebant, plus quàm absumere cum omnibus suis possent, apportant.

De incisione nuceæ arboris, & periculo Episcopi.

CAPUT XXI.

H

Sefridus. Edit. Canis. cap. 20.

VEruntamen lætis eventibus tentatio non defuit. Nam cùm delendis & exstirpandis fanis idolorum & sacris diligentiùs insisteret Episcopus, etiam arborem Nucis mirandæ pulchritudinis idolo dicatam, ne scandalo esset rudibus, volebat incidere. Vicini autem, qui umbra ejus & amœnitate sæpius delectati fuerant, ne incideret eam, rogabant. Porrò agri possessor

Læta miscentur adversis.

A *Obstant ne nux incidatur Admodum solenne erat Ethnicis grandes frondosas & umbrosas arbores numinum instar colere. De quo vide Serarium lib. 3. Rer. Mogunt. Notat. 19.*

sessor vehementiùs irasci atque indignari cœpit, aliísque modestè agentibus, hic minis & clamoribus longiùs assistens furorem evomuit. Itaque quasi paululùm furore sopito, silenter à tergo accedit, nullóque sperante, securim bellicam utrísque manibus levans, caput Episcopi ferire ausus est. Sed illo præsentiente, atque in partem se rapiente, bipennis, casso vulnere, in trabem pontis, juxta quem stabant, perlata est tam fortiter, ut à feriente reduci non posset. Accurrunt omnes, comprehendunt, trahunt, tradunt infelicem illum, &, nisi per interventum Episcopi, eâdem securi trucidâssent.

B *Objectio Tiemonis.*

Tiemo. Hic fortè, bic aliquis grunniet malevolus auditor. Nam & ego quoque miror, si ita est, ut asseris; qui aliàs ad martyrii palmam ultrò se ingerere paratus fuit, quòd hunc tam validum ictum non suscepit. Qui enim toties mortem appetiit, dicet aliquis, quare nunc venientem non sustinuit?

C *Responsio Sefridi.*

Sefridus. An nescis, aliud esse ex consilio & fortitudine mentis corpus morti objicere, digna existente aliqua necessitate; atque aliud ex infirmitate carnis eandem pertimescere? Sed hoc etiam considerare potes: quòd non de agone passionis tunc temporis cogitabat, sed magis de arbore nucis, de cujus incisione cum civibus tractabat; &, si altiùs rem contemplari volueris; animalis spiritus naturaliter exterioris substantiæ salutem, quantum in ipso est, tueri solet, appetit conducibilia, fugit contraria; quem tamen interea mentis ratio saniori consilio à conducibilibus interdum abstrahit, & contrariis passionibus affligit. Nihil ergo mirum, si ratione aliis intentus, teneritudine oculorum faciente, venientem ictum expavit. Denique divino etiam nutu hoc factum esse arbitror, scilicet ne multis aliis adhuc profuturus ibi occumberet, neve à Christianis, qui nuper fidem susceperant, vel etiam amissam receperant, & in novitate reconciliationis & gratiæ divinæ, doctor ipse interfectus prædicaretur.

Cur S. Otho ictum lethalem declinaverit.

De profunda inclinatione Adalberti presbyteri post evasionem periculi.

CAPUT XXII.

D *Sefridus. Edit. Canis. cap. 21.*

OTtone sic à periculo liberato, & percussore suo de manibus percutientium salvato, inter adstantes Adalbertus presbyter ad Teutonicas partes se vertens, profundus inclinat Deo, & S. Michaëli in Babenberg, & fratrum orationibus gratias agit pro salute. Et conversus ad Episcopum; *En*, inquit, scutum orationis fratrum & protectio S. Michaëlis Archangeli. De arbore verò, ne incideretur, tandem cives multis precibus obtinuerunt, jurejurando firmantes, nihil unquam divinitatis arbori se se adscripturos; neque numinis, vel idoli alicujus vice se illam habituros, sed magis pro utilitate fructuum & amœnitate umbrarum.

Nux non succiditur.

E *Simile quid de quercu lib. 2. cap. 31.*

De orationibus pro salvatione pii Ottonis in monte S. Michaëlis factis, & de visione Ellenhardi senioris.

CAPUT XXIII.

F

ILlo etenim tempore preces & supplicationes magnæ, sicut & semper, apud nos fiebant pro dilectissimo Patre Ottone, qui nos pro aliis mirum in modum materno potiùs quàm paterno affectu jugiter fovere non desiit; adeò, ut quadam vice, cùm ad Curiale colloquium à serenissimo Rege Lothario evocatus, apud Magdeburgensem urbem graviter ægrotaret, accito divæ memoriæ Hermanno Abbate nostro, per quem tunc etiam, præter alia dona, trecentas nobis marcas transmisit, in hanc lugubriter erumperet vocem: *O quàm incomparabilis me detinet gemitus, quòd in hac ægritudine tam longè remotus sum à dulcissimo requietionis meæ loco, Monte videlicet Domini & Patroni mei beati Michaëlis Archangeli, ubi corde & animo ita fixus inhæreo, ut teste Domino, si in hac hora illic positus essem, mille marcas huic beneficio non præponerem.*

Amor S. Othonis in Monachos.

G *Gratitudo Monachorum S. Michaëlis erga S. Othonem.*

Quia ergò charitas exigit charitatem, speciali ejus amori, de cujus capite, ut scriptura loquitur, *oleum non defecit*, id est, meriti ejus charitas nunquam excidit, specialem orationis intimæ devotionem rependere curavimus. Nam ut de cœteris sileam; Ellenhardus senior noster, vir totius prudentiæ, & pietatis, ac singulari compunctionis & humilitatis dulcedine amabilis, nocturnas fratrum vigilias orando prævenire solitus, pro salute pii Ottonis placidas divinæ clementiæ aures lacbrymosis singultibus eò usque pulsare non cessabat, donec desideratum ejus reditum cœlesti responso audire mereretur. Cùm enim nocturno tempore, more suo, in tenebrosis gradibus Capellæ ad sanctas Virgines intimis pro dilecto Patre insisteret precibus, subitò clara luce, in eodem loco, emicante, audivit dicentem sibi; *Exauditus es pro pio Ottone; salvum eum reperies.*

Preces pro S. Othonis reditu.

Quomodo Stetinenses fidei reconciliatos Duci suo reconciliaverit, & de interitu sacerdotum Episcopo insidiantium.

CAPUT XXIV.

H *Sefridus. Edit. Canis. cap. 22.*

OMnibus ergò, quæ ad cultum fidei spectant, ritè illic ordinatis, dum ad alia loca ire pararet, ab universis natu majoribus & prudentioribus civitatis,

A tis, rogatus est, ut, quia Deus eum illo erat, & multa bona eis ostenderat, Ducem Uratizlaum, cujus offensam gravibus culpis incurrerant, eis placare studeret: atque hoc facto, cuncta circa se studia deauraret: annuit; elegit viros honorabiles, aptos ad responsa reddenda, vel accipienda: Ducem adit, preces fundit; accusat populum & excusat: Dein, potenti suadela mitigat indignantem, jubet, obsecrat, facit compositionem: pacatisque ad perfectum omnibus, legatus cum legatis pacem affert civitati. Hinc toti Ecclesiæ valefaciens, miris affectionibus Julinam ire dimittitur.

S. Otho placat Stetinensibus Ducem Uratislaum.

B Maligni verò sacerdotes, pleni dæmonibus, cùm jam apertè oon possent, vel per insidias servo Dei oncere moliti sunt. Conducta etenim magnasicariorum multitudine, viam abeuntis in arctioribus navigii incis obsederunt, suis amicis, istarum rerum oesciis, mortem Episcopi quasi per divinationem prænunciantes. At ubi ad insidias ventum est, hostes arma arripiunt, funambulos tenent, navigantes iovadunt, sanguinem Episcopi super omnia sioeotes.

Sacrificuli Ethnici struunt S. Othoni insidias.

C At verò Stetinenses, & nostri, qui cum Episcopo erant, arma capiunt, ex rate prosiliunt, partim terra, partim aqua consistunt, vim viribus audacter arcentes. Cúmque aliquamdiu pugnatum esset; hi, qui de insidiis erant, à Stetinensibus ceperunt agnosci, & confusi de malefacto, fugeruot. At sacerdos, qui hæc machinatus fuerat, eâdem horâ domi cum amicis suis residens, paralysi, & vehementissimo languore vexari cœpit, suis, ùt arbitror, Diis eum lanlantibus; cúmque ore, oculis ac tota facie distortam frontem ad scapulas verteret, & miserabili corporis agitatione in mortem solveretur, exclamavit: *hæc patior, propter insidias & mala, quæ contra Ottonem feci.* In hac voce vitam finivit. Taotus autem fœtór secutus est, ut Pluto ipse infernalis, vel quisquis illic maximus est, ab hujus faucibus spirare putaretur.

Stetinenses & alii pro Episcopo arma capiunt.

Miserabilis interitus sacrificuli.

D Item alius quidam de sacerdotibus Ottoni contrarius, cùm ad negotia sua cum iostitoribus fortè oavigaret, & in Insula quadam naotæ, ùt assolent, ad suas commoditates applicuissent, iste alienata mente, nec vultu voce sanum quid agens, à comitibus ootatus est: cúmque seorsim ab aliis in silva, veluti per amentiam, vagatur, juvenes quidam, quasi per lasciviam, secuti delirum, fuoe per guttur ad arborem ligant & discedunt. Ille verò incautis oexibus, vinculorum impatiens, se solvere luctabatur: sed divino judicio constrictus per funem, qui collo injectus erat, ioterceluso anhelitu, mortuus est.

Alius ejusdem sortis strangulatur.

Quomodo Episcopus transitis insidiis Julinam venerit, & ipsam de apostasia correxerit.

CAPUT XXV.

E Episcopus autem, Dei protectus auxilio, cùm Julinam venisset, oihil ibi adversitatis invenit. Omnes, ejus redargutiones de apostasia, seu de aliis excessibus, patienter ferebant; indigna & mala opera sua dignis emendationibus ad ejus doctrinam expurgare & corrigere parati. Ille verò per manus impositionem, & sacri verbi exhortationem sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ omoes reformavit, baptizatis pueris, & quoscunque sacramenti hujus expertes invenit. Sicut enim exemplo Stetinensium pridem à fide recesserant, ita denuo conversis illis facilè convertebantur. Illos enim per omnia imitari quasi pro sententia eis fuit.

Sefridus. Julinenses agnoscunt peccata sua.

Quos Ecclesiæ S. Otho reconciliat.

De illuminata ibi cæca muliere.

CAPUT XXVI.

F Cum autem sacris operibus illic instaret Episcopus, mulier quædam in rure posita, nescio, quo eventu subita cæcitate percussa est. Audiens autem Antistitem adhuc esse in civitate, duci se illò jubet, & veniens corruit ante pedes ejus, auxilium petens super clade sua. Signum autem æris ante fores pendebat Ecclesiæ, quod simplices, cùm intrabant oraturi, quasi ad excitandum Sanctos, pulsare consueverant. Episcopus ergò dum ad succurrendum, à muliere crebrò invocaretur; G *Vade*, ait, *mater, vade ad Ecclesiam, quassa campanam, excita S. Adalbertum, ut te adjuvet.* Abiit illa, Deum & S. Adalbertum invocans, arreptóque fuoe, non priùs à pulsatione signi cessavit, quàm lumen oculorum reciperet. Videntes autem cives gratias agunt Domino super gratia hujuscemodi, & magis in fide Catholica roborati sunt.

Sefridus. Edit. Canis. cap. 23.

Nota mirabilem morem.

Mulier cæca visum recipit.

H Sed dum hoc factum Episcopi meritis adscribere vellent, prohibuit eos dicens: *non me miraculorum factorem, sed peccatorem sciatis. Potiùs hoc beati Martyris Adalberti meritis adscribendum certissimè noveritis. Nam oblitiestis, quomodo priori anno, cùm tota civitas ista incendio vastaretur, hanc ædiculam suam beatus Martyr in mediis flammis positam liberavit? Sed moneo, ut illius calamitatis memores, nec Julium ipsum, nec Julii hastam, nec statunculos idolorum vel simulacra ullo modo colatis, denuo pristina mala iterantes, ne mortem, pestilentiam, incendia, divina ultione, incurratis.* Hæc & his similia servus Dei ad eruditiooem populi, blanda oratione loquebatur.

S. Otho amovet abs se gloriam, patrati miraculi.

A

De filio lunatico militis in papilione reliquiarum liberato.

CAPUT XXVII.

Sefridus. Edit. Canis. cap. 24.

Die verò quadam miles habens filium lunaticum, benediceodum cum obtulit Episcopo, adductis cum eo quatuor bubus pascualibus, donarium & gratiam pro benedictione. Sed doctor bonus, manus suas excutere suetus ab omni munere, benedictionem quidem puero tribuit; ipsum autem puerum cum patre ac donariis ad papilionem suum, ubi capsæ ac reliquiæ sanctorum erant, deduci jubet, ut ibi, si vellent, facta oratione & oblatione, Dei misericordiam invocarent. Vaduot: sanatur puer: gratias agunt.

Thecæ Reliquiarum in tentorio S. Othonis.

B

De alio milite phrenetico liberato.

CAPUT XXVIII.

Sefridus. Edit. Canis. cap. 25.

Miles quidam phrenesi ac dementia, interdum capitis languore vexatus, in loco, ubi ad orandum steteraot pedes ejus, sese projiciens, sanitatem recepit.

C

De Bocceo presbytero, & segete incensa in die S. Laurentii.

CAPUT XXIX.

Idem. Edit. Canis. cap. 26.

IN die S. Laurentii Bocceus presbyter beati viri ad villam pergebat: homines autem terræ illius noodum consueverant dies feriatos agere. In ipsa ergò die, transeunte presbytero, rustici segetem metebant. Ille autem de observantia festi alloquens, merita Martyris prædicabat, atque ut ab opere cessarent, sub contestatione ac reverentia beati Laurentii admooebat. Sed scriptum est; *Stultus verbis non corrigitur.* Unde homo, qui magister operis erat, spreta sacerdotis admonitione, operarios suos magis & magis urgebat. Contristatus ergò super illorum temeritate presbyter, cùm abiret, imprecatus est Dominum, ut digna ultione contemptum Martyris sui vindicaret. Nec mora; ex improviso ignis venit, & stantem segetem, & eam, quæ jam messa fuerat, undique afflavit, tantáque vis ardentis stipulæ fuit, ut ipsi rustici de campo fugerent. Factúmque est, ut, qui salvis frugibus ab opere sponte cessare noluerant, perditis omnibus, cessarent inviti.

Violatores Festi objurgat Bocceus Presbyter. Sed frustra; quia eo magis operi instant.

Miraculum.

D

Simile quiddam, eódem presbytero per viam pergente, in Assumptione Beatæ semperque Virginis MARIÆ factum comperimus, duobus, rustico videlicet, & ejus uxore in agro metentibus. Zelo etenim religionis presbyter eos prohibebat dicens: huic diei propter assumptiooem Dei genitricis MARIÆ honorem deberi. Erat autem secunda feria. Dicebat ergò rusticus: *heri propter Dominicam operari non licuit, & iterum hodie vacare jubemur. Quæ est hæc doctrina, quæ homines à rebus necessariis & bonis jubet cessare? Quando ergò collectas videbimus fruges nostras? puto vos invidere utilitatibus nostris.* Cúmque jam ad blasphemandum os aperire vellet, & falcem crebris tractibus messor vehemens in calamos vibraret, mirum dictu, subitò exstinctus in sulcos cecidit, falcémque in dextrâ, segetem autem in sinistra, ùt abscissa erat, tam fortiter etiam mortuus tenebat, ut à nullo auferri posset. Mulier autem infelix, socia operis, morte quidem mulctata non est; puto, quia sub viri obedientia posita fuit. Sed tamen sine pœna & confusione non evasit. Nam corpus exanimi viri ad Ecclesiam secuta, falcem & segetem de manibus suis, & ipsa excutere non potuit, quousque coram populo & clero argumentum hoc illicitæ operationis probaretur. Sepulto ergò viro & abeunte cum timore populo, mulier soluta est. Ex hoc autem facto populus majorem *Dei Genitricis* reverentiam, majorémque aliis festis celebritatem doctus est exhibere.

Aliud exemplum de violatorib. Festi Virginis Assumptæ.

E

Ex hoc rustico Lutheranus & Calvinianus spiritus loquebatur.

Corruit exanimis.

Pœna uxoris.

F

*De rupta societate * Ruthenorum propter fidem Stetinensium, & de Archiepiscopo Danorum.*

CAPUT XXX.

* Nomine Ruthenorum, intelligendi sunt hic Rugii, seu Rugiani ab insula Rugia.

Sefridus. Edit. Canis. cap. 28.

INterea Rutheni comperta fide & conversione Stetinensium: & quia in Christianitate penitus roborati sunt, à societate illorum se avertunt, commercia omnia mutuáque negotia institorum ex indignatione abrumpentes, quasi alterius jam fidei populo communicare in talibus non deberent. Isti autem sæpenumero à multis prædicatoribus ad fidem vocati, de integro nunquam venire voluerunt: Sed aliis interdum credentibus, alii non credebant, atque ex majore parte paganicis ritibus degentes, semina fidei veluti spinæ, suffocando, illic convalescere non sinebant.

Rugiani rumpunt fœdus cum Stetinensibus.

G

Ruthenia verò Danos adjunctos habet. Porrò Archiepiscopo Danorum etiam * Ruthenia subjecta esse debuit: Sed populo fidem Catholicam propulsante, superfluum est, Sacerdotes de parochiæ terminis litigare. Rutheni ergo, paulatim crescente odio, Stetinensibus publicè adversari cœperunt: & primò, quòd naves illorum à littoribus suis arcerent: pòst etiam ex communi decreto, hostes eorum haberi statuunt, Ottoni Episcopo mandantes (audierant enim, quòd illò ad prædicandum venire vellet) ne unquam fines eorum attingeret. Dicebant enim, nihil eum apud se inventurum, nisi acerbas pœnas & mortem certissimam.

* Rugia.

Rugiani monent S. Ottonem, ne Rugiam petat.

Ille autem, accepta legatione tali, taci-

H

A

S. Otho nihilominus Rugianos adire cogitat.

tè apud se exultat, animum parat ad Martyrium, cogitat & disponit omnia, tractat anxiè apud se, an melius sit solum se ad tale convivium ire, an cum multis? Stetinenses autem quidam viri boni & prudentes, in comitatu Episcopi erant Julinæ, gnari locorum, provinciarum & morum cujusque gentis. Hos ergo Episcopus paulatim interrogationibus prætentabat, scire volens, si quo modo eum illuc perducere velint. At illi de origine * Ruthenæ gentis, de feritate animorum, & de instabilitate fidei & bestiali eorum conversatione multa ei narrantes; etiam hoc, quòd Archiepiscopo Danorum subjecti esse debuerint, non tacebant.

* Rugianæ.

B

De hac legatione agit etiam Lutheranus Præco Crammerus lib. 1. Chronici Pomeraniæ cap. 40.

Sperans ergo Episcopus, gratum fore illi, si converti possint, simúlque attendens congruum esse, quod per ejus licentiam, ac permissionem ad prædicandum in ejus parochiâ, veniret, Juvanum venerabilem Presbyterum de latere suo, & alios nuncios navigio cum literis & muneribus illò pro licentiâ direxit. Archiepiscopus verò in maximo gaudio & honore legatos accepit, habitósque apud se multa humanitate, plurima de statu, de doctrina & operibus beati Ottonis percontatur. Erat autem vir bonus & simplex, bonarum rerum cupidus auditor, non mediocris scientiæ ac religionis, in exterioribus tamen Sclavicæ rusticitatis. Nam & homines terræ illius tales sunt, ut in maxima ubertate atque divitiis, generali quadam duritiâ omnes inculti videantur, & agrestes. Urbes ibi & castra sine muro & turribus ligno tantùm ac fossatis muniuntur; Ecclesiæ ac domus nobilium humiles & vili schemate. Studia hominum aut venatio aut piscatio est, vel pecorum pastura. in his etenim omnes divitiæ illorum consistunt. Siquidem agrorum cultus rarus ibi est.

Antiqui mores Danorum, nam hodierni longè alii.

C

Archiepiscopus Daniæ colloquio Juvani Presbyteri mirè oblectatur.

Porrò in victu vel in habitu vestium parùm lauti habent aut pulchritudinis nostræ. Nostri ergo mediocres, in comparatione illorum gloriosi erant. Juvanus verò Presbyter Archiepiscopo ipso major esse videbatur. Cúmque esset boni oris, ad omnia compositè respondens: illum valdè oblectabat, nihilque satis ei esse potuit, quidquid de Ottone audiebat. Famâ etenim ante annos plures hunc notum habuit. Et nunc gloriari atque lætari abundantiùs cœpit, quòd ejus dignos & præclaros nuncios præsentes haberet, cujus tanta, ac tam præclara facta vulgari fama passim prædicari priùs audisset.

D

Quale responsum legatis dederit.

De Legatione autem ejus ad præsens nihil se respondere posse dicebat, nisi antè Princeps Danorum atque magnates per aliquas inducias consuluisset. Juvanus autem & legati hoc longum sibi judicantes, dimitti se rogant, ne super eorum morâ contristaretur Episcopus. Annuit ille cum benignitate, ac literas, donaria navémque grandiusculam butyro plenam, signum dilectionis & amicitiæ mittens Episcopo, dicebat; quantò citiùs ex consilio Principum per suos legatos de verbo prædicationis se responsurum; quod utrum perperam an simpliciter dixerit, parùm nobis compertum est. Nam dum per aliquos dies ejus nuncios exspectaremus, de partibus Alemanniæ, & de domo Babebergensi plures nuncii venerunt, magnis & necessariis causis Episcopum revocantes.

E

Qualia munera ad S. Othonem miserit.

F

De bello inter Ruthenos & Stetinenses, & de victoria Stetinensium.

CAPUT XXXI.

Sefridus. Edit. Canis. cap. 29.

Rutheni autem crebris insultibus Pomeranos lacessunt, & Stetinensium fines armatis navibus perturbant. Cúmque semel ac bis repercussi à bello cessare noluissent, Stetinenses ex consilio communi arma tractare cœperunt, atque iterum venientibus, coadunatis viribus, occurrere. Sed quid plura? Tanta strage Rutheni fusi sunt, & tanti ex eis in captivitatem redacti, ut, qui evadere potuerunt, nullum ultrà victoribus bellum intulerint. Stetinenses igitur hac victoria gloriosi Domino JESU Christo, & servo ejus Ottoni honorem adscribebant, Ruthenos ultrà jam non timentes, sed ex captivitatibus etiam ad humiles, & satis indignas compositiones eos adstringentes.

Victoria Stetinensium de Rugianis.

G

De revocatione S. Ottonis per Lotharium Romanorum Regem.

CAPUT XXXII.

Ebbo.

Interea gloriosissimus Rex Lotharius cæterique Principes diuturnam ejus absentiam ægrè ferentes, utpote, qui consiliis & piis artibus, præ cæteris, tunc temporis regnum nobilitare consueverat, auctoritate sua ei, ut celeriùs redeat, præcipiendo simul & petendo mandavit; adeò, ut ipse Rex, qui arctiùs eum diligebat, jure jurando affirmaret, se res Ecclesiasticas in suum redigere velle dominium, nisi quantocyus sponsam suam Ecclesiam Babebergensem diu viduatam pastor pius desiderato reditu, consolando recrearet. Apostolus itaque Pomeranorum his legationibus contraire non valens, antequam responsum Archiepiscopi Danorum reciperet, ad sedem suam redire compulsus est.

Lotharius Rex minatur S. Othoni, nisi revertatur domum.

H

S. Otho reditum in Patriam parat. Amanter excipitur à Duce Poloniæ Bolezlao.

Visitatis ergo circum circa fidelibus, & in fide confirmatis, Christo, cui crediderant, eos commendans, iter cum suis aggressus est. Cúmque emenso itinere Poloniam venisset, Dux Bolezlaus, antiquus suæ famiLiari-

A liaritatis custos, debiti honoris reverentia eum excipiens in Metropolitana Goezensi Ecclesia secum detinuit, tantáque mellifluæ ejus doctrinæ intendebat aviditate, ut evolutis octo diebus, vix dilecto Patri licentiam abeundi indulgeret.

B Tandem longa peregrinationis hujos angaria, Christo favente, peracta, in vigilia S. Thomæ Apostoli oovus nostri temporis Apostolus, Ecclesiam suam desiderabili adventu lætificans, omni utriusque professionis, & sexus plebe in unum concurrente, velut aogelus Dei susceptus est. O quàm inæstimabili spiritualis lætitiæ tripudio fideles Christi, quorum specialis Pater, & outritor piissimus hic erat, post taoti temporis peregrinationem, post acquisitum summo Patrifamilias oovum gregem, quasi de morte redditum Pastorem suum exceperunt. O quàm desiderabile fuit videre & audire taotam exercitus Christi multitudinem non solùm Canonicis; sed & mooachis nobiliter refertam, uno devotioois ardore cum lacrymis spirituali gaudio plenis in occursu ejus dulcisono psallentem: *Domine suscipe me, ut cum fratribus meis sim, cum quibus veniens vivificâsti me.* C


Venit Bambergam in Vigilia S. Thomæ.

Gaudium ex adventu.

Et congruè satis hæc suavissima Joannis Apostoli verba, quem singulari affectu pa- D troonum sibi elegerat, ita, ut quotidie se obitúmque suum intimis ei precibus commendaret, pio Ottoni post secundum jam Apostolatum triumphanti ab omnibus filiis suis jubilo cordis & oris concinebant; quia beatus hic, memor verbi Domini per Prophetam dicentis; *Quicunque glorificaverit me, glorificabo eum; qui autem contemnunt me, erunt inglorii;* omne studium, quod alii Pontifices & Principes muodanis lucris & castellis, atque Urbibus ædificandis insumebant: hic Deo tantùm & Sanctis ejus hoocrabiliter, & officiosissimè exhibebat; scilicet Ecclesias Christi, cellásque fidelium, nunc quidem à fundamentis coostruendo, nunc verò ab aliis coostructas donis optimis illustrando, ne super arenam, quantocyus casura, sed potiùs supra firmam petram in æternum mansura conderet habitacula.

EXPLICIT LIBER III.

INCIPIT TABULA
TITULORUM LIB. IV.



INCIPIT LIBER QUARTUS
DE
MIRACULIS
ANTE OBITUM EJUS DIVINITUS OSTENSIS,
ET DE
IPSIUS TRANSITU AC MIRACULIS POST FELICEM EJUS OBITUM FACTIS.

Narratio per modum Prologi.

CAPUT I.

A Sicut priorum, qui vitas, vel etiam miracula sanctorum Patrum scriptis suis fidelium commendaverunt memoriæ, diligentiam laudamus: ita in nobis ipsis, qui ea, quæ quotidie per frequentiam signorum fieri videmus, per torporem ac desidiam transimus, negligentiam damnamus. Quia igitur vita Sancti ac singularis patroni nostri, pii ac Deo digni Confessoris Ottonis in libello, quem dramatico carmine, vel etiam prosa decurrente, Scholasticus noster HERBORDUS luculentissimè persudavit, pleniùs conscripta cognoscitur; in quo etiam aliqua miraculorum ejus, quæ vivens gessit, continentur insignia, nos quasi inertes ac rudes alumni laudabilem Præceptoris nostri devotionem, longè quidem impari scientia prosequentes, signa, quæ post mortem ipsius, Deo cooperante, vivere illum loquuntur; tam à nobis perspecta, quàm fidelium relatione collecta, minus invidiæ, plurimum autem charitati, quæ hunc laborem nobis injunxit, intendentes, in unum compilare, ac posteris commendare aggressi sumus.

Herbordus Scholasticus scripsit vitam S. Othonis.

B Cùm enim præcipuorum fundatorum nostrorum, videlicet HENRICI Imperatoris, ac sanctissimæ KUNEGUNDIS Virginis, ejusdem regni & meriti consortis, miracula clarissimis Ecclesiæ Dei scriptis pomposè satis declarata videamus; veremur, ne ipsorum conscriptoribus pro geminato censu intromissis, nos quasi desides pro non reportato lucro à gaudiis Domini excludamur, si ejus, quem familiæ suæ divina prædestinatione tam fidelem, quàm prudentem constituit dispensatorem meritorum signa sub silentio transeamus.

De visione ostensa Presbytero Lippoldo de transitu S. Ottonis.

CAPUT II.

C Quidam ex fratribus nostris religiosus Presbyter Lippoldus nomine, ante quinquennium, dormitionem beatissimi hujus Patris in visione tali, Domino revelante, meruit contemplari. Montem quendam præcelsum, & omni amœnitate jocundum contra Orientem oculus dirigens aspexit: cujus quidem speciosum cacumen ascendere non potuit, sed deorsum stans, vidit multitudinem copiosam plebis utriusque sexus & ætatis, ingentia lapidum preciosorum onera super verticem montis magna cum exultatione attrahere, ac suavissimum quoddam melos, quod intelligere non potuit, dulci modulatione concinere.

Visio Lippoldi Presbyteri.

Tunc accedens, vacillante licèt gressu, quemdam ex eis canicie veneranda conspicuum vocavit; & quæ hæc esset multitudo, vel cur lapides illos in cacumen montis attraherent, inquisivit. At ille; nos, inquit, sumus, qui eleemosynas & beneficia plurima à pio Ottone percepimus, ideóque domum preciosam ei in supercilio montis hujus ædificamus. Cui Lippoldus: *& quando ait, domus hæc consummabitur?* Ille verò; *post quinquennium*, inquit, *perfecta domo, cum lætitia & exultatione eum huc introducemus. Sed tu cave, ne cuiquam hæc ante quinquennii tempus expletum manifestare præsumas.*

D Et his dictis, sublata est visio, quam tempore dormitionis beatissimi Patris nostri, ex ore ejusdem senioris Lippoldi audivimus, qui & ipse tunc gravi & longiturna decumbebat ægritudine, nobisque cum lacrymis hæc referebat: & morbo confectus VII. Idus Augusti beato fine requievit in Domino.

Obitus Lippoldi.

De

A *De visitatione fratrum in monte S. Michaëlis per S. Ottonem facta.*

CAPUT III.

SEd ut ad priora redeam, pius Pater noster Otto pnst longam reversus peregrinationem, more suo nos visitans, utpote cum quibus cor unum & animam habebat, requisivit; quinam ex nobis, eo absente, viam universæ carnis ingressi essent? Hoc enim semper de qualibet profectione rediens affectu paterno solebat inquirere. Tunc autem sanctæ recordationis Adalbertus eleemosyoarius, verus Dei servus, & sibi familiarissimus, ad Christum, cui mente & corpore indefessam exhibuit servitutem, migraverat: cujus transitu vir beatus audito, totus in lacrymas resolutus, se infelicem clamitabat, quòd tam beatæ animæ ad patriam clarịtans æternæ migranti, solenne funeris obsequium exhibere non meruisset: erat namque idem frater noster Adalbertus, tanto divini amnris igne succensus, ut quotidianis atque uberrimis lacrymarum fontibus gaudia cœlestis Patriæ anhelaret, corpus etiam vigiliis ac iejuniis convenienter attenuaret.

Adalbertus eleemosynarius.

S. Otho mortem Adalberti lacrymis prosequitur.

B Huic servo Dei pauperum cura erat delegata, quam tanta humilitatis devotione agebat, ut ad exemplum Martyrii mooachi, de quo beatus Gregorius refert, propriis humeris leprosos bajularet, & tam eos, quàm & alios diversis morborum generibus pressos, quos videre horrori erat, suis manibus alacriter balneis & lavacris unguentísque foveret, cujus fervori pius Otto congratulatus, omnia alendis inopum turbis, opportuna liberalitate subministrabat. Nec his contentus, etiam per semetipsum, famis tempore, pauperibus serviebat, ut non tam oblatione muoerum, quàm etiam proprii corporis sudore gratum Deo eleemosynæ sacrificium celebraret.

Charitas Adelberti in egenos, & leprosos. S.Greg.Homil. 19. in Evang.

C Multitudine autem innumerabili, præ famis magnitudine, ex omni regione confluente, erant quidam inter eos fortiores, qui debilioribus alimenta violenter manibus extorquentes surripiebant. Quorum clamorem ac ploratum vir beatus non sustinens, prudenter huic negotio occurrit, suísque imperat, ut primùm convenientibus eis, quoslibet corpore valentiores segregatos uno omnes in cœnaculo concluderet, donec infirmis ac debilibus victum congruentem suis manibus ministraret: quos statim abire, longiúsque de loco secedere D juber, ne sociis de cœnaculo emissis, iterum prædæ fiant: túncque domum ingressus, pauperibus inclusis, largam alimoniæ opem exhibebat, præcipiens, ne ampliùs violentiam hanc fratribus suis inferre præsumerent.

Hæc apud suos agebat; extraneis autem, & trans mare positis Christi pauperibus, per fideles nuncios apparabat. Nam per charissimum fratrem nostrum Eberhardum, adhuc in ordine Canonicorum Christo militantem, xenia sua Hierosolymam transmisit, sicut & specialiter cum religiosis quibusque sepulchrum Domini visitantibus agere solebat: sed & pecuniæ maximam quantitatem Hirsaugensibus, aliisque monasteriis longiùs remotis per fratrem nostrum Svvigerum famis tempore, dirigebat; ideóque Christi bonus odor in omni loco erat. E

Adelbertus Hierosolymam quoque eleemosynas mittebat.

Ejusdem benignitas in diversa monasteria.

De transitu pij Ottonis.

CAPUT IV.

IGitur completo cursu præsentis vitæ, in senectute bona, cùm jam tempus adesset, ut fidelis dispensator summi Patrisfamilias, in gaudium Domini sui intraret, pius Otto dolore corporis, id est, fluxu sanguinis vehementissimo tactus est, ut velut aurum in camino ægritudinis purgatus, introire mereretur aulam, quæ nullam recipit maculam; sed ipse memor scripturæ dicentis, *quem diligit Dominus, corripit*; & in alio loco ipsum Dominum loquentem audiens: *Ego, quos amo, arguo & castigo*; gratias agebat in infirmitatibus suis, regémque gloriæ in decore suo videre desiderans, exitum suum Deo ac beato Michaëli, sanctóque Joanni Apostolo, quos speciales sibi patronos elegerat, quotidianis suspiriis attentiùs commendabat. Tantum verò lumen Ecclesiæ dum infirmando obscurari cœpisset, Christi fidelibus, omni tempore dulcissimo ejus affectu & provisione enutritis inæstimabilem mœroris fletúsque caliginem obduxit. Sed pius Pater filiorum lacrymas, quantum poterat, consolando tergebat, tantáque virtute artus morbo fatiscentes spiritui servire cogebat, ut excepta dormitionis suæ die, non lecto decumberet, sed quotidie in sede sua residens, interdum quoque baculo sustentante procedens, psalmis & orationibus vacaret, quódque rarum est, etiam oleo infirmorum non jacendo, sed sedendo perungeretur. F G

S. Otho incidit in morbum.

S. Otho extrema unctione inunctus.

H Adveniente igitur festivitate sacratissima Apostolorum Petri & Pauli, cernens diem vocationis instare, Egilbertum Majoris Ecclesiæ Decanum, qui ei in Episcopatu successit, evocat, cui, adstantibus religiosis Abbatibus & Presbyteris, omnia sua commendavit, dicens: hodie natalitius dies est Domini mei Principis Apostolorum Petri; cui, quæso, res à Deo mihi donatas, offerte, ut ipse mihi januam regni cœlestis aperire, & cum Collega suo magistro gentium Paulo, me illuc quantocyus dignetur introducere: locum requietionis meæ, Montem videlicet patroni mei beati Michaëlis Arch-

Vocat ad se Decanum majoris Ecclesiæ.

A Archangeli, quasi viscera mea fovete, & tam in spiritualibus, quàm etiam temporalibus profectui ejus in consolationem animæ meæ, omnimodis invigilate. Scitis enim, quàm tenuis & exiguus, omníque monasticæ religionis vigore destitutus hic locus à me inventus; & quomodo, cooperante Deo, per ministerium meum, ad tantum spiritualis vitæ cultum profecerit, ut speculum & gemma omnium in hac regione monasteriorum à cunctis censeatur. Præstet Deus, ut nomen hoc inviolabile usque ad finem obtineat, cunctísque fidem ei, & reverentiam servantibus, pax & benedictio hic & in æternum à Deo recompensetur.

Commendat ei montem S. Michaelis.

B De cætero dilectionem vestram cum universo ovili meo, summo Pastori, qui vos mihi assignare dignatus est, commendo; ipse vos integros mihi reconsignet in requie claritatis æternæ: Et data super eos benedictione, non sine lacrymis paternum amorem testantibus emisit, sumptóque mysterij salutaris viatico, pervigil in orationibus excubabat, ut pulsanti & vocanti Domino cum exultatione aperiret.

C Nocte ergo, qua festivitas S. Pauli Apostoli agebatur, in supremo spiritu constitutus, & jam carne præmortuus, corde tamen & flagrantissima voluntate divinis intendebat laudibus, ita, ut Clericis matutinale coram eo officium personantibus, ille elevatis manibus, sursúmque oculis desideranter erectis, ad singulas lectiones, voce, qua poterat, *Deo gratias*, responderet: sícque pius Otto feria sexta, hora diei prima spiritum Deo reddens, beatis sedibus & semper charissimo tandem perfruitur Christo.

Obitus S. Othonis.

D *Et jam fama volans tanti prænuncia luctus* non solùm vicina, sed & remotiora quæque monasteria jugiter ab eo necessarijs vitæ adminiculis sustentata, inæstimabili perculit mœstitia. Nec immeritò. *Ostendit* enim *Dominus populo suo dura*, potavit eum vino compunctionis, *& inebriavit absinthio*, cùm patrem desiderantissimum sustulit, cujus defensione & eleemosynarum virtute Pax Ecclesiæ, tanto tempore, nobiliter florebat, sub quo monasticæ religionis perfectio nova de die in diem incrementa capiebat.

Psalm. 59. Threnor. 3.

In quo deinceps patrono tam solidum erit pauperum Christi solatium? Qui jure cum Apostolo ajebat: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror?* Quis ad eum tristis venit, & non gaudens abscessit? Quis opem ejus in tribulatione sua expetijt, & non impetravit? Meritò itaque transitum ejus Ecclesia flebat, cujus vitâ tantopere gaudebat; sed fides resurrectionis flere prohibet, gemitum verò affectus extorquet. Etenim tam sancta est de illius gloria exultatio, quàm pius de transitu luctus. Ignoscendum est flentibus, gratulandum gaudentibus, quia pium est gaudere Ottonem: & pium est, flere Ottonem, E dum unusquisque & sibi præstat, ut doleat; & illi debet, ut gaudeat.

2. Corinth. 11.

Venerabile corpus ejus à religiosis viris curatum, & aromatibus conditum per singula monasteria est deportatum, illícque vigiliarum excubijs ac Missarum solennijs honoratum: ad extremum in montem S. Michaëlis Archangeli, specialis patroni sui, defertur; ibíque in Ecclesia, quam ipse vetustate collapsam in majorem statum à fundamentis reædificaverat, debito eum honore excipitur.

Exequiæ pro S. Othone.

Illic verò, in obsequium funeris, credi F non potest, quanta hominum multitudo confluxerit. Tota obviam corpori civitas fuit; cuncti ex agris atque vicis, multíque ex aliis urbibus & regionibus affuerunt. O quantus luctus omnium, quanta præcipuè mœrentium lamenta monachorum & pauperum Christi; qui velut pulli sub alis pijssimi Patris securi tanto tempore quieverant, séque tam desiderabili nutritoris sui præsentia fraudari, ac defensione nudari cernebant; quódque sine gemitu referre non possumus; cùm sacerdotes religiosi corpus sacrum, choro S. Michaëlis inferrent humandum, ubi ad limen interius ventum est, præcentor antiphonam, *Domine suscipe me;* imposuit; tantus subitò ploratus omnium exortus est, ut ipsi etiam funeris bajuli nimio fletu concussi cum pheretro subsiderent, ac poenè terræ procumberent.

Concursus ad exequias.

De Imbricone Episcopo Herbipolensi, & ejus lamentatione in exequiis S. Ottonis.

CAPUT V.

Supervenit quoque sacræ semper memo- G riæ Imbrico Herbipolensis Episcopus, vir clarus & prudens tam eloquii venustate, quàm ingenio & sapientiâ præpollens. Supervenit, inquam, amicus ad amici exequias invitas, & dolenti & ardentissimè flenti Ecclesiæ lugendo ipse ac dolendo luctum auxit & dolorem. Jam enim per totum triduum dormitionis ejus dilecti corporis gleba per omnes Ecclesias circumlata, jugi sacrificio, indefessísque orationibus, & multis eleemosynarum largitionibus beata ejus anima Deo dicata & commendata fuerat ab omnibus.

Corpus S. Othonis per omnes Ecclesias circumlatum.

Quarta igitur die, ubi ad locum ventum H est tumuli, Episcopus commendationem celebravit, atque inter Missarum solennia, quæ pro dilecti Patris & amici anima multa intentione devotus agebat, ad mœrentem & lugentem conversus multitudinem, brevem quidem, sed gratiæ ac dulcedinis plenum intulit sermonem, ita dicens:

Et quid fiet? quid erit consilii? Mortua est Martha: ecce ubi jacet. Quis, rogo, venientem

Sermo funebris B.

A *tum Dominum JESUM in hoc castello amodò suscipiet? Equidem defuncta est Martha, quæ illum suscipere consuevit, defuncta est hospita Domini JESU Christi, quæ venienti hospitium præbuit, sedem posuit, mensam aptavit, necessaria omnia benignè ab liberaliter ministravit. Defuncta est, inquam, non solùm ministra & hospita Christi, sed minister & hospes, sed susceptor omnium Christianorum. Et quis stabit in loco sancto ejus? quis nobis vicem ministerii hujus implebit? quis, rogo, aget pro eo, quæ iste agere consuevit? Omnibus gradibus, omnibus ordinibus, omnibus personis Ecclesiæ, vita ejus utilis fuit. Ecce defunctus est, ut verè dicam, servus servorum Dei. Quid facietis monachi? Quid facietis Clerici? Quid facietis pauperes & mendici? Quis vobis restituet matrem vestram? Ubi amodò illa materna ubera, ubi maternos affectus quæretis? Sed quærere ubique potestis; vobis denuncio, nusquam invenietis. Sui temporis secula, confidenter dico, hunc solum, hunc unum tantæ misericordiæ virum habuerunt.*

Imbriconis Episcopi Herbipolens. Exstat in edit. Canis. lib. 3. cap. 47.

B *Ut enim de aliis virtutibus ejus taceam, quæ plurima fuerunt, & clara; in misericordia & misericordiæ operibus tantus erat, ut nullum penitus ex omnibus mihi notis ei ausim adæquare. Sed quid? Doleo vicem miserorum, doleo vicem eorum, qui in suis miseriis ad hunc misericordem fugere consueverant. Doleo, ut verum fatear, vicem meimetipsius: ut enim ita dicam, me miseret mei, meritóque mœrore conturbor. Multum enim præsidii, multum consolationis in hoc amico perdidi. Hic enim in civitate ipsa commodus, societate & amicitia opportunus, magnum mihi præsidium fuit. Cum hoc fiducia-*

Virtutes S. Othonis.

C *liter omnes curas meas, omnia negotia mea, seu consilia penitiora communicare solebam. Hic mihi, ut breviter dixerim, in omnibus opportunitatibus meis maximus sublevator fuit, sed de me quid dico? Nam mei nominis Ordo universus, videlicet Ordo Pontificalis, hoc adempto, compar meritò lugebit. Hic nobis gemma, hic decus, hic splendor fuit. Conventus nostros in Conciliis sive Curiis virtutum suarum radiis collustravit. In hoc, ut ita dicam, quasi vivente libro, quomodo nobis vivendum; vel, quid agendum esset, conspicere potuimus. Sancta enim exempla, sanctæ actiones magis erudiunt, quàm verba. Sed doctrina hæc, ô dolor, modò rara est in terris. Omnes enim pænè, quotquot sumus, eloquio magis, quàm opere proximos ædificare studemus, sed iste, docuit verbo, docuit exemplo: dixit & fecit.*

D *Talem ergò lucernam de medio nostri ablatam, æquo mento ferre poterimus? Sed vado ad altiores. Hujus enim interitum & tu, ô Romane Pontifex sanctæ matris Ecclesiæ senties: & tu regnator Orbis Rex Alemaniæ Imperator Romanorum Auguste; casum quoque hujus experieris. Ambo permaximi, magna clade mulctati estis. Magnus enim Ahoa ille ambidexter vobis occubuit; occubuit ille qui utraque manu pro dextera utebatur Israëliticæ gentis ductor egregius:*

E *Occubuit, inquam, ille, qui potens erat & industrius, & prona voluntate reddere Cæsari, quæ Cæsaris sunt, & Deo, quæ Dei. Non tibi, ô imperialis majestas, non tibi citò consurget alia columna, cui tam fiducialiter inniti queas. Hic te quidem non solùm divitiis, & prudentia seculari, sed quod majus est, meritis ac sanctitate suffulsit, sanctitate, inquam, & virtutum meritis, Imperatorem pariter & imperium sublevavit. Justitia enim & sanctitas in dextra ejus. Non parva res acta est: non parva hæc mutatio in Ecclesia Dei: non ergò leviter ferenda est talis viri ablatio. Ubi amodò tale ingenium, talem prudentiam, talem inveniemus bonitatem?* Matth. 22.

F *Sed redeamus ad monachos, redeamus ad populum spiritualem; detrimenta illorum, lamenta nobis facient. Quid fiet de illis? Quid fiet de monachis & pauperibus, qui ad has manus spectare consueverant? Lugetis video, & fletis Ottonem vestrum, & certè non immeritò. Vobis enim ille occubuit, vobis ablatus est. Vos enim, o monachi, specialiter populus pascuæ ejus, & oves manus ejus. Hic profectò erat, qui de abundantia divitum hujus mundi vestram inopiam supplere solicitus fuit. Hic magnæ auctoritatis exemplo gloriari solebat dicens: spoliavit Ægyptios, ditavit Hebræos. Nam re verâ sanctè & religiosè multa à secularibus extersit: sancta & religiosa fraude, ut ita dicam; divites circumveniebat, ut eleemosynas facerent quandòque non cogitatas; argumentosus enim erat in lucris divinis. Nam & manus Domini cum eo erat. O quàm multos divites cum omnibus divitiis suis ad spiritualem vitam trajecit? Quidquid personarum, quidquid rerum vel opum seculo auferre potuit, Deo coaptavit, pietatis ac misericordiæ obtentu. Sed, quid multis? Misericordia ejus super omnia opera ejus. Misericordia Dei ante oculos ejus semper fuit.* Luc. 1.

G *Orate ergò dilectissimi fratres, orate attentiùs, ut & ipse hodie misericordiam consequatur. Orate, ut illa beatissima anima, quam credidit, quam speravit, quam dilexit, re ipsa Dei misericordiam hodie percipiat. Equidem non surdis auribus illud Evangelium accepit: beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et; estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. Nullus autem misericors esse potest, qui humilis non fuerit. Omnis ergò misericors, etiam humilis est. Unde, benè inferre possumus, quòd veram & coram Deo probatam humilitatem habuit spiritus ejus, qui tantæ misericordiæ fuit.* Matth. 5. Luc. 6.

H *Interventu ergò Dei genitricis MARIÆ, cui semper devotus exstitit; interventu B. Michaëlis Archangeli, cujus Ecclesiæ reparator & sublimator hodie conspicitur, quem patronum & servatorem, & corpori & animæ suæ delegit, interventu omnium beatorum spirituum spiritus ejus divinam misericordiam consequatur: ipsorum, inquam, atque omnium Sanctorum suorum, si inspiam, sicut est humana fragilitatis, tanta ejus opera,*

A *opera, tanta ipsius miserationes & benefacta, humana laude, vel humana laudis intentione titillata sunt, vel maculata* (nihil enim satis purum coram summo Judice:) *Rogate, quæso, rogate attentius; oremus omnes pariter, ut hoc abolere, hoc tollere dignetur ipse, qui tollit peccata mundi Agnus Dei, Dominus noster JEsus Christus: qui cum Patre & Spiritu sancto vivit in sæcula sæculorum.*

B Quis motus concionem Imbriconis consecutus fuerit.

Quanta verò vociferatione, quanto mugitu, quantis affectibus & lacrymis omnes Amen responderunt, dici non potest. Sic ergò finita Missa in loco, ubi cernitur, in Ecclesia B. Michaëlis, Comitibus, Marchionibus, seu aliis quibuslibet nobilibus pheretrum ejus certatim gestantibus, Sarcophagum levantibus, seu alia, quæ ibi necessaria erant, more operariorum, suis manibus devotissimè peragentibus, corpus ejus tumulatum est anno Dominicæ incarnationis Millesimo, centesimo, tricesimo nono, tertio Cal. Julii feliciter. *

* Anno ætatis suæ 70. Episcopatus 37. ut ait Hoffmannus in Annal. Bamberg.

Et ne quid de exuviis vigilantissimi Pastoris devoto gregi deesset, etiam intestina ejus, dum aromatibus condirentur, excisa, & in urnam missa, in medio Capellæ Dei genitricis MARIÆ terræ mandata, & rotundo lapide signata sunt: ut, dum fratres ad celebranda divinæ servitutis munia illuc nocte diéque accurrunt, dilecti Patris memoriam præ oculis habeant, & beatissimam ejus animam assiduis precibus in alta cœlorum sustollant.

C Imbrico autem beatæ memoriæ Antistes post depositionem pii Ottonis, miro affectu Montem S. Michaëlis excolere non desiit: qui etiam cum suspiriis intimæ compunctionis attestari solebat, nunquam se tantam exequiarum gloriam vidisse, beatúmque populum Babebergensem prædicabat, qui revera evidentibus rerum indiciis in transitu pastoris sui approbâssent, quàm flagrantissimo amore viventi jugiter inhæsissent.

De puero infirmo sanato.

CAPUT VI.

D EO tempore puer quidam decennis, nomine Otto, in loco Babebergensi, dudum à parentibus studiis liberalibus traditus, gravi ægritudine pressus decumbebat: jámque per triduum morienti simillimus, absque motu & voce remanserat: Sed & religiosi fratres nostri Burkardus, Godescalcus, & Albero à matre ejus evocati descenderant, ut debitum funeris officium puero migranti peragerent.

Mater autem, Osterhildis nomine, quæ jam unici filii cruciatum videre non poterat, fide ardentissima Montem S. Michaëlis adscendens: Sepulchrum pii Ottonis adiit; ibíque lacrymis ubertim profusis, hujusmodi precem emisit: *O serve Dei vivi, ô Pater pii-*

Precatio matris ad S.

E Othonem pro salute filii.

-ssime pauperum Christi, succurre infelicitati meæ, quæ jam per triduum unico orbata sum filio; & si unquam viscera compassionis habuisti, nunc quoque miserere calamitati meæ, tuo quoque interventu obtine, ut puer, aut vitæ quantocyus restituatur, aut celeri fine, si ita necesse est, subtrahatur: ne tam diutino cruciatu dolorem non ferendum visceribus meis ingerat; ut per hoc accepta Deo pietatis tuæ opera cognoscam. Nec mora, ubi domum rediit, filium, quem in supremo spiritu reliquerat, sanum & loquentem, cunctósque præ gaudio flentes invenit. Et cadens in faciem ex omnibus cordis medullis gratias agebat dicens: *Nunc cognosco, serve Dei fidelissime, qualem inveneris gratiam in conspectu ejus; quem semper misericordiæ operibus honorare solebas: quia unicum filium ab ipsis faucibus mortis erutum pia intercessione mihi reddidisti sanum.*

Exauditur oratio matris.

F Egilbertus successor S. Othonis.

Quod factum memorabile, dum bono pastori Egilberto, successori Patris nostri, relatum fuisset, non modico exhilaratus est gaudio; positísque genibus, Deo gratias agens, felicem S. Michaëlis montem pronunciavit, qui tam preciosum in sinu suo meruit collocare thesaurum. Mater verò pueri tirocinio Christi eum delegavit, & pro amore pii Ottonis, non aliis, quàm fratribus ad memoriam ejus diu noctúque excubantibus illum sociari passa est: qui etiam in schola Christi educatus, strenuæ nobilitatis adolescens probitate morum, Deo & hominibus acceptabilis factus est.

De muto sanato.

CAPUT VII.

G Otting im Rieß.

QUidam mutus de Ottinga, Rhætiensi vico, Henricus: (Nam id nomen in baptismo sibi fuisse impositum, scripto monstrabat) dum loca diversa & Memorias Sanctorum pererraret, Augustam, ubi novum signum Dominus in re sui Sacramenti mundo declaravit, inter globos concurrentium venit, ubi, ut ad civitatem Babebergensium pergere deberet, ad sepulchrum S. Ottonis, per visionem, admonitus est. Die igitur tertio, hora diei nona, cum multis aliis, qui non illum ivisse, sed quasi pervolâsse tanti itineris dimensionem contestabantur, advenit. Cùm verò dextro brachio ipsius Confessoris Christi, os ejus tactum est, subito sudore faciem totus perfusus, in tantum, ut etiam capillos defluere videres: primam vocem, balbutientis more, formare, & Domini ac Sancti nomen Confessoris, extensis ad cœlum manibus, invocare cœpit. Deinde aqua refocillatus (nam & lassitudine & multitudine compressus erat) cunctis adstantibus, solutionis suæ causam clarè exposuit, quibusdam etiam fratribus, à quibus aliquando apud nos integumenta acceperat, quos

Miraculum in Eucharistia Augustæ Vindelicorum.

H

A quos illic adstantes videbat, gratias egit. Quis se à divinis laudibus, quis à lachrymis contineret? Facta ergò votiva signorum compulsatione, fit communis diversi sexus innumerabilis concursus, una vox omnium, laudabilem virum concinentium, cujus meritis ab omni clade liberantur, qui ex toto corde quærunt illum.

De cæco sanato.

CAPUT VIII.

B DE regali pago, qui Ulma nuncupatur, cœcus quidam inter manus suorum, sanitatis gratia, ad memoriam pii Confessoris adductus est; ubi, dum non semel neque bis, sed sæpenumero pro sui illuminatione precibus instaret; de die in diem, caligine oculorum recedente, lumen, quod à Domino postulabat, fidelis adstipulatione suffragatoris, quod longa sibi ætas subtraxerat, recepit: & qui alieno ductu advenerat, proprio innisus gressu, aliorum se ductorem, ad eum, qui fecit misericordiam in illum, constanter fore promittebat.

Cæcus illuminatus visum recipit.

De puero sanato.

CAPUT IX.

C PUer quidam de villa Olocniza Wezzelinus, lethali morbo invalescente, omni membrorum officio destitutus fuit; ita ut & visu, & usu linguæ quoque privaretur. Quem Pater ipsius Lipoldus & mater, * parentibus & amicis, quos idem tenebat affectus, divino invocato nomine, beato Ottoni, si per ejus sancta merita sibi incolumis redderetur, offerendum eum oblationibus, devotaverunt. Mirum dictu, ad obligationem voti, nulla cœlestis medicinæ mota fuit. Nam parvus incipiens risu cognoscere matrem, patrem aspiciens, quod vovistis, ait, pro me, reddite, & me ad sepulchrum S. Ottonis, qui mihi salutem obtinuit, citiùs perducite. Qui tam subitæ sanitati congaudentes, absque omni retractatione puerum in humeris levantes, & ùt devoverant, ad memoriam sancti Patris illæsum offerentes, omnibus, quanta sibi Dominus per suum sanctum Confessorem fecisset, fideliter exposuerunt.

* Parentes & amici.

De puero & puella.

CAPUT X.

D UNum in duobus miraculum per omnipotentis Dei famulum laudabile factum in puella duodenni, quæ prior matrem comitata ad nos usque pervenit; & in puero, ùt computabatur septenni, qui paternis humeris allatus, sequens, è diverso venit, operæ precium * inserendum videtur, sed non sine scrupulo, dum quosdam Sanctis, per quos Deus nostris temporibus, quæ & in antiquis quoque operatur, detrahere confundimur, quasi & ipsi infirmiores fuerint in hac parte. Una enim voce sub terribili majestatis divinæ contestatione, & Sanctorum invocatione mater sibi filiam, Pater unicum, mortis dolore subtractum fuisse; illa, tactis reliquiis beati Ottonis; ille verò, pro puero censum in quinque denariis offerens, super sepulchrum, nulla spe, ut à quibusdam imponitur, oberrationis, mortuos suos de resurrectione, se, fideli suorum testimonio confirmabant accepisse. Nos autem non derogationi, sed divinæ operationi locum dantes, divino judicio istud relinquimus. Sive enim semivivis vitam reparare, sive defunctis animas reddere, divinæ Virtutis est. E

* inserere.

De homine ferro in gutture sauciato.

CAPUT XI.

CAsu accidit, ut quidam concivem suum ferro in gutture sauciaret, ac, defluente sanguine, per totam noctem & diem semivivum relinqueret: cúmque cibum, vel potum sibi infusum per ipsum meatum vulneris ejiceret, & jam desperaretur, mater dolore filij intrinsecus tacta: *Hunc tibi miseratori omnium benignissime, beate*, ait, *Otto*, *oblaturum devoveo, si eum sanum & incolumem per tua sancta merita recipere meruero*; mox mirum in modum sanguinis ille rivus stetit; vulnus constrictum, cicatrice obductum est; puer convaluit; viam ad sancti sepulchrum cum matre aggressus est. Ubi verò silva, quæ terminum Thuringiæ facit, emensa est, ille laboris & doloris (nam exsanguis erat) magnitudine, terræ affusus deficere cœpit. Tunc mater, amicis illum ad propria revocare suadentibus, mœrore confecta; *hinc, non regrediar: Sed quo proposui etiam exanime corpus*, ait, *prosequar*. Ad hanc vocem, veluti invisibili quadam sublevaretur dextra, homo surrexit, & iter, quod cœperat, non sine admiratione multorum, incunctanter perfecit, veniénsque coram sepulchro viri Dei, omnibus curationis illius testis sui ipsa cicatrix fuit. F G

Alia miracula post obitum S. Ottonis facta.

CAPUT XII.

H APud Thuringiæ castrum tam antiquitate, quam munitione famosissimum; cui *Erphurda* nomen est; quidam ex equestri ordine paterfamilias, tanto coxarum dolore torquebatur, ut vim interni doloris magnitudine vix explicare posset continui laboris; cúmque remotioris secre-

A secreta cubiculi, quietis gratia, expeteret, vocem cujusdam audivit, quæ eum cum voto ad tumbam viri Dei venire admonuit. Ille, ubi vovit, cœlestis votum medicina secuta est: nam omnis, quo vexabatur, dolor, recessit, & eos, quos priùs cruciatibus suis tristes reliquerat, versa vice, de recepta sospitate secum gaudere, & ipse gaudebat. Mox itinere arrepto, ad sepulchrum sui curatoris pervenit, ubi multos curationis suæ testes, qui jam illum, fama volante, prævenerant, invenit.

Item aliud miraculum.

B PUer quidam de vicina parochia Etzelkirchen ita longa ægritudinis molestiâ erat, ut genibus, nervorum contractione, pectusculo concretis, neque à lecto surgere, neque ad aliquod opus naturæ sine alterius auxilio se posset erigere. Hic ad memoriam beati Viri à parentibus circa festum S. Michaëlis delatus, inter Missarum solennia, multis, ex more, festivitatis gratiâ, confluentibus, ubi tumbam tetigit, cùm subito fragore membrorum, omni compage artuum, qua ligabatur, solutus est: ita incessum, & aliorum officia membrorum ex integro recipiens, in Abbatis obsequio, in monumentum suæ curationis in popinarum ad usque deservit officio.

Item aliud miraculum.

C NEque hoc prætereundum puto, quòd in eâdem civitate celebre factum multorum memoria habetur. Paupercula quædam, dum media hyeme, circa noctem, hospitium quæreret, & nullus petenti pateret introitus; juxta Ecclesiam S. Martini, sub pheretro, cum infante masculo se projecit; ubi vi algoris extincta est. Divinâ autem providentiâ, civis quidam, cujus uxor eâdem nocte defuncta est, dum ad exequias pararet pheretrum, levavit, mortuam reperit; sed infantem ad ubera materna miserabiliter pendentem semivivum invenit. Ille, humanum casum miseratus, cadaver loculo imponens cum uxore sua sepelivit, & parvulum ipsum, quasi adoptivum pro remedio defunctæ conjugis educavit. Piæ autem voluntati divinæ pietas cooperata est.

D Nam idem puer ætate accrescens, mamritate sensus pueriles annos excessit; ut quamvis claudus, & pænè omni membrorum ordine distortus, ita providus esset & circumspectus, ut Dominus domus, ubicunque negotia acturus exisset, de providentia ipsius ac fide, maneret indubius. Dominica igitur Passionis, dum omnes, ùt observantia dierum illorum exposcit, ad Missarum solennia effluxissent; focaria, quæ præparandis cibis sola domi remanserat, insultare servulo cœpit. *Quid*, inquit, *misselle*, *acturus eris*, *si Dominus tuus excesserit*, *de te*, *quid putas*, *erit?* Ille ex alto suspiria trahens, *nescio*, ait; *sed Deus sancti Ottonis adjuvet me.*

E Mirum dictu; adhuc nomen Ottonis erat in ore, cùm subitò, toto corpore prostratus, quasi manu quadam invisibili * perlibutus, naturalem formam, quam ortus negaverat, accepit, se ipsum miratus, gressum attentavit, brachia & manus extendit, & cùm in nullo se impeditum sentiret, ad Ecclesiam beati Martini pervolat, Domino suo se ostentat: Omnes clamorem cum laudibus pro miraculo in se facto ad cœlum levare excitat. Sequenti die, exhortatione ac præcepto sacerdotum, ab utroque sexu diversæ ætatis Cruces levantur, Mons S. Michaëlis, Mons ille Deo placitus ascenditur, ubi, præcedente ipso curato, summa cum gratulatione laus & gloria Deo resultat.

* Delibutus.

Item aliud miraculum.

F REs, quam dicturus sum, apud nobilissimum castrum Duriogiæ gloriosè celebrata, fama ubique percurrente, pænè ut facta, ad nos delata fuit.

Materfamilias ejusdem castri tam virtute, quàm nobilitate famosissima filium sororis suæ, qui matri ita ùt unicus, ita & amantissimus erat, unicè nutriebat; quam tota familia uti solam spem posteritatis & hæredem omnium affectuosissimè diligebat. Clypeus auratis laminis & clavis affixus parieti fuit. Parvulus autem juxta morem suæ ætatis, unì clavorum, qui sibi fulgentior videbatur, totis alludendo manibus, evel-G lere attentavit; quem, ubi à servulo, à quo in ulnis portabatur, flendo, ùt pueri omnia extorquere solent, accipit, diu in eo ludens, ori immisit. Qui ita fortiter gutturi ejus infixus est, ut nulla arte vel ingenio extrahi posset. Infantem pallescere, oculos miserabiliter torquere, manibus & pedibus palpitare, dolor videre fuit. Concurrit familia; domus tota in fletum ducitur, clamor luctuosus attollitur, parvulus jam desperatus super limen Ecclesiæ solus componitur.

H Inter hos luctus Marchio, qui tunc fortè aderat, anhelus accurrens, omnes ad invocationem sanctissimi Ottonis fideliter exhortari cœpit. Incredibilia fortè, sed Deo non impossibilia dicturus sum. Ad nomen beati viri clavus ille cum multo sanguine de hiatu oris pueri prolapsus est, & omnium una vox antè tristis, nunc in gaudium mutata, & lætitiam, Salvatoris laudabat clementiam. Hoc ab ipsa matrona, dum ad nos cum multa turba venisset, ita factum esse, cognovimus. In hujus comitatu ille puer cum Patre advenit, in quo triduani fluxus sanguinis per invocationem S. Ottonis, ùt præfatum est, constrictus fuit.

Item

A *Item aliud miraculum.*

IN monasterio, virorum Dei Lanckbemensi contractus quidam de mensa Abbatis stipendia accipiebat. Iste fama beati Ottonis ubique pervolante, ad civitatem Babebergensem reptando non sine gravi labore, magno tamen desiderio & spe sanitatis pervenit: Ubi ab honestioribus Ecclesiæ illius Canonicis collectus, aliquandiu demoratus est. Quadam autem die, cum aliis, multis, quos eadem opinio sanctitatis & gratia sanitarum è diverso contraxerat, Montem beati Archangeli ascendens, ad sepulchrum viri Dei suffragia ipsius, vocibus, quibus poterat, cum lacrymis prolixus postulabat. Ubi verò ad Missarum solennia ventum est, dextera sancti viri contracta sibi membra perliniri fiducialiter expetiit: qua tactus, mutatione dexteræ excelsi; solo prostratus, terribili fragore, vinculis nervorum solutis, cum magno stupore & admiratione omnium erectus super pedes suos stetit erectus.

Conclusio operis totius.

B SUnt & alia multa beati Præsulis gesta, quæ scripto comprehendi non possunt; sed ab illo comprehensa & dinumerata sunt, qui & hic bonorum ejus operum aspirator, & illic fidelis dinoscitur remunerator: qui etiam non sine causa gloriosissimum ejus transitum in festivitate S. Pauli Apostoli disposuit, sed, ùt cunctorum sapientum judicio definitum est; quia beatus ille senectutem suam in Apostolatu remotissimarum gentium pro amore Dei fatigare non dubitavit, etiam laboris sui præmium in ejus solenni natalitio, qui propriè Magister & Prædicator est gentium, percipere meruit. Dignum enim erat, ut, sicut Doctorem gentium specialiùs præ cæteris imitari studuit, ita etiam unum & parem cum eo babeat natalem.

C Gaudeat ergo Babebergensis Ecclesia tanti pastoris auctoritare illustrata, lætentur monachorum catervæ singularis bujus patroni vigilantia, ad tantum religionis culmen provectæ. Exultet præcipuè mons Archangeli Michaëlis tam preciosi corporis sepultura dedicatus, & ex membris ejus, tanquam margaritis ornatus. Jubilet etiam in lætitia cantans canticum novum Apostolo suo omnis Pomerania; quia ipsius gratiæ adscribitur, quòd illorum Ecclesia nova semper sobole fœcundatur. Impletum est in eo, quod Electis veritas repromittit dicens: *Fortitudinem gentium comedetis, & in* D *gloria eorum superbietis:* & quòd propter boc, *in terra sua duplicia possidebunt: lætitia sempiterna erit eis.* Terra enim Electorum est propriè terra viventium; ubi beatus ille duplicia possidebit: quia non solùm pro commisso sibi talento in Babebergensi Ecclesia E duplicato, sed etiam pro alia, quam de gentibus Christo acquisivit sponsa, reposita est ei corona justitiæ. Nam cùm Petrus Judæam, Paulus Græciam, Andreas Achaiam, Joannes Asiam, Thomas Indiam, Gregorius Angliam, cæterique Dominici gregis arietes singuli suos æterno judici reportabunt manipulos, Otto etiam inter eos Pomeraniam gaudens adducet, & cum Præposito Paradisi Michaële, cui vivens specialiùs servire non desiit, & corpore etiam moriens adhærere maluit, in tabernaculo Dei jugiter habitabit. Sciens enim, quia paradisum intrare non poterit, qui Præpositum ejus Michaëlem placatum non habuerit, tanta se ei devotione, & corpore & animo per omnia studuit applicare, ut literis etiam ad Apostolicum Innocentium missis, locum sepulturæ suæ in Basilica S. Michaëlis auctoritate ejus firmaret; ne scilicet Canonici Majoris Ecclesiæ tam preciosum huic Monti violenter abriperent thesaurum.

Apostrophe ad Ecclesiam Bambergensem.

Jsa. 61.

F Ecce quod concupivit, jam videt; quod speravit, tenet; illi est junctus in cœlis, quem tota mente dilexit in terris; cum quo assidua intercessione alumnis suis patrocinari dignetur, ut eum subsequi ad patriam claritatis æternæ valeamus, præstante Domino nostro, JESU Christo, qui vivit & regnat DEUS per omnia sæcula sæculorum, Amen.

In codice manuscripto subjiciuntur ista:

G *EXplicit liber quartus & ultimus de obitu & miraculis sanctissimi & piissimi Ottonis Babebergensis Episcopi Pomeranorúmque Apostoli, Anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, ipsa die Barnabæ Apostoli.*

SERMO IN TRANSLATIONE S. OTTONIS EPISCOPI.

H MEmoriam justi cum laudibus celebrare nos monet sermo divinus, ut devotio nostra, quæ debitum justis impendit honorem, nobis proficiat ad salutem. Ad hoc siquidem justorum memoriam frequentamus, ut dum jugiter illorum gloriam contemplamur, exemplis eorum instructi, mundum cum suis oblectationibus spernamus, & ad gaudia vitæ immortalis toto desiderio anhelemus. Vox est gratulationis, vox est exultationis & salutis, quæ resonat in ore fidelium, laudibus prosequens sanctam venerandámque justorum memoriam.

Erat hic sermo ad calcem codicis, quo usi sumus.

A riam. *In memoria æterna erunt justi, & ab* Psalm. 111. *auditione mala non timebunt.*

Quænam uberior lætitia, quæ major jucunditas, quæ excellentior est dignitas, quàm justi animam & apud Deum æternæ beatitudinis præmia possidere, & in Ecclesia Sanctorum habere laudem, & inter benedictos benedici? In illo itaque cœtu justorum clarissimo, quorum nomina beatæ prædestioationis liber in supernis ascripta retinet; quorum memoriam sanctam Ecclesia venerabiliter recolit, egregius Præsul Otto vita & moribus præclarus emicat, qui in diebus suis ad exornandam sponsam Christi Ecclesiam, Virtutum insigne prætulit de- Matth. 5. cus, verbo & exemplo *lucens omnibus, qui in domo Dei sunt.* Erat siquidem ardentissimus sanctæ religionis amator, ac strenuus divioi cultus propagator. Ecclesiæ saoctæ, cui auctore Deo præfuit, omnimodis magis prodesse, quàm præesse studuit; non dominari in clero affectabat; sed, sic se gregi suo conformare atque coaptare satagebat, ut tanquam pater filios miro pietatis affectu omnes foveret.

Nam adeò visceribus misericordiæ afflue- B bat, tantáque charitatis amplitudine sinum dilatabat, ut summâ vigilantiâ omoium curam gereret, ac solicita circumspectione provideret, ne vel cibus doctrioæ spiritualis, vel alimonia corporalis iodigentibus deesset. Sic sibi commissam Babebergensem regebat Ecclesiam, ut præter illa, quæ specialiter ad ejus curam pertiocbant, de bis quoque, qui in remotis terræ partibus erant, paternam solicitudinem gereret. Volvebat siquidem animo, quo iogenio, qua iodustria, qua ratione ad id pertingere posset, ut de faucibus antiqui hostis erueret animas vario gentilitatis errore delusas. Proinde C desiderium animæ ejus tribuit ei Dominus; &, quod eo inspirante fideliter expetiit, ejus celeri largitate perfecit. Denique Pomeranorum fines iogressus, prædicationis verbo, lavacro sanctæ regeneratioois novam Christo familiam lucratus est, multáque hominum millia gremio sanctæ matris Ecclesiæ sociavit.

Gaudeat ergò bonus agricola, qui de terra illa, quam in sudore vultus sui indefes- D sus coluit; de qua spinas & tribulos infidelitatis eradicavit; cui in tempestate persecutioois verbi divini semina committereoon cessavit, tam uberem fructum fidei metit; tam multam fidelium messem colligit; re vera operibus manuum ejus benedixit Dominus; per quem ovium suarum numerum auxit; per quem terminos possessionis suæ adeò dilatavit; illius, inquam, possessionis de patre ad filium: *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam* Psalm. 2. *terminos terræ.*

Ecce vir iste beatus, jam de corruptione hujus vitæ ad incorruptionis gloriam translatus, fines intravit possessionis mag- E næ: ubi in domo summi Patrisfamilias splendidum possidet mansionis locum. Hæc est illa domus spaciosa, hæc illa possessio amplissima, de qua scriptura loquitur ad Israël. *O Israël, quàm magna est domus Dei, & quàm ingens locus possessionis ejus.* Hæc est Baruch. 3. hæreditas pii patris nostri Ottonis, qui propter Christum nihil in hoc mundo possidere affectabat veraciter. Namque cum Propheta dicere noverat; *Dominus pars hæreditatis meæ.* Nam partem illam hæredita- Psalm. 15. tis, quam in seculo habuit, ad opus pietatis ex toto convertit, ac patrimonii sui hæredem Christum fecit, unde gaudens in spe cœlestium bonorum, Domino cum Psalmista canebat; *Tues, qui restitues hæreditatem meam mihi.* Psalm. 15.

Speciali prærogativa charitatis monachos F fovebat, quos io monasteriis, quæ ipse copiosis sumptibus diversis io locis coostruxit, temporalibus subsidiis sustentans nomioi Domini, quotidiana præparavit obsequia. Hinc pater monachorum jure appellatur. Hinc ut fidelis & prudens dispensator Ecclesiasticæ familiæ, cœlesti remuneratione dignus super omnia booa Domini constitutus est. Taota siquidem pius Pater solicitudioe necessitatibus pauperum communicabat, ut lætaretur io refectione illorum, quos suis impendiis satiabat: jucuodaretur vestitu eorum, quorum nuditatem indumentis necessariis cootegebat. Sentiebant humanitatem ejus ægritudines decumbentium, imbecillitates debilium, labores exulum, destitutio pupillorum, desolatarum lamenta viduarum, in quibus juvaodis præcipuam solitus erat exercere benevolentiam.

Hujus ergò Patris merita gloriosa dignis attollamus præconiis, cujus venerandam G memoriam translationis ipsius anniversario die sincera filiorum devotio se suscepisse gratulatur. Tempus quippe iostat, quod ad laudandum virum justum opportunum fore sacra scriptura insinuat. Nam sicut ex au- Ecclef. 11. ctoritate sacri eloquii laudare hominem in vita sua prohibemur, sic laudare post consummatiooem jubemur. Laudanda est militis fortitudo, sed postquam devicto hoste triumphum obtioueric. Laudanda est navigantis felicitas. Sed cùm navem ad litus perduxerit. Quamobrem memoriæ homioum dare laudem magis debemus, quàm vitæ; quia, quandiu vita nostra super terram tentationibus exercetur, dubio belli exim, ioter carnem & spiritum certamen agitur. Nec priùs securè quisquam laudatur, quàm post hujus carnis termioum bonum certamen se certâsse, fidémque servâsse lætatur. Hinc de- 2. Tim. 4. H nique & apud Deum corona justitiæ vita decoratur, & apud homines digois præconiis honoratur. Tunc etenim utiliter quisque meritam laudem consequitur: quando nec lau-

laudantem notat adulatio, nec laudatum tentat elatio.

A Nos proinde translationem dilecti patris nostri Ottonis cum laudibus celebremus, qui ut meritò laudari ab omnibus debeat, laudabili vita ipse promeruit. Siquidem laus ejus ipse Christus est, qui glorificantem se servum suum glorificabat, qui in opus sacri ministerii illum adscivit, qui *in ædificationem corporis sui, quod est Ecclesia, sacerdotio eum fungi, & habere laudem in nomine ipsius decrevit.* Ejus nempe industria sanctæ Ecclesiæ structura & corporalibus profecit spaciis & spiritualibus amplificata est augmentis.

Ephes. 4. Eccles. 45.

BULLA CANONIZATIONIS S. OTHONIS.

B *CLemens Episcopus servus servorum DEI, Venerabilibus fratribus E. Mersebergensi, & O. Eistettensi Episcopis, & dilectis filiis S. Emmerammi Ratisponensi & Schwartzensi Abbatibus, Decano & Scholastico Wietzaburgensi salutem & Apostolicam benedictionem.*

Hanc Bullam invenies quoque apud Bar. Tom. 12. Anno 1189.

Ad audientiam Apostolatus nostri ex quarundam serie literarum & relatione multorum pervenit, quòd divina potentia per merita & interventum Beati Ottonis, qui Babenbergensis fuit Episcopus, multam est operata salutem, præcipuè in gente Pomeranica, ad quam fuit ab Apostolica sede transmissus; & in ea compluribus miraculis donavit illi Dominus coruscare.

C *Quoniam igitur juxta divinæ scripturæ testimonium lucerna non sub modio, sed supra candelabrum est ponenda; districtioni vestræ per Apostolica scripta mandamus; quatenus de vita ipsius & miraculis diligentiùs inquiratis, quæ nobis fuerunt per multorum literas indicata. Et si non inveneritis aliquid, quod obsistat, ipsum canonizatum, auctoritate freti Apostolica, solenniter & publicè nuncietis; anniversarium diem sui transitus facientes, & publicè nunciantes, ad honorem DEI, & ipsius beati viri memoriam solennem haberi. Datum Laterani III. Kal. Maji, Pontificatus nostri Anno secundo.*

Matth. 5.

Altera Bulla ejusdem argumenti.

D *CLemens Episcopus servus servorum DEI venerabili fratri Ottoni Episcopo, & dilectis filiis Canonicis & universo Clero & populo Babenbergensi Montis S. Michaëlis salutem & Apostolicam benedictionem.*

Cùm sedi Apostolicæ referuntur ea, quæ ad salutem pertinent animarum, & devotionem Cleri & populi, manifestis indiciis respicere comprobantur, ea, sicut convenit, libenter audimus, & ut debeant in Domino promoveri, favorem, ut expedit, impertimur Apostolicum & assensum. E *Hinc est, quod cùm ad audientiam Apostolatus nostri quarundam serie literarum, & multorum relatione pervenerit; quòd divina potentia per miracula & interventum B. OTTONIS, qui Babebergensis fuit Episcopus, sit multorum operata salutem, præcipuè in gente Pomeranica, ad quam fuit ab Apostolica sede transmissus: in qua donavit illi Dominus Deus compluribus miraculis coruscare.*

F *His gratanter auditis, & pro tantis beneficiis omnipotenti Domino gratiarum actionibus exsolutis, vestris piis desideriis ad laudem Dei satisfacere cupientes, Venerabilibus fratribus nostris Merseburgensi & Eistettensi Episcopis, & dilectis filiis S. Emmerammi Ratisponensi & Schwartzensi Abbatibus, Decano & Scholastico Wirtzeburgensi dedimus in mandatis; quatenus de vita ipsius & miraculis diligenter inquirant, quæ nobis fuerunt per multorum literas indicata. Et si non fuerit inventum aliquid, quod obsistat, ipsum canonizatum prædictæ magnæ personæ debeant solenniter & publicè auctoritate freti Apostolica nunciare, anniversarium diem sui transitus facientes, & publicè nunciantes ad honorem DEI & ipsius Beati viri memoriam solennem haberi. Datum Laterani Kalend. Maji, Pontificatus nostri anno secundo.*

G Anno igitur Domini M. C. LXXXIX. II. Kalend. Octobr. In die S. Hieronymi translatus est S. Otto Deo dignus Episcopus Babenbergensis & Pomeranorum Apostolus; præsidente adhuc in sede Babebergensi Ottone Largo XI.

Translatio S. Othonis.

H Has duas Bullas reperi in codice quodam Bibliothecæ Bavaricæ, qui Annales Bambergenses continet; cui addita est hæc annotatio. *Scripsi ego Hartmannus Schedel Nurimbergensis Artium ac utriusque medicinæ Doctor, Anno salutis 1497. Chronicam istam Babebergensem, cum commendatione ac descriptione Urbis Babenbergensis, cùm eo Anno Antonius Haller civis Nurenbergensis, socer meus, ex progenitoribus suis de antiqua familia, Babenbergensis oriundus, tandem vitam cum morte commutavit X. die Mensis Septembris, & uxor ejus socrus mea, hunc librum mihi, ac liberis ejus, nepotibus meis, dono dedisset: cùm in eo folia pleraque sine scriptura essent, ne liber in nihilum redigeretur; Propria manu hæc de Babenbergensi historia perfeci. Nurembergu quoque de Babenbergensi Diœcesi existit, ut ob vicinitatem loci gesta in ea civitate posteris manifestentur, pro oblectamento succedentium, ut fructum inde capere possint, perscripta sunt, & ut Codex iste diutiùs perseveret, ad laudem summi datoris, Amen.*

VARIÆ EPISTOLÆ
AD
RERUM
BAMBERGENSIUM
ILLUSTRATIONEM
PERTINENTES.

Nunc primùm

Ex antiquis Codicibus erutæ & editæ.

STUDIO

JACOBI GRETSERI SOCIETATIS JESU, THEOLOGI.

LECTORI.

SEquentes Epiſtolas Vitæ Othonianæ adjungere libuit, tum quia aliqua illarum ſunt ad S. Othonem; tum quia omnes ad rerum Bambergenſium illuſtrationem faciunt. Eas autem debes, mi lector, nobili, clariſſimo, omníque genere literarum excultiſſimo viro, Domino SEBASTIANO TENGNAGEL, J. V. Doctori, Cæſareo & Regio Viennæ Auſtriæ Bibliothecario. Alicubi notulas adjecimus. Si Scopus non ſemper à nobis tactus, memineris, humanum eſſe errare: at Ariſtarchicum, in libris non niſi alienos errores rimari ac venari.

VARIÆ

VARIÆ EPISTOLÆ AD HISTORIAM BAMBERGENSEM SPECTANTES.

Epistola I. Henrici IV. ad S. Othonem Bambergensem Episcopum.

A HENRICUS DEI GRATIA Romanorum Imperator Otboni Babenbergensi Episcopo suo dilecto & certo fideli gratiam & omne bonum. Nunc imminente necessitate debet apparere, qui sint fideles nobis, & ipsa evidentia rei manifestandum est, quantum nos diligant & honorem nostrum. Scias igitur, quòd nos usque VVirzeburc venimus cum multis militibus, & adbue ibidem plures exspectamus, cupientes cum DEI adjutorio inimicos nostros invadere, & castrum nostrum Nurenbere, quod obsident, liberare.

Anno Domini 1105. desciverat Henricus filius à Patre. Quare cum aliis, tum S. Othoni, ne desereretur, supplex factus est.

Quapropter tibi, sicut optimo fideli rogando mandamus, ut ad nos venire festines cum omnibus, quos babere poteris, sicut tibi confidimus. Insuper etiam diligenter te rogamus, ut in præsenti nostram consideres necessitatem, & A. qui nobis est necessarius, concedas beneficium, quodà te postulat, animadvertens, quòd modò nos præsens periculum compellit multis supplicare, & eorum voluntatem faciendo, ipsos in nostra fidelitate confirmare, & hac ratione constrictos, de his & de aliis multis oportet nos te rogare aliter, quàm vellemus: sed nos, DEO volente, si prosperitas advenerit, te & Ecclesiam tuam, sicut dignum est, respiciemus. De hac re fac, secundùm quod tibi dicet N. ex nostri parte.

II.

Epistola, Ejusdem ad eundem, & ejusdem argumenti.

B HEINRICUS DEI GRATIA Romanorum Imperator Augustus Othoni Babenbergensi Episcopo gratiam & omne bonum. Scimus, quia legationibus filii nostri frequenter fatigaris, sicut nobis per tuum nuncium mandâsti. Confidimus autem de tuæ bonitatis fide: quòd nec precibus, nec minis, nec persuasionibus, nec blanditiis unquam acquiescas nostris contra nos inimicis; sed semper fideliter nobiscum permaneas. C Quantascunque autem persecutiones ab inimicis nostris sustineas: nullatenus tamen terrearis, sed, certus esto, quòd te non deseremus sive in pace, sive in periculo, & fiduciam babeas in omnipotente DOMINO, quòd nobiscum citò à præsenti liberaberis periculo. Sicut ergò de te confidimus, & per nuncium tuum tibi mandavimus, ad diem, & locum, quem *condiximus, venire non dubites. Igitur per fidem, quam nobis debes, neque precibus, neque minis aliquatenus terrearis, ut ad filium nostrum transferaris, & ab omni Ecclesia, atque per omnes congregationes tibi commissas, orationes sine intermissione fac fieri ad Deum pro nobis. Castrum etiam tuum ita diligenter custodiri facias, ne aliquis ex custodibus ab eo descendat. Nuncium etiam tuum ad consolandos mittas * Nurenbergenses.

At S. Otho, conjunxit se, ut par erat, cum Catholicis contra Schismaticos, non obstantibus blanditiis Henrici IV. policitationibus.

* Superiore Epistola. Is erat Herbipolis seu Wirzeburgum.

* Tunc ab exercitu filii obsessos.

III.

Epistola, Ejusdem ad Eundem.

D HEINRICUS DEI GRATIA Romanorum Imperator Augustus Ottoni Babenbergensis Ecclesiæ Episcopo, gratiam, dilectionem, & omne bonum. Perfectus amor cùm utique domesticus cordis sit, non ad oculum tantùm valet, non ad oculum spectat, non pendet ex tempore, per quem absentes quantò longiùs separantur, tantò arctius mutua pro se solicitudine constringuntur. Nos certè absentis tui ampliorem, quàm dum affuisti, curam gerimus; eòdem, quo te proveximus animo, cuncta tibi prospera cupientes; adversa, etsi non accidant, quia possunt accidere, verentes. Unde maximo nobis gaudio est, quòd adbuc de rebus tuis optata comperimus, te videlicèt ab Ecclesia tua honorificè receptum, grata omnibus responsionum babitibus & actuum temperantia placuisse, & in præstandis beneficiis necessariam laudabiliter exhibuisse cautelam. Qua de re consulimus,

Videtur hæc Epistola scripta paulò postquam S. Otho Episcopatum Bambergensem inierat. De quo initio libri 1. de Vita S. Othonis.

A fulimus, hortamur & petimus, ut, quod facis, facias, ne primitiis bonæ famæ, si manum remiseris, perdas, quia, bona inceptio sine fine; speciosi corporis instar est sine capite. Nemo te à delectu Ecclesiasticæ secundùm justitiam utilitatis terrore detorqueat, precio flectat, suadendi fellito melle seducat, quoniam tentatus bis omnibus, si probatus fueris, facilè omnia propulsabis. Si quid autem grave tuis viribus æstimabis, ad nos tibi proculdubio succursuros ex nostri differas occasione præcepti.

IV.

B *Epistola Ejusdem Henrici ad S. Othonem.*

HEINRICUS DEI GRATIA Romanorum Imperator, Augustus, * Babenbergensi Episcopo suo fideli charissimo gratiam & omne bonum. Cùm DEI providentia & magnæ pietatis ejus consilio de nostro Regno ubique pacificato gauderemus, advenerunt nobis nuncij ex parte G. Ducis, & B. Comitis aliorúmque fidellum nostrorum Marchiæ Flandrensis, in-C timantes eos diutiùs non posse sustinere molestias Roberti Comitis, qui regnum nostrum invasit, & ad ignominiam omnium, qui in eo sunt, sibi nostrum * Cameracensem Episcopatum usurpavit. Unde quemadmodum res hortabatur, nostros Principes convocatos consuluimus, & ab eis sapienter, re notata, constituimus eorum consilio nos facturos expeditionem in Flandriam supra tam præsumptuosum hostem; qui noster miles debet esse; ne diutiùs de imminutione & dedecore Regni nostri impunè superbiat. Hoc siquidem tam manifestum, & tam commune Regni nostri dedecus tibi fieri, si tuum honorem diligis, pensare debes corde tenus. Ut igitur fideliter hoc facias & prudenter, rogamus te sub spe remunerationis gratissimæ, & per fidelitatem, quam nobis & regno debes, monemus, ut omni occasione destructa sicut honor est regni atque tuus, ad expeditionem venias: sciens, quòd in proximo festo Sanctorum omnium Tungris juxta Leodium conveniemus, parati super Flandriam equitare. Nec mireris, mutatum esse adventum nostrum Radisponam, sicut intellexeras, quando nobiscum eras, quia hujus rei necessitas intervenit, & utiliter ad decus regni firmiter est laudata ab omnibus nostris expeditio nostra super hostes in Flandriam.

* Nomen Episcopi non exprimitur in codice M. S. sed videtur esse Otho.

* Sigeb. Anno 1102. *Roberto Flandrensium comite inquietante urbem Cameracum, Henricus Imp. contra eum proficiscitur*, sed parùm profecit ob hyemis asperitatem, ùt dicit Sigeb. Erat hic Robertus sedi Apostolicæ addictissimus. Cameracenses autem ad Henricum Imp. Schismaticum transierant. Hinc Roberto causa belli in illos. Roberti factum publicis literis collaudavit Paschalis II. Papa. Vide Baron. Tom. XII. Anno 1102.

V.

D *Epistola ejusdem Henrici ad S. Othonem.*

HEINRICUS DEI GRATIA Romanorum Imperator, Augustus, Ottoni Babenbergensium dilecto Episcopo gratiam abundè, & omne bonum. Româ nostri nuncij rediêre, & DEI gratia ex parte maximâ nobis læta & prospera retulêre. Mandant etiam nobis nostri fideles, quòd E tempus habemus acceptabile, ut Romanæ sedi & reipublicæ consulamus. Quapropter necessariò nostros Principes convocamus, ut inde, sicuti justum est, eorum consilium & auxilium habeamus. Ad quod plurimum indigemus tuæ fidei præsentia, & tui consilij prudentia: quoniam & te corde tenus diligimus, & tibi de omni honore nostro, prout nobismetipsis indubitanter confidimus. Confidenter igitur & intimè tuam rogamus dilectionem, ut die Veneris, post proximum festum S. MARIÆ, venias ad nos Spiram, & ibi super his tuo & aliorum nostrorum Principum consilio ad DEI honorem & regni, & Christianæ pacis statum tractabimus. Et hilariter facias hoc, sciens, quòd te citò dimittemus. Et * hoc libenter tibi parceremus, nisi tam alti negocii nos urgeret instantia. Præterea mandamus tibi, ut mittas pro Comite N. quem tibi commisimus, & eum nobis representes.

Misit Henricus Legatos ad Paschalem Pontif. Anno 1105. Vide Baron. Tom. XII. nisi ad Henricum Juniorem referre velis, qui Spiræ conventum egit Anno MCXI. Vide Ursperg.

f. In hoc

VI.

Epistola Ejusdem Henrici adhuc Regis ad A. Episcopum Bambergensem. F

HEINRICUS DEI GRATIA Rex * A. sanctæ Babebergensis Ecclesiæ venerando Pontifici, suo scilicet dilecto nepoti, gratiam suam, & debitum dilectionis donum. Si omnia vestra prosperitatis tenore diriguntur, ùt justum est, congaudemus: & siquid adversi vobis occurrerit, quod divina repellat obumbratio, ùt decens est, condolemus: & hanc eandem charitatis vicem vos erga nos servaturum, non dubitamus. Quapropter dilectionis G vestræ rogamus privilegium; quia, quidam militiæ vestræ N. nomine misericordiam nostram & auxilium petens venit; ut sibi illam *haranscaram* cum vadimonio, quam vobis jurejurando promisit, nostri amoris & rogatus causâ dimittatis: ut ego ex parte mea vobis compensem, patrémque meum, ut & ipse vobis compenset, instigem.

*Videtur esse Albertus Comes à Bogen, qui Bamberg. Episcopatum tenuit ab An. 1054. usque 1060. ùt dicitur in Prodromo Annalium Bamberg.

VII.

Epistola ejusdem Henrici IV. Imp. ad Rupertum Episc. Bambergensem.

H HEINRICUS DEI GRATIA Romanorum Imperator Augustus Ruperto Babebergensi Ecclesiæ Episcopo gratiam, & omne bonum. Notum est tibi, quanto periculo tota fluctuet Ecclesia; quantus error in omni surgit Saxonia: quantáque desolatione nobilis illa Metensis penitus destruitur Ecclesia. Et non solùm ibi, sed & in diversis partibus Ecclesiæ nostri dividitur Imperij. Igitur consilio nostrorum fidelium statuimus, fieri Moguntiæ colloquium in Dominico die ante proximum S. An-

A Andreæ festum. Huic colloquio omnes regni Principes nostri fideles intersunt: Et præterea omnes, quorum nobis utilis declaratur aut fides, aut consilij providentia. Ad quod venire te, quàm intimè rogamus, quia nullatenus tam ardua negotia regni, & divisio Ecclesiæ coadunari poterit, sine tua maxima sapientia, & egregio consilio & fide, quæ hactenus nobis frequenter in necessitatibus, & in hujusmodi controversiis regni, prout nos voluimus, & res exegerat, præstò fuit. Ad quod Colloquium omnes Saxones nostri fideles venient, rogantes summopere, nos in Saxoniam venire, & hos novos errores componere. Metenses autem è contrario Metim clamant nos transire; quatinus illic tandem pax & securitas reddatur Ecclesiæ. Nos quoque invitante Archiepiscopo, Coloniæ nativitatem Domini celebraturi sumus; & idcirco statuimus hoc Colloquium antè fieri, ut hujusmodi dissensiones regni priùs componeremus; quàm nos in remotiora transiremus
B loca. Sed idcirco prædictam expeditionem distulimus, quatinùs communi omnium nostrorum consilio, quæ nobis agenda sint, considerentur. Ergò rogamus te, per eam, quâ compater nobis effectus es, dilectionem; ne te corporis ægritudo, vel qualibet alia res impediat, quin ad præfatum Colloquium tempore statuto venias; & ibi juxta magnam sapientiam & solitam fidem tuam de nostra & regni utilitate, quæ necessaria sunt, nobiscum disponas.

VIII.

Epistola ejusdem Henrici ad eundem.

C HEINRICUS DEI GRATIA Romanorum Imperator Augustus Ruperto Babebergensi Episcopo gratiam, & omne bonum. Quoniam semper nobis fuisti fidelis, quemadmodum debuisti, & nostrum honorem sicut vir sapiens & fidelis egregius retinere & amplificare studuisti; grates tibi quàm maximas referimus, & inde procul dubio scias dignam tibi facere remunerationem intendimus. Tuam igitur rogamus fidelitatem confidenter, ut beneficio, quod fuit * Ou. divitis nullam promissionem vel concessionem alicui facias, donec nobis loquaris, aut inde nostram sentias certis literis voluntatem. Si enim hoc attenderis, nos faciemus propter tuam charitatem, quod nos rogâsti in tuis literis: Et tu stude honori nostro, sicut in te confidimus providere.

* In M. S. a. fortè Udonis.

IX.

Epistola ejusdem Henrici ad eundem.

D HEINRICUS DEI gratia Roman. Imper. Augustus Ruperto Babeburgensium Episcopo gratiam suam & omne bonum. Novit optimè dilectio tua, quanto E tempore, quàm optima fide nobis servierit Ou. & filius ejus G. qui nuper miseranda omnibus bonis, quia immatura, morte recessit à sæculo. Urget itaque nos tam humanitatis compassio, quàm justitiæ necessitudo, ut in parvulos ejusdem G. avitæ & paternæ servitutis memores simus, & orbitati eorum debitæ pietatis suffragio consulamus. Unde, te solicitè commonemus, & summis precibus obsecramus, ut filio ejus Patris beneficium benignè pro respectu Dei, & nostra interventione concedas, nulla hoc differens occasione, nulla excusans, vel abnuens ratione. Commendationem autem pueri usque in præsentiam nostram ut differas rogamus, sicut de nobis curas.

X.

Epistola ejusdem ad eundem.

HEINRICUS Dei gratia Imp. August. F Ruperto venerabili Episcopo & dilecto compatri gratiæ suæ optimam voluntatem. Quia in custodia Babebergensi per effectum operis nostram implêsti voluntatem; magnas tibi grates, sicut optimo fideli nostro referimus. Quod superest, rogamus, & firmiter tibi præcipimus, ut prohibeas, ne ejusdem Ecclesiæ custos alicujus inde aut calumniam in bonis suis patiatur; & illos, qui se de illa custodia beneficiatos asserunt, Episcopali autoritate constringe, beneficia de ipsorum manibus excute, & restitue. Nam id Principum nostrorum decreto indultum atque concessum & confirmatum est, ut nullus Præpositus, vel custos Ecclesiæ, potestatem habeat quidquam de bonis Ecclesiæ in beneficium alicui præstare: Et, si factum fuerit, irritum haberi.

XI.

Epistola ejusdem ad eundem.

HEINRICUS Dei gratia Romanor. Imp. G August. Ruperto Reverentissimo, & * patrino suo in Christo dilectiss. gratiam suam, & plurimam in Christo salutem. Cùm præ omnibus maximam habeam in te fiduciam, miror, quòd toties te pro una eadémque re rogavi, & nihil mihi dignum pro mea spe respondisti; præsertim cùm ita nihil unquam ita sit arduum, quod putaverim abs te mihi denegari. Sed H & adhuc iteratas preces ingeminando identidem dilectionis tuæ dulcedinem velim exoratam; ut de custodia Ecclesiæ tuæ inclinatiùs mihi aurem præbeas, & eam mihi per præsentem nuncium transmittas. Præterea, quia Comes Ou. obiisse dicitur; non alitèr te rogo, quàm ut revocem tibi in memoriam, si quid pro amore & voluntate tua, fecerim; ita ut apertè in hac petitione experiar, quantum me diligas: Nec

* Compatri.

A te rogo, nisi talia, quæ honori, & proficui tuo erunt profutura. Rogo inquam, ut beneficia, quæ ex te habuit, nulli promittas, nec aliquid inde facias, sed totam ipsius rei actionem differas usque ad nostram utriusque ad invicem præsentiam.

XII.

Epistola Ruperti Episcopi Bamberg. ad Henricum IV. Imp.

B HEINRICO desideratissimo Romano Imperatori, Augusto; Rupertus Dei gratia id quod est cum universa congregatione Babebergensis Ecclesiæ, servile obsequium, & sine intermissione constantiam orationum. Maximas vestræ pietati gratias referimus, magisque in dies pro vestra sanitate & Imperii stabilitate orare non cessamus; quoniam omnes petitiones nostras benignè suscipitis, misericorditer in necessitate subvenitis, nostrisque fratribus honores, dignitates, beneficia impendendo, universum claustrum nostrum honoratis. Prædium autem pietatis vestræ, quo nostrum stipendium adauxistis, partim vestri, partim ministeriales Domini N. invaserunt, vestram eleemosynam sub vestro singulari patrocinio nobis penitus abstulerunt. Nos profectò nihil ipsis, nihil aliis quibuslibet in beneficium de eodem prædio concessimus, sed in perpetuam vestri nominis memoriam nostris usibus ordinavimus.

C Nunc igitur nos omnes communiter vestram imploramus benignitatem, quatinus Imperiali vestra legatione invasorum illorum audaciam retundatis; qui vestrum Imperiale decretum transgressi sunt, quod indissolubiliter constituistis, ut prædium illud nec à nobis, nec ab aliquo Præposito ulli hominum in beneficium posset concedi; sed pro salute animæ vestræ, nostræ deserviret in perpetuum necessitati. Itaque vestra Imperialis legatio efficiat, quatinus modò prædicta præda nobis restituatur, ac deinceps nullus fratrum edictum transgrediatur.

XIII.

Epistola ejusdem Ruperti ad eundem Henricum.

D DEsiderantissimo Domino suo Heinrico serenissimo Romanorum Imperatori Augusto; Rupertus Dei gratia Babebergensis Episcopus, cæterique sui fideles Nurenbergenses cum instantia orationum servile in omnibus obsequium. Sicut in omnibus vestris negotiis ego Rupertus devotissimum me semper exhibui, sic etiam usque in finem majori quoque studio in omnibus vestræ obediam voluntati. Et quidquid per Dominum G. mihi injunxistis, omni circumspectionis diligentia ad vestram voluntatem perficere studeo. Perfectæ verò dilectionis ardore nullatenus celare vos audeo, tam amicos, quàm inimicos nova quædam machinando confœderari. Et valdè necessarium est, ut quantocyus ad nos redeatis, quoniam præsens corpore facillimè potestis universa ad vestram voluntatem componere, quæ vestri absentia in incorrigibile malum formidamus excrescere. E

XIV.

Epistola Ecclesiæ Bamberg. ad Henricum Imperatorem.

SErenissimo Domino suo Heinrico Imperatori Cæsari Augusto Babenbergensis Ecclesia, speciali quadam fidelitate sibi semper suisque antecessoribus devincta, fidele & stabile servitium cum devotis orationibus. F

Gratias agere divinæ bonitati non desistimus, qua inspitante, clementia vestræ dominationis, more & exemplo * Patris vestri, piissimæ memoriæ, nos & locum nostrum benigno favore, & quasi singulari quodam affectu hactenus dignata est respicere & confovere. Unde solita pietate vestra confisi, dispoliati, & immoderata rerum nostrarum devastatione penè jam desolati, genibus vestræ commiserationis cum lacrymis, & querelis pernimiùm necessariis provolvimur. Si quid enim ab hostium immanitate relinquitur, hoc totum à vestris ministerialibus quibusdam ubique devastatur: ubicunque possunt, sine respectu Dei & vestri. Quorum illi quidem qui apud HAMERSTEIN præsident, octo carradas vini nobis hoc anno abstulerunt. Oleum autem, quod ad Quadragesimale tempus deputatum, M. cùm præter eum deferretur, ex toto præripuit. Porrò R. cum suis complicibus omnia nostra suæ domui contigua, usque ad desolationem devastavit. Ecce qualia nos vestri à vestris patimur: sed adhuc pejora veremur: nisi Deus, & vestræ jussionis auctoritas quantocyus subvenire dignetur. Rex regum, & Dominus dominantium, vitam & honorem vestrum, Serenissime Domine, prout expetit necessitas totius Imperii, prolongare atque conservare dignetur. G

* Henrici III. cui cognomen Nigro.

XV.

Epistola Ecclesiæ Bambergensis ad Adelbertum Archiepiscopum Moguntinum.

ADelberto sanctæ Moguntinæ sedis Archiepiscopo, & Romanæ sedis Legato, sanctæ Babeobergensis Ecclesiæ Clerus reverentiam cum dilectione, & obedientiam cum humilitate. H

Primùm

A Primùm quidem Domine, gratiarum actiones vestræ paternitati referimus, & à Deo retributionem vobis postulamus, quòd in tantis negociis regni occupatus, aurem vestram à clamore nostro non avertistis; sed auxilium vestrum in tribulatione nostra, nobis affore, promisistis. Quæ benevolentia nullis meritis nostris exigentibus nobis exhibita, nos adeò Paternitati vestræ alligavit, ut nunquam ejusdem benevolentiæ oblivisci decreverimus. Ex promissione itaque vestra, quam per Legatum nostrum audivimus, in spem adducti, iterum atque iterum ostium misericordiæ vestræ pulsamus, & pedibus vestris provoluti oramus, ut causam nostram, quam tractandam pro gratia vestra, suscepistis, sicut vobis moris est, pro honore vestro, tum pro dilectione Episcopi nostri, tum pro nostra semper mansura devotione, perfectè & integrè terminetis.

B Noverit autem Paternitas vestra, quòd milites Domini N. imò exactores ejus, fratrem & dispensatorem nostrum, & Sacerdotem Dei inhumanissimè, & sicut eos decebat, tractaverunt, & tandem omnibus rebus suis & nostris retentis, scilicet VII. palafridis, & XVI. marcis, quibus nobis vinum comparandum erat, & quod sine lacrymis reminisci non valemus, vestibus omnibus usque ad verecundam nuditatem abstractis, infirmum, & vix baculo innisum, C peditem abire permiserunt. Sunt autem nomina eorum, qui hoc fecerunt, N. & N. & N. Cæterorum verò nomina modò exciderunt. Quod nos Domine (quia oculi totius regni ad consilium prudentiæ vestræ, & ad auxilium potentiæ vestræ respiciunt) vestræ gratiæ committimus; tantò de vestra misericordia præsumentes, quantò posthac, præ omnibus, vobis volumus esse devotiores.

XVI.

Epistola Adalberti Archiepiscopi Moguntini ad S. Othonem Episcopum Bambergensem.

D ADelbertus Dei Gratia Moguntinus Archiepiscopus, & Apostolicæ sedis Legatus, Venerabili fratri Ottoni Babebergensi Episcopo salutem in Domino. Excommunicationem, quam, communicato fratrum & Principum consilio, in invasorem Regni fecimus, jamdudum fraternitati vestræ per literas nostras significavimus: Sed, quia dubitamus, utrum ad vos pervenerint literæ; audivimus enim, quòd Ecclesia vestra, velit eas ignorare; Mittimus iterum præsentes apices, monentes, ut, quod fecimus nos, & vos faciatis, & per omnes Ecclesias vestras ipsum iniquitatis auctorem cum fautoribus suis à communione Christiana, & omni divino officio arceri præcipiatis. E

De hoc Adelberto seu Alberto, lege Serarium lib. 5. Rerum Mogunt. Loquitur de Excommunicatione lata in Henricum V. maximè Anno 1116.

XVII.

Epistola ejusdem Adalberti ad S. Othonem Episcopum Bambergensem.

ADelbertus Dei Gratia, sanctæ Moguntinæ Ecclesiæ licèt indignus, & humilis minister Ottoni dilecto & venerabili fratri suo Babenbergensi Episcopo fraternam in Domino dilectionem & orationes. Fraternitatem vestram coram Deo, & hominibus hactenus laudabiliter vixisse, & contra hæreticos, tempore hujus schismatis, plurimùm desudâsse pro Ecclesia, F nulli penè dubium est. Quantò igitur zelum vestrum erga Deum, & Ecclesiam * ferventiorem dudum esse cognovimus, tantò magis nunc miramur, quod tamen salva fraterna charitate dicimus, vos Deo & Ecclesiæ minùs devotum existere, & quodammodo refrixisse: cùm jam magnum ostium nobis apertum sit recuperandæ unitatis Ecclesiasticæ, cùm jam bonum certamen nostrum, Domino cooperante pervenerit ad finem, & nunc quàm maximè vobis & omnibus orthodoxis summopere satagendum sit, ut, quod dudum à nobis est inchoatum bene, votivum in Dei nomine sortiatur effectum.

* Vide Annot.

G Dilectioni vestræ pridem significavimus, ut sanctæ Apostolicæ sedis Legato, & fratribus nostris coëpiscopis vestris, ac cœteris Catholicis Principibus in loco, qui dicitur *Plefelt* occurrere velletis, & Wirtzeburgensis * Episcopi unà nobiscum interesse ordinationi. Ad quam utique prompto & acri animo, etiam non rogatus venire debueratis; non solùm, quia Coëpiscopus, sed etiam quia concivis vester est, & jure propinquitatis ipsum quodammodò familiariùs & specialiùs diligere debetis. Sed, quia venire neglexistis, Dominus Cardinalis usque ad satisfactionem à divino officio, cœteris consentientibus, vos suspendere voluit. Nos autem pro singulari amore, & reverentia vestri, ne quid durius contra vos diffiniri deberet, vix obtinuimus.

* Ruggeri contra intrusum Gebhardum. Est autem Ruggerus ordinatus Anno 1122.

H Nunc itaque fraternitatem vestram rogamus, & ex auctoritate Domini Papæ, & Apostolicæ sedis Legati, & nostra præcipimus, ut universali Concilio in nativitate sanctæ Dei genitricis Moguntiæ celebrando, omni amputata occasione vestram exhibeatis præsentiam; ut ibi & Domini Papæ legationem cognoscatis, & de statu Ecclesiæ unà nobiscum in commune consulatis. Si qui verò Episcoporum huic sancto Concilio interesse neglexerint, sciant se ex auctoritate Domini Papæ, & Apostolicæ sedis Legati, & totius Concilij synodalis sententiæ, qus hujusmodi præsumptores feriendi sunt, modis omnibus subjacere.

A *Annotatio in XVII. Epistolam.*

CAusam huic epistolæ scribendæ dedit consuetudo S. Othonis, qui in tanta rerum omnium turbatione, quantum consequi poterat, publico abstinens, suæ Ecclesiæ res curabat. Quod nonnulli tam Catholicæ, quàm schismaticæ partis ægrè ferebant. Clarè hoc testatur Urspergensis, qui ista. Anno Domini M. C. XIV. Dominus Imperator (Henricus V.) *Natalem Domini Babenberg cum summa magnificentia, copiosáque Principum multitudine celebrat: Et hoc simpliciter, quia virum Dei Ottonem inibi Episcopum, propter quædam jam orientia in Regno scandala, Curiam frequentare renuentem, ex parte suspectum habebat. Ipse verò transitoriis pro Concordia Ecclesiastica non parcens; beneficiis indefessis animositatem Regis gloriosè devicit.*

B Idem Urspergensis. *Cæteris, qui aderant, &c. ad Curiam* venire Babenberg Nonis Maji (M. CC. XXIV.) *indicebat* (Henricus.) *Factus est itaque conventus idem non modicus, &c. Quibus singulis necessarios sumptus vel ex toto, vel ex parte ministrabat venerandus Episcopus Otho, peater publicum atque constitutum antiquitus Imperatoriæ Majestati, quod Aulicis etiam importunius exigebatur servitium. Ab ipsis denique Pater idem notabatur variùs quàm cæteri præsules Palatium visitare; ipse verò Monasteriis constituendis & restaurandis, eleemosynis dispensandis; orationibus invigilandis, cæterisque tam practicæ, quàm theoreticæ studiis insinuandis sese maluit occupare. Nec deerant, qui id invidia caussa mussitantes publicis potiùs functionibus impendendum judicarent; sicqué Cæsaris animositatem contra virum Dei commovere tentarent. Sed quia Dominus custodit omnes diligentes se, & vias peccatorum*
C *disperdit, iste rebus transitoriis pro tempore non parcens, miro modo, quamvis undique regiones stringente penuria, sufficienter omnibus ministrando bonitate malitiam vicit, non fictæ charitatis officiis, totius in se Regni benevolum affectum commeruit.* Hæc Urspergensis. Non semper tamen publicis abstinuit. Nam Anno M. C. V. cum cœteris Romam Legatus missus est pro Henrico V. contra Henricum IV. Et Anno M. C. XXI. transactioni Catholicorum & Schismaticorum ad Moguntiam interfuit: & ad Principes Noricos transactionis indicandæ causa legatus abijt. Et tandem pacem inter Ecclesiam & Imperium Anno M. C. XXII. initam chirographo suo confirmavit.

XVIII.

Epistola Episcopi Halberstatensis ad S. Othonem.

D OTTONI, Domno suo Venerabili sanctæ Babenbergensis Ecclesiæ Pontifici * N. per misericordiam DEI Halverstatensis Ecclesiæ [Episcopus] si quid est, quotidianum laudabilis vitæ incrementum. Si rerum vestrarum status prosperitate fruitur, si condignè morum ac vitæ compositioni concordat, vobis, ùt decet, congaudemus: si non; condolemus: quia id ipsum de fidelitatis vestræ excellentia speramus, & certum habemus. Si ergo rerum nostrarum statum scire cupitis, ùt amico, cui maximè confidimus, cui fluctuantis nostræ anchoram, ingruente tempestate, infigimus, ùt amico inquam, quem post Deum unicum ac certissimum imbecillitatis nostræ sustentaculum esse, non diffidimus, dilectioni vestræ intimamus. De proxima ista, quam nôstis, expeditione, in qua ob honorem regni & Ecclesiæ diligentiùs cæteris laboravimus, reversi, domi ubi pacem & concordiam, ubi tranquillitatem & recreationem invenire debuimus,
F odium & discordiam, schismata & intestina bella, peccato heu nostro exigente, invenimus. Adversarii enim nostri N. & N. Ecclesiæ nostræ Canonici, qui & priùs nobis adversabantur, quibusdam solitæ fraudis industria collectis, inter quos N. nominatissimus, & quasi primicerius, iterum in nos insurrexerunt, cleróque convocato, lacrymabilia & inaudita crimina, quæ, Deo teste, nunquam commisimus, in faciem nobis objecerunt; inter quæ, electionem nostram non fuisse Canonicam, ideóque & consecrationem nostram asserunt esse irritam, insuper quoque & simoniam nescio quam N. nobis imponit, quam se Canonica auctoritate statuto tempore probaturum asserit.

G Nos ergo tanta, támque inaudita infamatione perculsi, Moguntinæ sedis Archiepiscopo rem omnem scriptis aperuimus, hujúsque rei consilium, & auxilium quæsivimus. Qui literis ad Ecclesiam nostram directis omnimodis nos excusavit, electionémque nostram justam & Canonicam fuisse comprobans, criminatores nostros reconciliari nobis condigna satisfactione præcepit. Illi verò obstinationi suæ jussa Archiepiscopi postponentes, nec non & Magdeburgensis Archiepiscopi, qui ad sedandam hanc motionem regio jussu advenit, monita spernentes, adbuc in conspirationis suæ vecordia persistunt. Quapropter aram misericordiæ vestræ amplectentes ad vos confugimus, debitúmque clementiæ vestræ auxilium humiliter imploramus. Quidquid enim alii faciant, vestrum est ex gemino charitatis vinculo nobis assistere, labantésque brachio virtutis vestræ sustentare. Pro- H
inde rogamus, quatenus literas vestras ad Metropolitanum dirigatis, & ut in causa nostra diligens esse velit, causa vestri efflagitetis. Rogamus quoque, ut, ubicunque Concilium pro hujus rei discussione convocetur, vos adesse velitis.

XIX.

E de quo Crancius lib. 6. Metropol. cap. 11. de quo Epist. seq. Honorius Pontifex.

* Videtur leg. O. ut sij Otho,

A

XIX.

Epistola Honorii Pontificis ad Othonem Episcopum Halberstattensem,

HOnorius Episcopus servus servorum Dei, Venerabili fratri Ottoni Halverstatensium Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Gravis ad nos de persona tua querela pervenit. Accepimus enim, quoniam Halverstatensem Episcopatum per laicalem violentiam, & quod detestabilius est, per simoniacam hæresin occupâsti. Quantum autem flagitiosam istam pestem simoniacæ hæreseos sancta Dei Ecclesia abborreat, Petrus Apostolus in principio nascentis Ecclesiæ manifestat, qui Simonem Spiritum sanctum vendere volentem cum sua pecunia condemnavit. Si ergo bujus sceleris te reum esse cognoscis, satius est, ut cedas, & delictum tuum in bac vita punias per pœnitentiam, quàm ante oculos districti judicis judicandus appareas. Datum Beneventi XV. Kal. Novemb.

XX.

Epistola Babebergensis Ecclesiæ de Hermanno ad quendam Episcopum.

B

Pro hujus epistolæ clariore intellectu lege Greg. VII. Pontif. Lib. 2. Registri epist. 76. & lib. 3. epist. 1. 2. 3. & lib. 1. epist. 84.

REverendissimo Episcopo, & in Christi membris valdè honorando E. tota Babebergensis congregatio devotissimam servitutem cum perpetuâ orationum constantiâ.

Susceptis literis sanctitatis vestræ, quibus animum vestrum gravi admiratione pulsari dicitis, quòd rem tantam, & tam inusitatam privata quasi temeritate præsumpsimus. Omninò intelleximus, totum negotii tenorem longè aliter vobis, quàm res esset, innotuisse. Quamobrem, ut & disciplinæ Ecclesiasticæ apud nos illibata integritas, & totius actionis veritas, remotâ omni falsitatis nebulâ, elucescat; rem gestam, quantum Epistolaris modus patitur, breviter vobis exprimere tentabimus.

C

Cùm pro persona, quâ de agitur, diram infamiam simoniacæ hæreseos, execrabilémque confusionem evidentissimi perjurii ab omni Ecclesiâ sustineremus; & omnes ferè vestri Ordinis Episcopi scilicet & Archiepiscopi, publicè, ipso Rege audiente, omnia Christi Sacramenta prophanari deplorarent, & chrisma, corpúsque Domini, quod ipse confecerat, velut immunditias menstruatæ exhorrerent: Gradus etiam Ecclesiasticos, quos ille instituisset, detestabili illusione deumbratos assererent: malum enim inscitiæ, quod in eo, quantum sit, vos optimè nôstis, ad immanitatem aliorum, licèt intolerabile, leve ducebamus.

D

De Hermanni hujus inscitia lepidam historiolam refert Bruno initio Commentarii de Bello Saxonico.

Hæc itaque, aliáque id generis infinita, quæ verecundia modestiáque nostra, Deo teste, dissimulat, cùm jam ecce in decimum annum tristissima patientia pertulissemus; tandem aliquando tacti dolore intrinsecus, & planè divinitus admoniti, bumiliter nos ad pedes illius abjecimus, obsecrantes & obtestantes, ut, quia vocatus ad Synodum sedis Apostolicæ fuisset, si in innocentiâ suâ confideret, iter arriperet, & tam se, quàm nos tam detestabili opprobrio, tanquam immani periculo liberaret: aut, si aliud sibi conscientia sua suggereret, tum verò per timorem Dei, ut sibi, nobísque alia ratione consuleret. Et ecce, dum bæc agebantur, Deo sic ordinante, supervenit Dominus Metropolitanus. Cui, dum omnia retractata fuissent; & ipse querelas nostras, utpote omnium gnarus, plurimùm accumulâsset, tandem ipsius auctoritate id statutum est, illo nostro approbante, atque etiam obsecrante, ut ex Collegio fratrum duo, vel tres Romam irent, in quorum præsentia se ab impositis criminibus secundùm Canonum statuta, expurgaret. Quod nisi factum fuisset, jam ultra nullam obedientiam à nobis expostulaturum, aut aliquod Episcopale jus sibi inter nos vendicaturum. Ipse ultroneus sacrosanctè se obstrinxit. Atque hæc domi acta sunt.

E

Archiepiscopus Moguntinus Sigifridus.

F

Ecce autem Romæ, dum terminum vocationis suæ supersedisset, & vix interventu quorundam officium suum, quo privandus erat, usque in diem Palmarum, quia tunc venturus sperabatur, obtinuisset, cùm verò & has inducias frustrasset, tum Domnus Papa in ipsis Albis, Cardinalibus suis in unum congregatis, præsente Archiepiscopo nostro, qui illuc inopinatus advenerat, assidentibus etiam reverentissimis nostratibus Episcopis, Wirziburgensi, & Metensi; ibi, inquam, Papa ipsum Archiepiscopum, aliósque nostrates terribili obtestatione convenit; ut, quæ de Babebergensi Episcopo verè sibi comperta essent, edicerent. Tum Archiepiscopus, cùm ab omnibus ultro citróque fuissent ventilata, verè & absque omni controversia, eum Simoniacum pronunciavit; in tantum, ut grandem suæ ipsius pecuniæ in id facinus expensam diceret. Omnibus, qui aderant, ipsum uno ore succlamantibus. Ita negotium diffinitum est; ut, si ipse noster Romam perveniret, ibi suæ causæ sententiam exciperet. Sin verò retrogradus fieret; tum Archiepiscopus ex præcepto Domni Papæ, Clero populóque Babebergensi denunciaret; ne ullam sibi obedientiam, utpote damnato, exbiberent, omnémque ejus communionem & consortium, ut planè Simoniaci declinarent. Atque bæc Romæ acta sunt.

G

H

Interea noster cum fiducia cujusdam intercessoris sui, quem ingenti pecunia redemerat, quémque infinitis variarum specierum opibus ad explendos Romanæ cupidita-

A tis hiatus præmiserat; dum illius, inquam fiduciâ, propiùs Romam accessisset, ita, ut vix bidui iter restaret: ibi tristi nuncio rei gestæ perculsus substitit. Fratres verò, qui cum eo venerant, quasi testes innocentiæ ipsius assituri, Romam progressi; eùm literas Fratrum Papæ obtulissent, post multa, quæ longum est persequi, id demum ab eo mandatum accepère, ut, si ipse ad suscipiendam sententiam Romæ se non præsentaret, Fratres eum omninò excommunicatum scirent, atque ab omni ejus contagione, nisi secum perire mallent, præcaverent. Hæc ut exsecuti sumus, teste ipsa veritate, ita domi forisque gesta sunt.

B Quid ergò hic à nobis abusivè factum quisquam probaverit? Quid, inquam, hic factum, quod religiosi, & servi Dei tantopere mirari, & non magis summopere lamentari debeant? Nam quid taciturnitate nostra decennali patientius? Aut quid tandem suggestione nostra, quæ lacrymis, gemitibúsque insinuata est, humilius? Quid autem disciplinæ Ecclesiasticæ congruentius? quàm, ut tantorum malorum exitus, & remedium, consensu & rogatu ipsius consilio & auctoritate Metropolitani à sede Apostolica peteretur? Nam quod Reverentia vestra nos monet, ut vos in partem consilii admittamos; non vos in partem consilii admittimus: quin imò totum consilium vobis secundùm ea, quæ gesta sunt, committimus; certi omninò, prudentiam vestram terminos Patrum, aut decreta Spiritus sancti nullatenus excessuram.

C Quòd autem in spe absolutionis illum adhuc esse dicitis; hanc profectò & nos ei à Deo Patre misericordiarum omnibus votis exposcimus: quæ tamen nulla unquam esse poterit, nisi ab renunciata peste, qua tenetur. Nam, ut beatus Gelasius ait; *Christum mortuos suscitâsse legimus; in errore positos absolvisse, non legimus.* Porrò, quòd cum bono recompensatutum, si quid nos læsit, promittitis: absit, absit, ut cum aliquo carnali, aut privato, quod verba vestra subinnuunt; sed verè perfecto, & spirituali odio persequamur: quo & ipse se, si sapit, maximè omnium * persequitur. Quod autem privatis & publicis fortunis nostris & periculis consulendum esse admonetis, nihil horum inopinatum, nihil improvisum nobis occurret: Et Deo gratias, si inter eas

* Persequi debet, *fortè.*

D computabimur, de quibus scribit Apostolus; *Vobis datum est pro Christo, non solùm ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini.* Et ad Hebræos; *Rapinam*, inquit, *bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & permanentem substantiam.* Ubi & magnificè nos exhortans subjicit; *Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ habet remunerationem.* Porrò, quod in calce literarum dicitur; *si emendatus recipietur;* id verò est omni admiratione stupendum. Cùm enim, si emendatus fuerit, non sit Episcopus, quomodo & recipietur! Aut, si emendatus fuerit; eùm sit excommunicatus, quomodo recipietur? E

Phil. 1. Heb. 10. Ibid.

En longiùs, & breviùs, quàm vellemus, paternitati vestræ respondimus: verumtamen sapienti sat dictum est. Nunc ergò per Christum vos rogamus, ut ipsi Christo supplicetis; quatinus Ecclesiam, tam periculosè fluctuantem placito sibi pastore maturè compoñat & gubernet. *Multum enim valet deprecatio justi assidua.* Et benè nôstis, quàm gratum acceprúmque illi sit; quando pro suo sibi corpore; quod est Ecclesia, suum sibi corpus per inæstimabile mysterium offertur. Omnem fraternitatem sub vobis & vobiscum Deo servientem, omnium humilitas unicè in Christo salutat. F

XXI.

*Epistola Adelberti ad Ottonem Babenbergensem de * Gebehardo Herbipolensi Episcopo.*

* Fuerat hic ab Henrico V. Imp. in illam sedem intrusus Anno 1122.

ADelbertus sanctæ Moguntinæ Ecclesiæ humilis minister, & Apostolicæ sedis legatus, venerabili & in Christo dilecto fratri & Coepiscopo, Domno Ottoni salutem & obsequium fraternæ dilectionis. Tribulationes & destructiones Herbipolensis Ecclesiæ, quæ & quantæ sint, quamdiu duraverint, jam dudum discretioni vestræ innotuit; quæ usque adeò multiplicatæ sunt; nisi in brevi eis provideat omnipotens & misericors Dominus; quod in proximo Ecclesia illa omnimodis annihilabitur. Unde, si facultas suppeteret, vestræ fraternitatis præsentiam & consilium potissimum desideraremus convenire, & de ipsius reformanda pace & religione, quantum divina misericordia concedet, sollicitiùs pertractare. Siquidem Fratrum, qui nobiscum sunt, & quos præsentialiter, vel per literas nostras convenire potuimus, tale est consilium. Quoniam venerabilis frater & Coëpiscopus noster * Rogerus viam universæ carnis ingressus est, in hoc Ecclesiæ illi provideamus, ut promovendo Fratrem illum Gebehardum, dispersa illius Ecclesiæ dispensatoriè potiùs recolligamus, quàm alium superimponendo graviter quidem dispersa funditus extirpari permittamus. Quocirca fraterna vos commonemus charitate, ut præsentiam vestram conventui Fratrum nostrorum, quos in id ipsum convocavimus, in proximo festo B. Lucæ velitis repræsentare; vel, si id minimè valueritis adimplere, consilio, quod Spiritus sanctus vobis dictaverit, consensus vestri literas non differatis transmittere. Valete, & in orationibus vestris nostri memoriam facite. G H

* Ruggerus legitimus Ecclesiæ Wirtzburgensis Episcopus.

XXII.

Epistola Honorij Pontif. de eodem Gebebardo.

A HOnorius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Adelberto Moguntino Archiepiscopo salutem & Apostolicam benedictionem. Super causa Gebehardi, de quo nos rogavit tua fraternitas, fratrum nostrorum Episcoporum & Cardinalium consilium requisivimus. Ex eorum ergò deliberatione provisum est, quod in Herbipolensi Ecclesia Gebebardus idem non debeat ulteriùs Episcopatus apicem obtinere: Data Lateranis. IV. Non. Martij.

XXIII.

Epistola Adelberti ad Ecclesiam Herbipolensem de eodem Gebhardo.

B ADelbertus Dei Gratia sanctæ Moguntinæ Ecclesiæ humilis minister, & Apostolicæ sedis legatus, dilectis in Christo filiis Wirzeburgensis Ecclesiæ Prælatis & subditis Clero & populo, esse in Christo cor unum & anima una. Condolentes ex corde Ecclesiæ vestræ tot jam ac tantis tribulationibus atritæ, exhortamur vos in Domino, ut simplices & unanimes in domo Dei ambulare satagatis; quia, scriptura teste; *in scissura mentium Deus non est*: Et, quæcunque mala vos adinvenerunt, ex discordiæ radice processerunt. Unde
C oportet, ut ad hanc extirpandam diligentiùs invigiletis, Deúmque & singuli, & in commune precemini, quatenus misericordiæ suæ oculis vos respiciat, & talem finem diuturnæ calamitati vestræ imponat, ne deinceps talis oppressionis periculum vobis incumbat. Concordia siquidem, sicut sæpe audistis, parvæ res crescunt, discordia magnæ dispereunt. quod quia manifesto experimento didicistis, commonemus, ut tanti mali perniciem devitare studeatis.

Ne verò voluntatis nostræ ignorantia vos
D in aliquo commoveat, vel diffidere faciat: noverit pro certo dilectio vestra, nos idem sentire, quod omnes Catholici de vestra sentiunt Ecclesia, id ratum tenere, quod Romana sanxit, & denunciavit auctoritas: cujus terminos nec debemos, nec volumus transire, quia, hæreticum constat esse, quisquis Romanæ Ecclesiæ etiam in tam justo judicio non concordat. Quòd si adeò nos concordes in Justitiæ causa perpendiuis, ut locum vestrum ab invasione impetitoris alicujus, si quis fortè emerserit; defendere confidatis, in nomine Domini, quidquid vobis gratia ejus inspiraverit, confidenter aggrediamini: si quo minùs, salubriori & propensiori consilio res tractetur; quia, consulta & considerata dilatio, licèt gravis & onerosa sit laborantibus, plus tamen utilitatis solet afferre, quàm festinata, & indiscreta rei præcipitatio. Cupientes autem E
in omnibus, vobis esse provisum, nihil aliud audemus ad præsens persuadere: ne, si fortè res in contrarium cesserit, quod Deus avertat, omnem culpam in me, quasi auctorem, refundatis.

XXIV.

Epistola Ecclesiæ Wirzburgensis ad Ecclesiam Bambergensem, de eodem Gebhardo.

DOmno L. Babenbergensi Præposito, F
Decanóque L. & cæteris confratribus ejusdem Ecclesiæ, Wirzeburgensis Ecclesia quidquid charitatis & obsequij valet esse in Domino. Nôstis charissimi, (neque enim ignorare potest vestra prudentia, quod multorum aures & præcordia longè latéque concussit) videlicet quanta tempestatis procella, quàm vehemens & intolerabilis calamitas Ecclesiam nostram oppressit. *Ad quod, dum vestræ compassionis affectum specialiter debemus habere; quod etiam remotissimæ & ignotæ Ecclesiæ nobis pro Christo offerunt, nimis aliena mente nobis videmini abnegare. Ecce enim, quod sine gravi gemitu mirari vel conqueri non valemus, obstupescimus valdè, quomodo hominem illum Domnum Gebebardum, quem Romana Ecclesia damnavit, quem Metropolitanus noster cum Archiepi- G
scopis & Episcopis multis consequenter ab Ecclesia sequestravit, vos in Catholica communione recepistis, & si, cum gratia vestra dici potest, quasi ad contemptum Romanæ, imò totius Ecclesiæ, sicut scriptum est, cornu peccatori dedistis. Hoc autem eò magis miramur, quòd Præpositus vester domnus * L. præsens apud nos erat, quando domnus Archiepiscopus publicè in pulpito nostro nunciavit clero & populo, quomodo, quibus de causis, quóve ordine Romana Ecclesia eum à communione Ecclesiæ sequestrâsset, & quomodo postmodum domnus Gerardus Cardinalis unà cum ipso & cum tota Ecclesia ibidem congregata in Argentinensi Ecclesia, præsente domno Rege, sententiam excommunicationis in eum promulgâsset. Neque enim per Dei gratiam ita inopes rationis, vel humanitatis sumus, ut cuiquam vestrûm, qui sanè sapiat in præsenti negotio, nimis præcipites videri debeamus; cùm utique; si partes ejusdem negocij per omnia vobis essent cognitæ, quantum de vestra charitate & prudentia confidimus, nullatenus de vobis possemus dubitare.

Expostulant Herbipolenses cum Bambergensibus ob receptum Gebhardum.

* M. S. F.

Nostras itaque literas, nostras querimo- H
nias jam dudum vobis misissemus: sed, quia vivam vocem Præpositi vestri testem nostræ affectionis vobis credebamus sufficere, idcirco nihil timoris, nihil ambiguitatis de vobis

A vobis concepimus. Veruntamen utcunque humana se habeant, fixi & constantes in obedientia Romanæ Ecclesiæ reperiemur, summoperè caventes, ne propter temporale damnum, vel commodum de nobis scandalum Ecclesiæ generetur. Valete in Domino semper: nec credatur omni spiritui, & nostri memores estote.

XXV.

Epistola Ecclesiæ Bambergensis ad Wirzburgensem.

B SAnctæ Wirziburgensis Ecclesiæ Dominis ac fratribus suis serenissimis & reverentissimis, soror sua semper & ubique ipsis devota Babenbergensis Ecclesia inter adversa præsentis tribulationis, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinare, sed ab instantis sævissimæ tentationis procella, auram serenitatis, ac portum tranquillitatis non verbo & lingua tantùm, sed opere & veritate à Deo salutari suo instanter ac vigilanter implorare.

Optamus diligenter recolere discretionis vestræ prudentiam; qualiter nostra & vestra Ecclesia jam olim ab initio unum cor & unam animam ad invicem omnibus in rebus, sive prosperis congaudendo, seu adversis compatiendo habere studuerint. Cujus videlicet semper amandæ nobis societatis, atque, ut ita dictum sit, congermanitatis jura, & vos hactenus illibata erga nos conservâsse congratulamur; nec nos violâsse, teste Deo, & conscientia, libera voce protestamur.

C Quæ cùm ita sint, cùmque nos semper usque modò, sicut decebat, & facultas suggerebat, ad omnia vestræ voluntatis & honoris obsequia promptos ac devotos fuisse probaveritis; non modicum admirationis, imò etiam amaritudinis & doloris ingesserunt nobis literæ quædam, quæ ex persona vestræ fraternitatis allatæ, præter meritum & culpam magnæ cujusdam inhumanitatis nos arguunt, simul & superbæ temeritatis. Inhumanitatis quidem nota splendorem innocentiæ nostræ obfuscat, dum compassionis affectum specialiter vobis debitum; quem & remotissimæ & ignotæ Ecclesiæ vobis pro Christo offerant, nos quasi duros & inhumanos nimis aliena mente vestræ instanti calamitati denegare importans; Temeritatis verò superbiam objectant, dum nos quasi ad contemptum Romanæ, imò totius Ecclesiæ, domnum Gebehardum excommunicatum in Catholica communione recepisse, sicque
D cornua peccatori dedisse proclamitant.

Quasi verò ita ab omni ratione simus alieni, adeò omnium bonarum rerum inscii, ut ignorare debeamus; quis, à quo, & quo ordine à Catholica communione sit ejiciendus. Quia ergò incautæ & illicitæ excommunicationis quasi ad opprobrium simplicitatis nostræ in eisdem literis vestris arguimur, culpam nostram, si tamen est culpa dicenda, auribus vestræ prudentiæ placuit retexere.

E Domnus Eckehardus (quem quidem locum & nomen dum inter vos habuisse designati & electi Episcopi à quamplurimis audieramus; reprobationem verò ipsius nec dum certa & legitima relatione cognoveramus:) vespertina hora de improviso, nobis nescientibus, veniens, apud nos hospitatus est. Manè autem facto mandavit nobis, pro causa sua, velle nos convenire, & consilium nostrum super negocio suo audire: quod nec hæretico quidem excommunicatissimo denegandum esse censentes, justa petenti annuimus. Venit; causam suam exposuit, acceptóque responso, móxque discessit. Quid igitur, charissimi fratres & Domini? hoccine est, ad contemptum totius Ecclesiæ excommunicatum in Catholica communione recipere? Hoccine, inquam est, peccatori cornua dare? Non sic arbitramur quenquam desipere, ut hoc præsumat sapere, quia, non sic sapiunt, non sic scribunt Patres & Doctores Catholicæ Ecclesiæ. Possemus equidem latius, & subtiliùs aliquid de modo & ordine excommunicationis F faciendæ secundùm traditionem SS. Patrum disserere: nisi pro vitio duci sciremus, in se manifesta, præsertim apud doctos, odiosa verborum copia diffluere. Unde, prætermissis his, quæ fomitem odiorum & discordiarum generare solent, ea potiùs dicamus, quæ pacis & concordiæ nutrimenta præbeant. Igitur de nobis sic habetote. Orta tempestate in mari, Dominum dormientem in navi, fusa pro vobis, quod solùm possumus, piis precibus excitare indesinenter incumbimus. Quòd si Domino votis nostris annuente, & ventis & mari imperante, diu desiderata tranquillitas subsecuta fuerit; de vestra liberatione haud secus ac nostra congaudebimus. Sin aliter, quod Deus avertat, evenerit, viscera fraternæ compassionis nequaquam occludemus. G Hoc decet fratres de se invicem arbitrari; & non ex rumoribus vulgi, sive ex suspicionibus, de nondum benè compertis quenquam calumniari; sed omnia, præsertim in negocijs fratrum & amicorum in meliorem partem interpretari. Quid plura; nobis & nostris, sine retractatione, prout velitis, juxta meritum vestrum utimini.

XXVI.

Epistola Innocentii II. Pontificis ad Adalbertum Archiepiscopum Moguntinum.

IN. Servus servorum Dei Adalberto, venerabili fratri Moguntino Archiepiscopo, H & Apostolicæ Sedis legato, salutem & Apostolicam benedictionem.

Sci-

A Scimus quidem zelum Dei vos habere, quem tamen salva charitate condire debetis, ut nihil indiscretè, sed omnia rationabiliter, & secundùm Deum agere valeatis. Wirzeburgensis quippe Ecclesiæ designatus Episcopus se à vobis contra justitiam gravari, & præjudicium sustinere, querelas nobis deposuit: quòd ipsum neque accusatoribus, neque testibus legitimis convictum, neque sponte confessum, neque Canonicè examinatum, tanquam Ecclesiæ invasorem, in qua se electum asseruerat, & Simoniacum pronunciatum, communione Ecclesiastica privaveritis. Quod si ita est, fraternitatem vestram à Canonicis regulis divinitus inspiratis, liquidò constat deviâsse. Ait enim sacra Canonum auctoritas, adimi Episcopo Episcopatum non debere, antequam causæ ejus exitus appareat. Item exempla Felicis Papæ scripta Athanasio, & cæteris Episcopis in Alexandrina Synodo congregatis. De judiciis Episcoporum, unde nos consuluistis, diversas à Patribus regulas invenimus
B constitutas. Quidam enim ad repellenda imperitorum machinamenta, & suas præparandas responsiones, & testes confirmandos, & Concilia Episcoporum quærenda, annum & sex menses mandaverunt concedi. Quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minus verò quàm sex menses non reperi; quia hæc Laicis indulta sunt: quantò magis Sacerdotibus. Induciæ namque non sub angusto tempore; sed sub longo spacio concedendæ sunt, ut accusati se præparare, & testes parare, atque contra insidiatores se pleniter munire valeant. Judices autem & accusatores tales esse debent, qui omni careant suspicione, & ex charitatis radice, suam desiderent sententiam promere.

XXVII.

Epistola Adalberti Archiepiscopi ad Innocentium Pontificem.

C IN. Sanctissimo & universali Papæ, Adalbertus Dei gratia sanctæ Moguntinæ Ecclesiæ humilis minister, & Apostolicæ sedis Legatus, debitam ùt tanto Apostolico obedientiam, & devotissimam ùt tanto Patri reverentiam.

D Acceptis sanctitatis vestræ literis super causa fratris illius, si tamen frater dici debet, qui sibi sanctæ Wirzeburgensis Ecclesiæ Episcopatum usurpat. Intelleximus totius causæ ordinem longè aliter, quàm se veritas habet, summo Apostolatui vestro innotuisse. Quia, multa solent per surreptionem fieri. Idem namque sanctitati vestræ contra nos querelas deposuit, dicens, se à nobis præjudicium sustinere, & contra justitiam prægravari. Nos verò in hac causa, Deo teste, & conscientia nostra nihil egimus, quod Canonicis regulis possit obviare; nihil, unde sanctitati vestræ suspecti esse debeamus: nihil, unde aliquis, qui causam ipsam pleniùs tractaverit, possit nos reprehendere. Sed quidquid in hac causa egimus, non zelo amaritudinis, sed zelo justitiæ, non aliquo odio permoti, sed officii intuitu: non contra sanctorum Patrum Canones, sed secundùm Canones egimus. E

Scimus quidem juxta sanctorum Patrum regulas divinitus inspiratas, Episcopo Episcopatum adimi non debere; antequam causæ ejus exitus appareat. Sed optimè novit sanctissimus Apostolatus vester hanc sanctorum Patrum sententiam de dubiis Episcoporum causis, non de manifestis intelligi debere. Ejus verò, de quo agitur, impudentissima causa, & certum crimen, nullum legitimæ defensionis, nullum justæ excusationis colorem recipit. Luce enim clariùs patet omnibus, quòd nullis meritorum privilegiis, nulla præeunte electione ad tanti sacerdotii gradum est ascitus, sed tyrannica violentia intrusus, in ovile Dominicum non per ostium intravit, sed aliunde per ambitionem, & Simoniacam hæresin, tanquam fur & latro impudentissimè irrupit, & quod sine magno dolore, & cordis compunctione dicere non possumus, locum legitimi Pastoris sibi usurpavit, quem sibi sancta Wirzeburgensis Ecclesia de filiis suis communi voto & consensu Cleri & plebis, nobisque laudantibus & consentientibus Canonicè inthronizandum elegerat; utpote natalibus & moribus nobilem, Ecclesiastica disciplina apprimè imbutum, fide Catholicum, natura prudentem, vita castum, sobrium, humilem, affabilem, literatum, in lege Dei instructum, in sensibus scripturarum cautum, & per omnia sacerdotali nomine & honore dignissimum. F

XXVIII.

Epistola quorundam Episcoporum ad Othonem Babenbergensem Episcopum de obitu Heinrici IV. Imperatoris.

G A* Moguntinus, † F. Coloniensis. B. Wormsciensis. A. Spirensis per Dei misericordiam Archiepiscopi. B. Fuldensis Abbas. H. quoque Dux, F. Dux, G. Palatinus Comes, B. Comes de Sulzbach, & cæteri utriusque professionis Principes, qui exequiis Imperatoris interant. Venerabili fratri Ottoni Episcopo hinc fraternas in Christo orationes, inde fidelissimum devotæ servitutis obsequium.

* Adelbertus. † Fridericus.

H Postquam domnus Imperator viam universæ carnis ingressus est, & nos exequias ejus cum justa devotione & reverentia complevimus, ipse ordo rei & temporis qualitas exigere videbatur, ut de statu & pace regni aliquid conferremus, si non abesset præ-

A præsentiæ vestræ consilium, & aliorum Principum, tanto negotio utile & pernecessarium. Quam exspectate, quia grave erat & difficile, sedit omnium nostrûm sententiæ; si vestræ tantùm non displicet concordiæ, Curiam in festo Beati Bartholomæi apud Moguntiam celebrare, & ibidem convenientibus Principibus de statu & successore regni, ac negotiis necessariis, prout Spiritus sanctus aspiraverit, ordinare. Nullum tamen præjudicium deliberationi & voluntati vestræ facientes, nihil nobis singulare ac privatum in hac re usurpamus; quin potiùs discretioni vestræ hoc apprimè intimatum esse cupimus; quatenus oppressionis, qua Ecclesia cum universo regno usque modò laboravit, dispositionis divinæ providentiam invocetis, ut in substitutione alterius personæ sic Ecclesiæ suæ, & regno provideat, quòd tanto servitutis jugo amodò careat, & suis legibus uti liceat, nósque omnes cum subjecta plebe temporali perfruamur tranquillitate. Contestamur etiam dilectionem vestram, ut pacem credito nobis cælitus populo, infra præscriptum Curiæ terminum, & ultra ad quatuor hebdomades ordinetis, quatenus omnibus tutior fiat concursus ac reditus, & ut curialiter, more videlicet antiquorum Principum cum propria impensa neminem pauperum lædentes conveniatis.

B

XXIX.

Epistola Eberhardi Episcopi Bambergensis ad Abbatem Monasterii Admontensis.

Eberhardus Dei gratia Babebergensis Ecclesiæ humilis minister, Domino G. venerabili Abbati de Admunte, & universis fratribus suis in Christo dilectissimis secundùm utrumque hominem debitam in Christo devotionem.

C A Domino factum est, & non tam mirabile, quàm placabile & acceptabile debet esse in oculis vestris, quòd quibusdam sanctimoniæ vestræ deliciis, DEO gratias, spiritualiter jam pridem inescati, denuò ad vos pia mentis aviditate recurrimus. Equidem fratre Helmerico quondam Abbate S. Michaëlis in civitate nostrâ, dimissâ Abbatiâ, propter languores, & diuturnas corporis ægritudines in loco placido, pro suo beneplacito collocato, potestas eligendi Abbatem, ab universis ejusdem monasterii Fratribus, nobis & in nos translata est.

D Nos verò, invocata diligentiùs Spiritus sancti gratia, consilio Domini A..... de Ehera, & aliorum religiosorum, qui aderant de sanctissimo beatitudinis vestræ Collegio, Dominum Irmbertum in Abbatem prædicto & præcipuè dilecto monasterio nostro designavimus; pusillis quibusdam ad inopinatam electionis sortem primò hæsitantibus, sed in continenti, viribus animi recollectis, nostræ autoritati & tam synceræ electioni conniventibus debita cum humilitate & obedientia. E

Præfatum igitur electum à vestra sancta & plurimùm dilecta fraternitate requirimus, devotissimè rogantes, atque supplicantes, ut sine difficultate nobis eum concedatis, ut velociter currat sermo Domini, ne, quod absit, dilatione ipsa, tam sibi, quàm nobis intus aut foris aliqua adhærescant dispendia. *Sine dolore utique non dimittitur, quod cum amore retinetur.* Sed affectum personalem superet in vobis, qui spirituales estis, affectus ille, qui latiùs patens in virtute charitatis, ordinatissimè ad communem plurimorum se porrigit utilitatem. F

XXX.

Epistola Conventus S. Michaëlis ad Monasterii Admontensis indigenas.

Domino G. omni reverentia colendo Abbati & universo Capitulo Admuntensis Cœnobii tota de Monte S. Michaëlis in Babeoberg Monachorum Congregatio devotissimas orationes cum obsequio. Cùm post diuturnam & magnam corporis debilitatem Dominus noster Abbas Helmericus ad portandum onus curæ pastoralis se minùs sufficere perviderer, negotium Marthæ fastidiens, & ocium Mariæ amplexans, sapienti usus consilio, curam resignavit. Nos verò, fusis ad DEUM precibus, & postulatis Sanctorum intercessionibus, ad inveniendum ei successorem convenientes, præeunte electione & consilio Domini Episcopi, viri eminentissimi, & potentis in opere & sermone Dominum Irmbertum Fratrem vestrum in Abbatem elegimus; quem etiam, transmissis ad vos Fratribus nostris, præsentium latoribus, à sanctitate vestra cum multa humilitate requirimus, tam ex jure electionis, quàm ex dilectione charitatis: quia sanctimoniæ, atque benevolentiæ vestræ fluvios ad omnes profluere optatis. G

De cætero omnis multitudo servorum S. Michaëlis se vobis prosternit Domine Abba venerande, supplicans cum lacrymis, ut necessitatem Monasterii nostri attendatis, atque famosæ ac latè olentis districtionis atque industriæ vestræ in germano vestro nos participes faciatis, omni scrupulositate, seu difficultate remota, ne qua laboris, aut viæ dispendia nobis accrescant. H

XXXI.

A XXXI.

Epistola Abbatum S. Emmerani & Prüfingensis juxta Ratisbonam.

B DOmino & Patri G. Admuntensium venerando Abbati A. de Sancto Emmerano, & E. de Pruvenigen Abbates in ea, quæ nunquam excidit, charitate, cum instantia orationum, devotionem servitii. Scriptum nôstis; *Omni petenti te tribue.* Unde, in quantum possumus & audemus, paternitatis tuæ prudentiam obsecramus in Domino, ut petitio Domini nostri Episcopi Babenbergensis, quæ in DEO facta est, & à DEO procedit, vestrâ benevolentiâ effectui mancipetur. Non enim inconsultè, vel subitò, sed longo molimine, & multo consilio verbum hoc promovere intendit. Nos verò domus vestræ propagines, & vestri Spiritus participes in Domino eidem electo, & vobis in ipso significamus, & significando promittimus in Domino, quòd in omni opportunitate sua, ipsum Episcopum, & Ecclesiæ ipsius omnes majores & meliores, & nos quoque laborum suorum habebit fidos & devotos adjutores. Remoto igitur omni scrupulo, hæsitationis, intrepidè, ac fortiter de DEI misericordia præsumendo, piis desideriis Episcopi & Fratrum de Sancto Michaële piæ devotioni satisfacere curate, atque de thesauris vestris ad exornandum domum suam exóptatam eis margaritam præstate.

XXXII.

Epistola Eberhardi Episcopi Bambergensis ad Abbatem Admontensem.

D EBERHARDUS GRATIA DEI si quid est, Venerabili & in Christo plurimùm dilecto Fratri & amico G. Admuntensi Abbati salutem, & eam, quæ nunquam excidit, charitatem. Non dubitetis mittere Fratrem vestrum ad locum, ùt credimus, à DEO sibi præparatum. Sicut honorem appetere, ambitio, ita onus detrectare, ignavia est. Pignora nostra vobiscum habetis. Si nobis non crediris, illis credatis. Periculum illud, quod gravissimum est, videlicet in falsis fratribus nihili vobis, aut ei sit. *Erunt prava in directa, & aspera in vias planas.* Considerate fructum arboris insitæ, quid sapiat. Surculum enim sapit, non stipitem. *Ego ero ei in patrem, & ipse mihi erit in filium.* Ad * Archangelum Dei veniat Angelus Domini. Veniat, veniat, & multum benè veniat.

* Ad Montem S. Michaelis.

E XXXIII.

Epistola Eberhardi Salisburgensis Archiepiscopi ad Irmbertum.

EBERHARDUS GRATIA DEI Salzburgensis Archiepiscopus dilecto Fratri Irmberto & venerabili Electo Monachorum de Cremismunstura orationem & fraternam dilectionem. Quanta diligentia & solicitudine Frater noster dilectus & venerabilis Episcopus Pataviensis pro vobis laboraverit, personam vestram cupiens exaltari in monasterio Cremismunsturæ, eò quòd speraret disciplinam monastici ordinis in eodem loco collapsam, per vos posse reformari, non ignorat fraternitas vestra. Cujus instantia, cooperante gratiâ DEI, eò usque convaluit, ut monachorum ejusdem loci, aliquando DEO atque Episcopo suo repugnans, humiliata & contrita sit, in tantum, ut nunc devotè monastico Ordini, cui aliquando resistere intendebant, colla submittentes, secundùm intentionem & desiderium Domini Episcopi Abbatem à nobis exspectent, sicut in litteris, quas Domino Abbati direximus, pleniùs cognoscere potestis.

G Nihil itaque jam restat, nisi ut humiliter colla jugo Domini subjiciatis, & ad laborandum in vinea ipsius, studio boni & fidelis servi animum præparetis. Speramus enim de DEI misericordia, quòd omnia vobis faciat ad votum concurrere, annuente & cooperante industria Domini Episcopi, nec non advocati effectuosissima benevolentia. Mandamus itaque in nomine Domini, & mandando præcipimus; quatinus ei, qui elegit vos in partem solicitudinis Sanctorum, DEO omnipotenti devotè & humiliter obediatis, & ad curam, quæ vobis offertur, fideliter exequendam Domino Episcopo Cremismunstere occurratis.

XXXIV.

Epistola Eberhardi Episcopi Salisburgensis ad Abbatem Admontensem.

H EBERHARDUS DEI GRATIA Salzburgensis Ecclesiæ dictus Episcopus dilecto & venerabili fratri Admuntensium Abbati Orationem & fraternæ dilectionis affectum. In colloquio, quod nuper cum Domino Pataviensi Episcopo fratre nostro habuimus, pars non parva Fratrum de Cremismunsture, provectioris videlicet ætatis, & prudentia majore fulta, requisivit electum suum Dominum Irmbertum, promittentes, devotè satis omnem ei obedientiam & subjectionis reverentiam, tanquam Patri pro se ac cæteris omnibus se exhibituros; hoc tantùm humiliter interponentes & suppliciter rogantes, quatenus infirmitati eorum in hac parte pareatur & con-

A consulatur; ut legendi & cantandi usum, quem à pueritia didicerunt, & in consuetudinem duxerunt, tenere ac servare eis liceat; durum sibi & grave existimantes, ab his, in quibus consenuerunt, ad prima pueritiæ studia, quasi ad primos apices & elementa reverti.

B Petunt etiam, ut, si quæ apud eos utilia & honesta, ac monasticæ religioni consona inveniantur, nequaquam pariter cum his, quæ correctione indigent, convellantur, tantò libentiùs secuturi, quò eos pium magisterium duxerit, quantò in virtutum matre discretione partes suas agente, nequaquam simul sana, ac putida resecari cognoverint. Laici quoque, id est, familia Ecclesiæ, fidelitatis plenam ac devotam reverentiam offerunt. Quamobrem, quia, Domino cooperante, eò usque res deducta est, ut pax nunc sperari debeat, post tempestatem tranquillitate facta, rogamus in Domino, & mandando præcipimus, quatenus devotè petentibus, adjuncta prece Domini Episcopi, laicis ac monachis electum suum cum magna benevolentia & honestate detis; ne dilatio nova sæpe interveniens novam pariat difficultatem; & nos rei coram Deo inveniamur; Episcopus quoque adversum nos querelam inveniat, graves se in vanum expendisse labores dolens.

XXXV.

Epistola Conradi Episcopi Passaviensis ad Abbatem Admontensem.

C CONRADUS DEI GRATIA Pataviensis Episcopus G. venerabili Abbati Admuntensium salutem & fraternæ dilectionis plenitudinem. Scire discretionem tuam congruum ducimus, quòd III. Kal. Junii super controversia, quæ diu agitata est inter nos & Fratres Cremesmunsteræ de electo eorum Irmberto Prælatos Ecclesiæ nostræ in eundem locum convocavimus. Ad hoc causa deducta est, quòd de cætero D nullam vocem habet, quæ admittenda sit, contradicendi. quia appellatio, quam ad Dominum Papam fecerunt, omninò frustrata est, & nullum scriptum, nobis reportaverunt. Inde est, quòd summo opere vos rogamus, ut proxima quarta feria post habitum conventum Prælatorum nostrorum nobis omni occasione remota occurratis, & electum illum, in locum, ad quem DEus eum vocavit, ubi & adventum vestrum præstolamur, vobiscum adducatis.

XXXVI.

Epistola Conradi Episcopi Passaviensis ad Abbatem Admontensem.

CONRADUS DEI GRATIA Pataviensis Ecclesiæ humilis minister G. Venerabili Abbati Admuotensis Cœnobii salutem æternam, & synceram dilectionem. E Ad ostium amici pulsavimus & pulsamus, & DEO favente, pulsare non desistimus, donec accipiamus panes, quotquot habemus necessarios. Vestra igitur pietas dignetur exaudire preces nostras petitionibus, & mandato Domini Archiepiscopi adjunctas, Fratrum quoque Fratrem vestrum Dominum Irmbertum petentium dignanter exaudite clamores, ita videlicet, ut, si non F eò, quòd amici simus, propter improbitatem tamen jugiter pulsantium surgatis, & postulata donetis. Ne verò in longum differatis ulteriùs, quod petimus; dilectum Fratrem nostrum G. Præpositum, de latere ad præsentiam vestram mittimus; cui etiam commisimus plurima dicenda, ex parte Domini Archiepiscopi, & nostra, quàm comprehendi valeat Epistolari compendio. Ipsum igitur benignè audite, tam pro suæ fidelitatis certitudine, quàm pro nostri dilectione.

XXXVII.

Epistola Eberhardi Episcopi Bambergensis ad Irmbertum.

EBERHARDUS DEI GRATIA, Babenbergensis Ecclesiæ humilis minister, G specialiter dilecto, & in Abbatem divinitus electo Domino Irmberto salutem & syncera charitatis affectum. Cor nostrum præ gaudio dilatatum est, quando, vos à DEO nobis datum usque ad nostra jam pervenisse, cognovimus; sperantes, quòd ad introitum vestrum benedicturus sit DEus nobis & domui nostræ. Toto itaque cordis affectu in amplexus vestros spirituales ulnas charitatis expandimus, corde simul & ore dicentes; *Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Postpositis autem omnibus aliis negotiis, in Assumptione Beatissimæ MARIÆ Virginis cum jocunditate vos recipere, Domino annuente, disponimus, ut Beatus Michaël Archangelus in consortium supernorum civium suis vos assumat patrociniis. Rogamus autem, ut infra terminos Episcopatus nostri appropiando nuncium nostrum Michilvelt expectetis.

XXXVIII.

Epistola Eberhardi Bamberg. Episcopi ad Abbatem Admontensem.

EBERHARDUS Babenbergensis, gratia DEI, si quid est, Venerabili & in H Christo plurimùm dilecto Domino G. eâ-

A G. eâdem gratiâ Admuntenſi Abbati ſalutem in Domino cum oratione & obſequio. Fatemur, & in veritate fateri cogimur; demembrâſtis, eviſcerâſtis, & quodammodo excordâſtis vosmet, en altera vice pro nobis: priùs quidem in Abbatiſſa nobis transmiſſa; nunc, in Abbate ab ipſis præcordiis paternæ, & germanæ dilectionis avulſo pro nobis. Proinde nobis in gratiarum actione deficientibus, Dominus pro nobis retribuat; & conſoletur vos, ſicut per vos conſolati ſumus & nos. Equidem poſt illud dimidium cordis veſtri, quod pridem concretum in ſpiritu cordi noſtro coaluit, &, Deo gratias, à vulnere tranſlationis jam benè convaluit. Reliquum nûnc cordis veſtri dimidium, auctore Deo, non ſolùm no-
B ſtro, ſed & omnium eorum cordibus, quibus à Deo datus eſt, ita influxit, quod dictu incredibile eſt. Hæc ſit vobis conſolatio, Pater ſancte; & nos habeatis de cætero unà cum his membris veſtris, quæ nobis in multa charitatis virtute incorporâſtis, ut *alter alterius onera portantes*, ſimus omnes membra corporis Chriſti in unitate Spiritus, qui pro nobis orantem veſtram ſanctitatem usque ad plenitudinem dierum vegetet & conſervet incolumem.

XXXIX.

Epiſtola Conventus S. Michaëlis ad Abbatem Admontenſem.

C Reverentiſſimo & amantiſſimo Patri & Domino G. Admuntenſium Abbati omnis chorus monachorum S. Michaëlis cum inſtantia orationis humillimæ devotionis obſequium. Debitas gratiarum actiones, reverende Pater, ſanctitati veſtræ profundè inclinando referimus, quòd longa orbitate mulctatos, non undelibet, ſed de corde veſtro avulſum Irmbertum bonum, pium, & prudentem Patrem habere feciſtis, atque adhuc ut melior, & magis pius, atque prudentior eſſe debeat, veſtrum eum conſiliis ad honeſtatem & utilitatem Eccleſiæ noſtræ munire atque informare non neglexiſtis. Omnes enim literæ veſtræ, ſive ſororum veſtrarum, quæ pro ipſo ad Dominum Epiſcopum, ſive ad nos directæ ſunt, nec non & illæ, quæ ad ipſum ſecretiùs venerunt, quanto diſcretionis ſale conditæ, quanta dulcedine, ac ſuavitate reſperſæ ſint, non fa-
D cilè valet explicari. Verùm hæc omnia, nobis & pro nobis dicta & ſcripta eſſe, & Spiritum ſanctum auctorem eorum cognoſcentes, tanquam ſalutis noſtræ privilegia publicè ac privatim ea lectitando ſatiari non poſſumus. Sciatis autem, quòd multum conſolationis in his, atque in ipſius Domini & Patris noſtri I. Verbis ac moribus jam dudum acceperunt quidam ex noſtris, qui tanquam membra infirmiora circa initium hujus rei *trepidaverunt ibi, ubi non erat timor.* Nam quibusdam ex nobis timidis & infirmis, ut verum fateamur, nomen Admuntenſium horrori fuit, quia de confragoſis & ſaxoſis, & montuoſis locis veſtris nihil dulce, nihil jocundum vel humanum ſe habituros ſperabant. E

Verùm, quia longè aliter eſſe, re ipſa experimur, præventi à vobis in benedictionibus dulcedinis, & deſiderium animæ noſtræ, vobis tribuente, conſecuti, in magno tripudio & exultatione cordis noſtri, & vos Pater venerande & Domine, locum veſtrum, Fratres & ſorores veſtras, & omnia, quæ ad vos pertinent, ipſúmque Dominum ac Patrem noſtrum, Fratrem veſtrum, intimo ac pleno devotionis affectu amplectentes, & in timore & amore DEI, quidquid filij ac ſervi Domino & Patri timoris & amoris exhibere debent, omni ſubjectionis reverentiâ exhibentes, corde ſimul & ore decantamus. Vivat anima tua Domine, ut n. u. m. n. p. n. def.

De cætero venerandam paternitatem ve- F
ſtram humiliter & obnixè rogamus, ut, ſi quo modo fieri poſſit, in feſto Beati Michaëlis Archangeli ad nos venire dignemini, ut quos abſentialiter rebus & verbis magnificè ditâſtis & recreâſtis, præſentialiter abundantiùs lætificetis & conſolemini.

X L.

Epiſtola Eberhardi Bamberg. Epiſcopi ad Abbatem de Michelsfeld.

EBERHARDUS DEI GRATIA Babeber- G
genſis Eccleſiæ Epiſcopus Venerabili G. Abbati de Michilveld ſalutem & ſinceræ charitatis affectum. Rogamus dilectionem tuam ſine mora occurrere dilectiſſimo noſtro electo ſancti Michaëlis, & à loco, in quo nunc eſt, cum omni honeſtate dedu- cere in domum tuam, ibíque, prout decet, devotè miniſtrare, uſque dum nuncium noſtrum acceperis.

X L I.

Epiſtola Eberhardi Epiſcopi Bambergenſis, ad Abbatem Michelsfeldenſem.

EBERHARDUS, DEI GRATIA, Ba- H
behergenſis Eccleſiæ Epiſcopus Venerabili Fratri G. Michelvelt Abbati ſalutem & omne bonum. Proxima Dominica, Domino annuente, Babenberc venturi mandamus, ut unà cum electo Sancti Michaëlis ibidem ante introitum civitatis nobis occurratis, ita ut nobiſcum ipſam civitatem ingrediamini.

A XLII.

Epistola Irmberti ad Abbatem Admontensem.

CHarissimo Domino & Patri G. Admuntensium Abbati Frater Irmbertus servorum sancti Michaëlis servus tam devotam, quàm debitam subjectionem, orationem & servitutem. Benedictus Dominus die quotidie prosperum iter fecit nobis DEUS salutarium nostrorum. In festo itaque S. Benedicti ad monasterium Bergen deveni, ubi tanta religionis, disciplinæ & divinæ servitutis emolumenta inveni, quibus & laborum meorum consolationem, & immensam Spiritus mei consecutus sum recreationem. Quanta ergò me Dominæ Abbatissæ, Prioris, Præpositi, & omnium sororum ac Fratrum ibi fuerit devotio, nec verbis, nec literis vestræ Paternitati referre valeo.

B Ibi itaque per XXVI. dies Dominum Herbordum expectavi: qui à me digressus, cùm per septimanam Ratisponæ Fratrem Wolferum exspectâsset, Domino meo Episcopo Babenbergensi apud Erpburt occurrit, omnémque ei suæ legationis seriem exposuit. Qui quo gaudio, qua dignatione, qua pietate me susceperit, literarum ejus, quas mihi misit, textus vobis insinuabit. His itaque literis Dominus Herbordus in vigilia S. Osvvaldi apud Bergen me requisivit, cum Domino Abbate de Michilvelt, quem Dominus Episcopus illò cum suis literis pro me direxit. Qui quanta liberalitate cum suis omnibus me susceperit, & per septimanam tractaverit, Frater Adelbertus vobis referre poterit.

C Sabbato itaque ante festum S. MARIÆ nuntius præfati Domini mei Episcopi eidem Domino Abbati supervenit, ut sequenti die Babeberc ante introitum civitatis sibi occurreret, méque secum adduceret. Ubi me venientem descendens de equo benignissimè suscepit, & ad processionem, quæ sibi in majori Monasterio gloriosè præparata fuit, secum per civitatem adduxit. Finita eâdem processione cum magno apparatu, cum Responsorio Dominicali, *Super salutare*; & à Vespertinali; *Tota pulchra es*; chorum salutavit, eíque me salutandum obtulit. Quo
D pacto Domino Hartungo, Domino Herbordo, multísque aliis, præcipuè ipso Domino Abbate cum suis me comitantibus, nudis pedibus montem ascendi, ubi ipse Dominus meus Episcopus cum Domino meo Brunone Episcopo, cum Domino Decano, custode & majoribus multis Ecclesiæ, & conventu populari me honorificè suscepit; Fratribus monasterii partim cum Domino Priore ante ostium Ecclesiæ cum magno apparatu me excipientibus, partim in monasterio cum Responsorio Dominicali *Super salutem*; & in eboto cum Responsorio, *Te sanctum Dominum*; honorificentissimè suscipientibus: cantúque peracto in Choro tam Dominum meum Episcopum, quàm me per osculum pacis humiliter salutantibus. Inde in Capitulo Domino meo Episcopo cum Fratribus Canonicis & monachis considente, méque sibi assidente Dominus Hartungus & Herbordus omnem legationis suæ seriem exposuerunt, testimoniúmque tam vestrum, quàm Fratrum & Sororum omnibus super me retulerunt. Dominus meus Episcopus pauca ibi pro tempore dixit, & investituram loci mihi solenniter contradidit. E

F Fratres sanè Beati Michaëlis, cujus benefactis hactenus fuerint, qua disciplinæ & religionis institutione coaluerint, in me ostenderunt, dum & obedientiam mihi benignè promiserunt, & benigniùs exhibuerunt; & tam seniores, quàm juniores literati cum illiteratis, non uti exulem & ignotum, sed ùt Patrem & Dominum, filiali, humili & pia devotione omnes me fovere cœperunt. In festo itaque Dei genitricis, Capitulo, Missarum officio, mensæ convivio solenniter exacto, Dominum meum Episcopum in domo sua visitavi, ipsique statum rerum mearum gratulabundo gratulabundus exposui: qui me secum ad sorores deduxit; & tam me illis, quàm & illas mihi affectione paterna commendavit. Sequenti die, ipsius Domini mei Episcopi jussione Capitulum Canonicorum intravi; & Domino meo Brunone Episcopo, pro me agente, fraternitatem ab ipsis accepi, sicque cum Domino Brunone, Decano, aliísque Dominum meum Episcopum revisi. Ubi ipse tam suas literas, quas vobis, vel sororibus remiserat, quàm vestras & sororum sibi pro me directas in conspectu omnium applaudentium recitari fecit, multáque mihi & pro me benignè locutus me à se piissimè dimisit.

G Restat ergò, ut, quæ orationum vestrarum præeunte interventu, bono circa me inchoata sunt principio, orationum vestrarum nihilominus prosequente commeatu, meliori consummentur termino.

H De cætero literas, quas mihi transmisistis, Domino meo Episcopo ostendi, quæ tam ipsi, quàm Domino Brunoni, & aliis valdè placuerunt, quæque cordi meo & memoriæ jugiter insidebunt. De Fratre Adelberto, quàm benignè mecum fuerit, de Ratolfo, quàm studiosè mihi servierit, paternitati vestræ notum facio; & ut tam ipsis, quàm & Weziloni pro me vices rependatis, suppliciter obsecro. Salutat vos Domina Abbatissa de Bergen cum suis omnibus. Salutat vos Domina Abbatissa de Babenberc, & Domina Palatina cum suis omnibus. Dominum Priorem & Fratres omnes interiores & exteriores pro me salutate.

XLIII.

XLIII.

Epiſtola Conradi Epiſcopi Paſſavienſis ad Abbatem Admontenſem.

A CONRADUS DEI GRATIA, Patavienſis Eccleſiæ ſi quid eſt, Domino G. Admuntenſi Abbati, nomen & meritum monaſticæ religionis obtinenti, nec non & univerſæ congregationi ſub obedientiâ ſua Deo militanti debitæ orationis affectum, & frequens atque fraternum obſequium. Non ſpe cujuſdam importunitatis, ſed fiducia Dei, & verè charisſimæ veſtræ charitatis animati, adhuc de media nocte ad oſtium veſtrum non pro panibus, ſed pro illo, qui panem frangat eſurientibus, fiducialiter pulſamus, petendo petentes, ut tandem aliquando nobis aperiatis, & ad fructificandum in horto noſtro plantam, quam deſideramus, perſonam videlicet Domini Rab. non nobis, ſed Deo in ſalutem animarum multarum transmittatis. Siquidem priore ceſſato labore, pro obtinendo Fratre Irmberto, ne adhuc nos & Eccleſia noſtra in Chremeſmunſture videremur de conſolatione veſtra in tanta neceſſitate noſtra dubitare; electus eſt, & conlaudatus ab univerſis jam dicti monaſterii & Fratribus & Laicis, & univerſa loci familia conſentientibus, Dominus & Frater Rab. adeò conſonè, ore omnium & corde, quòd nec una perſona defuerit, quæ, more ſolenni, ſicut & vobis electionis modum tranſmiſimus, in Dominum & Abbatem, illum ſponte non elegerit.

B Proinde, etſi in priore negotio, & electione illius perſonæ Babebergenſem Eccleſiam attentiùs, quàm nos è vicino pulſantes exaudiſtis; adhuc tamen, adhuc de cœtero, de vobis benè ſperare, & ſperata, & rogata impetrare à nobis non abſtuliſtis.

C Unde rogamus ſanctitatem & univerſitatem veſtram in Domino, quatenus & me, & electores perſonæ illius unanimiter exaudire dignemini. Et, ne excuſationes denegandi, quod petimus, nobis reſcribatis, voluntatem Dei, & Eccleſiæ conſuetudinem, & juſtitiam in electione & petitione noſtra præhonorandam, & Fratrum neceſſitati condeſcendendum non ambigatis. Ad irrigandam ergò prænominatæ congregationis noſtræ ariditatem, hortum concluſum, fontem ſignatum in charitate dignemini diſcludere: quia ut emittatur porta, quam petimus, & ex ea diffundantur aromata, quæ cupimus, clamare millies, aperite nobis, aperite, non ceſſamus.

XLIV.

Epiſtola Conventus Cremſmunſteriani ad Abbatem Admontenſem.

D REverendo Domino ſuo G. Venerabili Patri multarum gentium, nec non univerſæ ſanctæ congregationi Admuntenſis Cœnobii, novæ deſponſationis E filioli, licèt indigni, Fratres Chremeſmunſture monaſterii, ſi quid poteſt apud Deum pauperum Chriſti per orationes humilitas, quod tantæ dignitatis recipiat ſanctitas. Non dedignetur reverentia veſtra, ſanctiſſime Pater & Domine, literas noſtras recipere, & legere. Et quia nos Salvatorem animarum veſtrarum in Domino quærimus, & quærendo confidimus miſericorditer adtendere. Quædam autem, ſalva gratia veſtra præmittimus, de quibus Deum teſtem invocamus; ſcilicet, quòd, poſtquam Dominum Irmbertum tantùm per omnia commendatum elegimus, nos, qui reſidui ſumus, ſemper eum dileximus, ſemper eum habere patrem & Dominum deſideravimus. Et ſi adhuc veſtræ & ipſius placeret ſanctitati in eodem ſtatu laboris procedere non deficeremus, quamvis illum vix vel nullo modo revocare ſufficeremus. Qui verò viſitationis ſuæ impedimentum nobis obſtiterint, videat Deus & judicet.

F Quomodocunque verò, ſive præſcientia Dei, ſive peccatis noſtris exigentibus Babebergenſis Eccleſia nobis dignior ipſum elegit, electum vocavit, vocatum obtinuit, meritò ingemiſcimus & dolemus, adhuc tamen ſub ſpe ſalvationis ad ſinum miſericordiæ pro conſolatione recurrentes, de congregatione veſtra Dominum * Rab. lumen veritatis, & juſtitiæ, divina præveniente gratia, liberè & canonicè, ſolenniter & unanimiter, ſine murmure, ſine omni contradictione tam de monaſterio, quàm miniſterialium in Domino elegimus, & electionem noſtram apud Deum & apud homines ſubſcriptione propriæ perſonæ legitimè confirmamus. Ego Chunradus Prior eligo, laudo Dominum Rab. Patrem & Dominum, & ſubſcribo; &c. quemadmodum in literis Domino noſtro Epiſcopo directis deſcripſimus: ita & nunc electionem noſtram liberam & Canonicam ratam & inconvulſam in audientia veſtræ ſanctitatis legitimè confirmamus.

* *Fortè, Rabanum, ut & ſuprà.*

Annotatio ad ſuperiores Epiſtolas.

G INſignem virum Irmpertum fuiſſe oportuit, pro quo duo tam celebria monaſteria Montis S. Michaëlis, & duo Epiſcopi Bambergenſis & Paſſavienſis, imò & Archiepiſcopus Salisburgenſis tam acriter dimicaverint. Porrò de Irmperto & Anteceſſore ejus Helmerico hæc in Manuſcripto Catalogo Abbatum S. Michaëlis extant. *Divæ memoriæ Domino Hermanno ad cæleſtia tranſlato Dominus Helmericus huic Monaſterio ſurrogatur; qui rexit Monaſterium annis ferè tredecim. Qui Anno Domini MCLX. cura ceſſit paſtorali. Obiit eodem anno IV. Idus Decembris.*

De Irmberto Abbate XIII.

H *DOmino Helmerico Abbate ad Patres ſuos eunte, Abbatiam regendam ſuſcepit Dominus Irmbertus de Monaſterio S. Blaſii Admun-*

A *Admuntensis assumptus. Anno Domini MCLX. qui rexit Monasterium Annis ferrè duodecim. Debitum solvit carnis Anno Domini MCLXXII. XII. Kalend. Januarii.*

XLV.

Epistola Friderici Archiepiscopi Coloniensis ad S. Othonem Episcopum Bambergensem.

B DOmino Ottoni Babenbergensis Ecclesiæ Venerabili Episcopo, Fridericus Coloniensium, Dei gratia, id, quod est, in orationibus & obsequio quidquid veræ fraternitatis non ociosa efficit dilectio. Quasdam sanctitati vestræ literas jam antè misimus, quas si fortè accepistis, de tam longa responsionis vestræ dilatione non parùm miramur. Ut enim longam earum sententiam breviter replicemus, summa intentionis erat, ut prudentiam vestram ad defensionem, vel saltem ad liberam deplorationem hujus, quem videtis, gravissimi sanctæ Ecclesiæ casus excitaremus: quod ipsum tacito desiderio vos diu intrinsecus fovisse, jam olim cognovimus.

C Iterum, venerande frater, iterum idem dicimus; si zelus domus Dei, imò veraciter amor Ecclesiæ, quæ domus Dei est, vos medullitùs comedit, ne tantam ejus desolationem, tam crudelem hæreditatis Dei direptionem, & profanationem nimia patientia ulteriùs dissimuletis: Ecce, per misericordiam Dei, magnum nobis ostium apertum est, ut veritas, quæ diu siluit, in manifestum prodeat; ut libertas nostra diu suppressa, cervicem erigat, quia pro nobis, & pro se ipsa jam in vocem prorupit sancta Romana Ecclesia. Jungit se nobis Francia. Libero, sicut audisti, ore veritatem Saxonia profitetur. Et quem, charissime Frater, non moveat, quòd omnis Ecclesiastici vigoris auctoritas aulicis & Palatinis in quæstum versa est. Synodalis conventus Episcoporum, annua Concilia, omnes denique Ecclesiastici ordinis administrationes in regalem Curiam translata sunt: ut illorum marsupiis inserviant, quæ spiritualiter examinari debuerant. Quid de cathedris Episcopalibus dicemus, quibus regales villici præsident, quas disponunt, & de domo orationis speluncam planè latronum efficiunt: de animarum lucris regalis fisci os insatiabile repleatur.

D Hic nos, qui Ecclesiæ Dei, per ipsius gratiam, columnæ sumus; qui navim Petri per hujus seculi procellosos fluctus gubernare debemus: hic, inquam, nos advigilare; hic clavum moderaminis firmiter tenere convenit: ne, nobis segniter torpentibus, dum sine nisu moderantis fluctuat, his & similibus impiæ tyrannidis scopulis allisa convellatur: vel, quod absit, irruentium fluctuum gravitate mergatur: ne canes muti, & latrare non valentes Prophetæ verbis arguamur; néve illud in nos conveniat: *Non ascendistis ex adverso, ut opponeretis murum pro domo Israël.* E

De nobis quidem, sancte & venerabilis frater, non ex nobis, sed ex virtute, quam Deus in nobis operatur, hoc vobis fiducialiter in ipsius gratia promittimus, quia, ab hac, quam cœpimus veritatis libera professione, nec tribulatio, nec angustia, nec mors, nec vita nos separabit. In hoc enim, sicut scitis, positi sumus: in hoc novum hominem induimus, ut mortificationem JEsu in corpore nostro circumferamus; ut propter ipsum in mortem tradamur. Quatenus & vita JEsu in hac nostra mortali carne quandóque manifestetur. In hac ergò tam gloriosa spe, non deficimus, & de vestra constantia idem speramus, & intimè optamus. Et qualia indigna * passus sitis, ut ad memoriam sæpe reducatis, hortamur. Nolite nos ulteriùs longa exspectatione suspendere, sed de vestra sententia scripto nos certificare.

* *passi, fortè.*

F Salutat vos Dominus Choûno Prænestinus Episcopus, & Romanæ Ecclesiæ Legatus, qui Imperatorem, nec non Monasteriensem Episcopum, & Herimannum de Wirzeburc cum omnibus Galliæ Episcopis in Concilio Belvacensi excommunicavit, & hoc vobis notum fieri præcepit. Eandem sententiam iterabit in prædictos, & in omnes complices eorum in Concilio Remensi, quod erit *Lætare Hierusalem*, cum aliis tribus Episcopis noviter à Romana sede directis. Vale.

XLVI.

Epistola Buggonis Episcopi Wormaciensis ad Canonicos Bambergenses.

G COnfratribus, & Dominis suis omnibus sacrosanctæ Babebergensis Ecclesiæ Canonicis, Buggo Dei gratia, Wormaciensis Ecclesiæ electus, servitium suum & orationes.

H Memor vestræ fraternitatis, & dulcissimæ educationis, fratres charissimi, recordatione vestri affectus partim ad lacrymas compungor, partim spe vestræ consolationis & sublevationis vehementer delector, dum hoc onere, quod suscepi, tam importabile meæ ætati & insipientiæ vestrum levamen, & subsidium spero impetrare. Quapropter, quò magis de vobis confido, eò magis admiror, quòd tanto tempore me filium vestrum, vobis per omnia obnoxium inter tot curas, quæ me premunt, ùt nôstis, consolari distulistis. Et quia inde causa mœroris & suspicionis mihi suboritur, & ideo per fraternam compassionem, & nostrum obsequium vos deprecor, ut apud Dominum nostrum Episcopum fideli interventu causam

A ſam meam agatis, ſcientes, quòd in veſtræ, imò noſtræ Eccleſiæ laudem hoc redundabit, ſi veſtro auxilio noſtrum honorem divina benignitas ſtabilire dignetur.

XLVII.

Epiſtola Ruperti Epiſcopi Bambergenſis ad Archiepiſcopum Moguntinum.

B DOmino & Patri ſanctæ Moguntinæ ſedis Archi-Pontifici, Rupertus Dei gratia Babebergenſis Epiſcopus cum inſtantia precum fidele ſervitium.

Nos proculdubio fore illos, in quos fines ſæculorum venerunt, ex ipſis in dies declaratur periculis. Nam ut cætera omittam, quibus abſque morarum intervallis quatimur, imò conſternamur, quid unquam à barbarie nobis incuteretur atrocius, quàm à noſtræ fidei Profeſſoribus, qui vota fidelium, precia peccatorum, reſpectu divini timoris poſtpoſito, quaſi hæreditario jure ad ſe transmiſſa ſuis uſibus addicunt? Et nos, quibus oblationum earundem credita noſcitur diſpenſatio, vel miris irrident modis, vel in vincula conjiciunt; vel, quantum in ipſis eſt, morte multare non perhorreſcunt. En ego minimus Epiſcoporum veſter, tamen in domo Domini qualiscunque cooperator, quibus & quantis calamitatibus à Comite N. afficior? qui agros Eccleſiæ meæ, tanquam ſuos, per triennium, aut eo amplius prædatoria manu occupat. C Quem cùm nec jure nec gratia à tanto ſcelere poſſem revocare, confratrum & fidelium meorum conſilio, membrum lanians & perſequens Eccleſiam Dei, ſecundùm inſtituta Canonum à conſortio ejusdem matris Eccleſiæ gladio anathematis recidi. Quod idcirco veſtræ ſanctitati ſignificare curavi, quatenus auctoritate divinitus vobis collata, pertinaciæ ipſius obvietis, ne iniquitatem ſcientes, & ſilendo diſſimulantes, tyrannidem ei quandóque nocituram roborare videamini. Fraternis ergò compatiendo preſſuris, aſcendite quæſo ex adverſo. Nam quamvis pauci ſimus numero, communicatis tamen ſynceriter viribus, Domino patrocinante, cujus vicem gerimus, facilè calumnias perverſorum propulſabimus.

XLVIII.

Epiſtola Præpoſiti Bambergenſis ad Fridericum, Colonienſem Archiepiſcopum.

D SAcroſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archipontifici Friderico primævæ indoli virtutum ac dignitatum aſſecutione reſpondenti Præpoſitus cum toto Babebergenſium Fratrum Collegio impenſiſſima utriusque hominis obſequia.

Quàm feſtiva veſtræ beatitudinis promotione ſuſceperimus gaudia, nullius, quantumlibet diſerti, explicabit facundia. E Quisnam quæſo Orator, illum noſtri pectoris vocibus proſequeretur affectum, cùm filium chariſſimum ſub pennis noſtræ fraternitatis fotum & altum in Cathedra Colonienſis Eccleſiæ videmus exaltatum? Ea quippe die, noſtræ ſtatum Eccleſiæ, in aliquibus temporis aſperitate nutabundum, in tantum ſperavimus eſſe ſuſtulciendum, ut vobis ſuperſtite, nullum vel ſentire poſſit diſpendium. Sed, quod nimirum noſtris adſcribendum eſt infortuniis, non ſolùm hoc ſterilitatis anno veſtris non ſumus relevati ſuffragiis, verùm etiam vobis gravioribus occupato negotiis, noſtris per vos deſtituti ſumus oblationibus.

Nôſtis quidem, Præſulum Sereniſſime, F noſtræ querelæ cauſam, jam jámque proceſſu temporis inveteratam; quæ, licèt ſæpenumero per fratres noſtros auribus veſtris innotuerit, nihil tamen nobis veſtræ majeſtatis contulit audientia; quin imò eò usque res deducta eſt, ut non ſolùm ad tempus bonis noſtris caruiſſe, ſed & ea prorſus videamur amiſiſſe. Siquidem miles veſter N. pertinaci animo noſtram retentat oblationem, nec ulla ratione, aſſerit, ſe redditurum, niſi tantundem, aut amplius à nobis recipiat. Alius quidam jactat, ſe oblationem noſtram N. in poſſeſſionem coëmiſſe. Talibus utique & aliis neceſſitudinibus circumventi, non modicam ſtipendii & oblationis noſtræ patimur penuriam.

Quocirca ſi ulla fraternitatis noſtræ vobis- G cum vivit memoria, ſi precum noſtrarum devotio, vel minimo vobis conſtet momento, cauſam noſtram in libra æquitatis & gratiæ appendite: hoc videlicet vobiscum accuratiùs pertractans; quantum veſtræ deroget æſtimationi, eos de vobis cauſari, quos maximè oportet per vos ſublevari. Quod, ne quando futurum ſit, diſpenſatio divina cuncta moderans avertat: quæ vos etiam ſic moderari dignetur; quatinus ipſi placens, & hominibus memoriam veſtri in benedictionem perpetim conſolidetis.

XLIX.

Epiſtola Bambergenſium Canonicorum ad Magiſtrum quendam.

SUmmæ venerationis magiſtro R. ſolertia virtutum ad unguem limato F. Præ- H poſitus, A. Decanus cum toto Babebergenſium fratrum Collegio ſolidiſſimum fraternæ dilectionis vinculum.

Induſtriæ tuæ fama, qua & moribus & ſcientia eminere prædicaris, ultrò citróque illecti ardentibus votis faciem tuam videre deſideramus. Sed ſi contingat ſic videre, ut

A reliquam ætatem nobiscum velles transfigere, profectò plenum oobis apportares gaudium, & quodammodo de magnis curarum æstibus absolutos, in optatæ stationis portu locares. Enim verò loogo jam tempore scholasticum quærimus: sed, qualem vellemus, ooo reperimus; nam non æquis ducti auspiciis, vel ipse oobis, vel nos illi displicemus. Proinde, si fieri potest, te virum spectatum, & multorum testificatione nobis approbatum, scholasticæ subrogare decrevimus disciplinæ, fiduciam habentes, per constantem eruditionis tuæ modestiam, & nos, & locum nostrum abundè decoratum iri. Si ergò animus tuus quacunque ratione votis oostris concordet, petimus, ut quaotocius Wirtzeburc accedas, ut, communibus amicis mediantibus, eoovenotio tibi, oobisque profutura immutabiliter concilietur.

L.

Epistola videtur esse ad Rupertum Episcopum Bambergensem.

B R Dilectissimo confratri & coëpiscopo C. suus io dilectiooe quidquid jocuodius io oratiooe, & servitio quidquid devotius. Sinistra fama hoc anno à partibus illis veniens, multum me exacerbavit, referens vestros à fide & dilectiooe, sub qua vos in Saxonia dimiserant, defecisse, & cootra dignitatem vestram conspirâsse. Unde mihi duplex nata est tristitia: Tum, quia debita eharitate vestro honori non parùm timebam: Tum, quia communi omnium miseriæ coodolebam; quia, omne nefas irrupit in hoc ævum: & à traditiooe Domini vix aliquem revocat respectus fidei, vel sacramenti. Sed alius rumor dolorem meum immutavit in gaudium; quia, audivi, quidquid turbationis fuerat, sedatum esse, & omnia ad honorem vestrum cessisse.

C Novit autem Dominus, quòd, si vobis ita vicinus essem, uti Wirzeburgeosis Episcopus, vel in illa, vel in alia causa vestra, nullus vobis affuisset paratiùs, nemo fideliùs, vel devotiùs opem tulisset, quàm ego. Quia verò nimis remotus sum, quod solus absens valeo, bonæ meæ voluntatis munus offero. Sed, sive in Curia, sive alibi, ubi præsens esse potero, pro honore vestro, modis omnibus, ac si frater carnalis essem, laborabo.

D Gratias autem uberrimas refero bonitati vestræ; quia per vos hyemalem domum talem habeo, ut io terra oostra, talem se habere, nullus dicat omninò. Si fieri posset, ut vestris humeris mihi eam attulissetis, non majores inde vobis gratias haberem; quia, modò, nec ad reddeodum quibuscunque modis vobis placuerit, paratior essem, quàm modò. Pro commuoi Clerico nostro vestram rogo clementiam, ut ei bonus sitis in omnibus. Et, si fratres ejus tam diuturnam ejus ægrè ferunt absentiam, auctoritatem vestram illis opponite: Et oe inde aliquid molestiæ patiatur, mea causa providete. Artificem etiam vestræ pietati commodo; quia, mihi fideliter, & utiliter servivit; utpote boous Christiaous; & ut cum adjuvetis, rogo enixiùs; & gratiam vestram per me obtineat pleniùs. E

LI.

Epistola.

R Everentissimè diligendo & dilectissimè verendo Domino Archiepiscopo A. G. licèt indignus Episcopus, quidquid devotionis & obsequii homini ab homine præstari potest impensiùs. Quod vestra dignatio de fidei, devotionisque nostræ constantia tam syncero præsumit judicio, id verò & debita me affecit gratulatione, & multa in futuris ooerat sollicitudine, ut tam bonam de me persuasionem perpetuam vobis commendem. Porrò quòd oostræ parvitatis officium erga vos exile nimis & jejunum, tam magnifica appenditis æstimatione, ne quidem meum meritum, sed propensum vestræ charitatis intelligo affectum. Est enim hoc solenne prorsus & familiare syocerè diligentibus, ut tenuissimam operam eorum, quos diligunt, velut egregiam & singularem admirentur. F

Et nostro & totius regni oomiue gratulor vobis, quòd perditis æmulorum consiliis tam maturè vos occurrisse, tam prudenter ea dissipâsse ex literis vestris cogoovi. Veruntamen dum singula mecum etiam atque etiam retracto, solidum syncerúmque gaudium vix audeo coocipere. Suspectum quippe mihi est, quod de Marchione O. & de Archiepiscopo Moguntino, qui se velut caput conjurationis effert, oihil scripsistis. Movet me & Ducis Bavariorum tam facilè recepta purgatio, tam facilè credita excusatio. Dolosis enim consiliis nihil dissimulatione aptius est. Quamobrem velim vos unicè commonitum, ut in omnes partes circumspectè vos agatis, nihil de priori diligentia remittatis. Nôstis mores, nôstis tempora: quid credat, aut cui credat, oemo habet, & in tam dubiis rebus periculosa est securitas, damoosa facilitas, perniciosa credulitas. Novi, quàm superessiuenti hæc instillem; sed exacto amori difficile modum persuaseris. G

H De Comite N. quàm sim exacerbatus, utinam dissimulare possem. Sed quia id non licet mihi nolle, quod vos tantopere velle intelligo, imperavi dolori, extorsi animo, ut, cùm ad vos venero, ex vestra præcipuè senteotia & Ducis Bavariorum consilio rem patiar componi. Comitis N. causam

A ſam etiam atque etiam veſtræ fiduciæ commendatam eſſe volo; ne Comes N. in noſtram injuriam ſub alieno nomine de illo triumphet. De mea cum Domina Imperatrice diſpenſatione, id ſolùm volo ad præſens rogare, ut, ubi occaſio aliqua dederit, ſolitam Eccleſiæ noſtræ opem & tutelam prætendere non gravemini.

LII.

B DOmino & Patri venerando Sigefrido digniſſimo ſanctæ Moguntinæ Sedis archipræſuli Guntherus, licèt indignus ſuus Suffraganeus orationum & obſequii perpetuam devotionem. Non arbitror veſtram prudentiam fugiſſe, qualiter HEINRICUS Imperator, piæ memoriæ, noſtram Eccleſiam, cujus ipſe fundator divinitùs extitit, Romanæ Sedis mundiburdio aſſignaverit, certámque penſionem ſuo tempore illi ſolvendam nobis perpetuò impoſuerit: C Tunc Romanus Pontifex, ut hanc ſingularem noſtram ſubjectionem magis celebrem, & inſignem faceret, omnibus Eccleſiæ noſtræ Præſulibus uſum pallii generali privilegio conceſſit. Et ſubinde alii Papæ à noſtris anteceſſoribus commoniti, & appellati, idem ſolenniter indulsêre. Quorum exemplo & auctoritate iſte quoque provocatus, noſtræ humilitati pallium ſecundùm antiqui privilegii tenorem tranſmiſit. Quamobrem D ne quis apud vos, ùt hominum ingenia; ſuperbè aut contumelioſè interpretari poſſit, ſeriem & modum rei vobis inſinuare curavi, certus nimirum, quidquid pro Eccleſiarum ſtabilitate agitur, veſtram charitatem ſyncerè congratulari.

FINIS EPISTOLARUM.

VARIA
IMPERATORUM, REGUM AC PRINCIPUM
DIPLOMATA
AD
Res Ratisbonenſes potiſſimùm ſpectantia.

LECTORI.

EXſcripſimus hæc diplomata ex Codice manuſcripto membranaceo, quem Viennâ ad me humaniſſimè miſit clariſſimus vir, Dominus, Doctor SEBASTIANUS TENGNAGEL; quæ omittere non viſum, tum propter Diœceſin Ratisbonenſem, de qua S. Otho, Bambergenſis Epiſcopus, præclarè olim meritus eſt, ùt teſtatur Vita ejus, tum quia lucem afferre poterunt iis, quæ vir Nobilis WIGULEUS HUNDIUS in Metropoli Salisburgenſi ſcribit, ad calcem Catalogi Epiſcoporum Ratisbonenſium, & in Hiſtoria Monaſterii S. Haimerani, ùt ipſe appellat; tum denique, quia prodeſt in hujusmodi literis veterum Imperatorum, Regum ac Principum, pietatem, & in cultores pietatis benevolum & munificum affectum intueri; nam & hoc ſimul cernimus, quantum ſæcula noſtra à majorum ſemitis & veſtigiis exerrârint. Vale.

A *Privilegium Fuldensi Monasterio à Gregorio IV. concessum.*

GRegorius Papa Servus servorum Dei dilectissimo in Domino filio Rabano, & venerabili Abbati. Pontificii nostri cura nos urget sanctarum omnium Dei Ecclesiarum utilitatibus favere, ac secundùm quod unaquæque in proprio statu mansura sit, congruum eis impartiri suffragium. Ex hoc enim lucri potissimum præmium à conditore omnium Deo, procul dubio promeremur, si venerabilia loca oportunè ordinata ad meliorem fuerint sine dubio statum perducta.

B Igitur quia postulâstis à nobis, decrevimus nostra Apostolica præceptione reconcedere, ac reconfirmare perpetualiter vobis, vestrisque successoribus Monasterium Fuldense, quod sancti Bonifacii vocabulo viget, sicut in loco, qui vocatur * Bochonia, juxta ripam fluminis, quà dicitur Fulda, cum omnibus Cellis, Curtibus, districtionibus, seu omnibus rebus mobilibus & immobilibus sibi pertinentibus, quas nunc habet, & in futuro, Deo auxiliante, habebit.

* Bochonia.

C Concedimus etiam, atque donamus vobis, charissime, ac dilectissime fili, vestrisque successoribus Abbatibus in perpetuum pro magno vestro amore, nimiâque dilectione, quam circa vos habemus, & deinceps habere cupimus, monasterium sancti Andreæ Apostoli, quod vocatur Exavilum, situm Romæ juxta Ecclesiam sanctæ Dei genitricis MARIÆ semper Virginis, quæ vocatur ad præsepe, cum omnibus mansionibus, caminatis, cellis, vinariis & conquina, cum vineis, hortis diversisque generibus pomorum, cum curte & puteo in introitu per portam majorem à via publica, & cum omnibus ad idem monasterium pertinentibus, tam intra, quàm extra urbem sitis, quæ ei justè ac rectè pertinere dinoscuntur.

D Nullus etiam Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, vel quoquo modo in Clero constitutus, temerè, aut protervè, nisi à vobis accepta licentia, super principale altare vestri monasterii Missarum solennia celebrare præsumat, aut quamlibet ditionem, vel auctoritatem habere in idem Fuldense monasterium præter nostram Apostolicam sedem; Specialiter Episcopus, in cujus diœcesi constructum esse videtur, ita ut nisi ab Abbate monasterii fuerit invitatus, nec missarum solennia ibidem celebrare præsumat. Bona verò, & oblationes, decimâsque fidelium absque ullius personæ contrarietate, firmitate perpetua ipsi monasterio vestro, secundùm prædecessorum privilegia confirmamus & roboramus.

Decernimus etiam, ne alicui personæ, magnæ vel parvæ liceat aliquam vim, vel controversiam inferre eidem monasterio in E rebus & familiis ejus; neque totum, neque partem ipsius mortalium alicui ulla ratione subdere; vel, sub beneficii nomine dare præsumat, sed omni tempore soli nostræ sanctæ Romanæ Ecclesiæ libera, securáque deserviat. Eligendi quoque sibi Abbatem, quando opus fuerit, Fratres inter se potestatem habeant secundùm regulam S. Benedicti, sine ullius personæ contradictione.

Cæterùm verò hæc deliberantes decernimus, F ut congruis temporibus nostræ sollicitudini Ecclesiasticæ intimetur, qualiter religio monastica regulari habitu dirigatur, concordiáque convenienti Ecclesiastico studio mancipetur, ne fortè, quod absit, sub hujus privilegii obtentu, animus, gressúsque rectitudinis nostræ, à norma justitiæ aliquando retorqueatur.

Concedimus etiam tibi, quem benè eruditum, & benè eloquentem virum esse novimus, dulcissime fili, prædicare verbum G Dei auctoritate S. Petri Apostoli, & nostra, ejus indigni Vicarii: Et ut tam vos, quàm successores vestri, ante omnes Abbates totius Galliæ, seu Germaniæ primatum sedendi in omni loco, conventúque, sive judiciali sententia, seu in omnibus conciliis ac ordinibus nostra Apostolica auctoritate obtineatis. Abbas verò non nisi [ab] Apostolica sede benedicatur, à qua benedici debet; nec unquam ab aliquo Episcopo consecrationem expetat, nisi à Romano Pontifice; nec consecratus ad aliud monasterium, in Fuldensi introducatur, vel præponatur monasterio. Usum quoque Dalmaticæ, caligarum, & sandaliorum, secundùm quod ab antecessoribus nostris concessum est, vobis concedimus. Ac ne femina unquam illud ingredi præsumat, nostra Apostolica auctoritate interdicimus. Et, ne quis unquam placitum ibi habeat; vel, in cæteris ejus locis, nec servos, nec colonos ad aliquod servitium constringat, nisi cui Abbas ad utilitatem suæ necessitatis assensum præbuerit.

Igitur generaliter addendum dignum duximus, H ut, quidquid auctoritate Antecessorum quorumlibet nostrorum, Regum & Imperatorum ipsi Fuldensi monasterio constat fuisse concessum; sit & nostra Apostolica auctoritate per hoc nostrum privilegium confirmatum, atque corroboratum, statuentes Apostolica censura, sub divini judicii attestatione, ne quis unquam nostrorum postdecessorum Pontificum Romanorum, Regum, Imperatorum, Ducum, Marchionum, Comitum, & præterea Archiepiscoporum, Episcoporum, Patriarcharum, aut cujuslibet dignitatis, vel conditionis hominum, contra hoc nostrum privilegium quidquam audeat acceptare.

Quicunque ergò hujus nostri privilegii observator extiterit, & pio intuitu custodierit,

& ne

A & ne in aliquo infringatur à se observaverit, omni benedictione repleatur, & peccatorum suorum absolutionem à retributore omnium honorum Deo consequi mereatur, ut in cœlesti sede glorietur. Qui autem, quod absit, hanc nostram præceptionem violare præsumpserit, nisi resipiscat, individuæ Trinitatis iram incurrat, & à cœtu omnium Sanctorum extorris existat, S. Petri Apostolorum principis maledictione redundet, CCC. X. & VIII. Patrum sacrosancto Concilio damnetur, atque in extrema die Judicii à maranatha anathemate perditus, lucis claritudinem nesciat, sed exteriores tenebras cum diabolo, ac consentaneis ejus perpetualiter gemat, Amen. Datum per manum Benedicti Notarii ac Scriniarii Romanæ Ecclesiæ, Idibus Maji, Indict. XIV.

II.

Diploma Caroli Crassi.

B IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus divina favente clementia Imperator Augustus.

Si locis Deo dicatis aliquid ex nostra largitate conferimus, proculdubio æternæ retributionis præmia inde nobis augmentari credimus. Quapropter noverit omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet ac futurorum industria, qualiter nos, interventu N. Abbatis nostri, cuidam fideli nostro
C quandam Capellam cum omnibus ad eam pertinentibus ædificiis, mancipiis, terris cultis & incultis, agris, campis, silvis, pratis, aquis, quæ ipse modò in beneficio habere visus est diebus vitæ suæ sub usu fructuario, in proprietatem concessimus, & jussimus hoc nostræ auctoritatis præceptum inde conscribi; per quod decernimus, atque jubemus, ut præfatus N. eandem Capellam diebus vitæ suæ, securè possideat: post ipsius verò obitum, ad Capellam nostram in * *Regina* civitate sitam; quæ est constructa in honore S. MARIÆ, jure perpetuò pertineat, rectoresque ipsius Ecclesiæ eandem Capellam secundùm voluntatem suam & utilitatem præfatæ Ecclesiæ regant & disponant. Et ut hæc auctoritas nostræ largitinnis firmior habeatur, & per futura tempora veriùs credatur, ac diligentiùs observetur, manu propria eam subter firmavimus, & annuli nostri impressione sigillari
D jussimus. Data Kalend. April. Anno Incarnat. Dominicæ DCCC. LXXXIII. Indict. * Anno verò Imperii Piissimi Karoli III.

* Regenspurg.

* Numerus Indictionis non comparet in codice antiquo. Videtur leg. Indict. 1. Nam Anno Christi 883. Indictio prima currebat. Vide Baronium Tom. 10. Anno 883.

III.

Diploma ejusdem, ùt videtur, Imperatoris.

IN nomine S. & individuæ Trinitatis, Karolus divina favente clementia Imper. Augustus.

Si pro Dei amore locis ipsi dicatis ex nostris rebus aliquid conferimus; & necessitates Ecclesiasticas nostro sublevamus juvamine, id nobis ad æternam vitam feliciter capessendam profuturum liquidò credimus. E Ideóque noverit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum solertia: quia nos, pro Dei amore, animæque nostræ remedio concessimus ex rebus nostris ad Capellam nostram, quæ est in honore sanctæ & intemeratæ Virginis MARIÆ constructa * insra civitatem Radesponam, Ecclesiam unam cum casa & curte, & cum omnibus justè ac legaliter ad ipsam Ecclesiam pertinentibus, campis, pratis, pascuis, sylvis, terris cultis & incultis, aquis aquarúmve decursibus, viis, F & inviis, accessibus & egressibus, adjacentiis, finibus: eo videlicet rationis tenore, ut deinceps perpetualiter ex ipsis rebus indeficienter luminaria ad sanctum locum pro animæ nostræ remedio habeantur. Unde & hoc nostræ auctoritatis præceptum exinde fieri jussimus; atque jubemus, ut nostris temporibus, & futuris præfatæ res ad præscriptum sanctum locum inviolabiliter permaneant, nullúsque habeat potestatem exinde aliquid minuere, vel abstrahere. Et ut hæc nostræ concessionis auctoritas per futura tempora, à cunctis fidelibus nostris veriùs credatur, & diligentiùs observetur, manu propria subter eam confirmavimus, & annulo nostro insigniri jussimus.

* l. intra

IV.

Diploma ejusdem Imperatoris.

G IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Karolus divina favente clementia Imperator Augustus.

Si de rebus terrenis fidelibus nostris opportunitates accommodaverimus, benevolentiores eos facimus, & adeò, nos mercedem inde habere, liquidò credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet ac futurorum industria; qualiter nos, fideli nostro Abbati N. ob fidele servitium illius, & pro augmento mercedis nostræ apud Deum * causas nostras per hanc nostram auctoritatem concessimus, & donavimus. Itaque illi, usque ad finem vitæ suæ in pro- H prietatem, quidquid pertinet ad Capellam nostram, quæ sita est in Urbe *Regina*, potestativè confirmamus; quatenus securus, pro nobis, nostrísque parentibus oret cum Clericis ad servitium Dei nutritis. Et ut hæc nostræ largitionis, sive concessionis auctoritas firmiorem in Dei nomine obtinere valeat vigorem, manu propria nostra subter eam firmavimus, & annuli nostri impressione insigniri jussimus. Data. X. Kal. Septemb. Anno Incarnat. Domini DCCC. LXXX. Ind. * III. Anno regni Karoli piissimi

* f. casas.

* *Scribe*, Indict. XIII.

A mi Imperatoris VIII. Imperatoriæ verò dignitatis in Italia, V. In Francia, IV. in Gallia, primo. Actum Weihetingen, in Dei nomine feliciter, Amen.

V.

Diploma Karolomanni.

Carolomannus Ludovici Regis Germaniæ filius.

* B IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Karolomannus Dei favente gratia Rex.

Si pro Dei nutu; vel, pro mercede æternæ retributionis fidelibus quibuscunque nostris quasdem res proprietatis nostræ donamus; non solùm regium morem decenter implemus, verùm etiam æternæ beatitudinis præmium nos promereri, liquidò credimus. Idcirco notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrísque, scilicet præsentibus & futuris; quoniam quidam fidelis, ac dilectus Presbyter noster, nomine Job, culmen serenitatis nostræ adiit, deprecans, ut ei quasdam res nostræ proprietatis in pago N. in comitatu N. in proprium donaremus. Nos verò libentissimè petitioni illius satisfacientes, propter nimiam servitutem illius in nos exhibitam, per hoc præsens præceptum nostrum, donavimus duas Hobas in proprietatem cum VIII. mancipiis, cum terris cultis & incultis, agris, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarúmque decursibus: Omnia hæc prædicto dilecto Presbytero nostro in proprietatem dedimus, atque de nostro Jure, in ejus Jus, & dominationem transfundimus, ea videlicet ratione, ut ab hodierna die, & deinceps, hanc ipsam proprietatem omnibus diebus vitæ suæ habeat, teneat, atque possideat: post obitum autem illius, ut res prædictæ redeant in potestatem S. Emmerami Martyris Christi.

Meminit hujus Diplomatis Hundius in Metropoli, in Histor. de Monasterio S. Emmerami pag. 227.

Huob.

C Et, ut hæc auctoritas nostræ largitionis ab universis fidelibus firmior habeatur, & per futura tempora veriùs credatur, ac diligentiùs conservetur, manu propria nostra subter eam confirmavimus, & annulo nostro sigillari jussimus. *Sigillum Domini Karolomanni piissimi Regis.* Datum III. Non. Decemb. Anno, Christo propitio, III. Domni Karolomanni Serenissimi Regis in Bavvaria, & secundo in Italia, Indict. XI. Actum Ratesdorf Curte regia in Dei nomine feliciter.

VI.

Diploma.

IN nomine sanctæ & Individuæ Trinitatis. C. Dei gratia Rex.

D Si Dei Ecclesiis nostro videlicet Regimine procurandis dignos adhibere euramus honores, non solùm terreni, sed & cœlestis regni non dubitamus honore & fastigio nos sublimari. Inde volumus in nostrorum, præsentium, futurorúmque pervenire notitiam; qualiter convenit inter venerabilem virum Radesponensis Ecclesiæ Episcopum * Tutonem, & quendam hominem nostrum, ut aliquas res eorum inter se, pro ambarum opportunitate partium concambire deberent: quod & fecerunt. Tradidit igitur N. proprietatem suam sancto Emmerammo Martyri, qualem visus est habere, cum omnibus ad prædictum locum ritè pertinentibus in manum Episcopi & advocati sui N. in perpetuam proprietatem: E contrario verò retradente eodem Advocato unà cum manu Episcopi accepit prædictus N. de rebus S. Emmerami locum N. cum omnibus appendiciis in perpetuam proprietatem. Et ut hujus concambii præceptum firmum, stabiléque permaneat, manu propria subtus illud firmavimus, annulíque nostri impressione signari jussimus. E

* De hoc vide Hundium in Metropol. pag. 60. & 225.

VII.

Diploma.

IN nomine sanctæ & Individuæ Trinitatis, C. Dei concedente clementia, Rex. F

Si Ecclesias Dei aliqua semper utilitate fulcire studuerimus, non solùm regium morem exercemus; sed etiam aliquod lumen animæ nostræ inde promereri speramus. Quapropter cognoscat omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum industria, qualiter nos admonente Adelvvardo Episcopo pro honore Dei sancto Martyri Emmeramo concessimus de nostro Jure decimam partem vectigalium, id est, de ministerio N. ad concinnanda luminaria jure perpetuo in proprium. Et ut hæc concessionis nostræ auctoritas firmior habeatur, & per futura tempora, à fidelibus nostris veriùs credatur, & diligentiùs observetur, manu nostra subtus eam firmavimus, annulóque nostro sigillari jussimus. Dat. III. Kal. Jul. Anno Incarnat. Domini nostri JEsu Christi DCCC. XVI.

VIII.

Diploma Arnulphi Imperatoris.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Arnulphus divina favente clementia Imperator Augustus. G

H Regalem condecet dignitatem, ut facta fidelium suorum, quæ communi ipsorum congruunt utilitati, & piè eis consulendo prospiciat, & in posterum mansura gratanter corroboret. Inde omnium Christianæ religionis fidelium instantis temporis ac futuri agnitum esse volumus notitiæ: qualiter Tuto honorabilis Radesponensis Ecclesiæ Præsul, & commissi gregis nomine ac merito tutissimus provisor, & femina quædam N. quandam complacitationis inter se, more populari perpetratæ chartam nostris præsentiarunt obtutibus, supplicantes nostri edicti tenore eam consolidari; quod ita fieri

A fieri decrevimus. Jussimus igitur hoc præsens munimini nostri præceptum inde fieri; per quod decernimus, atque omninò præcipimus, ut hujusmodi complacitationis confirmatio à nullo unquam successore nostro violetur, sed in Christi nomine usque in finem consolidetur, manu nostra subtus eam roborantes, annulo nostro jussimus insigniri.

IX.

Diploma.

B IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus gratia Dei Rex.

Si petitionibus fidelium nostrorum, maximè Domini Sacerdotum, præcipuè in his, quæ Ecclesiasticis utilitatibus possunt præbere consultum, benignum commodamus assensum, nobis id ad æternæ remunerationis credimus provenire augmentum. Proinde noverit omnium fidelium Dei ac nostrorum, præsentium scilicet & futurorum industria: quia vir venerabilis Hincmarus Remensis Urbis Archiepiscopus obtulit Serenitatis nostræ obtutibus præceptum piæ memoriæ Domni ac genitoris nostri Luduvvici Imperatoris, quod in eleemosynæ suæ augmento Ecclesiæ suæ MARIÆ, atque sancti Remigii fieri decrevit, de opere & operariis, atque omni exactione, quæ
C tempore avi nostri Domni Karoli Imperatoris ex eadem Casa Dei exigebantur ad Palatium, quod vocatur *Aquisgrani*, ut in ædificatione, & restauratione ipsius Ecclesiæ Dei, per futura tempora, usque in finem sæculi, ad utilitatem sæpe dictæ sanctæ Ecclesiæ in Eleemosyna illius proficerent: & nec ad eundem locum, vel ad alium quemlibet ipsæ redhibitiones vel impensæ ullo unquam tempore exigerentur: sed remissâ indulgentia illius, in eodem loco proficerent.

D Cujus bene gesta rata judicantes, per hoc nostræ auctoritatis præceptum decernimus, ut quidquid de exactione, vel operariis prædictæ constitutionis suprà scriptus Domnus, & genitor noster; seu & de muro civitatis ipsius, vel viis ad utilitates claustri Canonicorum proficientibus in suo præcepto concessit; hoc totum perpetuò nostra indulgentia, vel concessione, vel auctoritate concessum, vel confirmatum maneat, in perpetuum. Et ut hæc concessionis, vel confirmationis auctoritas per futura tempora certior cognoscatur, & permaneat inconvulsa, eam manu nostra subter firmavimus, & de annulo nostro illam sigillari præcepimus. Data VII. Kal. Jun. Anno decimo regnante Karolo glorioso Rege. Indict. XIII. Actum Vermeriæ Palatio Regio in Dei nomine feliciter, Amen.

X.

Diploma.

E IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus Rex. Carolus Calvus.

Si ea, quæ à prædecessoribus nostris, vel fidelium devotione benè tradita statuta ac confirmata sunt, nostris oraculis roboramus; si etiam illa, quæcunque necessitate corrupta sunt, regia nostra auctoritate corrigimus, & in melius commutamus, saluti nostræ consulimus, & regium ministerium susceptum à Domino, exercemus. Proinde noverit omnium fidelium Dei ac nostrorum solertia; quia res ex Episcopatu Remensi, quas magna necessitate, & per omnia inviti, dum à pastore sancta sedes illa vacaret fidelibus nostris ad tempus; unde temporale quoddam solatium in nostro haberent servitio, commendavimus, ordinato & electo munere sancti Spiritus per Dei & nostram dispositionem in eadem sancta sede N. Archiepiscopo, hoc nostræ auctoritatis præcepto cum integritate: quidquid exinde nos fidelibus nostris beneficiavimus, præsentaliter restituimus, sive etiam illa omnia, quæ tam Clerici, quàm Laici, qui in nostra dominatione aliquaodiu fuerunt; quósque jam dicto Episcopo commendavimus, habebant. Et, ut in calce omnia concludamus; quidquid ex eôdem Episcopatu, quando de manu N. illum recepimus, alicui præstito beneficio concessimus; per hanc nostræ confirmationis auctoritatem in conspectu Dei, coram cœtu fidelium nostrorum tam Ecclesiastici, quàm laicalis ordinis testamento præsentialiter casæ sanctæ MARIÆ, & sancti Remigii, atque N. Archiepiscopo cum omni integritate reddimus, vel restituimus, ut absque ulla refragatione cassatis quibuscunque aliis conscriptionibus easdem res, per hanc nostram auctoritatem recipiat, ut, sicut res Ecclesiæ Dei, tam ipse, quàm successores ipsius disponant. Quam auctoritatem, in qua nos ulteriùs tale quiddam erga ipsam casam Dei non acturos spondemus: &, ut nemo successorum nostrorum agere moliatur, per omnipotentem Dominum ejusdem Virginis filium obsecramus, ut per ventura tempora certior habeatur, & contra æmulos ipsius Ecclesiæ sui notitia valeat, manu nostra subter firmavimus, & annuli nostri impressione roborare decrevimus. Data Kal. Octob. anno VI. regnante Karolo glorioso rege Indict. VIII. Actum in pago Andegavensi in villa N.

F

G

H

XI.

A

XI.

Diploma Lotharii Imperatoris.

IN nomine Domini nostri JESU Christi Dei æterni, Lotharius divina ordinante providentia Imperator Augustus. Quia confessio delictorum non minùs in adversis necessaria est, quàm in prosperis, & cor contritum & humiliatum Deus non despicit; gaudium etiam esse Angelorum in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente; non dubitamus mortales in terris; eos nequaquam despicimus; pro quibus gaudere Angelos in cœlo divino testimonio non ignoramus; accusantes, & reprehendentes in excessibus semetipsos, divina nos benignitas non condemnare, sed recreare docuit; quæ meretricem non solùm à legali damnatione eripuit; verùm etiam publicanum humiliatum, & accusantem se, non condemnavit, sed magis justificando exaltavit. qui, non dixit, *omnis, qui se humiliat condemnabitur*, sed, *exaltabitur*. Potestatem ergò, quam pro causa nostra raptus perdidisti, repetentibus Ecclesiæ suæ filiis, præsentibus quoque astantibus, ac decernentibus Præsulibus, sedem ac diœcesim, Remensis Urbis tibi N. restituimus, ut pristino sanctæ largitatis Apostolicæ pallio indutus; concordiam, atque gratiam divini Officii nobiscum humili satisfactione expleas, solenni nostra largitate recipiendo exerceas. N. Episcopus assensi. N. Archiepiscopus cum cæteris plurimis presbyteris, ac diaconibus publicè assistentibus. Actum in N. Palatio publico, in mense Junio IX. Cal. Jul. regnante & Imperante Domino Lothario Cæsare, anno reversionis ejus primo, cùm esset successor factus Patris in Francia. Indict. III.

XII.

Diploma.

D IN nomine Domini nostri JESU Christi. Ludovicus & Lotharius divina ordinante providentia Impp. Augg. Si libertatis nostræ munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficii, & necessitates Ecclesiasticas nostro relevamus juvamine, id nobis, & ad mortalem vitam temporaliter transigendam, & ad æternam feliciter obtinendam profuturum liquidò credimus. Idcirco notum fieri volumus omnibus fidelibus nostris, præsentibus scilicet & futuris, quod sanctam Remensem Ecclesiam, in qua præcessores Reges nostri, videlicet Francorum, fidem, & sacri baptismatis gratiam perceperunt, in qua & nos per impositionem manus Domni Stephani Papæ Imperialia sumpsimus insignia, ob reverentiam fidei Christianæ, & ob animæ nostræ salutem, ab imo construi fecimus, eàmque in honorem Domini nostri JESU Christi, Salvatoris mundi, simul & in honorem ejusdem intemeratæ genitricis sanctæ MARIÆ consecrari decrevimus.

Itaque divina inspiratione compuncti, & cœlestis patriæ amore succensi, quædam prædia, quæ eidem sanctæ sedi quondam ablata fuerant, devota mente restitui jussimus, Id est, in suburbanis ipsius sanctæ Ecclesiæ Titulum S. Sixti, nec non & Titulum S. Martini, cum appendiciis eorum. E Rebus prædictæ sanctæ Ecclesiæ temporibus nostris adhuc superaddendum decrevimus, & statuimus per hoc nostræ auctoritatis præceptum, ut nos tantùm de istis restitutis, sed etiam restituendis; quidquid de ipsis, vel in ipsis rectores & ministri suprà memoratæ Ecclesiæ elegerint, ita debeant perpetualiter possidere, atque ordinare, vel etiam facere, prout cunque sibi propensiùs voluerint, ut absque ullius injusta contradictione ordinent atque disponant, & faciant, quid utilitati prædictæ Ecclesiæ congruere, & convenire perspexerint. Et ut hæc nostræ auctoritatis confirmatio præsentibus, futurisque temporibus firmiorem in omnibus semper obtineat vigorem, manibus propriis subter firmavimus, & annuli impressione signari jussimus. F

XIII.

Diploma.

IN nomine S. & individuæ Trinitatis Ludovvicus divina favente clementia Rex. Novimus nos ad sacra regimina, & ad imperialem auctoritatem per sanctorum suffragia posse in futurum proficere, & beatæ gratiæ remunerationem æternis diebus mereri, si loca Deo dicata divino accensi amore procuramus. Ideóque sciat omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum posteritas, qualiter nos, per interventionem nostræ dilectæ genitricis Outæ, quasdam res sui proprii juris, quas à largitate beatæ memoriæ patris nostri Arnolphi Imperatoris per imperiale præceptum susceperat, ad cellam S. Emmerammi Martyris Christi, nostra regali auctoritate donavimus: Ea quidem ratione, ut easdem res, quædam vidua nomine N. diebus vitæ suæ possideat, ac post dies ejus in jus ac dominationem ejusdem cellæ redeant perpetuis temporibus tenendæ; id est curtem, quæ dicitur N., quidquid in potestate prænominatæ genitricis nostræ eàdem die erat. Quod antea præceptis datum non fuerat, extra vel infra terminum ejusdem curtis totum cum omni integritate per consilium & consensum venerabilium Episcoporum, nec non fidelium Comitum nostrorum, & cæterorum omnium, sicut priscis temporibus in singulis ministeriis Patrum nostrorum ordinatum fuerat, nihil extra dimittentes, in perpetuam possessionem tradidimus cum regi-

A regimine, & ejusdem banno, mancipiis utriusque sexus, ædificiis, pootibus & censu, sylva, omnique usu ejusdem sylvæ, aquis, piscina, vineis, viis & inviis, exitibus ac reditibus, terris cultis & incultis, molendinis, pratis, pascuis, mobilibus & immobilibus, quæsitis & inquirendis.

B Et jussimus io hoc præsens præceptum conscribi, per quod decernimus, firmiterque jubemus, ut præscripta Ecclesia B. Emmerammi, cui Tuto venerabilis Episcopus præesse dinoscitur, firmissimam cunctis diebus habeat potestatem, sicut cæterarum Ecclesiæ rerum. Et ut hæc largitionis nostræ auctoritas stabilis permaneat, manu nostra subtus eam firmavimus, & annuli nostri impressione sigillari jussimus. Signum Domni Ludevvici serenissimi Regis. Engelbero notarius ad vicem Theotmari Archicancellarii recognovi & subscripsi. Dat. 11. Idus Augusti Anno Incarnat. Domini nostri DCCCC. III., anno Ludevvici piissimi Regis IV. indict. VI. Actum Otinga in Dei nomine feliciter, Amen.

C XIV.

Instrumentum permutationis quorundam fundorum inter Baturicum Episcopum Ratisb. & nobilem quendam.

IN Dei nomine placuit atque convenir inter venerabilem virum Baturicum sanctæ Radesponensis Ecclesiæ Episcopum, quæ est constructa in hooore sancti Petri Priocipis Apostolorum, & sancti Emmerammi Martyris, ubi ipse preciosus sanctus corpore requiescit: nec non quendam illustrem virum N., ut quasdam res pro communi utilitate & compendio inter se commutare deberent: quod ita fecerunt.

D Dedit igitur prædictus Episcopus ex ratione prædicti monasterii unà cum consensu monachorum in eodem monasterio degentium, & per licentiam Domni Ludevvici Regis eidem N. villam, quæ dicitur N., & terrirorium cum casis desuper positis, cum mancipiis V., pratis, pascuis, & omnia, quæ ibidem habere visus fuit. Et è contra in compensationem harum rerum dedit idem N. ex suo proprio, Præfato Baturico Episcopo ad partem suprà dicti monasterii sui territorium N. cum silva, pratis, & omnibus, quæ ibidem habere visus est. Unde & duas commutationes pari tenore conscriptas, inter se fieri, & affirmari voluerunt, ut unusquisque hoc, quod à pare suo accepit, habeat, teneat, atque possideat, & faciat, quidquid utilitatis suæ perspexerit. Et taliter hic inter eos inserere placuit. Quòd si fuerit post hunc diem ullus ex ipsis, aut qualiber opposita persona, quæ contra hanc commutationem, de qua duæ chartulæ uno tenore conscriptæ esse videntur, venire tentaverit, aut eam infringere conatus fuerit, inferat parti, contra quam litem intulerit, seu regis fisco auri libras duas, & multa componat, & sua repetitio, nullum obtineat effectum, sed præsens commutatio, omni tempore firma permaneat cum stipulatione subnixa. E

F XV.

Donatio quorundam bonorum facta S. Emmerano.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Dum divina nos clementia in præsenti seculo gubernat, oportet, ut de futuro etiam cogitemus: ac, dum in nostra potestate res nostræ constare videntur, eas ob amorem Dei ad loca Sanctorum manu & voluntate propria condonemus; ut, cùm pius examinator in judicio venerit, exinde mercedem habeamus. Quàm caduca enim sint hujus vitæ tempora, quámque citò finiantur, ego indignus servus servorum Dei N. Abbas mente ac corde pertractans, inscius, quid ventura pariat dies, subitò animo incidit, ut salutem animæ meæ mihi quoque ipse, dum licet, providerem. Hac divina miseratione commotus mentem admovi.

G Unde, ob divinæ religionis amorem, &, sicut superiùs est comprehensum, pro remedio aolmæ meæ, patris quoque, nec non genitricis, cæterorùmque, quorum datione & auxilio locus idem constructus esse cernitur, trado ad S. Emmerammum propria mea, quæ hæreditario jure mihi successerunt, hoc est, primitùs Ecclesiam cum curte & domo, omnique ædificio, cum mancipiis, terris, sylvis, pratis, pascuis, aquis, aquarúmve decursibus, quidquid etiam dici poterit tam cultum, quàm incultum; simili ratione ad S. Emmerammum, ùt sæpe suprà denotatum est, propria meæ manus datione, confirmatum esse decerno; ita tamen, ut, dum ipse in præsenti vita superstes extitero, omnia, quæ suprà ostensa sunt, in mea potestate, absque omni contradictione perdurent.

H Placuit etiam mihi unà cum venerabili viro Baturico Episcopo & Abbate loci ejusdem, ut si aliquis de parentibus meis, talis, Dei gratia largiente, evenerit, ut ejusdem monasterii Pater, defuncto me, possit existere, vel alius quilibet ex eadem congregatione, ut prædictum locum, sicut præ-

A præfatus sum, habeat in potestate, & cum omnibus ibidem huic loco aspicientibus ad sanctum & venerabilem locum B. Martyris Emmerammi, & venerando Baturico Episcopo, vel etiam successoribus suis caput inclinet, servitiúmque persolvat. Hæc omnia, sicut suprà notavi, pleniter tradidi in ea ratione, ut mihi Baturicus Episcopus ad dies vitæ meæ in beneficio habendum concederet, id est, easam dominicatam cum curte & Ecclesia, cum omnique reliquo ædificio, quidquid ibidem aspicit.

XVI.

Diploma.

B IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri JESU Christi Ludevvicus divina ordinante providentia Imperator Augustus. Imperialem celsitudinem decet prædecessorum suorum piè facta non solùm inviolabiliter conservare, sed etiam censuræ suæ auctoritate alacriter confirmare. Idcirco noverit omnium fidelium nostrorum industria; quia Abbas de monasterio Stabulao detulit nobis præceptum Hilderici regis, in quo continebatur, qualiter sanctus vir Remaclus detulisset ei præceptiones Sigiberti regis, in quibus erat insertum, qualiter eandem cellulam novo opere construxisset, & de sua foraste, XII. leucas undique mensuratas, & quæ infrà erant, pro divino amore concessisset. Sed pro firmitatis studio petiit prædictus Abbas, ut nos denuò per nostrum præceptum prædictam Foresten nostra auctoritate concederemus, atque confirmaremus Monasterio. Cui petitioni libenter annuimus; &, ùt deprecatus est, per hoc nostrum præceptum confirmavimus.

C Præcipientes ergo jubemus, ut nullus fidelium nostrorum de prædicta Foreste ullam inquietudinem, aut infestationem, aut contrarietatem prædicto monasterio, suisque rectoribus facere ullo unquam tempore præsumat; sed, liceat monachis ibidem Deo famulantibus ad proprias supplendas necessitates ipsam cum omni integritate perpetuis temporibus habere absque alicujus infestatione, aut resultatione, vel diminoratione.

D Deprecati sunt etiam nos, de decimis & capellis ab antecessoribus nostris sibi collatis ex quibusdam fiscis nostris, ut pro firmitatis studio & animæ nostræ emolumento, donum prædecessorum nostrorum nostra confirmaremus auctoritate. Quapropter, sicut petierunt, concessimus, & decernimus ac jubemus, ut nemo fidelium nostrorum de decimis & Capellis memoratæ congregationi aliquid contendere, aut abstrahere, vel diminuere præsumat, nec ullam contrarietatem eis inferre tentet; sed, E sicut ab antecessoribus nostris de memorata Foreste, & de jam dictis capellis & decimis constat firmatum, ita, Domino protegente, per hanc nostram auctoritatem nostris & futuris temporibus, maneat inconvulsum. Hæc verò auctoritas præceptionis nostræ, ut per diuturna tempora valeat inconvulsa manere, manu propria subscripsimus, & annuli nostri impressione signari eam jussimus.

XVII.

Diploma Sigeberti Regis.

IN Dei nomine Sigibertus Rex Francorum vir illustris. Singulariter, & per cuncta feliciter ad mercedis nostræ credimus F augmentum pertinere, si larga munera summo Deo omnipotenti devota mente offerre non dubitamus: quia tunc regia potestas suum cultum corroborare videtur, quando, ex propria voluntate compendia servorum Dei destinare non dubitat. Ideóque sub devotione animæ nostræ cum consilio magnificorum Episcoporum & aliorum illustrium virorum ex nostræ largitatis munere, monasterium regulare juxta Patrum conditionem construximus, & ibidem, Christo auspice, Remaclum Abbatem constituimus, ut ibidem secundùm ordinem, & monumenta sanctorum Patrum conversari debeat. Igitur de fisco nostro ad usus servorum DEI cum emunitate partem aliquam donamus, ut habeant, possideant, suisque posteris spiritualibus derelinquant, ut potiùs eos delectet attentiùs preces pio Domino incessabiliter pro nobis fundere. Et ut hæc præceptio firma & inviolata permaneat, manus nostræ subscriptionibus subtèr eam decrevimus roborari.

XVIII.

Diploma Sigeberti Regis.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri JESU Christi Sigibertus Rex Franco- G rum vir illustris. Singulariter regni nostri compendia prolixa felicitate, Deo adjuvante, confitemur augmentare, quidquid sacrosanctæ Ecclesiæ propriæ deliberationis arbitrio serenitas nostra contulerit: quia tunc legalis potestas sui culminis fundamenta corroborat, quando larga humanitate condigna munera in honorem Dei conferre non dubitat.

Igitur sanctum, ac venerabile Monasteri- H um *Stabulaus* nominatum, cui vir venerabilis Remaclus Episcopus, & Abbas præesse, Christo auspice videtur, divina inspiratione commoniti decrevimus aliquantulum de fisco nostro consolari. Teloneum igitur, quod ad portum super fluvium Ligeris pertinere videtur, pro stabilitate regni nostri ad

ad monasterium superiùs scriptum nostri muneris largitate concedimus.

A Quapropter præsenti ex hoc jussimus promulgari præceptione; ut præfato monasterio, nullus ex hoc penitus præsumat existere contrarius: sed quodcunque exinde fiscus noster poterat sperare, in luminaribus jam prædictæ Basilicæ, vel stipendiis ipsorum monachorum, qui ibidem cursum regulariter quotidianis horis conantur implere, omni tempore proficiat in augmentis. Hanc quoque auctoritatem in omnibus valituram, ut in nostris & futuris temporibus intacta, vel intemerata valeat perenniter permanere, manus nostræ subscriptionibus subter decrevimus roborari.

XIX.

Diploma Othonis Imp.

B IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Otto divina favente clementia Imperator Augustus.

Si aliquid de nostræ magnitudinis regia, vel Imperiali munificentia Dei Ecclesiis emolumenti pro stabilitate illarum conferimus, proculdubio id in mercede proprium habemus. Quapropter omnium fidelium nostrorum animadvertat industria, tam præsentium, quàm futurorum, qualiter nobis interventu & admonitione Ottonis Carentorum Ducis, quoddam nostræ proprietatis spacium, capiens ex omni parte in longitudine, sive in latitudine jugera tria in monte Catentino, cum dimidia parte ligni montis illius in latere positi, cum X. jugeribus

C pratorum juxta flumen Glana jacentium ad Ecclesiam S. Lamberti Martyris, qualicunque supradicti montis parte, excepta nostra regali sede; inibi sancto Lamberto servientibus placuerit perpetuò possidenda tradere, atque delegare cum exitibus & reditibus, & cum omnibus utilitatibus ad præfata jugera pertinentibus, ea videlicet ratione, ut nemini quidquam in eàdem Ecclesia Deo militantes inde debeant: nisi quod ad Dei servitium spectat. Sed ipse locus, & in eodem loco Deo, & S. Lamberto militanti sub nostri sint mundiburdii defensione suscepti. Ita videlicet, ut nullus Judex publicus, vel quilibet ex judiciaria potestate in Ecclesias, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones, quas vel nunc idem locus sancto Lamberto donatus possidet, vel quæ deinceps in jus ipsius divina pietas voluerit augeri, ad causas audiendas, vel ad freda exigenda, aut

D mansiones, vel ad *paratas* faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ injustè distringendos, aut ullas redhibitiones, seu illicitas exactiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat: vel ea, quæ suprà memorata sunt, penitus exigere præsumat. Sed liceat rectoribus loci suprà memorati, fratribúsque in eodem loco Christo, & S. Lamberto militaturis omnia ad eum pertinentia, sub emunitatis nostræ defensione, quieto jure possidere, atque pro incolumitate nostra, nec non stabilitate regni, Domini clementiam jugiter exorare. Et ut hæc auctoritas nostris, futurisque temporibus Domino valeat protegente inconvulsa manere, manu propria subter eam firmavimus, & annulo nostro assignari jussimus. E

XX.

Diploma Othonis Imperatoris.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Otto divina favente clementia Imperator Augustus.

Noverint omnes fideles nostri, præsentes scilicet & futuri, qualiter mercator quidam noster N. dictus, à prædecessoribus nostris libertate donatus, & uxor ejus N. vocata tradiderant ad S. Emmerammum monachis ibidem Deo servientibus prædium N. pro animarum suarum remedio, ac mercedis æternæ desiderio, ea pactione, ut suæ fine tenus vitæ potestativè usu potirentur vivendi: post amborum de hac luce discessum, integrè pertineret ad S. Emmerammum fratribus serviendum: quod ita factum est publicè testium adstipulatione & jure jurando, qui eidem traditioni præsentes fuerunt, similiter & primi Judices comitatuum Banno adstricti & juramento idem testificati sunt; hoc est, prædictus locus N. cum mancipiis utriusque sexus in pago N. in Comitatu N. F

Nos verò hæc audientes, propter Dei amorem, & S. Emmerammi, & venerabilis Wolfgangi Reginensis Episcopi petitionem, nec non Ramuoldi Abbatis fidelis nostri interventu; satisfacientes, hanc traditionem Imperiali auctoritate nostra renovavimus, & eundem prædictum locum eum omnibus appendiciis suis, hoc est, curtibus, cum ædificiis, pomariis, agricolis, pascuis, silvis, pratis, aquis, mobilibus & immobilibus, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis, omníque legitima traditione ad altare S. Emmerammi Martyris Fratrum usibus servienda cum omni integritate concessimus; nemine contradicente, vel fiscalis potentiæ persona, sive alicujus consanguinitatis eorum conditione. Et ut hæc concessionis nostræ auctoritas firma ac stabilis permaneat, in futuris temporibus, hoc præsens præceptum jussimus inde conscribi, & annuli nostri impressione sigillari, & subtus manu propria corroboravimus. Signum Domini Ottonis magni & invictissimi Imperatoris Augusti. Hildibaldus Episcopus & Cancellarius vice Willigisi Archi-Capel- G H

A pellani notavi. Dat. Nonis Julij, Anno Dominicæ Incarnat. DCCCC. LXXIII. Regni verò secundi Ottonis XXV. Imperii autem XV. Actum feliciter Veronæ.

X X I.

Diploma Henrici IV. Regis.

B IN nomine sanctæ Trinitatis, HEINRICUS DEI clementia Rex.

Omnibus Christi nostríque fidelibus tam futuris, quàm præsentibus, notum esse volumus, qualiter nos ob interventum Berthæ regni & thori sociæ H. Patriarchæ, R. Babebergensis, *&.* Eistetensis Episcoporum, cæterorúmque fidelium N. cuidam servienti nostro, R. nomine, militi laudabili IV. non regales mansos, quos idem in C beneficium habuit, in proprium tradendo firmavimus, firmando tradidimus, sitos in villa N. in comitatu N. Comitis, cum omnibus appendiciis, hoc est, utriusque sexus mancipiis, ac cum omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire poterit. Dedimus autem devotè in hæreditariam proprietatem tale prædium eidem nostro servienti: quia, nobis pergratus erat, utpote vir fidelis, miles strenuus, dies & noctes ad omne servitium nostrum promptus & D paratus. Et ut hæc traditio firma & inconcussa omni permaneat ævo, hanc chartam inde conscribi jussimus, quam, ùt infra videtur, nostra manu corroboratam sigillo nostro insigniri fecimus.

F I N I S.

PHI-

PHILIPPI
ECCLESIÆ
EYSTETTENSIS
XXXIX. EPISCOPI
DE
EJUSDEM ECCLESIÆ
DIVIS TUTELARIBUS.
S. RICHARDO.
S. WILLIBALDO.
S. WUNIBALDO.
S. WALPURGA.

COMMENTARIUS

NUNC

PRIMUM EVULGATUS:

Unà cum duobus obſervationum

libris & Catalogo Hiſtorico, omnium
Epiſcoporum Eyſtettenſium.

Editore & Auctore:

JACOBO GRETSERO,
SOCIETATIS JESU
THEOLOGO.

INSIGNIA

REVERENDISSIMI

& ILLUSTRISSIMI

PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI

JOANNIS CHRISTOPHORI

EPISCOPI EYSTETTENSIS,

Cujus auſpiciis opus hoc de Patronis Eccleſiæ Eyſtettenſis prodit.



IN ALAM

REVERENDISSIMI & ILLUSTRISSIMI

JOANNIS CHRISTOPHORI

Epiſcopi Eyſtetenſis, Gentilitiis inſignibus inſcriptam.

QUando Genethliaca perpendo inſigna ſtirpis,
Et circum poſitos nobilitatis Avos:
Sanguinis, & nivis, & cœli ſi ſpecto colorem,
Omnia dant Domino ſymbola certa ſuo.
ALA tamen galeæ diffuſa in vertice pennis,
Neſcio quid rarum, magnificumque notat.
ALATOS non ſola Deos Phœnicia fecit;
Ne quis tardigrados crederet eſſe Deos.
Geſtavêre ſuo Garamantes vertice pennas,
Cecropiiſque fuit nexa cicada comis:
Nobilium à vulgo quò ſe diſcerneret ordo,
Indicium antiqui ſtemmatis ALA fuit.
Quid Gentilitiis inſculpta inſignibus ALA
Vult ſibi? Dædaleum fortè retexet iter?
PRÆSULIS ingenium mihi ſignificare videtur,
Quod non depreſſo pondere ſerpit humi:
Sed mens æthereas crebrò circumvolat oras;
Nec tamen ad radios ALA ſoluta fluit.
Quin etiam Eyſtadium ad cœlos ANTISTITIS ALA
Subvehit, atque humiles dedocet ire vias.
Jam ne Phœbæus deplumet Pegaſus alas;
Hujus penna ALÆ charior una foret.
Quis non in tali recreetur Principe, ſub quo
Suaviter alatam ſentit egenus opem?
PRÆSULIS in pennis formidet nemo ruinam:
Nunquam, VIRTUTIS quem gerit ALA, cadit.

REVE-

REVERENDISSIMO
ET ILLUSTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
JOANNI CHRISTOPHORO
EPISCOPO EYSTETTENSI, &c.
JACOBUS GRETSERUS SOCIETATIS JESU.

EPiscopatum Eystettensem, *Reverendissime & illustrissime Antistes*, duas potissimùm ob causas felicem & admirandum esse arbitror, primò, propter ipsos Episcopos, quorum plerique sanctitate, morum integritate, & pia solicitudine pro grege sibi commisso spectatissimam vitam egerunt, ùt intelliget, qui indicem historicum omnium Præsulum Eystettensium percurrere voluerit, ut, proinde, S. WILLIBALDUS cum throno, pedo, & infula, probitatem quoque ad successores suos transmittere videatur, præcipuè pacis, & publicæ quietis studium, de quo Caspar Bruschius in Catalogo suo, hæc observatione prorsus digna scripsit; Laudans enim Albertum hoc nomine secundum Episcopum, ait, eum pacis, ùt cæteros ferè omnes antecessores suos fuisse studiosissimum. *Qua insigni virtute*, inquit Bruschius, *longè excellit Episcopatus iste Aureatensis, omnes alios, quos habet universa Germania; soli enim Aichstadiani conservandæ pacis & tranquillitatis publicæ, semper amantes ac studiosi, nunquam arma sumpsisse, nunquam bella gessisse, aut ullius inquietis auctores fuisse leguntur.*

Hinc etiam accidit, ut tempore gravissimorum schismatum, quæ Ecclesiam Catholicam divexabant & lacerabant, Episcopatus iste, ejúsque præsides immoti perstiterint, quasi in alio, non in illo orbe versarentur, qui tot & tam turbulentis turbis concutieba-

tiebatur. Quid sub illis dissensionibus, quæ fuère inter Romanos Pontifices & Imperatores Henricum IV. Henricum V. Fridericum I. & Fridericum II. non passi sunt vicini Præsules, Archiepiscopi Salisburgenses, Episcopi Ratisbonenses, Passavienses, Frisingenses, Augustani? Quoties de sede sua dejecti, & in exilium pulsi fuère? Quoties rebus omnibus spoliati, dirisque modis exagitati? nec gregi percussis Pastoribus pax fuit; denuò enim veritas illius oraculi patefacienda erat: *Percutiam pastorem & dispergentur oves gregis.* Nihil simile de Eystadii Episcopis & Diœcesanis in superioris memoriæ annalibus reperio: sub umbra S. WILLIBALDI inter colles suos, fluctus illos plusquam decumanos declinârunt. Neque ideo hoc evenisse censendum est, quòd ad arbitrium Imperatorum sese fingerent & refingerent, ac cum illis Christi in terris Vicario repugnarent (hoc enim vel maximè discordias concire solet) sed quia Divi Tutelares è cœlo subveniebant, & omnia singulari cura ad pacem & tranquillitatem dirigebant. Quòd si unus ad Henrici IV. partes contra Gregorium VII. concessit; at pedem retulit; nec proditum est, labe hac schismatica subditos fuisse contaminatos, & in diversa studia, ùt fit, distractos.

Secundò: Eundem Episcopatum, cui *Illustrissima vestra Celsitudo* præest, felicem & admirandum prædico etiam propter subditos, qui sub temporali ditione & Jurisdictione Antistitum Eystettensium tenentur. Obeat quis Germaniam, historiásque evolvat, & inveniet, nisi fallor, Episcoporum quorundam subditos sæpius contumaciter rebelles, qui armis ad officium reducendi fuerint; imò qui sæpè nec armis ad obsequium revocari potuerint, sed excusso jugo inverecundè clamitaverint: NON SERVIAM. Et hóc etiam annis illis, qui funestas horum temporum sectas antecesserunt, quando nova ista *Prædicantium* Monstra, Germania nec viderat, nec noverat. Nihil hujus de Eystettensibus subditis litterarum monumenta tradunt. Quietè & pacificè sub sceptro Willibaldino conquieverunt, & tum demum beatos se fore reputârunt, sua si bona nôssent.

Jam verò quis hæresi Lutherana, ex orco orta eorundem in avita fide; & in obedientia præsuli Eystettensi debita, constantiam satis dignis laudibus celebret? Finitimi circumquaque, exceptis Bojis conterminis, turmatim ad Lutheri Evangelium, quasi jam jam superis ex oris devectum convolabant, templa & monasteria diripiebant, sacerdotes malè priùs acceptos, habitósque fugabant. Jam Lutherus pernitiosissimum simul & turbulentissimum illum librum *de falsò nominatorum Episcoporum statu* in vulgus extruserat, jàm quorundam Episcoporum subditos eò adduxerat, ut à Dominis suis armata manu libertatem Religionis extorquere niterentur, tanto progressu & successu, ut hæc secta tandem integros greges cum ipsis pastoribus devoraverit. Casus vel potiùs interitus iste tristior est, quàm ut ejus amplificatione diu immorari libeat. Quid interea subditi Eystettenses? In tanta tam vicinorum, quàm longè distantium ruina ne latum quidem culmum ab ea doctrina recesserunt, quam sanctus WILLIBALDUS ad Almonium fluvium plantaverat, magisque copiosis lacrymis, quàm fluvii aquis rigaverat. Nam quòd communis illa agrestium seditio, quam *rusticanam* vocant, aliquid turbarum dedit, id potiùs exterorum in Episcopatum, spe opimæ prædæ, irrumpentium, & ad defectionem vi & armis plebem Willibaldinam compellentium, sceleri adscribi debet. Sed facilis medicina fuit, quia bonæ mentes facilè ad bonam frugem revertuntur. Magna hæc laus est subditorum Willibaldino-

rum

rum, & eò major, quò secta Lutheri suavior est, & sensibus amabilior, quæ suavitas & amabilitas ingentem mox assectarum multitudinem attraxit. Intrepidè dico, si Lutherus rigidum aliquod Evangelium attulisset, ùt cum Mahomete, perpetuam à vino abstinentiam; cum Montano, duas vel tres Quadragesimas & Monogamiam, seu unas solummodo nuptias, & id genus alias vivendi asperitates priscis quibusdam Novatoribus usurpatas, nescio, num in Germania sectatores reperturus fuisset, saltem tanto numero non reperisset.

Meritò igitur, *Illustrissime Princeps*, Celsitudo Vestra sibi gratulari potest, quoties vel sola mente, vel etiam oculo in libris antecessorum suorum excellentem virtutem considerat vel lectitat, suorúmque subditorum erga Deum & antistites suos fidem ac fidelitatem animo recolit: Nimirum Dei inprimis, tum Divorum Eystettensium munus hoc esse existimo, quorum gesta jam temporis diuturnitate propemodum sepulta, & in oblivionem fermè abducta, quòd *Illustrissima Celsitudo Vestra* renovanda, litterísque denuò, quin Imaginibus non sine sumptu, illustranda curavit, piè omnino, & in cœlites illos religiosè fecit. Nec ego hunc illustrandi laborem defugere volui, vel ea etiam causa, quòd plus, quàm dimidiam vitæ meæ partem, nempe triginta quatuor annos in Diœcesi S. Willibaldi Ingolstadii peregi. Utinam plura, quæ forsan adhuc in Bibliothecis & Archivis delitescunt, proferre, & historiam totam locupletiorem in publicum efferre licuisset; sed præstiti, quod potui. Eruent alii, si quid forsan vetustas reliquum fecit, cæptámque à me lucubrationem perficient. Ego hanc meam quantumcunque tandem alterius nomine ornare nolui, quàm *Illustrissimæ Celsitudinis Vestræ*. Si quis sciscitetur, cur id faciam; is fortè aptiùs sciscitaretur, cur id non facerem, tot támque justæ causæ suppetunt. Nihil dicam de Societate nostra, quam constanti benevolentia *Illustrissima Celsitudo vestra* tot jam annis complectitur, spretis susurronum & obtrectatorum voculis; quámque simul ac in cathedram Willibaldinam ascendit, Eystadium accersivit, & in Collegio Willibaldino collocavit, jactis non ita pridem pro ejusdem Societatis usu magnifici futuri templi Fundamentis, certè commentatio de S. WILLIBALDO ejúsque patre, fratre & sorore alteri non debetur, quàm ei, qui sancto WILLIBALDO in throno successit; & hac successione, ùt alii plerique antecessorum, spiritum sancti Willibaldi hausit; & felicitatem, de qua initio dicebam, huic Episcopatui esse quasi nativam, perpetuat.

Quanquam alio etiam titulo tempora Episcopatus *Illustrissimæ Celsitudinis Vestræ* felicia censeo, quando intueor, oves perditas, quas in *Palatinatu Neoburgico* ab ovili Willibaldino lupus truculentissimus abstraxerat, paulatim ad caulas redire, ablegatis Quintevangelicis tubicinibus. O prosperum illum diem, quo *Illustrissima Celsitudo Vestra*, Monachii Serenissimum Principem ac Dominum, Dominum WOLFGANGUM WILHELMUM Comitem Palatinum Rheni, Ducem Bavariæ, Juliæ, Cliviæ. &c. cum Serenissima Bavariæ Ducissa MAGDALENA, &c. connubio stabili junxit, lectissimísque sponsis nuptialem benedictionem impertiit. O fortunatiorem adhuc diem illum, quo certus rumor ad nos venit, *Serenissimum illum Principem*, Catholicæ fidei professionem publicè edidisse; jam tunc enim spei aliquid concipere poteramus, futurum, ut novitate explosa, vetustas restitueretur, quod fit, & indies magis fiet, S. WILLIBALDO, sancto UDALRICO, & S. WOLFGANGO (ad

(ad quorum Diæceses Principatus iste pertinet) opem è cœlo subministrantibus, eorúmque successoribus strenuè in terris allaborantibus, ut Hæresis, eò, unde malum pedem attulit, citò referat. Mirabilis Deus in consiliis suis super filios hominum. Quod vix optare, necdum sperare licebat, en volvenda dies nunc attulit ultro. Novi quanto *Illustrissimæ Celsitudinis Vestræ* gaudio, cui nihil tam est in votis, quàm ut sectis facessere jussis, vitiisque extirpatis Orthodoxa religio, vitæque integritas floreant ac vigeant; & ut hoc sæculum nostrum, cætera sit utcunque miserum, attamen hoc nomine felix reputari debet, quòd postquam hæreses in Germania extiterunt, pariter insignes passim Episcopi extiterunt, qui super gregem sibi traditum vigilantissimas excubias agerent, *solicitudine non*
Rom. 12. *pigri*, ut S. Pauli verba huc transferam, *spiritu ferventes, Domino servientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes*. In his Episcopis, nisi *Illustrissimam Celsitudinem Vestram* numerarem, nimis rerum omnium imperitus essem. Deus *Illustrissimæ Celsitudini Vestræ* ad divini nominis sui gloriam, vel ipsos S. Willibaldi in cathedra annos clementer concedat. Ingolstadii, pridie Kal. Augusti. Anno salutis M.DC.XVII.

LECTORI.

H*Abes à me, amice Lector*, Divos *Eystettenses, opus novum & antiquum; novum, quà meum; antiquum, quà Philippi Episcopi; qui nihil de* S. Sola, *&* S. Deocharo, (*Germanis* Gottlieb) *Utrunque adjunximus, ùt & ob vicinitatem loci, ejusdémque spiritus communionem*, S. Sebaldum *Norimbergensium patronum. Origines quoque Eystettenses explicuimus; ubi videre est, quàm ex tenuibus orsis, hoc est, ex Benedictino Monasterio; tam civitas ipsa, quàm nobilissimum Canonicorum collegium, & ipse amplissimus Episcopatus exstiterint, quem Franciscus Irenicus Lutherani verbi præco lib. 3. Germaniæ Exegeseos vocat* ditissimum *& lib. 11.* Omnium Episcopatum Bavariæ longè potentissimum; *quem ait à* S. Bonifacio institutum; etsi alii institutionem S. Willibaldo tribuant. *Sed utrunque verum est certo quodam sensu; nam S. Bonifacius instituit; quia terras, quas ab Utilone Duce, & à Svvigero comite dono acceperat, pro condendo Episcopatu liberaliter S. Willibaldo tradidit, & ipse etiam S. Willibaldus instituit, tum quia S. Bonifacii in instituendo adjutor fuit, tum quia primus Episcopatum istum administravit, tum denique, quia eundem sanctitate & doctrina stabilivit ac propagavit; & ejus, quæ nunc est, amplitudinis & opulentiæ, fundamenta jecit. Nec ignorant Eystettenses, quid S. Bonifacio debeant. Quocirca quintum diem Junii; qui anniversariæ memoriæ S. Bonifacii dicatus est; quot annis, vacatione ab omni opere servili, festum habent.*

Vale.

PRÆ-

PRÆMIUM FELICIS EVANGELII,

Quod

AD ÆMULATIONEM ROMANÆ PIETATIS DD. FF.

WILLIBALDO ET WUNIBALDO

EYSTADIUM SOLVIT.

ET

ILLUSTRISSIMUS AC REVERENDISSIMUS

PRINCEPS AC DOMINUS, DOMINUS JOANNES CHRISTOPHORUS, EYSTETTENSIS EPISCOPUS ABSOLVIT.

Carmine descriptum ad eundem Illustrissimum & Reverendissimum PRINCIPEM.

ERgone Virtutis pretium decrescere nostra
Secla ferant? terrisque ipsos vilescere Divos?
Jejunos digitis tribus admetimur honores,
Et quasi mendico datur arida sportula cælo,
Ut centeni asses prope maxima sint hecatombe;
Usque adeò à veteris pietate recessimus ævi,
Quæ tota ad superos patrimonia misit, ut inter
Hæredes primi starent longo ordine Divi.
Heu miserum est ipso plus orbe senescere mores.
Quid non collecto decrevit Roma senatu
Polluci Gemino, & Gemino Pollucis, egenis
Et minima de Gente Diis, quos Græcula Mater
Uno vix maturatos exclusit ab ovo?
Quando victrices Aquilas & Romula signa
Depulso secura metu colludere ventis,
Et latè fusos felici Marte Latinos,
Dulce Evangelion, festis clamoribus, albis
Sublimes in equis, primi cecinère per urbem,
Et tantos habuit felix victoria testes.
Quantillum tamen hoc fuerat? post quatuor horas
Lixa aliquis sparsisset idem, quem parva lucelli
Spes, & amor nummi jussisset currere Romam,
Sed qua opera merces Geminis, quæ lactibus unctis
Et nigra fuerat prope compensata polentâ?
Nempe Ædem, & calidas extis fumantibus Aras
Romano meruère Foro; chlamydatus uterque
Flavam Cæsariem lato abscondente galero,
Lætam prospectant oculis concordibus urbem;
Stat juxta sonipes, habitus imitatus heriles
Cyllarus, & Domino famulatur utrique, vicissim
Pollucem, & posthac invitat Castora tergo:
Juxta Nympharum protrusa faveribus unda
Vicinam puris sparsit siphonibus ædem,
Et temerè aratos allambit flumine postes,
Sacrata hæc etiam est Geminis, & creditur illas
Plaudere Castor aquas, & sparsum hic comere crinem.
Denique quod majus poterat dare prodiga magno
Roma Jovi? quisquis censu spectatus equestri,
Quadringenta domi pulchro numerabat acervo,
Succinctus trabeas, oleáque ligante capillum
Castoribus ducebat equum, pulchrúmque putabat
Marmoreos equites triplici circumdare gyro.
Indignor, si nil possum contendere Roma,
Si vel ad annales priscos, librósque Sibyllæ
Currendum est, quoties virtutum exempla petuntur:
Tu mihi tu veterem referes Germania Romam.
ETSTADIUM AUREATUM ETSTADIUM, sive aurea Virtus,

 Hoc

Hoc tibi cognomen, sive aurea contulit ætas,
Inter relliquias priscæ pietatis, & ista
Aurea vena tuo defossa latebat in arvo:
Urbs felix, urbs plena Deo, nutritia Divûm,
Cum reliquis ausura etiam contendere terris,
Si qua volet superûm cælique crepare favores.
Nam velut Ægeo cùm multa fluit Insula Ponto,
Quæ tessellatum scribant emblema per undas,
Illa Jovis cunis, natalibus illa Dianæ,
Hæc Cereris curru, hæc Bacchi celebrata quadrigis,
Illa Dei crines, hæc ostensura sepulchrum,
Una tamen reliquas nitido visura cachinno
Et tollens sublime caput, non magna, sed omni
Altior invidia Rhodus incubat aurea Ponto,
Sole suo & Solis nimiùm formosa Colosso;
Nam Phœbum ut reliquis furentur nubila terris,
Et lateant nigris intexta tapetibus astra,
Fax aliquam tamen inveniet Titania rimam,
Ut radium Rhodias impingere possit in arces,
Sed quo sola Rhodos furtim gavisa nitescat.
Sic urbs Eystadium reliquo non maxima cultu,
Cùm sua cantabunt alia præconia terræ,
Illa suos soles, sua sidera dicet, in omnes
Suffectura dies: nam si omnia lumina desint,
Quale jubar, quantum videt, ipso in PRÆSULE, solem!
Hac ergo geminus petitur mihi Castor ab urbe.
Tu mihi tu magni soboles divina RICHARDI
Si non abnutas WILLIBALDE vocabere Castor;
Sed Pollux WUNIBALDUS erit: nam quidquid in istis
Nominibus pulchrum est, Virtus id vestra meretur:
Vos vel ab extremis, cursu meliore, Britannis,
Eystadii quantis animis properastis in agrum?
Et non victrices Aquilas, fractósque Latinos
Sed cælo partos, Agno ductore, Triumphos
Quale Evangelion, superi! cecinistis, & omnem
Movistis latè festis clamoribus oram:
Quæ cùm inter lætas sonuit Victoria valles,
Atque eadem aurita captarunt nuncia Quercus;
Jámque repercussum revolavit ab arbore carmen,
Tum Dodonæum frustra quæsita per ævum
Eystadiana loqui didicit oracula Quercus:
Ipse Alr.s oppositi costas rescindere valli,
Atque omni solitus spumas allidere saxo,
Iras ad prima tenuissimia murmura famæ
Deposuit, veritus turbare sonantia cælum
Ora, & nunc placido similis defertur olivo,
Et sine bile natat, reliquisque modestior undis
Antiquos gaudet se correxisse furores.
Sed quid cantato Divi meruêre Triumpho?
Quid dedit Eystadium magnis Præconibus? urbem
Aspice, quisque vides augusta assurgere mole
Pandis fornicibus, celsis laquearibus, Ædem,
Hanc WILLIBALDUS habet; neque deest sua gloria Fratri;
Sed veluti Romana ædes sacrata Gemellis
Consuetum à solo deduxit Castore nomen,
Sic & fraterno cessit WUNIBALDUS honori,
Atque eadem meritus, non vult meruisse videri:
Sic ubi connubio duo desponsata maritat
Flumina Neptunus, quanquam pro dote, superba
Conjux immensum secum trahit agmen aquarum,
Et pulchrum tenuit nativo in littore nomen,
Quando tamen latus applicuit sociale marito,
Et corrivatis unà volvuntur arenis,
Unum est ambobus potiori à conjuge nomen,
Ne tamen & saliens felicè vena fluento
Castoribúsque suus fons consecrandus abesset,
Ipsa etiam soror in fratrum conspirat honorem
Inter divinas WALPURGA piissima Nymphas;
Hæc velut una omni dominetur Aquaria cœlo,
O superi! quales per tot jam secula Nymbos
Sparsit in Eystadium? it nullo moritura calore
Vena OLEI, castis Dominæ nutrita medullis:
Qualis enim Alpheum fugiens Aretusa sequentem,
Sudans, vel lachrymans, vel utroque aspersa fluore
Distillans animam, & rorantibus undique venis
Delicuit tota in fontem, & jam cernitur amnis,
Tota natat, nutritque suas Deo roscida lymphas;
Sic & WALPURGIS, sive illam cælicus ardor
Et JESU liquefecit amor, sive abditus ignis
Excoxit; certè nunc immortalibus undis,
In fontem, fontisque animam mutata scaturit.
Hoc unum deerat, quòd nullos Equestria Censor
Agmina in augusti speciem simulata Triumphi,
Ad sacram, plaudente foro, deduceret Ædem:
Cætera in Eystadio licuisset cernere Romam:
Istud nempe tuis servari debuit annis
CHRISTOPHORE, ut reliqui fieret mantissa decoris,
Virtutisque tuæ velut appendicula; sicut
Gemmeus à torque aurato bene pendet Elenchus,
Et clamydi ex lato crescit sua gloria clavo.
Nimirum Heroum, moderantur fata, labores
Et sua stat series factis illustribus, ingens
Vis operum est, quo sese animus divinior urget.
Non amat aut facilem, neque curtam gloria metam.
Bissenos pueri digitis numerare labores
Herculis assuêrunt, sed enim qui rectiùs illos
Computat articulis, numeros non invenit, etsi
Vexet, utramque manum, namque & Tyrinthius autor
Ipse suos neget aut nequeat numerare labores:
Quando parùm est, quidquid potes uno edicere flatu.
Sic tibi post laudum cumulatos PRÆSUL acervos,
Dotésque, & geminam facta exornantia Mitram,
Hæc quoque cura fuit, veteres producere mores,
Et canos ævo, majorum ostendere vultus,
Qui Wilibaldæa quondam sedêre cathedra.
Quos quia non licuit proprio spectare Tablino,
Quantulacunque hujus proponunt atria libri:
Nam licèt in te uno, quidquid virtutis avitæ
Splenduit Eystadii, viva sub imagine clausum
Aspiciant plaudentum oculi, & mirentur in uno
Omnia, quæ reliquis priva ornamenta fuerunt;
Explicuisse tamen faciem virtutis, & illam
Publicitùs pleno spectandam offerre theatro,
Digna Heroë fuit, digna alto Principe cura.
Sic ubi Phœbeas, ipso cum sole, quadrigas
Gymnosophista suâ nudus spectavit arenâ

Cùm

Cùm tamen educit nocturnum Phosphorus agmen,
Et cœlum ingreditur stellarum exercitus, ore
Aureus, & quidquid flammanti crine decorum
est,
Non dedignatur lucem spectare minorem:
Hæc ergo dilata diu est Transvectio, *tales*
Roma Equites nullo potuit produxere Circo:
Hos Wilibalde *tuo, fratrisque ostentat honori,*
CHRISTOPHORUS *toto consor dignissimus*
Orbe,
Qui vel Pontificum mitras examine lustret,
Aut certè laudet; tali Præcone vel ipsi
Lætentur superi, sicut spes publica Troiæ,
A patre laudato laudari gestiit Hector:
Quantum illos & Majestas censoria vultus
Præsul *magne tui, sacróque à corde resultans,*
Et cœli nutrita foco movet aurea flamma,
Et qui jam pridem meruerunt sydera, tecum
Componi gaudent, quin major, & amplior or-
de
Coguntur tibi collectam submittere frontem:
Tu nempe eminulus, tu toto vertice supra es,
Sic ubi Alexandrum, jam cana ætate Philippus
Aspicit alterius sudantem indagine mundi,
Et patria frontem majorem ferre corona,
I, dixit, major rerum tibi panditur ordo.
Hæredem tua te virtùs, non patria dicet:
Quære aliam, nostra malè te metiris in hasta:
Hæc eadem, magno proavorum turba nepoti
Dicet, & ut nata parvis ex fontibus unda
Majus nomen habent, & vincunt semina spica,
Sic omni Prolis major dicère Parente.
Ecquis enim toties pro Religione trophæum
Extulit & victo dominatus fortiùs Orco est?
Et quis ab omnigena meruit tot fronde coronas?
Et pia quis plures eduxit ad arma maniplos?
Quin ne fortè tuis manus auxiliaria castris
Desoret ulla, novam JESU de milite turbam
Expertam, bello prima inter signa locasti:
Ardentem quocunque opus est, decernere telo,
Uri & vinciri pro JEsu nomine promptam
Jamque etsi tutum securus transigis ævum
Castor uterque suo fruiturus uterque triumpho,
Quæ tamen Eystadiis quondam cecinère tro-
phæa,
Parta tuis iterum videant cùm surgere signis,
Cantabunt iterum, atque iterum Victoria *di-*
cent.

FACULTAS

SPECTABILIS DOMINI DECANI COLLEGII THEOLOGICI IN ACADEMIA INGOLSTADIENSI.

INgratus omninò essem, si Sanctis Eystettensibus, quorum tot in me constant promerita, novam novæ editionis lucem inviderem, & non potiùs summoperè gratularer. Itaque non impedio, quò minùs monumenta hæc partim vetera, partim nova typis publicentur; Catholicis ad constantiam in ea fide, quam Sancti isti, cùm alibi in Germania, tum maximè ad Almonem fluvium plantârunt; Sectariis autem ad instructionem, ut eò revertantur, unde exciderunt.

PETRUS STEVARTIUS, LEODIUS,
SS. Theologiæ Doctor, Professor, Academiæ Ingolstadiensis Procancellarius, Parochus Mauricianus, & Facultatis Theologicæ hoc tempore Decanus.

PHI-

PHILIPPI
ECCLESIÆ
EYSTETTENSIS
XXXIX. EPISCOPI,
DE
Ejusdem Ecclesiæ Divis Tutelaribus.
S. RICHARDO.
S. WILLIBALDO.
S. WUNIBALDO.
S. WALPURGA.
COMMENTARIUS.

IN
S. WILLIBALDUM
PRIMUM EYSTADIANUM PONTIFICEM,
EYSTADII TUMULATUM & USQUE
RELIGIOSE IBIDEM CULTUM.

EYSTADIUM licèt ossa tegat modò Præsulis, acta
Sancta tamen cœlo non potuêre tegi.
Hujus facta sonant quà sol oritúrque, caditque,
Quàque micant alto lucida signa polo.
Primus enim ignotum Christi patefecit ovile,
Partibus è nostris dogmata falsa fugans.
Hanc primus sanctis ornavit legibus urbem,
Et sibi commissas pavit & auxit oves.
Hic sese imperii magno subduxit honori
Sponte suâ, & cunctas respuit orbis opes.
O factum egregium, quo se super æthera vexit
Præsul, & in terris Nomen habere dedit.

INDEX

INDEX CAPITUM HUJUS COMMENTARII.

PHI-

PHILIPPI
EPISCOPI EYSTETTENSIS
PRÆFATIO GENERALIS
DE
SANCTORUM CULTU
AC VENERATIONE.

A CONDIGNUM *planè apud universos sacrosanctæ matris Ecclesiæ filios, ac fidei domesticos fore perhibetur, ut quos* (Psal. 20.) DEUS prævenit in benedictionibus, *concedens eis prægustationem dulcedinis gratiæ, quæ est electorum in via; ac satians eosdem fructu justitiæ, secundùm divitias beatitudinis & gloriæ, quæ est Sanctorum in patria; nos, qui sumus de cœtu fidelium, piissimo cordis affectu, tales & tantos, tales, inquam, merito, & tantos præmio amplectamur, & magnis conatus diligentia, laude digna glorianter prosequamur.* (Sanctorum memoria colenda.)

B *Hos enim Dominus* amavit & ornavit, ac in laboribus suis honestavit, inveniens eos dignos se, *cujus dignationis gratia dilecti Deo & hominibus jure soli & poli meruerunt, ut ab universitate militantis Ecclesiæ dignè venerentur. Horum namque nomina scripta sunt in cœlis libro vitæ perenniter annotata. Unde relinquitur, quòd ipsorum pia commemorationis reminiscentia frequenter in terris, & tanta inscriptionis virtute arctiùs cordibus nostris commendata, indelebiliter nullius oblivionis interventione obfuscetur.* (Sap. 10. Sap. 3.)

C *Item quorum præsentia apud angelicam dignitatem est in honore, decet, ut eorum memoria apud homines in benedictionibus habeatur, juxta illud præclari doctoris Ambrosii verbum:* Dignè in memoriam vertuntur hominum, qui ad gaudia transierunt Angelorum. *Et rursum:* Sanctorum festiva solennitas concentibus Angelorum, & applausu mutuæ sodalitatis omnium Sanctorum continua in superna Hierusalem hymnizatur. *Ex quo convenienti consequentia colligitur, ut eorum temporalis celebritas apud nos, ut possibile est, jugiter peragatur; & quod minus est, saltem annua devotione per nullum modum negligatur.* (Dictum S. Ambrosii.)

D *Et quia singulorum Sanctorum merita sub speciali titulo laudis omnibus hominibus non innotuerunt, consultum censetur, ut saltem communi præconio gloriæ non fraudentur, sed sub numero Martyrum, Confessorum, vel Virginum devotè invocentur, & ex eorum devotione dignè honorentur: vel si non singularius specialiùsve agnita sint eorum merita, & meritorum præmia, saltem generali celebritati omnium Sanctorum laudabiliter inserantur.* E (Quomodo nomine ignotos Sanctos honorare liceat.)

F *Charitativè pensandum est, Fratres charissimi, quàm gratiosi fuerint in vita, quorum mors in conspectu Domini legitur pretiosa. Item cùm gloria sit* clara cum laude notitia, *dignum duximus, ut Deo noti, & hominibus ex operatione virtutum notificati, dignè ac laudabiliter glorificandi sint.* (Quid sit gloria.) *Præterea si* honor est exhibitio reverentiæ in testimonium virtutis, *multo honore præferendi sunt, qui in hac vita mutabili invicta virtute permanserunt.* (Quid honor.) G *Hi namque sunt, qui in hac valle tenebrarum degentes, luciformi exemplo bonæ conversationis, & efficaci documento sanctæ prædicationis, huic mundo salubriter illuxerunt; ædificantes pariter & fructificantes in populo Dei; & pro tempore sui incolatus militantem Ecclesiam instaurârunt, & sua gloriosa assumptione super cœlestem curiam, id est, triumphantem Ecclesiam lætificantes introiêrunt in potentias Domini, nunc potentiores ad impetrandum ea, quæ sunt virtutis, atque æternæ salutis, ita ut in dubiis certificati, in adversis confortati, in prosperis lætificati, patrocinio intercessionis eorundem jugiter gloriemur.*

H *Hi namque sunt, qui secundùm admonitionem Apostoli,* sobriè, justè & piè in hoc seculo perdurârunt, expectantes beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris nostri JEsu Christi. (Tit. 2.) *Nam hi temperatissima moralitate in seipsis custodiebantur; justissima legalitate; quoad alios regebantur; piissima Theologica virtute in Deum, ut permisit humana fragilitas, jugiter ferebantur.* (Qualis Sanctorum vita.)

Item

A *Item advertendum est, Fratres dilectissimi, quàm reverentiali studio honorandi sint, qui Ecclesiastici gregis quondam ductores, doctores & pastores fuerunt: nunc autem intercessores, & in futurum eosdem expectamus judices.* Et hi omnes testimonio fidei probati, *memoria justorum, quæ æterna est, non immeritò dignificantur, inventi in Christo JESU Domino nostro, cui est honor & imperium in sæcula sæculorum, Amen.*

Hebr. 11.

INCIPIT PRÆFATIO
EJUSDEM
PHILIPPI
IN VITAM
S. WILLIBALDI
EPISCOPI ET CONFESSORIS.

B *EX his, quæ charitati vestræ, Fratres charissimi, de communi veneratione Sanctorum prælibavimus, liquidò clarere potest, quomodo B. Willibaldus Aureatensis Ecclesiæ Præsul eximius, in S. Pontificum numero laudabili, & merito ineffabili refulgens, à cunctarum linguis nationum, quibus tantum sanctitatis ejus nomen insonuit, dignè glorificandus existat. Verùm à nobis, qui pane ejus vescimur, ac de grege posteritatis tam egregii pastoris supputamur, puriori laude, & reverentiali magis honore decet, ut sublimetur: præsertim cùm gleba sanctissimi sui corporis pretiosa nobis commanens in Ecclesiæ gremio supradictæ, quæ sibi inchoativè & consummativè appropriatur, reverenter* [a] *sarcophagata confoveatur.* E

S. Willibaldus ab omnibus colendus.

Præcipuè ab Eystettensibus.

[a] sepulta.

F *Sed quia dulci modulatione, nec minus ordinabiliter nomen præferendæ sanctitatis præfati Præsulis hoc in loco invocatur, verbo nihilominus sanctæ prædicationis competenter annunciatur, à turbis etiam populorum pia sedulitate frequentatur: restat, ut ea, quæ de ipso sparsim & diffusè in diversis codicibus scripta reperiuntur, emendatiori stilo sollicitiùs in unum opusculum aggregentur. Igitur ob honorem Domini nostri JESU Christi & laudem, ac tanti Pontificis commendationem, ac nostræ salutis promotionem præfato operi, Deo favente, & vita comite, operam libenti animo impendemus. Invocato ergo nomine JESU Christi, qui Christus finis & consummatio sermonum legitur, virtus, sapientia, & verbum Patris prædicatur, humiliter petimus, ut, qui cœpit in nobis opus bonum, secundùm piæ voluntatis propositum, effectuosè perficiat, & ad suæ laudis incrementum JESUS Christus, qui est salus & vita, honor & gloria, decus & corona Sanctorum omnium.*

Commentarius iste ex variis antiquis monumentis congestus est.

INCIPIT VITA
C
BEATI WILLIBALDI
AUREATENSIS SIVE EYSTETTENSIS
ECCLESIÆ EPISCOPI, ET PRIMO DE SANCTA
EJUS GENEALOGIA.

CAPUT I.

D IGitur B. Willibaldus, gloriosus Pontifex Aureatensis Ecclesiæ, quæ modò Eystettensis vulgato magis nomine nuncupatur, primus ac summus Antistes fuisse certa ratione deprehenditur: cujus mirificæ sanctitati opera virtutum, quibus in vita floruit, nec non prodigia miraculorum, quibus eum Dominus in vita, morte, & post mortem decoravit, luce clariùs attestantur. Supervenit nihilominus Apostolica Summi Pontificis, videlicet, Leonis VII. autoritas, quæ non frivola facilitate, sed immobili veritate, hoc est, solida ratione, vel divina revelatione movetur, & præfatum sanctum Præsulem, similem in gloria Sanctorum fore declarans, titulo sacræ Canonizationis ipsum laudabiliter extulit, ac Catalogo Sanctorum nomen ejus sanctissimum venerabiliter inseruit.

Miracula testantur sanctitatem D. Willibaldi.

Refertur Willibaldus in numerum Sanctorum à Leone VII, Papa.

Jac. Gretseri Operum Tom. X.

G Hic Præsul venerandus tanquam sidus novæ claritatis ac miræ pulchritudinis, obducto tenebris ignorantiæ mundo, radio puriori feliciter infulsit, & tanquam stella matutina, eò ceteris clarior, quò vicinior soli, adeò gratiosè & spiritualiter * constitutus est suis præire, ut & nos in fulgore sui luminis, quod radio veritatis, justitiæ ac sanctitatis enituit, in splendoribus Sanctorum tam magnificum ductorem æmulantes, sine offensa in via mandatorum, vel in semita consiliorum Dei, quod præstantius est, quæ ducit ad patriam claritatis æternæ, fiducialiter ambulemus.

* fort. specialiter.

H Jam ordo scribendi expostulat, ut de sancti Confessoris Christi Willibaldi beata progenie, ac ortu nobili perpauca pro fundamentali initio eorum, quæ consequenter enarranda sunt, disseramus. Juxta quod advertendum est, quod sæpe memoratus ac

Eadem fermè invenies apud Canisium Tomo 4. Antiq. Lect. in sanctæ Walpurgis vita.

A semper memorandus Præsul Christi, ex illustri prosapia, imò stirpe regia exortus est. Divina namque ordinatrice providentia, sanctum Richardum, quondam regem Anglorum, nunc verò consortem Angelorum, patrem in cura, genitorem in natura sortitus est. Nimirum enim decebat, ut homo tantæ sanctitatis à sancto in lucem hujus mundi prodiret: & decoratus Princeps infulis à coronato rege gigneretur: & quemadmodum ille sceptro regali suis præerat; sic iste baculo pastorali salubriter principaretur.

Genus S. Willibaldi. Richardus pater S. Willibaldi.

B Beatum quoque Wunebaldum strenuæ virtutis virum, nec non Abbatem sanctitate præcipuum, fratrem germanitate uterinum, atque B. Walpurgam sanctimonialem Virginem ab infantia Deo consecratam, sororem germanam habuisse legitur. Item B. Bonifacius sanctæ Moguntinæ sedis Archiepiscopus, qui florentem palmam victoriæ cum corona martyrii, Deo propitiante, obtinuit, ejus avunculus fuisse non dubitatur. Item B. Deodatus Martyr & Pontifex Christi insignis ejusdem patroni nostri cognatus invenitur. Beatus etiam Willibrordus Confessor Dei & Pontifex pretiosus, ae sanctus Sola, sanctitate mirabilis de ejus parentela satis è vicino computantur. *O quàm pulchra est hæc casta generatio cum claritate.* Hæc *est generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Jacob.* Hæc est generatio, de qua scriptum est, *quoniam generatio rectorum benedicetur. Isti namque sunt viri misericordiæ, quorum justitiæ oblivionem non acceperunt, cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum.* Laudemus igitur *viros gloriosos, patres & parentes nostros in generatione sua:* Nam hi sunt, qui genuerunt nos verbo veritatis in Christo JESU Domino nostro.

B. Wunebaldus frater sancti Willibaldi. S. Walpurga soror ejusdem. S. Bonifacius avunculus S. Willibaldi. S. Deodatus cognatus, ut & S. Willibrordus, & Sola Abbas.

Sap. 4.

Psal. 23.

Psal. 111.

Eccles. 44.

C In linea propaginis hujus sacræ genealogiæ, si luculenter advertamus, inveniuntur vernantes rosæ martyrum, candentia lilia Virginum, humiliter dependentes violæ Confessorum. Hi sunt flores paradisi in domo Domini plantati, in caritate radicati, cœlesti rore perfusi, Spiritus sancti vivificatione vegetati, super quos sanctificatio Christi effloruit, ut in atriis domus Dei nostri floreant in æternum. Hi sunt flores, qui ad cooperimentum fructus sui & projicienda salubri umbra fronduerunt, quorum folium non defluxit; sed fructum sanctitatis dederunt in tempore suo, & tanquam bonus odor Christi in omni loco aromati-

Ornamenta stirpis Willibaldinæ.

D zantes, redolentiam miræ fragrantiæ ubique sparserunt. In horum flore suavitatis odore delectari & delectatione invitati currimus, si memoratorum Sanctorum vitam imitari ex dilatati cordis amore concupiscimus. Accedente ad nos sole justitiæ, hoc verno in tempore, non solùm apparuerunt flores in terra nostra, sed etiam vox turturis audita est; hoc est, castissimæ Walpurgæ Virginis, quæ prece dulcissimæ supplicationis interpel-

B. Walpurga similis turturi.

E lat pro nobis ad Dominum. Et non incongruenter vocem turturis precem beatæ Walpurgæ Virginis interpretati sumus. Nam turtur est avis solivola, fidelis & casta: sic moralizando ut prosequamur, B. Walpurga in solitudine contemplationis excessivæ fuit solivola; in dispensatione fidelis; ac prudentissima in omni sua conversatione, castissima ae pudicissima. In his egressionibus delectabiliter depasti cum pastore & sponso, qui pascitur inter lilia; deinceps ad ovilia primitivæ intentionis revertamur.

F Sed antequam ad mores & vitam beati Willibaldi patroni nostri descendamus, cuidam antiquæ, hoc est, tacitæ quæstioni respondendum est. Solent namque plurimi intra se hæsitare, & hæsitando hujusmodi quæstionem proponere, quomodo beatus Richardus, qui natione Teutonicus exstitit, ad gubernacula Anglicani regni pervenerit. Ad evidentiam declarationis horum advertendum est; quòd olim regno præfato Angliæ præfuisse narratur Rex quidam nomine Offo, vir magnæ strenuitatis, prudentiæ, ae bonæ gubernationis, summæ pietatis & justitiæ, cultor Dei, & amator pacis, pater orphanorum, & viduarum, peregrinorum & Ecclesiarum Christi defensator, nutritor pauperum, & per omnia suæ terræ protector. Pro his piis operibus, sicut pater ab omnibus diligebatur. Hícque sine filiis & filiabus, hoc est, sine solatio posteritatis, viam universæ carnis ingressus est. Quod licèt sine culpa, non tamen sine causa evenisse credimus. Sciebat namque Dominus, quem sibi in successorem prædestinâsset.

Quomodo Richardus fuerit Rex Angliæ.

Offo seu Offa Rex Angliæ. Virtutes ejus.

G Quo defuncto totius Angliæ majores natu, & optimates convenerunt, ut defunctum regem, virum tantæ probitatis lamentarentur, & de futuro sibi Rege prospiciendo consiliarentur: & sic referuntur potiores in eis, & universitas populi exclamâsse: Licèt Dominus noster non habeat prolem, tamen non eligamus Regem, nisi de ipsius alma progenie; qui ipsius hæres in morum probitate verisimiliter videatur. Et multos recensentes tandem ad B. Richardum ducem Sueviæ, qui suprà dicti Regis filius sororis fuerat, venientes, ipsum communi voto in Regem elegerunt.

Vide observationes.

H Sciendum etiam, quòd B. Richardus de nobiliori genere Saxonum per primitivos patres suos originem traxit: quod ea de causa apponere curavimus, ut ea, quæ de B. Willibaldi origine, in diversis codicibus scripta inveniuntur, faciliùs ad concordiam reducantur. Alicubi namque dicitur, quòd Saxonica tellus B. Willibaldum ediderit: alicubi verò, quòd Dux quondam Sueviæ eum genuerit: nec non in quibusdam codicibus, quòd Regis Angliæ filius exstiterit. Quæ omnia tria bene se compatiuntur, si sollerter ea, quæ de ipso scripta sunt, intelligantur.

Conciliat dicta & scripta quædam de S. Willibaldo.

CA-



CAPUT II.

De bonis moribus S. Richardi in regno, ac de ortu B. Willibaldi.

A IGitur B. Richardus ſecundùm carnem nobili proſapia ortus, ſecundùm mentem verò nobiliori fuit morum elegantia adornatus. Erat namque S. Richardus ſpecioſus corpore, & mente pius, in armis ſtrenuus, in bello victorioſus, in judicio juſtus, in conſiliis diſcretus, pupillorum & viduarum defenſor, Eccleſiarum Dei eximius amator, in ſuſcipiendo hilaris, in dando largiſſimus, in corripiendo ſeverus, in conſolando mitiſſimus. Cúmque his & aliis virtutum polleret inſigniis, regnum Angliæ adeò ſtrenuè rexit, ac habenas ejuſdem regni iam prudenter gubernando interdum laxavit, ac quandoque continuit, ut ab omnibus hoſtibus vehementer timeretur; & à ſuis miro affectu diligeretur.

Virtutes ſancti Richardi.

B Hic igitur B. Willibaldum futurum Præſulem adeò chariſſimum genuit, quem parentali affectu unà cum conſorte, dulci enutritione pertractari conſtituit, & tanquam præſcius futurorum, ut blanda educatione confoveretur, ſollicita mente curabat. Puer ergo ſecundùm infantialem ætatem decenti corpulentia proficiebat ſuper omnes collactaneos dierum ſuorum, ita ut vultu deſiderabilis, ac debita diſpoſitione membrorum aſpicientibus delectabilia cenſeretur.

Pueritia ſancti Willibaldi.

CAPUT III.

De infirmitate pueruli, & ejus cura per virtutem S. Crucis. C

HIc cùm ætatis ſuæ tertium ſalubriter peregiſſet annum, Deo permittente, gravem infirmitatem incidit. Nam Deus ſuos interdum infirmari, & infirmitate tribulari permittit, ut ipſi vel alii per ipſos evidenter addiſcant, quoniam *Domini eſt ſalus, & ſuper populum ſuum benedictio ſua:* & quòd non debeant homines carnem ponere brachium ſuum; ita ut in bona complexione, vel opulentia rerum ſpem ſuam ponant; ſed in Deo, vivo & vero. Hæc autem fuit pueruli infirmitas, quòd fœda quædam macies inopinatè magnifici germinis prolem, complexione nobilem, ac numero dierum teneram invaſerat; quæ graviorem in ipſo infirmitatem indicabat; ad tantam enim debilitatem devenit, ut anhelitus debiti ſpiraminis vix in eo notaretur, & prolixioris vitæ ſpatium eidem omnino negaretur. D

S. Willibaldus tertio ætatis ſuæ anno in gravem morbum incidit.

Pſal. 3.

A Hæc parentes audientes, & proprio aspectu videre conantes, multo pavore perterriti ac dolore anxiati, quòd sobole taotæ iodolis, à Deo sibi singulari coocessione donata, tanquam hæede morum, & divitiarum suarum, violentia infirmitatis orbarentur: in Deo pooęntes refugium sui ac suorum altissimum, accesserunr ad thronum gratiæ, ut auxilium invenireor in tempore opportuno; oecultiori Spiritus sancti consilio, præfatum puerum vexillo sanctæ Crucis humiliter ac devota mente obtulerunt; supplicantes Domino, ut ob reverenriam vivificæ Crucis, per quam salus & vita credentibus apparuit, filiolum suom pristinæ sanitari restituat: addentes quoque & voto firmantes, ut eum Christo ac Virgini Mariæ, quæ geoitrix est vitæ, ac mater salutis æternæ, in servum mancipare propooanr, pro coogruitate loci, & opporrunitate temporis, teste conscientia, circumscripro penitus omni dolo. B O quàm salubri iospiratione pareotes edocti fueruot, cùm parvulum suum ægrotaurem signaculo salutiferæ Crucis obtulerunr; scientes Deum, *salutem humani generis in ligno Crucis constituisse: ut, unde mors oriebatur, inde vita resurgeret:* ac Christum oblatum & immolatum pro mundi vita in Cruce pepeodisse, ut cunctis in eum speraotibus salus & vita impenderetur. Et hoe mirabile remedium in veteri Testamento præfiguratum legimus. Filii namque Israël cùm pertransirent io deserto morsibus serpentum lædebantur: quibus Moyses jussu Domini serpenrem æneum transversaliter super palum posuir; imagioem C Crucifixi pariter, & S. Crucis signum prætendens. Nam io serpente Christum significat, qui de se ait: *Ego sum vermis, & non homo.* Sed ea sigoificatione serpentem æneum, ut Christum præsignaret, posuir, qui veoit *in similitudine carnis peccati*, sine peccato; sicut serpens æoeus formam serpentis babet, sed veneno caret; ùr excellentissimus Doctor scribir Augustinus. Ad hunc ergo serpentem io ligoo suspensum filii Israël morsibus serpentum infirmati aspici- D eotes curabantur. Et noster puer, spiritualis Israël, io fide parentum, Christum in Cruce aspiciens, omnimodæ sanitati, & illico, tam miraculosè restirutus est; ira ut nullum penitus infirmitatis vestigium in ipso puero reperiretur. Quod cùm didicissent pater ac mater uoà cum suis, subitaneæ curationis miraculum, ac sui voti salutarem prodisse effectum; Deo, à quo booa cuncta procedunr, laudes ubertimas offerentes, collaudabant eum io operibus suis.

Mœror parentum.

Offertur æger puerulus sanctæ Cruci.

Nota hunc veterum Saxonum morem.

Votum parentum.

Serpens æneus.

Num. 21.

Psal. 25.

Rom. 8.

Curatur sanctus Willibaldus virtute S. Crucis.

CAPUT IV. E

De dura diæta pueri in alimentis, & quomodo parentes in monasterium tradiderunt.

HIc igitur puer, post convalescentiam solido cibo reficiebatur, ac in illo supra quàm credi potest, decenti corpuleotia crescendo proficiebat, in signum, quòd esset de eorum oumero futurus, qui justitiæ essent participes, pro bona coosuetudine habentes sensus exercitaros, & ad cœlestem panem stangendum Ecclesiæ, cui incorporarenrur, prædestinati sunt. Parentes etiam relatiooe eorum, qui puerum educabanr, intellexerunr, quòd puer siceo pane frequenter vesceretur, saba & pisa ac aliis legumioibus delectabiliter uteretur; sorbiciis autem, vel quibuscunque escis sorbilibus, nequaquam fruebatur: & tanquam F secundus puer Daoiel, cibos regios aspernans, legumioibus coonteotabatur; quorum modici nutrimenti ac duræ digestionis edulio, noo obstante pulchritudine vultus ac decenti quantitate corporis proficiebar super omnes coætaneos suos, qui vescebanrur cibo regio; quemadmodum de Daniele ac sociis ejus scriptum invenitur. Hæc parentes propensiori consideratiooe attendentes, ac sibi mutuò colloquentes, ut frequenter voce cordis & oris ingeminareot dicentes: Quis puras puer iste erit? nam & maous Domini potenter ac patenter cum illo est. Et hæc & alia hujuscemodi taoquam præsagium futuræ sanctitatis * io dilectionis suæ filio admirabaotur, & gaudentes in ipso aspiciebant, quæ Deus bonitate admirabilis in eo mirificè operabatur.

G Cùm igitur puer sancti numinis, ac beati nominis Willibaldus, quod interpretatum, *prompta voluntas* dicitur, annum ætatis suæ quintum, Deo concedeote, attigisset, cœpir io eo evidenter pullulare germen naturalis industriæ; ita ut ingenio docilis, animo suasibilis, ad disciplioam boni moris, suæ tamen reneritudioi coogruentem ductilis inveniretur. Er sicur malitia in quibusdam supplet ætatem; sic gratia in ipso ætatem suppleverat, ac numerum dierum H suorum moribus traoscendens, se futurum Christi famulum per omoia comprobaret. Parentes hæc & alia in ipso indicia aspicientes laudabilia, mente & verbo tractare cœperuot, quomodo pollicitatiooem, quam voce expresseraot, videlicet, quòd eundem puerum divino cultui mancipareor, ocyus, quemadmodum obedientia sine mora requirit, explerenr; recogitabanr namque frequentiùs se audisse; quoniam scriptum est; *vovete & reddite:* quia sicut vovere est voluotatis & consilii; sic reddere est necessitatis & præcepti. Item Psalmista loquens ad Dominum ait; *reddam tibi vota mea,*

Cibus D. Willibaldi puerali.

Daniel, 1.

Luc. 5.

* indicia in suo filio.

Quid significet Willibaldus.

Parentes seriò cogitant de voto persolvendo.

Psal. 75.

Psal. 65.

mea, quæ distinxerunt labia mea: distinxerunt, boc est, vota, quæ ex maturitate deliberationis processerunt, reddenda sunt.

A

Hæc S. Pater recognoscens, & qoemadmodum Abraham filium suum affectu, & effectu Deo obtulit, quendam monacbum oomine Theodredum, monasterialis vitæ approbatissimum, sibi accersiri præcepit, cujus sanctitati ac fidelitati puerum commisit; adjiciens eidem impensas & expensas, prout decebat regiam dignitatem, ac sæpe dictum puerum cuidam Patri Abbati sanctissimo, oomine * Egivvaldo, mooasteri, quod Waltbeim nominatur, præsentari constituit, ut eum jugo monasticæ vitæ subderet, addens illud Threnorum. *Quoniam bonum est viro, cùm portaverit jugum Domini ab adolescentia sua:* & illud Salomonis: quoniam, *melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum convivii.* Nec non illud verbum Apostoli: *quoniam optimum est gratia stabiliri cor.* Ad bæc autem tria, sciebat, quòd bomo in monasterialis vitæ observantia pleoè babilitaretur.

Quibus Monasticæ vitæ Magistris commissus sit.

* Ekbaldo.

B

Thren. 3.

Eccles. 7.

Hebr. 13.

C

Cùm igitur beatissimus puer Patri Abbati præsentaretur, ad modum justi Simeonis accepit illum in ulnas suas, & benedixit Deum; ac Confraternitati suæ dixit: Fratres, bic puer etsi suis parentibus est natus; nobis filius est datus. Qui si in domo paterna remansisset, sceptrum regale debito successionis super humerum suum accepisset. Hic filius Regis, Regi Regum, & Domioo dominantium oblatus, & ad oostram sanctitatem transmissus est, ut oobis in via, quæ ducit ad patriam bæreditatis æternæ, socialiter ac regulariter coambulet. Ut quid plura? Abbas universitásque cœnobii in Domino gaudentes, ac in tam pretioso dooo exoltantes, eum voto lætiori suscipiunt; & filium Regis Anglorum tanquam Dei Aogelum saocta aviditate multi desiderii amplectuntur; sperantes, se procul omni dubio temporaliter ac spiritualiter per eum fore promovendos.

Hilariter excipitur Willib. ab Abbate. Lucæ 2.

Et à tota congregatione.

CAPUT V.

De ingenio & profectu ejus in discendo.

D

Puer ergo studio litterarum applicatur, ac mirum in modum brevi tempore super omnes collegas sibi coodiscentes profecit Spiritus sancti unctione magistra: Cirò oamque addiscitur, quod Deo auctore docetur. Hæc Magister novitiorum, qui rector erat in scbola virtutum, & specialem curam pueri gerebat, non sine admiratione perpendens; vice & loco regulæ partium puero apponit librum psalmorum, dicens: disce fili, ut de cetero sacrosanctæ psalmodiæ inservias: servire enim Deo, regnare est. Et cùm tu sis filius Regis, dic opera tua Regi, ut tibi cum eo æternaliter regnare concedat. At puer bona simplicitate obediens, ac sancta aviditate dictum Soliloquiorum Dei librum amplectens iegebat, ac ipsum frequentiùs perlegebat, quoad usque secundùm morem ordinis psalterium sibi ex iotegro memoriter impectoràsset: & ex tunc frequenter eum oràsse credimus in bæc verba: Deus scientiarum Domine, qui doces homioem scientiam, *bonitatem, disciplinam & scientiam doce me.* Bonitatem divinorum, disciplinam morum, scientiam agendorum petebat, allegans, quàm *dulcia faucibus ejus eloquia DEI super mel ori suo.* Io caotibus etiam Ecclesiæ in tantum delectabatur, ut plenitudine exuberantis gratiæ persusus imbre lacrimarum inundans, quàm dulciter lamentaretur.

Magnos brevi tempore progressus facit in vita & scientia spirituali.

E

Psalterium totum memoriter tenuit.

Psal. 118.

Delectatur cantu Ecclesiastico.

F

Postbæc adolescens, sicut membrorum augebatur propagine; sic in eo crevit appetitus scientiæ ac disciplinæ: libris enim veteris Testamenti Legalibus, nec non Historialibus & Sapientialibus, ac Propbetalibus insudabat, magis tamen in Sapientialibus occupabatur, ùt de ipso in quibusdam scriptis invenitur. Libtos etiam novi Testamenti bis correspondentes, videlicet sacrosancta Evangelia, quæ vice Legalium librorum veteris Testamenti amplectimur, suprà quàm narrari potest, venerabatur. Librum etiam Actuum Apostolorum omni historiæ veteris Testamenti præferebat: & epistolas Pauli, aliásque Canonicas epistolas beatorum Apostolorum, Jacobi, Petri, Joannis & Judæ, fratris Simonis, Sapientialibus dictis quorumcunque veteris Testamenti etiam Salomonis, perampliorem intelligendi operam dedit. Apocalypsin etiam, qui tot habet mysteria, quot verba, ùt expertissimus doctor scribit Hierooymus, Propberalibus veteris Testamenti superpendebat. Nec mirum; nam oovum Testamentum comparatur ad vetus, sicut anima ad corpus: Nam sicut per præsentiam animæ corpus vivificatur; sic per veritatem præsentialiter nobis in oovo Testamento exhibitam promissiones Patrum veteris Testamenti verificatæ sunt. Quid enim valuisset Isaiam Propbetam in spiritu futura præscivisse dicentem: Ecce Virgo concipiet & pariet filium; si Matthæus Evangelista præsentiali exhibitione non scripsisset: Cùm oatus esset Jesus in Bethlebem Judæ? Item Aggæus Propbeta dicit: Veniet desideratus cunctis gentibus. Et nos io novo Testamento dicimus; Advenisti desiderabilis; quod pluris est. Sic ergo novum Testamentum ad vetus ùt lux ad umbram; veritas ad figuram; vita ad id, quod per ipsam vivificatur, comparandum est. Hanc ergo utriusque Testamenti sapientiam, boc est, sapidam scientiam, quæ illuminat intellectum, & inflammat affectum, pro lucerna & luce in via mandatorum, & in semita consiliorum Dei babere proposuit, secundùm illud Psalmi: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis

Bibliis legendis vacat.

Judicium Willibaldi de libris veteris & novi Testamenti.

G

Comparatio librorum veteris Testamenti & novi.

Isaiæ 7.

Matth. 2.

Agg. 2.

H

Psal. 118.

Sap. 8.

tis meis; sciens scriptum; quoniam *sapientia doctrix est disciplina Dei.*

A

CAPUT VI.

De exercitio ejus quotidiano, & proposito suæ peregrinationis.

SAnctus adolescens secundùm morem Ordinis, frequens fuit in manuali operatione, frequentior in lectione, frequentissimus in oratione; ne diabolus aliquando eum inveniret otiosum: sciebat namque scriptum in regula: *Quoniam otiositas inimica est animæ.* Et rursum: *Otiositas & voluptas, arma sunt hostis antiqui ad miseras animas decipiendas.* Placens ergo

Virtutes sancti Willibaldi.

Deo & hominibus, sub hac forma vivendi exercebatur, ut sobrius esset in refectorio, castus in dormitorio, patiens in infirmito-

B

rio, fortis in sancti laboris exercitio, humilis in capitulo, devotissimus in Oratorio. Et ut brevi concludamus clausula; talis fuit ejus vivendi modus, ut omnium sociorum in via morum esset pædagogus:

Psal. 67.

& noster *Benjamin adolescentulus in mentis excessu Deum* quæsitâsse, ut frequenter credendus est, ac semper magis ac magis animo ad superna aspirabat. Et quidquid ei causaliter vel occasionaliter in via proficiendi ad salutem impedimentum præstare poterat, per omnem modum aspernabatur, sciens, quòd in via Dei non progredi, regredi est; ùt ait prædulcis Doctor Bernardus.

Removet diligenter omnia impedimenta perfectionis.

C

Et animadvertens quia connaturalitas natalis patriæ, ac salutationes parentum, atque favor amicorum, ei quàm plurimùm arriderent; & quòd à Patre Abbate, ac cunctis fratribus mirum in modum amaretur; & ab universis terræ incolis non tanquam simplex monachus, sed tanquam Regis filius in reverentia haberetur; plus appetiit mala mundi perpeti, quàm laudes; malens pro Deo laboribus fatigari, quàm vitæ hujus favoribus extolli; ùt de beatissimo Benedicto legitur, cogitabat qualiter ab hujuscemodi muscipula mundi subtraheretur: & vallato animi proposito, Patrem monasterii humiliter aggreditur, multa devotione ab eo petens licentiam exulandi pro Domino; adjiciens, quàm salubre sit homini peregrinari pro Christo; qui in specie peregrini duobus discipulis post resurrectionem

Fugit gloriam.

Desiderium peregrinandi.

Lucæ 24.

D

apparuit. Ex qua ostensione formam sanctæ peregrinationis approbans, exemplo dictæ apparitionis tandem consecravit. Quod venerandus Pater Cœnobii audiens, mente consternatus filio respondit. O prædilecte fili mi in Domino, noli in posterum hanc petitionem auribus meis ingerere, qua non dubitas me, tuósque confratres multum in modum gravari ac turbari. S. Willibaldus animo irrefragabili confortatus in Domino,

Responsum datum Willibaldo ab Abbate.

E

à petitione proposita non destitit; sed iterum & iterum pulsans, tandem precum instancia & piæ supplicationis frequentia Patrem convicit, ita ut postulationi suæ præberet assensum, maximè cùm sciret filium in omni perfectionis ordine gratia Dei firmatum, & peramplius cuperet quamcunque difficultatem mortis subire, quàm aliqualiter malè vivere.

Annuit tandem precibus ejus.

F

Quo habito, ipsi ac fratribus dulciter valedicens, viam propositæ salutis atque virtutis incunctanter aggressus est. Cùm autem hujus sancti propositi immissionem à Deo habuit, simul cogitare cœpit, qualiter patrem, suum genitorem, videlicet S. Richardum Regem Anglorum in hujusmodi formulam paupertatis, quæ regula perfectionis est, inclinaret, & ad iter laboriosæ ac meritoriæ peregrinationis eum pertraheret; per hoc eidem cupiens in numero discipulorum Christi fore, & assistricem sedem judicantium cum Domino sibi in futurum conquirere; nec non sibi ipsi augmentum desiderati meriti cumulando addicere * si hominem tantæ sublimitatis in viam perfe-

S. Willibaldus parentem suum peregrinationis socium sibi adsciscere studet.

* adjicere.

G

ctæ humilitatis Deo operante & ipso cooperante induceret. Et B. Wunebaldum fratrem germanum, ac B. Walpurgam sororem similiter uterinam, qui in divisis monasteriis sub regulari disciplina servabantur, ad se vocavit, ut ipsorum intercessione, ac fideli cooperatione apud patrem dulcius proficerer, ac de supradictis, quæ mente tractaverat, efficacius persuaderet. Et cùm hi tres unita intentione ad patrem pervenissent, parentali amplexu gaudenter, ùt decebat, suscepti sunt; nec non à tota regalis curiæ familia officiosissimè salutati, condignè ipsis placere cupientes, per omnia ad placitum eisdem obsequebantur.

Fratrem quoque Wunibaldum.
Et Walpurgam sororem.

CAPUT VII.

Qualiter B. Willibaldus cum fratre suo & sorore S. Richardum patrem suum ad peregrè proficiscendum induxit.

H

CAptantes ergo horam filii opportunæ allocutionis, genitori reverenter consederunt liberi, quem admiranda propositione hi tres ex uno ore affati sunt, scilicet B. Willibaldi; qui, licèt fuerit junior, tamen spiritu ferventior in prosecutione hujus thematis inveniebatur. Proposuit autem in hæc verba. O Pater reverendissime, bene quidem obtulisti, sed minus benè divisisti. Filios & filiam Christo dedisti; sed temetipsum mundo non subtraxisti; à mundo nos abstraxisti; & te mundo vehementissimè applicâsti. Nos regno Angelorum, ùt firmiter speramus, præsentâsti; tu in regno Anglorum immobilis

Oratio S. Willibaldi ad Richardum parentem.

A bilis permansisti. Non sic, pater dulcissime, te partiri oportuit. Non sic te decuit limites possessionum distinguere, excel-
Genes. 6. & 7. lentissime Rex. Noë pater venerandus jussu Domini arcam fabricavit, & cum filiis suis eandem arcam intravit. Et Christus Apo-
4. Reg. 2. stolus ad passionem præcessit. Helias in aspectu Elisei prior paradisum conscendit. Et gloriosus martyr Sixtus pater & Papa Laurentium conantem præire in pœna passionis, tanquam obedientiæ discipulum, sancta informatione compescuit, ut ipsum præire tanquam patrem filius permitteret; ac ipse gloriosiorem triumphum tanquam juvenis ferventior exspectaret. Christus eti-
B am pater omnium ascendit iter pandens ante Apostolos, *Sicut aquila provocans ad vo-*
Deut. 32. *landum pullos suos, & super eos volitans.* Sic & tu genitor venerabilis, ascendere in montem Domini prior debebas, hoc est, ad culmen perfectionis, ut nos exemplo præcederes, tanquam pater notam faciens filiis veritatem, quam sancta imitatione filii sequerentur.

C Item scire te cupimus, quoniam non sanctificatur otiosus operibus alienis; & tu si filiis tuis credis, imò si Christum Dominum tuum audis, relinquas omnia, & Christum pauperem sequaris: magna enim gloria est sequi Dominum: nam servire Deo regnare
Matth. 16. est. *Et quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?* Scire debes, pater amande, quia creatura hujus mundi post lapsum primi pa-
Sap. 14. rentis, *facta est in muscipulam pedibus insipientium.* & quàm pauci perambulant semitas hujus seculi, quin deliciis, vel divitiis, vel honorum excellentiis decipiantur? Deliciæ namque carnales, divitiæ mundiales, excellentiæ temporales, vanæ & mendaces sunt, mendacium prætendentes: promittunt namque, quod exsolvere non possunt, sicut pa-
Job. 21. tet in mundi amatoribus, qui *tenent lyram & tympanum, & gaudent ad sonitum organi, & ducunt in bonis delectabilibus hujus mundi dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.*

D Advertendum igitur esset, secundùm doctrinam sanctissimi doctoris Gregorii, qui dulci inspiratione S. Spiritus replebatur; unde & organum ejus fuisse describitur: *Quoniam breve est, quod delectat; æternum, quod cruciat:* & quod gaudium mundanorum, non est aliud, quàm risus freneticorum, ut B. Joannes testatur Chrysostomus, os aureum dictus, propter eloquentiæ venustatem. Divitiæ etiam hujus seculi incertæ ac infideles reputandæ sunt, quoniam suos possessores in articulo extremæ necessitatis derelinquentes non sequuntur. Excellentiæ etiam mundi vanæ sunt & umbratiles, & nitorem suæ gloriæ ad futura sæcula non transmittunt. Et de his pompis, ac mun-
Apocalyp. 18. di deliciis scriptum est; *Quantum glorificavit se homo, & in delitiis fuit, tantum date ei de tormento & luctu.* Ecce talem recom- E
pensam præstolantur, qui in mundo vivunt mundialiter. Malo enim homini in mundo diu vivere, nihil aliud est, quàm tormenta gehennæ sibi cumulare. Reverende Pater, ut discipulus Domini constituaris, renunciare debes omnibus, quæ possides: & Matth. 19.
ut tu centuplum accipias hic, secundùm habitum gratiæ, & vitam æternam possideas secundùm statum gloriæ, consultum est, ut dimittas uxorem & filios, domos & agros, quæ in comparatione æternorum nihili sunt. Ea similiter, quæ de prioritate accessus nostri, ac tui ad servitutem Dei, paternitati tuæ objecimus, & alia, si qua sint, proposita, quæ tuæ præferendæ reverentiæ obviare videntur, non tibi intimavimus ad turbationem; sed ad multæ perfectionis consummationem: Sciebamus enim te virum F
justum ac legalem secundùm ritum vivendi etiam bonorum sæcularium, qui in observantia mandatorum Dei salubriter se continuerunt; sed cupiebamus te transitoriam dignitatis sublimitatem commutare, in stabilitam supernæ hæreditatis æternitatem: & non solùm in his mereri, quæ sunt de necessitate salutis: sed etiam in his consummari, quæ sunt de supererogatione virtutis.

CAPUT VIII.

De consensu Regis ad peregrinandum cum filiis, ac luctu & difficultate familiæ ipsum dimittentis. G

His auditis, plissimus Pater ex plenitudine devotionis fonte lacrimarum perfunditur. Nam admirabatur, & cor ejus dilatabatur ad hujuscemodi ædificationis eloquia; & nimirum inter spem æternorum, & amorem præsentium, puta honestissimæ Conjugis, ditissimi regni, & sperandæ sobolis positus, altercatione diversæ considerationis exercitabatur: præventus tamen gratuito munere, cùm *Spiritus sancti gratia* (secundùm præclarum doctorem Ambrosium) *non habeat tarda molimina*, liberrimum S. Richardus relictis omnibus peregrinari statuit cum filiis.
assensum sanctæ consultationi, ac saluberrimæ persuasioni liberorum præbuit, libenter ac liberaliter promittens, se renunciaturum omnibus, quæ possidet, ut Christum lucri faciat, & sancta imitatione ipse pauper Christum, qui cùm dives esset, pro nobis pauper factus est, humiliter sequeretur. Quod audientes liberi exultatione repleti jucundabantur, lætabundè in Domino gaudentes: qui prosperari fecit eorum desiderium, dicentes: *Quoniam tu es Deus, qui* Psalm. 71.
facis mirabilia magna solus.

H Famulis munera distribuit.
Igitur B. Richardus tanquam bonus paterfamilias domui suæ disposuit; vernaculos, nec non alia mancipia familiæ suæ, secundùm merita singulorum, aliquos de congruo, alios verò de condigno remunerans

A rans præmisvit; volens absque querela iter devotionis suæ aggredi, ut nulli obnoxius quicquam teneretur; & ipse unà cum liberis suis socios boni moris, ac suæ intentioni conformes elegit, ut cum eis in viam sæpe dictæ peregrinationis proficiscerentur; & valedicens amantissimæ consorti suæ, dilectam sibi filiam B. scilicet Walpurgam pater matri commendavit, ac surgens de solio suo, & infusus lacrymis, propter Christum deposuit coronam de capite suo; exuit purpuram, & vilem suscepit tunicam; deposuit sceptrum, & peregrinationis accepit baculum; dimisit omnia, & Christum secutus est, qui dixit: *Qui vult venire post me, abneget semet ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.*

Matth. 16.

B Juxta quod sollerter notandum est, quod Christus dicit, *Crucem suam*, & non, *meam*: sciens Crucem suam nobis nimis onerosam.

Lucæ 9.

Quid sit crucem suam tollere.

Et ideo dignatione multa nobis condescendens, nostram Crucem deputat, quidquid pro sui amore & æternæ causa salutis nos in hac vita cruciat. Mutatur ordo, & pater filius, & filii parentes efficiuntur. Hæc siquidem est mutatio dexteræ excelsi. Et initio æstivi temporis, unà cum liberis ac societate copiosa, nec minùs gratiosa, *necessaria vitæ nec non ad commoda itineris secum tollentes, viam pacis aggrediuntur; *simul in unum dives & pauper.*

*Generosa.

Planctus in abitu S. Richardi.

Ad cujus patris exitum pauperes flebant, lamentabantur egentes, & eum cum lacrymis sequebantur omnes. Fitque repentè commotio magna, & de tanto principe ferè tota plorat Anglia. Et non inconngruenter (ferè) diximus; plures in exceptione ponentes, quàm in regula: *stultorum enim*, testimonio Salomonis, *infinitus est numerus.*

Eccles. 1.

C Et hi de confusa multitudine insensatorum, Domino suo illudentes, eundem deridebant dicentes: deliramentum magnæ abusionis esse; quòd vir tanti principatus consilium pauperum liberorum sequeretur, & spretâ mundi gloria, quæ ei per omnia ad nutum præsentialiter * applaudebat, futuris promissionibus inhiaret; ignorantes, quoniam Deus non dereliquisse legitur sperantes in se.

Nonnulli consilium & factum S. Richardi irrident.

* principaliter.

Nam patienter expectantes in spe, ac sustinentes Dominum non confundentur; quia scriptum est. *Spes non confundit.* Et Dominus dicit. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Videte, fratres charissimi, quid prædulcis Doctor noster B. Bernardus super hoc verbo Domini dicat: *mundus deficit; diabolus decipit; caro inficit; Christus reficit.* Hæc si insensati advertissent, hujuscemodi stultiloquia de Domino suo ac Rege non dixissent.

Rom. 5. Matth. 11.

D Iidem brevi pòst in tempore audierunt, quoniam B. Richardus floreret miraculis, & translatus à morte in vitam æternam gloriosè introisset, in se ipsis confundebantur, & ab aliis refutabantur; & ipsi ad modum damnatorum *in subitatione insperatæ salutis intra se angustia spiritus gementes, & pœnitentiam agentes*, exclamare cogebantur: *Nos insensati vitam illius*, ac sibi commeantium collegarum *æstimabamus insaniam. Ecce quomodo computatus est*, & alii sibi adhærentes *inter filios Dei, & inter electos sors illorum est.* E

Sap. 5.

Pœnitentia insipientium.

Contra hos, & eisdem consimiles insensatos accusantes adversus electos Dei, non immeritò pugnabit orbis terrarum, quoniam Deus armavit creaturam in ultionem inimicorum suorum, qui gregem sibi dilectum, & pretioso sanguine suo redemptum rabido ore dilacerare non verentur.

CAPUT IX.

De navigatione ipsorum, & tempestate per orationes sedata.

SPretis autem omnium detrahentium oblocutionibus progreditur illa secura & læta in Domino societas, & ad portum maris, Deo favente, prosperè pervenit. F Inibi autem fixerunt tentoria, ac pro recreatione, nec non magis Sanctorum limina, & sanctificationum loca invisere cupientes, per aliquot dies demorati sunt, & captantes auram transfretandi optabilem, nautis commiserunt, quatenus tempus navigandi competentius observarent. Quo, Deo favente, concesso, pater cum filiis ac alia comitiva navem conscenderunt, & dantes vela ventis per mare Anglicanum circiter usque ad dimidium sui transitus prosperè pervenerunt.

Per mare Anglicanum vela faciunt.

Sed inimicus humani generis diabolus, qui Sanctis Dei semper adversari cupit, & S. Richardo ac filiis ejus multa præstiterat impedimentorum tentamenta, mare sævire fecit, ac deinde in turbulentam & horribilem tempestatem insurgere compulit; G & contrarietate ventorum in tantum injuriosis undis procellebantur, ut nautæ & omnes, qui in navi erant, periclitari viderentur.

Oritur tempestas.

Demittentes ergo vela, remósque projicientes, mortem sibi è vicino imminentem cum nimio pavore præstolabantur, de sola animarum suarum salute soliciti Deum inclamabant. Quod B. Richardus videns filiis dixit: Oremus ad Dominum, ut manu suæ potentiæ ad honorem sui nominis omnes nos liberet ab ista importuna tempestate, quæ machinamento diaboli undis & aëri immissa est. H

S. Richardus cohortatur suos ad preces.

Geniculantes ergo pater & filii, Dominum deprecabantur dicentes: Domine Deus, qui das salutem Regibus, qui redemisti David servum tuum; erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo, & fac nobiscum misericordiam tuam.

Oratio Sanctorum.

Tunc pius, ac misericors Deus preces servorum suorum ad se clamantium exaudivit, *& mirabilis in altis Dominus, mirabiles elationes maris* compescuit, ita ut in semitis maris securo transitu votivè ad portum salutis

Exaudiuntur, tranquillato mari.

Psal. 92.

salutis applicarent. Unde hinc admiratione nautæ, & omnes, qui in navi erant, de subita quietatione maris perculsi, voce A magna clamabant dicentes: Qui sunt hi, qui in virtute orationis & autoritate Dei, mari & ventis præcipiunt, ac eis ad beneplacitum obediunt? Et ex tunc patrem & filios perampliori honore, tanquam electos Dei, venerabantur. Et cùm pervenissent ad aridam, gaudentes de navi descenderunt, & metati sunt castra, figentes tentoria, ibidem per aliqua intervalla temporum pausaverunt.

B Et signanter considerandum est, fratres charissimi, quòd Dominus hos discipulos, hoc est, patrem & filios suos, ab æterno prædestinatos, de mari vocavit; quemadmodum Petrum & Andream mittentes in (Matth. 4.) mare retia, & Jacobum, & Joannem in navi cum patre reficientes retia sua, ut essent futuri piscatores hominum, sic igitur & hos elegit, ut exemplo & verbo homines piscarentur, sicut futuri pastores Ecclesiæ, ùt in sequentibus evidenter apparebit.

CAPUT X.

(Lucam.) *De perventione ipsorum in Luccam civitatem Italiæ, in qua mortuus est S. Richardus pater eorum.*

C IGitur more solito, ad limina Sanctorum hinc inde inquisitorum properabant, de vita, morte, miraculis, ac virtutibus Sanctorum quæritantes, & in his mirum in modum delectantes, ac Sanctis congaudentes in omnibus donis gratuitis, quibus Deus magnificavit misericordiam suam cum illis, mitificans eos in omnem voluntatem suæ prædestinationis. Et ut brevi verbo longa spatia percurramus, continuantes iter suum, (Luca.) ad civitatem italiæ * quæ Lucca vocatur, tandem pervenerunt; in qua, ùt priùs sæpe dictum est, piis confrequentationibus (S. Richardus cum suis ubique sancta loca obit & lustrat.) Cœnobiorum, Ecclesiarum, ac quorumcunque locorum, in quibus memoria Salvatoris Domini nostri JEsu Christi, ac intemeratæ, nec non semper Beatæ Genitricis D Mariæ, ac aliorum Sanctorum venerabatur, limina perlustrabant, ut in omnibus Salvatorem suum collaudantes super effectu æternæ salutis, quem in sanctis tam longè latéque diffudit. (S. Richardus morbo corripitur.) Ex tunc S. Richardus vir nobilis, ac complexione delicatus, propter inediam ac laborem duræ peregrinationis, gravi infirmitate correptus est; & vocante Domino ipsum de exilio ad patriam, de certamine ad coronam invitans, repentè cœpit viribus corporis destitui. Convocatísque filiis suis videlicet B. Willibaldo ac B. Wunebaldo, eos sub hac forma alloquitur. (Oratio S. Richardi ad filios.) Ecce filii ego vos, & vos me Christo dedistis. Jam ego viam universæ carnis ingredior; me regem vidistis; & propter Christum omnia dimisi, & pauper esse volui. E Nudus exivi de utero matris meæ; & nudus illuc revertar. Hujus pauperis exemplum tenete, & patris vestri benedictionem simúlque hæreditatem percipite, & hoc tenore (Testamentum S. Richardi.) testamentum condidit. Habeant filii Regis pro regno Anglorum, Christo donante, regnum populorum. Sit vobis pro corona & purpura, immortalitatis stola, ac felicitas æterna. Viriliter ergo agite, & confortamini in potentia virtutis Dei. (Coloss. 3.) *Super omnia charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis;* & in ea manete, Christum diligentes, qui prior dilexit vos.

F Quanta autem patientia molestiam corporis in dicta ægritudine sustinuerit, & quanta devotione Christo per amorem inhæserit, non facile nunciari posse credimus. (Eucharistiam & extremam unctionem accipit.) Sacramenta Dominici Corporis, nec non extremæ Unctionis debita cum reverentia suscepit, ac devotione multa in manus Domini commendans spiritum, septimo Idus Februarii migravit ad Dominum. (Obitus.) In quem filii affectu & aspectu intendentes, jure paternitatis cogebantur ex fonte pietatis uberrimè lacrimas erorare. (Lacrymæ filiorum.) Et accedentes cum adjumento collegarum corpus sanctissimum religioso ritu involventes contexerunt. Adiêrunt autem dictæ civitatis viros discretione præditos, ac potestate præcipuos, eis nunciantes; quòd vir regiæ dignitatis ac mirandæ sanctitatis in eorum territorio obiisset, (Locum sepulturæ à Lucensibus petunt.) cujus almi corporis præsentiâ non solùm civitatis, sed etiam confinia totius provinciæ beatificarentur, addentes, quòd procul omni dubio, Deus speciali respectu gratiæ ac pietatis, locum dotaverit, in quo pignus G tam pretiosæ glebæ reliquerit. Et laudi ejus adjicientes, fideli ac veridica narratione referre cœperunt, qualiter à Domino præventus gratiarum plenitudine Rex, regnum pro Deo dimiserit, & qualia pro laude divina strenua virtute egerit; & quanta miracula in mari, & in terra per ipsum precanti populo Dominus concesserit. Et sic eum ampliori laude, qua poterant, magnificare studuerunt; licèt hujus commendationis excellentia perfectionis ejus culmen nequaquam attingeret. Considerantes autem filii, præclari Doctoris Ambrosij sententiam, eum potiùs post mortem, quàm in vita laudâsse H inveniuntur. Sunt autem S. Doctoris verba hæc: Duplici ex causa melius est hominum magis * memoriæ dare laudem, quàm vitæ; ut illo potissimùm in tempore merita sanctitatis extollas, quando nec laudanti adulatio nocet, nec laudatum tentat elatio. Lauda ergo post periculum, prædica securum, lauda navigantis felicitatem, sed cùm pervenerit ad portum: lauda ducis virtutem; sed cùm perductus est ad triumphum.

(* morti.)

A

CAPUT XI.

De sepultura S. Richardi Regis juxta S. Frigdianum.

SUprà dictæ ergo civitatis optimates sanctissimum funus reverenter adiêrunt, ac corpus cum debita solennitate Ecclesiasticæ sepulturæ commendârunt in Ecclesia S. Frigdiani ipsum ponentes, satis è propinquo in signum sanctitatis sanctum sancto sociârunt. Quod aspicientes flebant filii, ac sodales ipsorum, qui aderant, quòd tanti patris corporali præsentia orbati essent. Gaudebant verò magis, quòd ad cœlestem judicem tam Deo placitum intercessorem præmisissent. O B. Richarde, qui *valde dives* Latina lingua interpretaris: Tu veras divitias nunc perfectè introisti: unde tibi gaudendum potiùs, quàm flendum existimamus: mortem enim non suscepisti, sed evasisti; subtractus es aspectibus hominum, sed oblatus es obtutibus Angelorum: sublatus es mundo; sed receptus es cœlo: clausus es sepulchro, sed magnificatus es in Dei regno. O quàm optabilis est illa dies sanctis, & Dei fidelibus, in qua etsi moriuntur mundo, nasci tamen feliciter incipiunt in cœlo. Et ideo sacrosancta mater Ecclesia hunc diem non mortis, sed *nativitatis* appellat: quia post mortem carnis, gaudia incipiunt possidere æternæ hæreditatis, Propheta attestante, qui ait: *Cùm dederit electis suis somnum: ecce hæreditas Domini*; ecce præsentialiter, ecce evidenter. Post mortem enim Sanctorum, quæ somnus dicitur, hæreditas æternæ retributionis assignatur. Hanc diem optabat Apostolus cùm dixit; Cupio dissolvi & esse cum Christo, & Psalmista: *Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* Et quia B. Richardus in hac mortali vita se *hostiam sanctam & immaculatam* rationabiliter vivendo, & membra sua mortificando Deo exhibuerat, Deus manifestissimis signis ostendit in terris, quid mercedis, quid dignitatis inter sanctos Dei pro labore suo receperit in cœlis. Ex quibus ostensionibus unum miraculum ex innumeris excerpsimus, gratia brevitatis alia transeuntes, quod huic opusculo decrevimus annotare.

[Margin: Richardus, quid latinè significet.]
[Margin: B]
[Margin: Psalm. 126.]
[Margin: Mors Sanctorum somnus.]
[Margin: C]
[Margin: Psalm. 41.]
[Margin: Roman. 12.]

CAPUT XII.

De miraculo S. Richardi Regis post ejus obitum ostenso.

D IGitur quando corpora Sanctorum, scilicet B. * Frigdiani, * Cassi, & sanctæ Faustæ Virginis translata sunt, & loco magis honorabili consignata, corpus B. Richardi ex incuria, qua non quærebant diligenter, in loculo suo remansit. Sed post aliquot dies apparuit cuidam infirmo, qui vocabatur Cedeus, qui erat homo bonæ nationis, toti terræ cognitus, erat enim Comes, & dixit ad eum: Vade ad Ecclesiam S. Frigdiani ad Priorem, & ad fratres ejusdem Ecclesiæ, & dic eis ex nomine meo. Quare me dimisistis? Quare me à sociis meis separâstis? Quos enim Deus conjunxit, homo absque deifica ratione separare non debet. At ille; infirmus, inquit, sum, & ire non possum. Longa namque intervalla temporum supervenerunt, quibus nec pedem ad ambulandum, nec manum ad operandum, quocunque modo extendere potui: paralyticus enim sum, omni virtute corporis destitutus hic in lecto ex multa resolutione membrorum delibor. Et tu quis sis, ignoro. At ille, inquit, vade confidenter, nam Christus sua consueta benignitate, ex mea intercessione te in hac hora sanavit. Infirmus ex hoc verbo non modicum lætificatus, replicavit dicens: Quis es Domine, ut de te sciam ex ordine narrare, quæ mihi sunt mirificè facta, & tibi magnificè facienda? Respondit sanctus Rex: Ego sum S. Richardus, quondam Rex Anglorum, priùs dux Sueviæ, exul patriæ, spretor mundi, contemptor sui; qui regionum reliqui tributa, & Sanctorum quæsivi limina; simúlque cum filiis meis peregrè profectus sum ad regiones multas; & post longa exilia, post multa certamina, in præsenti civitate, quæ * Lucca vocatur, finita est mea pugna, ex hoc sæculo nequam ereptus, ad suam gloriam assumpsit me Dominus. Et indicavit ei locum sepulturæ suæ, processu dierum, & antiquitate temporum satis latitantem.

[Margin: * Aliter, Frigdiani, qui fuit Episcopus Lucensis, cujus Natalis in Martyrol.]
[Margin: E]
[Margin: Romano die XVIII. Martii adscribitur. Translatio XVIII. Novembris.]
[Margin: * f. Cassii.]
[Margin: Apparitio S. Richardi.]
[Margin: F]
[Margin: G]
[Margin: * Lucana aliter.]

Facto ergo manè Comes suprà memoratus, qui pridie infirmitate magna tenebatur, venit sanus per omnia, ad quos destinatus fuerat, visionem narrans, & in portentum veritatis, se sanum & incolumem omnibus ostendit, manifestans locum sepulturæ certitudinaliter, secundùm indicia, quæ B. Richardus memoriæ suæ impresserat. Ex tunc fodere cœperunt, sanctum corpus quæritantes, & quæsitum invenerunt, honorificè clausura nobili seratum, cum epitaphio exprimente personam ex nomine, opera virtutum, & gesta miraculorum continente, sanctissimum corpus collegio Sanctorum suprà memoratorum associantes, honorem Sanctis debitum eidem suppliciter impenderunt.

[Margin: H]
[Margin: Paralyticus curatur.]
[Margin: Transfertur S. Richardus.]

CA-

A

CAPUT XIII.

De profectione fratrum Romam, & de peregrinatione S. Willibaldi ad terram sanctam.

NUoc coosequentia lecturæ depoſcit, ut patre præmiſſo ad regna cœleſtia, ſtilum ſcribendi ad filios coovertamus, quibus, ùt narratur, cordibus ſacra immiſſiooe illapſum eſt, ut limina beatorum Petri, videlicet Principis Apoſtolorum, & Pauli Coapoſtoli Doctoris geotium viſerent; quatenus omnis eorum actio Apoſtolica benedictione petita, firmiori radice roborata conſiſteret. Eſt enim Roma apex auctoritativæ poteſtatis, fons ſpiritualis ſapientiæ, puteus gratiarum & indulgentiæ. Patris igitur teſtamentum, quod eis ſub forma paupertatis & meritorii laboris coodiderat, exequi cupientes, inde profecti arduos alpium vertices peticruot, anguſtos itineris colles nivis & glaciei oitore micantes, ac mortem tranſeuntibus minitantes, oratione vicerunt. Et ut ſyncopa in narratiooe locorum, quæ ſunt in traoſitu, utamur, Romam pervenerunt, & Apoſtolorum Petri & Pauli præſidiis ſe commendaotes, immenſas gratias vivificæ Trioitati referebant; Ovium quoque Chriſti paſtori, quòd de innumeris terræ & ponti periculis fueruot liberati: * Ubi à Gregorio III. qui tuoc Apoſtolicæ ſedi præſidebat, benigniſſimè ſuſcepti, orando & loca ſanctificatiooum circumeundo aliquantum temporis devotiſſimè exegerunt.

Encomia Romæ.

B

Romam veniunt Willib. & Wunib.

* Vide lib. 1. Obſervat. c. 11.

C

Factum eſt autem, ut S. Willibaldus, & quidam ex ſociis immenſo deſiderio accenderentur, quatenus Hieroſolymam irent, & loca, in quibus Deus bomo cooverſatus eſſet, viderent. Beatus oamque Willibaldus ſublimioris ac rigidioris vitæ faſtigium ſcandere ſedulus anhelabat; virtutes de die in diem in ſe victutibus cumolans, cœpit jam peregrinus ſæculo, iterum peregrioari; quod & ita factum eſt, Saocto Wuoebaldo propter iofirmitatem magnam, qua tunc detinebatur, Romæ relicto. Utrumque enim fratrem, Deo permittente, infirmitas valida iovaſerat, ad meritum patientiæ, & corroboratiooem ſpiritus, ſecuodùm quod dicit Apoſtolus, *cùm infirmor, fortior ſum; nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Chriſti.* Sed B. Willibaldus ab hac iofirmitate prior reſipuerat: & hinc fuit, quòd, relicto fratre, ad alia virtutum exercitia feſtinabat, & iter Hieroſolymitanum cum ſancta comitiva devotus aggreditur.

S. Willibaldus proficiſcitur Hieroſolymam.

S. Wunibaldus Romæ remanet propter morbum.

D

2. Cor. 12.

E

CAPUT XIV.

Quomodo B. Bonifacius S. Wunebaldum Romæ inventum ſecum abduxit.

INterea B. Bonifacius ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus, Eccleſiaſticæ utilitatis cauſa, & ex legatione Pipini Regis, qui tunc temporis Alamannorum Rex extiterat, Romam advenit. Et cùm vidiſſet S. Wunebaldum, & quòd nepos ejus eſſet, & quòd multa de ingenita nobilitate, & inoumera virtute, ac conſtantia animi ejus audiviſſet, quàm plurimùm in Domino gaviſus eſt; & ſuppliciter Dominum Papam exoravit, ut ejus adjutorio, imò potiùs imperio talem cooperatorem & ſocium in agriculturam Dei mereretur accipere. Cujus petitioni Gregorius Papa libenter acquieſcens, rogaodo præcepit S. Wunebaldo, ut ſocietati & cootubernio S. Bonifacii adhæreret, & io omnibus ejus conſilio, & præcepto ad ſerviendum Deo obediret.

Wunebaldus adjungitur Comes S. Bonifacio.

Hoc quoque S. Bonifacius à prædicto Papa obtiouit, ut, ſi quando divioa clementia S. Willibaldum ejus conſpectui præſentaret, ad colendam vineam Domini Sabaoth in adjutorium ſibi, in Alamanniam eum deſtinaret. Cúmque memorabilis Pootifex Bonifacius ſæpe dictus ac ſemper bene dicendus omnia, pro quibus venerat, ſecundùm beneplacitum peregiſſet, Apoſtolica benedictiooe firmatus in Alamanniam ad Pipioum Regem rediit, & omnia, quæ ei io via acciderаot, & qoomodo Apoſtolioa aotoritate S. Wunebaldum ſocium & cooperatorem laboris ſui accepiſſet, ex ordine oarravit. Quod Rex libenter audiens, & venerabilis viri faciem diligenter iotuens, gratias egit Deo, quòd virum de ſemine regio natum, & ſeculi cootemptorem, Crucíſque Dominicæ bajulatorem io regnum ſuum, graοa Dei favente, meruiſſet ſuſcipere, ac deinceps magis ac magis perfecta caritate eundem cœpit diligere.

F

S. Bonifacius à Pontifice etiam S. Willibaldum petit.

G

CAPUT XV.

Quòd S. Bonifacius B. Wunibaldo ſeptem Eccleſias commiſit in Thuringia.

PEractis autem omoibus, quæ tuoc in Regis curia tractaoda erant, ſanctus Archiepiſcopus valefaciens Regi, in Thuringiam tranſivit, & ibi S. Wunnebaldo babitum monaſticæ religioois ſecundùm regulam beati Benedicti tribuit, & ad presbyterii gradum, omnibus, qui noverant eum, io laudem ipſius acclamantibus, promovit. Sanctus verò Wunnebaldus videns, quòd virtus obedientiæ in humilita-

H

S. Wunnibaldus fit Presbyter.

A litatis radice maximè solidatur : in spiritu humilitatis in cunctis, quæ ei injungebantur, perfectum se servitorem exhibuit; & sicut bonus filius, & perfectus discipulus usque ad mortem S. Bonifacio obedivit. Videns autem Archiepiscopos, quòd B. Wunnebaldus in omni justitia & sanctitate vitæ proficeret, septem ei Ecclesias in Thuringia, sicut soror ejus S. Walpurgis in scriptis suis commemorat, regendas commisit; quas ipse ad tantum culmen perfectionis perduxit, ut usque in bodiernum diem per totam provinciam illam, in laude Dei, honor & gloria S. Wunnebaldi prædicetur : tanta enim in eo virtus fuit patientiæ, & compositio eloquentiæ, tanta integritas castitatis, tantáque perfectio & dulcedo caritatis, tanta humilitatis magnitudo, & indefessi laboris fortitudo, ut nunquam in adversis frangeretur, vel in prosperis extolleretur; ita ut unus & idem in uno spiritu Dei semper appareret, & sale omnimodæ sapientiæ conditus nulli hominum aliquando gravis existeret.

S. Wunnibaldus septem Ecclesiis præficitur.

Virtutes sancti Wunnebaldi.

CAPUT XVI.

De passagio S. Willibaldi ultra mare.

B Cum hæc in Alamannia circa S. Wuonebaldum agerentur, B. Willibaldus frater ejus in via, qua Hierosolymam tendebat, in mari & in terra magnis ac multis periculis afficiebatur. Nam tempestatum procellas, postquam divina favente gratia, evasit, pericula latronum, famis & sitis, macerationis, captivitatis & incarcerationis squalores, & graves à paganis, per quos transitum fecit, pro nomine JEsu Christi sustinuit passiones. C Sed virtute Dei de his omnibus liberatus, tandem, sicut desiderabat, Hierosolymam pervenit. Dedit autem ei Dominus tantam gratiam in conspectu paganorum, qui tunc Hierosolymam inhabitabant, ut, quocunque pergere vellet, eorum conductu, cum pace iret, ac rediret. Mansit itaque multo tempore in finibus illis; & peragratis omnibus sanctificationum locis, videlicet * Conceptionis, in quo flos virginitatis, florem deitatis, florido, id est, vernali concepit in tempore; & * Nativitatis, in quo Virgo Mater Deum D & hominem nobis genuit. Loca nihilominus Apparitionis; & Præsentationis in templo, Educationis, Baptismi, Passionis, Resurrectionis, in cœlum Dominicæ Ascensionis, visitans, sed & multa alia loca, quæ compendii gratia omisimus, perspexit : Ut de Ipso convenienter exponatur, quod in cantico Deuteronomii legitur : *Circumduxit eum, & docuit, & custodivit, quasi pupillam oculi sui.* Nam cum Dominus circumduxit per loca diversa sanctificationum; & docuit ex multa inspectione considerationum, & custodivit ab omni macula delictorum, quasi pupillam oculi sui, in claritate bonæ famæ, & sanctimonia celebris vitæ.

Vide Hodœporicon S. Willibald. tom. 4. Antiq. lect. D. Canisii.

S. Willibaldus venit Hierosolymam.

* Nazareth.

* Bethleem.

Deut. 32.

E De his omnibus tanquam de fontibus Salvatoris, Ecclesiasticæ devotionis scaturiginem habentibus, avida mente ad plenum hausit, quod ipse postea in magni patrisfamilias domo fidelis dispensator constitutus, facundissimè ac fœcundissimè populo Dei eructavit: Nam mirum in modum divini amoris ardore inflammatus iterum Hierosolymam videre concupivit. Non enim sufficiebat ei, ea, quæ erant Hierosolymis, semel aspexisse; sed vis amoris multiplicabat in eo intentionem inquisitionis, ut cum Maria Magdalena sepulchrum Christi frequentiùs visitaret.

CAPUT XVII.

De orbatione visus sui ad tempus.

F Contigit autem, quòd in via veniendi ad sepulchrum Domini ad B. Apostoli Matthiæ basilicam perveniret, Missarum solenniis devotus assistens lumine oculorum, ac usu videndi repentè subitóque privatus est. Quam tentationem beato viro non immiti ad injuriam superna permisit pietas, verùm ad solitæ Sanctorum probationis emolumentum, ac fidei constantissimæ donum. Sanctus igitur Athleta Christi Willibaldus vehementia tam ardui casus mente turbatus, sed non conturbatus est; secundùm quod dicit scriptura : *Non contristabit justum, quidquid ei acciderit.* Et item: *Justus non conturbatur; quia Dominus firmat manum adjutorii super eum*, continens ipsum, ne permoveatur. Viri namque justi interdum ex diversis causis, maximè in perraris eventibus turbantur, sed non conturbantur, sicut de constantissima Virgine Maria legitur, quòd turbata est in sermone Angeli, cogitans, qualis esset delata ad eam salutatio. G Non autem conturbata legitur: Quia multum refert in scripturis, hominem turbari, & conturbari. Nam turbari in via, humanæ conditionis est; perturbari verò exorbitationis est. Nam totalem eversionem rationis significat, quæ vitio deputatur. Sanctus igitur Willibaldus exempla Patrum aspiciens, & Scripturas sanctas inspiciens mente, consolatus est. Recensuit namque multas tentationes immissas patribus probationis gratia, puta Abraham Patriarcham in filio fuisse tentatum, & hæreditariam benedictionem constantiâ mentis, ac firmitate fidei, in secula meruisse : Jóbque in carnis tentatione fore probatum, ac sanitati pristinæ, & divitiis peramplius restitutum. H Tobiam verò cæcitate mulctatum, ac constantia patientiæ probatum, quem mirabiliter Dominus officio Angelorum sanando illuminavit. Scripturas etiam mente perlegens, invenit : quoniam beatus est vir, qui suffert *tentationem*; non dicit, qui succumbit

S. Willibaldus derepentè privatur visu.

Proverb. 12. Videtur esse ex illo Psalmi 36, *Cùm ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam.* Luca 1.

S. Willibaldus consolatur se exemplis Sanctorum.

Genes. 22 Abrahami.

Jobi.

Tobiæ.

Jacob. 1.

A cumbit in tentatione, & hic *cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* Item beatus Jacobus: *Omne gaudium existimate, fratres, cùm in varias tentationes incideritis. Nam tentatio operatur probationem, probatio verò spem; spes autem non confundit.* Hæc considerans exemplari informatione, & scripturarum eruditione, per omnia refocillatus est, & Deo immensas gratias egit, quòd eum cum Sanctis suis tentari permittere dignatus est. Itaque corpore cæcus, non mente, cùm nullo solatio exterioris objecti visibilis frueretur, Deum limpidiùs ab intra speculabatur, sicut excellentissimus Doctor Augustinus exponit de Paulo, super illud

Act. 9. Actuum Apostolorum: *Et surgens Saulus de terra, apertis oculis nihil videbat;* & cùm nihil aliorum videret, Deum videbat. Per quod significantiùs nobis datur intelligi, quòd abdicatio exteriorum, confortationi

B interiorum cooperatur. Sicut etiam naturaliter loquendo experimento didicimus: homo enim in somno ab exteriori inquietatione soporatus, & à delectabilitate corporalium objectorum suspensus, à diversis abstractus, unitur. Et quia virtus unita fortior est se ipsa dispersa; in tantum mente convalescit, quòd interdum divina revelatione, vel angelica cooperatione futura prospicit, quæ in vigilia, ùt communiter non prospiciuntur.

CAPUT XVIII.

De restitutione visus per virtutem S. Crucis.

C Beatus ergo Willibaldus non obstante orbatinne visus, Hierosnlymam ire satagebat. Ad manus ergo eum sicut Paulum trahentes, dolnrosa pedum offensione, & tædiosa manuum palpitatinne progreditur. Et postquam multa Sanctorum loca in via, quæ ducit Hierosolymam, peragrârat, tandem ad desideratam sibi, sanctam pervenit Hierosolymam. Mira dictu, quia mira faciens ipse est Christus. Cùm basilicam, in qua vivificæ Crucis vexillum fuerat inventum, cæcus intraret, expansis manibus in modum Crucis Deum orans pro claritate lucis æternæ, illico & sine mora lux quondam ei subtracta, puriori aspectu, ac radio luculentiori restituitur. Et quemadmodum per Crucem sanctam Dominus eidem spatium vitæ contulerat amplioris, sicut in capite libri prænotavimus, ita nunc

S. Willibaldus visum recipit in Basilica S. Crucis.

D per ejusdem salutiferæ Crucis bonorem ei lumen exteriori vitæ restitutum est. Beatus igitur Willibaldus virtutem in se cœlestem agnnscens, & quia, ut probaretur, tentatus est; aperta ratione prospiciens, voce jucunditatis Deo laudes personnit: & Pa-

Jacob. 1. trem luminum, *à quo omne datum optimum desursum descendit, atque donum perfectum;* &

Joan. 1. Christum, *qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum;* sanctum quoque

E paraclitum Spiritum, consolatorem optimum, qui in igne corusco super discipulos apparuit; sanctam & individuam Trinitatem voce cordis & oris magnificò extollebat. Signum etiam nnstræ redemptinnis Crucem sanctam (quæ, sicut scribit Joannes Damascenus, veneratinne superduliæ, hoc est, veneratione *superexcrescente*, ùt communiter, venerationem Sanctorum, qui veneratione duliæ honorantur) summè venerabatur. Nec immeritò, quia ei signum curationis in pueritia, & signum illuminationis in adolescentia extiterat, & ad signatum concupiti effectus se illi semper ostenderat.

F Et quia autoritatem tam famosi Doctoris in parte protulimus, convenit, ut eandem ex integrn recitemus; dicit enim sic: *Virgo beata Theotocos sancta,* hoc est, *genitrix Dei B. Maria, & Crux sancta, veneratione hyperduliæ honorandæ sunt.* Ex quo accipimus, quòd cultus Sanctorum vocatur dulia, B. Virginis, & S. Crucis hyperdulia; ab *hyper*, quod est *supra*, & dulia, quasi super duliam, id est, communem venerationem Sanctorum. Cultus verò Dei, dicitur latria, cui idnlnlatria adversatur. Sciendum ergo, quòd B. Willibaldus jura Ecclesiæ, ac sancta commnnita fideli mente amplectens, & beneficia sibi impensa nnn ex ingratitudine parvi pendens, B. Virginem, Reginam Virginum, Dominam Angelorum, adjutricem hominum, potestativam adversatricem dæmonum, filiam Patris, matrem

Elogia B. Virginis.

G Filii, sponsam Spiritus sancti incorruptam, inviolatam, intactam, impollutam, incontaminatam, illibatam, semper beatam, priùs sanctam, quàm natam, in bis, quæ sunt citra Filium suum benedictum, super omnia revereri satagebat; sciens ipsam esse, quæ primò votum castitatis ac virginalis cœlibatus emiserat, secundùm illud Psalmi; *Adducentur Regi virgines post eam:* ipsa enim antecedit & præcedit omnes virgines, dignitate & origine; & omnes eam jure sequuntur tanquam prinrem ac purinrem, eidem ancillantes. Unde ipse Virgo purissimus, Virginem matrem Dei teneriùs reverentiali amore prosequebatur.

Pietas S. Willibaldi erga Deiparam Virginem.

Psalm. 44.

H Crucem etiam sanctam, per quam beneficium curatinnis ac illuminationis perceperat; de qua, ùt frequenter memor suæ illnminationis orando dicebat: *Signatum est*, per signaculum S. Crucis tuæ, *lumen vultus tui Domine, super me*, ex qun *dedisti lætitiam cordi meo.* Hinc etiam non immeritò præsumimus, tam laude dignam veneratinnem in Ecclesia Eystettensi B. Virgini, ac S. Cruci jngiter exhiberi, tanquam ex ejus institutione nriginaliter promulgatam. Quæ exhibitio reverentiæ manifestatur in ejusdem Ecclesiæ cantibus, processionibus, &

Reverentia S. Willibaldi erga S. Crucem.

Psalm. 4.

Cultus singularis, qui in Ecclesia Eystettensi B. Virgini & S. Cruci defertur, à S. Willibaldo fluit.

A & stationibus, oblationibus, ac aliis quàm plurimis obsequiis, quæ in aliis non vidimus Ecclesiis, adeò jugiter ac bonorabiliter exhiberi. Nunc stilum revocemus, ut lecturæ magis, quæ de B. Willibaldi vita est, inservire possimus.

CAPUT XIX.

De reditu ejus per mare, & mirabilibus, quæ vidit & fecit.

B CUm ergo Confessor Dei Willibaldus, magno labore actionis, & multo dolore diversæ passionis confectus esset, ad requiem contemplationis ire aspirans dicebat: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam* in otio contemplationis, pro tempore pausans à laboriosæ peregrinationis lassitudine? Et cum multa bumiliatione mentis, & profunda inclinatione corporis, infusus imbre lacrimarum, benedixit Dominum, cujus gratia meruerit videre loca tamdiu desiderio magni amoris concupita. Et valedicens civitati sanctæ Hierusalem, ac terræ quondam promissionis, unà cum suis collegis, ac meriti consortibus recedens ad mare venit Adriaticum, boc est, mare magnum: ubi navem conscendit transfretare cupiens, ut ad locum quietæ commansionis perveniret; ubi Deo per amorem inbærendo, dulciter ac jugiter magis famularetur. C Contigit autem frequenter, cùm transnavigarent, quòd ventum haberent contrarium, nec non auram distemperatam; & sæviente mari fluctibus hinc inde periculosè jactarentur. Tunc B. Confessor Dei Willibaldus in oratione se prostravit, dicens: *Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ, & in mari longe. Quia tu dominaris potestati maris*, & cùm volueris mitigare illud, prævales. Fac nobis Domine sicut scis, & sicut vis. Nam si decreveris, continuò liberati erimus. Expleta autem oratione, serenitatem aëris, ac tranquillitatem maris, pro voto semper à solita pietate Domini obtinuerunt.

Psal. 54.

S. Willibaldus discedit ex Palæstina.

Psal. 64.

D Accidit etiam, ut interdum causa necessitatis, interdum gratia commoditatis, ad interpositas maris insulas, vel montuosas rupes pervenirent, ubi à venenatis animalibus Comites sui interdum inficiebantur, quos illico virtute Christi, & S. Crucis signaculo sanitati restituit. Viderunt nihilominus belluas maris borribiles, & monstra diversarum specierum borrenda, quæ omnia verbo virtutis sibi à Deo concesso, ac si domestica forent, obtemperabant; ut de ipso dignè pronunciari possit, quod de Moyse legitur: *& in verbis suis monstra placavit.*

Eccles. 45.

CAPUT XX.

De mansione B. Willibaldi in Cassino monte & vitæ sanctitate per quinque annos.

E CUm autem optatum maris portum attigissent, in Domino gaudentes exierunt, & consilio B. Willibaldi perambulabant loca diversarum conditionum, quæritantes Eremitorium, vel Cœnobium, in quo, quantò ab omnibus exterioribus absolutiores invenirentur; tantò propensiùs ac gratiosiùs ad servitium Dei habilitarentur. Intellexit autem vir Dei B. Willibaldus, quòd in Cassino monte ex institutione S. Benedicti Abbatis, regula monastica, quam olim professus fuerat, religiosissimè servaretur. Nec immeritò, cùm S. Benedictus idem Cœnobium construxerit, ac ipsum sanctissima inbabitationis præsentia benedixerit. F Igitur ad eundem locum cum multa festinatione properans ac perveniens, Abbatis aspectui se præsentavit; erat nomen Abbatis Petronax; qui cùm vidisset B. Willibaldum religiosissimis moribus decoratum, solita ac benigna salutatione secundùm morem Ordinis eum suscepit; interrogans, quis aut unde esset; aut cujus rei gratia advenisset. At ille: Vestræ, inquit, religionis strenuitatem, & monastici Ordinis observantiam videre advenimus; ut imitando bona, quæ facitis, vestro exemplo, & erudirione, in via, quæ ducit ad æternam patriam, proficiamus.

Cassini viget professio Monastica.

Petronax Abbas Cassinensis.

Excipit humaniter S. Willibaldum.

G His auditis Abbas ad monasterium rediit, & convocatis Fratribus suis, omnia, quæ ex ore S. Willibaldi audierat, universo Conventui per Ordinem enarravit. Mox ut Fratres tantæ sanctitatis, tantæque nobilitatis virum advenisse audierant, benedicentes Domino gavisi sunt; & unanimi benignitate consenserunt, ut cum Ipsis, & inter ipsos, quanto tempore vellet, commanentiam & consortium baberet, ut ipse per eos, & illi per ipsum mutua ædificatione in Domino proficerent. Assumptus itaque S. Willibaldus, & Incorporatus Monasterio, in omnibus, quæ gessit, eunctis Fratribus laudabilis apparuit, & in omni morum & conversationis bonestate mirabilem se exhibuit, & imitabilem semper ostendit. H Et quia longo tempore in exercitatione sanctæ peregrinationis fuerat, in domo Domini commorari delectabatur; & frequenter ingeminando dicebat; *Beati, qui habitant in domo tua Domine.* Erant namque decem anni, quòd patria rura reliquerat, ùt quædam Legenda de ipso testatur: Alia verò lectura de ipso refert, quòd septem annis in peregrinatione laboriosa fuerit; quæ utraque vera inveniuntur, si ad debitæ concordantiæ sensum reducantur. Fuerat namque ex altera parte maris curriculo septem annorum in peregrinatione, ùt ex quibusdam scriptis colligitur. Ex ista verò parte maris annis tribus

S. Willibaldus recipitur à Cassinensibus.

Psal. 83.

Conciliatur diversitas de annis peregrinationis sancti Willibaldi.

A tribus, connumerato tempore, quo cum Patre & Fratre peregrinabatur, & nunc ultimo de mari ad Cassinum montem venerat.

Non sufficiebat autem viro beato, quòd in se esset perfectus; sed & aliorum cupiebat esse perfectivus; & ideo seipsum formam bene vivendi cunctis ostendit; & quosdam monitis à sæculo revocans; quosdam jam revocatos exemplis mirabilibus, ac manuductivis animans, velut præclara in domo Domini lucerna ardens & lucens: ardens divini amoris charitate, lucens internæ cognitionis claritate: alios incendendo illuminabat, & illuminando inflammabat; ita ut eos, quos illic invenerat, jam pietate vinceret, constantia superaret, charitate inferiores ostenderet, humilitate cunctos præiret. Nec mirum, si in eo tantarum virtutum exuberaverit plenitudo, cùm fontem gratiarum in se meruerit habere manantem, & secundùm doctrinam Apostoli, *quæ retro sunt obliviscens, ad anteriora*, hoc est, potiora charismata se extendit; toto conatu à voluptate exteriorum se abstrahens, interiorum

S. Willibaldus exemplo omnibus prælucet.

Philip. 3.

B gloria ac delectatione fruebatur; advertens, ut quemadmodum superiora præferuntur inferioribus, sic interiora pluris æstimantur exterioribus: scriptum namque est, *Omnis gloria filiæ regis ab intus.* Bona quidem esse possunt, quæ exteriùs patent; sed optima sunt, quæ interiùs latent, secundùm illud Canticorum. *Quam pulchra es amica mea, quàm pulchra, oculi tui columbarum, absque eo, quod intrinsecus latet:* ac si diceret Dominus; decenter pulchra es amica mea, in exteriore conversatione: valde pulchra in sensuum ordinata compositione: nam oculi tui columbarum; sed pulcherrima es in interioris hominis facie, quæ rectæ fidei illustratione claret, in parte imaginis, quæ rationalis dicitur, perfectæ charitatis ardore rubet; in

Psal. 44.

Cant. 4.

C parte, quæ concupiscibilis nominatur, firmæ spei stabilitate placet; recta & erecta ad Deum absque omni distorsione vultus in parte, quæ irascibilis nuncupatur, ut de ipsa convenientissimè pronuncietur; *specie tua & pulchritudine tua intende, prosperè procede & regna.* Hæc namque facies ad imaginem & similitudinem Dei facta est; ad imaginem, ut Deum cognoscat; ad similitudinem, ut ipsum diligat. Nam sicut imago facit ad cognitionem, sic similitudo ad dilectionem operatur. Et hæc est facies plena gratiarum, & tota desiderabilis.

D Jejuniis ac vigiliis, cilicio, ac rationabili exercitio corpus etiam B. Willibaldus domabat, ac spiritui servire cogebat; orationi affectuosissimè instabat, quasi DEO loquens, lectioni studiosissimè incumbebat, tanquam ei Deus per lectionem loqueretur. Unde ex sacris immissionibus, quas perceperat in oratione, & ex profundis conceptionibus, quas hauserat in lectione, confratribus suis prædulciter prædicando

S. Willibaldus macerat carnem suam.

eructavit verba vitæ æternæ, ita ut omnes E
dicere cogerentur: nunquam sic locutus est homo; & quoniam vas electionis plenitudinem sacræ doctrinæ continens, Dominus domui nostræ misericorditer invexit. Sic igitur spatio quinque annorum in Cœnobio permansit, non solùm irreprehensibilis, imò in cunctis, quæ egit, per omnia laudabilis.

Joan. 7.

S. Willibaldus manet Cassini annis quinque.

CAPUT XXI.

De transitu ejus cum quodam Presbytero ad Papam & reditu ad sanctum Bonifacium.

Contigit autem nutu divino, quòd quidam Hispaniensis Presbyter, hoc est, natione Hispanus, Ecclesiasticæ utilitatis causa Romam tenderet, & in transitu ad Cœnobium Cassini montis gratia orationis pariter & hospitalitatis causa declinaret. Qui audiens præclaram famam sanctissimi Confessoris DEI Willibaldi, & quomodo purissimus esset in sanctimonia vitæ, subtilis in profunditate scientiæ, facundissimus in quacunque Deo laudabili, & hominibus utili propositione; Patrem Monasterii advena Presbyter cum decenti ac reverenda comitiva sociorum, quæ secum advenerat, humiliter aggreditur, petens ab eo, quatenus ei B. Willibaldum virum tanta sapientia pollentem & consilio, gratiosum quoque in verbo, sibi concedere dignaretur, ut ejus consilio pariter & auxilio, tam in via, quàm in viæ termino frueretur. Abbas verò merita causæ inspiciens, misericordia motus, sciens B. Willibaldum ei in omnibus agendis fore perutilem, B. Willibaldo hujuscemodi petitionem proposuit, eidem supplicans, ut causam tantæ salutis promoveret, & gratiam monasticæ commansionis negligere non formidaret. Nam Angeli ad quæcunque loca ministerialiter mitterentur, in Deo currerent: & ipse in Deo manens, quocunque pergeret causa promovendæ salutis proximorum, Deo famularetur. Quod B. Willibaldus audiens, visceribus pietatis semper abundans, petitioni gratiosè annuit: Nam diu limina BB. Apostolorum Petri ac Pauli toto cordis affectu, si opportunitas temporis se obtulisset, visitare concupierat, nisi quòd commanentiam monasterialis vitæ invitissimè relinquebat.

F

Presbyter Hispanus S. Willibaldum Romam ducit.

G

O Lector signanter nota divinæ ordina- H
tionis dispensationem; Quod Presbyter ex necessitate petebat, B. Willibaldus ex gratiosa voluntate desideraverat: Et sic Deus necessitatem ac bonam voluntatem pro varietate negotiorum combinans, utrisque laudabiliter subveniendo consuluit, divinæ ac sapientissimæ præordinationis suæ conceptum effectu declarans.

Hia

A

S. Willibaldus valedicit Cassinensibus.

Romam venit.

His igitur sic dispositis, B. Willibaldus Abbati & Confratribus dulcitet, nec non humiliter accepta licentia valedicens, cum suprà ominato Presbytero ac honesta *comitiva* iter aggreditur, & Romam venientes cœli Janitoris Petri Apostoli, ac Doctoris gentium Pauli suffragia devotissimè implorabant. Gregorius verò Apostolicæ sedis culmine fulgens, qui tertius tunc io Episcopatu Gregorius appellatus est, beati viri adventum fideli relatu comperiens, blanda eum ad se voce venire præcepit.

Accersitur S. Willibaldus à summo Pontifice.

Osculatur pedes Pontificis.

Qui veniens, & terræ se pavimento prosternens, ad pedum pervenit oscula beatorum: multa autem charitate, ac benignitatis affabilitate à prædicto Papa susceptus est. Et interrogatus de dudum habitæ peregrinationis labore, omnia, quæ ei in via acciderant, &

Exponit Pontifici peregrinationem suam.

quàm misericorditer Deus de manibus quærentium animam ejus multoties eum liberaverat, & quàm laboriosè Hierosolymam, & cum quanto periculo alia sanctificationum loca, utpote à paganis possessa, adiêrat.

B

Flebant igitur omnes, tum quia talem juvenem pro Domino patriam dereliquisse, & tantos labores pertulisse videbant; tum etiam quia se nihil talium pro Domino peregisse dolebant.

C

Cujus cùm Papa benignissimus peregrinationis seriem ipso referente libenter audisset, & de ejus virtutis constantia attentiùs miraretur, inter melliflua eorum affamina beatus Papa recordatus est, quod S. Bonifacio Archiepiscopo de cooperatione & societate S. Willibaldi promiserat, paterna exhortatione, & Apostolica autoritate præcipiendo rogavit, & rogando præcepit, ut sine contradictione, obedientia, qua Monachum obedire decet, sine mora ad S. Bonifacium Moguntinæ sedis Metropolitanum, cum festinatione properaret, & in vinea Sabaoth fidelem cooperatorem, & humilem ministrum in omnibus, quæ ei S. Bonifacius injungeret, se exhiberet.

Jubetur abire in Germaniam ad S. Bonifacium.

D

Beatus verò Willibaldus se excusare conabatur, desiderans ad ovilia relicti monasterii, Deo favente, reverti. Sed videns, quòd in hac excusatione apud Dominum Apostolicum nequaquam proficeret in spiritu humilitatis obediens, Apostolica benedictione roboratus, in Alamanniam ad S. Bonifacium, sicut ei à Domino Papa præceptum erat, pervenit, & quomodo ad serviendum & obediendum ei à Domino Papa missus fuerat, ex ordine narravit.



CA-

CAPUT XXII.

De læta congratulatione S. Bonifacii in adventu B. Willibaldi, & quòd eum in Episcopum consecravit.

A Postquam S. Bonifacius, ac S. Wunnebaldus, cæteríque ejusdem societatis fideles fratres, eam dilectum Deo & hominibus fratrem salvum recepissent, diutissimè in oscula, & in collum irruerunt, & præ gaudio flentes, Deum largitorem omnium bonorum pro universis beneficiis suis glorificaveruot. Sed & Rex Pippinus, ut agnovit adventum tam venerabilis personæ, plus quàm credi potest, cœpit in Domino gratulari, eò quòd eorum lumen justitiæ regno suo illuxerit; & quòd omnes adversitates eorum orationibus à regno suo propelli firmissimam spem B habuerit. Omnes quoque optimates, qui in regno Pippini Regis erant, aut venientes, aut electos ouncios mittentes, toto cordis tripudio S. Bonifacio applaudebant; quòd à Domioo tales adjutores, & cooperatores accepisset; quorum in dubiis rebus sufficiens consilium, & in quorum orationibus tempore oecessitatis certissimum invenirent auxilium.

Commune gaudium ob adventum sancti Willibaldi.

Gaudium Pippini Regis.

Et optimatum Franciæ.

C Crevit ieaque Ecclesia Christi per verbum, & per labores S. Bonifacii, sociorúmque ejus, & credentium in Domino fides augebatur, & abolito idololatriæ ritu, io consecrandis Ecclesiis, in prædicando verbum Domini, io baptizandis gentilibus, in procurandis iofirmis & pauperibus Ecclesiasticus ordo per omnem Alamanniam instituebatur.

Fructus laborum S. Bonifacii & sociorum.

D Fuerunt illis temporibus in regno Pippini Regis duo Priocipes, scilicet Odilo Dux, & Svviggerus Comes, qui uterque ad S. Bonifacium venientes, orationibus ejus se commendaverunt, & prædia sua cum mancipiis ad serviendum Deo viventi devotissimè ei obtulerunt. Sed beatissimus Præsul considerans, quia res Ecclesiæ vota sunt fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperum, ex allodiis Odili Ducis, Frisingensem instituit Episcopatum: ex prædiis verò Svviggeri Comitis Eystettensem fundavit & firmavit pootificatum; præfecitque venerabilem Fratrem & discipulum suum, sanctum videlicet Corbinianum Frisingensibus: sanctum verò Willibaldum, Deo dignum Episcopum, Eystettensibus. Hoc instituens, ut de rebus Ecclesiasticis pauperes alerentur, infirmi recrearentur, peregrioi hospitarentur, hospites charitativè reciperentur, captivi Christiani, prout facultas suppeteret, redimerentur. Quod factum ita omnibus Christianis placuit, ut his institutionibus incitati & accensi, per manus sancti Bonifacii plurimi Deo sua offerrent, & ad serviendum Altissimo multùm per omoem modum Ecclesias Christi ditarent. E Sanctus igitur Bonifacius postquam B. Willibaldum in omni vitæ & morum cooversatione probatum, & approbatum à Deo & hominibus reperisset, post lustrum temporis, eum Eystettensibus in Præsulem instituit: & assumptis sibi Coëpiscopis suis, videlicet S. Burchardo Herbipolensi Episcopo, & Wizone, omni reverentia digoo Præsule, in pago quodam Thuriogiæ provinciæ, sæpe dictum, ac semper dicendum beatum Willibaldum cùm esset unius & quadragioes ætatis suæ anoorum, in Præsulem devotissimè consecravit.

Iste Odilo Dux Bavariæ fuit, de genere Pippini & Caroli Regum, & fundavit etiam Altah inferius, & septem alia monasteria; fuit autem tempore Zachariæ Papæ anno Domini DCCXLI. Ita notatur ad marginem in altero manuscripto codice.

Instituitur Episcopatus Eystettensis.

Finis hujus institutionis.

Ardor fidelium bona sua Ecclesiis largientium & donantium.

S. Willibaldus primus Episcopus Eychstettensis.

Episcopalis consecratio S. Willibaldi.

Ætas S. Willibaldi, quando creatus est Episcopus.

F Quod & signanter notandum existimamus, quoniam Christus, Pontifex futurorum booorum, Sanctus Sanctorum beatum suum Willibaldum electum Aocistitem, autoritativè ac principaliter consecrans, per manus Sanctorum etiam voluit officiosissimè ac ministerialiter consecrari, ut Willibaldus electus Dei Pontifex Sanctus à Sancto Sanctorum, per manus Sanctorum coosecraretur.

G Beatus verò Willibaldus advertens annulum suæ despoosationis, quem io fide acceperat; considerans nihilominus infulam coronatioois, quam io significationem scienciæ utriusque testamenti susceperat: per duo enim infulæ cornua duo testamenta intelligimus; fidelem in observantia maodatorum; prudentem verò in dispensatione Sacramentorum se omnibus exhibuit; esoquam constitutus super familiam Dei, *ut det illis escam in tempore*; & ut offerret se Apostolo quæritanti, & conquerenti ac dicenti: *Jam quæritur inter ministros, ut fidelis quis inveniatur.* Chirothecas etiam manuum niveas, quid tegumento & colore mystica significatiooe prætenderent, sollers æstimabat; quomodo manus consecratas, & alias consecraturas muodissimè ac reverendissimè custodire deberet; & ne pollutum quid tangeret de ipsis figuraliter accepit: & mystica jura pastoralis baculi diligenter attendebat, cujus curvitate Deo fideles & Ecclesiæ suæ congruentia attraberet; planitie lenitatis ejusdem baculi imbecilla sustentaret; ac rectitudine universos sibi commissos regeret: acumioe etiam pastoralis censuræ desides ad Deo serviendum stimularet; & salvo ordioe Ecclesiasticæ institutionis fidelem populum contra rabiem iofidelium, vel quorumcuoque reproborum strenua virtute defensaret. H Non etiam parvipendens figuram saodalium, per quæ pedes vestiuntur, quibus in Deum gradimur; si intellectus sobria cognitiooe, & affectus divina dilectiooe vestiatur: & per omnia se in ioteriori homine ornari gratia, & virtute à Domino petebat; ut quemadmodum eum Deus in exteriori homine gloria

Quid insignia Episcopalia significent.

Quid infula.

Matth. 24.

1. Cor. 4.

Quid Chirothecæ.

Quid baculus.

Quid sandalia.

A ria & honore corooaverat, & in omni ornatu membrorum decenter vestiêrat, sic virtutum habitu, & refulgentia gratiarum ab intra pulchrificari mereretur.

CAPUT XXIII.

De accessu B. Willibaldi ad locum suæ Cathedræ, & Congregatione regularium Clericorum ibidem.

SAoctus igitur Willibaldus insulis decoratus talem se exhibuit, ut ab omnibus amaretur: & accedens ad locum B deputatæ sibi sedis, qui erat locus borrendæ ac magnæ solitudinis, cœpit eremum excolere, nemus succidere, succisum eradicare, & super ripam fluminis, quod * Alimonium vocatur, monasterium fabricavit; & regularis vitæ rationabilisque obsequii Clericos congregavit, & incircumcisis corde verbum vitæ evangelizans in omni Pontificatus officio fidelem dispensatorem, & strenuum servitorem Dei se ostendens: & attendens quod Jeremiæ quondam dictum est: Constitui te super gentes, & regna, ut evellas, & destruas, dissipes, & disperdas, ædifices & plantes. Et ipse evellebat radices peccatorum, destruens ministerialiter corpus peccati, inserebat genimioa virtutum, & dissipans consilia impiorum, disperdebat adinventiones corum; ædificabat & plantabat *super fundamenta Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo JESU, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum* C *sanctum in Domino.* In quo & ipse cum suis sanctis contribulibus ædificabatur in habitaculum Dei in Spiritu sancto. Ubi quanta, monasterio constructo, seipsum abstinentia maceraverit, quantósque usque ad vitæ suæ terminum ad amorem cœlestis patriæ, verbis & exemplis accenderit, quóve virtutum nitore refulserit, nullus enarrare prævalebit. Item omnes comprovinciales divites & pauperes tanta familiaritatis dulcedine sibi conjunxerat, ut de omnibus finibus regionis illius ad eum confugerent, & ad salvandas animas suas consilium & auxilium ab co expeterent; sícque factum est, ut bonitatis ejus fama crescente, S. Bonifacius eum ad se frequentiùs venire præciperet; & à cunctis in Moguntina Metropoli commoraotibus acceptissimus haberetur: & ideo in consiliis, in judiciis, & in consecrandis Ecclesiis, vel quibuscunque conditionum personis, & in aliis charismatum donis, primum post Metropolitanum, Deo favente, & meritis D suis exigentibus, locum obtinuit. Concessúmque est ei cum privilegii attestatione, ut in conferendis beneficiis Ecclesiasticis, atque feudis, & in aliis Deo digna gerendis, ipse omnésque successores sui Eystettensis Ecclesiæ Pontifices cùm necessitas viduatæ Ecclesiæ aut tempus aliàs exigeret, specialiter præ aliis sanctæ Moguntinæ sedis suffraganeis vicem Archiepiscopi gereret, & in celebra- E tione Concilii tanquam verus Cancellarius ac Prolocutor Concilii à dextris Archiepiscopo proximus assideret. In cujus dignitatis evidentiam vestitura magni ornatus, ac sanctæ figurationis ei concessa est; nec non omnibus sibi ritè succedentibus præ cunctis Episcopis, qui de linea Moguntinæ derivationis computantur. Vocatur autem vestis ista Rationale, quo etiam summus Pontifex accedens ad Sancta Sanctorum olim supervestiebatur. Habebat autem Rationale summus Pontifex in lege veteri in præfigurationem multæ perfectionis; & Pontificibus novi Testamenti quibusdam cooceditur in exhibitionem consummatæ virtutis, quæ gratia & ratione perficitur, à qua Rationale dictum est.

Excolit solitudinem.

* Altmul.

Condit Monasterium.

Hierem. 1.

Ephes. 2.

Austeritas vitæ.

Humanitas ejus erga omnes.

Vocatur sæpius ad S. Bonifacium.

S. Willibaldus primas post Metropolitanum obtinet.

S. Willibaldus & successores ejus sunt Vicarii sedis Moguntinæ, quando vacat, aut alioqui necessitas id exigit. S. Willibaldus & Successores sunt Cancellarii sedis Moguntinæ.

Rationale sancti Willibaldi & Successorum.

CAPUT XXIV.

Quòd omnibus omnia factus placuit universis, & de operibus misericordiæ.

EX bis, quæ dicta sunt, evidenter apparer, quomodo decorus sponsus Ey- F stettensis Ecclesiæ S. Willibaldus non solùm habitum competentis scientiæ, sed etiam eminentis assecutus est. Habuit namque profundæ cognitionis, nec non altæ considerationis scientiam; tam ex acquisitione studii, quàm etiam ex infusione Spiritus sancti, qua adeò laudabiliter omnia peragebat, ut singulari gloria præ cœteris Coëpiscopis ornaretur; & ex notabilitate ornatus Metropolitano proximus in dignitate monstraretur. Hic frequenter vocatus G ad Concilia Regum, ac Principum palatia, adeò in populis bumiliter, principibus reverenter, Deo laudabiliter conversatus est; ut omnes in honestate convictus sui ædificarentur. Erat namque utilis in verbo, discretus io silentio, tantæ venustatis in actione sua, ut aspicientium oculos nequaquam offenderet, sed exemplar moraliter ac justè vivendi omnibus se præberet. Operibus misericordiæ, ubicunque locorum esset, semper se officiosissimè ac liberaliter valde offerebat; sciens quia scriptum est; Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur: & item: misericordia superexaltat judicium. Et JEsus Christus prima veritas, summa bonitas, de operibus misericordiæ per semetipsum electis suis dicet, in ultimo disceptationis judicio. Hæc videli- H cet opera misericordiæ fideliter peregistis, enumerans omnia, dicens: Hospes eram, & collegistis me: infirmus & in carcere eram, & visitâstis me: nudum me vestistis, esurientem pavistis, sitientem potâstis. Venite ergo benedicti, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. E contra reprobis, & ad sinistram constitutis. Hæc

S. Willibaldus frequenter vocatur ad Concilia Regum & Principum.

Matth. 5.

Jacob. 2.

Matth. 25.

A Hæc non feciſtis, & facere contempſiſtis; ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis ejus. Et dicent reprobi. *Ubi te vidimus Domine, eſurientem, & ſitientem? &c. & tibi non miniſtravimus? Et dicet eis.* Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Et quia hoc neglexiſtis; ite in ignem æternum. Ecce quòd ultimata ſententia noſtræ ſalvationis & damnationis ex adimpletione operum miſericordiæ, vel neglectu eorundem pronunciabitur. Ope-
B ribus enim miſericordiæ cetera genera peccatorum, accedente vera pœnitentia, redimuntur. Nam ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum. Nam in vero pœnitente eleemoſyna ex charitate miniſtratur. Et ſcriptum eſt. Quoniam charitas operit multitudinem peccatorum. De proſecutione ergo operum miſericordiæ, vel omiſſione eorundem Dominus in extremo judicio ſententiam pro ſalvandis promulgabit. Contra damnandos verò horribiliter fulminabit.

Eccleſ. 3. ùt citat S. Cyprianus in ſerm. de opere & eleemoſyna.

1. Petri 4.

Beatus etiam Willibaldus ſumma conſideratione obſervabat, quando ſubterfugium à
C Curiis Principum ſalvo jure Eccleſiæ ſuæ habere poterat, quòd ab ipſis ſe abſentabat: quia in pompis ſæculi nequaquam delectabatur: nam quicquid ſæcularitatem vel ſcurrilitatem quoquo modo prætendebat, per omnem modum aſpernabatur: & tunc feſtinus ad ſponſam ſibi in fide commiſſam properabat, caſtiſſimi amoris zelo accenſus, ut ipſius pudicis amplexibus frueretur: & ut Spiritu ſancto fœcundata, ipſo cooperante, verbo & exemplo prolificaret in ſobolem ſalutis æternæ. Sciendum namque, quòd Baptiſmus eſt ſpiritualis uterus Eccleſiæ, ex quo multos tanquam miniſter Chri-
D ſti regeneravit in Spiritu ſancto: nam pro neceſſitate vel decenti congruentia baptizabat, prædicabat, confeſſiones audiebat, ſacramenta Eccleſiaſtica, nec non ſacramentalia propria manu diſpenſabat, Eccleſias conſecrabat, nec non miniſtros Eccleſiæ, ſtatutis temporibus, ùt poſcebat urgens neceſſitas, vel evidens utilitas, reverentiſſimè ordinabat.

Fugit pompam & turbas ſæculi.

S. Willibaldus multos baptiſmatis aqua tinxit.

Munia, quæ obibat.



A

CAPUT XXV.

De S. Wunnebaldo Abbate, & de fundatione Monasterii in Heidenhaim.

His apud S. Willibaldum sic peractis, S. Wunnebaldus germanus ejus diuturnitate multi temporis lassatus, & frequentia orationum & vigiliarum debilitatus, timuit fructum laborum suorum vanæ laudis gloria evanescere, & lampadem suam, veniente sponso, infatuato oleo tenebrescere. Et ideo delicias, & lautiores cibos, copiámque vini, quæ circa Rhenum superabundat, & frequentiam populorum, firmiter in animo suo disposuit subterfugere. Ecclesiis itaque, quas regendas

S. Wunnibaldus frequentiam hominum fugere cogitat.

B susceperat, bene dispositis, & accepta licentia ab Archiepiscopo, secretum solitudinis petivit, & ad partes illas, quæ Svvanvelden nuncupantur, accessit. Et cùm diu hac & illac circumcursando, locum suo desiderio complacentem quæreret, tandem divina providentia ita disponente, inter densitates silvarum, & inter convallia montium, solitudinem multitudine fontium, & qualitate suæ magnitudinis veloci impetu decurrentium irriguam, & monasticæ habitationi congruam invenit. Cujus loci situm vir beatus diligenter considerans, ex toto corde exhilaratus est; & benedicens Deo, solóque prostratus cum Propheta exclamavit dicens. Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.

Quærit locum habitandi in solitudine.

Psal. 131.

C Erat autem in eodem loco parvula planities, ad instar agri modici, quam incolarum quidam suo juri vendicabat; & sicut impii solent persecutionem justis inferre, viro Dei, ut de loco recederet, vim faciebat. Sed Confessor Christi illatas molestias patienter sufferens ad fratrem suum Eystettensem Episcopum, qui Diœcesanus suus erat, perrexit; & quoniam aptum suo desiderio locum invenisset, & quas injurias ab eo, qui eundem locellum sibi usurpabat, pertulisset, indicavit. Pius verò Præsul fraterno desiderio congaudens, & vexationi ejus ex intimis visceribus compatiens, voto fratris adjutorium impendit,

Patitur injuriam.

Implorat opem S. Willibaldi.

Nec frustra.

D & agellum ab eo, qui eum sibi mancipabat, pro beneplacito illius comparavit: & ne in posterum venditio irritaretur, firmissimo pacto traditionem agelli stabilivit. Quem locum vir Deo devotus dignissimè incoluit, & in eo oratorium cum mansiunculis exstruxit, & vitam sanctorum Patrum imitatus, ad serviendum Deo religiosas personas, & in observatione mandatorum Dei probatas collegit, & cœnobialem vitam celebri cultu exhiberi, & regulam S. Benedicti inibi dignè observari constituit; & loco nomen *Heidenhaim* usque in hodiernum diem permansit.

Ædificat Monasterium.

Colligit cœtum Monasticum.

E Assumpsit etiam sororem suam sanctam Walpurgam, virginem Deo dicatam, quæ cum virginibus Christo desponsatis sub imperio & eruditione S. Wunnebaldi, ex consilio S. Bonifacii Archiepiscopi, & S. Willibaldi Eystettensis Episcopi, se ipsas hostiam immaculatam Deo viventi, sub districtione regularis disciplinæ, jugiter immolaverunt; quæ etiam de partibus Anglicanis, post obitum matris B. Walpurgæ Virginis, ad vocationem S. Bonifacii, ac B. Willibaldi ad S. Wunnebaldum in Thuringiam priùs pervenerant, ibidem sub regulari custodia Deo servientes.

S. Walpurga Heidenheimensi Parthenoni præficitur.

CAPUT XXVI.

De incremento bono Claustri in Heidenhaim.

F

Crevit itaque locus ille per merita sancti Wunnebaldi, & S. Walpurgæ Virginis; & sicut interiùs orationibus & divino obsequio Sanctorum est adornatus, ita brevi tempore in exterioribus fidelium oblationibus est amplificatus. Nec immeritò: nam *omne Monasterium, quod in spiritualibus bene regitur, in temporalibus per omnia prosperatur: quod verò in spiritualibus malè regitur, in temporalibus pessimè gubernatur.* Et hoc in diversis Ecclesiis, Ordinibus, ac monasteriis, nostris temporibus plus experientia docet, quàm codices proloquantur. Omnes etiam, qui spirituali ædificatione per verbum S. Wunnebaldi proficiebant, de prædiis, de mancipiis, de rebus mobilibus, puta, de auro, de argento, de gemmis, de auro textis vestibus per manum S. Wunnebaldi, oblationes Deo offerebant.

Notabilis sententia. Et auro scribenda.

Liberalitas fidelium erga S. Wunnebaldum.

G Cùm autem Venerabilis Abbas, Confessor Christi, videret fines prædiorum suorum dilatari, & in omni ornamento & divitiis sæcularibus res Ecclesiæ augeri, veritus extollentiam oculorum ex superfluitate divitiarum generari, partem Ecclesiasticarum rerum in usus pauperum distribuit, & quædam ex prædiis Ecclesiæ cellis adjacentibus adhuc mendicitate paupertatis laborantibus, hilari mente ac larga manu contradidit. Attendebat enim Prophetam orantem & dicentem: Inclina cor meum in testimonia tua, & non in avaritiam. Et item: Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi. Et, quoniam dicit Apostolus: hilarem datorem diligit Deus. Ideoque quidquid Heidenhaimensis cella tempore S. Wunnebaldi proprium possidebat, tempore necessitatis cum nihil habentibus, commune habebat; & indefessum rerum necessariarum pro posse suo, ac largum auxiliatorem omnibus opem suam

S. Wunnebaldi in pauperes liberalitas.

Psal. 118.

H

Psal. 111.

2. Cor. 9.

A suam quærentibus, semper se exhibuit. Sub ipso, & per ipsum vigebat religio Monachorum, ipso exhortante & S. Walpurga cooperante, sanctitas & castitas floruit Virginum. Fuitque illo tempore Heidenheimensis Ecclesia asylum, & portus omnium laborantium; nec fuit, qui in tribulationibus suis non inveniret ibi certum refugium, per merita & orationes Sanctorum inibi Deo ministrantium. Quam ob rem homines circumjacentis regionis cellam prædicti Confessoris muro circumdederunt, & infra ambitum muri annuente B. Wunnebaldo, locum sepulturæ sibi elegerunt.

Sub S. Wunneb. & S. Walpurga viget Monastica disciplina.

Cella S. Wunnehaldi muro cingitur.

B Similiter etiam Confessor Christi Willibaldus omnibus subjectis suis gratissimus extitit; & cum Martha in activa vita studiosissimè desudavit; & cum Maria in contemplativa vita Domino jugiter adhæsit. Verè fratres isti, scilicet S. Willibaldus, ac B. Wunnebaldus non immeritò duæ dicuntur olivæ eximiæ pietatis, & duo candelabra lucentia in virtute primæ veritatis, ante Dominum: quia sicut per S. Willibaldum illuminata est Bavaria, ita omnis cæcitas incredulitatis per S. Wunnebaldum fugata est à Thuringia. Nam linguæ eorum vim clavium, scilicet autoritatis & scientiæ habentes, ad occulta cordium multa virtute & Spiritus sancti cooperatione per-

Virtutes pariles S. Willibaldi & S. Wunnebaldi.

C venerunt, & eis januam regni in virtute passionis Christi reserantes, ipsos deduxerunt super semitas justitiæ, ut ingrederentur, & regrederentur ad pascua vitæ, & de fontibus Salvatoris haustu salutaris sapientiæ eosdem potaverunt. Non facilè autem discerni poterat, quis eorum humilior, quis in agricultura Dei studiosior, & quis in observantia mandatorum Altissimi videretur esse præpotentior. Sed cùm unum videres, alterum te novisse putares: & quamvis duo essent in corpore, una tamen fides, & unus spiritus devotionis regnabat in utroque.

D

CAPUT XXVII.

De obitu S. Wunnebaldi Abbatis.

CUm autem plenitudo temporis advenisset, qua pietas Dei B. Wunnebaldum de hujus sæculi ærumnoso er-

E gastulo misericorditer evocaret, venerabilis Abbas & Confessor Christi jam dictus, gravi infirmitate correptus, cursum vitæ consummavit, & de hujus peregrinationis exilio ad cœlestem patriam, & de transitorio labore in requiem sempiternam quinta decima Calendarum Januarii feliciter introivit. Cujus corpus sanctus Willibaldus frater ejus cum multitudine virorum ac mulierum ad exequias sancti viri concurrentium, cum devotione psallentium Clericorum, & orationibus Monachorum, sanctarúmque Virginum in oratorio, quod Venerabilis Pater Deo fabricaverat, honorificè sepelivit: quod

S. Willibaldus celebrat exequias fratri suo Wunnibaldo.

Accursus ad has exequias.

F idem oratorium sanctus Præsul Willibaldus ad Dei honorem & fratris dilectionem postea amplificavit, & multipliciter adornari præcepit.

CAPUT XXVIII.

De initio miraculorum post transitum sancti viri.

G POst hæc quidam ex discipulis beati Wunnebaldi, qui tumbam ejus, gratia orationis ac devotionis, adiérunt, cum multo fletu absentiam corporalem tanti patris lamentantes, miraculo narratione digno consolati sunt. Ineffabilem enim dulcissimi odoris suavitatem senserunt, & compulsationes campanarum nulla humana administratione adhibita audiérunt, nec non luminaria extincta absque omni humano adminiculo crebrò accendi viderunt.

Suavis odor ex tumba S. Wunnebaldi.

H Et hoc initium signorum post transitum S. Wunnebaldi lecturæ nostræ inserere curavimus, ut devotus lector quàm plurima miracula de scriptis S. Walpurgæ Virginis, quæ de ipso fideli relatione commemorat, nec non de propria legenda multa scrutetur. Nam in hoc opusculo, quod rogatu fratrum nostrorum compendii gratia suscepimus, plura enarrare, etsi liceat, ac reverentia tanti patroni libeat, arbitramur tamen, quòd in præsenti legenda non expediat.

Scripsit sancta Walpurga de miraculis sancti Wunnebaldi, quæ lucubratio non extat, nam illa Tomo IV. Canisii non est à S. Walpurga scripta.



A CAPUT XXIX.

Quòd S. Walpurga præfuit Monachis & Monialibus in Heidenhaim.

S. Walpurga præest utrique Monasterio.

DEnique post mortem fratris sui, sancta & Venerabilis Virgo Walpurgis gubernacula, & regimen regularis disciplinæ in cella Heidenhaimensi, usque dum vixit, tenuit; & seipsam formam & exemplum bene vivendi cunctis ostendit; tum in Oratorio sororum sibi commissarum, videlicet sanctimonialium, quod sequestratum spatio competenti à cella Monachorum, ùt decebat, constructum fuerat; tum etiam in Cœnobio Monachorum, quod frater, dum viveret, inhabitaverat; & in B eodem Monasterio omnem excessum strenuè, &, ut ita dicam, viriliter correxit; ut si diversitas sexus non obsisteret, dignè nomen patris mereretur. Tantæ etiam fuit, cùm tempus & res expostulabat, pietatis ac mansuetudinis, & cuncta tempore in omni conversatione tantæ extitit gravitatis in dissimulandis, tantæ compassionis in recreandis, tantæque sanctitatis in omnibus agendis, ut merito veneraretur ùt domina, & à cunctis diligeretur ùt mater amantissima. Ut igitur fidem verbis nostris adstruamus, unum de signis, quod Dominus propter ipsam, & per ipsam, etiam dum adhuc in carne viveret, operatus est, quod in valde approbatis libris invenimus, in medium adducere concupiscimus.

Humanitas S. Walpurgæ temperata cum severitate.

CAPUT XXX.

De splendore corusco fulgoris super sanctam Walpurgam, & sorores ejus cœlitus misso. C

CUm post discessum fratris sui, sancti videlicet Wunnebaldi, gubernacula Monasterialis vitæ in Heidenhaimensi Ecclesia interdum strenuè, interdum verò clementissimè, pro varietate personarum, & diversitate conditionum, prout pastorale officium exposcebat, infatigabiliter, virtute patientiæ, manu teneret; accidit, ut quidam Ecclesiasticus, nomine Sumerandus, qui accendendis luminaribus Ecclesiæ D præerat, Conventui tempore cœnæ, lumen subtraheret; & respectum Dei non habens, S. Walpurgam graviter in hac re offenderet: Nam de injuria sororum suarum dolens, & injuriam suam patienter sufferens, incœnata ad orationum consolationem se contulit, & ei, qui indeficiens & verum lumen existit, injurias suas, & defectum sororum suarum commisit. Mox mirum in modum

S. Walpurgæ & sororibus lux cælitus mittitur.

A modum lux cælitus demissa in splendore fulgoris coruscantis, omnem locum, in quo S. Walpurgis, & sorores ejus erant, replevit, & usque adortum solis ab eis non recessit.

B Qua in re multitudo & magnitudo virtutum S. Walpurgæ Virginis clarè enituit, & omoium corda, qui boc signum viderant, vel audiêranr, ad obediendum S. Walpurgæ Dominus vebementer accendit. Et post operationem bujus signi & aliorum, quæ Dominus propter eam, & per eam dignatus est operari, in spiritu bumilitatis profundiori, & afflictiooe corporis ampliori, Domino caritativè famulabatur; pertimescens, ne ventus injuriosæ vanitatis lampadem ioternæ claritatis, quam ei Dominus contulerat, extingueret. Hoc autem miraculum de innumeris exceptum buic legendæ uoitum annotare euravimus, quatenus ad originalem lecturam, quæ de beato Willibaldo, Dei gratia, consummanda est, magis festini veniamus.

CAPUT XXXI.

C *De obitu S. VValpurge Virginis.*

POstea per aliqua temporis intervalla Virgo Walpurgis Deo charissima, finem imponens bujus sæculi labotibus ac doloribus, ad bravium ætetoæ vocationis anbelans, ægritudine, quæ ipsam invaserat, invalescente, Ecclesiasticis Sacramentis munita, pieoa Spiritu sancto, obdormivit in Domino, quioto Calendas Martii, hoc'est, in crastioo S. Matthiæ Apostoli; festum verò Caoonizationis ac translationis ejus io die beatotum Apostolorum Philippi & Jacobi consuevit sollenniter celebrari: Est autem saoctissima Walpurgia Virgo juxta S. Wuonebaldum Ecclesiasticæ sepulturæ commendata, per B. Willibaidum Præsulem fratrem suum, ut vicioitas sepulturæ germanitatem generis, & parilitatem sanctitatis demonstraret.

Festum S. Walpurgæ primo die Maij.

Sepulta est juxta sanctum Wunnibaldum.

CAPUT XXXII.

D *De translatione B. VValpurgis in Eystett, & fundatione Monasterii ibidem.*

PRocessu verò longi temporis, postquam B. Præsul Willibaldus de boc muodo nequam migraverat, in polotum regno cœtibus Angelorum admixtus, revelatiooe divina cuidam Eystettensium Episcopo, nomine * Herperto moostratum est, ut Beatam, Deo placitam & homioibus gratam, Venerabilem Walpurgam Virgioem, de loco bumili, in quo inbumata fuerat, ad locum excellentiorem magis, ac reverentialem transferre deberet. Igitur Deus omnipotens Ecclesiæ Eystettensi, ac saluti E totius populi ejusdem civitatis, nec non circumjacentis regiooia prospicere, imò misericorditer providere deceroens, sæpe dictam, benedictam, ac semper benedicendam cum multa gloria & bonore, ac miraculorum innumerabilium ostensione, ad civitatem Eystettensem per dictum ejusdem civitatis Episcopum transferri voluit; ut locum nostræ sedis, aggregatione sanctorum, videlicet B. Willibaldi; ac beatæ Walpurgis sororis ejus germanæ corporali præsentia, tantarum divitiarum thesauris, io gratiarum ubertate ditaret, & ditando sublimaret, & sublimando cunctis honorabilem demonstraret.

* Non sub Heriberto, sed sub Otkario Episcopo translata est S. Walpurgis Eichstadii.

um de quo vide Catalogum in Otkario.

F Peracta autem translatione, prout Venerabili Episcopo in visione præmonstratum fuerar, idem Episcopus cooperante sibi quodam Comite, nomine Leurgero, Cœnobium in monte ejusdem civitatis instauravit; quod bonis possessionibus, prout decebar, uterque dotavit; ac saoctimooiales secundùm institutionem B. Benedicti Deo famulaotes inibi collocavit: sanctum quoque corpus gloriosæ Walpurgæ Virgiois in altari publico ejusdem Monasterii cautè ac reverenter præfatus Antistes recondidit: ubi miracula usque in bodiernum diem continuata feliciter crebrescuor. Nam de membris ejus virgineis, maximè tamen pectoralibus, sacrum emanat oleum, quod gratia Dei, & intercessiooe B. Walpurgæ Virginis cæcos illuminat, surdos audire facit, & gressum claudis reddit, cunctísque debilibus optatum effectum devotè petentibus misericorditer indulget.

Heribertus Episcopus condit cœnobium sanctæ Walpurgis Eystadii.

Lipsana sanctæ Walpurgis in altari conduntur.

Ex quibus fluit oleum.

CAPUT XXXIII.

G *De sanitate, quam in se miraculosè expertus est Dominus Philippus Episcopus Eystettensis.*

HAne etiam gratiam curationis ipsi experti sumus. Nam gravi iofirmitate ægrotantes ad excidium vitæ pervenimus; & rememoraotes gratiam, quam B. Walpurga suis dilectoribus indesineoter ostendit, præcepimus de oleo sacro sanctæ suæ emanationis nobis copiosius afferri, & desiderabili haustu pbialam plenam ebibimus, orantes in bæc verba. *B. Walpurgis Virgo,* H *ob reverentiam B. Willibaldi fratris tui dilectissimi, cujus successor indignus sum ego Philippus peccator; interpella pro me ad Dominum, pro condonatione peccatorum meorum, & ut respirem à gravamine bujus ægritudinis, ad laudem Dei omnipotentis, & intemeratæ matris ejus Virginis Mariæ.* Ut quid plura? eadem die * creticavimus; & brevi pòst in tempore, sanitati omnimodè restituti sumus.

Philippus æger bibit oleum S. Walpurgis.

Precatio Philippi.

* criticavimus. Recuperat sanitatem.

Hoc quoque sciendum, quòd bora celebratioois Missarum, cùm Sacramentum cor-

A corporis & sanguinis JEsu Christi in altari conficitur, in quo recondita est, frequentius, nec non uberius oleum de sacro corpore ejus distillat; unde hæc hora pro receptione ejusdem olei diligentissimè observatur: & si phialæ, in quibus sacrum oleum recipiendum est, non directè & perpendiculariter destillationi supponantur, guttæ ejusdem olei sibi cohærent, dependentes ad modum botri, vel favi mellis, nequaquam in alium locum decidentes. Sed postquam negligentia corrigitur, & vasa, in quibus mundè sacrum oleum recipi debet, destillationi aptantur, eisdem sine omni cooperatione illabitur; per quod apertè monstratur, ut in vasa munda recipi debeat; quia B ab immundis locis vel vasis omnino se præservat. Et sæpe compertum est, quòd receptum etiam in vase mundo, si immundè vel irreverenter teneatur, vel ad loca, ubi peccati illecebræ perpetrari consueverunt, deportetur, omnino evanescit; vel per orificium vasis nequaquam ad effectum sanationis egreditur.

[Marginal note: Memorabilia de oleo S. Walburgæ.]

CAPUT XXXIV.

C *De oleo, quod per annum steterat, rursus manante.*

EX scriptis etiam collegimus, & certa relatione fide dignorum intelleximus, quòd civitas Eystettensis, unà cum tota Diœcesi Ecclesiastico interdicto quodam tempore supposita fuerat, propter quasdam damnosas injurias, quas Episcopus, qui tunc præerat, à Baronibus terræ & incolis sustinuit. Ex tunc liquor sacræ emanationis stillare cessavit, usque in diem, quo Ecclesia restituta esset indemnitati. Et idem Venerabilis Episcopus, cum universitate civitatis indicto jejunio, nudipes, & absque lineis, ad monasterium B. Walpurgis ascendit, devotè ac subnixè cum universitate populi sui supplicans, ne effectu tantæ benignitatis, sicut est emanatio sacri liquoris, in amplius privarentur. Et accedens ad altare dictus Pontifex Missarum solemnia, astante populo, devotè peregit, & in confectione Sacramenti, & ejusdem perceptione, sacratissimus liquor, qui infra spatium unius anni nequaquam destillaverat, nec ullo modo se ostenderat, adeò abundanter erupit, ut ampullam dimidiæ *pinta*, capacitatis, vel unius * *ferici* adimpleret. Quod Pontifex videns cum plebe devota, plusquam narrari potest, gaudio repletus, immensas gratiarum actiones Deo ac B. Walpurgæ, pro concessione tanti beneficii persolvit.

[Marginal notes: Tempore Interdicti non fluxit oleum. — Manat denuo, sublato Interdicto. — * Alter M. S. *feriti*: forte; *feria ferra*, quæ ollam significat.]

D · Notandum etiam, quòd idem sacrum oleum tantæ munditiæ ac meracitatis existit, ut sine omni corruptione, & fœda maculationis feculentia per ducentos annos servatum, consimilis puritatis invenitur, cum illo, quod hodierna die de stillicidio ejusdem sacræ emanationis susceptum est.

[Marginal note: Observa lector mirum quiddam.]

CAPUT XXXV. E

Ratio de oleo stillante, de quorundam Sanctorum membris.

NUnc videamus, quid sibi vult per significationem emanatio olei in beata Walpurga, vel aliis sanctis, puta in B. Nicolao, vel B. Catharina, vel quibuscunque sanctis concessum est, ex speciali prærogativa meritorum, & ostensione magnitudinis præmiorum. Juxta quod sciendum, quòd oleum cuicunque liquori infusum supernatat: Unde misericordiam ex similitudine designat: superexaltat enim misericordia judicium. (Jacob. 2.) Et item: Misericordia ejus, super omnia opera ejus. (Psal. 144.) Oleum nihilominus magnæ est lenitatis, & multæ utilitatis; nam illuminat, pascit, & sanat. (Proprietates olei.) Sic pietas secundùm B. Apostolum, ad multa proficiendo valet; (1. Tim. 4.) habet enim promissionem vitæ, quæ nunc est, & vitæ futuræ. F Hinc etiam est, quòd oleum cordialem pietatem sua proprietate exprimit. Et ideo de Sanctorum corporibus sacri olei emanatio plenitudinem exuberantis misericordiæ, ac redundantiam viscerosæ pietatis, ac lenitivæ mititatis prætendendo figurat. Fuerunt namque hi sancti, qui habent scaturiginem emanationis sacri olei, misericordissimi ac piissimi in vita: & ideo misericordiam consecuti per signa misericordiæ & pietatis hominibus post mortem laudabiliter innotescunt. (Cur ex quorundam Sanctorum corporibus oleum stillet.) Sic beata Walpurgis Virgo, tanquam oliva in domo Domini fructuosa, (Psal. 51.) & quasi oliva in campis Ecclesiæ speciosa, per oleum (Eccles. 24.) effusum dilatavit nomen suum. (Cant. 1.) Rivulo enim suæ sacræ emanationis, notitia sanctitatis ejus derivata est in fines terræ, oleo misericordiæ & pietatis illuminans cæcos, spiritualiter & corporaliter pascens esurientes, in bonis pro affectu sancti desiderii, ac corpore sauciatos sanans, (Psal. 146.) contritis corde medetur.

G Hæc, quæ de B. Walpurgis translatione ac sacri olei emanatione dicta sunt, licèt post mortem B. Willibaldi facta inveniantur; tamen per anticipationem eadem enarravimus, ut per omnia exoccupati, ad ea, quæ de B. Willibaldo fideliter referenda sunt, liberiùs occurramus.

CAPUT XXXVI. H

De uniformitate spiritus B. Willibaldi cum Domino post transitum fratris sui, & sororis.

IGitur postquam B. Willibaldus unicum ac pauperam, nec non minùs egenum, id est, extra genus suum, positum se conspexit,

A ſpexit; & poſtquam nec habens patrem nec matrem in terris, nec fratrem nec ſororem, extra ſolum natalis patriæ abſque omni ſolatio cognationis conſiſtere ſe agnovit; totus in Deum pergens unus ſpiritus conformitate voluntatis fit cum illo, die ac nocte ipſi per amorem ſuaviter inhærens, contemplativa vita loco deliciarum paradiſi fruebatur, & deificis immiſſionibus ſibi illapſis purgabatur ad puritatem, illuminabatur ad veritatem, perficiebatur ad virtutem, ut hierarchicis actibus conſummatus commiſſum ſibi populum ſpirituali purgatione purgaret, & purgando illuminaret, ac illuminando perficeret. Et tanquam ſecundus Exod. 19. Moyſes, quicquid in monte cum Domino contemplativè prædulciter hauſerat, fideliter gregi ſibi commiſſo, pro opportunitate temporis & congruitate loci, erogabat. Et quàm doctrinalis in verbo vitæ, & exemplaris in opere juſtitiæ fuerit, audiamus.

B Erat namque in eleemoſynis largus, in vigiliis ſedulus, in oratione devotus, in charitate perfectus, in humanitate profuſus, in doctrina præcipuus, in ſermone paratus, Dotes S. Willibaldi. in converſatione ſanctiſſimus, ſinceritatem mentis vultus ſui ſerenitate monſtrabat, & pietatem clementiſſimi cordis oſtendebat in lenitate ſermonis: quicquid ad ſalutem pertinere poſſet æternam, non minùs implebat beatiſſimus opere, quàm ſermonis prædicatione docebat. O virum per omnia Deo dignum! eminebat enim in ipſo vultu animi pulchritudo, in ſpecie exterioris hominis, ut ipſam putares expreſſam imaginem ſanctitatis. Erat irreverentibus terribilis aſpectu, reverendus inceſſu, C metuendus ſeveritate, venerandus benignitate. Cenſuram autoritatis in eo temperabat manſuetudo humilitatis: & quando delinquentibus minabatur frontis autoritas, eiſdem blandiebatur cordis ſerenitas. Erga bene agentes Petrus apparebat in vultu: erga delinquentes Paulus in ſpiritu: ac ſic conveniente in ipſo diverſitate gratiarum, illius (videlicet beati Petri) pietatis, iſtius (ſcilicet B. Pauli) diſtrictionis, in tantum, ut præſentiam ejus quisquam vix ſuſtineret; abſentiam verò nequaquam diu ferre poſſet.

D Internorum autem bonorum ſuorum formas ac ſpecies nemo ſufficit explicare. Nam ſicut ipſe ſtuduit ad Dei laudem, proprium meritum, ac populi utilitatem illas jugiter excolere; ita & ſollerter laboravit eaſdem occultare: & cùm hæc vellet augeri, nolebat agnoſci. Sed quia hæc eſt natura divinæ juſtitiæ, ut quantò ſtudioſiùs quis ab humanis favoribus abſcondi deſiderat, tantò clariùs innoteſcat: & ipſa occultatio in populo virtute juſtitiæ, qua ſoli Deo placere cupit, prædicatio efficitur. Eminebat in admiratione omnium veluti civitas E ſuper verticem montis poſita; nec jam lucerna poterat latere ſub modio, ſed ſuper candelabrum poſita lucebat omnibus, qui Matth. 5. in domo Dei erant, aperiens latentes in ſe divitias cœleſtium chariſmatum; & de armario ſuaviter olentium virtutum aromata ſanctificationis & gratiarum ſuarum ſuper omnem Eccleſiam effudit.

F Neglector etiam extitit ſuæ quietis, refuga propriæ voluntatis, appetitor laboris, patiens abjectionis, impatiens honoris, pauper in pecunia, dives in conſcientia, humilis ad merita, ſuperbus ad vitia. Et ſic in ſe excoluit diverſas gratiarum virtutes, ut vix pauci tenerent ſingulas, quomodo ille implevit univerſas: ſemper in operis exercitio, ſemper in devotionis affectu: nulla ſibi ex omnibus propenſior cura, quàm ut de Deo in lectione atque ſermone, aut cum Deo in oratione loqueretur, qui maceratum corpus continuis jejuniis habens ſtudebat de perſecutore humani generis inimico, longo triumphare martyrio, ut de ipſo dici poſſit illud præclari Doctoris Ambroſii verbum: Plus currit in certamine Confeſſor iſte ſuſtinens, quàm martyr ictum ſufferens, mucrone fundens ſanguinem.

G Pro cibo & potu hoc ſecum inceſſanter ruminabat: Pſal. 41. Fuerunt mihi lacrimæ meæ panes die ac nocte. Pſal. 83. Concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini. Pſal. 83. Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum. Pſal 81. Defecit in ſalutari tuo anima mea. Flagrat ſanctus Willibaldus deſiderio cœleſtis patriæ. Sitivit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. Pſal. 41. Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Et conſolando ſe dicebat. Pſal. 16. Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor tibi, ſalutare vultus mei, & Deus meus. Satiabor cùm apparuerit gloria tua. Nam quia ſpeciem conditoris ſui, ad quam anhelabat, nondum videbat; continuis gemitibus atque ſuſpiriis, diurnis atque nocturnis lacrymis illum deſiderans flendo ſe anima ſua paſcebat: & totus quidem doloris ſui gemitum tolerabat, ſed eo refectionis pabulum dulcius percipiebat, quo ipſo via amoris per lacrymas emanabat: præter vitam æternam nil eſuriebat; præter juſtitiam nil delectabiliter ſitiebat: præſentia tanquam inania atque tranſitoria Pſal. 21. parvipendebat, in prece, pauperis peramplius ſpem ſuam ponens.

H Et verè felix terra, quæ talem genuit, & de alumno nobis patronum, de homine angelum, hoc eſt, ſacerdotem magnum contulit; qui ideo gratiam Dei glorificatus invenit, qui mundi gloriam ad intus Dei gratia non quæſivit. Qui gubernaculum fidei viriliter tenens, anchoram ſpei tranquilla jam in ſtatione compoſuit. Qui contra impetum diaboli ſcutum fidei ita infatigabiliter Hebr. 6. Epheſ. 6. tenuit, ut ad victoriam perveniret. Habemus

A mus in eo medicum è cœlo, cum quo sanctitas, imò ipse sanctitatis autor civitatem nostram intravit. Quantis cæcis à via veritatis errantibus, visum, quo Christus videretur, aperuit? quantorum auribus cœlestium mandatorum pretiosum infuderat auditum? quantos intrinsecus vulneratos Evangelici oris arte & orationis virtute curavit? quantorum animas peccatis in corpore jam defunctas ad emendationem tanquam ad lucem revocando suscitavit? Docebat filios suos quotidie, ne res alienas concupiscerent; sed proprias potiùs in eleemosynam darent:
B Ne eis conjuges extraneæ pulchræ essent; ne peccati venenum per aspectum animam penetraret. De quantorum ille cordibus, quos iniquitas & impietas possidebat, fugavit luxuriam, propulsavit iram, destruxit invidiam, revocando illic fidem, castitatem, atque misericordiam? quantos vir ille Apostolicus pœnitentiæ medicamentis à peccatorum morte resuscitavit, *custos animarum cupiditates resecavit, iras repressit, malitias extirpavit? Et eisdem magis vir ille temporibus necessarius fuerat, quibus tanta iniquitas suis demeritis, deficiente justitia, dominabatur. Et hic Præsul beatus, tanquam huic mundo crucifixus ac mortuus, cum Christo vitam absconditam habens in Deo, quicquid laboravit, de hac vita ad illam transtulit; & de sinistra semper transivit in dexteram, atque in cœlo suos sudores reposuit.

* cunctas

Galat. 6. Coloss. 3.

C Verùm frequenter extaticè mente transcendens, populo sibi commisso eùm descendebat, tanquam sobrius fidelis & prudens servus sciebat familiæ Christi in tempore offerre tritici mensuram, id est, pro captu audientium mensurare, & opportunè divini verbi pabula ministrare. Cùm etiam Confessor Dei ad solatia licita ac decentia suorum in Domino charorum advenisset, in tanta gravitate vultum ac cæterorum membrorum gestus tenere consueverat, ut nunquam contemptibili lætitia resolveretur; sed quotiescunque hilarem se præsentibus exhibuit, certa semper hoc causa utilitatis eorum fecit, & religiosa gravitate discretus in omnibus non vanitatis jactantia vel dissolutione agebat; sed ut Dei sibi collata gratia ostenderetur, & ad ejus amorem & fidem, qui mirabilis in sanctis suis Deus sanctos suos misericorditer mirificare dignatur, attraheret, & illorum corda servituti omnipotentis Dei blandiùs alliceret.

Luc. 12.

Psal. 67.

CAPUT XXXVII.

D *De obitu sancti Willibaldi, quem præscivit.*

Post præmissas autem & alias multas virtutes, quas Deus per hunc sanctum suum operari dignatus est, gemitus & suspiria illius exaudiens, quibus dicebat: Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? & nunquam satiabor, nisi cùm manifestabitur gloria tua; revelavit ei Dominus consolans illum, imminere diem obitus sui. De qua nimirum ostensione gavisus est, & ad hæreditatem illam toto pectore anhelabat, de qua Propheta dicit: Cùm dederit electis suis somnum, hæc est hæreditas Domini. Quia electi, postquam pervenerunt ad mortem, tunc inveniunt in viventium terra hæreditatem. Et non post longum interjecti temporis spatium, sciens adesse diem obitus sui, per Missarum celebrationem & sacræ communionis largitatem, valefaciens, & dans pacem filiis suis, postquam per triginta sex annos episcopaverat, ac in pontificali officio religiosissimè tanquam fidelis servus & prudens Domino ministraverat, septuagesimo septimo ætatis suæ anno, certaminis cursu consummato, fide servata, cum multiplici bonorum operum fructu, & animarum lucro, felici transitu migravit ad coronam justitiæ sibi repositam: terræ corpus reddidit, accipiens stolam primam, animæ scilicet beatitudinem sempiternam, donec in resurrectione alteram accipiat stolam; beatam videlicet unà cum anima resumpti, & glorificandi corporis immortalitatem. Et de illius ætatis ejúsque similium prolixitate canit Psalmista: Et multiplicabuntur in senecta uberi, & bene patientes erunt, ut annuntient. Quia dum eorum vita differtur, semper in melius fortitudo eorum producitur, eísque per augmenta temporum crescunt etiam lucra meritorum. *Bene autem patientes sunt, ut annuntient;* quia cœlestia prædicantes, robustiùs adversa tolerant, quantò & per tolerantiam, animarum suarum commoda locupletiùs inde reportant.

E Psal. 41. Psal. 16.

Dies obitus divinitus revelatur B. Willibaldo. Psal. 126.

Accipit Sacramentum Eucharistiæ.

36. annis Episcopus fuit. Matth. 24. Vixit annos 77. 2. Timoth. 4.

F Luc. 15.

Psal. 91.

Sic igitur B. Willibaldus triumphator in gentibus, egregius Confessor officio, Martyr studio, invictus in certamine, palmam quærens sanguine, Beatus athleta Dei, quem si gladius persequentium non tetigit, tamen palmam martyrii non amisit. Quem quia diu contigit in corpore vivere, necesse fuit, ut & longiora certaminis & diaboli, ac pravorum hominum tentamenta toleraret. Quia enim adjuvante se Domino virtutem patientiæ fortiter servare contendit, etsi in pace Ecclesiæ vixerit, tamen martyrii dignitatem multi labore temporis sibi comparavit. Sicque moribus & vita, verbo & exemplo viam salutis humanæ omnibus audientibus & videntibus patenter ostendit; & consummato feliciter cursu ad consortium sanctorum Apostolorum, Martyrum & Confessorum, atque Virginum Domini pretiosus Confessor post mortem corporis gloriosè pervenit, Anno ab Incarnatione Domini septingentesimo octogesimo primo, nonis Julii, & sepultus corporaliter VII. Idus Julii; fuit autem reverenter tumulatus in crypta

G

H

Mortuus anno DCC. LXXXI.

crypta, quæ ſubter chorum beatæ Virginis in Eyſtettenſi Eccleſia habetur.

CAPUT XXXVIII.

De Canonizatione S. Willibaldi, & de ejus translatione quadrifaria.

A PRoceſſu temporis, ipſo canonizato, autboritate Summi Pontificis Leonis VII. qui propter merita vitæ, & evidentiam miraculorum, quam de ipſo audierat, nec non diligentiſſimè examinaverat, & propter acclamationem populi totius patriæ ipſum Catalogo Sanctorum laudabiliter inſeruerat, translatus eſt retro altare B. Viti, quod fuit in eadem crypta, anno Domini nongenteſimo octogeſimo nono.

Prima translatio S. Willibaldi ſub Megengero Epiſcopo.

Poſt hæc ob honorem, & reverentiam ac ſancti corporis manifeſtationem, venerabiliter ad medium Eccleſiæ eſt translatus.

Secunda.

Deinde ſuper chorum B. Virginis collocatus eſt; ubi quandoque propter nimiam frequentiam populorum diverſarum linguarum ac nationum in ſummo altari oſtendebatur; quandoque verò ante altare in B Sarcophago recondebatur; interdum multitudine hominum ad limina beatiſſimi Confeſſoris adventantium tota civitas attonita, cautiſſimè ac diligentiſſimè nec non minùs reverenter in armario prænominatæ Eccleſiæ cuſtoditus ſervabatur.

Translatio ſub Epiſcopo Hildebrando.

Noviſſimè verò Epiſcopus multa reverentia dignus, nomine Hiltebrandus, qui tunc temporis Eccleſiæ præerat, ex magna devotione, nec non rationabiliter decrevit, ut ei * Baſilicam per ſe conſtrueret, in quo ſanctiſſimum corpus honorabiliter ſarcophagatum ſine C mutatione loci permaneret. Quod & ita complevit, ſecundùm quod ſtructura hodierna die manifeſtat. Inſtituit etiam idem Epiſcopus, nec non alii ſucceſſores ejus inibi quatuor Capellanos Deo ac B. Willibaldo perpetuò ſervituros, qui & Capellani præcipuè B. Willibaldi, omniúmque ſucceſſorum ejus ſpecialiter nuncupantur. Ubi miracula, ac miraculorum prodigia adeò innumerabiliter crebuerunt, quòd pelagus eorundem tranſire poſſe noſtræ facultatis non exiſtit. Sed chartulam quorundam miraculorum evidentiſſimè probatorum huic operi annectere curavimus, quæ conſcripta in hæc verba.

* vocatur chorus S. Willibaldi.

In margine additur: *Ad præſens ſunt quinque.* qui temporis ſucceſſu octo: Canonici chori Willibaldini ſunt Capellani S. Willibaldi & Succeſſorum.

D Anno ab Incarnatione Domini milleſimo, ducenteſimo, quinquageſimo ſexto, quarto Idus Junii, Domini Alexandri Pontificatus anno ſecundo, Cùm reverendus Pater Eyſtettenſis Eccleſiæ Henricus Epiſcopus, maturo præhabito conſilio, B. Willibaldum, qui reconditus in crypta fuerat, collocare decreviſſet honorificentiùs, vocatis Prælatis vicinis, Reverendo Patre Domino Sibotone quondam Auguſtenſi Epiſcopo, & viris religioſiſſimis, Abbatibus, Prioribus tam Ciſtercienſis quàm Cluniacenſis Ordinum, E ſuffultus duodecim Prædicatorum quàm Minorum Fratrum juvamine, cum maxima reverentia ſarcophagum reſeravit. Ubi nos, qui interfuimus, ſi fas eſt eloqui, fragrantiam ſenſimus Paradiſi. Sublatis verò reliquiis Confeſſoris Beatiſſimi, & in novo collocatis ſarcophago, præcedentibus Pontificibus, & aliis quàm pluribus ſubſequentibus, cum hymnis & canticis in choro ſuper altare Cathedralis Eccleſiæ eaſdem collocârunt. Ut autem comprobaret Dominus, & B. Willibaldus translationem hujuſmodi ſibi placitam, ſtatim cùm collocatus in altari fuerat, hæc miracula ſunt ſecuta.

Translatio ſub Henrico Epiſcopo, quæ fuit prior, quàm illa ſub Hildebrando.

Philippus interfuit huic translationi.

Primum ſignum.

F Primum ſignum ipſo die translationis circa horam ſextam factum eſt in contracto exiſtente de familia chori majoris Præpoſiti Domini Alberti ſcilicet janitore noto & enutrito ab Eyſtettenſibus à juventute. Qui cùm relatu didiciſſet, reliquias S. Walpurgis ad Cathedralem Eccleſiam deportari, ſumptis * podiis more ſolito, firmiter claudicando chorum aſcendit, prorumpens clamore valido in hæc verba. O glorioſe Præſul Chriſti Willibalde, da mihi * *panem nuntii*, ſoror tua advenit, te benignè ſalutatura. Et appropians aræ intemeratæ Virginis Mariæ, qua locatum fuerat ſacroſanctum corpus Willibaldi, trina poſtulatione peracta ſanitatem omnimodam eſt adeptus: ita videlicet, quòd podiis & baculis abjectis cœpit jubilare, ſaltare, & magnificare nomen præſulis Chriſti Willibaldi.

Claudus curatur.

* Germ. Krucken/ à cruce quia crucis forma conſtat.

* Botten brott.

G II. Signum. Mulier vexata dæmone multis annis, liberata eſt, ita quòd dæmon viſus eſt mitti in aëra in forma cornicis nigerrimæ.

Energumena liberatur.

H III. Signum. Quædam Judæa in partu laborabat plus quatuordecim diebus, & cùm videret, dolorem vitam velle finire, rogabat mulieres Chriſtianas, quæ antea eidem familiares fuerant, ut ipſam è domo Judaica efferrent. quod cùm factum eſſet, illico invocando nomen intemeratæ Virginis Mariæ partum edidit omni dolore ſemoto, ante partum tamen recepto ſacro fonte baptiſmatis. Quem puerum cùm ob verecundiam mater non procuraverit baptizari, ipſa tanquam inops & mendica intendebat Judæo, à quo conceperat, committere educandum. Quæ cùm eundem ad Monaſterium S. Willibaldi die quadam deferret, tacto beatiſſimi Confeſſoris Willibaldi ſanctuario, clariſſimo lumine oculorum ſuorum privata, nec non ambabus manibus eſt contracta. Ipſa verò, cùm tanquam anxia rogaret, ſe duci de choro ad Crucifixum, quod eſt in ſiniſtra parte chori adorandum; ejúſque menti inciderit,

Mulier Judaica partus difficultate laborans ſalutem animæ & corporis ſimul reperit.

Punitur à ſancto Willibaldo, quòd infantem natum non curaverit baptizari.

A rit, hanc plagam sibi illatam propter puerum non baptizatum, & indignam tangi tam sacrosanctis Reliquiis Confessoris Christi Willibaldi, sine mora vovit Deo & B. Willibaldo baptismum puero velle procurare, quæ continuò visum recepit, & manus ejus contractæ sunt solutæ, & baptizatus est puer in parochia Eystettensi, cujus patrini sunt Dominus Hermannus de Tanbausen Canonicus Eystettensis, & Magister Hertvigus provisor scholarium.

Pœnitentia ducitur, & mox sanatur.

B IV. Signum. Quædam domina cæca de Ungaria venit Ratisponam, cujus intentio fuit velle visitare limina S. Mariæ * *in Aquis*, ductore mediante, quæ cùm audiret relatu S. Willibaldum debere transportari, manibus & vultu erectis in cœlum, suppliciter Deum flagitabat, ut per merita S. Willibaldi sui Confessoris visum mereretur recuperare. Quæ vix oratione completa cùm visum recepisset, venit in Eystett magnificando nomen JEsu Christi & S. Willibaldi. Deinde de Aquis iter sine ductore arripuit non contenta gratia à S. Willibaldo adepta. Cùm igitur veniret quasi in medium nemus, quod vulgari nomine dicitur Forst, visus eidem est ablatus. Quam cùm solam contigerat aliquandiu vagari, tandem venerunt mulierculæ properantes ad limina S. Willibaldi. Quam cùm audirent cum gemitu clamantem, adierunt interrogantes, unde cæcitas evenisset eidem? at illa eisdem per singula exponens, rogabat, ut mediante ipsarum ducatu, civitatem Eystettensem attingeret, quod etiam præstante Domino ad effectum pervenit. Eadem etiam flens largiter, ducta est in quandam domum, de qua non poterat præ nimio dolore capitis egredi; invocando nomen Confessoris Christi Willibaldi secundò visum recepit. Et statim properans sine ductore ad Monasterium Cathedralis Ecclesiæ S. Willibaldo perpetuam continentiam vovit. Deinde post brevis spatium temporis, cùm tanquam juvencula elegantis formæ, huic voto contrairet, & diceret, se maritum velle ducere, visu tertiò est orbata. Post hæc autem purè confessionem faciens, & perpetuam Deo vovens continentiam cum contritione maxima, visum tertiò recepit.

*Aquisgrani. Id.

Cæca mulier visum recipit.

Visum rursus amittit.

Recuperat rursus.

Tertiò amittit visum.

Tertiò recipit.

C V. Signum. Apud Egram dum cives de vestibus B. Willibaldi particulam secum domum deferrent, ob B. Willibaldi reverentiam, occurrente utriusque sexus turba copiosa, cum processione prosternentes sedevotissimè terræ, offerunt cujusdam ditissimi filium, pedibus & manibus curvum, & contractum dicentes. O inclyte Præsul Willibalde, ostende nobis fidelibus tuis in hoc paralytico tuam gratiam salutarem. Illico tactu sanctuarii adolescens pristinæ restitutus est sanitati. De hoc nobis fides facta fuit, ejusdem loci viginti civium juramento.

Contractus sanatur tactu Reliquiarum S. Willibaldi.

D VI. Signum. Apud Augustam puer duorum annorum submersus, & flumen à civitate longè, quasi per dimidium milliare devectus, defunctus reportatur. Coram civibus multis, circumstantibus mortuum prædictum, ad invocationem egregii Confessoris Willibaldi votum faciente matre, ut, si vitam rehaberet, ipsum B. Willibaldo ministrum perpetuum consignaret. Mox puer manus ad cœlum elevans, vitæ est pristinæ restitutus. De quo fides facta fuit per fide dignos, qui juraverunt, prædictum mortuum se vidisse. Idem etiam apud S. Willibaldum postmodum longiore tempore conversabatur. E

Revivificat puer mortuus ad opem S. Willibaldi imploratam.

VII. Signum. Quidam constrictus ferreis circulis ante aram se prosternens, beatum Willibaldum suppliciter flagitabat, quòd sibi præstaret certitudinem, & intersignum, si pro peccatis & delictis suis condignam in his circulis pœnitentiam egerit. Qui continuò liberatur, circulis ferreis omnimodè confractis. F

Circulus ferreus rumpitur invocato sancto Willibaldo.

VIII. Signum. Cùm peregrini volentes post visitationem S. Willibaldi, qui tam de Ratispona, quàm de aliis civitatibus & villis confluxerant, ad propria remeare, in Ingolstatt octoginta utriusque sexus tam senum, quàm mulierum gravidarum, & puerorum, navem intraverunt, Qui cùm venissent in Vobburg, ubi transitus est petrosus & periculosus, nautæ navem incautè regentes, passi sunt naufragium universi peregrini. Gementes autem & nomen Confessoris Christi Willibaldi devotissimè invocantes, visi sunt Danubio velut * anete supernatare, quamvis plurimi ex illis artem natandi nunquam exercuerunt. Et pueri ac mulieres impragnatæ illæsi ad portus exivère diversos. Dux verò Bavariæ Ludvvicus, & ministeriales, ac alii hospites ante portam castri stantes, velocissimè, cùm viderunt præfatos naufragari, ad Danubium cucurreruot, omnibus naves habentibus sub interminatione rerum, & personarum districtissimè præcipientes, ut naufragantibus subvenirent. At illi naufragi extensis manibus respondentes dixerunt, se nullius auxilio egere, nisi solius Confessoris S. Willibaldi. Et ita omnes salvi & incolumes evaserunt, B. Willibaldo existente ductore. G

Ingolstadium.

Foburgum.

* anates.

Grande miraculum in Danubio ad Foburgum.

H IX. Signum. Quidam volentes visitare limina B. Willibaldi, se conduxerunt in quodam ligno, quod dicitur * Floze, transeuntes venerunt in oppidum, quod Rayn nuncupatur, ubi Lycus partem Danubii influit. Inibi ex impetu concurrentium aquarum * remes sunt confracti, præ angustia corporis, quia Floz fundum adiit, ortus est ingens clamor omnium in ligno confidentium; & unà omnes invocantes nomen Confessoris Christi clamabant: O. B. Willibalde, trahe nos ad portum salutis tuæ gratia pietatis. Illico apparuit illis vir infulatus, tanquam Clericus, albis vestibus indutus, tenens vexillum album in dextera, & Crucis signum per medium rubei coloris; cum fini-

* Floß/ratis.

* remi.

Invocatur S. Willibaldus in periculo naufragii.

A finistra gubernabat lignum, omnibus videntibus cum pleoirudioe gaudiorum; ita videlicet, ut fine difficultate pontem transirent, & omnes in eo consistentes ad portum salvi devenerunt.

Apparet periclitantibus, & ex periculo eripit.

X. Signum. Qoidam Preshyter de Ulma privatus auditu limina diversorum Sanctorum pro recuperatione auditus adiit. Cùm

B nil proficeret, tandem commemorans gratiam, quam Dominus propter dilectionem S. VVillibaldi, omoibus ad se venientibus impertiretur; sub tali conditione, se limina aditurum prædicti Confessoris vovit, si sibi per interventiooem ejusdem Confessoris auditus intra triduum restitueretur. Tertio die circa vesperas cùm staret orans, quam diem sibi pro termino statuerat, auditum recepit. Qui votum suum implens venit Eystet, & juramenro sibi hoc accidisse affirmabat. Prætetea idem sacerdos tam debilem visum habebat, quòd terras sine ductore transire ooo poterat, & liniens se cottidie vino, quo B. VVillibaldi ossa lota fueraot, sine ductore abscessit.

Surdus auditum recipit.

C XI. Signum. Quidam puer in Rugeshoven fuit submersus, amicis & cognatis ipsum deferenribus cum maximo ejulatu & clamore ad chorum Cathedralis Ecclesiæ, ipsum aræ superposuerunt, S. VVillibaldi brachio circumlinientes multis astanribus & videntibus magnalia Christi & sui Præsulis, est resuscitatus. Uode versus;

Puer aquis exstinctus resuscitatur.

Extant sanati per Præsulis acta Beati,
Sex homines chiragra, sex alii podagra.
Visum restituit Willibaldus peregrinis.
Uni ceu quivis, ut sua spes voluit.
Signáque sunt facta per juramenta probata,
Plura licet varia præfuerint alia.
Et tot adhuc certè nova clam profert & apertè;
Signa quòd hæc verum non capiunt numerum.

D Hæc sunt tredecies signa peracta dies. Supradictis pauca ex inoumeris adjicienres, quæ tempore nostro peracta novimus, ad finem legeodæ properemus.

Erat quædam mulier in civitate Eystettensi honestæ vitæ ac bonæ conversationis, quæ vertiginem capitis patiebatur, & acutissimarum sagittarum, ac reverberationum ictus intolerabiles ea vehementia sentiebat, quòd quasi omni bora videretur periculum excerebrationis vel dementationis ipsi imminere: & cùm hujusmodi ictus reverberationum ad oculos descendebant, lumine privabatur, & sanguineæ guttæ de oculis ejus stillabant. Hæc ad tumbam beatissimi Confessoris Christi Willibaldi veniens, ac ipsam maou tangens salutifero contractu sperans curari caput suum, io virtute sacri contactus circumtaogebat frootem & oculos attrectaodo; quo facto in ipsa hora curata est.

Mulier quædam à gravissima vertigine liberatur.

E Item oos ipsi more solito in studio lectionis existenres, quædam passio viscerum adeò vehemens & dolore pleoa nos subitò apprehendit, quòd, si contiouata fuisset usque in vesperam, omnioo, ùt certissimè credimus, & experimenro doloris didicimus, ab luce hujus sæculi migrâssemus. Surgentes igitur cum magna attritiooe corporis, & multa contritione mentis, difficultare inenarrabili, ad chorum B. Willibaldi pervenimus, & cupientes ascendere per paucos gradus, qui inibi in ascensu ejusdem chori habentur, non poteramus; sed ante januam stantes imaginem Virginis ac matris Dei ex opposito

F in fioe chori locatam, quæ verso vultu iogredientes respicit, lamentabiliter aspeximus, orantes in hæc verba: Beata mater Dei, ob reverentiam & honorem B. Willibaldi Capellani tui, qui semper te singulariter hooorando venerabatur, me indignum successorem suum curare digneris, præsertim cùm hæc passio in compositione sui operis ac Legendæ me invaserit. Et illico ipsa bora curati sumus, nullum dolorem vel aliquod vestigium doloris ex ipso momento curationis sentientes. Hæc autem in verbo Domini dicimus, testimooio bonæ conscientiæ noo mentientes.

Philippus commentarii hujus scriptor, à subito & periculoso morbo sanatur B. Virginis & S. Willibaldi meritis.

G Priusquam finem lecturæ impooamus, cuidam quæstioni respondere concupiscimus. Solent namque plerique insultando quærere. Cùm B. Willibaldus à Deo innumeris præferatur miraculis, cur Ecclesiam suam ab injustè eam turbantibus interdum permittat tribulari, & oon ad lineam omoia ulciscatur, nihil impunitum derelioquens.

Quæstio curiosorum.

H Ad quæ respondemus: Quòd B. Willibaldus exemplo Salvatoris nostri multa ad tempus dissimulat, ut se virtute patientiæ eminentem ostendat. Quædam verò nequaquam dissimulat, ut se compatientem Capellanis suis patefaciat. Hoc tamen examinatione multi temporis compertum est, & ipsi experti sumus, quòd Barones, terrarum principes, vel cujuscunque conditionis nobiles Ecclesiam Eystettensem in rebus vel persoois, suæ salutis immemores, contra Deum & justitiam venientes, ausu temerario molestantes, vel quoquo modo indebitè perturbantes, absque solatio liberorum defuncti inveniuntur. Sanè autem *absque solatio liberorum* dicimus, qui vel omnino sine liberis moriuntur, vel si liberos babeant, oullam materiam, lætitiæ, vel bonoris, sed materiam tristitiæ & doloris in eis ioveniunt.

Pœna in eos, qui res & jura S. Willibaldi turbant & invadunt.

Sic igitur opinantes nomen Eystettensis Ecclesiæ suis iovasionibus extinguere; se ipsos perimunt; & nomen, quod posteritati suæ servandum esset, ac celeberrimè

A continuandum, miſerabiliter amittunt; & in quibus Eccleſiam offendere conantur, mirabili diſpenſatione divina, nimitum interdum exaltant. Nam Feuda, quæ nunquam fideliter deſervièrunt, ultione ingratitudinis ac * pejerationis cùm ſine poſteritate liberorum moriuntur, ad præfatam Eccleſiam utiliter, glorioſè, & Deo laudabiliter revertuntur. Quid plura? *Benedictio, claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſæcula ſæculorum, Amen.* Qui nobis talem præfecit pacis principem, cui Sacerdotii nomen manet in æternum.

* pejorationis.

Apoc. 7.

Eſaiæ 9. Eccleſ. 45.

B Ad ſancti ac beatiſſimi Patris noſtri, beati Præſulis Willibaldi laudes addidiſſe aliquid, decerpſiſſe eſt. Cùm ſiquidem virtutum ejus gratia non ſolùm ſermonibus ſit exponenda, ſed operibus comprobanda: hinc ergo pſalmi reſonent, concrepent Lectiones. Hinc populorum turbæ lætentur, hinc pauperes Chriſti ſubleventur. Surrexit enim Sacerdos magnus in nobis, per quem Dominus viſitavit plebem ſuam, de quo famoſa lectione pariter & prædicatione dicere poſſumus. C Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo, & inventus eſt juſtus. Ecce per demonſtrationis præſentiam. Ecce per ſanctitatis evidentiam. Sacerdos magnus, non ſolùm propter gratiarum exuberantiam & virtutum magnificentiam; ſed etiam Sacerdos magnus propter Pontificalis officii dignitatem. Hic in diebus ſuis placuit Deo, propter divini amoris familiaritatem; & inventus eſt juſtus, propter finalis juſtitiæ æquitatem, quam ſemper gratioſè tenuit in exercitio viæ, quoad uſque feliciter attingeret in patria repoſitam ſibi coronam juſtitiæ: ad quam meritis B. Willibaldi nos perducat JEſus Chriſtus, qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto, vivit & regnat Deus in omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Eccleſ. 44.

D *Explicit Legenda de vita S. Willibaldi Epiſcopi & Confeſſoris, quam de veteribus ſchedulis collectam Dominus Philippus Venerabilis Eyſtettenſis Epiſcopus renovavit. Anno Domini M. CCC. LX.*

JACO-

JACOBI GRETSERI
SOCIETATIS JESU
THEOLOGI

OBSERVATIONUM

IN

PHILIPPI

EPISCOPI

DE

DIVIS EYSTETTENSIBUS

COMMENTARIUM

LIBRI DUO.

IN

QUIBUS VARIÆ DIFFICULTATES

HISTORICÆ

EXAMINANTUR, ENUCLEANTUR

ET ILLUSTRANTUR.

JOB CAP. VIII.

Interroga generationem pristinam, & diligenter investiga patrum memoriam. Et ipsi docebunt te, loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia.

IN
B. WALPURGEM,
E
CUJUS SACRIS OSSIBUS
OLEUM MIRE FUNDITUR,
JUGIS CASTIMONIÆ
INDICIUM.

Nympha Sacrata DEO, ſtillant tua viſcera rore,
Cur pingui, & duro liquor oſſe fluit?
Viſcera plena Deo, cœli nutrita medullis,
Scilicet exſudant virginitatis opes.
Neſcit virginitas, neſcit ſterileſcere tellus,
Quæ nunquam Veneris dente ſubacta fuit.
Areſcit vivens, carnis quam gaudia palpant,
Mortua pingueſcens intemerata manet.

S. RICHARDO
D.D.D.
WILLIBALDI, WUNIBALDI
ET
WALPURGIS
GENITORI.

Anglia multa tibi debet, Germania multa;
Nam tua progenies auxit utramque bonis.
Hanc celebrem fecit cultu, Natalibus illam,
Utraque tranſcribit dona beata tibi.

IN-

INDEX CAPITUM
LIBRI PRIMI OBSERVATIONUM.

INDEX CAPITUM
LIBRI SECUNDI OBSERVATIONUM.

OBSERVATIONUM IN COMMENTARIUM PHILIPPI EPISCOPI EYSTETTENSIS, DE VITA ET REBUS GESTIS SS. RICHARDI, WILLIBALDI, WUNIBALDI ET WALPURGIS.

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

De scriptoribus vitæ Willibaldinæ, Wunibaldinæ & Walburginæ.

A Vitam & res gestas S. Willibaldi litteris mandavit I. Sanctimonialis illa, quæ *Hodæporicon* seu *Itinerarium*, Hierosolymitanum S. Willibaldi conscripsit; quod extat Tomn IV. Antiquæ lectionis; ubi etiam D. Canisius disquirit, num Monialis ista fuerit ipsa Walpurgis, soror Willibaldi; an aliqua alia. Et credibilius est, aliam fuisse, ob rationes, quas ibidem D. Canisius adducit, tametsi Adalbertus Abbas Heidenheimensis pro certo habet, S. Walpurgam de rebus gestis fratrum suorum Willibaldi & Wunibaldi commentaria scripsisse, profitetur enim non semel, se ex bis lucu-
B bratiooem suam de S. Willibaldo & Wunibaldo contexuisse. Ejusdem sententiæ est Medibardus in Rhythmis de S. Walpurga. *Superstes*, inquit, *utrique fratri, utriusque breviter, sed veraciter conscripsit vitam insignissimam.* Quaoquam errat, cùm Walpurgam utrique fratri superstitem fuisse ait; mortua eoim est ante VVillibaldum, ùt testatur Philippus & alii. Utrum autem Adalbertus *Hodæporicon*, &, historiam VVillibaldinam, quæ Tomo IV. Canisiano extant, significet; eáque à S. VValpurga conscripta crediderit, an alia commentaria ab eadem virgine elaborata viderit, affirmare non habeo. Certè pleráque si non omnis, quæ C
Adalbertus affert, in historia VVillibaldina & Hodœporico inveniuntur; quod Hodœporicon styln paululùm limatiore Anonymus quidam reddidit, recisis nonnullis, ùt Tomo IV. Antiquæ Lect. videre licet.

II. Eandem vitam VVillibaldinam io literas retulit Regiooldus XI. Eystettensis Episcopus, teste Bruschio io Catalogo. Num verò Historia, quæ Tom. IV. Antiq. Lect. inserta est, sit illa, quam Reginoldus scripsit, non facilè dixerim.

Idem Reginoldus Musices peritia pro D
temporum illorum ratione excellenter instructus, rhythmis quoque ad Musicos modulos accommodatis S. VVillibaldum cohonestavit; de quo Anooymus Auctor, qui sub Gundakaro II. hujus nominis Eystettensi Episcopo vixit, ista. Reginnldus, *accepto Episcopatu summo studio summáque devotione, historica de S. Willibaldo carmina composuit, totámque scientia sua vim in his decorandis atque mirabiliter variandis excitavit. Hinc est enim, quòd quibusdam Responsoriis longissimas in fine notulas apposuit, eisdémque notulis versiculos, instar sequentiarum, subjunxit. Quod quidem in tertio, sexto, & nono fecit. Et tertio paucos versiculos, sexto plures, nono dedit plurimos. Sed vide ordinem. Tertio minimum iter, id est, initium peregrinationis attribuit, scilicet, ubi de patria exivit. Sexto majus, quo Romam venit. Nono maximum, quo Hierosolymitani itineris qualita-*

tem

A *tem in versiculis noni Responsorii conatus est exprimere. Nam quemadmodum sanctissimus viator noster de Italia in Græciam, de Græcia in Judæam, Iterùmque de Judæa in Græciam, de Græcia in Italiam, & inde hæc ad nos usque salvus pervenit: ita solertissimus noster Musicus primò latinos, dein græcos, mox hebræos, iterùmque græcos, ad ultimum latinos fecit versiculos.* Hucusque Anonymus. Sed num hæc Responsoria, & tam exasciata cantica & carmina alicubi supersint, nescio. Hoc scio, in Breviario & Missali Eystettensi non comparere.

B III. Vitam VVillibaldinam ad posteritatis memoriam transmittere studuit Philippus XXXIX. Eystettensium Episcopus, quem nunc primùm in lucem proferimus; hactenus enim in membranis, calamo exaratis delituit; nisi quòd superioribus annis Reverendissimus Dominus *Laurentius Eysezephius*, Suffraganeus Eystettensis, epitomen quandam inde confecit, & evulgavit in *charta*, ùt vocant, *patente*: & cùm commentarius Philippi non tantùm contineat res gestas S. VVillibaldi; sed & nonnulla de SS. Richardo, VVunibaldo & VValpurga delibet, epitome Eyszephiana de iisdem Sanctis nequaquam siluit. Quidquid autem Philippus in hac lucubratione affert, id se ex antiquioribus monumentis accepisse non semel testatur.

C *De S. Richardo nihil* ex instituto, quod ego quidem compererim, reperitur, præter id, quod Tomus I. Surii ad VII. diem Februarii suppeditat. Epitaphium nonnulli indigitant.

S. VVunibaldi vitam sanctimonialis Heidenheimensis conscripsit, stylo impolito & prorsus inculto, quam invenies Tomo IV. Canisiano, sed fine mutilam, quamvis pauca deesse videantur. Uterque tamen codex manuscriptus Arcis VVillibaldinæ, verbis illis terminatur: *Et gaudens pergebat, qui tristis veniebat.* Omissis illis, quæ in Canisiana editione subjunguntur, ut probabile sit, editioni Canisianæ potiùs aliquid superesse, quàm deesse.

D Scripsit etiam S. VValpurgis de rebus gestis & miraculis S. VVunibaldi, testibus Philippo cap. 28. Adelberto & Medibardo, de quibus suprà. Quæ scriptio vel periit, vel alicubi adhuc delitescit; nam illa, quæ Tomo IV. Canisiano inserta est, ab alia manu venit. Affert Philippus in hoc suo commentario non pauca de S. VVunibaldo, cujus acta longè antè scripta illustraverat Reginoldus Episcopus, teste Bruschio, sed scripta hæc vel interierunt, vel alicubi adhuc cum blatis & tineis, cúmque situ & pulvere bellum gerunt.

De eodem Sancto edidit ante paucos annos non ineruditum commentariolum, R.P. *Carolus Stengelius*, Ordinis D. Benedicti, Augustæ Vindelicorum ad S. Udalricum Professus, interspersis haud paucis de S. Richardo, de S. VVillibaldo, de S. VValpurga, déque eorundem cognatis, S. Bonifacio, S. VVillibrordo, & S. Sola.

E Res S. VValpurgis proprio syntagmate complexus est Philippus, quod Tomo IV. Antiq. Lect. leges. Ex quo jussione Monialium VValpurgensium confecta est illa Epitome, quam non ita pridem publicavit *D. Petrus Stevartius*, Academiæ Ingolstadiensis Professor & Procancellarius. Philippum antecessit VVolfardus Hasenriedensis, qui vitam & miracula D. VValpurgis quatuor libris exposuit; quos Erkanbaldo Episcopo Eystettensi dedicavit, duos priores, quamvis non integrè, vulgavit Tomo IV. D. Canisius. Omnes & integros, adjunctis tamen Canisianis, debet lector D. Stevartio, qui ex Codice manuscripto eos exscribendos, & in lucem promendos curavit.

F Porro miracula S. Walpurgis, quæ Wolffardus soluta oratione executus est, rhythmis inclusit *Medibardus* seu *Medingaudus*, cujus metricum laborem nunc tandem in publicum proferimus; commodissimè Wolffardo Stevartiano jungi potuisset, si, cùm excuderetur, ad manum manuscriptus codex fuisset.

G De Wolffardo hanc historiolam reperi in Anonymi, de quo antea, syntagmatio. *Cùm graviter contra Episcopum* (Erckanbaldum) *deliquisset, & in carcerem missus, veniam per neminem impetrare potuisset, egomet, inquit, intercessor mihi fiam, factisque in carcere historicis de sancta Walpurga carminibus, tandem egredi permissus, ut ante Episcopum venit, novum illud sanctæ Virginis Responsorium alta voce percantavit, sicque non solùm veniam, verùm etiam honorem & remunerationem promeruit.*

Supradictis scriptoribus omnibus antiquior est S. Willibaldus, quem sororis suæ Walpurgæ vitam in literas misisse, scribit Balæus Centuria secunda Scriptorum Britanniæ, & Centuriatores Cent. IIX.

H Idem Balæus Cent. VII. alium vitæ Walpurginæ scriptorem nobis suppeditat, Joannem videlicet Pole seu Polum, illustris generis sacerdotem; ipse per calumniam *sacrificulum* appellitat: qui in Italiam profectus, *Richardi cujusdam Anglorum reguli Sarcophagum in quodam pago reperit.* Siccine Luca nobilissima & amplissima Hetruriæ civitas tibi pagus est? Ibi enim sepulchrum S. Richardi visitur. Nec alibi Polus iste Sarcophagum S. Richardi reperire potuit, quàm Lucæ. Quid amplius Balæe? *Ex cujus filia Walpurga, mulieris olim Anglica, amore, vel saltem ad eam, ùt loquuntur, devotione, quidquid monumentorum veterum illic reperire pote-*

A *rat, arrepto statim calamo, membranis tradidit.* Bonum factum, ô Balæe, utinam Poli hujus lucubratio non ad tuas, sed ad nostras manus pervenisset. S. Walpurga *mulier* fuit; sed sancta & virgo, in ejus cultum meritò accensus est Polus, quandoquidem non ignorabat, eam cum Deo in cœlis immortalem vitam agere; itaque si vitam S. Walpurgæ uno libro, & uno itidem miracula ejus complexus est, fecit, quod pietas & reverentia exigebant; qui, si scribit, magnum illud Deiparæ dicatum templum Antuerpiæ primitus à S. Walpurga exstructum esse, causas sine dubio, cur id scriberet, habuit. Ego cùm Auctorem istum non viderim, nihil, quod aut affirmem, aut negem, habeo. Claruisse fertur Polus anno M.CCCC.XXX. mortuus & sepultus Coloniæ.

B Addatur denique Adelbertus Abbas, qui sub Eugenio III. Pont. Max. syntagma quoddam de tribus his Divis collegit, tametsi potissima ejus cura est ostendere, quomodo Monasterium Heidenheimense à S. Wunibaldo conditum, & posteà ad Canonicos seculares translatum, opera Eugenii III. Rom. Pont. & Eberhardi Episcopi Bambergensis ad Ordinis Benedictini professores redierit.

C Silentio hîc præterire nequeo clarissimum, mihique, dum viveret, amicissimum virum *D. Henricum Canisium* SS. Canonum in Academia Ingolstadiensi Professorem celeberrimum, quem de Divis Eystettensis Ecclesiæ quàm optimè meritum esse, nemo sanæ mentis abnuerit: cùm eis vitam quodammodo apud homines restituerit, vindicatis in lucem Commentariis, quibus eorum præclarè facta explicantur: Ipse enim Tomo IV. Antiquæ Lectionis vitam geminam S. Bonifacii evulgavit; alteram, scriptam ab Othlono, alteram, à S. Willibaldo. Ipse eodem Tomo, cùm alia ad S. Willibaldum pertinentia, tum duplex ejusdem Hodœporicum seu Itinerarium protulit. Ipse S. Wunibaldi vitam antea non visam
D lectoribus legendam exhibuit. Ipse Commentarium Philippi Episcopi Eystettensis de vita S. Walpurgis, & alterum Wolfhardi Hasenrietani de miraculis ejusdem sanctæ Virginis publicavit, ut proinde & lectores, & Biographi, & ipsi Divi nostri laboribus Canisianis gratias debeant; quas eum à cœli indigenis jam accepisse ipsa in felicissimam illorum societatem cooptatione, nullus dubito, & ut non dubitem, facit vita semper inculpatè ac innoxiè acta, & si quisquam est, cujus tumbæ meritò adscribatur:

INTEGER VITÆ SCELERISQUE PURUS is Henricus Canisius est.

Circumferuntur de iisdem Divis Eystettensibus quædam vernaculo idiomate, quorum pars edita, pars inedita; nam quæ ex E
Codice Walpurgensi latinè publicavit D. Stevartius, ea quoque in Germanicam linguam translata sunt; sed typis non excusa, tametsi digna typis, ut & latinæ linguæ imperiti intelligant, quàm procul à majorum suorum tramite abscesserint; qui malunt jam aures dare Luthero vel Calvino, quàm fratribus S. Walpurgæ, Willibaldo & Wunibaldo. *State super vias*, monet Propheta, Hierem. 6.
& videte & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea: & invenietis requiem animabus vestris. At quis fructus hujus tam fructuosæ & saluiferæ admonitionis? *Et dixerunt: Non ambulabimus; Et constitui super vos speculatores: Audite vocem tubæ* (Willibaldinæ & Wunibaldinæ) *& dixerunt: Non audiemus.* Quis obstinatæ hujus pertinaciæ finis? *Ecce ego adducam mala super populum istum: fructum cogitationum ejus: quia verba mea non audierunt, & legem meam* (per Willibaldum & Wunibaldum annunciatam) *projecerunt.*

CAPUT II.

Etymon, originatio & diversitas scripturæ nominis Willibaldi, *aliorúmque huc pertinentium.*

IN omnibus ferè hujus generis vocabulis, quæ à septentrionalibus populis fluxerunt, magna apparet scripturæ varietas, quam, si nomen *Willibaldi* non effugit, quid mirum? Hinc legas: *Willibaldus, Wilibaldus, Wilbaldus, Bilibaldus, Bilbaldus, Williboldus.* Frustra enim sunt, qui separant; cùm *a* & *o* in his permutare perquam solenne fuerit: nam cui ignota sunt ista? *Reginaldus, Reginoldus, Arnaldus, Arnoldus, Magnoldus, Magnaldus* seu *Magnoaldus, Bernoldus, Bernaldus*? Apud Aventinum hominem novandorum vocabulorum cupidissimum lib. 3. Annalium Boicorum invenies *Wileualdum*; & fratrem ejus *Wunebaldam*; terminatione seu positurâ fœminina. F

Est autem Philippo nostro Cap. 4. Willibaldus, prompta voluntas, *citò volens*, nam Germanis voluntas est Will; & Bald; *citò.* unde fortassis & simplicia illa, *Baldo* & *Baldus*; nisi malis à *sylva* seu Wald deducere; ut sint quasi *Waldo* & *Waldus.* *Wila* seu *Willa* simplex muliebre nomen, quo appellata est uxor Berengarii Regis apud Reginonem, cum plurimis in compositionem venit, ùt videre est in Catalogo vocabulorum propriorum Alamannicorum. Tomo II. Rerum Alamannicarum. G

Aliis alia Etymologia arridebit; nominatim illa Aventini in *Nomenclatura*, ubi isthæc. H
Billebald, Bilbold. à sylva. Vualivalda est primus

A *nus Aichstadiensis Episcopus*. Quo loco aliam novationem in nomine Willibaldi observes licet. Wald, inquit idem Aventinus, *silva est. Unde* Wallen *est votis susceptis ad templa peregrè proficisci*. Nos Wallen nominamus, nam literæ *u*, duplex *vu*, & *b* permutari solent, ùt & *b* & *p* apud Germanos: Quo fit, ut Willibaldus quibusdam fit Bilibaldus.

B Erit fortè, qui Willibaldum interpretetur, *feram sylvam*, ein Wilden Wald. Alius aliter. Ita nunquam ingeniis desunt lusus, in quibus se exerceant. Legi libellum hoc titulo: *Aliquot nomina propria Germanorum ad priscam Etymologiam restituta*. Cujus Auctor ne ad hanc cœnam asymbolus veniret, hanc symbolam liberaliter confert. Wilibald, Bilibald, *rectiùs* Bileiwald, id est, *multis præfectus, multa gubernans, quasi supremus vel major gubernator super cæteros, vel enim, accentu circumflexo, Saxonicè multùm significat, aut à bonitate* Woltwald, *bene gubernans, velut ominis boni gratia sic vocatus*.

C Wunibaldus quoque variam sortem subit; quippe qui interdum fit *Wunnibaldus*, geminato *n*, Interdum *Winibaldus*: Aliquando *Winbaldus*: Aventino *Wunebalda*. Quibusdam *Wunipaldus*. Aliis, *Bunebaldus*. Posterior pars nominis cùm sit eadem, quæ in nomine *Willibaldus*, eandem quoque ingeniis ludendi & fingendi materiam subministrat. Prior pars videtur esse à Germanico wun seu wohn, quod est *opinio, suspicio, & existimatio* (unde compositum argwohn;) ùt cùm dicimus; *Res evenit mihi* nach meinem Wun seu Won und Wunsch, *prout putabam, suspicabar & optabam*. Qua notione Wunibaldus erit, *existimans citò, suspicans citò*. Hæc mea conjectura est. Alius aliud conjectet, campus enim iste liberrimè omnibus conjectoribus patet; & sine periculo hæreseos, tametsi non sine periculo excitandi risus decurritur.

De Etymo nominis *Walpurgæ* seu *Walpurgis*, nihil dico: singulas originationes, etiam Goropianas, inveniet Lector apud *D. Petrum Stevartium* in Notis ad vitam S. Walpurgæ.

D Richardus latinâ linguâ est *dives valdè*, inquit Philippus Cap. 11. hart enim Philippo idem est, quod *vehementer*. Aventious in Nomenclatura. Reichardus, *divitiarum sive Regni thesaurus. Richarda Augusta, uxor Imperatoris Caroli III. Richissa, Augusta, uxor Imperatoris Lotharii II.* Auctor libelli Etymologici, de quo suprà mentio facta, allum ludum ludit. *Ricardus*, inquit, *Ricardis*, Reichrat, Ricrat *vel à divitiis, quasi dives consuli; vel verius*, Rechrat, *consul inter gigantes, nobiles, Heroas*. Recke *enim significat proceros, magnos, heroicos, fortes viros, gigantes. Hunc hodie videntur appellare* Kriegsrat. An habet hic Lector, quod culpet, quasi iste fingendi prurigini nimis parùm indulserit?

Variè porrò scribitur Richardi nomen. E
Richart, Richhart, Rihart, Rihchart, Rihhart; Nec cum hoc tantùm, sed eum plurimis aliis propriis nominibus componitur, ùt docebit te Catalogus propriorum nominum Alamannicorum, Tomo II. Antiquit. Alamanniæ.

Uxor S. Richardi dicitur appellata *Bona* seu *Bonna*, scribunt etiam Wuna, Wona. Item Wuunna & Wuona, nec *Bona*, hoc loco est Latina vocula, sed Germanica, significans *opinionem* seu *suspicionem*. Etsi Latinis quoque propria nomina sint *Bonus* & *Bona*.

F Germanis, Guta seu Guota. Græcis, *Agatha*; à qua dictione per aphæresin & apocopen ipsum vocabulum Germanicum desumptum videtur; Quàm enim facilis mutatio Gat in Gut; unde Germanis quoque Got, quasi Gut, quid enim melius Deo? composita sunt Gutdraud, Gutdrud, *bene fidens, nihil mali timens*. Gutodruda, Regina Longobardorum, uxor Luitprandi, filia Theodonis, Ducis Bojorum. Guta fit etiam Cuota, Cuata mutato *G* in *c*, solenni scilicet more. Composita Cuotarat, Cuoterat; *bonum consilium*: Cuotchind, *bonus filius, vel bona filia*. Cuotwina. *Bonum vinum*.

G Serò autem apud Germanos & Alemannos consuetudo obtinuisse videtur, ut à Sanctis nomina imponerentur; sed quemadmodum Græci & Latini ex sua; ita Germani, & qui ex Germanis in alias regiones colonias duxerunt; ex sua lingua tam viris, quàm mulieribus appellationes indebant, donec tandem melior mos evaluit, qui & hodie apud plerosque obtinet, ut nomina propria non nisi à Sanctis utriusque veteris ac novæ Legis petantur. Quanquam plerisque Sectariis jucundiora accidunt Prophetarum antiqui Testamenti vocabula, quàm Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Monachorum, Virginum, & Viduarum.

H In Canone XX. Concilii Nicæni ex Arabica versione ita præcipitur: *Fideles nomina Gentilium filiis suis ne imponant, sed potiùs omnis natio Christianorum suis nominibus utatur, ùt Gentiles sui utuntur, imponantùrque nomina Christianorum secundùm scripturam in baptismo*. Quod in aliis itidem posterioris ævi Conciliis decretum novimus. Sed nescio, quàm sanctè ubique terrarum statutum hoc observetur; nisi quòd, qui nomen nullius Sancti accepit, eò eniti debet, ut nomen profanum sanctificet, ita ut posteris tanquam sacrum & venerabile imponi queat: quo pacto sanctificata sunt nomina Saxonica

ca ſeu Teutonica *Willibrordi*, *Willibaldi*, *Wunibaldi*, *Walpurgis*, & id genus alia, quæ nunc infantibus, quando ſalutifera baptiſmatis unda abluuntur, veluti à ſanctiſſimis viris uſurpata, & uſurpando conſecrata imponi conſueverunt.

A Ridiculè Calviniani Miniſtri in Synedriis ſuis Belgicis & Francicis apud Schultingium *in Hierarchica Anacriſi*. *Liberum eſt filiis imponere nomina, qualia quis velit.* (Ergóne etiam Ethnica, Turcica, Saracenica, Japonica, Sinica, Braſileenſia?) *Quilibet tamen monebitur, ut nomina Deo & Christo propria, ùt Emmanuel, Salvator, &c. & officiorum ac miniſtrorum, ùt Angelus, Baptiſta, & ſimilia, quæ ſapiunt ſuperſtitionem, filiis non imponat.* Quàm religioſi & reverentes ſunt iſti Calvinicolæ? Unde tam ſubitò tanta eis religio & reverentia? Bene actum cenſeo cum Emmanuele Rege Luſitaniæ, cum Angelo Politiano, & cum Baptiſta Mantuano, quòd in horum tempora non inciderint, alioqui nova nomina ſibi ſumere coacti fuiſſent; quamvis nominum innovatio & mutatio, etiam poſt Baptiſmum, culpanda non ſit, ſi cum ratione fiat. Quare jam olim Romanis Willibrordus factus eſt *Clemens*; VVinfridus, *Bonifacius*, quia Italicis auribus Germanica illa nomina nimis dura & aſpera videbantur.

B Sed ut ex hoc diverticulo domum redeamus; Wona Teutonicum vocabulum eſt, ſignificans *opinionem* & *ſuſpicionem*, nec pro Latino habeas, licèt W in *B* mutato, *Bona* tibi occurrat, ùt antea dictum eſt.

CAPUT III.

S. Willibaldum fuiſſe Anglum ſeu Angloſaxonem, non Scotum aut Suevum.

C PRobatur hoc I. ex Hodœporico S. VVillibaldi, ubi non procul ab initio Scriptrix illa dicit: VVillibaldum infantulum graviter ægrotantem oblatum fuiſſe *ad Dominicam ſanctámque crucem Salvatoris, quia ſic mos eſt Saxonicæ gentis*, inquit, *quòd in nonnullis nobilium bonorúmque hominum prædiis non Eccleſiam, ſed ſanctæ Crucis ſignum in ſublime erectum, cum magno honore habere ſolent.* Erant ergo parentes VVillibaldi, & quod inde ſequitur, ipſe VVillibaldus, de gente Saxonica; quandoquidem ex more gentis ſuæ Saxonicæ Crucem erexerant.

D Idem probatur II. ex Hodœporico altero, cujus ſcriptor vel potiùs prioris Hodœporici *Epitomator* anonymus eſt Tomo IV. Antiq. Lect. qui in ipſo veſtibulo iſthæc. *Præſul igitur Willibaldus, Angelicæ caſtitatis inſtar, de genere Anglorum emicuit oriundus.*

Probatur III. Ex Itinerario ſanctimonialis Heidenheimenſis, quæ in præfatione diſertè ſcribit, ſe Saxonica de gente originem ducere. At ibidem eadem Monialis teſtatur, ſe eſſe propagatam *de ſtirpe genealogiæ* VVillibaldi, fuit igitur ipſe etiam VVillibaldus de gente Saxonica.

Probatur IV. Ex vita S. VVunebaldi, ubi hæc de illo: *Saxonicam iterum propriæ nativitatis terram viſitare volebat*, tentaturus, *num quem de ſua genealogia ad ſacram divinæ ſervitutis militiam* adducere poſſet. Si ergo VVunibaldus erat de gente Saxonica; cur non & frater ejus germanus VVillibaldus? E

Probatur V. Ex Reginoldo, ſi tamen is ſcriptor vitæ, quæ Tom. IV. Caniſii inſerta eſt: ubi prima verba ſunt iſta. *Originem egregii Confeſſoris Chriſti atque Pontificis Willibaldi Saxonica tellus*, id eſt, Anglia, *excepit.* F

Probatur VI. Ex VVolffardo Haſenrietano, qui initio Hiſtoriæ de miraculis S. VValpurgis, gentem Anglorum ad fidei Chriſtianæ inſtituta traductam, comparat fructuoſæ arbori, quæ radices mittit ad irriguas & nunquam deficientes aquas, *Hujus eminentis arboris ramus*, inquit VVolffardus, *exſtitit Bonifacius. Ejusdem floridæ atque frondoſæ arboris Britannicæ ramè ad nos usque extitère protenſi duo beati Confeſſores Willibaldus & Wunibaldus cum caſtiſſima ſorore Virgine Chriſti Walpurga.* Non ergo S. Bonifacius fuit Scotus, hoc eſt, Hibernus, ùt appellatur à Mariano Scoto anno Chriſti DCC.XLI. Multóque minùs S. VVillibaldus incunabula ſua Scotis debet, ſive Scotos voces Hibernos, ſive Aquilonarioris Britanniæ incolas, quem ipſe etiam Balæus Sectariorum teterrimus, Anglum, & quidem *Devonium*, facit. *Wellibaldus Devonius*, inquit Novator Centur. 2. ſcriptorum Britanniæ cap. 16. *ex illuſtribus tam orientalium, quàm occidentalium Anglorum ortus familiis, &c.* G

Quanquam Marianus ad annum Redemptoris 717. Bonifacii natale ſolum Angliam ſtatuit iſtis verbis: *His temporibus Winfridus, qui poſtea cùm Epiſcopus ordinaretur, Bonifacii nomen accepit, doctor Catholicus, natione Anglus, primum Romam, deinde cum auctoritate Gregorii Papæ in Franciam ad prædicandum verbum Dei venit.* Legerat etiam Marianus Epiſtolam Zachariæ Pontificis ad S. Bonifacium, quæ eſt inter editas à Serario 140. in qua diſertè ſcribitur, Bonifacium fuiſſe *natum & nutritum* in tranſmarina Saxonia de gente Anglorum. Legiſſe Marianum hanc Epiſtolam inde liquet, quia citat illam ad annum Domini 743. itaque quòd hoc ipſo anno, & anno 741. *Scotus* appellatur, id non à Mariani, ſed ab alterius manu profectum videtur; nam quædam Mariani Chronico ſuperaddita fuiſſe teſtantur illi, qui calamo exaratos Chronici illius Codices paulò vetuſtiores inſpexerunt. H

Accedat VII. Othlonus, qui in S. Bonifacii vita ait, S. Bonifacium in patriam ſuam,

A am, hoc est, in Angliam, misisse, & inde ad Germanicam animorum messem evocâsse tam viros, quàm fœminas, Willibaldum, Wunebaldum, Walpurgam, Liobam & alias. Porrò patriam Bonifacii, Othloni sententia, fuisse Angliam, planum fit ex ipso statim vestibulo Historiæ Bonifacianæ, & res per se dilucidior est, quàm ut longa probatione egeat. Ex quibus consit, etiam S. Richardum, patrem S. VVillibaldi, fuisse Saxonem seu Anglum, seu Anglosaxonem: neque enim VVillibaldus, VVunibaldus & VValpurgis rectè dicerentur ex Saxonica gente vel stirpe progenerati, si Richardus fuisset Suevus, vel Burgundus, ùt nonnulli volunt.

B Observetur autem; etsi *Anglus* & *Saxo* absolutè distinguuntur, sæpè tamen promiscuè pro eadem natione accipi, cùm simul in Albionem seu Britanniam migrârint, & ante hanc migrationem, vicinis quoque sedibus copulati fuerint; hinc compositum illud *Anglosaxo*. Consule Serarium lib. 3. Rerum Mogunt. Notatione prima in S. Bonifacii vitam.

CAPUT IV.

Utrum Richardus fuerit Dux Sueviæ.

C Lib. 3. cap. 375. AFfirmant recentiores Munsterus in sua Cosmographia, Henricus Pantaleon de viris illustribus Germaniæ: Martinus Crusius in Suevicis, vel potiùs Volu- Volum. 2. Generat. 43. sianis suis Annalibus. Nauclerus, Irenicus, Chronicon Anonymum excusum Norinbergæ anno Christi MCCCC. XCIV. & Philip- Lib. 3. Exeg. Germ. cap. 80. pus noster. Denique Breviarium Eystettense ait Richardum *nobili prosapia ortum, patre Teutonico, Duce Sueviæ, matre verò sorore Ottonis Regis Angliæ*. Richardi patrem *Lotharii* nomen habuisse, Irenicus affirmat.

Wion lib. 4. lig. Vitæ cap. 24. Alii adhuc liberaliùs, Richardum Sueviæ Regem creant: inter quos Arnoldus VVion.

Alii cautiùs incedunt; ex quorum numero Sylvanus Razius in Annotationibus ad vitas Sanctorum Hetruriæ, qui Richardum potentissimi cujusdam equitis Germani, & Suevorum Capitanei filium facit.

D Verùm hæc de Sueviæ Regno vel Ducatu non carent difficultatibus: vidimus enim antea, VVillibaldum; & per consequens, patrem ejus, fuisse *Anglum* seu *Saxonem*, seu compositè, *Anglosaxonem*: non ergo Suevus fuit. Quanquam responderi potest, Richardum non appellari Suevum, sed Ducem vel Regem Sueviæ, non autem necesse esse, ut, qui Dux vel Rex Sueviæ salutatur, ipse itidem Suevus sit; potest enim quis sub ditione sua tenere regionem, ex qua ipse originem non ducat. Nam & hodie Magnæ Britanniæ Rex Jacobus præest Angliæ & Hiberniæ, cùm ipse nec sit Anglus, nec Hiberus, sed Scotus.

II. Nullum ex monumentis, quod millesimum Salvatoris annum antecedat, Suevici hujus Ducatus mentionem facit: Richar- E dino igitur sæculo recentior videtur: nam præter Philippum, qui & ipse post millesimum Christi annum vixit, omnes alii scriptores pro Suevico Ducatu allati, nuperi sunt, ne dicam, nuperrimi.

III. Ubi hic Ducatus vel Regnum Richar- F di in Suevia? In qua Sueviæ civitate, oppido, vel pago? nam quòd insignia Ducum Sueviæ, quæ cognationem habent cum insignibus Regum Angliæ, huc trahunt; frivolum planè est; ùt ipse etiam Wionius rectè animadvertit: quis enim nobis demonstrabit, tres illos Leones nigros jubatos, & corona regali cinctos in campo aureo (qui Ducibus Sueviæ stemma præbent) à Richardo proficisci, vel temporibus Richardi Principibus Suevorum in usu fuisse? Accedit, quòd Anglicanum digma vel stemma à Suevico dissidet; Anglicani enim stemmatis sunt Leones aurei in planitie rubra, cujus primus Auctor fuisse fertur Wilhelmus *Conquæstor*, qui ex Duce Nortmannorum Rex Angliæ factus, hujusmodi symbolum sibi formavit.

Jam verò quis commodus & patiens Wio- G nem ferat; qui fingit, Richardum tædio turbati paterni Regni Angliæ excessisse, Suevorúmque Regem creatum, aliquot annis Regnum Suevicum egregiè administrâsse, donec tandem cœlestium rerum desiderio inflammatus, Regno uxori Wunnæ seu Bonnæ relicto, & Walpurga filia S. Bonifacio commendata, peregrinationem Romam, & ad alia loca sancta cum filiis Willibaldo & Wunibaldo susceperit. Quæ omnia inania commenta sunt. Nam Richardus jam peregrinus & spontaneus exul ex Anglia venit cum filiis, non ex Suevia; nec ex Sueviæ regno Walpurgis; sed ex Anglia evocata est, cùm pro instituendis & gubernandis sanctimonialium Monasteriis S. Bonifacius & fratres ejus operâ illius egerent, ùt planum fit ex monumentis de SS. Willibaldo, Wunibaldo & Walpurga Tomo IV. Antiquæ Lectionis Canisii & ex nostro itidem Philippo.

IV. Prorsus jucundum est; quòd Irenicus patrem Richardi etiam *baptizare*, ùt vul- H go loquimur, audet, indito ei Lotharii nomine; nullo prorsus ex veterum choro teste (tametsi adstipulatorem habet Arnoldum VVionium) cùm apud antiquiores, qui de rebus sancti VVillibaldi, S. VVunibaldi & S. VValpurgis aliquid memoriæ mandârunt, ne ipsum quidem Richardi nomen reperiatur, ùt fateberis, si Hodœporicum S. VVillibaldi, & Commentarium de S. VVunibaldo, & VVolffardi libros

A libros de S. VValpurga evolvere velis. Non inficior, inveniri Richardi nomen in altero Itinerario, cujus Auctor non Monialis, sed vir fuit; & suspicatur D. Canisius scriptum ab aliquo ex Diaconis, qui ex ore ipsius VVillibaldi peregrinationem illam exceperit: Mihi autem planè contraria suspicio ob hoc ipsum injicitur; cùm enim in Hodœporico sanctimonialis Heidenheimensis nomen Richardi sileatur, credibile est, Auctorem, qui idem Hodœporicum brevius & paulò limatius scripsit, Richardi nomen ex communi persuasione & existimatione addidisse, atque adeò posterioribus seculis vixisse. Ne quid tamen dissimu-
B lem, reperitur nomen Richardi in commentario Adelberti Abbatis Heidenheimensis, qui sub Eugenio III. Pontif. Max. vixit; cujus commentarii priorem partem, quæ de Divis Eystettensibus est, ait, se confecisse ex scriptis S. VValpurgæ Virginis. Et quamvis Richardi nomen in antiquis monumentis, & in vetustis rerum Anglicanarum scriptoribus non compareret, sicuti nec nomen Bonnæ seu VVunnæ comparet; nihilominus non vulgaris impudentiæ foret, inficiari hæc nomina indita fuisse patri & matri SS. VVillibaldi & VVunibaldi, quia id ex perpetua traditione liquet, quemadmodum & ex Epitaphio S. Richardi, cujus non adeò est contemnenda auctoritas; qualis traditio Irenico minimè pro suo Lothario suppetit.

C Objicies, sæculis sexcentesimo & septingentesimo Richardi nomen inusitatum fuisse, & demum posteriore ævo usurpari cœptum, maximè ab Anglis. Respondeo, inusitatum fuisse unde probabitur? Non extare in monumentis editis utriusque illius sæculi; id fortè concedi potest. Sed quis sibi persuadeat omnia nomina viris tunc imponi solita, publicis monumentis prodita esse? tametsi jam sub Ludovico Pio Imperatore lib. 2. legum Francicarum cap. 25. & apud Auctorem, qui res gestas ejusdem Ludovici literis mandavit, habeas Richardum comitem. Et quantulum distat *Richarius* à *Richardo*? Hoc tamen nomen jam ante Carolum Magnum receptum fuisse, docet vita S. Richarii, jussu Caroli Magni ab Albino Flacco conscripta, quam Tomo II. Surii invenies.

D Verùm ne opinioni huic de Suevia omnem verisimilitudinem abjudicare videamur, probabile mihi fit, aliquos ex majoribus Richardi, priusquam cum popularibus suis Anglis, Saxonibus, Vitisque seu Jutis in Britanniam migrarent, Suevorum Duces fuisse, & inde titulum ad posteros, nominatim ad Richardum descendisse. Cùm autem varii Suevi fuerint, & sedibus valdè discreti, ùt *Suevi Longobardi*, *Suevi Semnones*, & apud Ptolemæum in Cosmographia, & apud Tacitum in lib. de moribus Germanorum, *Suevi Angli*, seu Αγγειλὸι, *Angeli*, & plures alii, animus meus eò inclinat, ut credam, majores Richardi in Suevos Anglos seu *Suevanglos* (quos Tacitus absolutè Anglos vocat) imperium tenuisse. Hos E
mediterraneos facit Ptolemæus; sed rectè dicit Jodochus VVillichius in Germaniam Taciti, etiam maritimos Suevos Anglos constituendos esse; qui inter Jutas, seu Jutlandos veterésque Saxones habitaverint: quíque cum cæteris sedes suas in Britanniam transtulerint: quos Venerabilis Beda lib. 1. hist. Eccles. Anglicanæ cap. 15. Anglorum nomine simpliciter comprehendit; Ait enim, *advenisse ex Germania in Britanniam aliquos de tribus Germaniæ populis fortioribus*, id est, de Saxonibus, Anglis, Vitis seu Jutis. De Vitarum origine esse Cantuarios, & Vectuarios, de Saxonum stirpe descendere orientales, meridianos & occiduos Saxones. De Anglis orientales, & occidentales Anglos, & totam Nordhumbrorum progeniem, ùt gentes Merciorum. Addit Venerabilis Beda regionem Anglorum, ex qua in Britanniam concesserunt, positam inter provincias Vitarum seu Jutarum & Saxonum, à tempore discessus usque ad suam ætatem, mansisse desertam & incolis vacuam.

Ex quibus liquidò apparet, non omnino F
abs re sentire vel loqui illos, qui S. Richardum Suevum, vel etiam Suevorum principem appellant, dummodo Suevorum nomine intelligant Suevos Anglos seu Anglosuevos, qui ùt ex Taciti Germania compertum est, non minima pars Suevorum erant.

Hinc etiam liquet, quomodo *Breviario* G
Eystettensi sua constet veritas. Vocat patrem Richardi *Teutonicum*. Rectè: nam & Angli & Saxones, & Anglosaxones, & Suevangli, & Anglosuevi omnes erant Teutones seu Germani. Vocat *Ducem Sueviæ*; hoc est, Anglosueviæ, quia majores ejus, priusquam cum cæteris in Albionem, desertis avitis domiciliis, abirent, Anglosuevis jura dederant. Sed ut hæc omnia, quæ de Suevis & Anglis dicta sunt, dilucidiora fiant; consultum erit inspicere Philippi Cluverii *Germaniam antiquam*, præcipuè Tabulam, qua Sueviam, quæ cis Codanum Sinum seu mare Suevicum fuit, depingit. Cui inspectioni jungatur lectio Cap. 27. Lib. 3. ubi de Suevicis gentibus ex Germania Taciti disputat.

CAPUT V. H

Utrum Richardus fuerit Rex Angliæ. Proponuntur argumenta negantia.

SÆpius apud memetipsum hæsitavi cogitans, inquit Arnoldus VVinnius, *quis esset iste S. Richardus Angliæ Rex, pater SS. Il ili-*

A *Willibaldi & Wunebaldi. Nullum hujus nominis, maximè illo tempore, anno videlicet DCC. & quod excurrit, in Anglia regnâsse, nec talem in Catalogis Britanniæ Regulorum reperiri, ex historiis manifestum est.* Non tu solus es, ô Arnolde, quem hic scrupulus torqueat; Me quoque & alios jam dudum exercet.

B Nam I. nulli ex antiquis, qui res SS. VVillibaldi, VVunebaldi & VValpurgis literis consignârunt, ullam de regno à Richardo aut administrato, aut postea amore Christi deserto mentionem faciunt; utique non tacituri, si Richardus Rex fuisset, cujus exemplum omni posteritati ad imitationem, vel saltem ad admirationem proponendum erat.

C Sed ajunt: *istud humilitatis & Christianæ modestia causa silentio involutum.* Quæ verò hæc humilitas esset, invidere posteritatis notitiæ rem tanti momenti, præsertim, postquam is, qui materies scribendi est, in fata concessit? Non pauci Regum Angliæ, spreto Regno, & omnibus regiis ornamentis ac deliciis insuper habitis, Monasticam vitam amplexi sunt. An id taciti præteriêrunt Historici? Minimè verò. Diligentissimè omnia annotârunt, & factis tam præclaris velut pretiosissimis gemmis Annales vel historias suas exornârunt; nominatim Beda ejúsque continuator, ut alios hoc loco omittam. Simili diligentia in literas retulerunt, si quando filii aut filiæ Regum, aut ipsæ etiam Reginæ, mortalibus rebus valedixerunt, séque divino cultui penitus consecrârunt.

D Reliquerat regnum Ceadualla Rex occidentalium Saxonum, & Romam abiêrat anno Christi DC. LXXXVIII. Quis Anglicanorum Scriptorum factum tam præclarum tacuit? Non venerabilis Beda: Non Henricus Huntindoniensis, non VVilhelmus Malmesburiensis: Non Æthelfridus: Non Matthæus VVestmonasteriensis in Floribus. Non Florentius Wigorniensis in suo Chronico.

Beda lib. 5. cap. 7. Huntind. lib. 4. Wilhelm. lib. 1. de gestis Regum Anglorum. Æthelfrid. lib. 2. Chronici cap. 10. Beda lib. 5. cap. 20.

Anno DCC. V. *Coënredus*, (verba Bedæ audis) *qui regno Merciorum nobilissimè aliquanto tempore præfuerat, nobilius multò sceptra regni reliquit, nam venit Romam, ibique attonsus, Pontificatum habente Constantino, ac Monachus factus ad limina Apostolorum in precibus, jejuniis, & eleemosynis usque ad diem permansit ultimum. Venit autem cum illo & filius Sigheri Regis orientalium Saxonum, vocabulo Offa, juvenis amantissimæ ætatis & venustatis, totique genti ad tenenda servandáque regni sceptra exoptatissimus; Qui pari ductus devotione mentis, reliquit uxorem, agros, cognatos & patriam propter Christum & propter Evangelium, &c. Et ipse ergo, ubi ad loca sancta Romam pervenerunt, attonsus, & in Monachico habitu vitam complens, ad visionem beatorum Apostolorum in cælis diu desideratam pervenit.* Hæc Beda; similia alii antea nominati Anglicani scriptores.

E Etiam Coënredi antecessor in Regno Merciorum & cognatus, Edelred seu Æthelredus monasticum habitum regali purpuræ prætulit, ùt & Ina Rex Westsaxonum; quorùm, ùt & aliorum exemplo permotus Ceolvulfus, Northumbrorum Rex, eadem vestigia sibi premenda & sequenda duxit. *Ceolvulf, cùm sæpè viventi Bedæ colloqueretur,* inquit Henricus Huntindoniensis lib. 4. *& sæpè ante mortem ejus, & post mortem historiam ejus ad se scriptam oculis adhiberet, cæpit diligenter Regum singulorum facta, & finem secum discutere, viditque luce clariùs regna terrena & res humanas cum labore perquiri, cum timore possideri, cum dolore amitti, & quia quibusdam minus callidis, vel ætate teneris* F *videntibus temporalia pulchra & delectabilia, cùm audiêrint prædicari ea deserenda, & temnenda videtur frivolum & contra rationem, quia nondum perceperunt, quomodo mordeant mundi divitiæ, quomodo ad nihilum deveniant, & fructum tandem nullum, nisi feram pœnitudinem generent. Horum nihil regem callentem & expertum impediebat. Senserat enim in seipso regnum sibi cum labore fuisse perquisitum, cum timore possessum: noluit verò cum dolore amittere. Sponte igitur divitiarum non servus, sed dominus, quasi magnus viles abjecit. Maximè autem accenderat eum, quòd cùm pueri & mulieres vulgúsque, vel etiam ditiores prosilirent ad eum conspiciendum, & ejus beatitudinem mirandam, ipse horribilibus curis necis & proditionis, & multimoda calamitatis intus cruciabatur, & animo & corpore decoquebatur; cúmque alii judicarent eum beatissimum, ipse, qui solus animi sui secreta noverat, judicabat se miserrimum.* G *Cùm ergo parvo spatio, id est, octo annis regnâsset, permaximum visum est ei, & valdè anxiatus est, quòd tanto tempore vitam suam amiserit, curis vanis & disciplinis fragilibus deditam; reliquum autem saltem vitæ suæ non erroneæ stultitiæ, sed sapientiæ & utilitati propriæ dicare certavit; exemplúmque assumens ex historia beati viri prædicta, sex reges fortissimos, vir verè fortissimus, prosecutus est; scilicet Edelredum regem* Merce, *& Cenredum successorem ejus, nec non Cedvvallam regem* Westsexe, *& Ine successorem ejus, sed & Sigebertum regem* Estangle, *qui Monachus effectus est, quem postea Penda occidit, & Sebbi regem* Estsexe, *qui Monachus effectus, diem jucundum mortis suæ prævidit, vidit & gavisus est. Isti non devorârunt substantias suas cum meretricibus, sed euntes cum dolore semina sua seminaverunt., ut venientes veniant, cum exultatione suos Deo manipulos afferentes. Complevit ergo Ceolvulfus hebdomadam regum perfectorum, & habitu monachali suscepto, capiti ejus corona de lapide pretioso imposita est à Domino.* Hæc Huntindoniensis. .

H Ecce, quàm accuratè memorant Historici isti, si quis Regum in Britannia, Dei amore,

A amore, & ſuæ ſalutis deſiderio ſuccenſus, regnum terreſtre cum pignore Regni cœleſtis, hoc eſt, cum Monaſtica profeſſione commutavit. Cùm ergo circa illa ipſa tempora, quibus iſti Reges rebus mortalibus valedixerunt, feratur Richardus quoque Regno ſpreto, in peregrinas regiones abiiſſe; qui, quæſo fit, quòd rei tam memorabilis, & ad exemplum tam idoneæ, nemo Anglicanorum veterum hiſtoriographorum meminit? Quæ hæc tanta oblivio, vel potiùs ſupina oſcitantia?

B Secundò, Marcellinus quiſquis ille fuit, in S. Svviberti vita non diſſimulat Adalbertum Levitam fuiſſe Filium Regis Deirorum, & amore Chriſti regale patrimonium ſprevisse. Quomodo hoc diſſimulâſſet in Willibaldo & Wunibaldo, ſi Regem Angliæ patrem habuiſſent? Erant certè duo iſti in eodem ſodalitio & comitatu, in quo erat Adelbertus, & ipſe Marcellinus, ut proinde familiam Willibaldi & Wunibaldi æquè cognitam habuerit ac ſtirpem Adelberti.

C Tertiò cùm præter geminum Regnum Pictorum & Scotorum in ſeptentrionali Albionis parte, ſeptem Regna ab Anglis ſeu Saxonibus conſtituta ſint; ùt Regnum Cantiæ, Regnum Auſtralium Saxonum, Regnum orientalium Anglorum, Regnum occidentalium Saxonum, Regnum orientalium Saxonum, Regnum Northumbriæ, (ſub quo Deira & Bernicia; unde aliquando legas: *Regnum Deirorum, Regnum Berniciorum*) & Regnum Merciorum; quæro, cujuſnam ex his Regnis Richardus Rex fuerit? Quodcunque nominaveris, ſtatim ibimus ad Hiſtoricos & Chronologos Anglicanos, præſertim ad Malmesburienſem, Huntindonienſem, & continuatorem Florentii Wigornienſis; & Catalogos Regum ſingulorum regnorum percurremus. Si alicubi Richardum inveniemus, non gravatè Regem ſalutabimus. Nec ſatis eſt dicere, fuiſſe Regem Angliæ: nam cùm illis temporibus, de quibus diſceptamus, Anglia in varia regna diviſa fuerit; ùt certo certiùs conſtat, haud ſatis eſt affirmare, fuiſſe Regem Angliæ, ſed oſtendendum eſt, cujus Regni Anglicani, vel cujus partis in Anglia regale ſceptrum geſſerit. Nec eſt, quòd quis ad ſeptentrionalem Britanniæ partem, hoc eſt, ad Scotos & Pictos nos abieget: nam Richardus non fuit de Scotorum aut Pictorum, ſed de Saxonum genere, ùt ſuprà vidimus. Deinde, ut omnes illius ætatis Scoticos & Picticos Reges, ducibus antiquis hiſtoricis percurramus, nullus Richardus ſeſe in conſpectum noſtrum dabit.

D Aliqui, ùt Arnoldus Wion, Lib. 4. *Ligni vitæ* ajunt, Richardo fuiſſe Parentem Lotharium, quem aliqui *Lotheri* appellant, qui fuit Rex Cantuariorum, occiſus in pugna Auſtralium Saxonum anno Redemptoris DC. LXXXVI. 8. Idus Febr. quos contra eum Eadricus filius Egberti aggregaverat, ùt ait Huntindonienſis lib. 4. & Malmesburienſis lib. 1. Sed quo veteri Auctore hoc adſtruitur? E

Deinde liquidò compertum eſt, quem Lotharius ſucceſſorem habuerit: ſucceſſit enim Eadricus hoſtis perpetuus Lotharii, quamvis ejus ex fratre Egberto nepos eſſet: qui Eadricus regnum Cantiæ ſeſquiannum tenuit, mortuus anno DC. LXXXVII. ùt ait Matthæus VVeſtmonaſterienſis; in cujus locum per ſexennium ſubiêrunt Nidred & VVibbehard, qui duo cum Eadrico *extranei à regio ſanguine* dicuntur à Malmesburienſi, & Huntindonienſi. Sed quomodo *extraneus* à ſtirpe regia Cantuaritarum Eadricus, qui Lothario ſucceſſit, ſi fuit filius Egberti fratris Lotharii, qui Egbertum in regno anteceſſit? Nam de Nidred & VVibehard non laboro; ad quos ſolos iſta, ut ita loquar, *extraneitas* pertinere videtur, cùm & Malmesburienſis, dicat, *per ſexennium circiter à regia ſucceſſione claudicatum eſſe:* per illud ſcilicet ſexennium, quo duo illi Cantiæ regnum occupabant: Et ſeptimo demum anno ad regiam lineam reditum eſſe, VVithredo filio Egberti ad regni ſolium evecto. Si ergo VVithredus fuit de regio ſanguine, neceſſe eſt, de eodem fuiſſe Eadricum, cùm uterque fuerit filius Egberti, ejus, qui in regno Lotharium anteceſſerat. Verùm utcunque iſta ſeſe habeant, nullus hic uſpiam conſpicitur Richardus Rex Cantuariorum, ſucceſſor & filius Lotharii: Unde ergo recentiores iſta hauſerunt? F

Quidam, & inter hos etiam noſter Philippus, his argumentis preſſi, aliò confugiunt, videlicet Richardum ſucceſſiſſe Offæ ſeu Offoni avunculo ſuo ſine liberis defuncto. Sed hæc minùs adhuc ſubſtant: aut enim ſermo eſt de Offa celeberrimo illo, & fortiſſimo Rege Merciorum, qui XXXIX. annis regnum invictâ dextera adminiſtravit: at hoc dici nequit; quia Offæ ſucceſſit filius ejus Egferd, huic Cenvulf, huic Ceovulf, & aliis alii, ùt videre eſt apud ſcriptores ſæpiùs jam laudatos: aut ſermo eſt de Offa orientalium Saxonum rege: neque hoc rectè aſfirmatur: quia Offæ, poſtquam rebus mortalibus, ſumpto Monaſtico habitu, valedixit, ſucceſſit Selredus Sigeberti Boni filius, qui regni gubernacula XXXIIX. annis moderatus eſt, teſtibus Matthæo Florilego, & Malmesburienſi, & aliis priſcis rerum Anglicarum ſcriptoribus, Regúmque Catalogis & indiculis. Nec Offa iſte in regno ſine liberis defunctus eſt, ùt vult iſta opinio, cùm ſponſam & regnum voluntariè divino ſervitio & Monaſticæ vitæ poſthabuerit. G

Denique evolve ſurſum deorſum omnes Hiſtoricos antiquos, & Catalogos regnorum & regum Heptarchiæ Britannicæ, qui accuratè conſcripti extant ad calcem Continua- H

A tiouatotis VVigornienſis ; evolve , inquam, eo tempore , quo Richardum vixiſſe , & regnâſſe oportuit , nimirum ab anno Domini DC.L. uſque ad DCC. XX. vel etiam XXV. (ut vitam Richardi ad ſeptuaginta quinque annos proferamus) nullus occurret in ullo Angliæ Regno Richardus , cùm tamen biſtoricorum Anglicanorum in Regnorum & Regum ſucceſſionibus annotandis , ſumma ſit diligentia & accuratio.

Ipſe etiam Illuſtriſſimus Baronius , cùm
B Tom. IX. ad annum Domini DCC. L. Epitaphium S. Richatdi recitâſſet , & Riebardum Regem ſalutâſſet , viſis poſtea monumentis à Caniſio Tomo IV. Antiq. Lect. publicatis , calculum reduxit , & ſententiam mutavit. *Antiquiora teſtimonia* , inquit , *& ea ipſa , quæ ab eorum conſanguinea ſcripta habentur , nunquam Richardum nominâſſe invenies Anglorum Regem , ſed Anglorum nobilem & prædivitem.* Et addit ; Philippum Epiſcopum Eyſtettenſem , fuiſſe primum , quod quidem ſibi conſtet , in Vita S. VValpurgis , qui Riebardum nominaverit *Regem*. Sed non eſt primus , quia præceſſit Adelbertus, de quo poſtea.

Hæc ſunt, quæ contra Regnum S. Riehar-
C di diſputari poſſe video. Sed audiatur etiam altera pars. Nondum enim ſententiæ pronunciandæ tempus eſt. Priùs tamen , quàm alteri parti aures & animum attentum commodemus , præterire nequeo , quod his hunc in modum ſcriptis , legi in commentario Franciſci Guillimanni , de Epiſcopis Argentoratenſibus *in S. Amando* , primo Epiſcopo. Eſt in Alſatia tribus ſupra Argentoratum milliaribus Monaſterium primitus *Offonis cella* , poſtmodum *Schuttera* appellatum. Non procul inde vel eſt , vel fuit *Offonis Willare* ſeu *villa* , & *Offonis burgum* , *Offenburg*. Hæc loca hanc appellationem accepiſſe ab Offone Rege Angliæ,qui in Alſatiam venerit , ibique vitam Monaſticam numeroſo ſociorum cœtu coluerit , multis probare contendit apud Guillimannum Paulus Voltius Abbas Hugonis Curiæ. Si quæras , cujus Regni Offo iſte Rex fuerit , Regnum non definitur ; illud generatim aſſeritur , multa tunc in Anglia fuiſſe Regna & Reges ; Offonem hunc Romam nunquam perveniſſe ; ſed ſemper in Alſatia permanſiſſe. Ex ejus poſteritate deſcendere S. Richardum , S. VVillibaldum , S. VVunibaldum , & S. VValpurgam. Hoc nomen ab Offone locis prædictis inhæſiſſe , uſque ad tempora S. Henrici Imperatoris : id ex diplomatis , vetuſtiſque inſtrumentis planum fieri. Offonem hunc finem vivendi feciſſe circa finem vitæ S. Gregorii Magni Anglorum Apoſtoli , qui obiit anno Domini DC. V.

D Verùm , ut cætera omnia , quæ affirmantur , rectè ſe ſe habeant , illud tamen de Regno non ſubſiſtit : in promptu enim eſt E
quærere , cujus Regni Offo iſte Rex fuerit. Accuratiſſimè à ſcriptoribus Anglicanis contexti ſunt indices Regum , qui in Albione , vel ante S. Gregorium Magnum , vel ſub ejus Pontificatu regnârunt. Nullus hujus generis Offo apparet. Qua de cauſa ? Sed non repetam , quæ jam dicta ſunt. Accommodentur , quæ de Regno S. Richardi diſputavimus , quia æquè huc quadrant , ac illuc.

CAPUT VI.

S. Richardum fuiſſe Regem Angliæ. F

CÆterùm Riebardum Regem Angliæ fuiſſe , multis argumentis demonſtrari poteſt. Primum eſt , conſtans , vetuſtiſſima , & cujus originem fruſtra quæras , Eccleſiæ Eyſtettenſis traditio. Quæ ſanè magni pendi debet præſertim ab Hiſtorico , cujus non tantùm eſt advertere , quid veteres ſcriptum reliquerint , ſed & quid abſque ſcripto tradiderint. Cujus traditionis neglectus viros quoque doctos à recto tramite nonnunquam abripuit : Ejus rei unum vel alterum exemplum afferam. Antiquiſſima omnium Eccleſiarum Hiſpanicarum traditio eſt , S. Jacobum Apoſtolum , filium Zebedæi , Hiſpaniam , cùm viveret , adiiſſe , & in ea Evangelicæ doctrinæ ſementem ſparſiſſe. Hoc qua ratione annis S. Jacobi viventis conſonaret , cùm ini- G
to calculo , viri docti , ſatis diſpicere nequirent , negârunt , S. Jacobum unquam , cùm in his terris mortalem vitam ageret , pedem in Hiſpaniam intuliſſe. Quæ inficiatio adeò averſis auribus & mentibus ab Hiſpanis accepta eſt , ut non tantùm Doctores in Scholis , & Eccleſiaſtæ in Templis , ſed & omnis generis ſcriptores , quà Latinis , quà Hiſpanicis Apologiis obviam eundum , & vetuſtiſſimam traditionem ſummis viribus defendendam exiſtimârint , vitam potiùs, quàm hoc tantum decus amittere parati.

Pari modo veterrima Colonienſis Eccleſiæ H
in Ubiis traditio eſt , S. Urſulam cum ſuo tot millium Virginum numeroſo ſodalitio , ſanguinem non alibi , quàm Coloniæ Agrippinæ pro Chriſtiana religione fudiſſe. In hac traditione cùm quidam viri eruditionis laude inprimis præſtantes & florentes , nodos , ùt ſibi perſuadebant , inenodabiles reperiſſent , à priſca traditione recedere , & cùm alia veteri traditioni contraria tradere ; cum etiam novam Coloniam ad, neſcio, quod Batavici Oceani litus extruere auſi ſunt. Quæ innovatio , piorum & doctorum animos ita perculit , ut ſtatim prodirent , qui communem & ab omnibus receptam traditionem ab invaſoribus acriter vindicarent , & Coloniæ Ubiorum , tot Martyrum ſacro

cruore purpuratæ ec nobilitatæ, avitam gloriam integram illæsámque præstarent.

A Quæ duo ætatis nostræ exempla ideo protulerim, ut planum fiat, quanta sit traditionum, quæ in Ecclesiis vigent, vis, quanta auctoritas, quantúmque pondus. Quocirca neque Eystettensis Ecclesiæ de Rege & Regno Richardi traditio temerè convellenda est; licèt, si quis improbiùs instet, definitè monstrari nequeat, cujus Regni in Anglie sceptra tenuerit Richardus. Quàm enim facilè fieri potuit, ut in tanta rerum perturbatione, quanta erat, cùm regnorum illorum varietas & multiplicitas in Britannie staret, à scriptoribus aliqui prætermitterentur, ennique, quibus regnârunt, eliis transcriberentur. Quàm autem inter bæc regna pax nolla, quiésque & tranquillitas nulla fuerit, nôrunt, qui vel à primo limine Anglicanos Historicos deguståruut; nec finis gravissimorum bellorum fuit, donec minoribus accisis, commune omnium imperium ed unius arbitrium recidit. Adde Historicos in enumeranda Regum successione non semper examussim convenire; aliis bunc, aliis alium nominanóbus vel omittentibus. At satis de prima probatione.

B Secundò idem Richardi Regnum adstruit communis omnium in Diœcesi Eystettensi persuasio, quæ infantibus cum materno quodammodo lacte instillatur, ex quibus si sciscitere; quid qualisque Richardus, Regem fuisse reponent.

C Tertiò, eidem veritati adstipulantur imagines, picturæ, sculpturæ, scalpturæ, cælaturæ, quæ in templis & altaribus, & extrà itidem, Ricbardum unà cum sceptro & corone regia repræsentant. Hnc accedunt *Missalia*, *Breviaria*, &, ùt barbarè appellant, *scamnalia*, hymni, odæ, cantica, tam prorsa, quàm vorsa oratione: quæ omnia Richardum, tanquam Angliæ Regem, decantant.

Quartò, bnc refer vitam & Epitapbium Richardi apud Surium Tomo I. ubi Rex disertè prædicatur. Neque magnus Ecclesiasticæ Historiæ instaurator Baronius reperit, quod desideraret, vel culparet: imò quidquid in Surio reperit, id Annali suo nono, anno Redemptoris DCC. L. intexuit.

D Quintò, non desunt Auctores, qui Regnum Richardi tueantur, Inprimis Adelbertus Abbas Heidenbeimensis, qui sub Eugenio III. Pontif. Max. circa annum Domini M. C. XL VI. floruit; is commentarium de restituto Monachis Monasterio Heidenheimensi scripsit; quem libro secundo Observationum inseruimus: Priusquàm rem ipsam aggrediatur, varia præmittit de rebus gestis S. Ricbardi, S. Willibaldi, & S. VVunebaldi, ídque, ùt non semel testatur, ex scriptis S. VValpurgæ, quibus à S. VValpurga doceri ait, quomodo Richardus Rex Anglorum, VVillibaldus itidem & VVnnibaldus regnum & patriam deseruerint, &c. Si S. VValpurga nominat patrem suum Riebardum, *Regem Anglorum*, nullis amplius testibus indigebimus, Res confecta erit, illique omnes prostrati jacebunt, qui Regnum S. Richardi oppugnant. Utinam Adelbertus distinctiùs nobis explicâsset, quænam sint illa scripta S. VValpurgis. Num Hodœporicon & vita VVunibaldina, quæ extant Tomo IV. Antiq. Lect. an aliqua alia, quæ vel periêrunt, vel alicubi adbuc delitescunt: nam in Hodœporico & Vita VVunibaldina nulle est mentio de regno Richardi. Utcunque sit, saltem hoc constat, S. Richardum ante quingentos annos, judicio Adelberti, fuisse Regem Anglorum. E

F Adelbertum sequitur Medibardus, quem nunc primùm publicamus; qui quæ VVolffardus Hasenrietanus soluta oratione de miraculis S. VValpurgis scripsit, rbythmis cecinit; ubi de S. VValpurga: *Filia Regis erat, sed egenam se faciebat.* Et si quidem Medibardus iste vixit ætate VVolffardi; antiquus utique testis est, quippe, qui millesimum Cbristi annum entecesserit. Sed non est certum, an VVolffardo sit syncbronus. Imò non esse coætaneum satis ipse testatur, cùm sub finem Rbythmorum ait, se ea miracula enumerâsse, quæ patrum diligentia in literas retulerit. Nec tamen suis quoque temporibus destitisse Deum per sanctam Virginem miracula edere. Ad rem.

G Prædictis adjunge Auctorem Epitaphii VVunibaldini, quod olim legebatur Heidenbeimii, alibi à nobis recitatum. Adde alios sententiæ hujus suffragatores Pbilippum nostrum, Nauclerum, Tritbemium, Arnoldum VVionem, Cbronicon Norinbergense, & quod omnibus bis antestat, Martyrologium Romanum, quibus adjunge, si lubet, Novatores, Bruschium in Catalogo Episcoporum Eystettensium, & Centuriatores Cent. VIII. cap. 10. quos opponas licet duræ fronti Lucæ Osiandri, qui in Epitome Ecclesiasticæ Historiæ Cent. VIII. lib. 2. cap. 4. anno Christi DCC. XL. non veretur scribere, *Pontificios hoc, quidquid est de Regno & regia stirpe Richardi, excogitâsse, ut dogmatibus suis auctoritatem conciliarent.* Scilicet nullus extitit in Anglia, qui amore Cbristi & cœli sceptra regalia contempserit, séque regno abdicârit, de quo id certo certiùs compertum sit, ut proinde Pontificii, inopiâ talium exemplorum, necesse habuerint Richardo Regnum ædificare, ædificatúmque iterum, quamvis volenti, adimere. Vanissime nugator, audenter dico; nullum in orbe Christiano regnum tot vidit Reges, sponte sua relicto regno, ed vexillum Crucis evolentes, quot vidit H

A vidit Anglia, quorum nonnullos capite ſuperiore jam enumeravimus. Fuit ergo Richardus Angliæ Rex, etiam ſceptro, officio & adminiſtratione; & cùm Angliam nomino, neutiquam totam intelligo: liquidò enim conſtat, eo ævo, quo Richardus vixit, Angliam adhuc in plura regna tributam fuiſſe: neque ullus dicebatur abſolutè Rex Angliæ, vel Anglorum; ſed Eaſtangliæ, hoc eſt, orientalium Anglorum Rex. *Northumbriæ Rex. Merciæ Rex*; & necdum toti inſulæ Angliæ nomen erat inditum; de quo plura ſuo loco.

B Quòd ſi, quæ hucuſque diſputavimus, alicui minùs arrident; is non ideo juſtam cauſam habet, cur Richardum Angliæ Regem fuiſſe abnuat: ſupereſt enim alia tituli & honoris hujus defendendi ratio: Rex enim fuerit, Regiſque nomen tulerit, quòd ex regio ſanguine & ſtemmate progeneratus eſſet; nam cùm uno eodémque tempore atque adeò illo etiam, quo Richardus ex Anglia exceſſit, tot Reges Britanniam tenuerint, mirum non eſt, plures extitiſſe, qui regio genere claruerint. Si quis tamen ex me ſciſcitetur, cujuſnam Regis Anglicani filius fuerit, vel ex quo ſanguine regio originem traxerit; num ex ſanguine Cantiorum, num Anglorum orientalium, num Saxonum orientalium, vel occidentalium, num Merciorum, num aliorum; ingenuè fatebor, mihi id non liquere: Et inclinarem in ſententiam Wionis, qui *Lotharium*, Regem Cantuariorum, Richardi noſtri parentem facit; inclinarem, inquam, ſi C cætera cohærerent, & ſubſiſterent: vult enim Richardum diſceſſiſſe ex Britannia ſtatim poſt mortem Lotharii, quæ in annum Domini DC. LXXXVI. incidit, ùt ſuprà vidimus, quòd videret, Regnum Paternum ab Eadrico & ab aliis turbari. Oportet ergo, ut dicat, S. Richardum ante annum DCC. Angliam reliquiſſe, & quidem ſatis diu, cùm turbæ illæ poſt octennium demùm conſopitæ fuerint, regno ad Withredum filium Egberti delato, qui XXXIV. annis pacificè illud tenuit; ùt & poſtea filii ejus non pauco temporis intervallo. Sed hæc veritate deſtituuntur: Plerique enim ſcribunt, S. Wunibaldum natum eſſe anno DCC. & S. Willibaldum anno DCC. IV. At ex hiſtoria & vita D utriuſque certò exploratum habetur, eos natos eſſe in Britannia. Quomodo igitur Pater eorum Richardus Angliam jam pridem deſeruerat? Nec cohæret Wionis narratio cum illis, quæ memoriæ prodita ſunt de Richardo precibus & cohortationibus filiorum ad peregrinationem ſuſcipiendam inducto. Nec turbæ illæ ab Eadrico, & poſtea à Ceadualla & Molone in Cantuarienſi regno excitatæ diu durârunt; ſed inſtar ingruentis cujuſdam procellæ brevi ſubſederunt, reducto poſt nubila Phœbo. Neque qui in

E Britannia degebant, hujuſmodi motuum inſolentes erant; cùm in illa Inſula nil fuerit uſitatius, quàm ut Rex in Regem inſurgeret, & proximus quidem in proximum. Hinc cùm veterem Hiſtoriam Anglicanam legimus, nihil frequentiùs, quàm bella & horrida arma reperimus.

F Dico igitur, Richardum regio Anglorum ſanguine cretum eſſe. Sed quo, quis in tanta antiquitatis caligine definitè definiat, ſilentibus cunctis veterum monumentis? Regium tamen ſtemma & nomen vindicat illi, illa tam conſtans de Regno Angliæ traditio & perſuaſio: & hodierno etiam more, illos appellamus Duces, Marchiones, Comites, qui ex talium proſapia genus ducunt, licèt ipſi nullas, quas adminiſtrent, Provincias aut Ducatus, aut Marchionatus obtineant; ſic quoque Regis filium, nepotem, vel abſolutè, regia ſtirpe editum, nihil vetat Regem nuncupare, quamvis ipſe Regni habenas non gubernaverit; ita ut titulus ſit regiæ ſtirpis, non regni adminiſtrati; quemadmodum hoc etiam ævo multi vocantur Duces Bavariæ, Saxoniæ, Palatini Rheni, &c. ea ſolùm de cauſa, quia ex his familiis originem ſuam trahunt; non quòd Bavariæ, Saxoniæ, aut Palatinatui ad Rhenum imperent.

G Fatetur etiam Balæus Cent. 2. Willibaldum ex illuſtribus orientalium & occidentalium Saxonum familiis prognatum eſſe, cui itidem patriam aſſignat *Devoniam*, ut proinde Willibaldus, ex ſententia Balæi, *Devonius* fuerit, popularis *Roberti Turneri*, profeſſoris olim in Collegio Willibaldino Eyſtettenſi diſertiſſimi. Hæc ſecunda tabula eſto, qua quis ex hoc difficultatum Oceano enaviget, ſi fortè primâ illa ſe ad littus evaſurum deſperet. Idem reſponſum dandum de Alſatico Offone, cujus antea meminimus. Hinc denique planum evadit, quomodo Rituales libri Eccleſiæ Eyſtettenſis ab omni falſitatis ſuſpicione excuſentur, dum Richardum Regem Angliæ & Willibaldum, Wunibaldum, & S. Walpurgem filios Regis Angliæ fuiſſe tradunt.

CAPUT VII. H

De anno natalis S. Willibaldi, S. Wunibaldi, & S. Walpurgæ.

OMnia incerta ſunt; & cæcis tenebris immerſa. Communis perſuaſio eſt, Wunibaldum Willibaldo ſeniorem fuiſſe; & utroque juniorem Walpurgam. Ex iis autem, quæ Philippus & vetera monumenta de Epiſcopatu S. Willibaldi tradunt, ducimur aliquo modo ad ipſa incunabula; nam anno Domini DCC. XLV. dicitur à S. Bonifacio Epiſcopus Eyſtettenſis creatus, ætatis ſuæ anno XLI. ſequitur ergo, eum in lucem editum anno virginei partus

A tus DCC. IV. Dicitur mortuus anno salutis DCC. LXXXI. anno ætatis suæ LXXVII. Idem ergo quod antea concludimus, nempe natum esse anno DCC. IV.

S. Wunibaldus mortalitatem explevisse traditur Anno Christi DCC. LX. Ætatis suæ anoo LX. Natus est ergo anno Redemptoris DCC. Colligitur idem ex boe impolito Epigrammate, quod olim Heidenheimii, priusquam à Luthero occuparetur, legebatur.

Hic Wunibaldus, Richardi filius almus,
Qui regnum Anglorum mox linquens, hoc Monachorum
Claustrum fundavit Benedictique rigavit
Nomine, septingento, quinquagesimóque anno,

B cùm autem Abbatiæ Heidenheimensi sono DCC. L. ædificatæ per decennium præfuerit, conficitur, eum decimo à condita Abbatia anno ex vita abiisse, anno scilicet DCC. LX. suæ verò ætatis LX.

Io manuscripto codice Mooasterii Walpurgini, quod est Eychstadii, quo vita S. Walpurgis contioetur, quidam, ubi de obitu agitur, ad marginem adscripsit: *Obiit Anno DCC. LXXVI.* Ergo sexdecim annis post Wunibaldum, & quioquennio ante saoctum VVillibaldum.

C De anoo ætatis & natalis S. VValpurgis nil memini me legere. Philippus in Commentario dicit, VVillibaldum fuisse juniorem VVunibaldo & VValpurga. Seoior igitur VVillibaldo VValpurgis.

CAPUT VIII.

De ingressu S. Willibaldi in Monasterium: Et num vetera Monasteria nil aliud fuerint, quàm scholæ literariæ.

D QUinto ætatis anno coosecrârunt parentes ex voto puerulum Willibaldum Monasterio VValtheimensi sub Abbate Egilvvaldo. Si quæras, quo fine; respondebunt Catbolici, ut pietate & doctrina erudiretur eò usque, dooec maturior factus, Deo in perpetuum ex S. Benedicti norma & disciplina sese obligaret. At Hæretici longè aliud responsum dabunt, nempe VVillibaldum eò missum, ut inibi litteris & morum honestate informaretur; hisque probè excultus Reipublicæ postea utilem operam navaret; oam veterum Monachorum Monasteria nibil aliud fuisse, quàm scholas & publica ingenuarum disciplinarum gymnasia.

Si quis sciscitetur, num omnia antiquorum Monasteria fuerint scholæ: quidam ex beterodoxorum numero adeò effrenes & effrootes sunt, ut id de omnibus universim affirmare videantur, quorum impudentiam refellunt tot millia Monasteria Ægypti, in quibus nullum penitus aliud erat stodium, E quàm dies noctésque precibus, psalmísque recitandis vel decantandis impendere; & statis insuper boris operi manuario vacare, imò ipse Magnus Antonius, tot Monachorum pater & Abbas celebratissimus, aoalphaberus, & literarum rudis erat. In Oxyrincho civitate Thebaidis decem millia Monachorum habitabant, ùt testatur is, qui Ruff. lib. 2. de Vitis Patrum cap. 5. vidit, Ruffious; apud quos solius pietatis scbolæ: oullæ liberalium artium, Pbilosophiæ, aut Mathescos, imò nec Tbeologiæ, quia quilibet illorum sufficere sibi credebat: *Scire JEsum Christum, & hunc Crucifixum.* Extant in Patrum vitis, & alibi innumeræ Seniorum Monachorum ad juniores tam advenas, quàm inquilinos cobortationes, extant Regulæ Mooasticæ, nominatim S. Pachomii & S. Basilii Magni; ubi nullum de studiis literarum studiosè persequendis verbulum iovenies. Quis tamen sibi persuadeat, patres illos tam oscitantes fuisse, ut id, quod judicio deliratorum istorum præcipuum Monachismi erat, in parænesibus & canonibus suis reticerent?

F Alii circumspectiùs stultescunt, præsertim Hospinianus Calvioista in Centone suo de origine Monachatus. *Pleraque Monasteria post Benedicti tempora fuisse scholas*, ait, *pleraque*; ooo; omnia. Ait, *Post tempora Benedicti.* Noo ergo illa, quæ tempora S. Benedicti antecesserunt. Quo tamen temperamento falsitatem minimè effugit; nullum enim Monasterium quà Monasterium, schola seu gymnasium literarium fuit; aliud enim est Monasterium, aliud gymnasium literis dicatum. Aliud, gymoasta Mooasticus; aliud, gymoasta literarius: Ille quà talis, soli Deo vacat; Iste etiam literis partim discendis, partim doeendis, licèt non nisi amore Dei.

G Non displicet Hospiniano usquequaque politia, quam sua in Regula D. Beoedictus præscripsit: Et si Calvinianus limam adhibere permitteretur, fortassis eam regulam edolaret, quæ Sectatores etiam in Calvini lustris inveniret. Aote omoia autem Calvioistica lima Abbati, Priori, Decano, & quidquid bujus generis est, uxores daret: quia homioem esse solum, noo est booum; quod quomodo à Benedicto neglectum sit, miratur proculdubio Hospinianus, cùm alioqui minutatim quædam longè minutioris mumenti præscribat & definiat, quàm sit istud, quod, si Luthero ejúsqoe discipulis fides babetur, ex omnibus ad bumanam vitam necessariis, maximè est oecessarium.

H Illud præteres, judicio Calvinistæ ab eodem Benedicto culpabiliter sancitum est, ut non nisi duo pulmentaria fratribus apponantur, iodicta à carnibus jugi abstinentia, ut alia plurima bujus generis, limæ, vel potiùs runcinæ ioRegula Benedicti egentia ſleamus; quæ si castigárentur; jam nova ex recocti Caoo-

A Canonis præscripto Benedictina Monasteria emergere cerneremus, qualia nimirum aliqua sunt ex illis, quæ Hæresis occupavit, potissimùm in ditione VVirtebergica; ubi Barbiger Prædicans Abbas cum sua *Prædicantissa*, Abbatissa, & numerosa prole, additis aliquot stipendiariis & scholaribus, conventum conficiunt, non exclusis tamen *Provisoribus*, *Pædonomis*, *Locatis*, *Cantoribus*, & id genus aliis pedaneis Magistellis, qui & ipsi pro sua quisque parte operam sedulam cum suis *Eva & costâ* navant, ut Monasteriis, quæ tenent, novi semper *Conventuales* succrescant. Qualia Monasteria si S. Benedictus, S. VVillibaldus, aut S. VVunibaldus jam aspicerent, an non potiùs pro speluncis prædonum, quàm pro cultus divini domiciliis ducerent? Insignita profectò impudentia est, dicere, veterum, maximè post S. Benedicti ætatem, Monasteria, nil nisi scholas fuisse, & quidem tales scholas, quales isti nobis in multis abs se invasis & direptis Monasteriis repræsentant; de quibus prisci & sancti illi Monachi, ne per somnium quidem unquam cogitârunt.

B Sed rem ipsam accipe, quæ ita habet. Olim Monasteriis præcipuè Benedictinis, adjunctæ erant scholæ: quod nemo negat, in quibus & tenerior ætas ad ætatulæ huic consent aneas literas informabatur; & maturior ad maturiores ac severiores.

C Observabatur bie accuratè, quod à Philone in libro de Agricultura traditum est: *Primùm inseram*, inquit, *in puerilis ætatis animas surculos, quorum fructus ipsas enutriet: sunt autem hi: scribendi legendique certa industria; eorum, quæ apud sapientes Poëtas habentur, diligens scrutatio, geometriæ, oratoriæ facultatis meditatio, & universa liberalis musica: in juveniles verò ac viriles jam meliores perfectiorisque inseram, nempe prudentiæ plantam, fortitudinis, temperantiæ, justitiæ, omnisque virtutis.* Et in his Monasticis scholis unusquisque factitabat, quod ab eodem Philone in libro *de somniis* scribitur: *Sumens enim à puerili grammatica hæc duo prima; scribendi legendique facultatem; à perfectione poëmatum notitiam & antiquitatum memoriam, ab Arithmetica & Geometria certitudinem in judicio* D *proportionum & ratiocinationem, à musica rhythmos, metra concinna, colores, tonos, melos conjunctum & disjunctum; à rhetorica inventionem, elocutionem, ordinem, dispositionem, memoriam, pronunciationem; à Philosophia, quidquid in his prætermissum est, & reliqua, quibus constat vita hominum, unum opus floridissimum conficit, nimirum eruditionem variam.* Præerant scholæ doctissimi quique & probatissimi Monachi, hoc tamen discrimine, saltem aliquibus locis, ut duplices essent scholæ; aliæ internæ, Religiosis erudiendis dicatæ; aliæ externæ, in queis sæculares, procerúmque & nobilinm liberi instituebantur: quam scholarum distinctionem reperies apud Ekerhardum in B. Notkeri vita. E Scholæ Monasticæ præfuit olim in Anglia Venerabilis Beda, ùt & Albinus Flaccus, qui in Galliam Turonos translatus docendi munus non deseruit; de quo ipsemet epist. 1. ad Carolum Magnum isthæc. *Ego Flaccus vester secundùm exhortationem & bonam voluntatem vestram, aliis prr tecta S. Martini sanctarum mella scripturarum ministrare satago: alios vetere disciplinarum mero inebriare studeo: alios grammaticæ subtilitatis enutrire pomis incipiam. Quosdam stellarum ordine, ceu picto cujuslibet magnæ domus culmine, illuminare gestio. Plurima plurimis factus, ut plurimos ad profectum sanctæ Dei Ecclesiæ, & ad decorem Imperialis regni vestri erudiam, ne sit vacua Dei omnipotentis in me gratia, nec vestra bonitatis largitio inanis.* F Hæc Albinus Flaccus. Quem tanti nominis & existimationis virum nec puduit, nec piguit ipsa literarum elementa juventuti exponere; non tantùm voce in schola, sed & scriptis commentariis generatim quidem de septem Artibus liberalibus, speciatim autem de Grammatica, Rhetorica, Dialectica, quod à Venerabili Beda priùs quoque præstitum fuit; sed multò uberiùs, cùm non pauca opuscula, quæ ad Mathesin & Philosophiam spectant, in gratiam præsentium & futurorum discipulorum elucubraverit.

G Præclarè deboc Scholarum Monasticarum instituto Trithemius in Chronico Hirsaugiensi ad annum Domini DCCC. XC. *Erat his temporibus in Monasteriis nostri ordinis hæc consuetudo celeberrima, ut scholæ monachorum in singulis penè cœnobiis haberentur, quibus non seculares homines, sed monachi moribus & eruditione præficiebantur nominatissimi: qui non solùm in divinis scripturis docti essent, verùm etiam in Mathematica, Astronomia, Arithmetica, Geometrica, Musica, Rethorica, Poësi, & in cæteris omnibus secularis literaturæ scientiis eruditissimi haberentur. Et his multi non solùm in Romanâ linguâ docti erant, sed etiam Hebraica, Græca & Arabica peritissimi, quod ex eorum opusculis facilè dignoscitur: quanquam vitio scriptorum, qui à primæva institutione præceptorum paulatim degenerare cœperunt, pauca exemplaria nostris temporibus emendata reperiantur. Quoties autem idoneum ad hanc subeundam provinciam in suo cœnobio Monachum* H *Abbas minimè habuisset, de aliquo alio monasterio petere aptum, non erat verecundum. Maximum enim dedecus judicabant, dociles animos monachorum negligere, quos ut moribus & literis bene instituere possent, nullis laboribus, nullis parcebant impensis. Sic namque doctissimus ille Monachus Gemblacensis Sigebertus, multo tempore in cœnobio S. Vincentii Metensi, monachorum præceptor, quanquam de alio monasterio, fuit. Ita Strabus Monachus Fuldensis in Hirsfeldia, Notgerus S. Galli in Stabulaus, Albinus Monachus Anglicus in Fulda, Milo S. Amandi in Corbeia, atque alii complures in aliis monaste-*

riis

A *riis, docendi ad tempus tenuerunt officium, ubi conversionis primordia non sumpserunt. Hæc autem consuetudo sanctissima primùm in Anglia cœpit, ubi venerabilis ille Monachus, & Presbyter Beda monachorum institutor factus, multos post se doctissimos reliquit discipulos. Quantum verò hæc monachorum institutio ordini nostro profuerit, nemo ignorat, qui veterum historias studiosiùs revolvit. Multi enim ex monachis propter scientiam literarum incomparabilem ad episcopatus honorem sublimati fuerunt, qui ordinem nostrum vita & doctrina mirabiliter illustrárunt.*

B Et ne miremur, VVillibaldum tantillum, hoc est, quinquennem Monasticæ vitæ consecratum tantos in literarum studiis progressus fecisse, audi, quid idem Trithemius scriptum reliquerit. *Succedente tempore summum Monachis erat studium scripturarum, & in omnibus doctrinis bonarum artium amor discendi continuus. Nam qui docti ad conversionem venerant, junioribus fratribus præcepta discendi utiliter ministrabant. Nec minor ætas proficiendi desiderium impedire potuit: quæ magistrorum imperio regebatur. Ut verò paucos è pluribus in exemplum demus, Bonifacium & Rabanum Archiepiscopos Moguntinos, Bedam quoque presbyterum intueamur: quorum primus Bonifacius adhuc puer quinque annorum, in Anglia monasterio traditur: ubi in tantum profecit jugi studio scripturarum, ut Doctor & Apostolus Germanorum habeatur, &c. Rabanus etiam, qui eidem Bonifacio in Archiepiscopatu sextus ex ordine successit, in monasterio Fuldensi puer ad* C *conversionem venit, qui quantum in scripturarum scientia profecerit, infinita penè testantur volumina, quæ composuit. Et non solùm in expositione sacrarum literarum, sed etiam in omnibus humanitatis artibus peritissimus fuit, &c. Beda Monachus & Presbyter venerabilis, toto notus in orbe, cùm esset annorum septem, à parentibus Cœnobio traditur: cujus opera in universa Ecclesia laudibus attolluntur. Hi sanctissimi viri, atque in scripturis peritissimi doctores, quidquid de scientia scripturarum nôrunt, in monasteriis sub regula ordinis didicerunt. Non mittebantur causa discendi ad exteras nationes, cùm in cœnobiis semper haberent bonarum artium præceptores. Taceo de cæteris pluribus eruditissimis viris, qui ad monasticam vitam in pueritia venientes, tam doctrina, quàm sanctitate gloriosi effulserunt. Amor enim & usus discendi ætatis supplent defectum.*

Trithem. lib. 1. de Illustribus viris Ord. S. Benedicti cap. 6.

D Idem Abbas eodem loco: *Juniores fratres disciplinis instituebantur scholasticis, prout unicuique eorum conveniebant. Alii in Grammatica, alii in Orthographia; in Rhetorica nonnulli, vel Dialectica, quidam in Musica, Arithmetica, & arte Computistica; alii in Philosophia; atque alii in his jam fundati, ad scripturas introducebantur theoreticas. Nullus in cœnobiis locus dabatur otio, sed suis studiis atque laboribus singuli insistebant. Unde etiam multi sanctissimi doctissimique in omni scientia scripturarum viri cum magna laude nominis sui & ordinis evaserunt.* E Hæc Trithemius. Quæ verissima esse fatemur, sed ita, ut simul fateamur, stultam esse hanc consecutionem: *Monachi olim literis operam dabant, & in iisdem tam suos, quàm alios diligenter instituebant, ergo Monasteria nil aliud erant, nisi scholæ.* Insipiens prorsus collectio, quia studia & scholæ tantùm appendices quædam & adminicula vitæ monasticæ erant; quis enim abnuat, eruditionem, rerúmque tam humanarum, quàm divinarum cognitionem ad amorem Dei propriámque perfectionem plurimùm conducere?

F Quare idem Trithemius de priscis ordinis sui professoribus, simul & literarum cultoribus. *Magna in eis fervebat devotio; arsit in eorum mentibus regularis disciplinæ zelus commendandus, qui eos nunquam sinebat esse otiosos: salvo enim officio divino, cui omnes devotè insistebant, de reliquo Monachi studio vacabant scripturarum, quibus non solùm illuminabantur intellectu, sed etiam compungebantur affectu.* Verùm de scholis Monasticis præcipuè Fuldensibus, operæ pretium erit legere, quæ noster Christophorus Brovverus lib. 1. Antiquitatum Fuldensium eruditè scripsit.

Trith. loc. cit.

Cap. 10. 11. 12.

G Simili fatuitate persuadere nobis conantur Sectarii Collegia Clericorum, quæ nunc Cathedrales & Collegiatæ Ecclesiæ vulgò appellantur, nihil aliud fuisse, quàm scholas. Erratis profani. Scholæ non erant, sed scholas adjunctas habebant, instituendis tam Clericis, quàm aliis ad scholas illas confluentibus, quibus præerat unus ex Canonicorum numero, cui hodiéque *Scholastici* nomen: quorum Collegiorum primarius finis non erat studiis incumbere, sed officia divina peragere, Deíque laudibus decantandis & celebrandis strenuè insistere: ad quem finem certiùs & feliciùs consequendum, scholæ & literarum studia, tanquam commodissima adjumenta adsciscebantur. Quas inter scholas non infimum olim locum tenebat Padebornensis, de qua Auctor, qui res gestas sancti Meinvverci Episcopi Padebornensis literis mandavit, in ejusdem præsulis vita isthæc, *studiorum multiplicia sub eo floruerunt exercitia. Et bonæ indolis juvenes & pue-* H *ri strenuè instituebantur, norma regulari proficientes haud segniter, in claustrali disciplina, omniúmque literarum doctrina claruit hic, sub ipsius Sororio Imado Episcopo; sub quo in Padebornensi Ecclesia, publica floruerunt studia: quando ibi Musici fuerunt, & Dialectici enituerunt, Rhetorici, clarique Grammatici; quando Magistri artium exercebant trivium, quibus omne studium erat circa quadrivium. Ubi Mathematici claruerunt, & Astronomici habebantur; Physici atque Geometrici. Viguit Horatius magnúsque Vergilius, Crispus & Salustius, & Urbanus Statius. Ludisque fuit, omnibus in-*

A *insudare versibus, & dictaminibus, jucundisque cantibus. Quorum in scriptura & pictura jugis instantia, claret multipliciter hodierna experientia, dum studium nobilium clericorum usu perpenditur utilium librorum.*

B Hæc differere placuit contra Novatores occasione Monasticæ & Scholasticæ vitæ S. Willibaldi, quem ipse Hæreticus Lucas Osiander in Epitome historiæ Ecclesiasticæ fatetur *habuisse ingenium ad omnes disciplinas promptum*, neque id Balæus aut Centuriatores diffitentur.

CAPUT IX.

De tempore, quo S. Willibaldus & S. Wunibaldus ex Anglia discesserunt. Et quid de eo tradat Marcellinus in vita S. Svviberti.

C

Marcell. cap. 6. Tomo II. Surii.

MIra, imò prorsus mira canit nobis Marcellinus, qui res gestas S. Svviberti in literas misit. Quæ si vera essent, ruerent multa, quæ nos nunc pro compertis reputamus. Id ut videas, adscribam Marcellini verba; ubi tamen aliquid de Ekberto dixero. Erat is sacerdos, miro desiderio Ethnicos ad Christianam religionem traducendi incensus: qui ipsemet in Germaniam ejus rei gratia proficisci cogitans, cœlesti visione retentus est; ergo cùm ipse propositum suum exequi nequiret, *tentavit in opus verbi mittere, viros sanctos & industrios*, inquit Venerabilis Beda lib. 5. hist. Eccl. c. 11. *in quibus eximius Willibrordus presbyterii gradu & merito præfulgebat.* Quorum cum Willibrordo duodecim fuisse, testatur Beda, tametsi singulorum nomina non edit; edit autem ea Marcellinus hunc in modum. *Magnificus Præsul S. Ekbertus, sitiens & affectans salutem omnium hominum, & præcipuè paganorum, Frisonum, & Saxonum, eò, quòd Angli ab eis propagati sunt, non desistens à bona voluntatis inchoate proposito, tentavit adhuc in opus verbi Dei mittere illuc sanctos & industrios, & ad prædicandum verbum vitæ strenuos, &* D *idoneos viros, utpote actione & eruditione præclaros. Elegit ergo & congregavit instar duodecim Apostolorum XII. Apostolicos viros, in fide constantes, ex diversis monasteriis, ad prædicandum Germanis Catholicam fidem.* **Fuerunt autem hi missi, Willibrordus, Svvibertus, Acca, Wigbertus, Willibaldus, Winibaldus, Lebuinus, duo Evvaldi, Werenfridus, & ego minimus omnium Marcellinus, qui hanc historiam, sicut & S. Willibrordi, conscripsi. Omnes præfati Presbyteri & Sacerdotes fuerunt, ac sanctissimus Adelbertus Levita, filius regis Deirorum, qui pro Christo dimittens regale patrimonium, cum prædictis electus à S. Egberto, amore Christi peregrinum non recusavit exilium. Et quoniam hi sancti Doctores propagati fuerunt in Anglia de Stirpe Frisonica & Saxonica, ideo convenienter prædicare* E *potuerunt Evangelium Christi in lingua Germanica. Quorum aliqui postmodum palma martyrii coronati fuerunt. Alii prædicationibus continuis inter barbaros usque ad obitum institerunt: Alii vacantibus Episcopiis subrogati fuerunt, ut infrà patebit. Igitur præparatis omnibus, quæ tantis viris necessaria videbantur, mox præfati duodecim egregii Dominici gregis arietes, salutatis amicis, & parentibus, accepta benedictione tam eximii Archiepiscopi superna comitante clementia, prospero vento in Wiltenburg sive Trajectum advehuntur, anno scilicet ab incarnatione Domini sexcentesimo nonagesimo, Pontificante Romæ Apostolico viro S. Sergio Papa, anno suo tertio.* Hæc Marcellinus, quæ si vera F sunt, necesse est, ut multa, quæ constantissima habentur, collabantur, & in tenues auras evanescant; nam si anno Domini DC. XC. ex Anglia abiêrunt; abiêrunt ergo Wunibaldus quidem decem; Willibaldus verò quatuordecim annis, priusquàm nascerentur. Et cùm omnes isti excepto uno Adelberto Levita, jam sacerdotii dignitate initiati fuerint, ùt Marcellinus disertè scribit; oportet singulos, saltem vigesimum ætatis annum tunc complesse. Ex quo rursus infero, S. Wunibaldum, non esse mortuum anno ætatis suæ LX. sed XC. Nec Willibaldum anno ætatis LXXVII. sed centesimo septimo: nec creatum esse Episcopum, quando XLI. sed quando LXXI. ætatis annum agebat; imò sequitur, S. Willibaldum quatuordecim annis ante S. Bonifacium ex Anglia Evangelii promulgandi gratia abiisse, cùm S. Bonifacii primus ex Anglia discessus & adventus in Frisiam contigerit demùm anno salutis DCC. IV.

*Hic undecim tantùm numerantur. Sed paulò pòst additur, duodecimus, Adelbertus, Levita.

G Neque hic ulla fit mentio Richardi patris simul peregrinantis. Quanquam hoc leviusculum est; nam si alia non obstarent, respondeni posset, hanc fuisse primam Willibaldi & Wunibaldi peregrinationem; postea in patriam reversos inde patrem secum ad Romanum iter abduxisse; nam & ipse S. Svvibertus cum Acca & duobus Ebaldis seu Evvaldis cúmque Marcellino Angliam repetiit, Acca omnino in Anglia remanente, & Lindisfarnensis Ecclesiæ infula decorato. Ut igitur S. Svvibertus cum sociis, Acca excepto, ex Anglia in Frisiam rediit, ita Willibaldus quoque & Wunibaldus patre suo comitati eò redire, vel aliò ire potuerunt.

H Fortè aliquis dicat: Willibaldum & Wunibaldum, de quibus Marcellinus, diversos esse à nostris. Sed hoc effugium apertè præcludit Marcellinus; nam capite sexto memorans, quomodo socii S. Willibrordi & S. Svviberti in varias provincias, Evangelicæ doctrinæ disseminandæ gratia concesserint, de Willibaldo & Wunibaldo ita scribit. *S. Willibaldus orientalem Franciam adiens Aureatensis sive Aistattensis Episcopus effectus est. S. Wunibaldus frater ejus Heidenheimensis Abbas*

A *est ordinatus*, ut proinde nullum dubium relinquatur, Willibaldum & Wunibaldum, de quibus Marcellinus, esse illos ipsos, quos Eistettenses, tanquam præcipuos patronos venerantur.

B Observa autem Balæi Cent. 2. cap. 19. seu oscitantiam, seu malam fidem, qui duodecim istos in Frisiam missos ex Marcellino exscribere & nominare sincerè non potuit: nam Winibaldum transformat in Wenefridum, Adelbertum Regis Deirorum filium, in Ogerum. Plechelmum insuper affert & Julium, quorum nullus est in Catalogo suppositirii vel saltem à mala manu viciati & corrupti Marcellini. Ita voco, quia revera non sincerus, sed Pseudomarcellinus est, dignus; cui larva detrahatur, ne in posterum alios, etiam magnos viros, ùt Baronium, Bozium, &c. decipiat. Et quidem Joannes Molanus jam pridem suam de vita Svvibertina apud Surium sententiam dixit in Indiculo sanctorum Belgii, verbo, *Egbertus*,
C his verbis. *Sunt manifestè vitiata per cujusdam imperitiam gesta S. Svviberti*, qui in cœlum abiit anno Redemptoris DCC. XVII. Rectè Molanus, corrupta sunt gesta illa, si non prorsus supposititia, & nec primitus quidem à vero Marcellino, discipulo S. Svviberti, sed aliquot seculis pòst ab alio quopiam composita; nam hæc, quæ nunc extant, & Surius nobis exhibet, ex veri Marcellini officina non prodiisse duobus potissimùm argumentis ostendi potest; nam primò, Auctor iste utitur vocabulis regionum & provinciarum, quæ non nisi post aliquot centenos annos ab obitu S. Svviberti extiterunt, cujus generis sunt *Hollandia*, *Brabantia*, *Flandria*, *Westphalia*, *Lotharingia*, *Brunsvicum*, *Monasterium*, (urbs Westphaliæ) *Anglia*, pro universa Britannia, *Lecca*, pro Rheno flumine, *Embrica*, *Daventria*, *Transiselana*, & similia, de quorum novitate vide Molanum in Indiculo litera L. verbo, *Ieron*, Jacobum Majerum lib. 10. Annalium Flandriæ, Petrum Bertium in Cosmographia, Cambdenum in Chorographia Britanniæ, Krantzium lib. 2. Saxoniæ capite 31. & lib. 1. Metropoleos cap. 5. & lib. 4. cap.
D 14. Nam quod ad Angliam attinet, certò constat, hanc appellationem toti Insulæ (excepta Scotorum parte) ab Ecberto demùm totius Heptarchiæ Monarcha post annum DCCC. impositam esse, qui ab Anglis potiùs, quàm ab aliis populis nomen petendum censuit, quòd Angli essent numerosissimi, illi enim Northumbriam & Merciam amplissimas regiones cum orientali Anglia occupârant; Jutarum verò progenies solummodo Cantium & Vectam Insulam; & Saxones Saxoniam orientalem Australem, & occidentalem possidebant, exiguam profectò portionem, si ad amplas illas Anglorum regionès conferatur, ùt ait Cambdenus in sua Chorographia.

Ex his liquet, Historiam de gestis S. Svviberti immeritò præferre nomen veteris illius Marcellini Angli, quandoquidem fieri non potuit, ut ipse in sua scriptione nondum natis provinciarum & urbium vocabulis uteretur. Nec est, quòd quis dicat; hæc à Surio esse; nam Surius manum suam ab illo commentario abstinuit, nec stylum mutavit, nec curiosiùs in Auctorem Auctorísque dicta inquisivit. E

Secundò idem probatur ex multis, quæ Auctor iste asserit, nec tamen concinunt cum Beda, aut cum aliis antiquioribus & veracioribus historicis Anglicanis; ùt, quòd cap. 1. dicit, Engistum (qui fuit unus ex primis ducibus Anglosaxonum, quos Britones in subsidium contra Pictos & Scotos advocârunt) Insulam pro Britannia *Angliam* nominâsse, cùm hoc nomen aliquot sæculis pòst, Insulæ inditum fuerit ab Ecberto, postquam septem Britanniæ regna in unum redegerat, qui promulgato edicto omnibus mandavit, ut posthac terra illa, nomine formato ab Anglis, Anglia nominaretur; ejúsque Princeps, Rex Angliæ; non ùt antea Rex Merciorum, Rex Cantuariorum, Rex Orientalium Saxonum, &c. F

Cap. 14. dicit. S. Winifridum seu Bonifacium jam tempore Concilii Trajectensis à G
S. Willibrordo & à S. Svviberto anno Salvatoris DC. XCVII. celebrati, fuisse Ecclesiæ Trajectensis Canonicum, hoc est, Presbyterum, cùm Bonifacius anno demum DCC. ùt supputat Serarius Notatione LIV. ad vitam S. Bonifacii, sacerdotium susceperit; & postea anno DCC. IV. in Frisiam, Evangelii annunciandi gratia concesserit. Ibidem VVironem *Episcopum Deirorum* facit, qui fuit Episcopus in veteri Scotia seu Hibernia, non Anglus sed Hibernus; & socium ejus Plechelmum itidem Scotum seu Hibernum confundit cum Plectelmo Bedæ Lib. 5. cap. 19. & 24. & eum vel *Massa Candida*, vel *Candida Casa* Episcopatum gessisse affirmat. Sed nullus in Britannia *Candida Massa* Episcopatus. *Candida Casa* agnoscit Beda, ùt & alii omnes; Ejus loci Episcopus erat Plectelmus Bedæ, non Plechelmus Socius S. VVironis. Sed tempore H
Concilii Trajectensis celebrati anno DC. XCVII. non potuit Plectelmus esse Episcopus *Candida Casa*, quia Beda loquens de Plectelmo anno orbis redempti DCC. XXXI. ait Episcopatum *Candida Casa* nuper fuisse institutum, primo Antistite Plectelmo. Quod nec satis commodè, nec satis verè diceretur, si jam ante XXXIV. annos Episcopatus iste extitisset, eíque Plectelmus præfuisset; tot enim anni à Synodo Trajectensi usque ad annum DCC. XXXI. intercedunt.

Jam verò, quæ cap. 6. narrantur de Missione Svviberti & VVillibrordi cum denis aliis

A aliis sociis in Frisiam, plena sunt erroribus; Dicit enim Auctor, hanc missionem institutam esse auspiciis Ecberti Archiepiscopi Eboracensis, cùm, ùt ex Beda Lib. 5. cap. 10. & 11. manifestissimè liquet, primus ejus auctor fuerit Ecbertus Presbyter, natione Anglus, qui in Hibernia monasticam vitam multis annis duxerat, cujus sanctitatem magnificè locis citatis, ùt & Lib. 3. cap. 27. Venerabilis Beda deprædicat: qui principiò ipsemet cum Sociis in Frisiam, & circumjacentes regiones navigare statuerat: verùm divino viso & oraculo domi manere & Hujensibus Monachia instruendis (qui à veritate traditionis Ecclesiasticæ in Paschate celebrando nonnihil deflectebant) B sese reservare jussus est. Non tamen conquievit, sed quod per se efficere non poterat, id per duodecim alios Apostolicos viros transactum dare studuit, inter quos eminebat VVillibrordus, quem Beda nominatim exprimit; quæ missio seu Evangelica legatio accidit, ùt quidem Pseudomarcellinus ait; anno Dominicæ Incarnationis DC. XC. Sed ex Beda Lib. 5. apertè colligitur, eam incidisse in annum Redemptoris DC. XCIII. Nam cùm Beda cap. 9. dixisset, Berechtvvaldum Archiepiscopum fuisse ordinatum anno DC. XCIII. statim cap. 10. ait; *eo tempore, &c.* pergitque percensere, quid Ecbertus Presbyter circa missionem in Frisiam tentaverit, effeceritque. Quo tempore Ecbertus, de quo Pseudomarcellinus necdum ad Archiepiscopatum Eboracensem evectus fuerat, quippe hac dignitate demùm inauguratus anno DCC. XXXII. ùt est in Auctario ad Epitomen historiæ Ecclesiasticæ Bedæ ex editione Commeliniana; C nam in aliis quibusdam additamentum hoc non comparet, cúmque, ùt in eodem Auctario traditur Ecbertus Archiepiscopus supremum diem obièrit anno DCC. LXI. sequitur, eum vel infantem, vel certè adolescentulum, vel nondum in lucem editum fuisse, quando duodecim illi viri sancti & *industrii*, ùt à Beda appellantur, missu Ecberti Presbyteri in Frisiam trajecerunt. Quare corruunt, quæ Pseudomarcellinus fabulatur de Benedictione, quam ab Archiepiscopo Ecberto duodecim illi Ecclesiastæ sub discessum in Frisiam petiverint. Corruunt etiam, quæ cap. 10. narrat de gravi invaletudine Ecberti Archiepiscopi, quando Svvibertus cum Acca Presbytero in Britanniam reversus est, ut Episcopalem consecrationem susciperet; ídque anno Domini DC. XCV. quo tempore Ecbertus Eboracensis vel nondum homo erat, vel adolescentiæ annos vix attigerat.

D Nec ex Anglia venerunt duodecim isti prædicatores, sed ex Scotia seu Hibernia, ubi morabatur Ecbertus Presbyter; qui ex voto, quo se obstrinxerat, patriam terram, hoc est, Britanniam, quam nunc Angliam vocamus; nunquam revisit. Et E quamvis dubium non sit, plerosque ex duodenario isto numero fuisse Anglos seu Anglosaxonas, ex Scotia tamen seu Hibernia ad messem Evangelicam emissos esse, ne mireris, erant enim in Hibernia *multi nobilium simul & mediocrium de gente Anglorum*, inquit Beda lib. 3. cap. 27. *qui, relictâ Insulâ patria, vel divinæ lectionis vel continentioris vitæ gratia eò secedebant, quorum nonnulli statim Monasticæ vitæ sese mancipabant, alii circumeundo per cellas Magistrorum lectioni operam dare gaudebant.* In horum numero fuit iti- F dem Ecbertus Presbyter, Auctor missionis in Frisiam, cui etiam in Scotia seu Hibernia, pupulares, hoc est, Anglosaxones deesse non poterant, quos ad ministerium istud deligeret, quandoquidem Anglosaxonibus Hiberniam petere, & in ea degere solenne erat. Migrâvit autem in cœlum pius iste Presbyter Ecbertus anno DCC. XXIX. cùm esset annorum XC. Et quamvis in S. Willibrordi vita, quæ Alcuino tribuitur, Ecbertus vocetur Episcopus, à Beda tamen hoc nomine nunquam afficitur, cùm ex ineunte propemodum ætate in Hibernia usque ad extremum spiritum sub monastica professione delituerit. Itaque credibile est, nomen *Episcopi*, in historiam Willibrordinam per incuriam irrepsisse.

Erroribus insuper accenseamus licet, G quod scribit de duobus Ebaldis seu Evvaldis Albo & Nigro, quos annumerat duodecim prædicatoribus ab Ecberto missis. Sed duos istos extra hunc duodenarium censum collocandus esse, planum fit ex Beda. Qui cùm lib. 5. cap. 11. dixisset, ab Ecberto Presbytero *duodecim viros sanctos & industrios in opus verbi* destinatos esse, subjungit: *Horum secuti exempla, duo quidam Presbyteri de natione Anglorum, qui in Hibernia multo tempore pro æterna patria exulaverant, venerunt ad provinciam antiquorum Saxonum, si fortè aliquos ibidem prædicando Christo acquirere possent;* qui postea Martyrium subièrunt; de quo copiosè Beda. Ex cujus verbis liquidò apparet, duos istos Ebaldos fratres, non fuisse ex duodenario illo numero; sed exemplo duodenarii illius excitatos, ad Evangelii prædicationem accessisse. Quocirca inter figmenta itidem pono, quod cap. 10. scribit de duobus Evvaldis in Britanniam Svvibertum comitatis, & inde in Hiberniam profectis, cum promissione, se quamprimùm in Germaniam subsecuturos; nam qui religioni non habuit, duos istos fratres duodenario Ecbertino accensere, ei neque istud comminisci religio fuit, præsertim cùm exploratum sit sanctos istos fratres non diu ab adventu suo Martyrii laurea insignitos esse.

Cap. 14. collocat Lebuinum seu Levinum inter illos, qui post Synodum Tra- H

A jectensem in varias orbis partes Evangelii disseminandi gratia abiêrunt, *qui martyrio propè Gandavum coronatus est*. Sed communi Historicorum & Chronologorum testificatione compertum est, S. Levinum sanguinem pro Christiana religione fudisse anno Salvatoris DC. XXXIII. aut summum DC.LIV. Quomodo igitur Trajectensi Synodo anno DC.XCVII. habitæ interesse potuit?

B Cap. 4. repetit commentum de Ecberti Archiepiscopatu Eboracensi, sub quo Svvibertum Canonicum fuisse, tam vero consonat, quàm illud, quod ibidem traditur, S. Columbanum, qui postea Abbatiam Luxoviensem administravit, fuisse Anglum. Plura errata, & quidem longè plura occurrunt in illa historia Svvibertina, Marcellini specioso nomine velata: quæ diligenter enotavit, & ad me misit *R. P. Stephanus Vitus* Societatis nostræ Theologus: Sed hæc, quæ attulimus, sufficiunt,
C opinor, ad detrahendam fidem iis, quæ de Willibaldo & Wunibaldo commemorat. Si enim errat in mittente, ùt revera errat; si errat in loco, unde missio prodiit; ùt revera errat: si errat in personis missis, ùt in duobus Evvaldis, & in Levino seu Lebuino, causæ nihil video, cur circa Willibaldum & Wunibaldum veridicus existimari debeat, præsertim repugnantibus cunctis antiquis monumentis, & universa Ecclesiæ Eystettensis à majoribus per longam sæculorum seriem accepta traditione. Nunc ad alia gradum faciamus.

CAPUT X.

D *Quid Othlonus de discessu SS. Willibaldi & Wunibaldi prodiderit.*

Othlonus, qui res gestas S. Bonifacii literis ad posteritatem transmisit, longè aliter de discessu S. Willibaldi & S. Wunibaldi ex Anglia scribit, nimirùm à S. Bonifacio in Germanicam messem evocatos fuisse, ut subsidio accurrerent laboranti in vinea Domini, nec tantis laboribus sufficienti. Accipe verba Othloni. *Prædicans & baptizans sanctus præsul Bonifacius in Thuringorum & Hessorum regionibus, perspexit messem quidem esse multam ibi, sed operarios paucos ad copiosam multitudinem credentium instruendam. Unde in provinciam patriámque suam mittens, exinde tam fœminas, quàm viros religiosos, scientiáque varia imbutos, plures venire fecit, suique laboris onus inter eos divisit. Inter quos erant præcipuè quidam viri, Burchardus & Lullus, Willibalt, & Wunibalt frater ejus, Witta & Gregorius; fœminæ verò religiosæ, matertera scilicet S. Lulli, nomine Chunihilt, & filia ejus Berathgit, Chunidrut, & Tecla, Lioba & Waltpurgis, soror Willibaldi & Wunibaldi. Sed Chunihilt, & filia ejus Berathgit, valdè erudita in liberali scientia, in Thuringorum regione constituebantur Magistra, Chunitrud in Bagoariam destinata est, ut verbi divini semina ibidem spargeret, Tecla verò juxta fluvium * Moin in locis * Kihbingen & Ochsnofurtt nuncupatis, collocavit. Liobam quoque ad * Biscofesheim, ut illic multitudini virginum congregatæ præesset, constituit.*

Othl. cap. 30. lib. 1.

E

* Mœnus. * Kitzingen. * Bischofsheim.

F Hæc Othlonus, quæ dum Surius vult Latiniora reddere, pervertit. Et Baronio quoque imposuit, ad annum Domini DCC.XXV. Sic enim ille: *In his præcipui fuêre Burchhardus, Lullus, Willibaldus, Willibaldus, & ejus frater Witta, & Gregorius*. Paulò pòst: *Walpurgis soror Willibaldi & Willibaldi*. In antiquis monumentis variè appellatur Witta; nempe *Witte*, *Wittanus*, *Wizo*, Latinè Albuinus seu Albinus, nam quod nobis est, tviß seu tveiß, hoc Anglis est, Witt, *album*; quem Scotum, hoc est, Hibernum fuisse ajunt. nec abnuit Othlonus; quia licèt à S. Bonifacio ex Anglia evocatus fuerit, id tamen non obstat, quia eo tempore multi Hiberni in Anglia, & multi Angli in Hibernia degebant, ùt ex Beda & aliunde constat.

G Gregorius, cujus idem Othlonus mentionem facit, longè diversus est ab illo, de quo Ludgerus in commentario rerum gestarum S. Bonifacii & ipsius etiam Gregorii, hunc enim *de nobili Francorum stirpe progenitum esse*, prima statim modò nominati Commentarii verba ostendunt. Sed his omissis, prædictam illam auxiliarium copiarum ex Anglia evocationem & submissionem revocat Baronius ad annum Salvatoris DCC. XXV. Gregorio II. Pontifice Romanam cathedram administrante. Quo fit, ut, si Othlono fidem habemus, hæc ex Anglia abitio, triginta quinque annis posterior fuerit, quàm illa, de qua Beda & Marcellinus. Mirum, S. Willibaldum in vita S. Bonifacii hac de re nullum verbum fecisse; nec utrum, nec quando ipse cum sociis à S. Bonifacio accersitus fuerit, indicâsse.

H Hæc tamen, quæ Othlonus narrat, non satis conveniunt cum Hodœporico S. Willibaldi, quod ipso S. Willibaldo dictante, sanctimonialis quædam literis consignavit: nec cum vitis S. VVunibaldi & S. VValpurgæ: nec cum Philippi nostri commentario. omnes enim consono testimonio tradunt, patrem Willibaldi, & VVunibaldi, precibus & cohortationibus filiorum, præsertim VVillibaldi, permotum & incitatum peregrinationem iniisse, & postea Lucæ in Hetruria defunctum esse, filiis, ubi justa parenti persolverant, Romam properantibus, quò etiam feliciter pervenerint; tametsi uterque ob cœlum Romanum, peregrinis infestum, in gravem morbum inciderit; VVillibaldum autem, ubi convaluit, Hierosolymam abiisse, VVunibaldo ob vires nondum reparatas Romæ remanente. Hæc in Hodœporico

A porico & in S. VVunibaldi vita legimus, quibus meritò assentimur, cùm illud vivente S. VVillibaldo, hæc verò, statim à morte S. VVunibaldi conscripta fuerint, ùt videre est Tomo IV. Antiquæ Lectionis D. Canisii: Othlonus autem multis annis Bonifacio & VVilibaldo posterior vixerit: Si Othlonus idem est cum illo Fuldensi Monacho, qui vitam S. Pyrminii scripsit, quæ nuper cum aliis præclaris monumentis in lucem venit studio *R. P. Christophori Brovveri* nostri.

B Illud mirabile mihi videtur, cùm in Hodœporico, & in VVillibaldina vita mentio patris non semel fiat, ne semel quidem nomen ejus exprimi. Sed parùm id refert; quia ex aliis non dubiis monumentis Richardo ei nomen fuisse, intelligimus, ùt jam suprà diximus.

C Nec veritati congruit, quod à nonnullis scribitur, S. VValpurgem simul cum Richardo patre, & duobus fratribus in Italiam ad limina sanctorum Apostolorum profectam. Reclamat Hodœporicum VVillibaldinum, & vita VVunibaldina, quæ evocatam ex Anglia tradunt, post excessum matris, (cujus nomen subticetur. VVunnæ tamen seu Bonnæ matri nomen fuisse, aliunde discimus, & jam suprà indicavimus) cùm passim in Germania sanctimonialium Monasteria excitarentur, quibus præficiendæ erant virgines Deum timentes, & religiosæ disciplinæ amantes: neque enim sola venit ex Britannia, sed aliis virginibus comitata, de quibus paulò antè Othlonus; inter quas comites postrema non erat *Lioba*, seu *Lieba*, hoc est, *Agape* seu *Charitas*. Quomodo etiam S. Bonifacius S. VVunibaldum & S. VVillibaldum socios & adjutores sibi adsciverit, Hodœporicon longè aliter docet, nempe impetratos à summo Pontifice precibus S. Bonifacii, primùm quidem S. VVunibaldum, postea etiam S. VVillibaldum, & illum rectà cum S. Bonifacio in Germaniam abiisse, hunc verò pòst subsecutum esse.

D Cæterùm cur S. Bonifacius fœminas ex Anglia in Germaniam evocârit, causam hanc reddit Illustrissimus Baronius Tomo IX. anno DCC. XXV. N. XI. *Quod sciret exemplo Apostolorum, non inutiles esse ad opus, sanctas quoque mulieres, quibus uteretur, velut Diaconissis, quas præficeret Monasteriis, & per quas faciliùs gentiles fœminæ mutua consuetudine allicerentur ad fidem, probatas sanctitate mulieres æquè ex Anglia esse petendas, utile duxit.* Hæc Baronius. Vocavit ergo S. Bonifacius mulieres istas ex Anglia, ut privatæ potissimùm feminarum institutioni & conversioni vacarent, útque virginum collegia passim tunc institui solita, tanquam præsides, gubernarent, ínque vita religiosa jam in Anglia exercitatæ, minùs exercitatis in Germania virginibus, religiosæ vitæ normam præscriberent: nullo autem modo accersitæ sunt, ut, virorum instar, publicè concionarentur, verbúmque Dei annunciarent. E Quo fine à S. Bonifacio vocatas esse, impudenter scribit Cyriacus Spangenberger, Lutheranus præco, in gestis S. Bonifacii; ubi adhuc inverecundiùs addit; *hanc fuisse causam dissensionis inter Adelbertum Gallum, & Clementem Scotum, hos enim noluisse ferre, ut Walpurga, & cæteræ feminæ Anglicanæ prædicarent, permissu Bonifacii.* Quod inanissimum figmentum esse, liquet ex Romana Synodo sub Zacharia Pontifice, quam Othlonus libro suo secundo de vita S. Bonifacii inseruit, ubi nominatim & sigillatim omnes errores tam Adelberti, quàm Clementis enumerantur, propter quos pax nulla S. Bonifacio cum Adelberto & Clemente intercedere poterat.

F Quamvis portò Illyricus in Catalogo Testium & Balæus in Centuriis Britannicis, maximè verò Centuriâ decimâ quartâ, nihil non conviciorum in S. Bonifacium jaciant, frontem tamen adeò non perfricuerant, ut dicerent, eam, quam Spangenberger tradit, fuisse causam dissidii; & ut hoc obiter quoque moneamus, Balæus non contentus duobus adversariis Bonifacii, Adelberto & Clemente, tertium addit, nempe Samsonem Scotum Presbyterum, quem miris laudibus effert, non amore veritatis, sed odio sancti Bonifacii: tametsi de isto Samsone apud Othlonum in Synodo Romana nulla mentio extat. Sed unde unde eum Balæus deprompserit, ejusdem corii cum Clemente Scoto fuit, ùt satis apparet ex illis ipsis, quæ Balæus de illo narrat; licèt, quem narrationis suæ fundum habeat, num antiquum aliquod monumentum, an suum cerebrum, studiosè subticeat.

G Poterat tamen Balæus pro suo Samsone producere Epistolam Zachariæ Pontificis, quæ est inter editas CXL. ubi Samsonis laudes hunc in modum celebrantur. *Scripsit reverenda fraternitas tua reperisse quendam presbyterum, genere Scotum, nomine Sampson, errantem à via veritatis, dicentem & affirmantem, sine mysterica invocatione, aut lavacro regenerationis posse fieri catholicum Christianum, per Episcopalis manus impositionem. Hic autem qui dicit, vacuus est Spiritu sancto, & alienus à gratia Christi, atque à consortio Sacerdotali abjiciendus, &c. Hunc nequissimum virum talia prædicantem, ab Ecclesia sancta Dei condemnatum expelle.* H Hæc Samsonis præconia longè aliter tinniunt, quàm quæ eidem Balæus pangit, qui ex Epistola inter Bonifacianas 139. poterat ejusdem classis & fortis adversarium Bonifacii adjicere, nempe Godschalcum, seu, ùt habent edita exemplaria, Godalsacium: de Godschalco tamen nihil specistim actum est in Synodo Romana, quæ extat apud Othlonum lib. 2. de vita S. Bonifacii cap. 5.

A Verùm si Spangenberger decretis Lutheranis consentaneè agere cogitâsset, debebat potiùs, id, quod S. Bonifacio affingit, eidem laudi dare: & reprebendere Adelbertum & Clementem, quòd Bonifacio rem minimè reprehendendam crimini vertissent. Quid enim Lutheranæ doctrinæ convenientius, quàm mulieres Sacramenta administrare posse, si alii ministri desint, cùm omnes omnino Christiani æqualiter sint Sacerdotes? Si virtute hujus Sacerdotii Sacramenta conficere & administrare queunt, cur non etiam publicè prædicare, & ex *ambone Prædicantico* ad circumstantem multitudinem declamare? Nec desunt muliebris hujus levitatis exempla, quæ, prout se dabat occasio, sæpius alibi in meis opusculis recensui.

CAPUT XI.

Quid tandem sentiendum sit de S. Willibaldi ex Anglia discessu, Romam adventu, & in Germaniam ad S. Bonifacium reditu.

B Omnia plena sunt tenebris, partim ob inopiam veterum scriptorum, partim ob eorundem, qui extant, non satis consonam concordiam: Vestigia tamen Hodœporici Willibaldini, superstite adhuc S. Willibaldo, conscripti, sequentes, videmur veritatem aliquo modo assequi posse.

C Dicimus igitur, S. Willibaldum ex Anglia egressum anno Domini DCC. XIX. ætatis suæ anno XV. qui est Gregorii II. Papæ in Pontificatu sextus, Romámque venisse anno Domini DCC. XX. vel sequenti, eodem Gregorio adhuc cathedram Petri moderante; nam in monte Cassinensi decennio vixit (non enim audiendus Philippus cum aliis nonnullis, qui quinquennium duntaxat statuunt) & priusquam huc se reciperet, jam decennium extra patriam peregrinando consumpserat; teste utroque Hodœporico; à XIX. igitur anno usque ad XXXIX. annum vel usque ad exitum anni XXXIIX. si numerum ineas, XX. annos invenies, tantum scilicet temporis, quantum Hodœporicon peregrinationi transmarinæ, & commorationi Cassinensi tribuit: nam anno DCC. XXXIIX. in Festo S. Andreæ Cassino Romam venit; & à Gregorio III. jussus in Germaniam ad S. Bonifacium abiit, post pascha anni XXXIX. Quo etiam in Germaniam ad Sanctum Bonifacium pervenit. Promiserat autem Pontifex S. Bonifacio, cùm anno DCC. XXXVIII. Romæ esset, se Willibaldum subsidio in Germanicam messem ablegaturum, quamprimùm Romæ compareret.

D Huic sententiæ obstare videtur adolescentia Willibaldi: Vix enim credibile fit, adolescentulum, E quindecim annorum, patriæ finibus egressum tam molestam & longinquam peregrinationem suscepisse, & ea etiam auctoritate valuisse, ut patri & fratri suo eandem mentem injiceret. Veruntamen si auctoritatem Hodœporici sartam tectam servare velimus, omnino hoc affirmandum erit: nam spiritus Dei non est ad annos alligatus; & multi Sanctorum eadem ætate mundo & patriæ constanter valedixerunt.

F Difficilior est nodus, quem nobis Hodœporicon nectit: Ait enim, S. Willibaldum in Thuringiam ad S. Bonifacium venisse, & in domo fratris sui Wunibaldi hospitalitatis mansionem habuisse, quia *jam illum octo annorum spatio & nono dimidio ab eo, quo de Roma pergebat, non vidit.* Quomodo tantùm octo & dimidiato annis non viderat Wunibaldus Willibaldum, si septennium in peregrinatione Hierosolymitana, & decennium Cassini consumpserat? Septendecim certè annis minimùm mutuo conspectu caruerant. Hic nodus implicatus est. Fortè solvetur, si dicas S. Willibaldum à fratre suo Wunibaldo visum esse in monte Cassino; cùm jam sesqui vel etiam alterum annum illic ageret; bis enim venit Romam G VVunibaldus. Primò, cum fratre suo VVillibaldo. Secundò, cùm ex Anglia, quam repetiverat, reversus esset: Nam S. VVunibaldi vita expresſè tradit, eum septimo peregrinationis suæ anno in Angliam rediisse, ut, si quos posset, præsertim de sua cognatione, ad contemptum mundi & patriæ adduceret, sibíque socios peregrinationis adjungeret: id cùm ex sententia successisset, Romam iteratò adiisse. Hac ergo altera vice adventus sui in urbem, fratrem in monte Cassino latitantem salutare potuit, ita, ut ab hoc ultimo congressu usque ad adventum in Thuringiam, octo anni & dimidiatus effluxerint; ut jam locum non accusem mendi, quod fortè liceret, cùm sciam Hodœporicon hoc ex mendosissimo, eóque unico codice à clarissimo viro *D. Henrico Canisio* exscriptum esse. Postea tamen in integrius & emendatius ejusdem Hodœporici manuscriptum exemplar incidi, quod cum Rebdorffensi, quo D. Canisius usus est, penitus convenit, ita ut suspicio latentis mendi cesset.

H Hac igitur sententia de annis Willibaldinæ peregrinationis posita; dicendum est, S. Richardum aut anno DCC. XX. aut certè sequenti mortuum esse. Dico, *sequenti*: idque propterea, si forsan filii tertio demum ab egressu ex Anglia anno Romam pervenerunt: quos certum est Romam non venisse, nisi mortuo jam & sepulto patre apud Lucam Hetruriæ civitatem; nam cùm Romam simul pergerent, S. Richardus vivendi finem in itinere fecit, cœlum pro Roma adeptus.

A eptus. Mortem porrò Richardi commemorat Baronius anno gratiæ DCC. L. non quòd illo præcisè anno Richardum obiisse credat, sed quia circa hæc saltem tempora, quæ de S. Richardo feruntur, accidisse existimat. Ex cujus sententia dicendum esset, Willibaldum & Wunibaldum sub Zacharia Pontifice Romam pervenisse, anno oooo Pontificatus ejus, vel aliquo anteriore, octavo scilicet vel septimo. Sed huic opinioni refragantur omnia vetera monumenta, ut proinde omni probabilitate destituatur.

Aliqui referunt S. Richardi mortem ad B annum DCC. XXV. quo anno filios quoque ad Festum S. Martini Romam pervenisse ajunt. Sed decennalis peregrinatio S. Willibaldi, ejusdémque totidem annorum in monte Cassino commoratio, alium computum nos inire jubent. Eandem ob causam discedere cogimur à Philippi nostri & aliorum sententia, Sanctos istos sub Gregorio III. Romam venisse, circa annum Christi DCC. XXXI. Nimis serus est iste calculus.

Nec obstat, quod Philippus & Hodœporicon tradunt, S. Wunibaldum Romæ à S. Bonifacio repertum, & Pontificis Gregorii III. jussu in Germanicam messem abductum esse. At S. Bonifacius sub Gregorio III. venit quidem Romam (qui tertius Bonifacii in urbem adventus numeratur) sed non ante annum Domini DCC. XXXIIX. qui erat octavus Gregorii III. tam diu autem, hoc est, per XIIX. prope ab adventu annos Wunibaldum Romæ moratum esse, vix apparet verisimile. Respondeo, S. VVunibaldum to-C to isto annorum intervallo non semper Romæ mansisse; nam ùt in VVunibaldina vita apertè scribitur; septimo peregrinationis suæ anno VVunibaldus Angliam repetiit, ut, si quos posset, præsertim de sua cognatione, ad contemptum mundi & patriæ induceret, sibíque socios peregrinationis adjungeret. Id cùm ex animo successisset, Romam iteratò adiit; nam in quemcunque demum annum repetitus VVunibaldi ad urbem accessus inciderit, optimè fieri potuit, ut anno salutis DCC. XXXIIX. VVunibaldus à S. Bonifacio Romæ inveniretur, inque Germaniam strenuus Dominicæ vineæ excolendæ admolitor futurus, abduceretur.

Sub finem hujus disputationis, omittenD dum non est: Illustrissimum Baronium haud satis sibi constare, cùm de hoc argumento Tomo IIX. & IX. disputat: nam quia Marcellinum legerat; egressum VVillibaldi & VVunibaldi ex patria ad annum Domini DC. XC. refert, & anno gratiæ DC. XCVII. eundem Episcopum Eystettensem creat. Rursus Tomo IX. Auctoris, qui vitam S. Bonifacii scripsit, verba commemorans, evocationem ex Anglia revocat ad annum Domini DCC. XXV. Quæ duo cohærere non possunt, ùt per se liquet; & mirum est, accuratissimum Baronium hoc non advertisse; nam si vera sunt, quæ Auctor E Marcellini nomine velatus narrat, ruant oportet, quæ Scriptor vitæ Bonifacianæ seu Othlonus prodidit: & vice versa. Iterum, cùm Baronius incidisset in Tomum IV. Antiquæ Lectionis à D. Henrico Canisio evulgatum, in quo sunt varia Ecclesiæ Eystettensis antiqua monumenta, legisśetque, VVillibaldum à S. Bonifacio petitum esse, ut auctoritate Pontificis Gregorii III. in messem Germanicam ablegaretur, corrigi vult in Appendice ad Tomum IX. quæ ex Othlono ad annum DCC. XXV. retulerat; nam Willibaldum & Wunibaldum non ex Anglia à S. Bonifacio accersitos esse, sed Româ abductos.

Epitaphium S. Richardi exhibet Baronius F anno Redemptoris DCC. L. In eo appellatur Richardus *Rex Anglorum*. Cæterùm in Appendice ad Tomum IX. redditur hoc regnum Baronio dubium & suspectum. Ita cùm doctissimus & celeberrimus historiæ Ecclesiasticæ pater, non haberet, ubi pedem firmiter figeret, jam hoc, jam illud ex diversis & contrariis auctoribus in Annales suos, sine accuratiore examine transtulit; cujusmodi est etiam illud, quod in Epitaphio S. Richardi legerat; Willibaldum & Wunibaldum filios à Richardo apud S. Bo- G nifacium Archiepiscopum Moguntinum relictos fuisse, ipsúmque Richardum absque illis in Italiam abiisse. Quod utrique Hodœporico, vitæ VVunibaldinæ & VVillibaldinæ & Philippo nostro ex diametro adversatur. Verùm de his omnibus, quid statuendum sit, jam planum fecimus. Hanc fluctuationem Illustrissimi scriptoris non duxi dissimulandam, ne quis auctoritate tanti viri avius à vero abduceretur.

CAPUT XII.

De Sacerdotio & Episcopatu sancti Willibaldi.

SAnctum Willibaldum à S. Bonifacio Sa- H cerdotii honore insignitum esse, testatur prius *Itinerarium* ab Heidenheimensi Sanctimoniali conscriptum: & quidem Eystadii, seu in loco, qui postea Eystadii appellationem tulit; ipso S. Mariæ Magdalenæ festo; ùt citatum jam Hodœporicon disertè tradit; & notatur itidem in Calendario seu Necrologio, quod Pontificali Eystettensi manuscripto innexum est. Ubi additur: Quotannis eo die institui processionem in cryptam, in qua S. Willibaldus sepultus erat, utique in memoriam Sacerdotii eo die à S. Willibaldo suscepti. Dicitur, *ex antiquo*: quia translato corpore ad *Monasterium* processio quoque mutata est: ùt & tunc, cùm tandem S. Willibaldus in choro sibi dicato stabilem sedem invenit

venit. Eò nunc, ùt ait Manuscriptus, processio ducitur.

A

Sed quæritur de anno, quo S. Willibaldus Sacerdotio initiatus est. Hodœporicon Sanctimonialis affirmat id factum, uno anno ante Episcopalem consecrationem: cùm autem S. Willibaldus anno Domini DCC. XLV. ad Episcopalem gradum evectus fuerit, sequitur, eum, Sacerdotem creatum anno priore, hoc est, anno Redemptoris DCC. XLIV. Cum hoc Itinerario consentit posterius illud ad Anonymo confectum. Quocirca non moramur Anonymum Scriptorem vitæ Willibaldinæ Tomo IV. Canisii, qui à Sacerdotio S. Willibaldi usque ad Episcopatum statuit *lustrum*, hoc est, quin-B quennium: ut proinde dicendum videatur S. Willibaldum anno gratiæ DCC. XL. Sacerdotii dignitatem consecutum esse. Non moramur, inquam, hunc Auctorem, quia major est auctoritas utriusque Itinerarii, præsertim prioris, quod vivente, imò & dictante S. Willibaldo conscriptum est. Deinde Auctores isti non solent esse usque adeò rigidi & religiosi proprietatis vocabulorum observatores. Hinc credibile fit, lustrum à scriptore isto pro annuo spatio usurpatum esse. Quanquam parùm interest, hócne an illud sentias, tametsi, ùt dixi, utrunque Hodœporicon majorem apud me fidem meretur.

Ad Episcopatum quod attinet; commu-C nis traditio & persuasio habet; S. Willibaldum ad hoc honoris fastigium exaltatum esse anno Salvatoris DCC. XLV. tribus hebdomadibus ante Natalem S. Maroni, ùt inquit Hodœporicon, cùm quadragesimum primum ætatis suæ annum ageret; neque huic sententiæ ratio deest ex ipso cursu Willibaldinæ vitæ collecta: nam XXXVI. annos Episcopatum tenuit; mortuus anno DCC. LXXXI. Si ergo ab anno XLV. usque ad annum LXXXI. omnes annos computes, triginta sex annos Episcopatus invenies.

D

Annales tamen in anno Willibaldini Episcopatus variant: nam Francici à Frehero editi: *Duos Episcopos constituit* (Bonifacius) *unum Wirzburgi, alterum in loco, qui dicitur Aichstad anno DCC. XLVI.* Hermannus Contractus in Chronico: *Anno DCC. XLVII. S. Burckhardus Wirzeburgensi, & S. Willibaldus Eystetensi Ecclesiæ Episcopi, primi à S. Bonifacio ordinantur.* Duobus ergo annis seriùs id contigit ex sententia Hermanni, quàm vulgaris persuasio, imò quàm ipsa veritas habeat. Marianus Scotus in suo Chronico refert hanc ordinationem ad annum gratiæ DCC. XLVI. aitque factam non tantùm *auctoritate sedis Apostolicæ, sed etiam annuente Carolomanno Rege.*

Verùm in XLV. anno persistendum est; quem turbat Othlonus, qui in vita S. Bonifacii lib. 1. cap. 42. scribit à Carolomanno Francorum Principe coactam Synodum anno ab incarnatione Domini DCC. XLII. eique, præter S. Bonifacium Archiepiscopum, interfuisse Episcopos Burchardum & Reginfredum, Witanum & Willibaldum, Dadanum & Addanum, *cum presbyteris eorum.* Si ergo Willibaldus jam anno DCC. XLII. Episcopus erat, quomodo demum post tres annos, id est, anno DCC. XLV. Episcopali honore insignitus est, ùt habet Hodœporicon Willibaldinum, & communis Eystettensium persuasio? Nec refert, quòd in Surio est *Williboldus*, non *Willibaldus*, nam unum & idem nomen est, ùt F suo loco diximus. Hic iterum nodus vix solubilis nascitur: nam ut quis dicat, Othlonum errâsse, vix fidem faciet; quæ enim dicit, ex publicis actis Synodi dicit; & Annalium Conditor Baronius ad eundem Domini annum hanc Synodum refert. An Willibaldus tempore Synodi erat duntaxat destinatus & electus Episcopus, nondum autem consecratus, aut ulli certæ sedi addictus? An non obstante, quòd alioqui Willibaldus & Williboldus idem nomen sunt, hic discriminabimus, & Williboldum istum à nostro Willibaldo secernemus? Non minor est difficultas de Burckhardo, qui anno demum DCC. L. vel DCC. LI. Romæ à Zacharia Pontifice Episcopus ordinatus est, & anno DCC. LI. solenniter in G diœcesi Herbipolensi promulgatus, & declaratus, ùt scribit Egilvvardus lib. 1. de vita S. Burckhardi cap. 10. Quomodo ergo Burckhardus jam erat Episcopus anno DCC. XLII. quo Synodus illa Ratisbonæ, ùt quibusdam videtur, habita est? Licèt alii magis inclinent in Moguntiam; quia Carolomannus initio Synodi, (cujus fragmentum extat apud Othlonum lib. 1. de vita S. Bonifacii cap. 42. & inter Bonifacianas Epistolas post Epist. 78.) profitetur, se sui Regni Episcopos ad Synodum convocâsse; credibile ergo est in loco etiam H sui Regni congregâsse; qualis non erat Ratisbona, quæ Odilonis Bojorum Ducis imperio tenebatur. Hinc cùm & Aystadium extra fines Regni Carolomannici esset, arbitrantur isti, *Willibaldi* nomen ab imperito quopiam intrusum esse. Quod creditu non est proclive propter manuscripta exemplaria Othloni & Epistolarum Bonifacianarum, quæ nomen *Willibaldi* concorditer repræsentant. Illud contra Ratisbonam efficacius est; quia si Ratisbonæ hæc Synodus celebrata fuisset, interfuisset utique Episcopus Ratisbonensis, qui tum Gubaldus seu Garibaldus erat, unà cum reliquis Boicæ Antistitibus. Lector arbitratu suo eligat sive hoc, sive illud, sive aliud; quia res incerta est, & longinqui ævi tenebris involuta. Quis evolvet ita, ut liquidò liqueat?

Vidit

A Vidit hunc nodum de Episcopatu S. Burckhardi etiam Serarius noster in Notis ad S. Kilianum. At nescio, num solverit; nam difficile est ex anno DCC. LI. facere annum DCC. XLI. cùm S. Burchardus Romæ sub Zacharia Papa Episcopus creatus sit, præsente S. Bonifacio, quando ultimò Romam venit, qui in urbem adventus non contigit ante salutis annum DCC. L. Idem tamen Serarius postea lib. 3. Mogunt Not. XLIV. in S. Bonifacii vitam, confugit ad designationem, ita ut Burckhardus anno DCC. XLII. tempore Synodi fuerit designatus Episcopus, non consecratus, aut certo loco deputatus, prout nos de S. Willibaldo diximus.

B Cæterùm Synodo, quam Othlonus lib. 1. de vita S. Bonifacii cap. 44. tertiam appellat, celebratæ Moguntisci, ùt nonnullis placet, anno gratiæ DCC. XLV. interfuit S. Willibaldus, eodem anno circa festum S. Martini Episcopali honore insignitus; si verum est, Epistolam XIX. S. Bonifacii ad Ethilbaldum Regem Mercinrum ex concilio scriptam & missam esse, cujus in titulo, præter alios Episcopos, apparet etiam *Willibald.* Hanc Epistolam ex Synodo prædicta missam esse ad Regem Ethilbaldum, docet S. Bonifacius Epist. 10. ad Herifridum Presbyterum, ubi ista leguntur. *Præterea nos octo Episcopi, quorum nomina subter annotavimus, in commune te, frater charissime, deprecamur, &c.* Sed vitio librariorum nulla nomina Episcoporum ad calcem Epistolæ apparent. Et in titulo Epist. 19. ad Ethilbaldum Regem Merciorum non octo, sed tantùm sex Episcopi nominantur, ut admodum verisimile fiat, id culpa exscriptorum accidisse.

C Episcopatus sui & Burchardini meminit ipse etiam S. Willibaldus in S. Bonifacii vita cap. 10. *Juxta Ecclesiasticæ dispositionis normulam pastorale populis prævidit* (Bonifacius) *ministerium: ut sive vivente illo, sive etiam moriente, medicinali plebs pastorum officio minimè careret, & duos bonæ industriæ viros ad ordinem Episcopatus promovit, Willibaldum & Burghardum, eisque in intimis Orientalium Francorum partibus, & Bavarorum terminis Ecclesias sibi commissas impertiendo distribuit, & Willibaldo suæ gubernationis parochiam commendavit in loco, cui vocabulum est Heistate. Burghardo verò in loco, qui vocatur Wirzeburg, dignitatis officium delegavit, & Ecclesias in confinibus Francorum atque Saxonum atque Sclavorum suo officio deputavit, & usque ad gloriosum exitus sui diem, incessanter arctam regni cælestis viam plebibus patefecit.*

D S. Ludgerus in vita seu passione S. Bonifacii. *Willibaldus electus Dei antistes Episcopatum, quod nuncupatur Hehstedi, in parte proxima nobis Baguariorum, idem in Nordgoë simili modo, ùt plus pater à fundamentis illud erigens, melioravit & custodivit.*

E Adstiterunt Bonifacio in consecratione S. Willibaldi Burckbardus & VVitto seu VVIzo Episcopi, ùt ait cap. 22. Philippus, & Hodœporicon VVillibaldinum. Sed nodus hîc difficilis incidit, cùm Burckhardus quinquennio aut sexennio demùm pòst Romæ à Zacharia Pontifice, præsente S. Bonifacio, Episcopus ordinatus sit, & anno Redemptoris DCC. LI. VVirzeburgi solenniter declaratus, ùt scribit Egilvvardus lib. 1. de vita S. Burchardi cap. 10. An Burchardus non adfuit, ùt jam consecratus, sed ùt designatus Episcopus? Dissimulandum non est, multa in illo Egilvvardo occurrere, quæ à veritate dissideant; neque veteri, sed novitio F alicui scriptori adscribenda videantur. Cujus luculentissimum exemplum proferemus, cùm infrà de morte & annis S. VVillibaldi differemus. Quid quòd ipse S. Bonifacius in Epistola, quam ad Pontificem Zachariam misit anno Domini DCC. XLI. apertè scribit, se tribus locis Episcopos constituisse, VVirziburgi, Buraburgi, & Erphesforti, petitque eorundem à Pontifice approbationem & confirmationem. Quos Pontifex epistola ad Bonifacium data anno sequenti DCC. XLII. Apostolica auctoritate confirmavit. Cessat ergo hac ratione difficultas de Synodo anno hoc DCC. XLII. celebrata, cui Burckhardus tanquam Episcopus interesse scribitur. Verè enim hoc anno Episcopus erat, jam à sede Apostolica confirmatus, ùt & VVitto seu VVitta seu VVizzo Episcopus Buraburgi; de quo, quis locus fuerit, vide Notationem 29. Serarii in Bonifacianam vitam; & quamvis S. VVillibaldus in S. Bonifacii historia eodem orationis tenore scribat, VVillibaldum Eystettensem, G & Burckhardum VVirzburgensem Episcopos constitutos esse, id tamen non ita accipi debet, quasi uno eodémque anno id acciderit; nam diversis annis ad Episcopale culmen evectos esse, ex dictis planum relinquitur. Quare nulla etiam in literis S. Bonifacii ad Zachariam Pontificem Episcopatus Eystettensis mentio extat, utpote posteriùs demùm instituti. Locus autem, in quo S. VVillibaldus à S. Bonifacio consecrationem Episcopalem accepit, in Thuringia erat, nomine *Sulzberg* seu *Sulzburg*. Nec post consecrationem diutiùs, quàm unam hebdomadem in Thuringia mansit, sed quantocyus ad gregem sibi commissum, tanquam fidelis & sollicitus pastor, properavit.

H Quod de chronologia Epistolæ S. Bonifacii ad Zachariam Papam, & de Epistola Zachariæ ad S. Bonifacium scripsimus, id scripsimus Baronium secuti. Alii rejiciunt has Epistolas ad annum Domini DCCXLIII. ùt & Synodum à Carolomanno indictam.

A Lis ſpinoſior eſt, (ùt frequenter in Chronologicis accidit,) quàm utilior. Indictio undecima, quæ ſignatur Epiſtola Zachariæ, favet quidem huic opinioni. Sed Baronius mendum irrepſiſſe, & pro undecima decimam Indictionem ſubſtitui debere non improbabilibus argumentis demonſtrat.

B Licèt porro S. Willibaldus ſedem Epiſcopalem jam adiiſſet, ſæpe tamen evocabatur Moguntiam & aliò à S. Bonifacio, ídque ob communem Eccleſiarum utilitatem, ùt cap. 24. Philippus memorat. Frequenter enim celebrabat Synodos, ùt patet ex vita S. Bonifacii cap. 10. à quibus dilectum ſibi Willibaldum haud abeſſe ſinebat: tametſi poſtea grandior natu, ſynodales conventus S. Bonifacius adire & obire non ſoleret, teſte eodem Willibaldo.

CAPUT XIII.

C *De quatuor Epiſcopatibus, quos S. Bonifacius in Bavaria reformavit.*

SAnctus Bonifacius anno Redemptoris DCC. XXXIIX. à ſede Apoſtolica rediens, divertit ex itinere ad Regem Longobardorum Luitprandum; *à quo recedens*, inquit S. VVillibaldus in S. Bonifacii vita cap. 9. *non ſolùm invitatus Bavarorum ab Odilone Duce, ſed & ſpontaneus viſitavit incolas, manſitque apud eos diebus multis, prædicans & Evangelizans verbum Dei, veraq; fidei ac religionis ſacramenta revocavit: & deſtructores Eccleſiarum populique everſores abigebat. Quorum alii pridem falsò ſe Epiſcopatus gradu prætulerunt; alii etiam presbyteratus ſe officio deputabant: alii hæc atque alia innumerabilia fingentes, magna ex parte populum ſeduxerunt. Sed ſanctus vir jam Deo ab infantia deditus, injuriam Domini ſui non ferens, ſupradictum ducem, cunctúmque vulgus ab injuſta hæretica falſitatis ſecta, & fornicaria ſacerdotum deceptione coërcuit, & provinciam Bavarorum, Odilone duce conſentiente, in quatuor*
D *diviſit parochias, quatuórque his partibus præſidere fecit Epiſcopos: quos ordinatione ſcilicet facta, in Epiſcopatus gradum ſublevavit: Quorum primus nomine Joannes, Eccleſiæ in oppido, quod dicitur Salzburg, Epiſcopatus Cathedram ſuſcepit. Secundus Erenberch, qui Friſingenſis Eccleſiæ ſpeculatoris tenuit principatum. Tertius Gaibaldus, qui Eccleſiæ civitatis Reginæ paſtorale excubitoris ſubiit magiſterium. Quartus Vivilo, qui ſuper Patavienſem Eccleſiam ſacra indagationis obtinuit dignitatem. Cùmque omnia confirmato Chriſtianitatis ordine ritè agerentur, ut canonum eſſent jura in Bavaris recuperata, jam ad proprias remeando rediit Eccleſias, populique ſibi commiſſi curam gerens, culpáſque gregum circumſpiciens, & excubias providens, oves à nefandis luporum morſibus eripuit.*

Fx his lupis unus erat, qui non tantùm factis, ſed & nomine lupum ſe exhibebat, Erenvvolfus, de qun iſthæc lib 5. rerum Boicarum ampliſſimus, mihíque, dum viveret, amiciſſimus Dominus Marcus Welſerus. *Vix obierat Corbinianus, cùm infauſtum nomen Erenvolfus, homo hæreticus, primus, cujus memoria inter Bojos exſtet, ſi his quoque peſtibus annotandis operæ pretium facimus; flagitioſa impiorum dogmatum labe ferenda graſſari cœpit. Bonifacius, ùt erat acri in divinum cultum ſtudio, properè accurrens, ne virus latiùs ſerperet, auctorem ſceleris, maturè, ex ſacrorum Canonum præſcripto, damnatum, ab Eccleſia communione rejicit, ſimul populum ſalutaribus concionibus admonitum in viam revocat.* E

De hac Fpiſcoparunm reformatione Ita F
Gregnrius III. ad ipſum Bonifacium anno ſui Pontificatus IX. Chriſti DCC. XXXIX. reſcripſit: *Quia indicâſti perrexiſſe te ad gentem Bajoariorum, & inveniſſe eos extra ordinem Eccleſiaſticum viventes, dum Epiſcopos non habebant in provincia, niſi unum nomine Vivilo, quem nos ante tempus ordinavimus, & quia cum aſſenſu Otilo Ducis eorundem Bajoariorum, ſeu optimatum provinciæ illius, tres alios ordinâſſe Epiſcopos, & in quatuor partes provinciam illam diviſiſſe, id eſt, in quatuor parochias, ut unuſquiſque Epiſcopus ſuam habeat parochiam, benè & ſatis prudenter peregiſti frater. Et quoniam Apoſtolicam præceptionem ex noſtra vice impleſti, & ſicut tibi præcepimus, ita peregiſti: itaque non deſinas, frater reverendiſſime, docendo eos ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanæ ſedis traditionem, ut illuminentur rudes, & viam ſalutis teneant, per quam poſſint ad æterna præmia pervenire.*

Nnn ergo Epiſcnpatus iſtos Salisburgenſem, Friſingenſem, Ratisbonenſem & Paſ- G
ſavienſem, S. Bonifacius inſtituit, quippe qui ſint antiquiores S. Bnnifacio, ùt vel ex Metropoli viri nobilis *Wiguleï Hundii* apparet; ubi ſingulorum Epiſcopatuum indices texuntur, quos & quales à primo ſuo ortu præſules habuerint: ſed cùm vel nullos, vel non legitimos paſtores haberent, omniáque in deterius collapſa ruerent; S. Bonifacius legatione Apoſtolica functus, ſingulis ſedibus idoneos antiſtites præfecit, relicto ſuo in gradu Vivilone Patavienſi, qui munus Epiſcopale, prout par erat, obibat; & vitiis flagitiiſque in clero tunc exuberantibus, viriliter obviam ibat.

Quanquam Philippus noſter non tantùm H
in hoc Commentario, ſed etiam in S. VValpurgæ vita ad Reginam Hungariæ, conſtanter affirmat, Epiſcopatum Friſingenſem à S. Bonifacio eſſe conditum, cujus hæc ſunt verba: *Fuêre in Regno Pipini Regis duo viri illuſtres, ſcilicet Odylo Dux, & Suuigerus Comes, qui utrique ad S. Bonifacium venientes orationibus ejus ſe commendaverunt, & præ-*

A *prædia sua cum mancipiis ad serviendum Deo viventi devotissimè ei obtulerunt. Sed beatissimus Præsul considerans, quia res Ecclesiæ, vota sunt fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperum, ex allodiis Odyli Ducis, Frisingensem instituit Episcopatum; ex prædiis verò Svveigeri Comitis, Eystettensem fundavit, & firmavit Pontificatum; præfecitque venerabilem fratrem, & discipulum suum S. Corbinianum, Frisingensibus: Sanctum verò Willibaldum Deo dignum Episcopum Eystettensibus.* Sed res aliter se haber. Non instituit S. Bonifacius Episcopatum Frisingensem, sed reformavit, datn Eremberto Antistite, finésque hujus & aliarum Diœceseon in Bavaria descripsit.
B Unde Otho Frisingensis lib. 5. Chron. cap. 22. *B. Bonifacius terminos Episcopatuum Bajoariæ, sicut hodie manent, distinxit.* Nec S. Corbinianum Bonifacius Episcnpum Frisingensem fecit, quippe qui, condito novn Episcopatu, eidem præesse cœperit circa annum Domini DCC. X. sub Pipino Rege, & Grimoldn Bojorum Duce; quo tempore Bonifacius necdum Apostnlica legatinne in Germania fungebatur. De Episcopatu tamen Frisingensi optimè meritus est S. Bonifacius, tum propter reformationem, tum prnpter amplissima dnna, quæ ab Odilone accepta eidem liberaliter contulit.

C Non desunt Auctores, qui, cùm de Bavaricorum Episcopatuum seu reformatione seu institutinne agunt, adjiciant quoque Episcopatum Eystettensem, ex qunrum numern est Andreas Ratisbooensis, qui in sun Chrnnico ista. *Joanni Salzburg, Baibaldo Ratisbona, Willibaldo Eystett, Ermberto Frisinga commendatur; nam tunc nullus in tota provincia pastoralem cathedram possidebat, præter Vuilonem.* Auctnr vitæ S. Gotthardi Episcopi Hildesbcimensia cap. 1. *Willibaldo Eystettensis, Joanni Salisburgensis, Eremberto Frisingensis, Garibaldo Ratisbonensis Ecclesia commendatur.* Ubi iterum vides, Eystettensem Episcopum cum institutione alinrum Episcopnrum conjungi; qund secus factum oportuit: nam diversis temporibus ista acciderunt, ùt jam vidimus, & utcunque hæc sive apud recentiores, sive apud anciquiores conjuncta legis, memineris disjungenda; & variis temporibus assignanda esse.

D Propter hanc reformatinnem à S. Bonifacin factam, primævæ institutioni quasi æquivalentem; quatuor Episcnpatus, gratitudinis restandæ gratia, Monasterio Fuldensi, ubi S. Bonifacius requiescit, fundos & pensinnes annuas decreverunt, prnut demonstranr, quæ ex vetustis Ecclesiæ Fuldensis monumentis deprompsit, R. P. Christopborus Brnvverus lib. 3. Antiquit. Fuldensium cap. 11. & sunt ista.

Cunctis nostris fidelibus notissimum est, qualiter præclarissimus patronus noster, & totius Galliæ atque Germaniæ Apostolus, S. Bonifacius, cùm E *ab errore gentilitatis Bojoariam convertisset, divisit eam in quatuor Episcopatus, & quatuor ex discipulis suis ordinavit pastores, ad regendum populum Dei. Joannem Salisburgensi Ecclesiæ; Vivulum Bataviensi Ecclesiæ, Govvibaldum Ratisponensi Ecclesiæ, Erinbertum Frisingensi Ecclesiæ præponens. Qui statim velut palmites, veræ viti adhærentes, in vinea Domini non sine fructu animarum sibi commissarum, comparuerunt; sed & insuper, quantum potuerunt, ipsam Fuldensem Ecclesiam, matrem suam, pro amore pii patris Bonifacii, donis & honoribus extulerunt. Unde contigit, ut quisque eorum, pro posse suo, charitatis oblationes Fuldensibus Fratribus, de sua patria annuatim persolverent, ac suos cives, ut idem facerent, incitarent. Sicque factum est, ut de singulis regionibus plurima prædia quique Fuldensi Ecclesiæ, pro honore S. Bonifacii Archiepiscopi & Martyris conferrent, crescerétque, &* F *augmentaretur domus Domini de die in diem.*

Obtulit ergo primùm Saltzburgensis Ecclesia, matri suæ, Fuldensi Ecclesiæ in oppido suo Halla nuncupato, domum & fontem salis, cum compertinentiis, & utensilibus suis, unde singulis annis XII. talenta persolvi possunt. Obtulit etiam Ratisponensis Ecclesia quatuor vineas, & quatuor regales mansos, cum curtibus & compertinentiis ac famulis suis. Unde singulis annis transmittere debent ad Fuldensem Ecclesiam, fratribus Deo, & B. Bonifacio servientibus piscem magnum, Husen nuncupatum; & de oleo arborum quantum equi duo in lagenis deferrent. Similiter de oleo & pisce solebat Bataviensis Ecclesia idem, dum viveret Vivulus Episcopus, fratribus Fuldensis Monasterii, singulis annis in oblationem transmittere; quo defuncto, paulatim per G *negligentiam & incuriam, sive per via longinquitatem, subtractum est. Frisingensis verò Ecclesia, cui præerat Erinbertus Episcopus, quæ juxta Alpes, & montana Italiæ sita est, singulis annis caseos grandes, Berg Keese vocatos, Fuldensibus fratribus in oblationem transmittebat. Præterea, de singulis terrarum provinciis, seu regionibus, singuli fideles, offerebant Deo & B. Bonifacio, prædia seu mancipia; quæ omnia descripta sunt in octo codicillis, & reposita in librario sanctæ Fuldensis Ecclesiæ.*

CAPUT XIV.

De occasione instituendi Episcopatus Eystettensis.

OCcasio fuit liberalitaa Odilonis Bojorum Ducis, & Svviggeri, seu Svviggarii Comitis Hirspergensia, H de quibus Itinerarium Sanctimonialis Heidenhcimensis. Venit Willibaldus (Româ in Germaniam redux anno DCC. XXXIX.) *ad Ducem Odilonem, & ibi fuit unam hebdomadam, & inde venit ad Svvitgarium, & ibi fuit unam hebdomadam. Et inde perrexerunt ad Linthrath Suitgarius & S. Willibaldus ad S. Bonifati-*

A *facium. Et misit illos S. Bonifacius ad Eystet, ut videret, quomodo sibi placeret. Illam regionem Eystet Suitgarius tradidit S. Bonifacio, in redemptionem animæ suæ: Et S. Bonifacius tradebat nostro Episcopo S. Willibaldo illam regionem, quæ adhuc tota erat vastata, ita, ut nulla domus ibi esset, nisi illa Ecclesia S. Mariæ, quæ stat ibi, minor, quàm alia Ecclesia, quam postea B. Willibaldus ibi construxerat. Cúmque ibi duo manerent simul ad Eystet aliquantum temporum inducium, S. Willibaldus atque Suitgarius, almúmque ibi habitationis locum explorando eligerent: postea iterum pergebant ad sanctum Bonifacium ad Frisingam, & ibi erant cum illo, usque dum omnes simul iterum veniebant ad Eystet.* Hæc Hodœpnricon.

B *Eistadiensi Episcopatui*, inquit Velserus, lib. 5. historiæ Bnicæ, *Suigerum, Hirsbergensem Comitem, volente, & consentiente Utilone, quòd Boica usque eò pertingeret, multa libeealiter adeò contulisse ferunt, ut ejus usque adhuc auctor habeatur & conditor.* De eadem re fusiùs Philippus, cujus verba habes in Cnmmentario cap. 22. & capite sequenti harum Observationum repetita invenies. Locum ergo pro Episcopatu erigendn dnnaverat sancto Bnnifacin Svviggerus seu Svviggarius Comes ab Hirsberg. At S. Bonifacius discipulo suo Willibaldo eundem transcripsit, neque enim terram illam à Svviggero acceperat, ut eam sibi reservaret, vel in profanos nsus converteret; sed ut inde vel ipse vel alius animarum quæstum faceret, & ad veri Dei agnitionem quàm plurimos adduceret. Cùm autem fundi & prædia Eystettensis Diœceseos primitus à Comite Hirspergieo processerint, inde factum est, ut posteri Comites ejusdem stirpis pro advocatis Episcnpatus sese gesserint; júsque non modò in civitatem Eystettensem, sed & in alia ad Episcopatum spectantia bona sibi vendicârint, non sine litibus aliquando exortis, donec tandem deficiente illa familia, totus Comicatus Episcnpatui cessit.

C Quòd autem Hodœporicon ait, Svvigerum Comitem & Willibaldum missns esse à S. Bonifacio *ad locum, qui dicitur Eystet*; & ipsum etiam S. Bonifacium Frisingâ venisse ad locum Eystet, id per anticipationem dictum videtur; nam pnsteris demùm annis, succisis quercubus & elucato luco, conditísque domiciliis hne nomen natum esse, probabilius credo, cùm civitatem innuat, vel potiùs claré ostendat; quæ priùs utique non erat, quàm ædificaretur.

D Silentio prætereundum non est, quod Lutheranus Prædicans Cyriacus Spangenberger in historia S. Bonifacii cap. 31. nescio, quo veteri auctnritate vel teste, scriptum reliquit his verbis. *Cùm S. Bonifacius peragraret Germaniam, novósque Episcopos Bavariæ inviseret, nec non potentiores terræ ad divinum cultum promovendum admoneret, sæpiùs ad Svvi-* E *gerum Comitem de Hirsberg divertit, qui pius multúmque Catholicæ religioni addictus erat: tempore quodam S. Willibaldum cognatum suum illi reliquit, qui sæpiùs de rebus divinis, modóque, quo hæ promoveri in ditione sua possent, collocuti sunt. Admiratus aliquando S. Willibaldus Hirspergensium Comitum insignia (nigrum in aureo clypeo supra ceruleum montem erectum cervum) comiti ea ostendens, aperuit, quòd non gratis à Deo tantis bonis ditatus sit, terráque tam pulchra dotatus, jámque ad veram cognitionem Christi venerit; atque ut niger cervus à natura Ethnicus, supra cæruleum montem cælorum ductus, & in aureum clypeum futuræ beatitudinis* F *positus sit, veram ansam ei ac causam Deum dedisse promovendi Ecclesiam, regnúmque Christi de terrenis divitiis. Hujus verò rationem ac modum Comes cùm exquireret, S. Willibaldus respondit, quòd ad promotionem veræ religionis ejúsque æternæ memoriæ, nihil melius sit, quàm si in suo comitatu Ecclesias & monasteria ædificaret, eóque S. Bonifacium moveret, ut tandem Episcopalis sedes in ipso constitueretur. Quod Comes intensiùs cogitans ac perpendens S. Bonifacio propositum aperuit, ipsique majorem partem Comitatus sui ad illud exequendum obtulit: Cui S. Bonifacius assentiens, commodum locum futuro Episcopatui quæsivit, & in ejus ditione constituit.*

Hæc Lutheranus ille Logodulus: quem G miror S. Bonifacii res gestas mandare literis ausum fuisse, cùm nullus in illis appareat Lutheraous vel Calvinianus Minister, srd omnia plena sint Mnnachis, & Monasteriis, Mnnialibus & Parthenonibus, quæ tam ad Lutherana & Calviniana labra faciunt, quàm cardui sylvestres ad os Apicianum Lutheri: nisi forté Cyriacus iste pro collegis agnnscat illos damnati nominis Adelbertum & Clementem Scotum, & quem Balæus his adjicit, Sampsnnem, itidem Scntum. Sed qunvis pignore certare haud pigeat, istna ipsos fabulatores, & S. Bonifacii hostes, si in Spangenbergerum ejusdémque sortis alios Spermologiæ Lutheranæ & Calvinianæ disseminatores incidissent, non secus ac humani generis portenta quædam detestaturos fuisse.

H Verùm, ut in viam redeamus, utrum ante consecrationem Episcopalem, an verò postea Basilica D. Virginis, Monasterium, & ipsa urbs ædificari cœpta sint, incertum est. Verisimilius videtur, hæc omnia VVillibaldn jam ad Episcopatum evectn, inchoata esse. Etsi Itinerarium posterius statim post susceptum sacerdotium, VVillibaldum manum nperi admovisse testetur his verbis. *Nec mora, Ecclesiæ fundamenta cœpit ponere, claustrum & officinas cleri signare, & qualibet divina necessaria servituti sagaciter disponere. Revoluto abhinc anno, Archiepiscopum in Thuringia adiens, &c.* Hodœporicon prius hæc omnia suscepto jam Episcopatu accidisse refert: tametsi ab Hodœporico dissentiunt vul-

A vulgaria pro Eystettensi Ecclesia Calendaria; ubi hoc ipso anno gratiæ M. DC.XVI. quo hæc scribimus, numeratur à condita urbe Eystettensi annus DCCC. LXXVI. Quo fit, ut ille Calendarii conditor initium urbis Eystettensis ad annum Domini DCC. XL. rejiciat. Quæ est quorundam sententia, qui putant, S. VVillibaldum Sacerdotio initiatum anno DCC. XL. quinquennio pòst, Episcopatu. Et hoc quioqueonio urbem, Basilicam D. Virginis, & alia ad Episcopalem sedem necessaria, à Svvigero Comite extructa esse. A qua opinione nihil me remoratur, nisi utriusque *Itinerarii* auctoritas, de quo jam suo loco plura.

B Ne verò Ecclesia Eystettensis à S. Booifacio fundata & dotata, in Monasterium Fuldense, S. Bonifacii titulo & tumulo nobilitatum, iograta videretur, eidem villam quaodam dono dedit, etiam S. VVillibaldo adhuc superstite, de qua donatione R. P. Christophorus Brovverus noster libro 3. Antiquitatum Fuldensium ex antiquis mooumentis ista nobis legenda exhibuit.

C *Willibaldus Eichstettensis Ecclesiæ Episcopus, obtulit Deo & B. Bonifacio, cujus ipse quondam fidelis erat discipulus, fratribusque suis Fuldensibus, in oblationem, villam unam in pago Sualefeldensi sitam, Kuchese nuncupatam, ut annuo censu fratres, pro sui commemoratione, consolationem, & oblectationem, & pitantiam haberent. Et, ut breviter multa perstringamus, quia omnium Ecclesiarum Galliæ, Alemaniæ, & Germaniæ Apostolus & prædicator extitit S. Bonifacius, jure ab omnibus gentibus ei solvebatur census.* Certè, quàm io Monasterium Fuldense eximia fuerit piorum liberalitas, restantur tres Fuldensium Traditionum libri à clarissimo viro Doctore *Joanne Pistorio* publicati. Quis non obstupescat, quando videt majores oostros fermè propeosiores fuisse ad donandum, quàm hodiernos Novatores, juratósque Mooachorum hostes ad rapiendum, tametsi profectò rapacissimi sunt, ita, ut rapacitas Verris, quam tantoperè in Verrinis M. Tullius exagitat, collata cum horum ungulis & unguibus, merus ludus jocúsque fuerit.

D Quærat quis, utrum aliqui Christianis sacris in Norico & Sualefeldico, seu Svvanfeldico tractu initiati fuerint, ante S. VVillibaldi & S. VVuoibaldi in eas partes adventum? Respondeo, fuisse; ùt ex Hodœporico VVillibaldino, & ex vita VVunibaldina manifestum evadit: sed omnia erant plena vitiis, corruptelis, superstitionibus, rerúmque divinarum ignoratione, Clerus depravatissimus, ita, ut præter nomen parùm de Christianismo remaneret. Nec idololatræ penitus evanueraot, restantibus hinc inde nonnullis, qui Christo nomina sua non tradiderant. Quos omnes Sancti nostri ad meliorem frugem, vel de integro ad Christianam disciplinam reducere viriliter studuerunt, nullis parcentes laboribus, quò Ethnica superstitiooe & vitiis eradicatis, cultus veri Dei, & disciplina Christiano nomine digna introduceretur & stabiliretur. E

CAPUT XV.

S. Willibaldus & successores ejus sunt Suffraganei & Cancellarii sedis Moguntinæ.

VAldè tenero affectu complexus est S. Bonifacius Episcopatum Eystettensem aba se recens institutum: id cùm ex aliis, tum inde apparet, quòd Episcopos Eystettenses Sedis Moguntinæ Suffraganeos & Cancellarios, primásque ante omoes alios obtinere, & vacaote Sede Moguntina, vel procul absente Archiepiscopo, Vicarios ejusdem sedis esse voluerit, plurâque alia privilegia concesserit; de quibus Philippus cap. 23. Et Pontificale manuscriptum. F

Sæpius tamen posteris temporibus privilegia ista oppugnata sunt, nominatim illud de primatu inter Suffraganeos: nam cùm aooo Domioi M. CC. XLIII. Synodus Moguntiæ celebraretur; Episcopi Hildesheimensis, Padebotoensis & VVormaciensis suæ quique Ecclesiæ, jus primi loci & sessioois ad dexteram, vendicare contenderunt. Quod oon fereos Fridericus II. hoc oomioe tuoe Eystettensis Antistes, jus Ecclesiæ suæ intrepidè defendit, adductis testibus & testimoniis omni exceptione majoribus. Quibus auditis, Archiepiscopus pro Eystettensi præsule ejúsque successoribus sententiam *interloquendo* pronunciavit. Postridie Eystettensis Episcopus, ut jus suum ipso opere palàm renovaret; Concilio, vice Archiepiscopi, præsedit; & quidem ex Archiepiscopi sede seu solio. *Et die tertia, quia Dominus Moguntinus officium personaliter exequi non poterat*, inquit Pontificale, *Monasterium in Majore Ecclesia Moguntiæ, omnibus, qui ibi erant, Episcopis sibi cooperantibus, & Rege Conrado præsente, gloriosissimè dedicavit.* G

Similis controversia mota est in Comitiis Notinbergensibus anno M. CC. XCIX. Conrado hujus nominis secundo cathedram S. VVillibaldi possidente. Litis auctor erat præsul VVormaciensis; qui primas post Archiepiscopum sibi deberi affirmabat. Sed Conradus animosè restitit, oec quidquam in præjudicium Ecclesiæ suæ fieri passus est, implorata etiam ope Comitis Hirspergensis, qui Ecclesiæ Eystadianæ advocatum agebat; ùt ex Henrici Rebdorffensis Annalibus annotavi in Indice seu Historia Episcoporum, *in Conrado II.* H

Verùm ut alia pleraque, ita & privilegia vetustas longinqua mutare solet: id ut vide-

A as, varios ordines & indices Suffraganeorum Moguntinensium percensebo, nam in annuis Calendariis hoc ordine eduntur, inquit Serarius noster lib. 1. Rerum Moguntin. cap. 23.

A Dextra		*A Læva.*	
I.	*Wormatiensis.*	*I.*	*Herbipolensis.*
II.	*Spirensis.*	*II.*	*Eystettensis.*
III.	*Argentinensis.*	*III.*	*Verdensis.*
IV.	*Curiensis.*	*IV.*	*Hildesheimensis.*
V.	*Padelbornensis.*	*V.*	*Constantiensis.*
VI.	*Halberstadensis.*	*VI.*	*Augustanus.*

B Habeo de variis rebus adversaria nescio à quo collecta, quorum Collector ait; Moguntinos Suffraganeos eodem prorsus ordine *in summa arce Moguntina*, zu höchst in dem Schloß; *in veteri quodam cubiculo depictos esse.*

Alius ordo est iste ex antiquis monumentis desumptus, tametsi ad hodiernam orthographiam & Nomenclaturam parùm compositus.

Moguntinensis habet XIV. Suffraganeos.

I.	*Episcopus * Plagensis.*	*VIII.*	** Spueriensis.*
II.	*Moraviensis.*	*IX.*	*Wormaciensis.*
III.	*Echistettensis.*	*X.*	*Verdensis.*
IV.	*Herbipolensis.*	*XI.*	** Ysedemensis.*
V.	*Castratiensis.*	*XII.*	*Albestatensis.*
VI.	*Curiensis.*	*XIII.*	*Paldeburnensis.*
VII.	*Argentiensis.*	*XIV.*	** Pampegensis.*

* Pragensis, * Spirensis, * Hildesheimensis, * Bambergensis,

Ex Provinciali Ecclesiastico profert Serarius hunc ordinem & numerum.

C

I.	*Curiensis.*	*IX.*	*Hyldesemensis.*
II.	*Constantiensis.*	*X.*	*Padelbuernensis.*
III.	*Argentinensis.*	*XI.*	*Halberstadensis.*
IV.	*Spirensis.*	*XII.*	*Verdensis.*
V.	*Wormaciensis.*	*XIII.*	*Pragensis.*
VI.	*Herbipolensis.*	*XIV.*	*Olmucensis.*
VII.	*Augustensis.*	*XV.*	*Bambergensis.*
VIII.	*Eystettensis.*	*XVI.*	*Havelbergensis.*

Est adhuc in Ædis Metropolitanæ sacello quodam australis lateris fenestra, è vitro depicta, inquit Serarius, in cujus medio S. Bonifacius est habitu & pallio Archiepiscopali, ad latera verò sunt ordine inscripta hæc:

FACIUS.

D

	S. BONI		Archiepiscopus.	
I. Braga.				*I. Moravia.*
II.--------				*II. Babenberga.*
III. Augusta.				*III. Herbipolis.*
IV. Curia.				*IV. Werda.*
V. Constantia.				*V. Paderbrunna.*
VI. Argentina.		*Aurea Moguntia.*		*VI. Halverstad.*
VII. Spira.		*Wormacia.*		*VII. Hildesheim.*

Quæ verò hîc secundo loco ad dexteram urbs deest, Eystadium sive ùt olim vocabatur; *Aureatum* esse videtur, licèt atrore pulveréque obsitum, à me legi eminus non potuerit.

In arce Aschaffenburgensi in aula, seu, ùt Germani vocant, *Sala* in trabe, quæ per totam aulam porrigitur, hoc ordine Suffraganeorum Moguntinensium stemmata & digmata descripta sunt.

E

I.	*Herbipolis.*	*VII.*	*Hildisheimium.*
II.	*Wormatia.*	*VIII.*	*Aichstadium.*
III.	*Spira.*	*IX.*	*Padeborna.*
IV.	*Argentina.*	*X.*	*Curia.*
V.	*Augusta.*	*XI.*	*Halberstadium.*
VI.	*Constantia.*	*XII.*	*Werda.*

In vita S. Godehardi cap. 9. hoc ordine enumerantur Suffraganei Sedis Moguntinæ, in Synodo Francofortensi synodicè considentes. *Wernerus Argentinensis, Bruno Augustensis; Meginvvercus Patherbornensis, Eberhardus, Bavenbergensis: Meginhardus Wirziburgensis; Godehardus Hildisheimensis: Branthous Halberstattensis: Wigerus Verdensis. Hazecon* VVormaciensis. Ubi Eystettensis Suffraganei nulla est mentio, nec Spirensis; sine dubio eam ob causam, quòd neuter dicto Concilio interfuerit.

F In Synodo Provinciali anno M. D. XLIX. hoc ordine consederunt.

Herbipolis	*per legatos.*	*Eychstadium in persona.*	
Wormacia		*Constantia*	*per legatos.*
Spira		*Augusta*	
Argentina		*Padeborna*	

Hildisheimium, Curia, Halberstadium, VVerda, nec per se, nec per legatos.

Vides ergo sæculis posterioribus à S. Bonifacii voluntate & ordinatione recessum esse: ad quam omnia revocare, & in antiquum statum restituere, meritò conantur Illustrissimi Præsules Aichstadiani, S. VVilibaldi legitimi successores.

G Porrò, ut hoc obiter quoque moneam, nomine *Suffraganeorum* non intelliguntur hic *titulares illi Episcopi*, quos Germani ab initiando & consecrando vocant, Weihbischöff; qui sunt Episcoporum adjutores, & in Episcopalibus functionibus cooperatores seu Vicarii; sed Episcopi, qui Metropolitano alicui subsunt: Tales enim jam olim *Suffraganei* nominabantur, partim quia à Metropolitano ad Synodum vocati suffragij jus in ea habebant, partim quia non nisi Metropolitani suffragio consecrari poterant. Illi alterius generis Suffraganei olim *Chorepiscoporum* nomen habebant, ùt in lib. de Clericis cap. 17. docet Illustrissimus Cardinalis Bellarminus; quorum usus præcipuè in Germania; ubi Episcopi simul sunt sacri Romani Imperii Principes amplissimis Diœcesibus præfecti, non tantùm quoad spiritualem jurisdictionem, sed etiam quoad temporalem. Quocirca necessariò adjutoribus egent, in quos partem laborum transferant, exemplo Moysis, qui cùm regendæ tantæ multitudini & audiendis omnium querimoniis litibúsque definiendis solus non sufficeret; socios sibi adscivit, cum quibus occupationes partiretur. Quis autem ex Eystettensibus Episcopis primus extiterit, H

qui

A qui Suffraganei opera uti voluerit, mihi non liquet. Sub Episcopo Gabriele ab Eyb invenio Suffraganeum *Fabianum*; Pòst, *Antonium*, Deinde, *Leonardum Hallerum*, quem subsecutus videtur VVolfgangus Hollius. Huic successit Laurentius Eyzephius: qui pedum mitrámque reliquit D. Liresin. In cujus locum subiit is, qui hodie vivit, pietate in Deum, & erga homines humanitate eximius, Reverendissimus Dominus *Georgius*.

B De Cancellarii nomine, significatis, munere & dignitate nihil libet dicere post Serarium, quem consule lib. 1. rerum Moguntiacarum cap. 29. Vulgò notum est, quæ sit in aulis & Rebuspublicis Cancellariorum dignitas, quod officium; & infrà fortassis, cùm de Academico *Cancellariatu* sermo erit, aliquid amplius dicetur.

CAPUT XVI.

De Rationali Episcopis Echystettensibus à S. Bonifacio in signum primatus inter Suffraganeos concesso.

C DE hoc Philippus cap. 23. & totidem fermè verbis in historia S. Walpurgæ ad Reginam Hungariæ, quæ audias licet. *Concessum est* (Willibaldo) *cum privilegii attestatione, & in his, & in aliis Deo digna gerendis, ipse omnésque successores ejus, Eystettensis Ecclesiæ Pontifices, cùm necessitas, aut tempus exigeret, specialiter præ aliis sanctæ Moguntinæ Sedis Suffraganeis, vicem Archiepiscopi gereret, & tanquam præfatæ sedis Cancellarius & prolocutor Concilii à dextris Metropolitano proximus assideret; in cujus dignitatis evidentiam vestitura magnì ac mysticì ornatus ei concessa est, nec non omnibus ritè succedentibus, præ cunctis Episcopis, qui de linea Moguntinæ derivationis computantur. Est autem vestis illa Rationale, quo & summus Pontifex accedens ad Sancta Sanctorum, olim supervestiebatur. Habebat autem Rationale Summus Pontifex in lege veteri in præfigurationem multæ perfectionis. Pontificibus verò novi Testamenti quibusdam conceditur, in exhibitionem consummatæ virtutis, quæ gratia & ratione perficitur, unde & rationale nuncupatum est.* Hæc Philippus. Sed quale vestimentum *Rationale?* Pallium esse non potest; nam Pallium à solo Pontifice Romano conceditur, nec nisi Archiepiscopis; nisi fortè pauculos Episcopos excipere velimus, quibus pallii gratia tributa est: in quibus tamen paucis nemo unquam Antistitem Eystettensem numeravit. Verùm de pallio copiosè & accuratè differentem consule Serarium lib. 3. rerum Moguntiacarum Notatione 26. ad vitam S. Bonifacii.

D Si ergo hoc insigne non est pallium Archiepiscopale, quid ergo erit? Philippus tale quid credidisse videtur, quale in veteri Testamento erat Stola Hieratica seu Pontificalis, quæ erat vestis ex auro, hyacintho, purpura; cocco bis tincto, & bysso retorta, in cujus anteriore parte ad pectus dodrantalis lacuna erat, quam ex eadem materia, sed duplicata, explebat quadratum quoddam, quod spithamem seu palmum majorem, aut duodenos digitos longum & latum fuit. Visebantur in eo pretiosissimi lapides duodecim, & in singulis singulæ tribus Israël inscriptæ. Vocatur hoc quadratum, Pontificis ornamentum, ab Hebræis *Chosen*, à Josepho *Essen*, à 70. Interpretibus λόγιον, à D. Hieronymo *Rationale*, & *Pectorale*, quia erat ad pectus, & ante pectus. Simile quid Philippus cogitâsse videtur de peculiari veste à S. Bonifacio Eystettensibus Præsulibus concessa. Hinc etiam *Rationale* nominavit, & hoc novum *Rationale* per illud veteris Testamenti explicare & illustrare voluit: minimè tamen nescius, ingens discrimen fuisse inter *Rationale* illud Aaronicum, & hoc Bonifacianum, quod licèt non sit pallium Archiepiscopale, est tamen affine quiddam, non abs re *Rationale* appellatum; Monet enim, Episcopum omnia cum ratione & judicio aggredi & agere, totúmque ejus obsequium *Rationabile* esse debere ex Apostolico S. Pauli præcepto. E

Serar. in Disput. de Sacerdotibus Josuanis.

F

CAPUT XVII.

De Monasterio per S. Willibaldum Aichstadii condito.

G OLim non pauci Episcoporum, maximè ex illis, qui ex Hibernia & Britannia in Germaniam veniebant, Monasticam vitam ante Episcopatum profitebantur; qui etiam Episcopi facti eadem professione se non abdicabant, institutis congregationibus & collegiis, quæ & erant & nominabantur Monasteria, eorúmque professores Monachi. Hujusmodi Monasterium ipse etiam S. Willibaldus Eichstadii, in nova sua diœcesi instituit, Monachus ipse, & Monasticæ vitæ ex disciplina Cassinensi accuratus observator & custos: de quo Hodœporicum Willibaldinum. *In loco, qui dicitur Eystet, Monasterium construere incipiebat, atque ibidem sacram monasterialis vitæ disciplinam in usum prioris vitæ, quod videndo ad S. Benedictum, & non solùm ibi, sed & in multis Monachorum mansionibus, quas ipse solers & sophyrus, vasta per rura rimando explorabat, illorum cata normam veneranda vitæ conversationem in semetipso ostendendo, exercebat. Et cum paucis adhuc ibidem operariis latum atque spaciosum divinæ segetis campum sacra superni verbi sata ferendo, usque ad messem perducebat.* H

Ibidem de fructibus ex cultura Boici agri relatis. *Latè ille per vastam Bajoariorum provinciam, aratra trudendo, sata ferendo, messem metendo, cum multis messorum operariis, per*

vitreos

vitreos Bajoariorum campos ; cum Ecclesiis atque Presbyteris, Sanctorúmque reliquiis digna Domino delibat dona.

A Vita Wunibaldina de S. Wunibaldo. *Venit ad Monasterium, quod dicitur Eichstat, ad fratrem suum Episcopum Willibaldum.* Reginoldus seu quisquis est Auctor ;

Novum Christi antistitem Willibaldum ad cathedram suæ sedis remittunt. Ubi quanta monasterio constructo, seipsum abstinentia maceraverit, quantósque usque ad vitæ suæ terminum, ad amorem cœlestis patriæ verbis & exemplis accenderit, quóve virtutum nitore refulserit, nullus viventium enarrare poterit. Quis igitur unquam peregrinorum ad patronum nostrum veniens victus, aut tegminis petiturus solamen, vacuus ad alios pertransivit? Quis inopum inedia squalore fœdatus, alimoniam non invenit? Quis peccatorum pondere prægravatus, dum ei vulnus inflictum ostendit, onerosus accessit?

In ipsa etiam historia Episcoporum aliB quodes templum, quod nunc primarium, seu cathedrale appellamus cum adjunctis domiciliis appellatur *Monasterium* : Et certum est Germanicum nomen Münster, quo multis in locis Ecclesiæ cathedrales afficiuntur, à *Monasterio* descendere, quia primi illi Canonici Monasticam vitam profitebantur edocti à primis suis Magistris, quorum multi, ùt suprà dicebam, Monachi erant : Et ipsemet S. Bonifacius Moguntiæ in Metropolitana sua sede Monasterium condidit, & Canonicos non nisi Monachos habuit, qui diu in hoc vitæ genere perseverârunt ; nam à Mariano Scoto Ecclesia Metropolitana Moguntina anno M. LXXI. vocatur *S. Martini Monasterium*, & anno M. LXXXI. *Episcopale Monasterium*, & inter Epistolas Manuscriptas sanctæ Hildegardis, quæ post MC. annum floruit, reperiuntur epistolæ Canonicorum Moguntioensium ad sanctam Hildegardem, cum hoc prooemiolo : *Conventus fratrum de domo, &c. Conventus fratrum de S. Martino.* Vide Serarium lib. 1. cap. 18. & lib. 5. In Joanne II. Archiepiscopo.

C Otho Frisingensis lib. 5. Chron. cap. 24. de S. Corbiniano. *Per vallem Tridentinam rediens* (ex Italia) *ac Bajoariam ingressus, à Thassilone Duce, ejúsque filio Theodone benignè susceptus, montem Frisingen accepit : ubi primò Ecclesiam, quæ usque hodie cernitur, in honorem B. Benedicti construxit, ac Monachorum ibi sacrum conventum adunavit.* Ergo Frisingæ etiam primi illi Canonici Monasticam vitam profitebantur. Auctor Annalium Colmariensium anno M. CC. LVIII. *Combustum est Monasterium Basileense, & magna pars Civitatis.* Rectè, Editor ad marginem : *Summum Templum Basileense.*

D Philippus noster cap. 23. scribit quidem Monasterium à S. VVillibaldo extructum esse ; sed addit *regularis vitæ & rationabilis obsequii clericos ab illo congregatos, & inibi collocatos.* Quibus verbis haud inficiatur, primos illos S. VVillibaldi socios & adjutores Monachos fuisse : pro quibus enim nisi pro Monachis Monasterium à S. VVillibaldo ædificatum est? Successu tamen temporis à Monastica vita in Templis cathedralibus recessum est, & ad communem Clericorum vivendi rationem itum : à qua tandem ad hanc hodiernam ventum, quando sublata communitate, quilibet succo suo victitat, reditibus, qui percipiuntur, arbitratu cujuslibet vel expensis vel reservatis. E

F Nec mirum, hæc primaria Metropolitana & Episcopalia Monasteria à Monastico instituto labentibus annis deflexisse, cùm idem longè inferiora & minoris dignationis Monasteria fecerint; nam anno Domini M.CCCC. XIX. die XVI. Augusti, Martini V. Pontificis concessu, facta est Moguntiæ Monachorum S. Albani commutatio in Canonicos. Et eodem sæculo, sed posterioribus annis, nempe anno gratiæ M. CCCC. LX. *Monasterium S. Viti Elvvacensis erectum est in Ecclesiam collegiatam ob divini cultus augmentum per reverendum in Christo patrem Dominum Petrum Cardinalem Episcopum Augustensem*, ùt dicitur in Elvvacensi Chronico. Hujusmodi mutationes Abbati Trithemio bilem aliquando moverunt. Hinc illa in Chronico Sponheimensi satis stomachosa anno M. CCCC. LXXXV. *His ferè temporibus Monasterium in Salsa Argentinensis diœcesis ad instantiam apostatantium Monachorum, cooperatione sua quærentium, ab Ordine in sæculare collegium translatum est, & ex Monachis malis facti sunt Canonici deteriores ; qui votum Deo factum sine causa violantes, mercedem sceleris invenient.*

G Idem anno M. CCCC. XCV. *Eodem anno Monasterium in Odenheim, Spirensis diœcesis, ab ordine nostro fuit translatum in sæculares, per consensum Summi Pontificis, ad instantiam apostatantium Monachorum, qui nullam translationis suæ causam legitimam habentes, pro veris falsa suggesserunt Pontifici. De ipsorum apostatantium protervo abbate, qui omnis mali fuit occasio, quidam hoc tetrastichon cecinit :*

Deposui Benedicte tuam, rapuique petrinam
Vestem : sic Ditem fallere posse ratus.
At mihi nil prodest vestis mutatio, nam me
Prodit calvities & mea lingua levis.

Horum vestigia sequuti Abbas & Monachi in Nuvvyler, Argentinensis diœcesis, de consensu præfati Pontificis Alexandri VI. habitum cum ordine eodem fermè tempore deposuerunt, facti ex Monachis malis Canonici pejores. Væ impiis.

H Ita Trithemius. Interim non obstantibus hujusmodi querimoniis & comminationibus tales mutationes frequenter acciderunt ; nam ne extra diœcesin nostram egrediamur, an non hodiernum Canonicorum Herenriedæ collegium olim fuit Ordinis D. Benedicti Monasterium? Ut folia in sylvis, ita & isthæc ævi progressione muta-

ri

ri consueverunt, & mutabuntur, quamdiu mutabilis iste mundus duraverit.

A

CAPUT XIIX.

De primo ortu & incunabulis urbis Eystettensis.

Hodœporicum Willibaldinum. *Misit S. Bonifacius* VVillibaldum & Svviggerum Comitem *ad Eystet; ut videret, quomodo sibi placeret. Illam regionem Eystet Svitgarius tradidit S. Bonifacio, in redemptionem animæ suæ. Et S. Bonifacius tradebat nostro Episcopo S. Willibaldo illam regionem, quæ adhuc tota erat vastata, ita, ut nulla domus ibi esset, nisi illa Ecclesia sanctæ Mariæ: quæ adhuc stat ibi, minor, quàm alia Ecclesia, quam postea B. Willibaldus ibi construxerat.*

B Ergo locus ille planè desertus & solitarius erat: sed mox Monasterio constructo, affluentibus undequaque, qui locum excolere & inhabitare cuperent, nata est, quam hodie videmus civitas ad Almonium seu Altmülam fluvium, quam à quercubus succisis Aichstadium, seu Aichostadium; alii molliùs, Eystadium, quasi oppidum *succisarum quercuum loco conditum* nominârunt. Hinc quidam Græcissantes *Dryopolim* appellitant. Etiam *Aureatum* audit, in memoriam veteris, & ab antiquis vastati Aureati, cujus rudera adhuc extare & conspici dicuntur inter hodiernum Eychstadium, & oppidum, quod Nassovelsia vocatur. Hinc etiam Episcopatus *Aureatensis*, & Episcopi *Aureatenses*. Et lapis sepulchralis in Basilica primaria hanc inscriptionem præfert. *Hic requiescunt ossa Episcoporum Aureatensis Ecclesiæ.*

C Nomen ergo eversæ civitatis aliquando ad hanc novam, multis pòst annis, conditam à nonnullis translatum est, ut *Aureatum*, & Præsul loci, *Aureatensis*, appellaretur. Quamquam Joannes Eckius, insignis Theologus, in Oratione funebri Gabrielis ab Eyb Episcopi Eystettensis, existimat nomen *Aureati* ad Ingolstadium migrâsse, ipsúmque Ingolstadium nihil aliud, quàm *Aureatum* esse, ab auro scilicet; quasi dicas, ein Goldstad. De quo suum cuique judicium relinquo: nam alii aliunde Ingolstadium derivant, & plerique eorum ab Aoglis; unde & apud Græcissantes, *Anglipolis*; sicut & *Aureatum*, *Chrysopolis*, evasit, & nescio apud quem *Suffraganeus Chrysopolitanus*, pro Eychstadiano. Aventino Aureatum est *Nassofelsia*.

D Illud non probo, quod Eckius ait, Aureato veteri, & ab Hunnis eversæ suos fuisse Episcopos, cùm nulla penitùs horum Episcoporum memoria, nulla penitus nomina extent: neque credibile sit, omnia omnino intercidere potuisse: cùm & aliæ urbes Episcopales à Barbaris deletæ sint; E nominatim Laureacum; cujus tamen Antistites, saltem quidam, ex libris & fastis minimè evanuerunt. Verùm his omissis dico, Eystadium originem suam debere Monasterio, quod sanctus Willibaldus ædificavit. Nec mirum, civitatem ortam ex Monasterio, seu occasione Monasterii. Unde enim civitas Sangallensis in Turgovia, nisi ex Monasterio S. Galli. Unde Campidona, unde Werdea Suevica, unde aliæ complures urbes, pagi, oppida, nisi ex Monasteriis? quibus conditis, statim accurrerunt aliunde alii, constructísque domiciliis loca incolere cœperunt, & indies quidem magis ac magis, donec in urbes, F oppida, pagos excrescerent. Imò B. Rhenanus lib. 2. rerum Germanicarum putat hodiernam Argentinam originem suam debere Monasterio; nam veteri Argentorato destructo, *multis annis habitatum est in ruinis antiquæ Argentorati, & locus à Palatiolo Regis, qui ibi nonnunquam agebat, (nam jam erat vicus) aut à prædio,* Königshofen *dictus. Verùm Monasterium ipsum nonnihil distante ædificatum loco, cui cupiebat optimus quisque ædes habere conjunctissimas, muniri cœpit & muro claudi. Itaque ex epidulo cœnobiali (nam cœnobium potior pars erat) contractis eò vicis proximis, tanta posteriori tempore est urbs constituta.* Addit Rhenanus. *Occasione cœnobiorum in Germanicis provinciis oppida ista fieri cœpta sunt.*

G Nec tantùm à Monasteriis ortum ducebant, sed & iisdem plerumque subjiciebantur; tametsi non paucæ ex hujusmodi urbibus, ubi divitiis & multitudine civium invaluerant; excusso subjectionis jugo, in libertatem se asseruerunt, idque vel vi, vel pecunia, vel favore Cæsarum, iis præcipuè temporibus, quando inter Sacerdotium & Regnum schisma erat, quod sæpius accidit: hoc enim turbulento rerum statu in suum commodum usi rem suam faciebant. Qua occasione ipsum etiam *Turegum* seu *Tigurum* in Helvetia à Monasterio Turegiensi ad Imperium; ab hoc ad Helveticam confœderationem venit. Est autem Eystadium in valle amœna duos inter montes, seu, si mavis, monticulos, virides & herbidos, quorum alter mons S. Willibaldi appellatur ab imposita arce D. VVillibaldo sacra. Alluitur urbs ab Almonio, flumine piscium & eximiæ molis cancrorum non egeno. H Tribus suburbiis constat. Indigenæ, ad humanitatem & pietatem propensi sunt, fastus & arrogantiæ expertes. Vitam quà mercimoniis, quà opificiis, quà terræ cultura tolerant, præter illos, qui aulicis officiis funguntur, vel Canonicorum Collegio, vel alicui Monasterio operam suam locant. Numerosum clerum habet, ùt fieri assolet, ubi Episcopalis Ecclesia est.

A
CAPUT XIX.

Templa & Monasteria Aichstadiana.

PRimas tenet Templum primarium & cathedrale, à S. Willibaldo extructum, & Deiparæ Virgini dicatum majus & laxius, quàm templum eidem Matri consecratum, quod unicum vasta illa in solitudine Willibaldus repererat, ùt in Hodœporico Willibaldino dicitur. Posteri tamen Templum hoc sæpius mutârunt addendo, demendo, ornando, prout cuique successorum Willibaldinorum collibitum erat. Bruschius de Gerocho II. Episcopo. *Construxit*
B *magnificam Basilicam Aureatensem.* Idem de Heriberto Episcopo XV. *construxit ex imis fundamentis longè ampliorem & augustiorem faciens summam Ecclesiam Aureatensem.* Gundaccarus secundus absolvit Turres summi Templi ab Antecessore suo Gebhardo inchoatas; idem conjunxit ripas Altimylæ ponte saxeo, qui etiamnum durat. Engelhardus XXXIV. Episcopus reædificavit ex imis fundamentis summam Basilicam hodie adhuc conspicuam, cum choro S. Willibaldi ad Occidentem; quem tamen successori suo Hiltbrando absolvendum reliquit; qui & absolvit, & in eo duos Sacellanos instituit, quorum numerus postea auctus: ita ut chorus S. Willibaldi proprios Canonicos habeat; qui propriè S. VVillibaldi & successorum Cappellani appellantur. Hinc Episcopo solenni ritu sacris operanti tanquam ministri & adjutores adsistunt. Rabano seu
C Rabanus XLVI. Episcopus *Monasterium Ecclesiæ cathedralis vetus & ruinosum* inter duos choros, videlicet inter chorum majorem D. Virginis, & chorum S. VVillibaldi demolitus est; & partem ipsius mediam propriis impensis instauravit, designatis certis redditibus, quorum subsidio pars altera perficeretur. Ubi per *Monasterium* intelligere videtur eam Templi partem, quam vulgò navim vocamus. Denique alii alia in hoc templo vel reparârunt, vel exornârunt, Sacellis, altaribus, picturis, & id genus aliis. A Templo primario disjungitur, sed spatio perquam pusillo Sacellum S. Joannis, quod Reverendissimus & Illustrissimus Princeps *Joannes Christophorus*, Episcopus Eystettensis, usibus Societatis Jesu deputavit, donec laxius & capacius Templum extruatur.

D II. Est Templum Parochiale D. Virgini sacrum, in quo Marquardus XL. Eystettensis Episcopus Canonicorum Collegium instituit, quod hoc etiam tempore extat. Puto, hoc Templum esse illud, vel saltem esse in loco, & subiisse in vicem illius, quod, ùt suprà ex Hodœporico VVillibaldino dicebamus, S. VVillibaldus ex vastatione Attilæ reliquum & relictum in illa vasta eremo; reperit.

III. Templum sancti Spiritus in Xenodochio seu Hospitali ad ipsum Altimylæ pontem & litus. E Joannes III. hoc nomine, sed ordine L. Episcopus Eystettensis *construxit de novo*, inquit Bruschius, *Xenodochium Aichstadianum, ut pauperes & ægroti haberent commodas habitationes.* Nec silendum, de Templo Leprodochii, aut communis cœmeterii extra civitatem in suburbio; quis enim nescit, his locis semper Ecclesias adjungi consuevisse? De priore Henricus Rebdorffensis in Annalibus. *Anno M.CCC.XLVI. II. Kalend. Augusti obiit* frater Henricus filius Gutæ (sic lego ex Codice Manuscripto) *fundator domus leprosorum extra muros Eystettenses, vir sancta vita & memoria recolenda.*

Intra muros civitatis duo sunt Monasteria, F alterum vetustius sanctimonialium ordinis D. Benedicti in editiore urbis loco, ubi olim Templum S. Crucis stabat, quod postea translatis Eychstadium S. VValpurgæ reliquiis, à S. VValpurga, ùt & totum Monasterium, nomen accepit, cujus primus conditor & fundator est Otkerus seu Otkarius sextus Ecclesiæ Eystettensis Episcopus, tametsi id postea ab Heriberto XV. Episcopo instauratum, amplificatum, & multis fundis ac prædiis locupletatum sit, non sine ope & opera Leodegarii seu Leutgarii Comitis Lechsmundil. Sub eodem Episcopo Heriberto Templum VValpurginum extructum est, & sub successore Gozmanno solenni ritu consecratum.

Prædicatores seu Ordinis D. Dominici Professores, G Eychstadii sedem fixerunt sub Conrado hujus nominis secundo Episcopo, pia liberalitate Sophiæ Comitissæ Hirsbergicæ, fratrúmque Gebhardi & Gerardi Comitum Hirsbergensium.

Accessit nuper admodum Collegium Societatis Jesu, cura & studio Reverendissimi & Illustrissimi Præsulis ac Principis *Joannis Christophori à Westerstetten*, qui Collegium VVillibaldinum jam antea pro Seminarii Professoribus ædificatum, Societati Jesu attribuit.

Extra civitatem ad Altimylam occurrit Mariæstein, quasi dicas, *lapis seu saxum Mariæ*, Monasterium Monialium conditum à viris nobilibus, præsidente Ecclesiæ Eystettensi VVilhelmo LI. Episcopo.

Paululùm, si inde sursum ad Altimylam H progrediaris, invenies Rebdorffum Monasterium Canonicorum Regularium S. Augustini, cujus conditor & primus fundator est Conradus XXIV. Episcopus Eystettensis. Nobilem inprimis & manuscriptis Codicibus instructam Bibliothecam habet. Disciplinam hujus Cœnobii mirificè prædicat noster *Claudius Jajus*, unus ex decem primis Patribus Societatis nostræ, in epistola quadam ad Joannem Cochlæum, cujus ipsemet Cochlæus meminit in defensione Concilii Tridentini contra Calvinum.

In

A In finibus suburbii orientalis fuit olim Monasterium Scotorum, cum Templo formæ cyclicæ & rotundæ, quod à Dominico sepulchro nomen habebat. Monasterium interiit; Templum stetit, usque ad Illustrissimi *Joannis Conradi* Episcopi Eystettensis præsulatum: cujus tempore, cùm ruinam minaretur, eversum est, sed ea lege, ut eadem forma & magnitudine reparetur & reædificetur. Quod magnanimus ille Princeps morte abreptus cùm non perfecerit, successoribus perficiendum reliquit.

B Causa, cur variis in locis Germaniæ Scotis Monasteria extructa sunt, alia non est, quàm gratitudo Germanorum erga bene de se meritos: quia enim ex Hibernia, quæ antiqua Scotia appellabatur, & ex ipsa Britannia, cui Angliæ nomen est, (cujus Aquilonaris pars hodie Scotia dicitur) varios divini verbi concionatores acceperant, æquum censuêre, ut iisdem fixa & stabilia domicilia figerent, quò se, si fortè necesse foret, reciperent, & unde in agrum Dominicum operarii copiosi emitterentur. Qua de re audiamus Aventinum lib. 6. Annalium Bojorum. *Hibernia apud majores nostros fœcunda religiosissimorum doctissimorúmque vatum fuit. Inde Columbanus, Chilianus & plerique alii in Germaniam migrârunt, Scotos nunc nuncupant. Divus hinc Marianus cum sex condiscipulis Reginoburgium devenit, in templo extra mœnia urbis habitavit. Magnus eò gentilium ejus numerus, beneficentia Bojorum provocati, brevi confluxêre, intra mœnia, ùt dixi, templum amplissimum bonorum ope extruunt, ubi*
C *difficilioris religionis obsequio, castimoniarum abstinentia satis ardua, scribendo, docendo, maximam sibi gloriam conquirunt, spectatum satis magnum exemplum pietatis, non solùm Bojis, sed & finitimis erant. Omnibus placebant, uno ore omnes omnia bona de ipsis dicebant, famáque hac impulsus Heinricus Dux Bojorum, Favium veterem Romanorum Coloniam, quam nunc Viennam vocant, instaurat, Scotis templum dicat. Sanctinum cum quatuor & viginti sociis Reginoburgio Viennam emigrare jubet. Waldobrunnus de Rauchshoven Aichstadii suburbanum templum, rotundúmque extruit; Gerardo cum condiscipulis Reginoburgio evocato tradit. Emericus quoque Wirzeburgensis Episcopus Macarium adprimè doctum, abstemiúmque è Bojaria accersit, eidem, atque Conphilosophis templum in urbe condit. Gregorius & Charus primarius D. Petri Reginoburgensis Antistes, Conrado Cæsari, Gertrudi uxori ejus à sacris fuère, ab hisque Norejoberga templum D. Ægidii accepère. Ubi post eos Dedanus, Capellanus Imperatoris Friderici I. à fundamento Scotis popularibus suis Monasterium extruxit.* Hæc Aventinus.

D Ejusmodi Monasterium Scotorum erat olim quoque Argentorati S. Thomæ Apostoli tutela clarum; conditum, ùt ajunt, à Florentio III. Argentinensi Episcopo, natione Scoto, hoc est, Hiberno, qui ex patria cum aliquot sociis Evangelicæ doctrinæ disseminandæ gratia venerat. Vide Guillimannum libro de Episcopis Argentoratensibus in *Florentio*. Postea tamen Monasterium hoc in Collegium Canonicorum vertit; & E pluribus locis cœnobia ista interiêre, non solùm ubi hæresis rerum moderatur habenas, sed & apud Catholicos, sive id acciderit penuria incolarum, sive neglectu religiosæ disciplinæ, sive alia de causa. Etsi autem dubium non est, talia Xenodochia, seu diversoria, seu hospitalia (sic enim nominantur etiam in vetustis monumentis) primitus ædificata fuisse præcipuè pro Hibernis, qui veteres Scoti erant, vel potiùs pro omnibus, qui ex Britannicis Insulis in Germaniam fidei propagandæ gratia se contulerant, posteris tamen temporibus soli Scoti juniores, qui veterum Scotorum, hoc est, Hibernorum colonia sunt, & septentrionalem Albionis (quæ nunc Anglia) partem tenent, jus in Scotica Monasteria sibi vendicârunt, & hoc itidem ævo vendicant, neque ullum, nisi fallor, Hibernum aut Anglum suam in congregationem cooptarent. De Scotorum in Germania Monasteriis vide etiam Hundium in Metropoli Salisburgensi pag. 266.

Nunc vallis planitie relicta, ascendamus in montem S. VVillibaldi, ubi statim nostros in oculos incurret *Arx Willibaldina*, sedes Episcoporum Eystettensium, condita primùm à Bertholdo XLV. Eystettensium præsule. Quam successores amplificârunt, & ad eam, quæ hodie visitur, magnificentiam adduxerunt, potissimùm Martinus à Schaumberg, Joannes Conradus à Gemmingen, & qui hac ætate thronum S. VVillibaldi insidet, Reverendissimus & Illustrissimus Præsul. & Princeps *Joannes Christophorus à Westerstetten*. Et quamvis mons ille totus Saxosus, fermè dixeram, Saxeus sit, ita tamen arte & industria excultus est, ut hortos amœnissimos, & in hortis omnis generis exoticos fructus, flores, plantas non desideres, ut non immeritò eximius poëta & Medicus Philippus Menzelius, *Joannem Conradum* Episcopum alloquens cecinerit.

Ingeniine tui felix praedivitis uber
Ignorare potest, si quis saxa aspera dumis G
Et Bilibaldiaci juga verticis, alba pruinis
Respiciens penè assiduis, miretur agrestem,
Te subigente, loci genium mutâsse, tuóque
Dædaleo cultu, nunc ferre, quod India mittit,
Alcinoi supráque hortos, Pæstique rosèta.

H In Arce sacellum Aulicum erat, sacra supellectile valdè opulentum, quod non ita pridem cum parte quadam Arcis dejectum est, ut capacius, amplius & augustius resurgat.

CAPUT XX.

De viris doctis, qui Aichstadii claruerunt.

A NOn dubito, fuisse semper aliquos Aichstadii præstanti doctrina Theologica vel Juridica viros, maximè cùm superioribus sæculis illi etiam ab Episcopali tiara non excluderentur, qui ingenium severiorum disciplinarum cultu perpolivissent: & titulis quoque ac honoribus Academicis insigniti essent. Quare in Catalogo Episcoporum Eystettensium non unum Doctorem invenies. Mihi tamen vel omnes, vel certè plerique ignoti sunt; quibus mea ignorantia, & ex hac profectum silentium, nihil præjudicabit, nec quidquam de gloria, quam merentur, decerpet. Duo ex illis, qui Illustrissimi Martini à Schaumberg Episcopatum antecesserunt, instar omnium erunt; Joannes Cochlæus, Canonicus ali-
B quando chori VVillibaldini, & Kilianus Leib, Prior Rebdorffensis, quorum prior tot libris tótque pugnis contra hæreticos cominus & eminus initis tam illustris est, ut etiam obscurissimum quemque locum sua luce collustrare, & depulsis tenebris lucidum efficere possit. Quis enim Christiani orbis angulus est, quò Cochlæi nomen non penetraverit? Alter verò trium linguarum Latinæ, Hebraicæ & Græcæ peritissimus, multa in tunc exsurgentem & invalescentem Lutheranam sectam scripsit, etiam vernacula lingua; quorum nonnulla in lucem deprompta sunt; alia, & quidem potiora, servantur adhuc manuscripta partim Rebdorffii in Monasterio, partim in Bibliotheca Episcopali, digna sanè, quæ aliquando publici juris fiant.

C Jacobus Gengerus Medicinæ Doctor, & Physicus Eystettensis eruditum Commentarium de *Peste* edidit, & Episcopo Mauricio anno M. D. XLVII. inscripsit.

D Cùm Illustrissimus Præsul Martinus statim post absolutum Concilium Tridentinum, convenienter Decreto sess. 23. cap. 18. de Reformat. sua in civitate Eystettensi, Seminarium Clericorum erexisset, adjectis scholis tam humanioris, quàm severioris illius Philosophicæ & Theologicæ literaturæ, non defuerunt viri docti, qui insigni Principis optimi liberalitate invitati, in VVillibaldino Seminario seu Collegio profitendi munus expeterent, & susciperent; quos inter fuit *Rudolphus Klenckius*, Saxo, Doctor Theologus LL. Licentiatus, primus Præses & Professor Collegii VVillibaldini. Quo in munere cùm aliquot annos posuisset, Ingolstadium ad professionem Theologicam reversus est. Dico, *reversus*, quia etiam priusquam Eychstadium migraret, in Academia Ingolstadiensi Theologiæ Professor fuerat.

Huic adde Adamum Ort, Theologiæ E
Doctorem, postea Canonicum, & tandem Præpositum Ecclesiæ cathedralis Ratisbonensis. Nec omittendus *Petrus Stevartius*, qui pluribus annis docendo & Præsidis munus obeundo Collegium hoc illustravit, donec anno Domini M. D. LXXXIV. Ingolstadium ad geminam cathedram, Mauricianam scilicet & Academicam vocatus est, post aliquot annos Academiæ itidem Procancellarius constitutus.

Huc spectat jure suo *Laurentius Eiszephius* F
Doctor Theologus & Professor in Academia Ingolstadiensi, simúlque Parochus Marianus, vir excellenti eruditione, & facundia in dicendo ex superiore loco ad populum: qui Suffraganeus seu Proëpiscopus Eystettensis creatus, simul etiam docendi in VVillibaldino Seminario provinciam suscepit.

Accedat tandem *Robertus Turnerus*, vir disertissimus, qui cùm in Academia Ingolstadiensi jam Doctor Theologiæ, & majori pulpito idoneus, Rhetoricam, Ethicam, & quæstiones ad Christiani hominis officium pertinentes, seu *Casus Conscientiæ* explicâsset, Eychstadium concessit gratus Reverendissimo Domino *Martino* Episcopo; ubi tam Professoris quàm Præsidis officiò aliquot annis gnaviter ac industriè functus est.

Post Turneri discessum Seminarium in G
dies magis & numero auditorum, & Professorum claritate decrescere cœpit: & ubi antea Theologia tam controversa quàm practica, & philosophicus cursus accuratè explanabantur, res ad humaniores literas redacta est, exclusis illis sublimioribus, in quarum cognitione tantum momenti positum esse omnes novimus. Sed & istæ ægrè admodum se tuebantur. Quocirca Reverendissimus & Illustrissimus Præsul & Princeps *Joannes Christophorus à Westerstetten*, ut labenti Seminario & Gymnasio subveniret, Societatem Jesu advocandam curavit, eique Collegium VVillibaldinum cum schola tradidit, non ignarus, Societatem ita comparatam esse, ut alios aliis Magistris & Præceptoribus substituat, absque ullo periculo vel timore penuriæ vel defectus, ex quo fit interdum, ut, dum quæritur aptus, nec invenitur, multum temporis effluat vacantibus scholis, non sine juventutis detrimento. Jam Societas more sibi consueto politiores literas, etiam illas, quæ ad oratoriam facultatem pertinent, tradere ingressa est, adjuncta itidem lectione *Casuum Conscientiæ* pro clericis. Bona spe sumus, fore, ut gymnasio antiquum decus cum fœnore restituatur, optimique Principis exspectationi cumulatè satisfiat.

Ante D. Eiszephium Proëpiscopi mune- H
re functus est D. VVolffgangus Hollius SS.
Theo-

A Theologiæ Doctor, Ecclesiæ cathedralis concionator, & Collegii VVillibaldini Professor, qui anno Domini M. D. LXXV. duas conciones *de Indulgentiis & Jubilao* vernacula lingua publicavit, ut & postero anno quinque alias *de venerabili Eucharistiæ Sacramento*, ubi doctè, accuratè & nervosè, rem contra hæreticos gerit, refutatis eorum commentis & pseudologiis. Dicitur etiam alia evulgâsse.

B Degit hoc ipso tempore Eychstadii in spiritualibus Illustrissimi Præsulis Vicarius & ad S. VVillibaldum Canonicus, Dominus *Adamus Gerich*, SS. Theologiæ Doctor, ejusdémque antea in Academia Ingolstadiensi Professor, vir in Theologicis eximiè eruditus, qui reformandis cleri moribus & divino cultui per diœcesin propagandæ impigrè insistit. Deus tam benè & tam laudabiliter cœptis clementer aspiret.

CAPUT XXI.

De Cancellariatu Academiæ Ingolstadiensis, quo Episcopi Eystettenses perpetuò funguntur. Et de juramentis quibusdam Academicis.

C Olim apud Catholicos, cùm Academiæ novæ instituerentur, semper simul Illustri alicui personæ munus Cancellarii ab Academiæ conditore cum Pontificis Maximi assensu demandabatur. Hinc Academiæ Viennensis Cancellarium agit Præpositus Templi cathedralis seu omnium Sanctorum. Tubingensis, Præpositus S. Georgii. Heidelbergensis, Præpositus S. Spiritus. Friburgensis, & Basileensis, Episcopus Basileensis. Lipsiensis, Episcopus Merseburgensis. Francofordiensis ad Oderam, Episcopus Brandeburgensis. Oxoniensis in Anglia, Archiepiscopus Eboracensis. Cantabrigiensis, Episcopus Roffensis, & Academiæ Ingolstadiensis Episcopus Aichstadianus, in cujus Diœcesi civitas Ingolstadiensis sita est. Quid munus hoc Cancellarii Academici ambitu suo complectatur, qualísque sit dignitas, docuerunt jam olim Inclytæ Juridicæ facultatis Professores in Academia Ingolstadiensi, nempe anno M. D. XXVIII. in quodam Consilio typis excuso, cui titulum fecerunt: *Consilium super juribus & præeminentiæ Cancellariatus Studii ali-*
D *cujus generalis; pro Reverendo Patre & Domino, D. Paulo de Oberstein Præposito Viennensi, & ejusdem Studii Cancellario.* Cui Consilio Joannes quoque Eckius subscripsit, addita de Cancellariatu Academico nec indocta, nec ineleganti dissertatiuncula. Omissis autem aliis, quæ prædicti doctores copiosè & eruditè disputant, audiamus eorundem secundam, tertiam & quartam Conclusiones.

E II. *Quia Ecclesiæ Dei multum interest, gymnasia publica & studia privilegiata erigi, rectè summus Pontifex Cancellarios suos illis præficit, qui nomine suo super promotiones intendant, ne passim indigni, & infideles docendi auctoritatem & magisterium consequantur, & emittantur in oves dominicas, pro ducibus & pastoribus Lupi rapaces.*

F III. *Cancellarius à summo Pontifice Gymnasio alicui privilegiato datus, sicut propter commissionem Vicarius seu legatus ejusdem summi Pontificis rectè dicitur, atque in magna constituitur dignitate & officio, ita propter commissionis exercitium circa Gymnasium tale perpetuò habendum, speciale nomen justè sortitur, ab aliis commissariis Apostolicis per hoc discernendus.*

IV. *Quemadmodum ergo talis Cancellarius debet & tenetur commissionem sibi factam, & auctoritatem acceptam diligenter exequi; ita & præeminentia, Juribus & prærogativis, inde sibi competentibus, potest sine cujusquam injuria gaudere atque liberè uti.*

G Est ergo Cancellarius, ex sententia horum doctorum, vicarius & quasi legatus summi Pontificis, ad hoc præcipuè constitutus, ut advigilet, ne indigni & inepti ad honores & gradus Academicos evehantur, non sine gravi Ecclesiæ orthodoxæ damno. Quocirca Candidatorum examinibus non tantùm possunt, sed & debent interesse, quantum quidem est ex prima Cancellariatus Academici institutione; tametsi multis locis nec Cancellarii nec eorum Vicecancellarii examinibus intersunt; sed totam rem committunt fidei & judicio Professorum ejus Facultatis, à qua Candidatus gradum poscit, qui eundem, finito examine, Cancellario sistunt. Et ut Cancellariam aperiat, rogant. Possent ipsi etiam per se, vel per suos Procancellarios omnes gradus & honores Academicos conferre; ut fit in nonnullis Academiis, sed consuetudo jam multis locis obtinuit, ut honores Academicos, Magisterium inquam Philosophicum, Doctoratum Theologicum, Juridicum, Medicum, Professor aliquis à collegio proprio deputatus conferat; priùs tamen petita & impetrata licentia à Cancellario, vel Vicecancellario; hac enim non obtenta, nemo ad superiores scientiarum gradus evehi potest; cúmque Professores quidam Academiæ Viennensis nonnullos Academicis honoribus insignire tentâssent, partim inscio, partim etiam invito, & reluctante Viennensi Cancellario, Ingolstadiani Professores Juris in Concilio suprà nominato, probârunt & definiêrunt, hujusmodi promotiones prorsus irritas & inanes censeri debere; neque in Doctoribus vel Magistris numerandos, qui hac via ad hos gradus adspirâssent.

H Et quamvis omnes Tituli & honores Academici sint absolutè loquendo in manu & pote-

A potestate Cancellarii, consuetudine tamen & usu multarum Academiarum receptum est; ut Baccalaureatu Philosophico, & Baccalaureatu Theologico tam *Biblico*, quàm *Formato* decorentur, qui petunt, licèt non petita facultate à Cancellario, cui usus supremos duntaxat scientiarum honores & titulos reservavit; cui etiam omnes Candidati honorem & observantiam jurejurando promittunt, & qui Theologici Doctoratus coronam postulant, inter cætera, hoc itidem jurant, se, quoties opus fuerit, Cancellario *fideliter & veraciter perhibituros testimonium*, de moribus & doctrina eorum, qui suprema Theologiæ laurea exornari concupiscunt. Nec tamen Cancellarii, præsertim si sint principes, quales in Germania Episcopi nostri, munus hoc per se saltem ordinariè, obire consueverunt: sed habent Procancellarios, quibus vices suas demandant. Id videre est in nostra Academia, ubi semper u- B nus ex Professnribus Theologiæ agit Procancellarium Reverendissimi & Illustrissimi Præsulis & Principis Eystettensis, perpetui Cancellarii nostri; quo munere functi jam olim clarissimi viri, *Joannes Eckius*, *Martinus Eisengrinius*, *Albertus Hungerus*, & hodie *D. Petrus Stevartius*, & iste Procancellarius simul est Canonicus cathedralis Ecclesiæ Eystettensis, suámque in *Choro* stationem habet, licèt non in Capitulo, ùt nec in Calendario, in quo singulis annis Canonicorum cathedralium nomina & stemmata repræsentantur. Habuit autem Academia nostra à Wilhelmo Episcopo, primo Cancellario, ad hæc usque tempora Cancellarios novenos quasi novem Musarum chorum; ita ut hodiernus Reverendissimus & Illustrissimus Princeps *Joannes Christophorus à Westerstetten* sit nonus; cui de nostris annis Deus augeat annos.

C Mentio juramenti, quod Cancellario à Candidais præstari solet, revocat mihi in memoriam juramentum, quo se obligant, qui supremos in Theologia, Jurisprudentia, Medicina & Philosophia honores appetunt. Lutherus & Lutherani sub quinti Evangelii sui primordia perpetuò ad futurum Concilium provocabant, Concilium Stentoreis vocibus intonabant. Concilio se aut staturos aut casuros promittebant. At ubi res eò venit, ut jam Concilium indicendum & congregandum esset, tunc apparuit; quo animo ad Concilium appellârint. E vestigio enim resilire, & Concilium indictum horrificis boatibus ad inferos usque damnare cœperunt, editis in eum finem plurimis, quà Latinis, quà Germanicis libellis, chartisque & picturis famosis in vulgus absque numero & modo dispersis; ut hominum cogitationes à Concilio toties & in speciem tam ardenter expetito averterent.

D Inter cætera, evulgavit Lutherus anno Domini M. D. XXXVII. brevem libellum hoc titulo: (extat Tom. IV. Latin. Jan.) E *Cur & quomodo Christianum Concilium debeat esse liberum: Item de conjuratione Papistarum.* In hoc opusculo ad id unum incumbit Lutherus, ut omnes absterreat, ne ad Concilium indictum eant, vel eidem doctrinam suam subjiciant. Qua de causa verò? Quia non est *concilium liberum*. Cur non liberum? *Quia Doctores, Notarii, & Episcopi, qui interfuturi sunt, jurarunt in verba & placita Papæ, ita ut ne latum quidem unguem inde abscedere possint; nisi tanquam perjuri diris devoveri velint:* Hoc ut probet Lutherus, profert formulas juramentorum, quibus se obstringunt Magisterio aut Doctoratu insigniendi, deinde Notarii & Tabelliones, quando solenni ritu ad istud publicum officium inaugurantur. Denique Episcopi, quando eliguntur, & postea à summo Pontifice confirmantur. Ex his juramentorum formulis apertè colligi ait, *nihil cum Papistis effici posse, utpote, qui tot Sacramentis Papæ obligatissimi sint, nec contra doctrinam ejus mutire audeant.*

F Omissis aliis juramentorum formulis de Academico jurejurando duntaxat agam: Id Lutherus, in Academia Ingolstadiensi, & in aliis quibusdam, in hunc modum his conceptis verbis præstari scribit.

G *Ego N. Scholaris Ingolstatensis Eystettensis diœcesis, ab hac hora in antea fidelis & obediens ero B. Petro, sanctaq; Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, & Domino nostro Domino Paulo III. ac ejus successoribus canonicè intrantibus. Non ero in consilio, consensu, tractatu vel facto, ut vitam aut membrum perdant, seu quòd contra alicujus eorum personam, vel in ipsorum aut Ecclesiæ eorundem, seu sedis Apostolicæ auctoritatum, honorum, privilegiorum, vel Apostolicorum statutorum, ordinationum, reservationum, dispositionum seu mandatorum derogationem vel præjudicium machinationes, vel conspirationes fiant. Et si, ac quoties aliquid horum tractari scivero, id ne fiat, pro posse impediam, & quando commodè potero, eidem Domino nostro, vel alteri, per quem ad illius notitiam pervenire possit, significabo. Consilium, quod mihi per se, vel per nuncios, seu litteras credituri sunt, ad eorum damnum nemini pandam, ad defendendum vel retinendum Papatum Romanum, & regalia S. Petri, contra omnem hominem adjutor ero. Autoritatem, Privilegia & Jura, quantum in me est, potiùs adaugere, & promovere, statuta, ordinationes, reservationes, dispositiones, & mandata hujusmodi observare, & eis intendere curabo, Legatos sedis Apostolicæ honorificè tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo. Hæreticos, & Schismaticos, & qui alicui ex Dominis nostris & successoribus prædictis rebelles fuerint, pro viribus persequar & impugnabo. Sic me Deus adjuvet & hæc sancta Dei Evangelia.*

H Ita formula Juramenti à Luthero prolata. At dubito, num candidè & sincerè. I. Quia hanc

A hanc formulam jurandi non invenio in antiquis Actis Collegii Theologici, aut Philosophici. II. Quia hodierna formula, & quam ego jam à XXX. annis semper usurpari viden, longè est alia, quæ infrà verbatim recitabitur. III. Quia Lutherus admiscet nonnulla, quæ spiritum Lutheranum satis perspicuè resipiunt, ùt est nominatim illud: *Ad defendendum & retinendum Papatum Romanum & Regalia S. Petri contra omnem hominem adjutor ero.* Sed esto: nullam fraudem commiserit Lutherus in hac recitanda nobisque exhibenda juramenti formula. Omnia salva sint, germana, & genuina. Quæ Luthero tanta furendi & maniaci instar, debacchandi causa? An quia nullum Academicum juramentum ferre potest? Atqui ipsemet, etiam sua in promotione Doctorali juramentum præstitit; cujus vi se adactum esse, ut verbum Dei *purè* (scilicet) doceret, non semel testatur, ùt & Encomiastes ejus Mathesius in suis de Luthero concionibus.

B Deinde an non à Lutheranis Magistellis & Doctorculis juramentum exigitur? In Pseudojubilæo, anno M. DC. II. à Wittebergicis Academicis celebrato, laurea magistrali insigniti sunt LXIV. quà juvenes, quà viri jam prolixo & denso barbitio spectabiles & formidabiles. Quid ab illis ante laurum impositam exactum? Audi. *Expressè & sanctè promittetis, vos velle constanter amplecti consensum Ecclesiæ Catholicæ Dei traditum in Symbolo Apostolorum, Niceno & Athanasiano, ac comprehensum in Confessione hujus Ecclesiæ exhibita Imperatori in Conventu Augustano anno M. D.* C *XXX.* Academiæ ergo Wittebergensi fas erit suos adigere, si non ut jurent, saltem ut sanctè & expressè promittant, se Lutherum & Lutheranismum defensuros; & non licebit Catholicis Academiis Juramentum à Candidatis exigere, quo se ad sedis Apostolicæ fideíque avitæ defensionem & propugnationem obstringant? Scilicet Lutherani de Lutheranismo muniendo diligentissimè circumspicient; neque se eam ob industriam culpari patientur: & Catholici de Catholicismo stabiliendo nullam cogitationem suscipient, & si suscipiant, acerbissimè à Lutheranis linguis ac calamis flagellabuntur, Lutherúsque ceu Furiarum stimulis exagitatus, millena convicia & opprobria ex immundis suis faucibus eructabit?

D Præterea, an non VVittebergensis Academia Doctores suæ Theologiæ hac pollicitatione obligat? Et quamvis in ipsa formula verbum *jurandi* non apparet; apparet tamen in Titulo, qui est: *Formula Juramenti.*

Ego N. promitto Deo æterno Patri Domini nostri JESU Christi, Conditori generis humani, & Ecclesiæ suæ, cum Filio & Spiritu sancto, me Deo juvante, fideliter servitururum esse Ecclesiæ in docendo Evangelio, sine ullis corruptelis, & constanter defensurum esse E *Symbola, Apostolicum, Nicænum & Athanasianum, & perseveraturum esse in consensu doctrinæ, comprehensæ in Augustana confessione, quæ per hanc Ecclesiam exhibita est Imperatori, anno M. D. XXX. & latiùs explicata in ejusdem Confessionis Apologia, Smalcaldicis Articulis, Catechismis Lutheri, & libro Concordiæ, anno M. D. LXXX. publicato, quibus scriptis omnibus manu & corde subscripsi. Et cùm incident controversiæ difficiles & obscuræ, non solus, non temerè, sed re deliberata cum aliquibus senioribus, qui docent Ecclesias, retinentes doctrinam Augustanæ Confessionis, secundùm normam & regulam verbi divini, atque Christianæ fidei pronunciabo. Ita me Deus adjuvet.*

Ecce hic expressa promissio Deo fit, atque F adeò votum suscipitur, de tuenda & propugnanda Confessione Augustana, de ejusdem Apologia; de Catechismis Lutheri, de Articulis Smalcaldicis, de libro Concordiæ, quæ omnia sunt Lutheranismi quasi bases & fundamenta. Cur Catholicis Academiis integrum non sit, eos, qui Academicis honoribus insigniri cupiunt, obstringere juramento, quo spondeant, se & Deo, & Ecclesiæ orthodoxæ, Christíque in terris Vicario fideles & morigeros semper fore? Non viden certè, cur hoc Catholicis non liceat; liceat autem Lutheranis; nisi quia Lutherani omnia sibi, Catholicis nihil licere volunt. Si Luthero ætas protracta fuisset usque ad formulam profitendi fidem à Pio IV. Pont. Max. præscriptam, quæ criminationum plaustra non advexisset & exonerâsset? Quibus verborum boatibus in Pontificem & Pontificios non detonuisset, cùm jam tot maledicta in utrosque evomuerit, ob juramentum Pontifici præstitum; verum an fictum; non decerno: verum enim & genuinum bodiéque usitatum inferiùs adscribam.

Sed Lutherus acutè vidit, quo consilio G candidatis orthodoxis hoc juramentum proponatur: *cùm longè plures reperiantur Doctores, quàm Episcopi*, inquit Lutherus, *regnéntque in scholis publicis, in Templis & concionibus, sintque Episcoporum Officiales & Vicarii, principum & liberarum Civitatum Consiliarii, facilè viderunt, si eos obnoxios haberent, eorum opera totum Imperium se oppressuros esse, quod & factum est.* Hoc totum, quod Lutherus mendacissimè de Catholicis deblaterat, verissimè de Lutheranis affirmavero; quorum consilium in hujusmodi promissionum, & juramentorum exactione non est aliud, quàm ut & urbes & aulas, & templa & scholas, Luthero addictis Doctoribus impleant, & Lutheranismo totum Romanum imperium, oppressis orthodoxis, inquinent.

Addit Lutherus. *Unde meritò superiore seculo nomen Doctorum tam fuit invisum, ut si* H *vir nobilis Doctoratum recepisset, planè degener existi-*

A *existimantur, hodieque in plerisque civitatibus in senatum non leguntur.* Si superiore sæculo nomen Doctorum invisum erat ob juramentum præstitum, oportet Lutheranos quoque Doctores invisos atque exosos esse, quia & ipsi juramentum seu promissionem faciunt; tantum hoc est discrimen; quòd nostri jurant Papæ & Papatui, ùt Novatores loquuntur; isti, Luthero & Lutheranismo, qui statutorum suorum & deliriorum, quæ suis præscripsit, longè rigidior exactor erat, quàm ullus Papa: nam si quem vel modicè adversus doctrinam suam mutire videbat, illi aut ad Garamantes abeundum, aut assentiendum erat; non dabatur tertium, ùt nec hodie datur, quando quis potentioris alicujus præconis somnia non statim adorat.

B Cæterùm superiore sæculo, hoc est, illo, quod Lutherum antecessit Doctoris nomen fuisse invisum, & id quidem propter juramentum de fide Pontifici servanda, vanissimum commentum est; nam ex antiquis illis Academiis Parisiensi, Bononiensi, Oxoniensi, Salmanticensi, aliisque, turmatim Doctores prodibant: quod, ut alia taceam, liquidum fit ex Conciliis Constantiensi & Basileensi, ad quæ maxima Doctorum multitudo cum Episcopis aliisque Prælatis Eccle-
C siasticis confluxerat. Neque aliarum nationum Nobiles aut piget aut pudet Doctoratus insignia capessere: ùt nec olim Germanos pigebat, aut pudebat, quorum plurimi nobilissimis familiis progeniti cum generis claritudine Academicorum quoque stemmatum & dignatum honores conjungebant. Nunc alia sunt tempora, & ideo alii mores: nam quod Lutherus dicit; *Doctores hodie in plerisque civitatibus non legi in senatum*, id nimis hyperbolicum est; nam ut in quibusdam urbibus à Senatu arcentur, at hoc non fit *in plerisque*, ùt notum est, & qui arcent, non arcent, quòd Doctoratum aspernentur, sed alias sui facti causas habent, quas vel commemorare vel discutere non est meum. *Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.* Cæterùm hoc quidquid est dignitatis, quod quædam urbes Doctoribus detrahunt, abundè compensatur aliunde; nam in Conciliis & Consiliis, curiis & prætoriis Principum, Doctores plerumque sunt primi, aut inter primos.

D Mox Lutherus Tartarea aura afflatus crepat *bestias & belluas Romanas, fures, latrones, pestilentes proditores, & proditorum subproditores, vel ipso Juda sceleratiores. Tyrannos, Antichristos, Antichristi satellites & administros, fictitium Petrum & Simonem Magum, qui Roma amplissimum patrimonium possideat, mendaciis, perjuriis, latrociniis, homicidiis & veneficiis quæsitum, & ex meris furtis, rapinis & sacrilegiis conflatum.* Verùm hæc & his similia maledicentiæ spicula vibrare, tam nullius est artis, quàm est nullius ingenii & E laboris, ad quæ jacienda & emittenda nihil aliud requiritur, nisi frons effrons, lingua effrænata & ad quidvis expedita, calamúsque erubescere nescius, quidquid tandem papyro illinat, qui pro grandisona sua maledicentia candidatum hoc juramentum præstantem ita affatur. *O te térque quatérque miserum, sceleratum & desperatum, qui ita juras. O infelices parentes tuos, qui suis te facultatibus & sumptibus in hoc aluerunt, ut anima tua salutem tam impiè devoveres*; sed hoc & omnia alia, quæ ibidem Lutherus declamitat, retorquere licet in Lutheranum Candidatum; qui se ad defensionem Lutheri & totius Lutheranismi obligat. *O térque qua-* F *térque miserum, sceleratum & desperatum, qui ita juras:* hoc est, qui juras, te semper secuturum & defensurum Confessionem Augustanam, librum Concordiæ, Catechismos Lutheri, & nescio quæ alia fanaticorum Enthusiastarum delitamenta; nam quod de tribus Symbolis Apostolico, Nicæno, & Athanasiano additur, id nihil aliud est, nisi mantelum, quo turpitudinem juramenti nonnihil operiri tentant; ne, si nullo velo tegatur, è vestigio in omnium oculos incurrat: quam enim symbola hæc Lutherani egregiè defendant, & contra omnes adversarios farta tecta præstent, id inde elucescit; quòd, si non omnes, certè multos horum symbolorum articulos hæreticis suis sordibus fœdissimè collutilant. *O infelices parentes tuos, qui suis te facultatibus & sumptibus in hoc aluerunt, ut anima tua salutem tam impiè devoveres. Si enim hoc* (Lu- G theranum) *juramentum conservare voles, contra Christum pro Antichristo militabis, Sacramenti, quo in baptismo initiatus & obligatus es, proditor factus:* Dixisti enim, te renunciare, atque adeò perpetim renunciaturum Diabolo; & istud promissione edita firmasti: & nunc non modò contrarium agis, sed & directè Diabolo te tradis, & quasi immolas, dum polliceris, te Lutheranæ doctrinæ sectatorem, patronum & propugnatorem perpetuum fore, quæ doctrina ab alio Magistro non venit, quàm à capitali salutis nostræ hoste, prout apertè testatur Lutherus, saltem quoad doctrinam de Missa, quam à Diabolo sibi traditam & dictatam esse, palàm & liberè professus est in libro de *Missa angulari.* Idem de cæteris Luthe- H ranæ synagogæ placitis credere quid vetat? Imò nil vetat, sed omnia potiùs clamant, ea ex eodem fonte fluxisse, ex quo fluxit dogma de Missa. *Quare expergiscere tandem, ô Lutherane Candidate, Doctor, Magister, & quanto in periculo verseris, vide, pœnitentiam age, Deúmque precare, ut edicto suo pratorio te in integrum restituat, & juramentum tam sceleratum aboleat, atque æterna oblivione obruat.*

Vide

A Vide autem, quantus cavillator vel potiùs criminator sit Lutherus. Promittit in formula Juramenti, Candidatus se Pontificem & jura ejus *contra omnem* hominem defensurum. Exclamat Lutherus. *Etiámne contra Christum ipsum? nam & is, ut verus Deus; ita & verus homo est.* Minimè, mi homo, quia Christus homo, nihil unquam contra Pontificem injustè acturus est, non est ergo periculum, ne quis contra Christum, Papam tueri cogatur. Nec promittitur absolutè defensio adversus omnem hominem; sed adversus omnem illum, qui Papam & jus Papæ injuriosè aggressurus, & per nefas invasurus sit. Itaque criminatio est, quod Lutherus dicit: *Si Doctor Papisticus juramentum præstiterit Principi vel Reipublicæ, qui habeant aliquid contra Papam, tunc aut prodet Dominum suum, aut violabit hoc juramentum.* Nihil minùs, ô clamator: nam qui jurat principi fidelitatem, is tacitè subintelligit, vel apertè exprimit hanc conditionem: *Salva religione, & justitia.* Itaque si quis Princeps vel Respublica controversiam habeat cum Pontifice quoad dogmata religionis, quid facto sit opus, per se manifestum est. Si contentio sit & quidem injusta, de bonis temporalibus, iterum liquet, quid amplectendum, quidque fugiendum sit. Minimè ergo oportet, ut Doctor tali juramento adstrictus aut fiat sui principis proditor, aut perjurus, ùt delirat Lutherus. Nec mendaciis, nec dolis, nec fraudibus Papa defenditur; nec juramentum talem defensionem exigit; quia non exigit nisi honestam & licitam; & qualis à bono viro adhiberi potest, illæsa conscientia, existimatione & fama.

B Verùm ut verbis compendium fiat, non dolet Lutherus jurari; dolet Pontifici jurari: hoc illi intoleranda crux est; hoc, immane cordolium. Sibi & suæ sectæ, si vel mille juramenta jurari videat, non excandescet, multò minùs insaniet, sed bonum factum interpretabitur. Nunc dimisso Luthero vide & lege juramentum hodie usitatum & candidatis Magisterii vel Doctoratus proponi solitum, ut eo sese obligent: nam Candidatos hunc in modum affatur Notarius Academicus:

Ornatissimi Domini Candidati, antequam ad ulteriora procedatur, jurabunt singuli ad manum Magnifici Domini Rectoris, in formam sequentem.

C *Ego N. scholaris Academiæ Ingolstadiensis, Eystettensis Diœceseos ab hac hora in Christiana Catholica fide non deficiam, & omnia, ac singula, quæ in Bulla Pii IV. in quam nuper juravi, continentur, constanter usque ad extremum vitæ spiritum me per gratiam Dei servaturum promitto, spondeo, ac juro.*

D *Invictissimum item Imperatorem nostrum Dominum Matthiam I. & successorem ejus quemlibet, ritè ad præscripta Bullæ aureæ electum, caput Imperii agnoscam, ab eóque non desciscam,* E *cavebóque perquam diligenter in negotiis, & causis omnibus, ut à crimine læsæ majestatis absim. Legatos quoque utriusque tam Ecclesiæ, quàm Imperii Monarchæ honorificè tractabo, & decentem illis honorem impendam. Non ero in consilio, causa, tractatu, vel facto, ut vitam, aut membrum perdant. Neque persuaderi me patiar, ut cum Imperii hostibus conjungar, aut Imperatoriæ Majestati palàm reclamantibus involvar.*

Quilibet ad manum Magnifici Domini Rectoris dicat:

EGO JURO.

CAPUT XXII.

De morte, scriptis, festo & Reliquiis S. Willibaldi.

Miror, Trithemium in opere de viris Illustribus Ordinis S. Benedicti bis posuisse Willibaldum, quasi geminum crediderit; semel lib. 2. cap. 25. his verbis. *Willibaldus Monachus & Presbyter, discipulus B. Bonifacii Moguntini Archiepiscopi & Martyris, vir in divinis scripturis eruditus, & sæcularium literarum non ignarus, ingenio clarus, & disertus eloquio: non minùs religionis honestate, quàm doctrina venerabilis: scripsit ad Lullum Archiepiscopum successorem S. Bonifacii, vitam & passionem ejus, librum unum. Fertur & alia ingenii sui monimenta reliquisse, quæ in manus meas non venerunt. Claruit anno Domini septingentesimo septuagesimo.* F

Iterum lib. 3. cap. 187. *Willibaldus I. Episcopus Eistettensis, à B. Bonifacio ordinatus, filius Regis Anglorum Richardi, cum patre & fratre regnum terrenum contemnens, pro amore Christi peregrinus factus, multis effulsit virtutibus. Hic cùm esset quinque annorum, in monasterio, quod Waldheim vocatur, traditus est: in quo multùm proficiens, vir doctus & sanctus evasit. Post plures verò annos patriam deserens, venit Romam, ac deinde Hierosolymam: visitatisque multis sanctorum locis, tandem Monachus Cassinensis efficitur, decimo peregrinationis suæ anno. Tandem à Gregorio Papa Tertio in auxilium Bonifacio Archiepiscopo dirigitur, & in Eistettensis Ecclesiæ præsulem consecratur. Ejus vita scripta est. Claruit anno Domini septingentesimo quadragesimo. Cujus festum octavo Idus Julii colitur.* G

Hæc Trithemius; quæ non immeritò suspicionem injiciant, Trithemium duos Willibaldos statuisse. In Catalogo tamen Illustrium scriptorum Germaniæ unus & idem Trithemio Willibaldus est is, qui vitam S. Bonifacii scripsit, & primus Eystettensis Episcopatus honorem adeptus est. Audi Trithemium. *Willibaldus Presbyter S. Bonifacii, & Monachus divi Patris Benedicti, frater S. Walpurgis Virginis & Abbatissæ Heydenheimensis,* H

A *sis, ac postea Episcopus Eystettensis, vir doctus atque sanctissimus, ingenio promptus, & dulcis eloquio, scripsit, jubente S. Lullo, Moguntino post Bonifacium Archiepiscopo, vitam ejusdem sanctissimi martyris Bonifacii lib. 1. & quasdam, ut fertur, ad devotos servos Dei epistolas. Claruit sub Pipino patre Caroli Magni Imperatoris. Anno Domini DCC.LX.*

B Eadem fermè verbatim Trichemius in Catalogo scriprorum Ecclesiasticorum, nisi quòd VVillibaldum nominat *Scotum*, cùm Scotus non fuerit, sive Scotum accipias pro Hiberno, sive pro septentrionali Albionis seu Britanniæ incola, quia Anglus seu Anglosaxo fuit, ùt suo loco probavimus. Ex scriptis ergo S. Willibaldi Trichemius nibil vidisse videtur præter vitam S. Bonifacii, quam in duos libros dividit, cùm vita Bonifaciana à S. Willibaldo scripta, unico libro comprehendatur & absolvatur.

C Quid verò Balæus? Omissis conviciis, quibus beatum VVillibaldum impetit, *Willibaldus Devonius*, inquit, *ex illustribus tam Orientalium, quàm Occidentalium Anglorum ortus familiis, Bonifacii discipulus ac nepos, magno sub eo labore ad artium humanarum studia se totum conferebat. Ingenium habebat, Historiographorum testimonio, omnibus Musarum redolentiis apertum, memoriámque non infelicem. Protulit Willibaldus ad Lullum tunc Moguntinensem Archiepiscopum, vitam Veusfridi Bonifacii lib. 1. vitam Walpurgæ sororis lib. 1. Epistolas ad Monachos lib. 1. Feruntur & alia: sed illa non vidi.* Vidisti ergo vitam S. Walpurgis scriptam à VVillibaldo, ejusdémque ad Monachos Epistolas? Dic, oro, bona fide, si quæ tamen bona fides in te est, vidistine prædicta opuscula?

D Scripsit Willibaldus *non inelegauti sanè stylo*, inquiunt Centuriatores Cent. 8. cap. 10. *Vitam Bonifacii, librum unum, quem ante editionem Lullus & Megengandus inspexerunt & approbárunt. De vita Walpurgis librum unum, & epistolas plures ad Monachos.* Certum est autem, Commentarium illum de vita S. Bonifacii elaboratum esse à VVillibaldo, cùm jam ad Episcopale culmen evectus esset; quia post Martyrium S. Bonifacii scripsit. Cur ergo in Titulo se nominat *Presbyterum*? Puto id studio submissionis accidisse. Quanquam satis se Episcopum fuisse declarat, quando Lullum & Mengozum seu Megingandum *Coëpiscopos* suos appellat. Scripsit Willibaldus hanc de S. Bonifacio lucubrationem rogatu Episcoporum, quibus illam dedicat; præsertim Lulli Archiepiscopi. De quo Manuscriptus Codex apud Serarium lib. 3 rerum Moguntiacarum. *Audiens beatus Lullus S. Bonifacii Martyrium, studuit quantocyus hoc insinuare viro sancto & docto Coëpiscopo suo in* Eychstett *Willibaldo, rogando, ut magistri ipsorum vitam, cuius ipse opera plenius nosset, stylo dignaretur annotare, ne ipsorum negligentia, tanta Ecclesiæ lucerna sub modio celaretur, sed magis supra candelabrum posita, cunctis post futuris hominibus lumen vitæ ostenderet. Quod idem sanctus Præsul Willibaldus diligenter adimplevit.*

E Laudant Centuriatores Cent. VIII. cap. 10. Lullum, quòd Willibaldum ad vitam Bonifacii scribendam excitârit. Quod mihi mirum accidit, cùm res gestæ à S. Bonifacio ipsis subinde stomachum non modò moveant, sed & propemodum evertant, quas proinde vel suæ quietis & incolumitatis gratia, altissimo silentio prorsus obrutas fuisse optare debebant, quàm commendare Lullum, quòd eas à VVillibaldo publica lucubratione propalari voluerit.

F Hæc jam commentatus fueram, cùm Ecce incido in *Sidera illustrium & sanctorum virorum, qui Germaniam præsertim Magnam olim gestis rebus ornárunt*; quæ denuò accendit & lucere fecit *R. P. Christophorus Brovverus* noster, qui in Notis ad S. Bonifacii & S. Gregorii vitam in dubium revocat, num vita S. Bonifacii, quæ S. Willibaldi nomine circumfertur, ex officina S. Willibaldi prodierit; ídque non sinè verisimilibus argumentis, nam scriptor iste in prologo, & cap. 1. dicit, se *de S. Bonifacio litteris mandare, quæ ab aliis acceperit*; quæ verò ipse viderit, vel notârit, meminisse nulla; quod non videtur quadrare in S. Willibaldum, discipulum sancti Bonifacii, & tot annorum contubernalem, qui rerum à S Bonifacio gestarum pars magna fuit.

G Sed responderi potest, Willibaldum ideo non professum esse, quòd etiam visa ab se literis mandare vellet, quia credebat, nemini dubium fore, quin hoc facturus esset, utpote multorum annorum discipulus, & rerum gestarum oculatus testis.

II. Non est credibile, S. Willibaldum ignorâsse, quoties & quando S. Bonifacius Romam iverit, & à quo Romano Pontifice Episcopus ordinatus sit. At Auctor iste dicit, Bonifacium prima in urbem itione salutâsse Gregorium (Papam) *à primo secundum*, vulgo dictum *Juniorem*. *Et tertia profectione* ait Bonifacium jam Archiepiscopum *eidem Gregorio II. præsentatum*, quæ temporum ratio haud admittit; & à Gregorio III. Archiepiscopum creatum esse, ex Ludgero dilucidè liquet.

H Verùm hæc objectio hanc lucubrationem S. Willibaldo non eripit: nam quæ leguntur cap. IX. ubi de tertia Romam profectione sermo est; non de Gregorio II. sed de III. accipi debent. Verba Auctoris sunt ista. *Ast ubi post immensam itineris vastitatem, Domino Apostolico Gregorio Juniori secundo præsentaretur, benignè ab illo susceptus est.* Ubi non ait Auctor, *Gregorio II.* sed; *Gregorio Juniori secundo*: quia primus Junior Gregorius, erat Gregorius secundus, & Gregorius Junior Secundus, erat Gregorius Ter-

A Tertius, qui *Juniores* dicti respectu ad S. Gregorium Magnum & primum habito; id etiam planum fit ex cap. X. ubi Canisiana editio isthæc. *Missus à sancto & venerabili sedis Apostolicæ Pontifice Gregorio Juniore, à primo, secundo, & à Gregorio Secundo Juniore, cum primo Tertio.* Ubi manifestè vides, Gregorium III. appellari *Juniorem Secundum.* Definit igitur difficultas, quæ *Gregorii Secundi* nomen ingerebat.

B III. S. Bonifacius cap. 6. oblatam à S. Willibrordo ordinationem recusans, *excusationis loco Canonis normam allegâsse traditur, quia quinquagesimi anni nedum plenè ætatem attigisset.* Quis verò Canon quinquagesimum ætatis annum requirit? Respondeo, constitutiones Apostolicæ Clementis Romani lib. 2. cap. 1. disertè præcipiunt, ut, qui ad Episcopatus honorem evehitur, *non sit minor natu, quàm annorum quinquaginta, quòd ea ætas quodammodo jam juveniles petulantias, & eorum, qui foris sunt, obtrectationes effugerit.* Paulò post subditur. *Sit eruditus, usu sermonis exercitatus, ætate inclinante.* Vide Francisci Turriani explanationem defensoriam in hunc ipsum Clementis locum. Hodie tamen, communi jure & more ætas triginta annorum ad Episcopi dignitatem sufficit.

C IV. Ibidem nominat Bonifacius Gregorium II. *virum sanctæ recordationis*, cùm necdum mortuus esset. Sed responderi potest, hæc verba non à S. Bonifacio prolata, sed scriptorem intuitu ad sua tempora, quando jam obierat Gregorius Secundus, phrasi illa usum esse.

V. Ait scriptor iste, S. Bonifacium XXXVI. annis, mensibus VI. diebus VI. Episcopatum tenuisse. Quod non concinit, si anno DCC. XXII. vel DCC. XXIII. Episcopatu inauguratus est. Sed hoc facilè expeditur, si dicas, Willibaldum annos Episcopatus Bonifacii impropriè & propriè dicti computâsse ab anno DCC. XVIII. vel DCC. XIX.

VI. Willibaldus vix de se scripsisset illud
D cap. 10. *Duos bona industria viros ad ordinem Episcopatus promovit Willibaldum & Burckhardum.* Sed responderi potest, etiam viros Sanctos aliquando aliquid suam in laudem, etsi non ad suam, sed ad Dei laudem, protulisse. Testis sanctissimus Apostolus Paulus, qui in propriam commendationem cùm alibi, tum 1. Thess. cap. 2. isthæc. *Vos testes estis & Deus, quàm sanctè & justè & sine querela vobis, qui credidistis, fuimus.*

Non diffiteor tamen, objectiones allatas dubitationem de Auctore injicere posse. Verùm contra has suspiciones stat consensus manuscriptorum codicum, ex quibus vidi Rebdorfensem, & Hungerianum, & unum vel alterum apud S. Gallum in Helvetia, qui omnes S. Willibaldi nomen præferunt, ùt & ille, quo usus est Serarius.

Additamentum Wicelianum de loco scriptionis hujus non moramur, quia fictitium est, nec in codicibus manuscriptis comparet, unde unde Wicelius illud sumpserit, aut deprompserit. E

Festus dies S. Willibaldi agitur non VIII. Idus Julii, ùt scribit Trithemius, sed Nonis, hoc est VII. die Julii, cum octavâ, quæ incidit in decimum quartum diem ejusdem mensis. Aichstadii, ùt & in aliis nonnullis Diœceseos locis; non tantùm in choro, sed & in foro dies festus est. F

Communis persuasio, & domesticorum Annalium traditio habet, S. Willibaldum obiisse, & ad Superos abiisse anno Christi DCC. LXXXI. Ita etiam Philippus cap. 37. Sed gravem scrupulum injicit Egilvvardus, qui libro 2. de vita S. Burckhardi cap. 12. ait, S. Burckhardum vita functum anno Redemptoris DCC. XCI. & post decessum Burckhardi Megingandum XV. annis Episcopale solium tenuisse; & postea successorem sibi delegisse Bernvvelphum, *cooperantibus sibi in ordinatione Lullo Metropolitano, & Willibaldo Eystettensi Episcopo.* Ex quo sequitur, Lullum & Willibaldum non modò ultra DCC. XC. annum, sed multùm ultra vixisse; cùm tamen communis scriptorum consensus Lullum rebus humanis exemptum tradat anno DCC. LXXXVI. vel certè sequenti DCC. LXXXVII. & Willibaldum, eo, quem paulò antea notavimus, anno; & licèt quis diceret, ùt habet Bruschius in Catalogo Episcoporum Herbipolensium: Megingandum anno DCC. XCIV. Episcopatu se abdicâsse, *præsente Willibaldo Eystettensi Episcopo*, id tamen constare nequiret, ùt ex dictis manifestum est. G

Quid ergo ad Egilvvardum dicemus? Illud, opinor, plurium potiorem esse rationem, quàm unius, præsertim cùm Egilvvardus, nec Borckhardo nec Megingando coætaneus fuerit. Non ignoro esse, qui sanctum Willibaldum anno DCC. XCIV. è vivis excessisse scribant. Sed ii ferè sunt Auctores de trivio & pedanei, nec cum Egilvvardi computo conciliari possunt. Adde, quòd S. Ludgerus in commentariolo de S. Bonifacio & S. Gregorio disertè scribit, Wigbertum & Burckhardum, duos ex discipulis S. Bonifacii, priùs à vitâ excessisse, quàm S. Bonifacius Martyrium subiret. At communior & certior sententia est, sanctum Bonifacium vitam pro Christo posuisse anno gratiæ DCC. LV. Oportet ergo ante hunc annum, vel si hoc anno, certè ante Martyrium S. Bonifacii Burckhardum vitam cum morte commutâsse, quomodo ergo pervenit ad annum DCC. XCI. ùt scribit Egilvvardus? In cujus Commentario non tantùm hoc, sed & quædam alia à veritate prorsus abhorrentia insunt, sive hoc culpa ipsius Egilvvardi, sive studio perverso alicujus scioli acciderit. H

A Corpus S. Willibaldi Aichstadii in choro Willibaldino asservatur & honoratur. *Cujus tamen translata reliquia nunc Furnis servantur*, inquit Balæus Centur. 2. cap. 16. At non totæ, ô boni, sed duntaxat portio quædam. Quod etiam de S. Walpurga dictum esto; de quo admonere non supersedit Molanus in Sanctorum Belgii *Indiculo*, idque ne quis deciperetur narratione quorundam, qui rem ita referunt, ut quis existimare possit, totas Reliquias Furnos deportatas esse; quod à vero alienum est; Facta est hæc portionum de Reliquiis S. Willibaldi, S. Wunibaldi & S. Walpurgis translatio anno Domini DCCC. LXX. quo tempore Otkerus seu Otkarius VI. Eystettensis Episcopus Cathedram Willibaldinam moderabatur. Quanquam in rebus gestis hujus Episcopi altum sit de his reliquiis in Flandriam missis, silentium. Balduinus cognomento Ferreus tunc Flandriam imperio tenebat. Sub quo etiam corpus S. Donatiani Archiepiscopi Remensis Brugas Flandricas translatum est, anno gratiæ DCCC. LXIII.

CAPUT XXIII.

De canonizatione & translationibus B *S. Willibaldi.*

COmmunis sententia habet, S. Willibaldum Canonizatum esse à Leone VII. Pontifice Max. qui pontificatum iniit anno Redemptoris DCCCC. XXXVI. eundémque vita functus deseruit anno DCCCC. XXXIX. cùm sedisset annis tribus, & sex mensibus. Hoc ergo tempore, quod continetur annis istis, S. Willibaldum Cœlitum numero adscriptum oportuit, quando Starckhandus Willibaldinam cathedram obtinebat.

C Sed his refragatur Philippus, qui canonizationem istam refert ad annum Domini DCCCC. LXXXIX. qui est quinquagesimus annus ab obitu Leonis Papæ, & primus Megengozi Antistitis Aichstadiani. Quanquam sibi ipse etiam repugnat: si enim Leo VII. in Sanctorum numerum retulit S. Willibaldum, ùt ipsemet disertè scribit, quomodo id eo, quem indicat anno, fieri potuit?

D Relatio de canonizatione & translationibus sancti Willibaldi, quæ in ipso vestibulo Pontificalis extat, eodem fermè modo hac de re loquitur. Sunt, qui nodum hunc ita solvendum censeant. Sub Leone VII. petitam Canonizationem S. Willibaldi; & examinata acta, à prædicto Pontifice, idque studio Starckhandi tunc Eystettensis Episcopi; verùm immatura morte Leonis, opus inchoatum imperfectum mansisse, ùt sæpius hoc ipso in argumento accidisse novimus, donec tandem Megengozus rem iterum urgere cœperit; feliciterque confecerit, & hoc accidisse non anno DCCCC. E LXXXIX. Sed anno M. XIV. qui fuit ultimus annus Megengozi in Episcopatu. Nec abludunt ab hac sententia verba Relationis, si rectè intelligantur & distinguantur. Sunt autem ista, jam in Megengozi pontificatu à me relata. *Medio tempore Dominus Deus in laudem & honorem egregii Confessoris sui multa permisit fieri signa. Illa verò signa infinita cùm à Leone Papa VII. satis essent examinata & coram eo probata; procurante venerabili patre Domino Megengozzo, laudabiliter Canonizatus & Sanctorum Catalogo insertus est.* Procurante nimirum Megengozo non apud Leonem VII. sed apud sui temporis & præsulatus Pontifices, ut, quod à Leone VII. comprobatum fuerat, reipsa perficeretur. Cæterùm anno F M. XIV. naviculam S. Petri gubernabat Benedictus VIII. qui S. Henricum Imperatorem imperiali corona redimivit. Ego nescio, quomodo propensior sum in Leonem VII. Papam, ita ut, quæ de Megengozzo adducuntur, assumenta existimem. Difficile enim creditu est, tantam lucernam tam splendidè rutilantem sub modio jacuisse, hoc est, canonizatione caruisse, ab anno Domini DCC. LXXXI. usque ad annum salutis M. XIV.

Quatuor Translationes Reliquiarum S. G Willibaldi ponit Philippus cap. 38. Prima est retro altare sancti Viri. Secunda, ad medium Ecclesiæ. Tertia ad chorum B. Virginis. Quarta, ad chorum Willibaldinum. Alii tres tantùm statuunt, omissa illa ad medium Ecclesiæ. De quibus translationibus plura reperies in historia Episcoporum, ubi, à quibus singulæ peractæ sint, sigillatim explicabitur.

Auctor Anonymus, qui vixit & scripsit sub Gundackaro XVIII. Episcopo Eystettensi, aliam sub Reginoldo Episcopo si non perfectam, saltem tentatam translationem ponit his verbis. *Adhuc quod mirabilius est, dicam, centesimo LXXXVI. depositionis S. Willibaldi anno, cùm Chrysostomus noster Reginoldus Episcopus monasterio magnificentiùs instructo, & pulcherrimo, ùt nosti, carmine facto, corpus ejus de medio choro, ubi usque modò sepulchrum ejus cernitur, in cryptam, ubi jam nunc requiescit, transferre cogitaret, facto triduano jejunio Archipresbyteri; quibus jussum fuerat, summo, ùt decuit, timore & reverentia pretiosum corporis ejus thesaurum offenderant, stante procul expansis ad cœlum manibus Episcopo, neque, quò usque omnia peragerentur, accedere auso. Sed veridica patrum relatione percepi, omnes, qui sacratissimas ejus reliquias inspexêre, annum integrum in hac vita non implevisse. Quid autem ipsi Episcopo acciderit, non est dicendum per singula.*

CA-

CAPUT XXIV.

Convicia Centuriatorum & Balæi jacta in S. Willibaldum.

A *Isdem erroribus imbutus fuit*, inquiunt Centuriatores Cent. VIII. cap. 10. *quibus Bonifacius.* At Bonifacius nullis erroribus imbutus fuit, ergo nec Willibaldus. Dicite tamen, qui sunt isti errores Bonifacii? *Corruptelam de oratione pro mortuis, à Pontifice Gregorio acceptam, longè latèque sparsit, ùt patet ex epistolis ejus ad Aldbertum Abbatem.* Grandis error, preces fundere pro defunctis, & ut fundantur, docere, & ab amicis etiam exigere, prout exegit S. Bonifacius ab Aldberio in epistola, quam ad ipsum dedit, quæ est XXIV. inter Bonifacianas. Scilicet id faciendum esse, nesciebat S. Bonifacius, & nescius usque ad extremum vitæ finem mansisset; nisi à Pontifice Gregorio dogma hoc accepisset: quasi verò etiam ante hunc Gregorium, in toto Christiano orbe mos orandi pro mortuis non viguerit, maximè in Anglia; priùs quoque, quàm Bonifacius pedem ex Anglia B efferret. Quis autem tam stultus & amens est, qui, si una ex parte stantes S. Bonifacius & S. Willibaldus dicant, pro defunctis preces & supplicationes Domino offerri debere; è contra verò Illyricus cum suis Wigando & Matthæo Judice vociferetur; *hoc esse superstitiosum, ac proinde omni modo fugiendum*; non malit subscribere sententiæ sanctorum Bonifacii & Willibaldi, quàm vociferationibus Illyrici & sodalium, qui nudius tertius ex Lutheri lumbis progeniti, perspicuè vident, sibi & suæ sectæ nullum locum fore, nisi veteres illos Catholicæ fidei in Germania plantatores & prædicatores vipereis suis linguis insectentur, & insectationibus suis imperito vulgo exosos reddant.

Secundus error Bonifacio à Centuriato- C ribus adscriptus, est iste. *Orationem Deo fore acceptiorem, si ad eam adstipulatio & benedictio accedat Romani Pontificis.* At hic ego nullum Bonifacii errorem, sed valde fraudulentum mendacium Illyrici deprehendo; falsum enim sensum S. Bonifacio affingit: nam in epistola sexta, quæ est ad universos Anglos, implorat omnium Anglorum vota & preces pro conversione Saxonum, ex quibus ipsi Angli originem ducebant; additque: *Et scitote, quòd in hac prece duorum Pontificum Romanæ Ecclesiæ adstipulationem, & consensum & benedictionem accepi*, quorum verborum non est ille sensus, quem D ex suo cerebro profert Illyricus; sed iste: Scitote duos Romanos Pontifices, etiam benedictione impertita, probâsse, ut à vobis pro Saxonicæ gentis ad Christianam religionem traductione preces postularem.

Tertius error. *Bonis operibus salutem adscribit in epistola ad Torthelmum, dum se pro redemptione animæ suæ habere studium dicit Saxones convertendi.* Non reperitur inter vulgatas epistola S. Bonifacii ad Torthelmum Episcopum; sed Torthelmi ad Bonifacium, & est numero XLIII. Ex qua tamen liquet, S. Bonifacium scripsisse ad Torthelmum, se in Saxonum gente ad Christianam fidem transferenda, nullis laboribus parcere *pro redemptione animæ suæ*, id est, ut salutis æternæ particeps fiat. Quid hic erroris? An tu malis, aut nullis operibus salutem adscribendam censes? Si malis, quid pejus? cùm mala opera à salute ad perniciem æternam abducant. Si nullis, contradicis supremo judici, qui ultimam sententiam pro electis ex bonis operibus pronunciaturus est: *Esurivi enim, & dedistis mihi manducare; sitivi, & dedistis mihi bibere:* qua definitionis novissimæ formula excludit quoque inanem illam Sectariorum fidem, qua, ùt ipsi quidem credunt Christum, ùt autem ego sentio, frivolum capitis sui phantasma apprehendunt, in eáque sola puppim & proram salutis suæ constituunt, neque enim ex hac commentitia fide, sed ex operibus decernit, aliis quidem vitam æternam; aliis ignem æternum. E

Hos tres errores non errores percensent Centuriatores, ubi de doctrina & scriptis Bonifacii agunt. Alibi plures se annotâsse ajunt. Verùm omnes ejusmodi sunt, quorum nec S. Bonifacium, nec S. Willibaldum pudeat, sejunctis tamen imposturis & criminationibus, quibus dogmata S. Bonifacio attributa fœdant & commaculant. F

Jam intueamur errores, quos S. Willibaldo separatim assignant. 1. *Monasticen seu doctrinam dæmoniorum de prohibendis nuptiis magni fecit, ùt patet ex Monasteriorum ædificatione.* Doctrinam Diabolicam sanctus Willibaldus nullam novit, quia haud ignoravit, matrimonium esse honorabile, & torum immaculatum, à quo neminem, qui sui juris & arbitrii esset, prohibuit vel violenter abstinuit: voto jam obligatos, vota sua Deo reddere voluit. Quam doctrinam Dæmoniorum esse, ne ipse quidem Dæmon affirmaverit, quia tam stupidus non est, ut non videat, quid valeat illud: *Vovete & reddite.* Et illud: *Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere.* Si ædificare monasteria ex Dæmoniorum doctrina fluit, qui fit, quòd majores nostri, homines perspicacissimi, qui omnes propemodum Germaniæ angulos Monasteriis, & sacerdotum collegiis impleverunt; id non animadverterunt? An H exspectare oportuit, donec Lutherus Monasticæ vitæ pertæsus, & solutioris cupidus, cum suis asseclis advolitaret, clamitarétque, Monasticam professionem & Monasteria non nisi à Dæmone proficisci, quò G

A hac ratione propudiosam suam & suorum turpitudinem flagitiosámque defectionem nonnihil tegeret? Certè sancto Bonifacio apud Bojos, & Willibaldo apud vicinos Almonios commorantibus, brevi tempore undeviginti Monachorum & Sacerdotum collegia condita sunt; quod neque Aventinus, utcunque alioqui in Monachos affectus, dissimulavit lib. 3. Annalium. Balæus Centur. 2. cap. 16. dicit, *Willibaldum post Bonifacii cædem, usque ad decrepitam senectam, laboràsse in ædificandis Monachorum cœnobiis, sumptibus tamen alienis.* Mirum, ni propriis, qui propriis sponte propter Christum sese abdicaverat, nec propriis egebat, cui ex piorum liberalitate nihil deerat.

B Postquam Bavaria à S. Bonifacio ab improbis sacerdotibus & clericis expurgata est, descriptísque singularum Diœceseon finibus, *certatim ab Optimatibus Bojorum opes pauperibus distributa sunt*, inquit Aventinus, *Christianam paupertatem plerique contemptis divitiis, profiteri cœperunt*, & quidem eum in finem & usum magnificis & amplissimis Monasteriis conditis.

C II. Error S. Willibaldi. *Humanis traditionibus Deo cultum adhiberi opinatus est, ideóque eas cumulavit, & superstitionibus Romanam synagogam auxit:* quod transcripserunt Centuriatores ex Balæo, quem & citant. Quibus tandem traditionibus Deo cultum deferri vultis? An pecuinis & belluinis, quales traditiones Lutheranæ, quandoquidem humanæ usque adeò vobis displicent? Ita credo: Et ut credam, vita vestra facit, quæ carni & sanguini immersa, tum se Deo gratissimum obsequium præstare existimat, si Lutheri exemplo, Monachi & Moniales conjugentur, & sacrilego nexu copulentur. Sanctus Willibaldus, quod in Ecclesia invenit, retinuit, & ad posteros propagavit; quod majores tradiderunt; id amplexus est, inprimis Monasticam professionem, cujus isti omnes sunt osores, plurimi etiam desertores. Quapropter fieri non potest, ut Monasteriorum extructionem æquis & patientibus oculis intueantur; sola destructio & desolatio placet.

D Ab erroribus scilicet Willibaldi transeunt Centuriatores ad opera gubernationis. Ajunt. *Francicas Ecclesias reformare juvit.* Bonum factum reformatio, si non sit Lutherana vel Calviniana, quia ista deformationis soror est. Quid amplius? *Sacerdotes conjuges oppressit.* Non oppressit, ô boni, sed ad cælibatum ex Apostolica traditione derivatum revocavit *putatitios* illos conjuges Sacerdotes, qui scortationi suæ venerabile nomen conjugii prætexebant.

At vide jam gravissimum Willibaldi crimen. *Architectum cœnobii Aichstadii & urbis illius egit.* Citántque Schedelium Ætate VI. Grave piaculum, præesse ædificio, & E quidem religioso, & non nisi ad religiosos usus deputato; dare item operam, ut convenienter & ordine habitacula illis describantur, qui, ùt olim fieri solebat, ad nova Monasteria habitatum accurrebant, ex quorum accursu integra postmodum oppida & aliquando populosæ civitates extiterunt. interim nec Centuriatoribus, nec aliis Prædicantibus impedimento erimus, quò minùs ipsi architectonicæ suæ peritiæ in ædificandis caprilibus, hædilibus & hircilibus pro capris, hædis & hircis suis specimina edant, quandoquidem à condendis Monasteriis tantoperè abhorrent. F Balæus criminatur, *nullam fieri mentionem de animabus, quas Willibaldus Domino lucratus sit: tantùm de Monasteriis conditis vel condendis omnia perstrepere.* Hanc calumniam depellunt Acta S. Bonifacii, quorum Willibaldus pars magna fuit, in quibus tot millia hominum ad Christianam fidem vel traducta, vel in ea confirmata leguntur; ut taceam, de fructu animarum, quem tulit apud Noricos & Bojos Willibaldus, postquam Episcopalis cathedra Eychstadii constituta est: de quo legi potest Hodœporicon Willibaldinum sub finem.

G Nihilne de Willibaldo restat, ô Centuriatores? *Imò. Megingandum Abbatem in Monasterio Neapolitano à Carolo exstructo consecravit in præsentia Caroli*, testémque laudant unum ex trivio Chronologulum Valentinum Munzerum. Et tamen paulò antè ex eodem Munzero Centuriatores scripserant, Megingandum à Lullo Archiepiscopo Moguntino consecratum esse Abbatem. At dicent: consecrationis adjutorem fuisse Willibaldum. Sit ita; sed quomodo anni consonant? Nam Munzerus hanc consecrationem peractam dicit anno Domini DCC. XCIV. ante quem annum, quidquid Münzerus deliret, Willibaldus dudum mortalitatem expleverat, utpote mortuus anno DCC. LXXXI. hoc est, tredecim annis antea; Lullus quoque hinc ad superos migravit anno gratiæ DCC. LXXXVI. vel sequenti. H Et quamvis Egilvvardus in historia S. Burckhardi lib. 3. cap. 1. scribat, Megingandum in Neostadiano Monasterio, deserta Episcopali sede, Abbatem factum esse; non tamen dicit, consecrationem Abbaticam à Lullo & Willibaldo accepisse, tametsi hoc affirmat de consecratione Bernovvelphi, qui in locum Megingandi subrogatus est; quod tamen, ùt alibi diximus, cum vero annorum calculo non concinit. Centuriatores maximam suorum centonum partem consarcinârunt ex auctoribus plebeiis, qui vel nullius vel non magni ponderis & pretii, ùt est Münzerus, Munsterus, Schedelius, Balæus, Curio, Hedio, Aventinus, similes. Quocirca sæpissimè

firmè hallucinantur, ùt etiam in rebus S. Willibaldi cernere datur.

A Ajunt, *Willibaldum oriundum ex Anglia, aut secundùm quosdam ex Scotia.* (De Scotia filete. Fabula est, ùt suo loco probatum) *ingenio, memoria, lingua promptum literis operam non sine fructu navâsse: In Frisiam ab Ekberto Archiepiscopo Eboracensi ablegatum* (veritas secus se habet, ùt suo loco ostendimus) *ut Pontificio charactere nascentem illic Ecclesiam* B *Christi insigniret.* (Calumniam audio. An Pontificius character est, baptismus, & ante baptismum Christiana doctrina tradi consueta? Ubi eratis tunc vos Lutherani & Calviniani verbi tubicines? Cur ipsimet in Frisiam non venistis? Cur non obstitistis, ne Monachi dogmata illa, quæ vos cruciant, apud Frisones disseminarent: Ubi, inquam, tunc eratis? An adhuc in Orco? An in femoribus & iliis illius, qui, ùt omnis mendacii, ita etiam omnium menda- C ciorum pater est? *Willibaldum cum fratre ex Phrisia digressum venisse ad Sebaldum, qui à Gregorio II. in Germaniam missus fuerit.* (Nihil de hoc classici Scriptores, sed sit ita) *Inde Romam petiisse, inde Hierosolymam, pòst ad Bonifacium sese recepisse, quando cœpit* E *Germanos jugo Pontificio subjicere, sociisque egere videbatur.* (Jugo Pontificis Romani, quod non est aliud, quàm suave jugum Christi, subjecit S. Bonifacius Germanos. An volebatis, ut eos subjiceret jugo Lutheri aut Calvini? Atqui non poterat: quia non nisi multis sæculis pòst, infanda hæc F & execranda nomina extiterunt. Et ut tunc extitissent; S. Bonifacius, & S. Willibaldus non aliter cum illis egissent; ac egerunt cum aliis perversæ mentis Doctoribus, qui tunc caput aliquibus in locis efferebant) *Willibaldum in Bavariam progressum anno salutis DCC. XL.* (seriùs ô boni,) *cœpisse in vasta solitudine, succisis nemoribus, urbem exstruere, à quercubus Eychstet, Dryopolim, dictam, & Episcopum Eychstettensem creatum anno Christi DCC. XL. vel DCC. XLIV. vel DCC. XLVI.* Qui sæpius jaculatur, tandem scopum tangit; aut certè ad scopum propè accedit. Id G hic Centuriatoribus accidit: qui post trina in inane jacta missilia fermè tetigissent annum Domini DCC. XLV. quo sanctus Willibaldus ad sedem Episcopalem evectus est.

FINIS LIBRI PRIMI OBSERVATIONUM.

OBSERVATIONUM IN COMMENTARIUM PHILIPPI EPISCOPI EYSTETTENSIS, DE VITA S. WILLIBALDI.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

De consanguineis & cognatis sancti Willibaldi.

D FRater ejus germanus, natu grandior, fuit S. Wunibaldus Abbas. Soror, Walpurga, sanctimonialis Abbatissa. Sed quæri potest, an S. Willibaldo non fuerint alii fratres & sorores? Et videtur affirmandum, si quis verba vitæ Wunibaldinæ rectè ponderet; in cujus exordio dicitur, quòd Wunibaldus amori divino prætulerit *novercam, cum fratrum, sororúmque clientela.* Nota illud: *Noverca.* Jam ergo vera mater obiêrat. Cujus contrarium alia monumenta constanter tradunt.

H Deinde ait Scriptrix illa in eadem Wunibaldinæ vitæ historia: Wunibaldum post septennium peregrinationis suæ in Angliam rediisse, *qui statim cum magno gaudio susceptus ab amicis diligenter docendo fratres & sorores, & alios de suo genere propinquos exhortari cœpit, ut in recto itineris tramite de solida veritatis*

A *ritatis via pedem retrahendo non deviarent, sed ad angustam paradisi portam per arctam & asperam viam ire tentarent.* En *fratres* & *sorores* Wunibaldi, nisi quis metaphoricè & spirituali sensu ita appellatos velit.

Ibidem ait, eadem Scriptrix, Wunibaldum ex Anglia discessisse *cum juniorum subjectis, fratre suo comite:* quod de Willibaldo accipi nequit. Iste enim tunc aut in peregrinatione Hierosolymitana versabatur, aut in Cassinensi Monasterio delitebat, neque proditum est, S. Willibaldum Angliam semel relictam unquam repetiisse.

B In eadem vita dicitur, Wunibaldum profecturum in Germaniam ad S. Bonifacium, valedixisse Romæ fratri suo. Quod de Willibaldo intelligi vetat absentia ejus, vel in peregrinatione Hierosolymitana, vel in Monte Cassinate.

In Hodœporico Willibaldino scripto à sanctimoniali Heidenheimensi, Richardus pater rogatus à filio Willibaldo, ut peregrinationem transmarinam susciperet, excusat *conjugis & liberorum * inoletivorum parvitatem & fragilitatem, illos orbare, & alienis relinquere, inhonestum & crudele esse.* Quod de S. Wunibaldo dictum esse, dici non potest, cùm major natu fuerit, quàm Willibaldus, ùt & soror Walpurga, quando Richardus, patria relicta alienas terras petivit. Nec de una duntaxat prole, tutelæ adhuc egentis, loquitur Hodœporicon, sed de pluribus. Nec dissentit ab his Hodœporicon alterum ex priore paulò elegantius concinnatum.

* inoletivi liberi Germanis unerzogene Kinder.

C S. Bonifacium Archiepiscopum Moguntinum, fuisse Willibaldi cognatum, in confesso est, quippe avunculum ejus, fratrem nimirum Bonnæ seu Wuonæ, quæ felici partu S. Willibaldum edidit. Quapropter regium quoque genus S. Bonifacio tribuitur, ùt patet ex his versiculis, quos ex Arcis Moguntinæ Templo citat Serarius lib. 3. rerum Moguntinarum Notatione secunda.

E stirpe natus regia Bonifacius
Britanniam ultrò deserens
Auctoritate Pontificis summi, fuit
Apostolus Germaniæ.

Cui ignotus est S. Willibrordus, Phrisonum Apostolus? Is in Calendario, quod Pontificali Eystettensi manuscripto innexum est, dicitur fuisse filius Materteræ S. Willibaldi. Consobrini ergo S. Willibrordus & S. Willibaldus, utpote duarum sororum filii.

D Inter cognatos S. Willibaldi numeratur quoque à Philippo S. Sola, gente Anglus, S. Bonifacii discipulus, cujus vita extat Tomo IV. Antiquæ Lectionis. Quanquam Auctor non cognatum, sed popularem facit his verbis: *Habuit B. Sola post gloriosum triumphum Martyrii S. Bonifacii Archiepiscopi, Dominum Willibaldum Episcopum, & Wunibaldum Germanum ejus Presbyterum, adjutores sui laboris, qui ei, ùt propria gentis* (Anglicanæ scilicet) *viro omnibus his in locis adminiculum ac solatium præbebant.* Nam cella, quam extruxerat, erat in Diœcesi Eystettensi ad Almonem seu Altmylam fluvium, quæ & hodie, ùt & totus pagus inde ortus, Solenhoffen, quasi *Sola vila*, appellatur. Sed de hoc Beato plura inferiùs. E

Cognatis VVillibaldinis annumerat Philippus Deodatum seu Adeodatum, quem etiam Martyrii corona redimitum ait. Forte cum S. Bonifacio illustrem hanc palmam adeptus est, cui Beda in Epitome socios Martyrii LIII. assignat. Hucbaldus de S. Lebuino LII. F

CAPUT II.

De S. Wunibaldo.

PRæter ea, quæ Philippus habet, & quæ continentur in historia vitæ Willibaldinæ Tomo IV. Antiquæ Lectionis, & quæ passim quoque à nobis lib. 1. Observationum disputata sunt, pauca restant de S. VVunibaldo, cujus anniversaria memoria colitur XVIII. Decembris. Quem diem Arnoldus VVion lib. 3. *Ligni* vitæ alterius VVunibaldi seu VVinibaldi memoria illustrat, quem ait fuisse Abbatem S. Lupi Trecensis, & floruisse circa annum DC.XX. Tritbemium hac in parte secutus libro 3. de viris Illustribus Ordinis S. Benedicti cap. 67. Utcunque sit, noster VVinibaldus seu VVunibaldus Abbas haud invitus in communionem ejusdem diei Trecensem illum Abbatem recipiet. Sacerdos creatus est à S. Bonifacio in Thuringia; annus incertus est, septémque Ecclesiis præfectus. Quod in tanta operariorum penuria mirum videri non debet. G

Anno Domini M. CCC. LXIII. translatus est S. VVunibaldus Heidenheimii in novum chorum; de qua translatione isthæc Henricus Rebdorffensis. *In octava Pentecostes S. Wunibaldi Confessoris in Heidenheim facta est translatio in novum chorum, cujus Reliquiis cum postea deferrentur in stillicidium hujus in magna abundantia manatum est adhuc existens S. Walpurgis.* Ita edidit Freherus, Tomo 1. Illustrium scriptorum Germaniæ, sed locus omnino corruptus est; cui existimabam ex M.S. codice Bibliothecæ Rebdorffensis medicinam afferri posse. Verùm spe mea falsus sum; nam Codex ille æquè hoc loco vitiosus H

sus est ac editio: clarior paulò sensus erit, si legas, *Reliquia*. Videtur enim hoc dicere: A Reliquias S. VVunibaldi allatas esse in stillicidium, hoc est, ad sepulchrum B. VValpurgis, seu ad locum illum, in quem stillæ olei ex lipsanis S. VValpurgæ decidunt, & mox ad Reliquiarum præsentiam oleum copiosius ex ossibus S. VValpurgis fluxisse; quasi Virgo fratris præsentiam senserit, & in ejus gratiam & honorem sacrum liquorem largiùs effuderit.

B Hic si non sit legitimus sensus, tum fateor, me nullum alium ex tam corruptis verbis extundere posse: nam ex ipsis Reliquiis S. VVunibaldi copiosum oleum manâsse ad exemplum S. VValpurgis, verisimiliter non affirmatur, cùm id à nullo veterum sit memoriæ mandatum, neque Henrici verba huc nos necessariò trahant. Obstat tamen, quòd jam ante aliquot annorum Centurias Reliquiæ D. VValpurgis Heidenheimio Eystadium translatæ fuerint, ùt suo loco planum fiet: nec cum aliqua verisimilitudine asseri potest, Reliquias S. VVunibaldi in hac translatione priùs Eystadium adductas esse ad S. VValpurgis sepulchrum. Probabilius forsan est, aliquid de Lipsanis S. VValpurgæ Heidenheimii relictum & asservatum fuisse, ex quo oleum itidem, ùt Eychstadii effluxerit.

C Ut Monasterium seu Cellam S. Solæ, ita & Heidenheimense cœnobium hæresis Lutherana deprædata est, incolis fugatis, & reditibus eò translatis vel conversis, quò ex fundatorum primorum mente minimè transferri vel converti poterant. Sed ea est hodiernæ hæreseos natura, ut, dummodo libidinem suam expleat, & antiquorum instituta convellat, nec superos, nec inferos moretur.

D In Chronico Constantiensi, quod clarissimus vir D. Joannes Pistorius evulgavit. *S. Wunibaldi ex Franconia Scheram, (quod Illustrissimi Christophori Truckseßii in Waldpurg oppidum est) importata ab eodem Barone Reliquia (id est, totum corpus) ubi jam miraculis inclarescunt*. Ego verò tantùm de sacro D. Wunibaldi capite, ex hæreticorum faucibus erepto, Scherámque translato audiéram, testante illud etiam R. P. Carolo Stengelio, Augustæ ad D. Udalricum Ord. D. Benedicti Professo, qui rogatu generosi illius Baronis elegantem commentariolum de S. Wunibaldo conscripsit, tametsi Baro ille priùs ad S. VVunibaldum abiit, quàm Commentariolus lucem aspiceret. Utinam miracula Scheræ per S. VVunibaldi Reliquias edita, authenticè confirmata, aliquando ad laudem cumprimis Dei, tum etiam S. VVunibaldi publicentur.

Aliquid de Reliquiis S. VVunibaldi delatum est Furnos in Flandriam unà cum aliqua E portione de S. VVillibaldo & S. VValpurga, ùt suo loco diximus.

Insigne elogium S. VVunibaldi reperitur F in commentariolo de vita & passione S. Bonifacii, ídque non à vulgari quopiam, sed ab ipso S. Ludgero, commentarioli illius scriptore, profectum. *Germanus prædicti Willibaldi, nomine Winnibaldus Presbyter, Magistro meo beato Gregorio valde charus, & ipse locum & regionem suam sanctè & feliciter illustravit, qui post obitum suum, quid vivens fecerit, magnis miraculis ostendit.* Hæc S. Ludgerus. Est autem Gregorius iste, cui VVunibaldus tam charus erat, clarissimus D. Bonifacii in Frisonum gente convertenda adjutor, Ultrajectensis Antistes, cujus res gestas idem S. Ludgerus à rebus S. Bonifacii non disjunxit, sed una eadémque lucubratione complexus est, quæ nuper in lucem prodiit studio *R. P. Christophori Brovveri* nostri.

CAPUT III.

De S. Walpurga aliisque sanctis fœminis à S. Bonifacio in Germaniam evocatis.

DE hac Trithemius lib. 3. de viris Illu- G stribus Ordinis S. Benedicti cap. 250. *Walpurgis Abbatissa in Heidenheim Eystettensis diœcesis, soror S. Willibaldi Episcopi, natione Anglica, Virgo sanctissima conversationis, multis virtutibus & signis clara enituit; cujus inclyta gesta diligenter conscripta sunt. Claruit circa annos Domini septingentos quinquaginta. Obiit 5. Calend. Martii. Sed ad Eistat translata est Calendis Maji, quando etiam ejus festivitas agitur.* Hæc ille. Verùm translatio Heidenheimio Eystadium non celebratur primo die Maji, sed XII. Octobr. Kalendæ Maji dicatæ sunt canonizationi S. VValburgis, quando ab Adriano II. Pontifice, circa annum Redemptoris DCCC. LXX. in Divorum numerum relata est. Oleum ex sacris lipsanis ejus fluit, nec toto anno fluit, sed incipit fluxus à memoria translationis, hoc est, à XII. Octobris, usque ad diem obitus, hoc est, ad XXV. Februarii, penetrat autem sacer hic liquor per durum saxum; quod miraculi magnitudinem non parùm auget.

Celebris est Germanis, etiam Belgis, hu- H jus Virginis memoria; quod testatur I. frequens usus imponendi hoc nomen fœminis. II. Altaria sub ejus nomine & honore erecta. Unde ante aliquot annorum centurias jam visebatur altare B. Walpurgis in primaria D. Virginis æde Augustæ, ùt est in vita S. Udalrici Episcopi Augustani.

A III. Templa ejuſdem nomini conſecrata : quale illud, quod non pridem Leodii ſua in patria exſtruxit *D. Petrus Stevartius*, Academiæ Ingolſtadienſis Profeſſor & Procancellarius. Meierus lib. 2. Annalium Flandriæ. *Anno M. XXX. factum reperio Furnis à Balduino Barbato Templum D. Walpurgis.*

IV. Monaſteria, ex quorum numero eſt, de quo iſta Tritbemius in Chronico Hirſaugienſi. *Anno Domini M. C. VI. Comes quidam dives & potens de Mompelgard fundare cœpit Abbatiam Ordinis noſtrè in honorem ſanctæ Walpurgis Virginis in Diœceſi Argentinenſi, non procul ab Hagenauu ſitam, quam multis bonis pro ſuſtentatione Monachorum Deo ſervientium cumulavit.* Ubi vides, etiam virorum Monaſteria in honorem D. Walpurgis exſtrui conſueviſſe.

B Leodii olim Arx ſeu Caſtrum Epiſcopi à S. Walpurga nomen habebat. Ex quo cùm milites civibus non parùm moleſtiæ inferrent; verſipelli prorſus ſtrategemate ab iiſdem captum & everſum eſt, ùt ſcribit Joannes Hocſemius libro de Epiſcopis Leodienſibus cap. 7. idque contigit anno ſalutis M. CC. LXIX.

C Illud memorabile arbitror, quod Meierus lib. 2. Annalium Flandricorum ſcriptum reliquit, anno M. XXX. *Indictus Aldenardæ à Balduino principe conventus, quo in conventu Hugo Epiſcopus Noviomagenſis cum omni Flandriæ dignitate corpora item ſanctorum Gerulphi, Wandregiſili, Ansberti, Wlframni, Bavonis, Amandi, Pharahildis, Donatiani, Amelbergæ, Walpurgis, Landoaldi, Vincianæ, Vedaſti, Bertini, Winnoci, aliáque omnia Flandriæ ſacra interfuère.* Proculdubio Reliquiæ iſtæ alio fine ad comitia non ſunt allatæ, quàm ut earum præſentia proceres citiùs ad concordiam permoverentur, extinctis domeſticis & civilibus diſcordiis, quibus tunc Flandria miſerandum in modum dilacerabatur, ùt idem Auctor ſcribit.

D Porrò cùm D. Walpurgam inter cæteros Sanctos nominari audis; ne cogites, totum corpus Virginis hujus Flandris obtigiſſe; pars obtigit, ùt & de S. Willibaldo & Wunibaldo particula aliqua, horum enim Reliquias impetravit Balduinus Ferreus, Comes Flandriæ, anno DCCC. LXX. nam quòd Meierus *corpora* nominat, impropriè loquitur, certum enim eſt, ſanctum Willibaldum, & S. Walpurgam Eyſtadii requieſcere; & ex eorum corporibus non niſi partes & particulas aliis conceſſas eſſe.

Hanc eandem hiſtoriam referunt Magdeburgici Centur. XI. cap. 6. Ex Meieri Chronico. Sed non potuerunt ſe continere, quin mutata Meieriana phraſi convicium adderent: ajunt enim: ſuprà dicto E
Conventui, *Flandriæ numina* interfuiſſe. Non *numina*, ô boni, unum enim ùt modò, ita & tunc Flandris *Numen* erat: ſed lipſana eorum interfuère, qui nunc cum Numine immortale ævum agunt, vitæ ſanctimonia, morúmque innocentia hanc beatitudinis prærogativam promeriti. Sic quod idem Meierus ſcribit anno Domini M. C. IX. corpora S. Walpurgis, S. Willibaldi, & S. Wunibaldi Kalendis Maij tranſlata eſſe, id accipiendum eſt de partibus Sanctorum corporum; nam ùt olim Martyrum, ita poſtea quoque ſanctorum Confeſſorum lipſana piè petentibus dividebantur, quò benedictio ad plures pertingeret. Pulchrè de Martyribus Theodoretus ſerm. VIII. ad Græcos, cujus verba adſcribam, quia ſi- F
mul monſtrant, qua de cauſa fiat, ut aliquando unus idémque Sanctus diverſis in locis requieſcere feratur. *Animæ triumphatorum Martyrum in cœleſti nunc patria, vitam agunt Angelorum choris interſitæ: eorum verò corpora non ſingula quidem ſingulis monumentis conduntur, ſed civitates, oppida, paganique conventus, hæc inter ſe ſortitò diviſerunt, quos Martyres ceu Servatores animarum corporúmque Medicos, & ùt urbium tutores ac cuſtodes prædicant & dilaudant, quorum precibus & interventu apud Deum utentes, per eos demum divina munera conſequuntur. Diviſis itaque eorum corporibus integra tamen vis & gratia perſeverat, tenuéſque ac tantillæ Reliquiæ toti nullásque in partes diviſo Martyri parem habent virtutem.*

Nec plura de hac Virgine addo; quia G
nuper vitam & miracula ejus evulgavit D. Petrus Stevartius, adjunctis copioſis notationibus, ut vix cuiquam vel tenue ſpicilegium legendum reliquerit, præſertim ſi prædictis adjiciantur, quæ Philippus in hoc commentario de S. Walpurga, & in proprio de eadem Virgine opere ad Reginam Hungariæ literis mandavit. Extat Tomo IV. Caniſiano Antiquæ Lectionis. Infrà quoque cap. 6. integrum Medibardum de Miraculis, S. Walpurgæ lectoribus apponam.

Hic tamen tacitus prætereire nequeo in- H
ſcitiam Joannis Creccelii, ex Monacho Auguſtiniano Lutherani Spermologi, qui in libro ſuo de variis Ordinibus pag. 29. ſcribit, ex Reliquiis VVillibaldi Epiſcopi Eyſtettenſis *manâſſe ſacrum liquorem, malè habentibus ſalutiferum.* Ubi Apoſtata miraculum, quod eſt ſororis VValpurgæ, transfert inſcienter ad S. VVillibaldum, ſine ullo ullius Auctoris teſtimonio.

Præter

A Præter S. VValpurgam venerunt ex Anglia ad S. Bonifacium etiam aliæ sanctimoniales, inprimis *Lieba* seu *Lioba*, hoc est, *Charitas*, quam Abbatissam fecit in cœnobio Biseboffheimensi; cujus hodie nullum vestigium superesse fertur. Fuldæ sepulta est juxta S. Bonifacium prout superstes optaverat. Vitam Liobæ virtutibus plenam scripsit Rudolphus, Monachus Fuldensis. Extat apud Surium Tomo V.

Altera fuit *Chunihild*, seu *Cunihildis*, cum filia sua *Beragith*; Othlonus lib. 1. vitæ Bonifacianæ ait, *valde eruditas fuisse in liberali scientia*, quas S. Bonifacius Monasteriis Thuringiacis magistras & Rectrices dedit. In libro Gundackari hoc nomine secundi Episcopi Eystettensis, in quo patroni & Episcopi ejusdem Ecclesiæ prisco & casco penicillo depicti sunt, inter patronos ponitur & pingitur quoque S. Chunihildis hoc apposito versiculo.

Tu prece condigna Gunthildis adesto benigna.

B Nec est, quòd quis suspicetur, Gunthildem esse diversam à Chunihilde Othloniana ob scripturæ diversitatem, quia nemini vel paululùm in antiquis monumentis versato obscurum est, quàm talia nomina barbara variè scribi soleant. Quocirca neque ego eandem scribendi rationem ubique sequendam duxi. Videtur autem Cunigildis seu Gunthildis intèr Patronos Eychstettenses collocari, quòd ex Turingia sæpius in has partes excurrerit; nam & S. VVunibaldus tres annos in Boica docendo, concionando, ignaros impigrè instruendo, malósque mores & depravatas consuetudines extirpando posuit. Utilone tunc imperante; priusquam Heidenheimium ex Thuringia sedem suam transferret; ùt est in historia vitæ VVunibaldinæ. Neque enim isti initio statariam vitam agebant, sed ubi ubi necessitas opem efflagitabat, præsentes sese sistebant. Ita fieri potuit, ut necessitas cœnobiorum, in quibus sanctimoniales degebant, Cunigildem sæpius in Boicam evocaret; & hac ratione inter patronos Eystettenses Sedem inveniret; nisi id factum velis, quòd in Thuringia præesset Monasteriis Virginum sub S. VVunibaldi tutela constitutis. C

Prædictis adjunge Chunitrudem, quæ in Bavariam destinata est; sed locus definitè non exprimitur: Et Teclam, quam sic nominatam ajunt à S. Bonifacio, cùm priùs appellaretur *Hadelogas* quæ Kizingæ & Oxenforti Parthenonibus præposita est. Ad Teclam & Cynehildem est XXV. epistola S. Bonifacii, inter illas, quæ studio Serarii nostri publicum aspexerunt.

Impurissimi ganeones Magdeburgici Centuriatores, Centur. VIII. cap. III. & Balæus Centur. XIV. Scriptorum Britanniæ libidinosum suum animum sanctissimo Bonifacio affricantes clamitant: illum *mollem & effœminatum Martyrem vocatum esse, eò quòd secum circumduceret feminas familiares Liebam, & Hadelogam, Bergithen & Walpurgam, quas & delicias suas nominare consueverit.* Mala mens, malus animus. Prædicantes sanctum Bonifacium ex mulierosa & Quintevangelica sua affectione metiuntur, quódque ipsi facere solent, cùm in sui Evangelii subsidium mulieres accersunt; hoc à S. Bonifacio, spectatissimæ castitatis præsule, factum existimant. D Quanquam falsum est, quòd Virgines ex Anglia advocatas secum circumduxerit; quia singulas Monasteriis Virginum gubernandis præfecit. Nec quispiam adversariorum veterum S. Bonifacii (quos non paucos habuit) hac eum calumnia impetiit, non Clemens Scotus, non Adelbertus Gallus, non Balæanus ille Samson, non alii, sed quidquid isti vetustis illis affingunt, id ipsorum recens commentum est, & quidem vanissimum, dignum tamen quinto Evangelio, quod ex mulierum complexu exiticit. Mirum, ni isti iisdem conviciis impetant Apostolos, quorum mos satis ex his D. Pauli verbis liquet 1. Cor. 9. *Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?* Num & hic *molliculos Martyres* intonabunt?



A

CAPUT IV.

De S. Sola Abbate.

EX Patronis Eychstadianæ Diœceseos unus itidem est *S. Sola*, seu *Solus*, seu *Solon*, seu, ùt vulgus appellabat, *Sualo* (variè enim hoc nomen scribitur & editur) de qun Trithemius lib. 3. de viris Illustribus Ordinis S. Benedicti cap. 254. isthæc. *Sola Abbas in Diœcesi Eystettensi, natione Anglicus, & discipulus sancti Bonifacii Martyris, vir sanctitatis eximia, & multarum virtutum, B. Willibaldo amicissimus fuit, cujus auxilio fundavit Monasterium, in quo multitudinem fervientium Monachorum congregavit. Circa annos autem Domini septingentos sexaginta claruit. cujus festum agitur IV. Nonas Decembris.*

B Vita B. Solæ extat Tomo IV. Antiquæ Lectionis scriptanlim ab Ermenoldo, seu Ermenrico Levita, Monachn Fuldensi, rogatu Gundrammi itidem Fuldensis Mnnachi, tempnre Rhabani Mauri Abbatis, cujus Gundrammus nepos ex fratre erat, qui ex Fuldensi Monasterin ad Aulam abreptus, tandem *Sola Cellam* seu *Curiam* iocoluit, nam Cellæ huic quasi ex Testamentn B. Solæ, semper aliquis ex Mnnachis Fuldensibus præerat, quia S. Sols Mooasterium suum cum nmnibus prædiis Fuldeosi cœnobio donaverat. Qua de re audire lubet Ermenricum. C *Habalt B. Sols post gloriosum triumphum Martyrii S. Bonifacii Archiepiscopi, dominum Willibaldum Episcopum, & Wunebaldum germanum ejus Presbyterum adjutores sui laboris, qui et, ut propriæ gentn viro, omnibus bis in locis adminiculum ac solatium prabebant. Quin & accolæ regionum harum quocunque adventantes, et in Christi amore frequentiùs administrabant: aliquanti & prædii sui partem tradebant illi. Quam ille cum timore Domini accipiens, cum bis, quæ Dominus Carolus Augustus ei donare dignatus est, ad egregium Fuldense cœnobium potestativa mana contradidit. Ubi Deo providente, modò sanctissimus, ac in omni parte peritissimus Dominus Abba Rabanus perspicabiliter fulget: videlicet nemini devotior, quàm illi magistro, quem sequi ab exordio cœperat: illique familia, quæ magistri sui institutionis imitatrix, ubique nobilis habetur*

Sed quis iste Carnlus Augustus in S. Solam adeò munificus? Sunt, qui Carnlum Martellum esse velint. Sed Martellus nbiit anoo Christi DCC. XLI. Quo anon fortassis ne quidem Willibaldus ad Eystettensem prnvinciam pervenerat, tantum abest, ut D

ad

A ad vicioam Sualafeldicam regiooem S. Sola tuoe penetraverit. Itaque in Carolo Magno cooquiesco, qui anoo salutis DCC. LXVIII. mortuo Pipino patri successit. Nec est, quòd quis dicat: B. Solam annos regni Caroli Magni oon attigisse vivendo; unde enim hoc probabitur, cùm oil constet de anno obitus S. Solæ, & ea, quæ Ermenricus scribit, de oullo commodiùs, quàm de Carolo Magoo accipi queant.

B Locus Cellæ Solonianæ initio vastus, & incultus erat. Sed mox, ùt alia complura sylvestria, simili occasiooe, excoli cœpit, extructo Mooasterio & Pago, quorum utrique à S. Sola *Solenhoffen* seu *Solæhoffit* nomeo obtigit. Io Rabani vita à Rudolfio Mooacho Fuldensi scripta appellatur etiam *Solenhus* quasi *Solæ domus*.

Cæterùm dooatio facta à B. Sola Monasterio Fuldensi posteris annis coofirmata fuit diplomate Ludoviei Pii Imp. quod libro a. Antiquitatum Fuldensium inseruit *R. P. Christophorus Brovverus*, & est tale.

C *Ludovicus divina ordinante providentiâ Rom. Imp. Augustus: Si inter mortales, mutua beneficiorum collatio, gratiam atque amicitiam conciliare solet; quantò magis per id, quod in Sanctorum, & jam cum Christo regnantium Martyrum in cælis honorem, quilibet de rebus ex divinâ largitate concessis, conferre curaverit, credendum est promereri, & sanctos ejus patronos & intercessores fieri. Beati sunt, qui hoc devotâ mente compleverint. Quapropter notum fieri volumus, omnium fidelium nostrorum, praesentium scilicet & futurorum solertia, qualiter nos, suggerente viro venerabili Rhabano Abbate, villam proprietatis nostra, vocabulo Mulenheim, sitam in pago Sualefeldt, juxta fluvium Altmule, quam nos cum alio pradio nostro, id est cum Cellâ, quæ Sole vocatur, ad Fuldensem Ecclesiam pertinente, & Altheim villâ quadam, qua omnia priùs in nostra immunitate habuimus, eò quòd locus venationis, antiquorum Regum antecessorum nostrorum fuerit, S. Bonifacio Martyri in jus & possessionem sempiternam tradimus; eâ videlicet lege, & conditione, ut locus ille sempiterna protectione, & regulari gubernatione à Fuldensi monasterio muniatur, cujus traditionis chartam, annuli nostri impressione munivimus, & nominis nostri conscripto charactere confirmamus. Anno - - - - - -*

D *Mansit hac Cella*, inquit Brovverus, *in fide & potestate Fuldensis Abbatis usque ad annum Christi. M. CCCC. XXCVII. quo tempore, Joanne Hennebergensi Comite Abbatis munus gerente, ob Godeschalci à Buchenauu istic præpositi parùm felicem administrationem, Solenhofium recusare præpositos cœpit Fuldâ submissos; & ex suo cœtu constituere sibi præfectos, Marcgraviorum eam in rem adhibens tutelam & auctoritatem. Hac deinde controversia Roma & alibi agitata, ad annum Christi M. D. XXIX. usque partes tenuit, donec Georgii Marchionis tandem auctoritate sic discussa, ut inter arma silere leges coacta sint: & hæresis quoque mox superveniens religionem loco detraxit.*

Quanta olim populi Solenhofensis & totius tractus Sualafeldici erga sacras cœlitum Reliquias pietas & reverentia fuerit, docet Rudolphus Mooachus Fuldensis, io vita Rhabaoi apud Brovverum lib. 3. Antiquitatum Fuldensium, ubi de quodam Presbytero, qui corpus B. Venantii Martyris Solenbofium afferebat, ita scribit. *Postquam Alpium juga transiit, & in fines Bajoariorum pervenit, jam securior effectus, feretro impositum, & confluentibus undique populorum turbis, & excelsa Deum voce laudantibus, detulit in Cellam, quæ vocatur Suolenhus, in regione Sualaveldonia, & ad australem plagam altaris Ecclesiæ, in feretro, sicut allatum erat, honorificè posuit. Erat autem eo tempore præpositus Cellæ illius, ex fratribus nostris, nomine Santharatus; qui statim misso nuntio, omnem rei gestæ ordinem mandavit Abbati; rogans sibi renunciari, utrum Sanctas reliquias, eo in loco, ubi tunc erant, permanere voluisset, an sibi ad monasterium transferri. Omnes enim populi regionis illius hoc petebant, idque summis votis optabant, ut corpus sancti Martyris ibi habere mererentur; cujus opem in diversis infirmitatum sanitatibus quotidie sentiebant. Abbas verò cùm audisset, mox de suis duos Monachos Presbyteros misit ad prædictum fratrem, præcipiens eis, quantâ potuissent celeritate, sanctas illas reliquias sibi adferrent.* E F

Porrò ex duobus illis, quos Rhabanus Abbas ad deferendas sacras reliquias misit, alter erat ipse Rudolphus, qui hæc litteris mandavit, & insuper addit: *Erat jam tunc per omnes penè regiones illas celebre nomen S. Venantii Martyris, propter virtutes & miracula, quæ Christus Dominus & Rex Martyrum, per eum facere dignatus est, de quibus, quæ facta sunt in eodem loco, priusquam venirent, qui ab Abbate missi fuerant, paucis arbitror esse perstringenda.* Et post enumerata aliqua miracula subjungit. *Cùm venissemus ad locum, quem Solenhus vocari suprà diximus, paratis celeriter omnibus, quæ ad devectionem sanctarum reliquiarum necessaria videbantur, prima luce, post completum matutinum officium, celebratis ex more missarum solenniis, cum ingenti luctu ac mœrore eorum, qui ibidem erant remansuri, sanctum illum thesaurum sustulimus, atque iter ingressi, portare cœpimus: erat enim cælum grave nubibus obscurissimis, & quæ citò in ingentem pluviam resolvi possent, nisi id virtus divina fieri prohiberet. Nam totâ nocte illâ sine intermissione, pluebat: sed superna gratia, per merita Sancti sui, id, quod timebatur, longè aliter esse fecit. Nam, ut pergere cœpimus, mox dissipatis nubibus, cœli serenitas venit: & per viam luti parùm inventum est: rivi quoque qui in tam magnâ, & jugi pluviâ, ùt eâ nocte erat, crescere solebant, penè nihil crevisse reperti sunt. Pergentes autem per singulas villas,* G H

 obviis

A *obviis populorum turbis excipiebamur; qui nos in dicendis laudibus divinis, & sacro onere ferendo, non segniter adjuvabant, donec veniremus in locum, qui vocatur Holtzkiricha, situm in Alamanniâ; ubi congregatâ maximâ multitudine promiscui sexus & ætatis, cum ingenti lætitia suscepti sumus.*

B Iterum anno Redemptoris DCCC.XXXVIII. allatæ sunt pro Fuldensibus Reliquiæ ex Italia; quarum curatores, cùm ad Cellam Solonis pervenissent, *suscepit eos Santharatus frater noster*, inqoit Rudolphus, *quem cellulæ Suolonis præpositum fuisse suprà diximus, & adventum quidem eorum cum celeritate nunciare curavit Abbati, Reliquias verò in loco, qui vocatur Holtzkiricha, honorificè collocavit. Convenit autem illuc multitudo magna virorum & mulierum*, quia multa & evidentia patrabantur miracula. Hæc & alia cùm lego, exclamare cogor. O Cella Solæ, ô curia Solonis, *ô domus antiqua, quàm hodie dispari dominaris Domino.* Quid enim disparius Sola & Luthero? Sola & Melanchthone, & ne longum faciam, Sola & cæteris omnibus Prædicantibus tam Lutheranis, quàm Calvinianis, qui expulso primo & antiquissimo incola Solone, ejus Cellam & Curiam nunc occupant, contaminant, funestant, & bona à Regibus & Imperatoribus donata, devorant & abliguriunt. Quàm diverso etiam spiritu Sualefeldensis tractus indigenæ nunc calent, quibus olim Sanctorum Reliquiæ summo in honore ac pretio erant. Quid hac ætate? Omnia vice versa; etsi hîc non tam in plebe, quàm in seductoribus Logodulis culpa residet. Plebs pleraque ad pietatem, insita quadam bonitate propendet. Ablegentur impostores; nec in reducendis seductis ad fidem S. Solæ admodum ardua difficultas erit. Ac satis de his.

C Illud Observetur, cùm suprà in Diplomate Ludovici Imp. & alibi legis vel audis, pagum Sualefeldt, *pagi* nomine non intelligendum esse id, quod Germanicè vocamus ein Dorff; sed id, quod latinis est regio vel provinciæ alicujus tractus: Hoc ex Rudolpho planum fit, qui, quod in Diplomate Ludovici appellatur *pagus*, appellat *regionem: Detulit in Cellam, quæ vocatur Solenhus in regione Sualaveldoni*, seu Sualafeldensi.

D Idem Rudolphus in eodem Commentario de vita Rhabani, de quodam Diacono, qui Roma Reliquias in Germaniam afferebat. *Transcensis Alpium jugis, venit ad quandam villam, quæ vocatur Kentibrato, in pago Zurichgavve, &c.* ubi clarum est, *pagi* nomine accipi totum illum Helvetiæ tractum, quem hoc etiam ævo nominamus *Durgeuu*, seu *Turgeuu* à Dura flumine. Fumos enim nobis vendunt Stumphius in Chronicis Helveticis, & alii nonnulli, qui pagum Zurichgavv & pagum Durichgavv distinguunt, unus enim & idem est, neque ulla alia differentia nisi duarum literularum Z & D intercedit, E quas inter se permutari non modò apud Germanos, sed & apud Græcos notum est: hinc *Diabolus, Zabulus*. Diæta, Zæta. sic Durich Zurich. Eadem notione usurpat pagi vocabulum Ermenricus in S. Solæ vita; *in pago Suala*, hoc est, in regione Svvalefeldensi, *ipse locus* (Cella Solæ) *situs est.* Qua notione sæpe etiam occurrit in Traditionibus Fuldensibus editis a D. Pistorio.

F De Anno, quo Cellæ hujus conditor B. Sola obiit, nihil liquet. Utinam Ermenricus, qui S. Solam III. Nonas, hoc est, tertio die Decembris ex vita hac excessisse annotat, etiam annum Redemptoris nostri adjecisset; obscuræ historiæ multum lucis affudisset.

G Festum S. Solæ celebratur in Diœcesi Eystettensi, tertio die Decembris, ad quem Molanus quoque in Additionibus ad Usvvardum anniversariam B. Solæ memoriam refert. Itaque Trithemius corrigendus est, eúmque secutus VVion lib. 3. Ligni vitæ, qui festum ejus IV. Nonas, hoc est, secundo die Decembris peragi scribunt. Quid actum sit cum sacris B. Solæ Reliquiis, aut quò devenerint, postquam Beati viri Cellam seu Curiam Lutherus invasit, diripuit & expilavit, mihi incompertum est. Nisi quòd lib. 2. Antiquit. Fuldensium cap. 8. Brovverus noster scribit, constare, S. Solam translatum esse Fuldam, nec explicat, unde hoc constet; aut num ante Lutheranam hæresin, quæ B. Solæ Cellam occupavit, translatio ista facta sit. In Additionibus quoque ad ejusdem libri idem caput, dicit; Anno Salutis MDC.XIII. apertam esse tumbam S. Solæ, *cujus exigua portio*, ùt ait, *se obtulit, sociata aliorum patronorum ossibus.* Ex quo conjectare licet, non totum corpus S. Solæ Fuldam ex Solenhoffio venisse, nisi fortè temporis successu, ùt fieri solet, pietas hunc thesaurum particulatim ad varia loca transtulerit; nam & Wittebergæ, cùm priscus honos religioni staret, quatuor particulæ de S. Sola asservabantur & colebantur.

CAPUT V.

De aliis quibusdam Ecclesiæ Eystettensis Patronis. H

IN libro, quem Gundackarus Episcopus Eystettensis pingi & scribi curavit, ante picturas Episcoporum visuntur imagines patronorum Eystettensium; ex quibus primarius S. Bonifacius, medius inter S. VVillibaldum & S. VVunibaldum. S. Bonifacio vel iconi ejus adscribitur hic versiculus antiqui styli & ævi.

Esse

A *Eſſe Bonifacius fac nos bonitate capaci.*
S. VVillibaldo iſte.
Willibalde tuis fer opem per dona ſalutis:
S. VVunibaldo iſte.
Wunibalde tuos rege cum cunctis Sualafeldos.

B De S. VVillibaldo & S. VVunibaldo ſatis jam diximus. De S. Boniſacio poſt rerum Moguntiacarum libros Serarii aliquid dicere, eſſet poſt Homerum Iliadem & poſt Virgilium Æneidem ſcribere. Quanquam paſſim his Obſervationum libris aliquid de S. Bonifacio ioterſperſum eſt: qui eò majore io veneratione & pretio apud oos eſſe debet, quò acerbiùs & truculentiùs ab Hæreticis flagellatur, nominatim à Balæo Centuria II. & XIV. Scriptorum Britanniæ, & ab Illyrico Centuria VIII. & io Catalogo teſtium veritatis: Nam hujus adeò immanis inſectationis alia non eſt cauſa, quàm quia S. Bonifacius Romanæ & Apoſtolicæ Sedi addictiſſimus erat; ab bujus nutu totus pendebat, ad hanc omnia referebat: ab hac reſponſa exſpectabat & experebat; hanc de minimis maximiſque rebus certiorem reddebat, præcipuè de rei Chriſtianæ in Germania progreſſu, fideique propagatione & vitiorum extirpatione. Eam ob cauſam vociferantur Balæus & Illyricus, Boniſacium *non tradidiſſe Germanis fidem Chriſtianam; ſed Romanam;* quaſi bæc diverſa ſit à Chriſtiana, aut temporibus S. Boniſacii habita fuerit diverſa, niſi fortè à pauculis quibuſdam exoticis capitonibus, quos totus orthodoxus tunc muodus deteſtabatur.

C Placet tamen Illyrico, quòd Bonifacius, quem pro ſua in illum reverentia *malefacium* appellitat, Pontificibus Romanis nonoulla Romæ fieri ſolita, indicârit; quibus peregrini offendebantur & ſcandalizabantur. Quaſi verò neſciamus Romæ, ùt & in aliis magnis urbibus fuiſſe, eſſe, & futura eſſe vitia, quæ emendatione & eradicatione egeant, quibus patefaciendis Bonifacius bonam operam, & ipſis quoque Pootificibus gratam navavit: nam quòd Illyricus præterea oggerit, Bonifacium, tanquam *legem Tyrannicam, condemnâſſe interdictum de matrimonio ineundo inter compatres*, id purum putum eſt mendacium; nihil enim aliud dicit in epiſtola ad Notbelmum, quàm ſe nihil hac de re io Patrum decretis vel canonibus, & in ſacro eloquio reperiſſe; rogátque, ut ſi quid hujuſmodi Nothelmus compertum habeat, id ſecum commooicet, & ex ignaro goarum faciat; ſe verò Romanis, quoad boc conjugii impedimentum, obtemperare nolle; ne minimo quidem verbulo inſinuat.

D Similis vanitas eſt, S. Botifacium, *non fuiſſe certum de primatu Papæ:* imò adeò certus fuit; ut nil niſi conſcio Papa agere, aggredi, conſtituere, vel decernere voluerit: nam quòd in epiſtola ad Cuthbertum, ita ſcribit: *Sic enim, ni fallor, omnes Epiſcopi debent Metropolitanō, & ipſe porro Metropolitanus Romano Pontifici, ſi quid de corrigendis populis apud eos impoſſibile eſt, notum facere, &c.* E
Id nullius dubitationis argumeotum eſt: nam illud, *niſi fallor;* non ſemper ioeertitudioem ſignificat; quia ſæpe etiam valde certi hac phraſi uti ſolemus; ùt ſi dicam: *Sic enim, ni fallor, Imperator in Imperio Romano ſummus Princeps eſt, cui cæteri omnes ſubduntur.* Ao ideo hac formula loquendi ſignifico, me dubitare, vel certum non eſſe, an Imperator ſit ſummus io Imperio Princeps? Sed jam ulteriùs pergamus.

Poſt tres ſupradictos patronos ſequitur S. F
Vitus, cui hic verſiculus attexitur.

Vite puer fortis pœna nos ſubtrahe mortis.

Cui à dextris eſt S. VValpurga cum hac inſcriptione.

Nos Walpurga Deo conterminet Anglica virgo.

A ſiniſtris Guothildis, de qua ſuprà, cum hoc carmioe.

Tu prece condigna Gunthildis adeſto benigna.

Ex altera parte ſequitur S. Sola Abbas hac epigraphe.

Fac ſolem vita nobiſcum Sola manere.

A dextris babet Dedickerum hoe adjuocto verſiculo.

Sit Dedickero plebi ſpes altera clero.

Ex altera Katoldum cum hoc epigrammate.

Viſcera peccati poſcat medicina Katoldi.

His ſubjungitur in medio Gotthardus cum hoc verſiculo.

Gotthardi votis veniat protectio nobis.

Sed quis iſte Gothardus? Num Epiſcopus Hildesbeimenſis, antea Abbas Altahcoſis in Bavaria? A dextris eſt imago cum hoc carmine.

Nobis Annodatos fac annos eſſe beatos.

A ſiniſtris alia cum hac inſcriptione.

Crimine polluto veniam prece conferat Uto. G

De his, ut verum fatear, nihil mibi compertum eſt, oeque quidquam io antiquis moouentis reperio: Qui repererit, is nobiſcum communicet, inprimis quis ſit iſte Uto, quis Annodatus, quis Katoldus, quis Dedikerus. Fortè fuerunt Mooachi Benedictini S. VVillibaldo Synchroni, vel adjutores in agro Domini excolendo. Ao Katoldus ſeu Cataldus eſt ille, cujus anniverſariam memoriam Martyrologium Romanum ſignat X. die Maji? Qui Tarentinorum in Calabria olim Epiſcopus, oune primarius patronus eſt, natiooe Hibernus. Hoc conſtat, ante & poſt adventum S. Willibaldi, in Germaniam plures ſanctimonia vitæ celebratos Chriſtianæ fidei doctores cum S. Kiliano H
Martyre & Apoſtolo Franconiæ ex Hibernia profectos, illuſtrâſſe Evangelii luce loca Eyſtadio coofinia; Et multò adhuc plures Socios Hiberoorum S. Ruperti & S. Virgilii, Epiſcoporum Salisburgeoſium, & alios S. Erhardi & S. Alberti, (qui Ratisbonæ requi-

A quiescunt) omoes ferè angulos Bavariæ & Norici miraculis, vitæ exemplo, & verbo Dei replevisse, ex quorum oumero uous fortassis Katoldus iste Eystadiensis fuit, nisi quis malit eum accensere primis indigenis Monasterii, quod io Eystettensi suhurbio Scotis seu Hibernis jam olim exædificatum est. Est apud Aventinum lib. 4. Anoalium Uto Eremira, quem Carolus Magnus primum Abbatem Mooasterii Metensis ab se coodiri constituir. De qua fundatiooe extat Metenæ Diploma Caroli Magoi datum anno Redemptoris DCCC. LXXXII. Ita quidem Hundius in Metropoli. Sed aut error irrepsir in oumerum; aut diploma ad Carolum Magoum non spectat; cùm certò compertum sit, Carolum Magnom Anno Redemp- B toris DCCCXIV. diem supremum ohiisse. Credihilius est pertioere ad Carolum Crassum, qui aooo Domini DCCCLXXXII. secundum in Imperio annum agebat; nisi quis extriro unico centenarii signo diploma hoc revocet ad anoum Christi DCC. LXXXII. quo tempore jam io Fraocia regnabar Carolus Magnus. Sed primum mihi verisimilius apparet. Sed quis exponat oobis, num iste sit Uto, de quo noster versiculus?

In Margine circa imagines isti versiculi C leguntur.

Gundekar Antistes vix tali nomine dignus,

Quæ humilitatis vox est, cujus iste Guodeckarus studiosissimus erat, Auctor libri & imagioum,

Constituit vita Deus hoc exemplar utrique
E quibus hoc mundo sonuit vox ore rotundo.
Me precibus sacris rogo de vitiis reparetis.
Sparsa fides verbis in eis nec mansit inermis.

Mirum porrò à Gundackaro omissum S. Richardum uoum ex potissimis Ecclesiæ Eystettensis hoc tempore patrooum. An eo tempore Richardi veneratio noodum palam suscepta, & in usum iotroducta erat? Aliquid suhesse oportet, quidquid tandem illud sit: nam ut silentium hoc oblivioni Gundackari attribuas, oihil efficies, quia id omni verisimilitudiois colore caret. D

Sed vide, quio & effusè ride, lepidum quoddam & rosis coronandum caput. *Abraham Saur* quioti Evangelii Sectatnr, in Diario suo historico ad 7. diem Februarii, cooatur S. Richardum ex antiqua statiooe & possessiooe, quam tot annis in Calendario obtiouit, exturbare, ínque locum ejus substituere. At quem? Robertum Barns Aoglum, flagitiosum Apostatam, qui Witebergæ cum Luthero Lutheranus erar; cum Zvvinglianis io Anglia Zvvingliaous; quem ipsemet Henricus VIII. Rex jam ah unitate Ecclesiæ segregatus, & in schisma miserabiliter lapsus, flammis voracibus absumendum tradidit. En, lector, quis sit ille tantus, cui S. Richardus cedere juhetur, ídque ex edicto ejus, cui si vel uous boni viri pi- E lus fuisset, ab hac permutatiooe abstinuisset, oeque in locum *Angeli*, Aoglum nulla dote, quàm perfidia magis spectabilem, sufficere studuisset.

CAPUT VI.

Rhythmi Medibardi de Miraculis S. Walpurgæ, quæ Wolfardus Hasenrietanus quatuor libris complexus est: Nunc primùm ex manuscripto Codice Bibliothecæ Episcopalis Eystettensis publicati.

Walpurga sacra tot signis glorificata, F
*Prosaicè scriptam * rhythmo libet edere vitam;*
Virginis eximia placeat laudes iteràsse;
Quas iterat signis Rex Regum quotidianis.
Filia regis erat, sed egenam se faciebat,
Dives ut in Christo regnaret semper in ipso;
Quàm sit chara Deo monstrant miracula crebrò.
Quæ meritis ejus confert de virgine natus.
Prosam pertæsos cantatio mulceat ipsos:
Prosam Wolfhardus, rhythmum fecit Medibardus.
Æterna vita det præmia Christus utrique,
Virginis oratu pro devoto famulatu.

* Soluta oratione scriptam à Wolfhardo.

Paraclite Saocte Veni,
Perfla hortum cordis mei;
Ut fluant hic aromata,
Tibi redolentia.
Ut de ventre fluant meo
Aquæ vivæ flumioa.
Linguæ mihi da precor
Copinsa muoera;
Qui dedisti io munere;
Tot lioguarum genera.
Ut possim promere dignè,
Quæ tua sunt munera.
Munera istbæc suot tua,
Quòd Sanctorum animæ,
Adhuc carne prægravatæ,
Terrena despiciunt.
Et superna coocupiscunt.
Hoc Walpurgis sacra Virgo
Tacta desiderio.
Hoc amore iospirata
Semetipsam ahoegans,
Tulit crucem & secuta
Est Christi vestigia.
Quæ cùm esset regis nata
Regales divitias,
Pro amore summi regis
Peoitus cootempserat.
Et secum totúmque mundum
Devicit viriliter.
Hæc educta de patria
A fratre sanctissimo
Willibaldo primùm Romam,
Inde Hierosolymam,
Adiir, hinc duce Christo
Ad oos usque pervenit.
Fratre suo memorato,
Præsulari iosula
Sublimato, Aogelicam
Vitam inter homioes
Qui ducebat, Apostolus
Nobis à DEO datus,
Inclyta Walpurgis virgo
Maosit cum Wunebaldo
Fratre æquè sanctissimo,
Heidenheim cœnobio.
Hioc ùt sol & luna totam
Ornaot Sualaveldiam,
Quo translato de muodanis

Ad

Ad cœlestem gloriam,
Alma virgo memorato
Præfuit cœnobio
Monialibus collectis
Christo devotissimis,
Quo in loco dum divino
Instaret servitio:
I. Quadam die vespertino
Tempore egrediens,
Ipsa templum DEI vivum
Manufacto de templo,
Nullo invitante, domum
Vicini cujusdam intrat,
Cujus feminecem natam
Ejus in cubiculo,
Dum per noctem orat totam
Reddidit sanissimam.
Cui parentes puellæ
Cùm offerrent plurima
Devotissimè Xenia,
Respuit pecuniam.
Quia quod gratis accepit,
Gratis dare voluit.
II. Iterum cùm nocte quadam
Custos monasterii,
Lumen sibi denegaret,
** Monheim. Dormitum secesserat,
Incœnata & fraterna
De morte tristissima.
Et ecce in ancillarum
DEI dormitorio;
Lux immensa cœlo missa,
Tota nocte splenduit.
Quod sorores ut viderunt,
Walpurgæ insinuant.
Hoc illa nequaquam suis
Attribuens meritis,
Sed illarum sanctitati.
Grates agit Domino;
Et veram humilitatem,
Corde servat intimo.
Quanto namque in se DEI
Vigere clementiam
Sensit, tanto arctiori
Se addixit regulæ;
De virtute in virtutem
Conscendens quotidie.
Superstes utrique fratri
Utriusque breviter,
Sed veraciter conscripsit
Vitam insignissimam.
Tandem Christo ipsa suam
Resignavit animam.
Cujus corpus suprà dicto
Quo conversata loco,
Sepulturæ est traditum
Officiosissimè,
* quievit. Ubi * quieto in pace
Tempore non modico.
Præsul donec Otcharius
Ab ipsa commonitus,
Corpus ejus reverendum
Sublatum solemniter,
Aureacensem ad suam
Transtulit toparchiam.
Multis annis evolutis,
Erchanboldo Præsule,
Exorante Moniali
Liubila prædivite,
Apertum est Mausoleum
Virginis eximiæ.
Memorata Monialis
Datis cunctis prædiis,
Accipit desideratas
Virginis Reliquias.
Quibus sublatis ad sua
Perrexit lætissima.
III. Hac in via puer quidam
Obviavit feretro,
Caduco affectus morbo,
Quo sanato, protinus
Odor miræ Suavitatis
Sequitur miraculum.
IV. Ipso die puer alter
Caducus similiter,
Se univit portantibus
Sacratas Reliquias,
Et indepta sanitate
Grates agit Virgini.
Reliquiis exoptatis
** Mœnheim transportatis
Et Ecclesiæ illatis,
V. Ipsa nocte Liubilæ
Senior per visum quidam
Assistens, sic monuit.
Liubila, Inquit, cur dormis?
Curre ad Ecclesiam;
Sanctus enim VVillibaldus
Intravit cum plurimis,
Visitus qualiter suam
Sororem locaveris.
Surgens illa fecit jussa,
Immemor passionis,
Erat enim podagrica,
Plurima per tempora;
Sed perfectè est sanata,
Pereunte podagra.
VI. Ex utero matris curvum,
Mirè sanat Leibolfum,
Qui abjectis tripediis
Servivit Ecclesiæ;
Omnibus diebus vitæ
Grates agens Domino.
VII. Cereus ingens à quodam
Est allatus Comite,
Qui divinitus accensus
Ardebat per triduum.
Quarto die hora nona
Est sponte lux extincta,
VIII. Sequitur mox prodigi-
Ingens ac mirificum; (um
Fores quippe Ecclesiæ
Clausæ sunt divinitus;
Quæ post duas horas
Patefiunt iterum.
IX. Duæ quoque mulieres
Manuum curvedine,
Inhonestæ advenerunt
Missarum solemniis:
Quæ astantes impetrant
Sospitatis gratiam.
X. Item alteri contractæ
Sospitatem reddidit.
XI. Cuidámque claudicanti
Incessum redintegrat.
XII. Engilsumdæ Bergilensi
Opem miram contulit.
XIII. Geila contumax matrona
Ejus festa famosa
Inhonorans, sed bis ternis
Subacta piaculis,
Gloriosiorem fecit
Sanctitatem Virginis.
XIV. Mulieri Francigenæ
Curvum sanat brachium;
Quæ addicta servitio
Incurvatur denuo:
Sed reddita libertate
Sospitatem recipit.
XV. Hinc quendam fastidio-
sum
Fame pœnè mortuum,
Alloquens per visionem
Monet, ut de calice
Ejus biberet; quo facto,
Esuriit solito.

Secundi libri Miracula.

I. Matronæ sollicitatæ
Perditum restituit
Risile quod illa statim
Misit ad cœnobium,
Conservaretur ut ibi
Hoc in testimonium.
II. Cæcus quidam ad beatæ
Virginis præsidium,
Sincera confugit fide
Receptóque lumine,
Semet salvatricis suæ
Mancipat servimini.
III. Quædam illuc deprecatum,
Cùm venisset, virginem,
Sacculum eulogiarum
In via perdiderat,
Quem Walpurgis inclamata
Reversæ restituit.
Quem inventum in gremio
Servientis Dominæ
Dispertitis eulogiis
Elemosinariis
Destinavit redditrici
Ob signi memoriam.
IV. Mater quædam lætabunda
Filiorum quatuor,
Sed tribus morbo absumptis
Effecta tristissima,
Voto facto matri sanctæ
Quartum morti eripit.
Mater voti non immemor
Ad Walpurgam properat;
Ducens secum voti causam
Puerum superstitem.

Cu-

Cujus speratam miro modo
Invenit & obtulit.
V. Miserum quendam caduco
Morbo deditissimum
Opem sanctæ matris longo
Implorantem tempore,
Sanitatis exoptatæ
Mitè fecit compotem.
VI. Tempore famis acerbæ
Duo quidam inopes,
Pervagantes loca plura
Pro victus penuria;
Quadam die peregrino
Hi juncti sunt cuidam,
Quem postquam ad sanctæ matris
Tendere cœnobium,
Percontantes recognoscunt,
Ejusdem itineris
Promittunt conviatores
Se se devotissimos.
Dúmque simul ambularent,
Sermone pacifico,
Tempus affluit prandendi,
Sed duo famelici
Nil habentes viatori
Assidunt benevolo.
Cujus postquam viatico
Benignè refecti sunt,
Parvam requiem sumpturi,
Insternunt se gramini.
Sed novum conviatorem
Heu somnus mox opprimit,
Quo viso nefandi duo
Suadente diabolo
Insurgunt in dormientem
Jugulantes impiè.
Cujus, sicut Abel, sanguis
Deo clamat de terrâ.
Quorum unus ut cadaver
Occultaret mortui,
Impositum dorso suo,
Deportat in abdita;
Sed cùm vellet deponere
Adhæsit firmissimè.
Sic miser invitus portat,
Quem sponte peremerat.
Quadam die fortuito
Occurrebat socio,
Quem rogat obstupefactum
Ut ferat auxilium.
Qui arrepto, quo præcinctus
Videbatur, gladio,
Dum secare à vivente
voluisset mortuum,
Mirum dictum mox & ipse
Cohæsit firmissimè.
Tandem memor nefandorum,
Quæ patravit scelerum,
Confitetur puro corde
Se peccâsse graviter.
Spondet veram, si solvatur,
Christo pœnitentiam.
Cujus votum, quia pium,
Exaudivit Dominus.
Solutus à tam horrenda
Compage cadaveris,
Deo & virgini sanctæ
Grates agit debitas.
At miser ille onustus
Tam pudenda sarcina,
Jámque fœtorem non ferens
Putridi cadaveris,
Destinat indignam vitam
Digna morte linquere.
Versus ad Rheni fluenta
Cum horrenda sarcina,
Intrat alveum profundum
Intraturus Tartarum.
Sic punitur homicida
Ultione divina.
Suffocatum Rheni fluctus
Ejiciunt protinus,
Et cum Juda traditore
Sepultura caruit.
Qui interitum amico
Intulit pacifico.
Longè latéque audito
Signo tam mirabili,
Deus Deorum laudatur
Et VValpurgis merita
Multis in partibus orbis
Habentur pro maximis.
Catervatim approperant
Populorum agmina,
Ægros suos ad virginis
Deferunt clementiam.
Et peccatis deprecantur
Suis indulgentiam.
VII. Inter hæc bis binis cæcis
Restauravit lumina,
Quorum duo ex utero
Matris cæci fuerant.
Uni ambo, sed alteri
Unus datur oculus.
VIII. Reginensis villæ cives
Causâ orationis,
Adventantes pernoctârunt:
Quibus somno deditis,
Bini abducuntur equi
Furibus à pessimis.
Verùm fures cum rapina
Se putantes abire,
Gyrant castra tota nocte
Volentes evadere,
Sed dextera Dei fecit
Virtutem non modicam;
Nam aurora in fulgente
Capti, furti crimine
Equos reddunt pudibundi,
Et confusi maximè.
Reginenses rediêrunt
Ad sua lætissimi.
IX. Claudum quendam non utcunque
Sed reptantem manibus,
Monstrum hominis informe
Matris clementissimæ
Miseratio ad statum
Reformat legitimum.

Miracula libri tertii.

I. Puella quædam ab ipsis
Heu cæca cunabulis,
Audita opinione
Virginis eximiæ,
Desiderio flagravit
Veniendi maximo.
Quam quidam in visione
Nocturna submonuit,
Oratorium adiret
Tanti desiderii.
Oblatas mundas offerret,
Altari imponeret,
Quas illatas statim binæ
Gallinæ comederent;
Quibus pastæ deservirent
Matris excubiis.
Venit, attulit, imponit
Preces fudit intimas.
Astant duæ moniales
Gallinæ videlicet,
Prævisæ in visione,
Quæ oblatas colligunt,
Et requirunt diligenter
Quæ, unde, cur venerit.
Quibus illa dum exponit
Singula veraciter,
Domino propitiante,
Et beata Virgine,
Incognitum lumen cœli
Novis hausit oculis.
II. Mulier prægnans in partu
Constituta proximo,
Votum vovit, ut, si præsens
Vinceret periculum,
Natum puerum cum donis
Præsentaret virgini.
Quo concesso voti rea
Opportuno tempore,
Offert natum cum promissis
Ad templum munusculis
Sed retentat in solvendo
Voto panem unicum.
Quo continuò amisso
Egressura de templo,
Dum se aqua spargit sacra
Panem malè subtractum,
In petra fontis sacrati,
Jacentem obstupuit.
Ergo quem ad suum malè
Usum surripuerat,
Ad sanctæ gloriam matris
Protestandam liquerat.
Ananiæ & Saphyræ
Fraudem vix effugiens.
III. Sed quid dicam de pulvino
A matrona perdito
Mirabiliter invento?
IV. Quid

IV. Quid de Wantis perditis,
V. Et receptis? Quid de vase
Amisso repertóque?
Hæc sunt virginis beatæ
Gloriosa merita,
Hæc illius sanctitatis
Præclara indicia.
Quòd in via quidem sua
Nec patitur scandala;
Quis miretur, quòd singula
Faciat miracula,
Singulis super personis,
Cùm in una fœmina
Sit pariter operata
Quinque mirabilia.
VI. Mulier quædam caduca,
Præterea & muta,
Venit ejus ad gratiam,
Sanitate donatur.
Sed gratias stulta nullas
Agens, redit ad sua. (rum
Post decem hebdomada-
Expletum curriculum,
Audivit per visionem
Monitoris hanc vocem.
Cur, inquit, mulier stulta
Salutis es ingrata,
Surgens virginis ad domum
Gradu vade concito,
Et completo precamine
Famulatum debitum
Sponde, tuæ salvatrici,
Et dum vivas exhibe.
Surgens venit, opus cœpit,
Domum læta rediit.
Sed aliud quadam die
Operis dum faceret,
Oculus ejus sinister
In genas prosiliit. (tans,
Tum peccatis hoc impu-
Recurrit ad virginem.
Confitetur se errasse,
Oculus resiliit.
Quod temeritas abstulit,
Humilitas reddidit.
Quadam die ab hospita
Persuasa, ut cerillum
Acciperet, ad purgandum,
Hæsit linum manui.
Ope cursus sanctæ matris
Manu gaudet libera.
Litaniarum diebus
Nendi opus aggressa,
Sed fusus inhæsit dextræ
Indissolubiliter. (rens
Quæ ad dominam recur-
Opem consecuta est.
Sed & ante paschæ dies
Culcitram resarciens,
Acu manu infixa,
Virginis suffragium
Fideliter implorando
Evasit periculum.
VII. Claudam utroque in pede
Salvam fecit fœminam,
Quæ neglecta gratiarum
Actione rediit,
Sed mox pristini incurrit
Languoris incommodum.
VIII. Inter hæc ternos mendi-
Adventantes pariter, (cos
Cæcos à nativitate
Solitâ clementia,
Sancta virgo dante Christo,
Novis donat oculis.
Numerum excedunt tanta
Quæ fecit miracula.
IX. Pisce donat oratores,
Quem ipsi attoniti,
Mox remittunt conservan-
Signi ad indicium. (dum
X. Turiogenses duo quidam
Mutam secum puellam,
Sacrosanctæ ad virginis
Tulerunt suffragia.
Cui revertenti clara
Donata est loquela.
XI. Cujusdam boves matronæ
Adeuntis virginem,
Fures subduxerunt noctu
Sed auferre penitus
Non valentes, reliquerunt
Via stantes publica.
XII. Quadam die lupus atrox
Gregem nidereoheimensem
Invadens, rapuit suem,
Quam & lustris intulit.
Sed non audens lacerare
Tertia reliquit die.

Miracula libri quarti.

I. Magnifica & famosa
Virtutum operatrix,
Gressum claudis reddit qui-
nis,
Sed diebus singulis.
Nullus venit anxiatus,
Quin rediret gratulans.
II. Sed & regis pacifici
Ludovici filia
Hiltegarda, cum Luitboldo,
Glorioso comite,
Ad gratiam matris sanctæ
Corde venit supplici.
Regis nata mutum quen-
dam,
Comes surdum attulit
Experturi sanctitatem
Ejus famosissimam.
Quos utrosque sanos fecit
Virgo beatissima.
III. Sed & ipsis astantibus,
Multisque fidelibus,
Ipsa eadémque hora
Mater insignissima,
Reparavit & alium
Puerum claudissimum.
Quo viso hospites tanti,
Grates Christo maximas,
Et virgini persolventes
Inclytáque Xenia
Macti benedictione,
Remeant lætissimi.
IV. Miseram & miserandam
Quandam mulierculam,
Dæmone mirè vexatam
Diuturno tempore.
Magnifica operatrix
Signorum, salvificat.
V. Sed & sexus promiscui
Diversis temporibus,
Lucis honore privatis
Reddit visum bis binis.
Et qui venêre mœrentes,
Jubilantes redeunt.
VI. Restant plura miracula
In una perpetrata
Misera muliercula,
Virginis clementia.
Quæ nequaquam reticeri
Mira sinit gloria.
Sualaveldico in pago
Fuit quædam fæmina,
Dominis suis accepta
Atque devotissima.
Quæ languore fortissimo
Ægrotare cœperat,
Biennio in languoris
Transacto molestiis,
Tandem munere divino
Paululùm convaluit.
Sed cessante uno morbo
Majorem inciderat.
Namque tam intemperata
Edendi ingluvies
Incessit semisanatam,
Ut nulla edulii
Abundantia valeret
A suis saturari,
Exhaustis jam parentibus,
Sed fame accrescente
Anxiata hinc dolore,
Hinc pudore maximo:
Tandem divinitùs tale
Occurrit consilium.
Igitur tota spe sua
In Domino posita,
Et in virginis beatæ
Benigno suffragio,
Rogat suos se deferri
Ad Walpurgæ gratiam.
Quò delata, biduanis
Incumbebat precibus,
Quibus exorata virgo
Gradiendi miseræ,
Qua privata diu fuit,
Sospitatem reddidit.
Quo audito domnus ejus
Effectus lætissimus,
Venit cum conjuge sua,
Multáque familia,
Rem videre gloriosam,
Gratés-

Gratésque persolvere.
Qui cùm vellet salvatrici
Salvatam mancipare,
Abbatissa dissuadente
Bonum opus distulit.
Sed hoc ipsum distulisse
Postmodum pœnituit.
Nam reversam domum sanam
Languor idem occupat,
Sed donatam matri sanctæ
Denuo reliquerat.
Adhuc tamen famis dira
Manente ingluvie,
Cujus mali dum solamen
Anxia requireret,
Bona quædam monialis
Vocato presbytero,
Benedici panem fecit
Redditque famelicæ.
Quo gustato nequam illa
Fames voracissima,
Virgine sacra favente
Cœpit se subtrahere,
Sic paulatim decrescendo,
Ut priùs accreverat.
Sic crescente fastidio,
Pro mira esurie,
Tandem nil aliud cibi
Præter solum caseum,
Nihil de potu gustare
Nisi tantùm lac poterat.
Tali pasta edulio
Anno ferme medio,
Cœpit & hunc fastidire,
Acceptúmque spuere.
Quod dum tolerare nequit,
Penitus abstinuit.
Sex transactis septimanis
Absque cibo potúque,
Vix persuasa à magistra,
Dum gustat cervisiam,
Gula respuente fluxit
Per oculos narésque.
Quin & visus dignitate
Amissa continuò,
Supplicando matri sanctæ
Corde devotissimo,
Visum pristinum recepit,
Cibum omnem respuit.
Re ad præsulem perlata,
Eandem venerando
Commendavit Presbytero,
A quo veracissimè
Recognovit veritatem
Miræ abstinentiæ.
Biennio diutius
Omnigenis dapibus,
Potibúsque abstinuit.
Cunctis retro sæculis,
Quod miraculorum genus
Est inauditissimum.
Talia per caram suam
Christus mirabilia
Operatur, in diebus
Patrum præcedentium,
Diligentia eorum,
Quæ scripta nobis reliquit.
Nostris quoque temporibus
Fiunt perquam plurima,
Nec cessat quotidianis
Novísque miraculis,
Mundo suam declarare
Sponsam Dei filius.
Nam ex ejus sacra tumba
Aqua manat jugiter,
Qua infirmi quique uncti
Medicinæ celeris,
Per merita sanctæ matris
Effectum consequuntur.
Sed quod summa esse salus
Sospitásque noscitur,
Quisquis peccatis gravatus
Ejus ad clementiam
Confugerit, promeretur
Veram indulgentiam.
Quam & nobis sceleros[is],
Peccatis innumeris
Prægravatis, impetrare
Dignetur à Domino,
Sancta virgo tam sanctorum
Germana germanorum.
Hoc pater, hoc natus ejus,
Hoc amborum Spiritùs
Eorundem trium nobis
Concedat pro meritis.
Cujus regnum gloriosum
Nullum habet terminum.

Collectis signis sunt septem septuaginta. Consecrat hunc numerum, Qui spiritus est operatus, Amen.

A Hactenus Medibardus, sed tu, mi lector, Non ad verba, sed ad rem attende. Verba vilia sunt, sed quæ sub verbis latent, grandia. Putamen esui non est, sed dulcis nucleus. Hæretici, nominatim Illyricus in Catalogo, & qui posteris annis Catalogum Illyrici duplo, si non triplo aut quadruplo, auxerunt, quidquid rhythmorum & versiculorum in quibuscunque angulis contra Catholicos & Papam reperiunt, id studiosissimè in publicum extrudunt; eóque ipso sunt satis elegantes & concinni Rhythmi, quòd Papam, Clericos, Monachos, Moniales, ritúsque Ecclesiæ perstringunt, vellicant, & lacerant. Cur nos simili diligentia non promeremus in lucem, quæ olim pro gloria Sanctorum, à melioribus, quàm eloquentioribus hominibus exarata sunt?

B

CAPUT VII.

Adelberti Abbatis Heidenheimensis de Sanctis Eystettensibus, & de Heidenheimensi Monasterio commentariolus, nunc primùm ex tenebris extractus.

SEptimum hoc caput conficiet nobis Abbas iste Adelbertus, qui sub Eugenio III. Pont. Max. ante quingentos propemodum annos, floruit. Multa continet scitu non injucunda. C Codex papyraceus, quo usi sumus, vitiosè scriptus erat. Quare alicubi conjecturis indulgendum fuit, sed modicè. Commentarius lectu dignus est cùm alias ob causas, tum propter Diplomata seu Brevia Eugenii III. quorum hîc aliqua invenies.

I. *Ad Eberhardum Episcopum Bambergensem.*
II. *Ad Adelbertum Abbatem Heidenheimensem.*
III. *Ad Eberhardum Bambergensem, & ad Burckhardum Eystettensem Episcopos.*
IV. *Ad Gerardum Comitem Eystettensem.*
V. *Ad Adelbertum Advocatum Heidenheimensem.*
VI. *Ad Henricum Archiepiscopum Moguntinum.*

D Præter hæc insunt in hac Relatione.

I. *Epistola Eberhardi Episcopi Bambergensis ad Eugenium Papam.*
II. *Epistola Legatorum Cardinalium ad Conradum Episcopum Eystettensem.*
III. *Breve Adriani IV. Pontificis ad Adelbertum Abbatem Heidenheimensem.*

Nunc audiamus Adelbertum.

ADEL-

ADELBERTI II.

POST

S. WUNIBALDUM

ABBATIS HEIDENHEIMENSIS

RELATIO,

QUA RATIONE SUB EUGENIO III. PONT. MAX. MONASTERIUM HEIDENHEIMENSE AD ORDINEM SANCTI BENEDICTI REDIERIT, PRÆMISSIS NON PAUCIS DE VITA S. Willibaldi, S. Wunibaldi, & S. Walpurgis.

PRÆFATIO ADELBERTI AD EBERHARDUM EPISCOPUM BAMBERGENSEM.

A DOmino & Patri suo sanctæ Bambergensis Ecclesiæ venerabili Episcopo Eberbardo, pauper ille & modicus, & utinam monasticæ professionis nomine dignus, obedientiam cum humilitate, & orationum perseverantiam cum devotione. Licèt occupationes vestras ex magna parte noverim, negotia enim regni, & Ecclesiæ vestræ dispositiones, assiduis urgent vos meditationibus; ego ta-
B men vester *obedientiarius*, ego, inquam, ille, cui crucem Christi imposuistis portare post JEsum, immensa vestra fretus pietate, audeo me vestris occupationibus ingerere, ut, quæ circa Heidenbeimensem cellam à tempore fundationis, usque ad hæc tempora nostra gesta sunt, per me fidelem vestrum cognoscatis Ego enim *obedientiarius* vester ex scriptis sanctæ Walpurgis Virginis, & ex vita S. Wunibaldi confessoris, & B. Solæ pauca quædam ex plurimis collegi, & in quoddam minutum opusculum, &, ut ita dicam, in quoddam manuale redegi. Quod qui legerint,
C vitam, & conditionem, & sapientiam sanctorum Dei scilicet Willibaldi, Wunebaldi, & Walpurgis cognoscent, quósve labores & quanta pericula pro Deo, in hujus vitæ peregrinatione sustinuerunt, & quam remunerationem pro his recipere digni sunt, facilè intelligent.

Præterea operæ pretium duxi sollicitu-
D dines & labores, quos Deus nostris temporibus reservavit; & exactam circa prædictum locum, diligentiam vestram: nostra quoque pericula, quæ sub obedientia vestra, in eodem loco perpessi sumus, stilo currente colligere, & colligata vestro conspectui præsentare, ut reformatio pristinæ religionis, quæ Eugenio Papa præcipiente, per vos in eodem loco facta est, apud successores nostros in oblivionem non veniant, & præconium vestræ laudis, eò quòd diligentissimè & fidelissimè in hac agricultura Dei laboraveritis, apud posteros vestros usque in finem sæculi non pereat. E
Vestrum est enim post Deum, quidquid in cella Heidenheimensi laboravimus: vestrum, inquam, est, quod de manibus quærentium animam nostram elapsi sumus; quia profectò nisi sub umbra protectionis vestræ, tempore persecutionis latuissemus, innumerabilibus & inexquisitis ærumnis in nihilum redacti fuissemus.

Eugenius III. qui Pontificatum iniit anno M.C.XLI.

Ne igitur tanti laboris vos pigeat, & ne de F
cætero manus misericordiæ vestræ ad benefaciendum nobis torpeat, scire vos volumus, qui & quales sint S. VVillibaldus & VVunebaldus, & VValpurgis Virgo, & quanta veneratione sint digni, ut, dum sanctitatis eorum magnitudinem pleniter cognoveritis, nunquam ab eorum laude cessetis, dicatúrque de vobis, quod de illa Evangelica muliere scriptum est, quæ prævenit corpus JESU ungere in sepulturam: *ubicunque prædicatum fuerit Evangelium istud, & quod hæc fecit, narrabitur in memoriam ejus.* Utique sine celebri memoria ve- G
stra, Heydenheimensis cellæ reformatio nunquam in recordatione erit: & dum de his, quæ circa prædictam cellam gesta sunt, non silebitur; hoc quoque, quod vos ob honorem Dei, & reverentiam Sanctorum suorum in hac re laboràstis, ubique solenniter prædicabitur. Spero etiam & opto, ut, quidquid in hoc opusculo minùs benedictum inveneritis, lima vestræ prudentiæ in melius corrigatis: ne rusticitas mea legentibus fastidium generet, ut opusculum vestra authoritate in cordibus audientium dulcescat, & nihil falsitatis & deceptionis in se contineat. *

*Finis præfationis.

Quicunque ergo genus & vitam S. Willi- H
baldi, & S. Wunebaldi voluerit agnoscere, ex scriptis S. Walpurgæ Virginis, quæ germana

A mana ſoror eorum erat, pleniter poterit ediſcere. Scribit enim, quòd Richardus Rex Anglorum pater eorum fuerit. Qui cùm à puero ſemper Chriſtianiſſimus exſtitiſſet, etiam liberos ſuos diſciplinam Chriſtianæ religionis & viam veritatis, & per ſe, & per fideles pædagogos diligentiſſimè edocuit. Unde & S. Willibaldum, adhuc puerum, titulo monaſticæ profeſſionis addixit. Cùm igitur ille beatus Rex gradus de virtute ad virtutem faceret, ut centuplum acciperet, & vitam æternam poſſideret, igne divini amoris inflammatus, aſſumptis ſecum liberis ſuis, regnum & patriam dereliquit, & peregrinationem duram, quæ etiam pauperibus gravis eſſe ſolet, aggreſſus, oceani periculo ſe commiſit; & tandem poſt magnos labores & multa pericula * Luccam uſque pervenit, & inibi mortali infirmitate conſummatus in monaſterio S. Frigidiani, in Domino feliciter requievit.

* Lucam.

B Poſt cujus beatiſſimum tranſitum, filii ejus ſanctus ſcilicet VVillibaldus & VVunebaldus, unà cum ſociis ſuis ad limina Apoſtolorum Petri & Pauli perrexerunt. Ubi à Gregorio Papa, qui tunc Apoſtolicæ ſedi præſidebat, benigniſſimè ſuſcepti, orando, & loca ſanctificationum circumeundo aliquantum temporis devotiſſimè exegerunt. Factum eſt autem, ut S. VVillibaldus, & quidam ex ſociis, immenſo deſiderio accenderentur, quatenus Hieroſolymam irent, & loca, in quibus Deus homo converſatus eſt, viderent. Quod & ita factum eſt, S. VVunebaldo, propter infirmitatem magnam, qua tunc detinebatur, C Romæ relicto. Cùm interim S. Bonifacius Moguntinæ Sedis Archiepiſcopus, Eccleſiaſticæ utilitatis cauſa, ex legatione Pipini Regis, qui tunc temporis Alemannorum Rex extiterat, advenit. Et cùm vidiſſet S. VVunebaldum, eò quòd nepos ejus eſſet, & quòd multa de ingenita virtute & conſtantia animi ejus audiviſſet, multùm in Domino gaviſus eſt; & ſuppliciter Dominum Papam exoravit, ut ejus adjutorio talem cooperatorem & ſocium in agricultura Dei mereretur accipere. Cujus petitioni Gregorius Papa libenter acquieſcens, rogando præcepit S. VVunebaldo, ut ſocietati & contubernio S. Bonifacii adhæreret, & in omnibus ejus conſilio & præcepto ad ſerviendum Deo obediret.

D Hoc quoque S. Bonifacius à prædicto Papa obtinuit, ut, ſi quando divina clementia S. VVillibaldum ejus conſpectui præſentaret, ad colendam vineam Domini in adjutorium ſibi ad Alamanniam eum tranſmitteret. Cúmque memoratus & ſæpe memorandus ſanctus Bonifacius omnia, pro quibus venerat, ſecundùm beneplacitum ſuum peregiſſet, Apoſtolica benedictione firmatus, in Alamanniam ad Pipinum Regem rediit, & omnia, quæ ei in via acciderant, & quomodo Apoſtolica auctoritate S. VVunebaldum ſocium cooperatorem laboris ſui accepiſſet, ex ordine narravit. E Quod Rex libenter audiens, & venerabilis viri faciem diligenter intuens, gratias egit Deo, quòd virum de ſemine regio natum, & ſæculi contemptorem, crucíſque Dominicæ bajulatorem in regnum ſuum meruiſſet ſuſcipere, ac deinceps magis ac magis perfecta caritate cœpit eum diligere. Peractis autem omnibus, quæ tunc in regia curia tractanda erant, ſanctus Archiepiſcopus valefaciens regi, in Thuringiam tranſivit, & ibi S. VVunebaldo habitum monaſticæ religionis tribuit, & ad Sacerdotii gradum, omnibus, qui noverant eum, in laudem ejus acclamantibus, promovit. Sanctus verò VVunebaldus virtutem obedientiæ & humilitatis attendens, in ſpiritu humilitatis in cunctis, quæ ei injungebantur, perfectum ſe ſervientem exhibuit, & ſicut bonus filius, & perfectus diſcipulus uſque ad mortem S. Bonifacio obedivit.

F Videns autem Archiepiſcopus, quòd B. VVunebaldus in omni juſtitia & ſanctitate proficeret, ſeptem ei Eccleſias in Turingia, ſicut ſoror ejus S. VValpurga in ſcriptis ſuis commemorat, regendas commiſit; quas ipſe ad tantum culmen perfectionis perduxit, ut uſque in hodiernum diem, per totam provinciam illam, in laudem Dei, honor & gloria S. VVunibaldi prædicetur. Tanta enim in eo virtus fuit patientiæ, & compoſitio eloquentiæ, tanta integritas caſtitatis; tantáque perfectio & dulcedo charitatis; tanta humilitatis magnitudo, & indefeſſi laboris fortitudo; ut nunquam frangeretur adverſitatibus, nunquam extolleretur proſperitatibus, ut ſemper unus idem in uno ſpiritu Dei ſemper appareret, & ſale omnimodæ ſapientiæ conditus, nulli hominum aliquando gravis exiſteret.

G Cùm hæc in Alamannia circa S. Wunebaldum agerentur, beatus Willibaldus frater ejus in via, qua Jeroſolymam tendebat, in mari & in terrâ, magnis & multis periculis afficiebatur. Nam tempeſtatum procellas, poſtquam divina favente gratia evaſit, pericula latronum, famis & ſitis, macerationes captivitatis, & incarcerationis ſqualores; graves à paganis, per quos tranſitum fecit, pro nomine JESU Chriſti ſuſtinuit paſſiones. Sed virtute Dei, de his omnibus liberatus, H tandem, ſicut deſiderabat, Jeroſolymam pervenit. Dedit autem ei Dominus tantam gratiam in conſpectu paganorum, qui tunc Jeroſolymam inhabitabant, ut quocunque pergere vellet, eorum conductu cum pace iret & rediret. Manſit itaque multo tempore in illis finibus, & peragratis omnibus ſanctificationum locis, Adriaticum mare iterum tranſnavigavit, & ad Caſſinum mon-

A montem, ubi ex institutione S. Benedicti Abbatis monasticam religionem vigere audiverat, pervenit; ubi cùm Petronax pater monasterii eum vidisset, hoc enim nomen Abbati erat; quis, aut unde esset, aut cujus rei gratia venisset, diligenter inquisivit. At ille vestræ inquit religionis strenuitatem, & monastici ordinis observantiam videre advenimus, ut imitando bona, quæ facitis, vestro exemplo, & vestra eruditione in melius proficiamus.

B His auditis Abbas ad Monasterium rediit, & convocatis fratribus suis omnia, quæ ex ore S. Willibaldi audierat, universo conventui ex ordine narravit. Mox ut fratres tantæ sanctitatis, tantæque nobilitatis virum advenisse audierant, benedicentes Domino gavisi sunt, & unanimi benignitate consenserunt, ut cum ipsis, & inter ipsos quanto tempore vellet commanentiam, & consortium haberet, ut ipse per eus, & illi per ipsum mutua ædificatione in Domino proficerent. Assumptus itaque sanctus Willibaldus, in omnibus, quæ gessit, cunctis fratribus laudabilis apparuit, & in omni morum & conversationis honestate imitabilem se exhibuit. Mansit itaque apud eos * in loco tempore irreprehensibilis, & tunc

* fortè modico,

C omnibus valefaciens, cum licentiâ Abbatis, cum quibusdam honestis fratribus Ecclesiasticæ utilitatis causâ ad Dominum Papam properantibus, iterum Romam transivit, ab eis. Præsentatus itaque Apostolico conspectui, benignissimè susceptus est ab eo, & interrogatus de peregrinationis suæ labore, omnia, quæ ei in via acciderant, & quàm misericorditer Deus de manibus quærentium animam ejus multoties eum liberavit, & quàm laboriosè Hierosolymam, & cum quanto periculo alia sanctificationum loca, utpote à paganis possessa, adierit, lacrimabiliter enarravit. Flebant igitur omnes, tum quia talem juvenem pro Domino patriam dereliquisse, & tantos labores pertulisse videbant, tum etiam, quia se nihil tale pro Domino peregisse dolebant.

D Interea beatus Papa recordatus, quod S. Bonifacio Archiepiscopo de cooperatione; & societate S. Willibaldi promiserat, paterna exhortatione, & Apostolica auctoritate præcipiendo rogavit, ut sine contradictione ad S. Bonifacium Moguntinæ Sedis Archiepiscopum eum festinatione properaret, & in vinea Sabaorb fidelem cooperatorem, & humilem ministrum in omnibus, quæ ei S. Bonifacius injungeret, se exhiberet. Cujus præcepto S. Willibaldus in spiritu humilitatis obediens, Apostolicâ benedictione roboratus in Alamanniam ad S. Bonifacium, sicut ei à Domino Papa præceptum erat, pervenit, & quomodo ad serviendum & ad obediendum ei à Domino Papa missus fuerit, ex ordine narravit.

E Postquam S. Bonifacius, & S. Wunebaldus, cæterique ejusdem societatis fideles fratres, tam dilectum Deo & hominibus fratrem salvum receperunt, diutissimè in osculâ & in collum ejus irruerunt, & præ gaudio flentes Deum largitorem omnium bonorum, pro universis beneficiis suis glorificaverunt. Sed & Rex Pipinus, ut cognovit adventum tam venerabilis personæ, plus quàm credi potest, cœpit in Domino gaudere, eò quòd tantum lumen justitiæ regno suo illuxit, eò quòd omnes adversitates eorum orationibus à regno suo propelli firmissimam spem habuerit. Omnes quoque optimates, qui in regno Pipini Regis erant, F aut venientes aut electos nuncios mittentes, cum toto cordis tripudio S. Bonifacio applaudebant, quòd à Domino tales adjutores & cooperatores accepisset, quorum in dubiis rebus sufficiens consilium, & in quorum orationibus tempore necessitatis certissimum inveniret auxilium. Crevit itaque Ecclesia Christi per verbum & per labores S. Bonifacii sociorúmque ejus, & credentium in Domino fides augebatur, & abolito idololatriæ ritu, in consecrandis Ecclesiis, in prædicando verbum Domini, in baptizandis gentibus, in procurandis infirmis & pauperibus Ecclesiasticus ordo per omnem Alamanniam instituebatur.

G Fuerunt autem illis temporibus in regno Pipini Regis duo Principes, scilicet Odilo & Swikerus Comes, qui uterque ad sanctum Bonifacium venientes orationibus ejus se commendaverunt, & prædia sua cum mancipiis ad serviendum Deo viventi devotissimè ei obtulerunt. Sed beatissimus Præsul considerans, quia res Ecclesiæ vota sint fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperum, ex allodiis Odili Ducis Frisingensem * instituit Episcopatum, & ex prædiis Swikeri Comitis Eystettensem fundavit & firmavit, fratrem & discipulum suum S. Corbinianum Frisingensibus; S. Willibaldum verò Deo dignum Episcopum Eystettensibus dedit; hoc instituens, ut de rebus Ecclesiasticis pauperes alerentur, infirmi recrearentur, captivi Christiani, prout facultas suppeteret, redimerentur. Quod factum ies omnibus Christianis placuit, ut in his institutionibus incitati & accensi, per manus S. Bonifacii plurimi Deo sua offerrent, & ad serviendum Deo altissimo multùm per omnem modum Ecclesias Christi ditarent.

* antea institutum reformavit, & locupletavit.

H Cœpit autem sanctus Præsul Eistettensem solitudinem excolere, nemus succidere, succisum eradicare, & super ripam fluminis, quod *Altmüle* vocatur, monasterium fabricare; & regularis vitæ, rationabilisque obsequii clericos illuc congregare, & incircumcisis corde verbum vitæ evangelizare, & in omni Pontificatus officio fidelem dispen-

A dispensatorem, & bonum servum DEI se ostendere. Unde omnes comprovinciales, divites & pauperes, tanta familiaritatis dulcedine sibi conjunxerat, ut de omnibus finibus regionis illius ad eum confugerent, & ad salvandas animas suas consilium & auxilium ab eo expeterent. Sícque factum est, ut bonitatis ejus fama crescente, S. Bonifacio, cunctísque in Moguntina Metropoli manentibus acceptissimus fieret, & in consiliis & in judiciis, in consecrandis quoque Ecclesiis, & in aliis charismatum donis primum post Episcopum locum obtineret; concessúmque est ei, cum privilegii attestatione, ut in his, & in aliis Deo digna gerendis, ipse omnésque successores sui Eistettensis Ecclesiæ Pontifices, cùm necessitas, aut tempus exigeret, specialiter præ aliis vicem Archiepiscopi gererent.

B Verè fratres isti, scilicet S. VVillibaldus & VVunebaldus, duæ sunt olivæ, & duo sunt candelabra lucentia ante Dominum: quia sicut per S. VVillibaldum illuminata est Bavaria, ita omnis cæcitas incredulitatis per S. VVunebaldum fugata est à Turingia. Non facilè discerni poterat, quis eorum humilior, quis in agricultura Dei studiosior, & quis in observatione mandatorum DEI videretur esse præpotentior; sed cùm unum videres, alterum te novisse & vidisse putares. Et quamvis duo essent in corpore, una tamen fides & unus spiritus devotionis regnabat in utroque.

C Denique S. Wunebaldus diuturnitate multi laboris lassatus, & frequentia orationum & vigiliarum debilitatus, timuit fructum laborum suorum vanæ laudis gloria evanescere, & lampadem suam, veniente sponso, infatuato oleo tenebrescere, ideóque delitias & lautiores cibos, copiámque vini, quæ circa Rhenum superabundant, & frequentiam populorum, firmiter in animo suo disposuit subterfugere. Ecclesiis itaque, quas regendas susceperat, bene dispositis, & accepta licentia ab Archiepiscopo, secretum solitudinis petivit, & ad partes illas, quæ Sualvelden nuncupantur, accessit. Et cùm diu hac & illac circumcursando, locum suo desiderio complacentem quæreret, tandem divina providentia ita disponente, inter densitates sylvarum, inter convallia montium, solitudinem multitudine fontium, & qualitate suæ magnitudinis veloci D impetu decurrentium, exiguam, & monasticæ habitationi congruam invenit. Cujus loci situm, vir beatus diligenter considerans, ex toto corde exhilaratus est, & benedicens Deo, solóque prostratus cum propheta exclamavit; *hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.* Erat autem in eodem loco parvula planities instar agri modici, quem quidam incolarum suo jure E vendicabat, & sicut iniqui solent persecutionem justis inferre, viro Dei, ut de loco recederet, vim faciebat. Sed confessor Christi illatas molestias patienter sufferens, ad fratrem suum Eistettensem Episcopum perrexit, & quàm aptum suo desiderio locum invenisset, & quas injurias ab eo, qui eundem locellum sibi usurpabat, pertulisset, indicavit. Pius verò Præsul fraterno desiderio congaudens, & vexationi ejus ex intimis visceribus compatiens, voto fratris adjutorium impendit, & agellum ab eo, qui eum sibi mancipabat, pro beneplacito illius, & jure gentium, ne postea irritari potuisset, firmissimo pacto traditionem agelli stabilivit. Quem locum vir Deo plenus diligentissimè incoluit, & in eo oratorium cum mansiunculis extruxit, & vitam sancto- F rum Patrum imitatus ad serviendum Deo religiosas personas, & in observatione mandatorum Dei probatas collegit, & cœnobialem vitam celebrari, & regulam S. Benedicti observari inibi constituit, & loco nomen *Heidenheim* usque in hodiernum diem permansit. Assumpsit etiam sororem suam S. Walpurgam virginem Deo dicatam, quæ cum virginibus Christo desponsatis, sub imperio & eruditione S. VVunebaldi ex consilio sancti Bonifacii Archiepiscopi, & S. Willibaldi Eistettensis Episcopi, seipsas hostiam immaculatam Deo vivenò, sub districtione regularis disciplinæ jugiter immolaverunt.

G Crevit igitur locus iste per merita S. Wunibaldi, & S. Walpurgæ virginis, & sicut in suis orationibus & divino obsequio Sanctorum est adornatus, ita brevi tempore in exterioribus fidelium oblationibus est amplificatus. Omnes, qui spirituali ædificationi per verbum S. Wunebaldi proficiebant, de prædiis, de mancipiis, de rebus mobilibus, de auro & argento, de gemmis, de auro textis vestibus, per manus S. Wunebaldi oblationes Deo offerebant. Cùm autem venerabilis Abbas & Confessor Christi videret fines prædiorum suorum dilatari, & in omni ornamento divitiis secularibus res Ecclesiæ augeri, veritus extollentiam oculorum ex superfluitate divitiarum generari, partem Ecclesiasticarum rerum in usus pauperum distribuit, & quædam ex ipsis prædiis Ecclesiæ cellis adjacentibus, adhuc mendicitate * larga manu tradidit. Attendebat enim Prophetam orantem & dicentem. *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in avaritiam.* Ideóque quidquid Heidenheimensis cella tempore S. Wunibaldi proprium habebat, tempore necessitatis, cum nihil habentibus commune habebat.

* videtur deesse, *laborantibus.* Psal. 118.

H Tradidit autem Elvvangensi Cellæ, quæ tunc temporis pauper & modica in divitiis erat, quædam prædia satis bona & famosa, quorum unum Kazvvang vocatur, & alterum nomen habet Gunzenhausen. Similiter

A ter etiam eodem tempore, villam, quæ Altheim vocatur, Solæ Confessori bilaris dator contradidit, & in defectum rerum necessariarum pro posse suo largum auxiliatorem omnibus opem suam quærentibus, semper se exhibuit. Sub ipso & per ipsum vigebat religio monachorum, ipso exhortante, & S. Walpurga adnperante, sanctitas & castitas floruit virginum. Fuitque illo tempore Heidenheimensis Ecclesia * asyle & portus omnium laborantium, nec fuit, qui in tribulationibus suis non inveniret ibi certum refugium per merita & orationes Sanctnrum ibidem Deo ministrantium. Quamobrem homines circumjacentis regionis, cellam prædicti confessoris muro cinxerunt, & infra ambitum muri, annuente B. Wunebaldo locum sepulchri sibi elegerunt.

* asylum.

B Similiter etiam confessor Christi VVillibaldus omnibus subjectis suis gratissimus extitit, & cum Martba in activâ vitâ studiosissimè desudavit, & cum Maria contemplativa vita Domino jugiter adhæsit. Cùm interim S. VVunebaldus venerabilis Abbas & Confessor Christi, gravi infirmitate correptus cursum vitæ consummavit, & de bujus peregrinationis exilio ad cœlestem patriam, & de transitorio labore, quinta decima Kalendarum Januarii in cœlestem requiem feliciter introivit. Cujus corpus S. Willibaldus frater ejus cum multitudine virorum & mulierum ad exequias Sancti viri concurrentinm, cum devotione Clericorum & orationibus Monachorum, sanctarúmque virginum, in Oratorio, quod venerabilis pater Deo fabricaverat, bonorificè sepelivit. Quod idem Oratorium sanctus Præsul ob honorem Dei, & dilectionem fratris postea ampliavit, & adornavit. Flebant autem omnes, qui tunc aderant, quòd tanti patris corporali præsentia orbati essent; gaudebant verò, quòd ad cœlestem judicem tam Deo placitum intercessorem præmisissent. Enimverò, quia se bostiam sanctam & immaculatam, dum in bac vita erat, rationabiliter vivendo, & membra sua mortificando Deo exbibuerat, manifestissimis signis Deus ostendit, quid mercedis, quid dignitatis inter Sanctos Dei, pro labore suo in cœlis recepit.

C Nam cùm quidam ex discipulis ejus ad tumbam illius sæpe clam venirent, ut devotissimas orationes pro requie Confessoris Christi cum fletu ad Dominum effunderent, ineffabilem dulcissimi odoris suavitatem senserunt, & compulsationes campanarum nulla humana administratione adhibita audièrunt, & luminaria extincta absque omni humano adminiculo crebrò accendi viderunt.

D Præterea quædam, de Parentela ejus, quæ sanctitatis ejus magnitudinem etiam adbuc in carne viventis pernoverat, cùm paralysi prævalente compages membrorum suorum arescere & dissolvi sentiret, ad auxilium pre- E tiosissimi Confessoris confugit, & ante sepulcbrum ejus procumbens, cum lacbrimis S. VVunebaldum exoravit, ut per ejus interventum JESUS Christus ei propitiaretur, quatenus, ipso adjuvante, & Dnmino largiente, pristinæ sanitati restitueretur. Quæ mox mirum in modum clementer est exaudita, & cum omni integritate pristinæ sanitati restituta. Unde & beata illa mulier pro gratiarum actione sacrum velamen in Heidenbeimensi cella suscepit, & in sancta conversatione temporalem vitam transcurrens, transitorium cursum feliciter in Domino cnnsummavit.

Nec boc silentio prætereundum est, quòd F quidam civis adjacentis vici famulam suam ad molendinum prædicti monasterii transmisit, ut frumentum suum fideliter moleret, & farinam cum certa mensura domum reportaret. At illa cùm esurire cœpisset, fragilitate sua devicta, & diabolica suggestione decepta, de farina Domini sui furabatur, & tortellam inde, quam comederet, sibi confecit. Quam cùm comedisset, intellexit, peractam fraudem Dominum suum latere non posse, & intra se angustiata magis magísque Dominum suum, si in furto eam deprehenderet, cœpit timere. Quamobrem de farina Heidenbeimensium monachorum, quæ tunc temporis ibi aderat, furata mensuram Domini sui subtractam complevit, & nibil in boc facto verita, callidum & sanum consilium se invenisse putavit. Sed Confessor Christi VVune- G baldus virtutem suæ potentiæ, quam à Deo consecutus erat, ostendit, & fraudem, quam paupercula illa exercuerat, detexit, & quia in omnibus temporibus custos & defensor Monachorum sibi famulantium existeret, manifestissimo signo comprobavit. Etenim cùm prædicta ancilla frumentum Domini sui molæ infunderet, licèt superior lapis sua velocitate circumferretur, nihil tamen farinæ vel vix aliquid egrediebatur, ita ut prædicta mulier in admirabili signo furtum suum deprehensum esse cognosceret. Unde ex toto corde ingemiscens, & cum lachrimis & precibus ad patrocinium S. VVunebaldi confugiens, ex intimo cordis sui precabatur, ut reatum commissi furti sibi indulgeret, & ad ostensionem suæ misericordiæ solitum officium complere molendino præciperet. Cujus preces pius H Confessor clementer exaudiens reatum dimisit, & ad manifestationem indulgentiæ egredi farinam, sicut priùs solebat, de molâ præcepit. Quæ res ancillâ aliis, & qui cum illa aderant, referentibus in tanta admiratione est habita, ut non solùm homines, qui illius temporis erant, signum istud cognoverint; verùm etiam usque ad memoriam nostram scriptis mandatum perduraverit.

A Hoc quoque posteritati referendum operæ pretium esse duximus, quod S. Walpurga referente, post sublevationem corporis S. Wunibaldi veracissimè factum esse cognovimus.

Eodem namque tempore, quo B. Willibaldus corpus germani sui de loco, in quo humatum erat, in cryptam, in qua nunc clausum tenetur, transtulerat, venit quædam mulier paralytica, & in toto corpore debilitata, & suffragia pretiosi confessoris implorans, omnibus, qui aderant, cernentibus ex integro illico sanitati restituta est; ita ut nullum vestigium infirmitatis in illa remaneret, & omnes in laudem & gloriam illius, qui mirabilis in sanctis suis prædicatur, unisona voce clamaverunt.

B Contigit etiam in illis diebus, ut unus in scelere quodam deprehensus, & manibus durissimis loris ad tergum religatis, per viam, quæ transitum facit per monasterium S. Wunebaldi, ad mortem duceretur. Qui cùm Oratorium sancti VVunebaldi intueretur, comites itineris sui flebiliter exoravit, ut eorum permissione Ecclesiam prædicti confessoris ei ingredi liceret, quatenus ante mortem, qua plectendus erat, in salutem animæ suæ, & in adjutorium angustiarum suarum, tam pretiosum Confessorem Christi precibus & fletibus suis inclinaret. Qui petitionibus ejus, Deo ita ordinante, consenserunt, & Ecclesiam cum captivo illo introëuntes, ipsi quoque pro necessitatibus suis, divinum & S. VVunebaldi auxilium imploraverunt. Captivo itaque lacrimas cum precibus effundente, per interventum & merita S. VVunebaldi omnipotens Deus virtutem & misericordiam suam omnibus astantibus ostendit, & ligaturas, & firmissimos nexus captivi sine attactu manuum dissolvit, & quàm prope sit Deus omnibus invocantibus eum in veritate, in captivo illo evidentissimè demonstravit. Cùmque illi, qui eum ceperant, quæ facta sunt, vidissent, glorificantes & benedicentes omnipotentiam Dei, signum, quod per merita S. VVunebaldi factum fuerat, ubique divulgaverunt, & eum, qui puniendus erat, illæsum abire permiserunt.

C Hæc pauca è plurimis signis, quæ per merita sancti Confessoris VVunebaldi facta sunt, ex scriptis S. VValpurgæ Virginis, germanæ sororis ejus excerpsimus, ut de his cognoscatur, qualis & quantus in conspectu Dei sit in cœlis, cujus dono & cooperatione tot virtutes & miracula modò crebrescunt in terris.

D Denique post mortem fratris sui sancta & venerabilis virgo VValpurga gubernacula, & regimen regularis disciplinæ in cella Heidenheimensi usque dum dixit, tenuit, & seipsam in formam & exemplum bene vivendi ostendens, omnem excessum strenuè, &, ut ita dicam, viriliter exercuit. Tantæ enim fuit, cùm tempus & res exposcebat, gravitatis, & tantæ suo tempore pietatis & mansuetudinis, & omni tempore in omni conversatione tantæ extitit sanctitatis, ut ab omnibus meritò veneraretur ùt Domina, & à cunctis diligeretur ùt mater amantissima. Ut igitur fidem verbis nostris astruamus, aliqua de signis, quæ Dominus, propter ipsam, & per ipsam, etiam dum adhuc in carne viveret, operatus est, quæ in autenticis libris scripta invenimus, in medium adducere volumus. E

F Cùm post discessum fratris sui S. Wunebaldi gubernacula regularis disciplinæ in Heidenheimensi Ecclesia teneret, accidit, ut quidam Ecclesiasticus nomine Gomeradus, qui luminibus Ecclesiæ præerat, conventui tempore cœnæ lumen subtraheret, & respectum Dei non habens, S. Walpurgam graviter in hac re offenderet. Nam vicem sororum suarum dolens, & injuriam suam patienter sufferens, incœnata ad orationum consolationem se contulit, & ei, qui indeficiens & verum lumen est, injurias suas, & defectum sororum suarum commisit. Mox mitum in modum lux cœlitus demissa, in modum fulguris coruscantis, omnem locum, in quo S. Walpurgis, & sorores ejus erant, replevit, & usque ad ortum solis, ab eis non recessit. Qua in re multitudo & magnitudo virtutum S. Walpurgæ clarè enituit, & omnium corda, qui hoc signum viderant, vel audiérant, ad obediendum S. Walpurgæ Dominus vehementer accendit.

G Hoc quoque scriptum in veritate compe- rimus, quòd quidam præpotens * tyrannus, juxta cellam Heidenheimensem, in prædio suo habitationem habuerat, qui propter infirmitatem filiæ suæ, quam unicam dilexit, intolerabili mœrore & dolore laboravit. Cujus anxietatem & tristitiam cùm S. Walpurgis virgo comperisset, signo crucis, & sanctarum orationum virtute munita, ad hospitium prædicti tyranni nihil metuens, & in misericordia Dei certam fiduciam habens, vespertino tempore, tanquam peregrina esset, pervenit, & ad ostia domus pulsando, hospitalitatis gratiam & ingressum domus sibi præstari postulavit. Quam paterfamilias cùm pulsantem & deprecantem audisset, veritus, ne eanum rapacitas, quorum magna multitudo apud ipsum erat, eam discerperet, ut à canum morsibus defensam pacificè eam introducerent. Cui S. Walpurgis: non verearis, inquit, quòd me Walpurgam ancillam Christi canes tui possunt lædere, quia sub custodia Christi constitutæ nulla adversitas, nullum periculum mihi poterit prævalere. Tune paterfamilias audito nomine Walpurgæ de sede sua prosiluit, & miratus tam nobilis & tam sanctæ Virginis adventum, studiosissimè totam domum emundavit, & omnibus, quæ oculos sanctitatis ejus offendere possent, detersis, benignissimè eam H

* Dynasta.

A eam in domum suam recepit, & omne humanitatis & devotionis obsequium ei exhibuit. Videns itaque S. Walpurga, patrem & matrem, & omnem familiam circa præmortuam, & jam agonizantem puellam, & jam in supremo vitæ articulo coostitutam esse, turbatos intriosecus, pia compassiooe attracta petiit, ut intra cubiculum moribundæ puellæ lectus sibi sterneretur, ut, omnibus exclusis, oocturna quiete sola cum sola puella frueretur. Cujus petitiooem omnes admitantes, eò quòd puella esset desperata, & omnia, quæ ad exequias erant necessaria, fuissent præparata, tamen de S. Walpurgæ sanctitate præsumentes, omnes foras exiérunt, & secundùm postulationem ejus solam cum sola nocte illa reliquerunt. At virgo Christi ostiis clausis totam illam noctem insomnem ducebar, & genibus flexis, lacrimis & orationibus sponsum suum largi-
B torem omoium bonorum suppliciter exorabat, ut in virtute potentiæ suæ, & io multitudioe misericordiæ suæ puellam pristioæ sanitati restitueret, & ooo solùm parentes puellæ, sed & omnes Sualveldenses in fide Catbolica adhuc rudes, boc signo ad agnitionem & amorem sui nominis incitaret. Cujus precibus miserator & misericors Dominus aures suæ pietatis benignissimè accommodavir, & ex integro desperatam puellam incolumitati restituit. Cùm hæc virtus Altissimi S. Walpurga oraote, intra cubiculum ostenderetur, pater & mater puellæ cum universa familia domus, circa fodiendum sepulchrum, & circa pataturas, quæ defun-
C ctis exhiberi solent, hàc & illac discurrentes, lamentabili dolore cruciabantur. Cùm interim beata virgo Christi Walpurgis, reseratis ostiis, pareotes puellæ vocavit, & puellam adeò sanatam, ut nullum signum ægritudinis haberet, cum magno gaudio & exultatione cordis eis repræsentavit. Parentes verò puellæ virtutem Dei, & sanctietatem S. Walpurgis in repeotina sanitate filiæ cognoscentes, cum magno tripudio cordis gratiarum actiooes Deo retulerunt, & pedibus sanctæ Virginis provoluti ingentia ei dooa obtulerunt. Quæ illa tanquam lutum pro nihilo ducens, exhortata est eos, ut Deo fideliter adhærerent, & oihil sæculare dilectioni Dei præpooerent.

D Posthæc valefaciens eis occultè ad Heidenbeim rediit, & post operationem bujus signi in spiritu bumilietatis majore afflictione corpus suum maceravir. Præterea quomodo Pater ejus Richardus, Rex Anglorum, & fratres ejus, saoctus scilicet Willibaldus & Wunebaldus, Regnum & patriam pro Deo reliquerunt, quósve labores pro divioa recompensatione in hujus vitæ peregrinatione sustinuerunt, quomodo in vinea Dei, Domino cooperante & incrementum præstante, fructificaverunt; luculentissimè conscripsit. De cujus scriptis ego peccator & prædictæ Heidenheimensis cellæ abjectus subminister, quasi delato ad me amœno prato, quosdam paucos flores decerpsi, & tanquam epilogum faciens; quàm magni confessores isti io coospectu Dei habeantur, & quòd à prima fundatione mooasticus ordo in prædicta cella fuerit institutus auctoritate S. Walpurgæ: Desuocta autem sancta Walpurga, & juxta S. Wuoebaldum sepulta, fratre quoque ejus S. Willibaldo Episcopo mortuo, qua auctoritate, vel qua necessitate monasticus ordo exclusus fuerit, & canonicorum secularium ordo in eandem cellam subiotroiêrit, certum non habemus, præsertim cùm nec privilegia, nec viva testimonia propter antiquitatem temporum inde ioveniamus. E

F Tempore enim * Gregorii Papæ, qui tertius Apostolicæ sedi præsidebat, & Pipini Alamannorum Regis, & S. Booifacii Martyris, fundata fuit prænomioata cella, & à prima fundatione à Mooachis inbabitata; sed post mortem sanctorum Willibaldi, Wunibaldi & Walpurgis à sæcularibus canonicis possessa, & omnibus antiquietatis privilegiis abolitis, mira dispeosatione Dei, pastoralis virga S. Wuoebaldi, argento circumtecta, in testimooium primæ iostitutionis, in sinu altaris usque in hodiernum diem est reservata. Solent enim homioes infirmi circumjacentis regionis, ad tumbam prædicti confessoris venire, dum ex hac virga loca infirmitatis tanguntur, per merita Christi confessoris, & virtute ejus, qui mirabilis io Saoctis suis est, plurimi eorum sanantur. Sed & regula S. Benedicti à Cassino monte deportata, & alii libri Ecclesiasticæ ædificationi oecessarii, quos pius Confessor io asioo suo ad Heidenheimensem cellam advexerat, licèt propter vetustatem inutiles, tamen propter reverentiam prædicti patris usque adhuc apud nos habentur.

* Rectius, Zachariæ Papæ.

G Hactenus S. Walpurgæ auctoritate velut quoddam excerptum, de vita fratrum ejus, & de institutiooibus locorum, quibus præsidebant, ex scriptis ejusdem collegimus; nunc quomodo, aut per quos mooasticus ordo io prædicta cella reformatus sit, sicut vidimus & audivimus, veraciter in eo, qui veritas est, referemus.

H Eo tempore, quo Eugenius successor Lucii Papatum tenebat, & secundus Cunradus, Lothario Imperatore mortuo, in regoum succedebat, quidam Gebhardus generis & morum oobilitate præclarus, & totius religionis observantia probatus, Eystettensem Episcopatum regebat, qui sicut in omnibus zelum Dei habuit, ita defectum Heidenheimensis cellæ miseratus, quomodo in pristinæ religionis statum eam reduceret, cum sapieotioribus Episcopatus sui, & cum religiosis

A ligiosis sanctæque conversationis viris consilium habuit. Qui cùm non invenirent certas rationes, quibus communis vita in singularem proprietatem & sæcularem voluptatem esset transmutata, & quomodo cella monachorum, & cœmeterium mortuorum, facta essent domus laicorum, carnalibus desideriis inibi servientium, dolendo vicem sancti Wunebaldi gemebant, & zelum Episcopi, quem pro domo Dei habebat, benedicentes, eum per omnia laudabant. Exhilaratus itaque Episcopus, ex unanimi consensu illorum, quos in consilium suum assumpserat, magis ac magis animatus, prædictæ cellæ canonicos singillatim convenit & exhortationibus suis, & rerum compensationibus ad hoc inclinavit, ut præbendas suas pro salute animarum suarum, & pro veneratione S. Wunebaldi dimitterent, & monastico Ordini, qui à prima fundatione ibi institutus erat, locum darent.

B Omnibus ergo canonicis usque ad unum Episcopo consentientibus, & præbendam pro Deo & pro denominata recompensatione exfestucantibus, contigit, ut Eugenius Papa ad Franciam accederet, & convocatis universarum provinciarum Episcopis & Abbatibus, in Rhemensi Ecclesia famosissimam synodum celebraret. Quò cùm præfatus Episcopus ex vocatione Domini Papæ venisset, omnia, quæ circa Heidenheimensem cellam facta erant, & quomodo canonici præbendas resignâssent, exposuit. Postquam venerabilis Papa seriem & veritatem præfatæ causæ, Episcopo edocente, cognovit, communicato cum Cardinalibus & aliis religiosis viris, qui ad Synodum illam convenerant, consilio, præcepit auctoritate Apostolica Episcopo, ut in pristinum monasticæ religionis statum * sine dilatione inde eliminaret.

* locus mutilus.

C Auditis his, Eugenio Papa, & omnibus, qui illuc convenerant, finita synodo ad sua remeantibus, Episcopus quoque Eystettensis in sua repedavit, & quendam * Pennonem virum bonum, & in omne opus Dei paratum, eò quòd illo tempore præposituram Heidenheimensem in sua procurατione haberet, ad se vocavit, ut & designatas præbendas diligenter colligeret, & in usus Ecclesiæ studiosè redigeret, perintimè rogavit, & quod ei Papa de pristinæ
D institutionis reformatione, & sæcularis inhabitationis eliminatione præceperit, indicavit. At ille de pristinæ religionis reformatione mandatum Domini Papæ audiens, eò quòd zelum Dei haberet, gavisus est valdè, & secundùm edictum Episcopi, res Ecclesiæ diligenter collegit, & partem collectæ pecuniæ in ædificatione turrium, prædicti Episcopi consilio usus, expendit, & partem ad reædificationem dirutarum officinarum reservavit.

* Bennonem.

Sed antiquus hostis fidelium actibus invi- E dens, solita malitiæ suæ calliditate bonum propositum eorum convertit in malum: nam, sicut oportuit, prædictus Episcopus Gebhardus naturæ concessit, & viam universæ carnis ingressus, mandatum Domini imperfectum dereliquit. Factum est autem, ut substituendo alio Episcopo, grave schisma in Eistettensi Ecclesia oriretur, ita, ut quidam eorum, reprobato Præposito, quendam Burchardum ei præponerent. Quod schisma diu duravit. Sed Rege Cunrado, obsequio Gerhardi Comitis, in partem Burchardi Episcopi inclinato, nulla synodali discussione habita; sed regia potentia adhibita, prædictus Burchardus, homo bonus & simplex, sed ad laborem Episcopalis officii per omnia debilis, in cathedra Pontificali usque ad audientiam Eugenii Papæ permansit. Qui ut in Curiam Regis consuetudinariam justi- F tiam persolveret, & consecrationis suæ tempore necessarios sumptus haberet, pecuniam in Heidenheimensi Ecclesia congregatam abstulit, quam se postea redditurum per fidejussores spopondit, quod tamen minimè persolvit, quin imò præbendas expeditas, contra edictum Domini Papæ impedivit, & pueros indoctos, & infra annos discretionis positos, Apostolici decreti nullum respectum habens, temerario * usu in prædictam Ecclesiam induxit.

* ausu.

Fuerunt autem eodem tempore quidam G fratres, qui zelo Dei inducti, vicem S. Wunebaldi dolerent, & contemptum Eugenii Papæ animadverterent, & se murum pro domo Domini contradicendo his, quæ ab Episcopo Burchardo irrationabiliter fiebant, opponerent. Inter quos erat quidam * Ilfungus, homo prudens & litteratus, & divitiarum & parentum magnitudine, & in morum gravitate, & in largitatis honestate in omni Heidenheimensi cella famosus: huic temeritas & excessus Episcopi Burchardi displicuit, & causam Dei & injuriam Apostolici tuendam viriliter & fideliter assumpsit. Etenim cùm adeò corpulentus esset, ut forti caballo intolerabilis ad ferendum videretur, non veritus corporis sui magnitudinem, nec itinerum difficultatem, omnibus in faciem audacter restitit, & ad audientiam Eugenii Papæ, insolentias & præsumptiones, quas fieri vidit, pertulit. Contra quem Hei- H denheimenses canonicum quendam fratrem suum, scilicet magistrum scholarum, in scripturis bene fundatum, & in facundia & honestate morum apud omnes commendatum, ad Romanam curiam, datis in via necessariis, direxerunt, ut in præsentia Eugenii Papæ assertiones prædicti Ilfungi rescinderet, & causam eorum sua sapientia defenderet. Cùm igitur uterque eorum Apostolico conspectui se repræsentâsset, hinc atque illinc utriusque causis discussis, rei veritas

* Ilfung.

A ritas, & labor Ilſungi ſacerdotis præponderavit, & magiſter Odelricus, licèt multum pro parte fratrum ſuorum laboraverit, Deo ita ordinante, parùm profecit. Communicato itaque cum Cardinalibus conſilio, Eugenius Papa dictum Ilſungum cum litteris ad Babbergenſem Epiſcopum tranſmiſit, eíque ſub interminatione officii ſui præcepit, ut invaſores præbendarum, & prævaricatores Apoſtolici decreti ad cooperatiooem Eiſtettenſis Epiſcopi, de prædicta cella ejiceret, & in ea priſtinum monaſticæ religionis ordinem reformaret. Hoc eſt autem exemplar illarum litterarum, quas Eugenius Papa * Babbergenſi Epiſcopo miſit per Ilſungum.

* Bamber-genſi.

B *Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri Eberhardo Babbergenſi Epiſcopo, & dilecto filio, Adam Abbati de Ebrach ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Bonæ memoriæ Gebehardus Eiſtettenſis Epiſcopus, amore ſacræ religionis accenſus, in Eccleſia de Heidenbeim Deo acceptum dolens non exhiberi ſervitium, ſummotis inde pacificè clericis ſæcularibus, religioſos fratres ſtatuit ordinare, ita tamen ut clerici ſæculares ibidem eo tempore commorantes, habita exinde beneficia in vita ſua tenerent; eis verò decedeatibus ia uſus monachoeum, ſine cujusquam contradictione integrè devenirent.*

Fpiſtola Eugenii Papæ.

C *Nunc autem, quod ſine gravi mœrore non dicimus, quoniam eo his temporalibus rebus adempte, & ad æternitatem Domino auctore vocato, nondum fuerant regulares fratres juxta propoſitum ejus adducti, Moguntinus Archiepiſcopus & Eiſtettenſis Epiſcopus, clericos ſeculares auſu temerario reduxerunt. Quod factum, quanta eſſet animadverſione plectendum, ſi juſtitiæ rigorem exercere vellemus, caritas veſtra liquidò ſatis & evidenter agnoſcit. Quoniam ergo ad noſtrè ſpectat Pontificatus officium, quæ malè facta ſunt, in irritum revocare, & de veſtra prudentia valdè confidimus, per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus ſuper hoc vigilanti ſtudio intendatis; & expulſis iade ſecularibus, ibi acceptam Deo religionem inſtituere, juxta votum præſcripti Epiſcopi, ſtudeatis. Ita tamen, ut illis, quibus ipſe beneficia in vita ſua reliquit, quamvis eſſent eis de juſtitiæ rigore privandi, quia tamen erga omnes oportet benignitatis manſuetudinem exerceri, à nobis ea ſibi*

D *miſericorditer ſentiant indulgeri. Cæteri verò, quos poſt inſtitutionem ejuſdem Epiſcopi conſtat illuc fuiſſe intruſos, ſine cujuſquam beneficii perceptione, velut invaſores exinde propellant. Si autem vobis ſuper hoc obedire contempſerint, in perſonas eorum excommunicationis; in locum verò auctoritate noſtra interdicti ſententiam promulgate. Præterea latorem præſentium Ilſungum, qui ſuper hoc debitam attentionem adhibuit, caritati veſtræ attentiùs commendamus, rogantes, ut ſuis opportunitatibus noſtrum ſe apud vos præſidium invenire cognoſcat, & taliter defenſionem veſtram, pro parte noſtra obtineat, ut nec eum oporteat pii laboris & ſtudii pœnitere, nec alios, qui cognoverunt, à voto ſimili debeat pravorum timor & violentia cohibere.*

E Porro Ilſungus litteras ſignatas cum mandatis Babbergenſi Epiſcopo adportavit, quas ille cum reverentia ſuſcipiens, vocato Nurenberch Eyſtettenſi Epiſcopo, omnia, quæ Papa in literis ſuis præcepit, devotiſſimè complevit. Aderant etiam tunc temporis Heidenbeimenſes Canonici, & diverſorum cœnobiorum viri religioſi, qui omnes poſt multas diſputationum diverſitates, unanimi voto in unum cooſenſerunt, ut ordo monaſticæ religionis, qui à prima fuodatione, à B. Wunebaldo, Confeſſore Chriſti, in Heideobeimenſi cella fuerat inſtitutus, ſecuodùm præceptum Domini Papæ, deouo reformaretur, præſertim cùm nulla auctoritas, nulla neceſſitas, quare monachi expulſi fuerint, inveniretur.

Hic eſt finis Epiſtolæ, ſequuntur verba Adelberti.

F Epiſcopus verò Babbergenſis cum aliis & præ aliis, canonum rationibus & Pontificum decretis, eò quòd io divioitate, & omoi liberalium artium ſubtilitate peritiſſimus eſſet, inniteos, ſtudioſiſſimè elaboravit, ut præfatæ cellæ talis perſona præficeretur, quæ in converſatiooe monaſticæ religionis eſſet probata, & in diſpoſitione ſæcularis diſpenſationis eſſet exercitata. Quod conſilium omnibus, qui aderant, miro modo bene placuit, factúmque eſt, ut invocato ſancti Spiritus adjutorio, Michelſeldenſem Abbatem, Apoſtolica auctoritate & præcepto, hanc crucem Domini & jugum iſtius regiminis portare compellerent. Fuit autem ille

G Abbas à multo tempore notus omnibus, quia in majori choro Babbergenſis Eccleſiæ nutritus, & canonicus, & in clauſtrali adminiſtratiooe probatus, magnam in conſpectu omnium Babbergeoſium gratiam invenerat, & pro divina recompenſatione ſæcularibus pompis & divitiis abrenuncians, in cella Dominæ Paulinæ Monachum ſe fecerat, ubi poſtea requiſitus & communi ſupplicatione Babbergenſium extractus, unanimi comprovincialium Abbatum electiooe in Michelfeldenſem Abbatiam tempore neceſſitatis translatus eſt. Hanc humilem perſonam, & in propriis oculis abjectam novo

H labori & oneri ſuppoſuerunt, & reluctantem, & cum multis lacrimis reclamantem, Eyſtettenſi Epiſcopo, & Domioo Adalberto de Truchendingen Catholico & religioſo laico, ſub teſtimonio Chriſti, & Eccleſiæ defendendum commiſerunt. Cùm igitur prædictus Abbas cum conductu Eyſtettenſis Epiſcopi & advocati Adelberti, ad cellam ſibi perveniſſet commiſſam, nihil ædificiorum, nihil rerum neceſſariarum inveoit, ſed cootradictiooes & diverſas vexationes, & omnes vias ſpinis circumſeptas reperit. Cúmque ſe ſine fructu laborare, & magis ac magis adverſantium ſibi numerum augeri, eò quòd nul-

A nullum consilium in Eistettensi Episeopo sibi repositum esse coospiceret: Ad Babbergensem Episcopum, cui Eugenius Papa negotium istud commiserat, rediit, & contradictiones & oppressiones, quas patiebatur, lacrimabiliter ei exposuit. At ille, sieut semper visceribus misericordiæ plenus erat, paterna eompassione ei condoluit, & quòd negotium sibi commissum processum prosperitatis non baberet, ex toto eorde ingemuit. Vocatis itaque familiaribus suis, quorum consilio in dubiis rebus uti solebat, quid super bae re faciendum esset, eonsuluit. Qui omnes unaoimiter consiliati sunt, ut Abbatem eum litteris commendariniis ad Eistettensem Episcopum emitteret, eúmque sub obtentu divioæ majestatis, & pro reverentia Apostolicæ auctoritatis rogaret, ut forti maou Abbatem teneret, & defeoderet; quod si nollet, aut non posset, ex integro, causa ad Dominum Apostolicum referretur, ut ejus dispensacione prædictus Abbas ab imposito jugo absolveretur, vel ejus auctoritate, quod inchoatum erat, privilegiis firmaretur.

B Misit ergo Babbergensis Episcopus ad Eystettensem Episcopum litteras, & oihil profecit; quia Eistettensis Ecclesia alieoa potentia se opprimi doluit, & proprium Antistitem * propter imbecillitatem suam, sicut postea comprobatum est, pro nihilo reputavit. Tunc verò quot & quantas adversitates Abbas & fratres sui pertulerint, oon facilè enarrari, nec facilè credi potest. Nam parentes & familia exclusorum canonicorum, tanta ira & odio in monachos, & io eos, qui eis adbærebant, exarseruot, ut extra limen Eeclesiæ pedem ponere fine conductu non auderent. Sine cessatione nunc manifestè, nunc occultè novos dolores super dolorem vulnerum eorum apposuerunt, & ut manifestiùs exprimamus, una oocte, congregata multitudine & armata manu, quadraginta modios frumeoti, qui tunc temporis magno pretio comparati erant, & carnes trigiota porcorum cum vestibus fratrum, quas ibi repererunt, violenter abstulerunt, & oovem carradas vini & cervisiæ, oullum respectum S. Wunebaldi habentes, in terram effuderunt.

* Burckhardum.

C Crebrescentibus itaque malis & accrescentibus periculorum doloribus, præfatus Abbas cum litteris Babbergensis Episcopi Dominum Eugenium Papam adiit, & labores, & dolores, & periculorum diversitates, quas patiebatur, ex ordine indieavit. Fuit autem istud exemplar litterarum illarum, quas Babbergensis Episcopus per Adelbertum Abbatem misit ad Dominum Papam Eugenium.

D *Beatissimo Patri & creatori suo Eugenio, sanctæ Catholicæ Ecclesiæ summo Pontifici, Eberhardus Babbergensis, divina & Apostolica miseratione, minimum id quod est, debitam in Christo obedientiam cum oratione & servitute devotissima. Sicut omnem plantationem, quam non plantavit pater cælestis, divina sententia in Apostolica petra non patitur consistere, ita omnem illam, & solam, quam ipse plantavit, neminem ab ejusdem petræ firmitate sinit convellere. Unde humilem quandam Dei & vestræ sanctitatis plantationem, auctoritate vestra in loco, qui dicitur Heidenheim, per meæ parvitatis ministerium inceptam, absens licèt corpore, præsens tamen semper spiritu, vobis, Pater & Domine clementissime, repræsento, humiliter implorans, & obsecrans pietatem vestram, ut adversus hanc ipsam personam humilem, ea, quæ mentiri sibi solet, non prævaleat iniquitas. Ut enim mirabilia Dei circa locum prædictum necessaria cognitu pleniùs intelligatis, aliqua à plurimis nostris occupationibus compellor inserere.* E

F *Ex antiquo locus ille in religione monastica fundatus, B. Wunebaldum, confessorem pretiosissimum, Abbatem habuisse dinoscitur, primum quidem & novissimum, usque ad hæc felicissima Apostolatus vestri tempora. Postmodum verò barbarica tyrannide vastatus, clericis sæcularibus, per multam rectorum negligentiam, ad inhabitandum concessus est, usque ad hæc ultima tempora beatæ memoriæ Domini Gebehardi Eistettensis Episcopi, qui divinitùs inspiratus clericos ibidem investitos, quietè & pacificè, singulatim omnes, usque ad unum, in diebus suis transtulit, & stipendia primitus habita aliis beneficiis Ecclesiasticis illis commutavit. Post decessum verò ipsius, clerici antiqua stipendia involantes, alios quoque primitus ibidem non investitos sibi aggregantes, de bonis Ecclesiæ cœperunt ad invicem contendere.*

G *Hujusmodi ergo lite ad nostram audientiam perlata, ego & Dominus Adam Abbas de Ebrach in mandatis accepimus à vobis, ut clericis inde remotis, auctoritate vestra pristinam loci illius religionem reformaremus: Domino autem Abbate secus agente circa negotia sibi injuncta à Cisterciensium capitulo: ego vestram jussionem veritus, & ab ipso Abbate Eberacensi, aliisque bonis & religiosis in idipsum commonitus, die & loco Heidenheim clericis præfixo, in præsentia ejus, qui nunc est, Domini Burchardi videlicet, Eystettensis Episcopi, ipsos inde removi, & hunc latorem præsentium ab Episcopo Eystettensi, simúlque clero ipsum expetitum, de monasterio quodam locuplete Episcopatus nostri translatum, religiosorum plurimorum consilio, qui præsentes aderant, in Abbatem loco jam sæpe prænominato concessi, eò quòd ipse, pro loco & tempore, in hoc loco maximè videretur idoneus secundùm gratiam sibi concessam à Domino, in omni ordine, priùs canonico, deinde monastico. Sic ergo in caminum paupertatis projectum, & positum in signum, cui oportet, ut à multis contradicatur, iterum atque iterum vestræ pietati commendo suppliciter deprecans, ut & fratrem, & locum sanctissimum, in quo verè complacitum est Deo habitare in eo, paternitatis vestræ privilegiis communire* H

A *munire dignemini, quatenus & Deus honoretur & nominis vestri memoria in sempiternum ibi non deleatur.*

Quem ille clementer suscipiens, & laboribus ejus paternè compatiens, ut fortem athletam in certamine Dei se exhiberet, cohortatus est; sed Abbas pedibus ejus provolutus, suppliciter & lacrimabiliter rogavit, ut intolerabili jugo eum absolveret, quia sine adjutorio, & sine defendentium patrocinio, in tam periculosa & laboriosa administratione se nihil proficere conspiceret.

Ad quem Eugenius Papa; nondum frater, inquit, usque ad sanguinem decertâsti, neque utile est, ut absolvaris, sicut petisti, quia nullus coronabitur, nisi qui legitimè certaverit.

B Confortare in Domino, & esto robustus, & viriliter age, ut tuis laboribus status antiquæ religinnis in loco, quem S. Wunebaldus Deo consecravit, nostris temporibus refnrmetur, ubi modò, sicut audivimus, omnis excessus castitatis & iniquitas dominatur.

Nos utique contra æmulos tuos scribemus, & monastici ordinis institutionem, sicut à prima inchoatione, à B. Wunebaldo, institutum est, privilegii nostri roboratione in loco illo firmabimus, & omnes fideles Christi in auxilium & in defensionem tuam, literis nostris sigillatis invitabimus.

C His verbis prædictus Abbas consolatus & confortatus, pedibus Eugenii Papæ provolvitur, & ut locum in sua tuitione vellet habere, & ut comprovincialibus terræ principibus defendendum vellet committere, & privilegio, sicut dixerat, vellet firmare, suppliciter exoravit. Cujus precibus Papa benignè annuens privilegium tradidit, & litteras commendatitias ad Episcopum Babbergensem, ad Comitem Gerbardum; ad Adelbertum Advocatum de Truchendingen conscripsit, in quibus ut Heidenbeimensem Cellam & Abbatem ejus manu tenerent, & defenderent præcipiendo rogavit. Fuit autem istud exemplar privilegii & litterarum, quas Eugenius Papa remisit.

D *Eugenius Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Adelberto Abbati monasterii S. Wunibaldi in Heidenheim, ejúsque fratribus tam præsentibus, quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. Ad hoc nobis à Deo pastoralis officii cura commissa est, ut beneplacentem Deo religionem laboremus statuere, & stabilitam exacta diligentia conservare. Nec dubium, quòd si servorum Dei justis petitionibus benignè concurrimus, nostris opportunitatibus clementem Dominum reperimus. Ea propter dilecti in Domino filii, qui ad prædictum locum pro reformanda honestatis & religionis observantia vos ex mandato nostro humiliter transtulistis, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & monasterium ipsum, in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri & nostra protectione* E *suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, & qui secundùm Dei timorem, & B. Benedicti regulam, per vos in eodem loco noscitur reformatus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona ibidem monasterium in præsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio adipisci poterit, firma vobis vestrisque successoribus* F *& illibata permaneant. Sanè laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus à vobis decimas exigere præsumat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni & extremæ voluntati, nisi fortè excommunicati aut interdicti sint, nullus obsistat: salva tamen justitia matricis Ecclesiæ. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu sanioris, * secundùm Domini & B. Benedicti regulam providerint eligendum. Probibemus autem, ut intra septa monasterii ipsius nulla secularis persona placitari, vel habitationem habere præsumat, ne in servorum Dei secessibus, popularibus occasio præbeatur conventibus.*

* fortè addendum partis.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum G *liceat præfatum monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, vel aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis Apostolicæ auctoritate, & diœcesani Episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hujus nostræ institutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertióve commoneatur, si non satisfactione congrua emendavit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reámque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri JESU Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini JESU Christi; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.*

Ego Eugenius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus sub- H *scripsi. Ego Imarus Tusculanus Episcopus subscripsi. Ego Gregorius Presbyter Cardinalis ad titulum Calixti subscripsi. Ego Manfredus Presbyter Cardinalis tituli S. Sabinæ subscripsi. Ego Guuido Presbyter Cardinalis tituli Pastoris. Ego Oddo Diaconus S. Georgii ad velum aureum subscripsi. Ego Rudolphus Diaconus Cardinalis S..*

A *lis S. Angeli subscripsi. Ego Joannes Diaconus Cardinalis sanctorum Sergii & Bachi subscripsi. Data Segnia, per manus Busonis sanctæ Romanæ Ecclesiæ scriptoris V. Idus Febr. Indict. XV. Incarnat. Dominica anno M. C. L II. Pontificatus verò Domini Eugenii III. Papæ anno VII.*

Eugenius Episcopus servus servorum DEI Eberhardo Babbergensi, & Burchardo Eystettensi Episcopis salutem & Apostolicam benedictionem. Benedictus Deus & pater Domini nostri JESU Christi, qui per curam & solicitudinem vestram, atque juxta commonitionem & desiderii nostri votum, dignatus est in Ecclesia Heidenheimensi honestatis & Deo placita religionis observantiam reformare: & dilectum filium nostrum Adelbertum, latorem præsentium, honestum siquidem, prout asseritis, ac bonæ opinionis virum, Abbatem & provisorem in eodem loco salubriter providere; ut ubi omnis enormitatis & immunditia malitia diu, peccatis exigentibus, extitit, ibi de cætero regularis ordo & innocentia sanctitatis refloreat, atque gratum Deo in odorem suavitatis exhibeatur obsequium.

B *Proinde dilectissimi in Christo fratres, & in agricultura summi patrisfamilias solertissimi cooperatores, ut donum, quod in prædicta Ecclesia pio studio inceptum est, deperire non valeat, sed de bono in melius semper augeri, fraternitatis vestræ studium præsentibus litteris incitamus, & in Domino exhortantes monemus, quatenus prædictum filium nostrum Adelbertum Abbatem attentiùs habeatis commendatum, & ad readificationem ac meliorationem ejusdem Ecclesiæ vires ei & auxilium, pro B. Petri & nostra reverentia, præstetis, atque pecuniam, quæ pro restauratione ipsius loci collecta est, sive mutuata, in manu ejus ac fratrum suorum faciatis assignari. Clericos verò manifestè concubinarios, qui habitationes suas in ipso monasterio habent, nihilominus ab eodem loco studeatis removere.*

C *Eugenius Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Gerhardo, Eystettensi Comiti, salutem & Apostolicam benedictionem. Ad industriam nobilium & Catholicorum Principum spectare dinoscitur, religiosas personas diligere, & earum loca devotionis intuitu confovere; ut per hujusmodi studium creatori suo Domino JEsu Christo placere valeant, & salutem suarum mereantur consequi animarum. Ideóque dilectum filium nostrum Adelbertum Heidenheimensem Abbatem, ac fratres ipsius, qui ex mandato nostro ad locum ipsum se humiliter transtulerunt, nobilitati tuæ attentiùs commendamus, per animæ tuæ salutem rogantes, & in peccatorum tuorum remissionem monentes, quatenus eos diligas & honores, atque ab infestationibus pravorum hominum manu teneas & defendas.*

D *Eugenius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Adelberto Advocato Heidenheimensis Ecclesiæ salutem & Apostolicam benedictionem. Veniens ad nos dilectus filius noster Adelbertus Abbas S. Wunebaldi, de te bona nobis plurima nunciavit, quòd eum ac fratres ejus benignè foveas* E *ac diligas, & ad reformandum in loco ipso religionis statum, opem sibi & consilium præbeas. Quod quia omnipotenti Deo gratum esse cognoscimus, & animæ tuæ saluti utilissimum, paterna te in Domino affectione monemus, hortamur, & in peccatorum tuorum remissionem injungimus, quatenus, sicut benè cœpisti, prædictum filium nostrum Abbatem, juves ac manu teneas, ac ab infestationibus, quæ sibi contra justitiam inferuntur, sicut bonus tutor, protegas & defendas.*

Misit quoque literas ad Moguntinum Archiepiscopum hunc modum continentes.

F *Eugenius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Henrico Moguntino Archiepiscopo salutem & Apostolicam benedictionem. Quòd in Ecclesiam Heidenheimensem clericos reduxisti, & nostra id petis auctoritate firmari, eò plurimùm miramur atque dolemus, quò ex injuncto tibi Pontificatus officio te vigilantiùs oporteret religionem plantare, fovere ac conservare, & non eradicare, disperdere & dissipare. Bonæ memoriæ Gebehardus quondam Eistettensis Episcopus, sacræ religionis igne succensus ideo pacificè clericos inde seculares amovit, ut acceptam Deo religionem ibi cum virtute sancti Spiritus reformaret.* G *Quoniam verò morte præventus tam sanctum & laudabile votum effectui mancipare non potuit, deberet fraternitas tua, ut id compleretur, elaboràsse, non quorumlibet suggestionibus evacuare atque infringere præsumpsisse: proinde, quia nostrâ interesse dinoscitur, quæ malè facta sunt in irritum revocare: bona verò proposita, Apostolorum principis auctoritate, provehere. Ideo venerabili fratri nostro Eberhardo Babbergensi Episcopo, & dilecto filio nostro, Adam de Ebrach dedimus in mandatis, qualiter debeant vice nostra errata corrigere, & quod laudabiliter fuit inceptum, debita prosecutione mandare. Per præsentia itaque scripta fraternitati tuæ mandamus, quatenus eis super hoc facto nullo modo renitaris, sed si auxilium tuum super aliquo exquisierint, eis, sicut Apostolicæ sedis gratiam conservare desideras, largiaris.*

H Cùm ergo Abbas privilegium & litteras accepisset, firmatas benedictione Apostolica, ad cellam sibi commissam rediit; & litteras Principibus, quibus transmissæ erant, cum mandatis Eugenii Papæ repræsentavit. Quas illi venerabiliter suscipientes, omnem diligentiam se adhibituros promiserunt. Sed quidam eorum, tanquam nullas Apostolici litteras inde acceperint, nihil consilii, nihil auxilii prædicto Abbati in tempore tribulationis exhibuerunt. Veruntamen Babbergensis Episcopus, & advocatus Adelbertus, & subadvocatus ejus * Cum: de Ostheim cum omni integritate fidei, & cum omni studio devotionis, mandatum Eugenii Papæ amplectentes, cellam & Abbatem ejus, in procuratione & in defensione sua habuerunt, & ne adversantium multitudo,

* *fortè* Cunradus de Ostheim.

A tudo, & iniquorum pars prævaleret, per ſe, & per ſuos infatigabiliter elaboraverunt. Videntes autem Heidenheimenſes Canonici, qui excluſi fuerant, quòd Abbas privilegium reformationis reportâſſet, magis ac magis in iram & indignationem converſi ſunt, & per ſe & parentes ſuos, omnes quoſcunque poterant, ad odium Abbatis concitaverunt.

B Eiſtettenſes verò dolentes & indignè ferentes Babbergenſem Epiſcopum, aliquid poteſtatis, ex commiſſione Papæ, in Epiſcopatu Eiſtettenſi exercere, parti Heidenheimenſium aſtiterunt, & in omnibus placitis contra Abbatem, & contra decreta Papæ duram & averſam faciem ſemper oſtenderunt. Unde Heidenheimenſium Canonicorum parentes & familia innumerabilibus, & intolerabilibus tribulationibus Abbatem, & ſibi adhærentes perſecuti ſunt, & dum eos ad nihilum redigerent, nihil penſi habuerunt. Quod cùm Babbergenſis Epiſcopus, referente Heidenheimenſi Abbate, cognoviſſet, iterum atque iterum litteris & mandatis Eiſtettenſem Epiſcopum commovit, ut contradicentibus Domino Papæ in verbo veritatis reſiſteret, cauſam Dei, & auctoritatem Apoſtolici præcepti non negligeret. Sed cùm ſic nihil proficeret, eos, qui hujus prævaricationis auctores erant, Apoſtolica auctoritate excommunicavit, & negotium à Domino Papa ſibi injunctum conſtantiſſimè & ſtudioſiſſimè exegit.

C Sed quantò magis ad perficiendum opus Dei zelo rectitudinis attendebat, tantò magis Heidenheimenſes unanimi conſpiratione, amaritudine & furore replebantur. Veruntamen unus eorum, qui præbendas reſignaverant, ſuper afflictione & dolore, quibus Abbas & Monachi ſui afficiebantur, miſericordia motus, conſolationis & auxilii manum Abbati porrexit, & veræ compaſſionis affectum efficacia rerum hilariter oſtendit. Nam cùm Abbas nihil ædificiorum, nihil victualium, nihil auxiliarium, unde agriculturam excoleret, inveniſſet, domum ſuam, quam habebat, pro divinæ remunerationis recompenſatione Abbati in proprietatem tradidit, & in victualibus & in jumentis inopiam ejus largiter dilatavit. D Fuit autem idem Heidenheimenſis populi Sacerdos & Parochianus, erátque nomen ejus Cunradus, qui propter benevolentiæ ſuæ magnitudinem, omnibus vicinis ſuis charus fuit, & acceptiſſimus. Hujus ſtudium & effectum circa Monachos, cùm Heidenheimenſes perſpexiſſent, ultra modum exoſum eum habuerunt, & nunc manifeſtè, nunc occultè, modò per ſe, modò per ſuos, multas moleſtias & damna ei intulerunt. At ille divina virtute roboratus, nulla rerum ſuarum amiſſione, vel terrore immutatus à dilectione monachorum ceſſavit, ſed in omnibus pro poſſe ſuo fideliter favit eis, & aſtitit.

E Interea dum prædictus Abbas procellas periculorum magis ac magis videret excreſcere, & monaſticam religionem inter ſæculares cohabitationes, & inter inteſtinas ſeditiones intelligeret, non poſſe ſubſiſtere, in præſentia Epiſcopi & Advocati, præſente clero & populo, recedendi licentiam accepit, & res Eccleſiæ, quas ſervandas acceperat, ex integro reſignavit, & aſſumptis fratribus ſuis, cum conductu Epiſcopi, ad clauſtrum ſuum, unde primitus extractus fuerat, rediit; ubi benigniſſimè ſuſceptus, pluſquam quatuordecim menſes, monaſtico ordini deſerviens, in quiete mentis & corporis permanſit. Interea nulla divina in Heidenheimenſi Eccleſia celebrabantur, & omnes fideles Chriſti, qui exterminia loci videbant, dolore intrinſecus tacti, ſuper deſtitutione tam nobilis Eccleſiæ lacrimabiliter cruciabantur.

F Cùm igitur Eugenius Papa obſtinationem Heidenheimenſium, & expulſionem Abbatis ſui, qui auctoritate & præcepto ſuo, in locum illum tranſlatus erat, cognoviſſet, Cardinalibus ſuis, Bernhardo ſcilicet Presbytero, & Gregorio Diacono, quos ad Alamanniam pro Eccleſiæ neceſſitate miſſurus erat, attentiùs commendavit, ut Heidenheimenſem reformationem ſtabilirent, & expulſum Abbatem redire compellerent, & eum ad protegendum & manu tenendum Babbergenſi Epiſcopo & Eyſtettenſi Præſuli, ſub obtentu divinæ majeſtatis, & reſpectu Apoſtolicæ auctoritatis commendarent. Qui cùm ad partes Alamanniæ acceſſiſſent, litteris ſuis expulſum Abbatem ad præſentiam ſuam vocaverunt, & ut ad locum commiſſum ſibi rediret, Apoſtolica auctoritate præceperunt. G Cúmque Abbas adverſitatum ſuarum magnitudines, & diverſitates, & contradicentium ſibi, & quærentium animam ſuam vexationes expoſuiſſet, illi inania potentiæ ſuæ verba jactantes, dixerunt, aut eſſe ei redeundum, aut perpetuò eſſe excommunicandum. Addiderunt quoque Eyſtettenſem Epiſcopum ab Epiſcopatu eſſe removendum, & alium fortiorem corpore & ingenio ſubſtituendum, qui pro reverentia Domini Papæ ad reformationem monaſtici ordinis prædictæ cellæ invigilaret, & Abbatem ejus fortiter & diligenter à perſecutoribus ſuis defenderet & muniret.

H Cùm igitur prædicti Cardinales Eyſtettenſem Epiſcopum Burchardum depoſuiſſent, & Cunradum Epiſcopum Canonica electione in Moguntina metropoli facta ſubſtituiſſent, ſicut Eugenius Papa præceperat, expulſum Abbatem cum litteris ſignatis, novo electo ſub auctoritate Apoſtolica commen-

A mendaverunt, & ut forti manu eum teneret, & ut privilegium Domini Papæ de reformatione & stabilitate præfati cœnobii conscriptum in nullo violari fineret, manum dando præceperunt, fuerunt autem literæ hunc modum continentes.

B *Bernhardus Presbyter, & Gregorius Diaconus Cardinales & legati Romanæ Ecclesiæ, Eystettensis Ecclesiæ electo, dilectionem & salutem. Novellam plantationem Eugenii Papæ, scilicet reformationem Heidenheimensis cœnobii, & Abbatem ejusdem loci attentiùs tuæ caritati commendamus, ut forti manu eum teneas, & à pravorum hominum infestatione eum defendas, & excommunicatos illos, qui locum impediunt, nisi resipiscant, à fidelium consortio removeas, & privilegium Eugenii Papæ super hac re conscriptum, in nullo debilitari, pro reverentia Romanæ Ecclesiæ permittas. Licèt enim Eugenius, vocante Domino, ex hoc sæculo migraverit, facta tamen ejus, ùt facta beati Petri, immutata permanent, & permanebunt. Præterea fraternitatem tuam exhortamur atque monemus, ut in vinea Domini in omnibus strenuum & diligentem operarium te exhibeas, ut tua sapientia, religio & honestas in Episcopatu tuo reformetur, quæ desidia prædecessoris tui ex maxima parte deperisse cognoscitur.*

C Misit quoque Babbergensis literas suas ad Eistettensem Episcopum, quarum exemplar illud est.

*Venerabili & in Christo dilecto fratri Cunrado sanctæ Eystettensis Ecclesiæ electo Eberhardus Babbergensis gratia Dei, si quid est, sinceræ caritatis affectum, & cum oratione obsequium. Panes propositionis cùm mutarentur, non nisi calidi ponebantur, cum thure lucido superposito. Ut itaque ardoris & splendoris divini ad sanctificandum introitum vestrum, tanquam bonus odor Christi, * vicariam haberetis, voluit Deus, ut credimus, ordinationem loci nostri Heidenheim, tanquam vespertini sacrificii consummationem, vestris reservari temporibus. Ecce etenim nutu divino factum, & sicut petîstis, ut fieret, cùm nobis mandaretis, ut in his, quæ in Episcopatu Eystettensi injuncta nobis sunt, vestro uteremur consilio. Misso namque ad Dominos Cardinales Domino Abbate, ad hoc, ut ego & ipse à cura Heidenheim absolveremur, ita ab eis remissus est ad nos, ut necessitate obedientiæ dirigetur usque ad vos, & ecce vobis, eum, licèt invitum & renitentem, resignamus, hoc tenore, ut, si vos ei securitatem manendi, auctore Deo, contuleritis, secundùm honorem Dei & sedis Apostolicæ, & tum vestra, quàm nostra Ecclesia manens vobis remaneat; sin autem, excusso pulvere, tum in eos, qui ei repugnant, quàm in eos, qui eisdem consentiunt, in sua si quiete diu desiderata & optata.* *

* vox corrupta, fortè *incensum*.

* collocet.

D Ille verò literas Cardinalium reverenter suscipiens, ex eo, & deinceps, prædictam cellam, & Abbatem ejus in suam tuitionem recepit, & omnem humanitatem & adjutorium, tam pro Deo, quàm pro reverentia Papæ constantissimè ei impendit. E Nam convocatis, quos in Episcopatu suo habebat, religiosis viris, Heidenheimensis cœnobii canonicos, ad se venire fecit, ut consilio & auxilio dissidium, quod religiosorum virorum inter eos erat, honestè & pacificè terminaret. At illi cum parentibus suis unanimi obstinatione & conspiratione venerunt, exhortationibus Episcopi contradicentes, & per se & per suos omnes, quos potuerunt, ad odium Abbatis concitaverunt, & in eos, qui ei adhærebant, sicut ignis in spinis, exarserunt. Sed & prædictum sacerdotem Ilsungum vastationibus & incendiis, eò quòd auctor hujus reformationis extiterit, ad maximam paupertatem redegerunt, & non solùm de domestica habitatione, sed etiam de patria eum expulerunt. F Tanta enim vis & immensitas odii, & tot & tantæ procellæ adversitatum Heidenheimensem Abbatem circumdederunt, ut vix aliqui Abbates monachos suos in tantam desolationem, & in fauces mortis vellent dirigere, sed & paucissimi monachi inventi sunt, qui proprii claustri quiete postposita, caminum tantæ paupertatis & turbinem tantæ commotionis vellent tolerare.

G Veruntamen Abbas cœnobii S. Michaëlis in Babberg & Abbas Bancensis, & Castellensis cum fratribus eorum, pia miseratione & compassione super afflictione Heidenheimensis Abbatis commoti, consilium & auxilium largiter & constanter ei præbuerunt. Nam ut taceam de largitionibus & supplementis, quæ in libris Missalibus, cœterisque rebus mobilibus, tempore necessitatis, ei contulerunt, hoc nulla ratione silendum esse existimo, quòd monachos suos, monachos, inquam, conversatione & animi constantia probatos, prædicto Abbati in adjutorium transmiserunt, qui humilitate & devotione sua comprovincialium animos attraherent, & æmulorum indignationem sua mansuetudine ex magna parte mitigarent. Ipsi enim divina virtute roborati, in omni adversitate prædicto Abbati immobiles astiterunt, & tanquam fortes athletæ Christi æternam gloriam, & præmium sibi, & claustro suo bene vivendo H compararerunt. Videns itaque Episcopus animos eorum circa Abbatem obstinatos, Apostolicæ excommunicationis periculum eis opposuit, & ordinis sui detrimentum, & rerum suarum imminutionem, & quantos labores, & quanta mala inde passuri essent, rationabiliter eis exposuit. At illi, sicut aspides surdæ, obturantes aures suas, eo tempore vocem Christi non audiêrunt, sed cum magna indignatione animi alias inducias quærentes, infecto negotio, à Domino Episcopo recesserunt. Veruntamen sicut insuperabilis miles Christi, & sicut in agri-

A agricultura Christi constans & studiosus operarius, à commisso sibi negotio Episcopus non destitit; sed nunc blandiciis, nunc terroribus Heidenheimensium Canonicorum animos ad consentiendum sibi tandem inclinavit. Denique multo labore Episcopi emolliti, & Apostolicæ excommunicationis pœna, & rerum suarum amissione perterriti, consenserunt pacem habere cum monachis, & præbendas cum areis, quas in sui ambitu muri habebant, resignant omnes, hæc, quæ modò subscribemus, beneficia, in recompensationem resignatarum rerum absentibus parentibus suis receperunt.

B Accepit autem quidam Arnoldus Sacerdos, qui prædictæ cellæ decanus fuerat, in recompensationem decimas villæ, quæ Meinheim vocatur, præter Ecclesias, quas de manu Gebehardi Episcopi susceperat. Quidam verò Waltherus dominicale, quod in Titinheim situm est, in recompensationem accepit, quidam verò Megenvvardus, Suannigen, Braitenprunen, Rorach, Egilolffesvvilare. Itmenttuet duos mansus in Misaire, & molendinum unum in recompensationem suscepit. Quidam quoque Eherbardus pro commutatione beneficiorum, quæ in Deckingen hæreditario jure habebat, curtem, quæ est in Samenhausen, & decimas in Pflarnfeldt sortitus est. Quidam verò Hermannus sacerdos mansum unum in Truchtechingen accepit.

C Hoc quoque peracto, firmissimè stabilitum est, ut post mortem eorum, integrè & sine impedimento totius mali ingenii, conservata, ad usus monachorum, inibi Deo servientium redirent. Præter has terras denominatus novus Abbas prædictæ cellæ ædificia, quæ in cella habebant, pro beneplacito eorum, & pro qualitate ædificiorum, ne pax, quæ mediante Episcopo, inter eos facta erat, quasi ex culpa sua rescindi videretur, de rebus Ecclesiæ, & sumptu suo satis laboriosè redemit. Dedit enim prænominato Meginvvardo, unum talentum & dimidium, ut ædificia & aream,
D cum omnibus, quæ infra ambitum cellæ habebat, per manus Advocati, & per largitionem Eistettensis Episcopi, S. Wunebaldo contraderet, & omnis expostulatio & vexationes manu & calamo in futurum exfestucarentur. Similiter autem magistro scholarum pro ædificiis quatuor talenta persolvit; & quia scientia & morum honestate acceptabilis persona erat, cum gravi impensa sibi eum reconciliavit; & prænominato Hermanno, pro quadam levi ædicula dimidium talentum tribuit, & Walthero antè prænotato decem bavvarios solidos, ut pacem bonam, & charitatem non fictam cum monachis haberet, cum magna cellæ extenuatione persolvit.

E His ita ex industria & labore Episcopi & Adelberti advocati compositis, parentes Canonicorum zelum justitiæ se habere putantes, lethali odio Abbatem, & eos, qui ei adhærebant, persecuti sunt, & de facta reconciliatione, plus quàm credi potest, irascentes & dolentes, inst onita facie insanire in Abbatem cœperunt, & cùm nihil pensi haberent, dum Abbatem & monachos de cella expellerent, subitò Dominus in terram de cœlo aspexit, & per merita SS. Willibaldi, Wunebaldi & Walpurgis virtutem suæ potentiæ manifestissimè ostendit: nam quidam Fridricus, homo ingenio subtilis & facundus, cui tota parentela, tanquam columnæ ferreæ, innitebatur, à Deo graviter, & multipliciter est flagellatus; cùm enim unicum haberet filium forma & corpore elegantem, & eum diviciarum suarum hæredem & baculum senectutis suæ futurum esse speraret, repentè cum coævis suis lasciviens oculum amisit, & pòst, parvo temporis spacio elapso, vitam cum intolerabili mœrore patris finivit. Sed cùm nec sic pater nimia animi obstinatione induratus ad misericordiam monachorum inclinaretur, diutina & mortali infirmitate correptus, necessitate compulsus crimen suum cognovit, & vocato Abbate ad se, per osculum pacis se se ei reconciliavit, & in fide bona, & in confessione Catholica, orationibus prædicti Abbatis se committens, fideliter ex hac vita migravit, & prædium suum, quod in Coleberch habebat, sancto Wunebaldo offerens, apud Monachos se sepeliri fecit.

F Post cujus obitum, cùm superstites prædictæ æmulationis socii, nec metu terrerentur, nec amore Christi ad misericordiam & ad reconciliationem monachorum traherentur, quidam juvenis Eberhardus nomine, qui innumerabilia mala monachis intulerat, & prænominato sacerdoti Ilsungo, in festo S. Wunebaldi, & in sanctissimo adventu Domini nostri JESU Christi, dum Reliquias Richardi Regis, ad Ecclesiam filii sui S. Wunebaldi deferret, * ambulatorem abstulerat, excommunicatus vitam terribiliter finivit.

* equum.

G Præterea quidam dives homo, cui nomen de Oettingen, virtute corporis & diviciarum abundantia pollens ærumnis diræ mortis oppressus, veniam suæ æmulationis, à monachis postulavit, quam consecutus, & statim defunctus in Heidenheimensi cella à Monachis sepultus est. Hujus Cunradi consobrinus, cui agnomen erat parvus Fridericus, Monachis sancti Wunebaldi inimicissimus, parvo pòst transacto tempore hydropis morbo percussus, & ad cellam sancti Wunebaldi deportatus, ibique Monachus factus, feliciter migravit ad Dominum.

H Hermannus quoque quidam cognatus eorum, ideóque Monachis ingratus, in quodam castro occisus est, & ad prædictam cel-

A lam adductus, inter prædictos cognatos suos sepulturam accepit.

Cùm hæc quidam Wolframus audisset de Möringen, & cùm fama de subito transitu eorum, qui absumpti erant, ubique crebresceret, venit ad Monachos, & reconciliatus est eis, factúmque est, ut, qui suspendium & mortem priùs monachis minaretur, modò per meritum S. Wunebaldi Domino id efficiente, suffragia à Monachis precaretur.

B Fuerunt autem adhuc ejusdem cognationis duo viri Regnoldus scilicet & Eberhardus, cognati ad invicem, & contra Monachos summo conamine decertantes. Hi totius amaritudinis molestias in Monachos exercuerunt, & sicut equus infrenis, obfirmatis sensibus, ad consensum pacis nulla ratione induci potuerunt. Sed Domino validam manum super cognatos & commilitones exercente, randem, post multa tempora, timore Dei & amore pretii inducti, quod priùs se nunquam facturos condixerant, areas, quas infra ambitum babebant, Episcopo resignaverunt, & pactas recompensationes inde recipientes, deinceps cum Abbate & fratribus suis pacem firmam babere consenserunt. Accepit autem Eberhardus in recompensationem areæ suæ XI. talenta probatæ monetæ. Regenoldus verò XIII. talenta in recompensationem areæ suæ recepit, & aream unam juxta Ecclesiam sanctæ Walpurgis sitam, de laboribus & sumptu Abbatis ædificatam, & circumseptam, & spinis circumquaque munitam, & mansum unum, sub hac tamen conditione, ut post mortem ejus mansus & area ad usus fratrum redeant, cum omni integritate.

C Ne autem per nimiam securitatem & tranquillitatem insolentia & dissolutio in cordibus Monachorum excresceret, servavit eis Deus quasdam reliquias Amorræorum duras & difficiles, per quas in camino tribulationum exercerentur, & quibus Deus, si fortè nimia prosperitate extra se fierent, ad correctionem eorum, pro flagello uteretur. Confortati itaque Abbas & Monachi in Domino, Dominum, qui salvat in se sperantes, benedixerunt, & magnalia Dei, & validam manum, quam circa æmulos eorum exercuerat, non arroganter, tanquam de ultione inimicorum gaudentes, sed in timore Domini, & in spiritu bumilitatis ubique divulgaverunt. Gaudebant omnes fideles Christi, de transformata & renovata religione Heidenbeimensis cœnobii, & Eugenium Papam, cujus auctoritate hæc facta sunt, & Eberbardum Babbergensem Præsulem, quorum studio, & diligentia ista peracta sunt, in conspectu Domini benedixerunt.

D Videns itaque Abbas prædictæ cellæ, quòd Dominus mari & ventis imperâsset, & per interventum B. Wunebaldi aliquantulum quietiùs & remissiùs haberet, recordatus est beneficiorum omnium, quæ in tempore tribulationis Heidenheimensis parochianus sibi contulerat, & pertractans secum, quàm grave peccatum & vitium sit, ingratum & immemorem esse beneficiorum, decimas Heidenheimensis parochiæ, quæ ad ipsum pertinebant, prædicto parochiano, quoad usque viveret, in beneficium præstaret, sed integras & indivisas in proprios usus reservaret, & post mortem ejus sine diminutione ad utilitatem monasterii redirent; quas ille gratanter & cum gratiarum actione suscipiens, ex devoto devotissimum se exhibuit, & in omne devotionis obsequium paratissimum se Abbati ostendit. E

Cœpit itaque paulatim furor sævientium contra Monachos decrescere, & multitudo eorum, qui religionem, & divini officii diligebant dulcedinem augeri, ita, ut parti Monachorum faverent, & orationibus eorum se committerent. Et frequentando locum, affectum sinceræ caritatis ostenderent, & proximos suos defunctos apud eos sepelirent, & de prædiis, & de maneipiis, & de rebus mobilibus prædictam cellam ditarent. F

Quod factum miro modo Eistettensi Episcopo Cunrado complacuit, eò quòd S. Wunebaldum in quadam singulari veneratione & devotione haberet, & post tanta temporum curricula reformationem illam non sine causa suis temporibus rrservatam esse intelligeret. Nam idem Episcopus Cunradus dolens vicem S. Wunebaldi, scilicet quòd in loco fratris sui nullam ædiculam, nullam aram sui tituli haberet „ zelo Dei armatus, & igne divini amoris succensus, capellam in proprio domate fabricavir, & eam suprà dicto confessori S. VVunebaldo intitulavit & consecravit; & quantus in corde suo esset, pretiosus ille confessor Christi, manifestis indiciis ostendit. Cùm verò bonorando S. VVunebaldum, veraciter sibi conciliavit fratrem suum S. VVillibaldum, & quia sanctis Dei suam exhibuit devotionem, ipsis mediantibus & intercedentibus, eum, qui mirabilis in sanctis suis est, eum, qui gloriosus in majestate sua est, pro peccatis suis inveniet propitiatorem. G

Contigit autem, ut ad aures Adriani Papæ, qui tertius post Eugenium Papam Apostolicam sedem regebat, fama prædictæ cellæ perveniret, & ipse de reformatione monasticæ religionis, & de eliminatione sæcularium vanitatum in Domino gauderet. Cúmque audivisset novellam plantationem esse Eugenii Papæ, *essent afflicti & castigati, misericordia motus cœpit & ipse manum clementiæ suæ apponere. Nam Abbatem & cellam in suam tuitionem suscepit, H

*videtur addendum, quódque.

&li-

& literas confirmationis hunc modum continentes, Eberhardo Babbergensi Episcopo rogante, humili Abbati transmisit.

A *Adrianus Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Adelberto Abbati, & universis fratribus Heidenheim, salutem & Apostolicam benedictionem. Quoniam sine vera cultu religionis, nec caritatis unio potest salva subsistere, nec gratus Deo famulatus impendi: oportet nos in universis Ecclesiis sacra religionis cultum Domino cooperante statuere, & constitutum exacta diligentia conservare. Quocirca dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus concurrentes assensu, monasterium vestrum sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Inprimis siquidem*
B *statuentes, ut ordo monasticus, qui ex mandato felicis memoriæ Papæ Eugenii, Prædecessoris nostri, per studium & providentiam venerabilis fratris nostri Eberhardi Babbergensis Episcopi, & dilecti filii nostri Adam Abbatis de Ebrach, in ipso monasterio dinoscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum rationabiliter, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant.*

C *Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat idem monasterium temerè perturbare, possessiones ejus auferre, diminuere; vel aliquibus vexationibus fatigare: sed illibata omnia & integra conserventur, vestris & vestrorum successorum usibus profutura, salva nimirum diœcesani Episcopi Canonica justitia. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, & secundò tertióve commonitus, præsumptionem suam satisfactione congrua non correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reúmque se judicio divino existere, de perpetrata iniquitate cognoscat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini Salvatoris nostri JESU Christi, quatenus & hic fructum actionis bonæ percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Data in territorio Tiburtino V. Idus Julii.*

D Cùm igitur non esset Sathan, neque occursus malus, & cùm essent prava in directa, & aspera in vias planas, repentè justus judex, & occultorum cognitor Deus, omnia ædificia, quæ Abbas de manibus inimicorum suorum magno sumptu & gravi labore eripuerat, in nihilum redigi permisit. Insuper nova ædificia, quæ Abbas ad necessitatem fratrum suorum superædificaverat, tanquam nunquam fuerint, penitus dissipavit; sed & ipsum monasterium, & quod sine lacrimis effari non possumus, ipsam tumbam Sancti Wunebaldi, auro & argento pretioso, & artificioso opere decoratam, & altaria infra monasterium posita, ignis conflagratione & turbinum, ita Deus minui & deleri permisit, ut Christianus oculus prædictam desolatio- E
nem sine lacrimis, & sine contritione cordis videre non possit.

Tunc prædictus Abbas novis doloribus & laboribus in camino paupertatis, tanquam ab initio excoquitur, & omnibus, quæ habebat, amissis, quid super hac re sibi agendum sit, ne antiquarum sordium semina sua imbecillitate & senectute recrescant, à fidelibus Christi consilium & auxilium quærere cogitur. Non enim se sibi sufficere in tam gravi causa, & in tam lamentabili desolatione arbitratus est. Sed attendens illud, quod scriptum est, *qui cuncta agunt* Proverb. 13.
cum consilio, reguntur sapientia; & illud, Eccles. 21.
scientia sapientis, tanquam inundatio abundabit, & consilium illius sicut fons vitæ permanet; convenit religiosas personas, scilicet Episcopos & Abbates, aliósque fideles Christi, in quibus spiritum Dei esse noverat, & novæ exustionis calamitatem & omnimodæ vastationis desolationem lamentabiliter eis exposuit, adjungens hoc, quod ad recuperationem tantæ annullationis sua
persona non sufficeret, eò quòd annis & F
senio confectus, & laboribus & tribulationibus fractus & attritus, jam pœnè deficeret. At illi pietatis zelo inducti, & fraternæ compassionis fervore compuncti, antidoto dulcissimæ consolationis turbatum Abbatem refecerunt, & ne in tempore tentationis deficeret, scripturarum auctoritatibus eum roboraverunt, dicentes, quòd servum Christi adversa probant, non dejiciunt; &
quòd, *beatus est vir, qui suffert tentationem,* Jacob. 1.
quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Sed & quidam illorum ad reædificationem monasterii aliquid de bonis suis Ecclesiæ contulerunt. Non enim tunc magna potuerunt dare, quia in expeditionem Imperatoris Friderici, quæ tunc temporis Mediolanum facta est, quæcunque corradere poterant, oportebat eos expendere.

G Tunc Abbas exhortationibus & monitis fidelium Christi, tanquam aquila, renovatus & confortatus, ad novos labores perferendos virtute, qua poterat, se præparavit, & per se & per fratres suos fidelissimos & devotissimos, opus ædificiorum initiavit, & in construendis officinis claustralibus, & imponendo fundamento Monasterii studiosissimum servum, & devotissimum exhibuit. Dicebat autem, si hoc opus à me in Christo, qui totius bonitatis est origo & consummator, inceptum fuerit; alius, qui mihi mortuo vel viventi successerit, sine dedecore, & sine hominum oblatione, ab incepto opere non facilè manum retrahere poterit. Laboravit itaque in ponen- H
do fundamento multo tempore, & quia paludosa terra erat, per omne fundamentum firmissimos palos densissimè & firmissimè magistros operum fecit imprimere. Nondum firma cicatrix vulnus exustionis

A nis obduxerat, cùm ecce manus Domini adhuc extenta, quidquid Abbas extra monasterium in villis babebat, grandinis percussione ita contrivit, & imminuit, ut non solùm alimenta præsentis anni emere, verùm etiam semen, unde sibi in futurum provideret, cogeretur undecunque colligere. Nec in his omnibus adhuc aversus est furor Domini, sed manus ejus adhuc extenta. Nam dux Baioariæ & Saxoniæ cùm
* Sualafeldiam. cundo in expeditione transitum per * Sualveldiam faceret, præstantissima & pretiosissima bona, quæ babebat Abbas, à militibus ejus in favillam & cinerem sunt re-
Joël. 1. dacta: Et sic *residuum bruchi comedit locusta.* Videns autem Abbas multiplici flagello tribulationum se circumvallatum, & acutissi-
B mis spinis diversarum angustiarum undique circumseptum, ad atria scripturarum, & ad illam turrim David, quæ cum pro-
Cant. 4. pugnaculis ædificata est, *in qua mille clypei pendent, & in qua omnis armatura fortium* invenitur, bumilis & supplex confugit; & patientiam B. Job sibi imitandam in corde
Hebr. 10. suo proposuit, verissimè sciens, *quòd patientia nobis est valdè necessaria, & quòd in patientia nostra possidenda est nobis anima nostra.*
Luc. 21. Act. 14. Psal. 35. Attendens ergo, quia *per multas tribulationes oportet nos introire in regnum cœlorum, & quia judicia Dei abyssus multa;* de profundo cordis clamavit ad Dominum, ut qui sæpe in prosperitatibus bujus sæculi ab extollentia oculorum, secundùm suam misericordiam conservavit eum illæsum, modò per interventum confessoris sui Wunebaldi, ne adversitatibus frangeretur, custodiret illæsum.

C Præterea prædictus Abbas, & fratres sui, spe cœlestis gratiæ muniti, & clypeo divinæ protectionis armati, non propter ædificiorum laborem & impensam, non propter victus & vestitus penuriam, non propter grandinis percussionem, neque propter incendiorum vastationem à proposito constantiæ, & perseverantiæ, in omnibus, quæ eis in Deo agenda erant, cessaverunt: Sed omnem curam & sollicitudinem suam, in
Psal. 16. Deum, *qui salvat sperantes in se*, projicientes, corde & corpore in omni divino eloquio devotissimos se exbibuerunt. Et om-
D nis, quæ, Deo permittente, eis acciderant, peccatis suis imputantes, cum B. Job
Job, 2. exclamaverunt. *Si bona suscepimus de manu Domini, &c.* Factum est autem, ut Abbas gravi & immedicabili infirmitate tangeretur, adeò, ut super vires suas magis ex desiderii virtute, quàm ex corporis fortitudine, jugum impositæ sibi obedientiæ portaret, eò quòd in continua viscerum tortura, & in aliis gravibus, sed occultis infirmitatibus assiduè laboraret. Unde fratres sui paterno dolori zelo pietatis compatientes, contristati sunt valdè, & omnem humanitatem, & benignitatem, tanquam ipsi Christo diligendo, obsequendo ei impenderunt.

Hæc Adelbertus Abbas, qui primus post E
S. Wunebaldum dispensationem Heidenbeimensis cellæ, Eugenio Papa præcipiente, suscepit, currente stilo & bumili sermone conscripsit, ut posteritati notum fieret, quàm mirabiliter, quàm misericorditer, quàm rationabiliter, post tot annorum spatia, per Eugenium Papam ad statum primæ institutionis prædictam cellam Deus restituisset. *

* Hîc sine dubio finitur Relatio Adelberti; ut sequentia nihil sint nisi assumentum.

B. Wunebaldus, sicut conversationis ejus testatur bistoria, locum, qui Heidenbeim dicitur, in media Swalaveldia situm, tunc temporis saltuarium sylvestrémque nimiùm, primitus, ut ibi Monasterium faceret, investigat, investigatúmque à vicinis, quorum
F fundus ille erat, pretio redemit, emptúmque spinis, tribulis, vepribúsque purgavit, primúsque omnium bominum, juxta fontem, qui ibi exoritur, saluberrimum, jugisque aquæ, domicilium babitationis erexit. Ipse namque paucis admodum cum Monachis juvantibus, unà cum sorore sua sacratissima virgine Walpurga, suis manibus tribulos & spinas eruebat, vepres secabat, locúmque illum à tescuorum squalore emundabat, & monasterium, quod usque hodie ibi est, annisu auxilióque B. Bonifacii Moguntini Archiepiscopi, adminiculóque fratris sui
G Willibaldi, confessoris Christi, & Aureacensis Episcopi, illic construxit, monachósque ex una parte ejusdem monasterii congregavit; in alia verò parte sanctissimam virginem VValpurgam, sororem scilicet suam, cum sanctis Monialibus sibi subjectis, Deóque devotis collocavit. Ipse quoque à S. Bonifacio Archiepiscopo, à sanctóque VVillibaldo Episcopo S. Bonifacii Suffraganeo, illic in Abbatem est consecratus, patérque monasterii decem post consecrationem annis, magnis virtutibus claruit, monachósque unà cum sanctimonialibus sibi subjectis in certamine reguláque B. Benedicti plenissimè instruxit. Beato verò Wunebaldo de boc mundo ad cœlestem remunerationem evocato, monachisque illis, qui sub eo erant, illum ad eandem remunerationem partim sequentibus, partímque quasi oves sine pastore erranti-
H bus. B. Walpurgis ex consultu B. Bonifacii Archiepiscopi, sanctíque Willibaldi fratris sui consensu, hæreditarióque jure in loco eodem fratri suo, unà cum sanctimonialibus successit, totúmque locum illum cum omnibus utensilibus suis uni illi congregationi vendicavit, regulámque eandem, quam sub fratre suo priùs exercuerant, usque ad annum post obitum fratris sui sedecimum, religiosissimè excoluit. Cùm verò & ipsa ad sponsi sui Christi thalamum ex bujus exilii tenebris esset accersita, & virgines, quas bîc habuit prudentes, lampadibus cum ea intrás-

A intrâssent ad nuptias : * Gerhobus Episcopus, qui tunc Aureacensi cathedra subnixus erat, qui etiam, ùt dicitur, S. VVillibaldi filiaster erat, oblitus religionis, quam S. VVunebaldus, unà cum sorore sua S. VValpurga, ex consensu præceptóque S. VVillibaldi fratris sui Episcopi, sanctissimè iochoaverant, canonicos in eodem loco constituit, & enrum necessitati, pro qualitate abuodantiæ illius monasterii, & ùt ratio dictavit, providit. Religio ergo à sanctis illis sanctissimè inchoata paulatim evanescere cœpit, abbatiáque in præposituram conversa, venalis babebatur; patrimooia pauperum ad pretia constituta sunt. Præpositura namque ad pensam libræ vendebatur, quæ vix pro XL. talentis emebatur; præbeodáque pro quatuor vel tribus talentis B comparabatur. Cœpit ergo simonia illius claustri dispeosare rem publicam, successítque simoniæ in adjutorium, ubi mioùs valebat, violentia & supplaotatio. Unde factum est, ut vilissimo cuique præposituræ pateret dignitas, eo modo, ut, si quis ad emeodam præposituram pecuniam noo haberet, conto eam vel gladio extorqueret, injustáque supplantatione eam sibi vendicaret.

* Gerochus.

C Decania quoque, in qua rigor correctionis esse deberet, cuiquam levissimo timidissimóque tradebatur, oe liberam corrigeodi cæteros baberet vocem. Ea propter innumerabiles excessus ille locus frequenter sustinuit, fuerúntque in illo loco dissensiones, iræ, rixæ, blasphemiæ, opprobria, direptiones, cateráque inoumerabilia iocommoda, sanctæque conversationi adversantia. Hæc quoque tot animarum pericula à tempore Pipioi Imperatoris usque ad tempora Lotharii Imperatoris, cui Cunradus Rex successit in Regno, duraverant, locum illum penitus destruxerant, hæreditariáque præsumptiooe canonici illi locum illum devastaverant, & ad Dei vindictam punitionémque conversationum illorum se invicem accusantium, antiqua religio omnino aonihilata est. Nec aliquis præcedentium Episcoporum præsumptionem banc sedare potuit, dooec Gebehardus, qui post redditam Ecclesiarum electionis libertatem, primus ad Aureacensem Ecclesiam gubernandam electus est, præsumptionem illam zeD lo justitiæ æmulari cœpit. Hic ergo cùm vidisset, quòd oulla alia ratione loci illius defectui subvenire posset, Deo admonente, cœpit de reformanda antiquitus ibi habita religiooe cogitare, consultis Ecclesiarum primatibus Adelberto Moguntino Archiepiscopo, Metropolitano scilicet suo, Kunrado Salzburgensi Archiepiscopo, atque Ottooe sanctissimo Babbergensi Episcopo, cæterísque Ecclesiarum Rectoribus, earúmque consilio prudenter & literis Præposituram, Decaniam, atque præbendas devastati illius loci, aliquantisper temporis permisit vacare, possessoribus eorum de medio E ablatis usque ad X. Canonicos. quorum nomina sunt Helisæus, Ezzo, Fridericus, Megenvvardus, Cunradus, Arnolfus, Gebhardus, Hermanus, Cunradus. Qui omnes, dubium, ao divina iospiratione instigati, an voluntaria animi commotione compulsi, ad majorem forsitan animarum suarum perniciem, velut nunc apparet, ad vastiorem ejusdem loci desolationem, unanimiter consilium iniêrunt, ut locum illum jam diu desolatum, antiquæ religioni redderent, suæque procurationis dispensatiooem, clementiæ Domini sui Gebehardi Episcopi committerent, veniámque ab eo excessuum, quos illi exercuerant, promererentur, Kuoradum quoque Sacerdotum unum ex eis, ad confirmandum coosilium suum, votúmque perficiendum, ad eundem Episcopum Gebehardum io testimonium consilii sui transmiserunt. Quem, ùt F moris sui fuit, beoignissimè suscepit, super bac legatione clementiam Dei magnificat. Ne quid tameo irrationabile inciperet, & sine Ecclesiastica auctoritate perficeret, Dominum Apostolicum Eugenium soper hujus negotii qualitate consuluit, qui tuoc Rhemis, quæ est Metropolis Galliæ, synodum celebravit; Metropolitanum quoque suum, Heioricum scilicet Moguntinæ Ecclesiæ Sedis Archiepiscopum, qui & bodie est, consuluisset. Apostolicus verò votum laudabile approbavit, & ad boc corroborandum perficiendúmque, viros sanctitatis testimonio probatissimos, Adam scilicet Abbatem Ebracensem, Ratisbonensem, & Hermannum similiter Augusteosem Scholasticum io testimonium suæ approbationis, unà cum Episcopo nostro, usque ad nos transmisit, eisque dispensationis potestatem super hoc negotio tradidit.

Decimus ubi?

G Episcopus igitur Gebhardus, sua Apostolicáque auctoritate parochias, quas tunc vacantes babuit, uoà cum beneficiis quibusdam Heidenbejmensis Ecclesiæ prænominatis fratribus benigoissimè distribuit, & locum illum sine querela & absque murmuratione ad majorem, quàm tunc ibi fuerat, religionem excolendam, liberavit, solo tantùm Megenvvardo Diacono illic remanente, qui sententiam voti sui, amicorum suorum minis cogentibus mutavit. Arnolfus qooH que Presbyter duas Ecclesias, quas io recompensationem suæ Canoniæ recepit, immemor voti sui, Episcopo ad perficieodum sua revocare studuisset, ægritudine mortis diu detentus, tandem de medio, prob dolor, ablatus est. Illi ergo qualitercunque revocati, reliquísque confratribus suis, irrevocatis & incoosulós, eundem locum cootra Apostolicæ auctoritatis coofirmationem ceperunt. Qui etiam beneficium ab Episcopo meo Gebehardo in recompensationem

A tionem præbendæ meæ, mihi liberè concessum, Apostolica hoc clementia dispensante, contra jus caritatis justitiæque privilegium, contráque Apostolicam auctoritatem sibi usurpaverunt, Episcopo nostro Burchardo non solùm illud non prohibente, sed omnibus modis illis ad hoc favente. Hujus necessitatis causa Apostolicam appello audientiam, præsidiúmque Apostolorum Petri & Pauli, eorúmque successoris Eugenii Papæ, qui & in præsenti est, requiro, illisque illuc vocatis diem terminúmque mihi respondendi festum S. Lucæ Evangelistæ constituo. Ex hac quoque die me, & omnia mea in tutelam Domini quoque committo. *

* Finis Relationis Adelberti Abbatis Heidenheimensis.

Si S. Wunibaldus aut Adelbertus hodie Heidenheimium veniret, forsan Psalmum illum Davidis lugubriter decantarent. *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam, &c.* Hæc tamen desolationis sors Heidenheimio cum plurimis aliis Monasteriis communis est; quibus ab hæresi idem accidit, quod olim civitati Hierosolymitanæ à Babyloniis, ut proinde hæc tempora nostra sacris domiciliis tam infesta, æquè egeant aliquo Hieremia, qui threnos pangat, ac prisca illa. C



B

CAPUT VIII.

De sancto Deocharo.

TRithemius lib. 3. de viris Illustribus Ordinis S. Benedicti cap. 234. *Deocarus Monachus & Abbas Heidenheimensis, in Diœcesi Eystettensi, vir valde venerabilis, scientia scripturarum, & religione Monastica conversationis, insignis, multis effulsit virtutibus. Ejus festum VII. Idus Junii agitur, sacra autem Reliquia ejus Norinberga habentur.*

Ubi tamen corrigendus est Trithemius, nam *Deocarus*, Germanis, Gottlieb, Græcis, *Theophilus*, non fuit Abbas Heidenheimensis, sed Hasenrietanus, seu Hernriedensis; initio enim Monasterium erat, conditum à Carolo Magno, cujus primus Abbas, Deocharus. Postea vertit in Canonicorum D

A eorum collegium, prout etiam bodie manet. Erat autem locus, ubi nunc Hernrieda, vastus & desertus, cùm à S. Deocaro incoli cœptus est; in cujus gratiam Carolus Magnus exiguam ædiculam Deiparæ Virgini consecratam, extruxit; quæ in magna religione & veneratione fuit usque ad avorum vel proavorum nostrorum memoriam; nam anno salutis M. CCCC. XC. in Vigilia SS. Apostolorum Petri & Pauli incendio periit cum potiore civitatis parte.

B Supradictæ Ædiculæ, (vel Oratorio, vel Capellæ) adjecit postea Carolus Magnus insigne Monasterium Ordinis D. Benedicti, cujus primus Abbas, S. Deocarus; sed non diu post, nempe, sub Erchenbaldo, Episcopo Eystettensi VIII. Monachis subrogati sunt Canonici. Nec oppidum Hernrieden alicui alteri sua incunabula debet, quàm Monasterio S. Deocari, ejus enim occasione (quod & alibi sæpius factum novimus) varii ibidem domicilia fixerunt, & terram incultam excolere cœperunt, tanto studio & conatu, ut vel invitam mitescere cogerent. Quo anno Domini Deocarus res mortales reliquerit ad cœlestem beatitudinem translatus, mihi non liquet. Certum est, sanctitatem viri post mortem variis miraculis à Deo declaratam & illustratam esse.

C Anno salutis M. CCC. XVI. elevatum est sacrum corpus S. Deocari, præsente Ludovico IV. Imp. Bavaro, & Philippo XXXIX. Episcopo Eystettensi, repositúmque in sarcophago lapideo, portione de sacris Reliquiis Ludovico Imperatori data, qui ea Norimbergensium Templum Laurentianum cohonestavit, in cujus altari duodecim Apostolis consecrato religiosè asservata est. Anno Christi M. CCCC. XVI. vel, ùt est in alio exemplari M. CCCC. VI. translatum est hoc altare cum Reliquiis S. Deocari ad novum sacellum, in honorem S. Deochari dedicatum, quod vulgus quoque S. Gottliebs Capell nominat.

Anno Domini M. CCCC. LXXXII. ipso Paschatis festo, præsentibus Wilhelmo Episcopo Eystettensi, nonnullisque Canonicis tam Eystettensibus, quàm Hernriedensibus, apertus est lapideus ille, de quo suprà, sarcophagus; in quo reperta sunt sacra ossa Deochari, viridi eóque serico panno involuta, non sine gratissimi odoris fragrantia, quæ ex veteri conditorio exempta Wilhelmus Episcopus in novum abs se procuratum transtulit.

D Porro tam Hernriedæ, quàm Norimbergæ Deus varia miracula beatis hisce lipsanis intervenientibus, edidit; nam & cæcis visus, claudísque gressus restitutus est: fugati omnis generis morbi, etiam Epilepsia. Fœdus strumæ tumor depulsus. Vita reddita jam ad mortis limina admotis: In

E præceps delapsi quidam absque noxa, invocato S. Deocari subsidio. Denique multa alia beneficia ad sacros hos cineres mortalibus accurrentibus divinitùs concessa sunt: quorum catalogum vernaculo idiomate conscriptum vidi in Monasterio Rebdorffensi propè Eystadium, monstrante admodùm Reverendo Patre ac Domino, *Leonardo Crausio*, cœnobii illius Priore vigilantissimo. Quid autem Reliquiis istis factum sit, postquam Lutherus Norimbergam occupavit, mihi incompertum est. Altera & potior pars Hernriedæ adhuc reverenter custoditur & colitur. Nec plura de S. Deocaro indagare potui.

CAPUT IX.

De S. Sebaldo, Norimbergensium D. Tutelari.

F SAncto Deocaro adjungere visum est S. Sebaldum, quia ùt locis vicini, ita annis non fuêre adeò dissiti. Deo quo ex Schedelio Ætate VI. Centuriatores Cent. 8. cap. 10. (admixtis tamen conviciis, quæ in Schedelio non legerant, sed ex amarulenta mente sua deprompserant.) *Sebaldus Regis Daciæ filius Parisiis operam literis dedit: ac noctu cùm deberet cum sponsa dormire, aufugit, si credere fas est.* Difficile creditu hoc Prædicantibus accidit; quis enim ex illorum numero lectum genialem bene instructum, jam jámque inscendendum fugitaret? Quis sponsâ relictâ, solitudinem vel Monasterium peteret, cùm amor sponsarum, vel potiùs meretricum, præcipuos quinti Evangelii tibicines ex Monasteriis abstraxerit, & ad Neæras Cynthiásque quærendas sibíque copulandas adduxerit.

G Addunt Centuriatores. *Et in eremo annos quindecim exegit. Inde Romam superstitionis* (non superstitionis sed religionis) *ergo venit; & à Gregorio II. ad Germanos ablegatus est, ut iis prædicaret Pontificias superstitiones* (Iterum labitur vester calamus, ô Centuriatores: non missus est prædicare *superstitiones*, sed veram in Christum Redemptorem nostrum, fidem; quam aut Noricis tradidit, aut Norici usque ad Lutherum veri Christiani non fuerunt; cùm certum sit, Norimbergæ finitimísque locis aliam fidem non fuisse cultam & publicè receptam, nisi illam, quæ à S. Sebaldo tradita fuerat.

H Iterum audiamus Centuriarum opifices. *Ad Longobardos ergo accessit, & postea Ratisbonam, ac postremò prope Norimbergam in solitudine vixit. Doctrina & miraculis claruit* (gratiæ Centuriatoribus pro hac confessione) *quibus in eremo fortè arboribus & feris profuit, ad homines enim solitarius rarò venit.* At alii ad solitarios accurrebant, & quidem turmatim, quibus exemplo sanctæ & asperæ suæ vitæ, miraculísque & salutaribus horta-

A mentis plurimùm proderat. Exempla hujusmodi accursus ad Eremicolas, si petis, ea tibi *Philotheus*, seu *historia Religiosa* Theodoreti suppeditabit; ùt & alia monumenta, quæ libro, quem *vitas Patrum* appellamus, inserta sunt. Illi verò Anachoretæ, qui à consortio mortalium penitus sese removerunt, haud quaquam pro inutilibus terræ ponderibus reputandi sunt, quia humano generi orationibus suis ad Deum jugiter profusis, multò maxima emolumenta afferunt; ùt ipse etiam S. Augustinus in libro de Ecclesiæ Catholicæ moribus agnovit, palámque prædicavit.

B Nunc dicite Centuriones, quæ dicenda restant. *Tandem Norimbergæ in Oratorio fratrum Martino dedicato* (scelus infandum contra leges Isaurici & Copronymi commissum esset, si sancti prænomine S. Martinum honorâssetis) *quem boves indomiti ad locum sepulturæ duxerunt. Postea crescente superstitione* (pectus vestrum superstitionibus plenum esse oportet, alioqui toties non eructaretis superstitiones (*Pontifex Martinus V. eum in Divorum numerum retulit, & festum diem per universum orbem terrarum XIV. Septembris in honorem ejus celebrari jussit.* Sed Centuriatores scribere debebant XIV. Kalend. Septembris, qui est dies XIX. Augusti: quo die memoria & depositio S. Sebaldi apud Norimbergam consignatur.

C Sed jam reddamus ex ipsis Chronicis de S. Sebaldo verba pura, nullóque criminationum hæreticorum cœno maculata: nam verbis Chronicorum & addiderunt Centuriatores, nimirum sua maledicta; & detraxerunt, nempe encomia, quæ Auctor ille plena manu in S. Sebaldum congerit. Audi jam Chronicon.

D *Sebaldus Confessor dignissimus ac sanctissimus, hac tempestate (ùt quidam ferunt) doctrina ac sanctitate in Germania floruit. Is ex nobilissimis ortus Parentibus, Regis Daciæ filius ac regina castissima; qui votis & precibus à Deo hanc sobolem impetrârunt. Ab ineunte ætate disciplinis & literis traditur, pro adipiscendis liberalibus artibus in adolescentia Parisios petiit. Cùm eruditissimus evasisset, virgo pulcherrima de familia Regum Francorum matrimonio ei juncta fuit. Verùm spretis mundialibus pompis, relicto Regno sponsam elegantissimam nocte deseruit; in longinquas regiones ac heremum secessit. Ubi cùm annis XV. sanctissimè vixisset, inde devotionis gratia Romam perveniens, à Gregorio II. summo Pontifice ad Germanos prædicationis gratia directus Willibaldum & Wunibaldum fratres itineris comites habuit. Et primò apud Longobardos, deinde Ratisponæ doctrina, virtutibus ac miraculis claruit. Postremò apud Nurembergam in solitudine nemorum religiosissimam ac perfectissimam vitam usque in finem exegit. Ubi præter doctrinam populo exhibitam miraculorum gloria nominatissimus evasit. Tandem plenus dierum ad oratorium fratrum S. Martino dicatum Nuremberga (ubi modò cœnobium ordinis D.* E *Benedicti ad sanctum Egidium nuncupatum) pervenit, infirmitate ac senio correptus sanctissimè migravit ad Dominum. Cujus sanctum corpus ab indomitis bobus ad locum sepulturæ ductum, ubi insignis Basilica in ejus nomine extructa est. Quem postmodum summi Pontifices propter crebra miracula in Sanctorum confessorum numerum aggregaverunt, præcipuè Martinus V. Papa. Ejus festum per universum orbem XIV. Kal. Septembr. celebrari jussit. Quamobrem apud Nurembergenses summo honore quotannis colitur; cùm Nuremberga præclara urbs meritis hujus dignissimi patroni augmentum in omni honore & gloria ubertim sensit.*

F De confluxu populi ad S. Sebaldi memoriam & sepulchrum, hæc Trithemius in Chronico Hirsaugiensi ad annum Christi M.LXXIII. *Clara & celebris valde his temporibus per Germanias & Gallias erat memoria S. Sebaldi in Nurenberg, & S. Heimeradi in Hasungea* (Monasterio Ordinis D. Benedicti in Turingia) *& magno populorum concursu quotidie frequentabantur propter opitulationes, quæ divinitus illic languentibus sæpenumero conferebantur.*

G Sepulchrum S. Sebaldi carmine non ineleganti descripsit Eobanus Hessus in sua Norimberga, licèt jam tum Lutherani Evangelii afflatu penitus inflatus esset. Sic autem canit.

*Extat * in hoc Templo monumentum insigne Sebaldi.* *D Petri, seu S. Sebaldi.
Quem divum pars magna vocant, hic primus ab orbe
Externo veniens, fertur loca nostra colentes
Christicolam docuisse fidem, pro cujus honore
Officii meritique piis his cultibus illum
Affecit pia cura patrum, testata salutem
Hoc primùm doctore sibique suisque paratam.
Atque ideo hoc illi posuère insigne sepulchrum
Officii memores, quo non præstantius ullum
H *Sive manu, sive ingenio, sive arte magistra*
Contendisse libet, totum est ex ære nitenti
Artificis cœlata manu, pulcherrima moles
Natura variis operum, forma omnis ab imo
Surgit epistyliis fracta excrescentibus inter
Serpentum species operosa toreumata florum.
In summa coit, & pulchri fastigia tecti
Contrahit, ipsa etiam variis cœlata figuris.
Non angusta tamen, ne vertex summus acutam
Pyramidem faciat, quanquam tres Pyramidales
Adsimilet conos; circum capitella columnis
Addita sunt, spiræq; breves, torulique rotundi,
Atque abaci teretes, quibus aut simulachra Deorum,
Aut hominum insistunt, videas colludere fictas
Arte puellarum effigies, sempérque novatos
Formarum vultus, colubros adrepere, nudas
Stare puellarum species tenus ilia, donec
In caudas abeant media plus parte draconum.

Quid

A *Quid statuas alias memorem matrúmque virorúmque*
Has nudas, illas armis & vestibus aptas?
Quid tot quadrupedum formas? tot sculpta Leonum
Corpora? nudorum infantum quid mille figuras?
Musa nec ulla queat tanto satis esse labori,
Nec verbis æquare opus immortale futurum,
Quod neque Praxiteles, nec Myron, nec Polycletus,
Nemo Cares, nemo Scopas reprehendere possit.
Quanquam fama illos sculpendi nobilis artis
Commendat, nostros melior pervenit in annos
Gloria. Sicut enim fugit ignorantior ætas,
Et rudis illa prior, sic nos crescentibus annis
Crescere, & inventis meliores addere rebus
Par fuit, & veterum vinci feliciter artes.

B Extructum est hoc tam magnificum D. Sebaldi monumentum anno salutis M. D. XIX. constitit 157. centenariis, & 29. libris Orichalci, quolibet centenario 20. florenis comparato, ùt annotatur in manuscripto quodam urbis Norimbergensis Chronico.

Audiamus quoque Musam Conradi Celtis, qui primus ex Germanis Imperatoriis manibus laurea Apollinari donatus atque coronatus est.

CONRADI CELTIS
HYMNUS SAPPHICUS IN VITAM S. SEBALDI.

C *REgiæ stirpis soboles Sebalde,*
Norica multum veneratus urbe,
Da tuam nobis memorare sanctam
Carmine vitam.

Te sacris votis generant parentes,
Cùm diu lecto sterili vacassent,
*Téque suscepto * fluere castam*
Ducere vitam.

* Studuère,

Natus his sanctis puer ergo votis
Galliæ claram properas in urbem,
Artibus sacris animúmque cultis
Moribus ornans.

Hauseras sanctas ubi mente leges
Patriam Doctor rediens in aulam
D *Regiam, quærunt tibi mox venustam*
Jungere sponsam.

Ut dies lætis fuerat peracta
Nuptiis, virgo pudibunda vultu
Ducitur celso tibi copulanda
Candida lecto.

Cúmque jam clausum fuerat cubile,
Et quies cunctis foret alta rebus,
Tu tua sponsæ loqueris pudicæ
Talia verba.

Nata de magno mea sponsa Rege,
Non tuum castum violabo corpus,
Si placet mecum pia vota casta
Jungere vita.

Annuit virgo tenero pudore,
Et Deo magnas dedit ore grates,
Integram servans generosa casto E
Corpore vitam.

Ipse mox celsam genitoris aulam
Spiritus sancti monitu relinquens,
Horridas silvas, heremúmque vastis
Saltibus intras.

Et per excesa cava saxa rupis
Stratus orabas manibus supinis,
Fervidum solem, boream, nivésque
Passus & imbres.

Et feras inter medius quiescens,
Sæpe montanis satiatus herbis,
Hauseras puram liquidis fluentem F
Fontibus undam.

His ubi corpus dapibus foveres,
Mentis in puram tenuatus auram
Sæpe divinos nitido videbas
Pectore vultus.

Sic tribus lustris tacito peractis,
Inde Romanam properas ad urbem,
Qua Dei verbum monuit per urbem
Spargere pastor.

Ipse mandatum recipis paternum,
Et vagus terras varias pererras,
Donec immensum peregrè venires
Lætus ad Histrum.

Hic ubi cymbis tumidus careret,
Præbuit tutam pater alme navem
Pallium: quo tunc fueras pudico
Corpore tectus.

Móxque per vastas nemoris latebras
Noricam lætus veniens in urbem, G
Hanc docens sacro monitu profanos
Linquere cultus.

Et Deum celso residere cælo
Prædicas: pœnas vitiis daturum,
Quique virtuti tribuat beatæ
Præmia vitæ.

Ille de casta genitrice natus,
Corporis mortem tulerat cruentam,
Tertio Phœbo rediens sepultis
Victor ab oris

Approbas multis tua verba signis
Scripta quæ libro reperi fideli,
Nec minùs claris hodie coruscas
Inclyte signis

Cúmque jam longo fueras labore
Fessus, & sedes meritus beatas, H
Te senem nostras Deus imperabat
Linquere terras.

Spiritus sanctos ubi liquit artus,
Mox boves corpus tulerant agrestes,
Qua tuas sanctas modo personamus
Carmine laudes.

Ergo jam cælo meritò locatus
Hanc velis urbem mediis arenis
Conditam, sanctis precibus juvare
Sedulus orans.

Terra fecundo madeat liquore,
Et salutares habeat calores,
Spiceam gestans Cereris coronam
Fœnore multo.

Spumet & plenis rubicundus uvis
Bacchus, & frontes tetricas relaxet,

A *Et pecus latis numerosa carpat*
Pascua pratis.
Prosperos servent radiosa cursus
Astra: nec morbos subitos minentur,
Páxque per nostras maneat perenni
Tempore terras.
Fata Germanis faveant triumphis,
Dum petit Turcos gladiis cruentis,
Principis nostri juvenile robur
Maximiliani.
Hinc ubi nostras animas solutis
Corporum vinclis Deus evocabit,
Confer, ut tecum capiamus alta
Gaudia cæli.
Hac ubi nobis, pater, impetrabis,
Ante supremi faciem tonantis,
Hic tuas semper cumulemus aras
Ture benigno.

B Sequentia seu prosa de S. Willibaldo. Ex Missali Eystettensi.

FUlget dies præclarus, cunctis memorandus sæ-
Mansura quo sanctus sui laboris præmia (culis.
Willibaldus intrat aula cælestis municeps.(poris.
Nam Regum Rex Christus tetra luce hodierna cor-
Eductum de claustris, supernis associavit civibus.
Laboribus plurimis quamvis esset affectus nimium.
Pro nihilo hos habuit: bonorum futurorum conscius.
Hunc Anglia natum; Angelis attitulat.
Hic Spiritu sancto afflatus, dum vigeret in cunabu-
Renuncians pompis omnibus diaboli, (lis: hostiam,
Et celibem vitam ducturus: se Domino velut agniculum immolat.
C *Transcursâ infantiâ cum tribulibus, mox se eripuit patriâ*
Nunc Romam: & hiero circum plurima loca inviserat: solimam.
Hic rura postquam peragrat transmarina; qua factus homo JESUS Christus carnalibus ipse obambulat pedibus.
Prospexit tandem Dominus peregrinum talem pluribus profuturum: nos proprias illi commisit oviculas.
Has vigil & bonus pastor uberrimis pavit, & satiavit pascuis.
Et florida poli regna securus scandit: virtutum insignia suis distribuens.
Ortu illius ô Christe à peccaminum monstris nos tueri velis.

D De S. Willibaldo Hymnus. Ex Breviario Eystettensi.

MAre, fons, ostium, atque terrarum Deus tu omnium caput bonorum, à te bona fluunt, ad te recurrunt.
Longè ab insulis pars bona maris ad fontem redit, téque requirit JESUM viventium fontem aquarum.
Maris fons est Deus, pars WILLIBALDUS, *qui procul patriis currens ab oris cervi more suum tendit ad haustum.*
Anglorum insula felix alumne nos prece sedula dignos fac aqua, quam quisquis biberit, sitim post nescit. E
Mundos baptismate fraudes iniqua semper inficiunt maléque mergunt per stagnum criminis in pœnam mortis.
Sed tuis precibus omnes rogamus, de sæva eripi noxa charybdis, tangentes lachrymis portum salutis.
Laus tibi Trinitas, laus & potestas, te laudant flumina, cæli ac terra, à mari ad mare laus sit hac die, Amen.

De S. Walpurga Hymnus. F

AVe flos virginum soror magnorum fratrum Willibaldi & Wunebaldi, ave virgineè sponsa decoris.
Inter innumeros, quos misit sanctos, te latam genuit, latámque misit florem angelicum Anglia mater.
Te mater Domini, mater & virgo choreis virginum virginem junxit, filióque suo sponsam dicavit.
Ingressa thalamum Regis cælorum, audis angelicum carmen jucundum intra virgo tui gaudium sponsi.
Laus tibi Trinitas, laus & potestas, te laudant virgines quinque prudentes, tu ora pro nobis virgo Walpurgis, Amen.

CAPUT X.

De B. Virgine Stilla.

MAriæburgi, quod est Monasterium Virginum in diœcesi Eystettensi, G
prope Abenbergam civitatem, colitur sanctitatis opinione celebris Virgo nomine *Stilla*; à *Silentio* utique quasi *Silentiaria*. Sige, Græcis. Ejusdem originis est inter Alemannica mulierum vocabula *Stillina* & *Stillimuot*. Dicitur fuisse Proneptis Babonis Abenspergensis in Bavaria Comitis, cui sors admiranda triginta duos filios concessit, & ita quidem, ut omnes simul superstites videret; quorum unus Wolframus, quem S. Henricus Imp. Abenbergensi Comitatu in Norico donâsse fertur; qui uxore ducta genuit tres filios, Othonem, Wolfframum & Conradum. Wolfframus II. Zelchum Comitem filium habuit. Ex Zelcho prognati sunt duo filii Conradus & Rapoto, & unica filia *Stilla*, qui duo cum S. Othone Bambergensi Episcopo fundârunt celeberrimum illud Monasterium Ordinis Cisterciensis, quod *Fontem Salutis*, Germanicè Heilsbrunnum nominant, inter Norimbergam & Anspachium; quod factum est anno M. C. XXXII.

Sed Stillæ semper mens erat ædificare H
Templum vel Monasterium, vel utrumque, in monte Arci paternæ vicino. Et Templum quidem perfecit, cætera ne perficeret, mors intercessit: cúmque suos ducere tentarent Heilsbrunnum, ubi fratres requiescebant,

A ſcebant, nulla ratione id loco moveri potuit. Junctis ergo currui equis; liberos abire ſiverunt, ſine ullo auriga aut rectore. At illi ſacrum onus ultro deportârunt ad Templum, quod ipſa exſtruxerat, & in quo tumbam ſibi elegerat, nec ſine cœleſti approbatione; nam cùm quadam die B. Stilla ex Arce paterna chirothecam ſuam dejeciſſet, hoc adjuncto: Ibi ſepeliar, ubi hæc chirotheca inventa fuerit; non alibi, quàm in templo abs ſe condito, reperta eſt, & eo quidem loco, quem pro ſepulchro occupat. Stetit Templum ſolum usque ad annum Chriſti M. CCC. LXXXII. quo tempore Wilhelmus Epiſcopus Eyſtettenſis Cœnobium ſanctimonialium adjicere cœpit accitis virginibus ex Mariæ Lapide juxta Eyſtadium, quæ religioſæ vitæ fundamenta ponerent; quod Monaſterium poſtea & frequentia & pietate admodum floruit, ita ut præcipui patricii Norimbergenſes huc ſuas filias Deo ſervituras miſſitarent.

B Porro ad tumulum S. Stillæ ſtatim, quamvis nondum excitato Monaſterio, concurſus fieri cœpit à vicinis Norimbergenſibus, Weiſſenburgenſibus, Anſpachenſibus, & ab aliis, qui beneficia meritis B. Stillæ impetrata, teſtabantur donariis, votivisque tabellis, prout olim quoque ad ſepulchra Martyrum fieri conſuevit. Cujus conſuetudinis locuples teſtis eſt Theodoretus, qui Sermone VIII. de Curandis Græcanicis affectionibus ita ſcribit. *Piè verò fideliterque precatos ea maximè conſequi, quæ deſiderant, teſtantur illa, quæ votorum rei dona perſolvunt: manifeſta nimirum adepta ſanitatis indicia: nam alii quidem oculorum, alii verò pedum, alii porrò manuum ſimulacra ſuſpendunt, ex argento, auróve contexta, gratiſſimè namque accipit eorum Dominus qualiacunque ſint dona, nec exigua, nec vilia dedignatur, quippe qui ea pro ferentis facultate metitur. Hæc itaque omnibus ſpectaculo exporrecta, teſtantur morborum depulſionem,* C *cujus ipſa certiſſima ſigna ſunt à ſanitatem conſecutis allata.* Hæc Theodoretus, quorum ſimilia olim ad ſepulcbrum S. Stillæ videre licuit, imò & hodie licet: neque enim cœleſtis illius benignitatis fons exaruit. Vidi & legi Germanicè conſcripta quinquaginta quinque manifeſta ſanè & evidentia miracula B. Stillæ ſuffragatione perpetrata; nam cæcis viſus eſt redditus, claudis inceſſus, ſurdis auditus, peſtilentia depulſa, capitis dolores ſedati, ſemimortui à limine mortis revocati; & plura alia ſupra naturæ vires geſta, quæ inſignem hanc Abenbergenſem Comitiſſam Chriſto ſponſo ſuo chariſſimam & gratiſſimam eſſe, perſpicuè oſtendunt.

Miraculorum multitudine & magnitudine permotus Gundackarus II. hoc nomi- D ne Epiſcopus Eyſtettenſis Altare in memoriam B. Stillæ erexiſſe fertur. Sed ratio temporis obſtat; nam Gundackarus diem ſupremum obiit anno Chriſti M. LXXV. quo anno B. Stilla fortè nondum nata, certè necdum nota erat. Alius ergo hujus altaris conditor quærendus erit. Nec plura dicenda ſuppetunt de B. Stilla.

Cui jungenda videtur matrona in Reb- E dorffenſi Monaſterio rumulata nomine *Agnes Ayſlingerina*, cui mirifica viſa cœlitus oblata, & arcana non pauca divinitùs patefacta ſunt, prout qui volet, legere poterit in *Orationali* F. Hieronymi de Villa vitis Ordinis ſancti Auguſtini Hagenoviæ olim excuſo. Exceſſit ex rebus humanis anno Salvatoris M. D. IV. Hactenus de Divis Eyſtettenſibus collectanea; ita nomino, nam quæ hoc ſecundo libro attulimus, ea pleraque ex variis monumentis collecta & decerpta ſunt.

FINIS LIBRI SECUNDI.

HISTORICUS
CATALOGUS
OMNIUM
EPISCOPORUM
EYSTETTENSIUM

Usque ad hodiernum

REVERENDISSIMUM

PRÆSULEM & ILLUSTRISSIMUM PRINCIPEM

DOMINUM

JOANNEM
CHRISTOPHORUM

A

WESTERSTETTEN, &c.

Auctore & Collectore

JACOBO GRETSERO
SOCIETATIS JESU.

PROVERB. XXII.

Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Bonam operam navavit Caſpar Bruſchius Ægranus, tametſi jam quinti Evangelii genio afflatus; cùm catalogos Epiſcopatuum, & qui eos adminiſtrârunt, Epiſcoporum collegit, collectóſque in lucem dedit, cujus veſtigia alii poſtea ſecuti accuratiùs quarundam Diœceſeon & præſulum Indices texuerunt; ùt Serarius Moguntinenſium, Guillimannus Argentinenſium, Marcus Velſerus paulò ante mortem ſuam Auguſtanorum, & Wiguleius Hundius eorum, qui Metropoli Salisburgenſi ſubjiciuntur. Fit hoc non ſine publico fructu; nam ex perpetua ſerie Epiſcoporum, etiam illorum, qui particulares Eccleſias gubernârunt, ineluctabile argumentum ſumitur contra hodiernos Novatores, qui ſibi mirificè blandiuntur quaſi doctrinam, quam profitentur, à Chriſto Domino, & ab ipſius Apoſtolis acceperint. Quare ſi vel novitatis titulo, vel Lutheri, Calvini, aut Zvvinglii nominibus premantur; mox ad Apoſtolicum ævum confugiunt; & in illud, velut in aſylum, ſe abdunt.

Sed extrahendi ſunt, & quidem eo modo, quem Tertullianus *libell. de præſcript.* adverſus hæreticos præſcripſit. *Si quæ hæreſes*, inquit, *audent interſerere ſe ætati Apoſtolicæ, &c. poſſumus dicere: edant ergo origines Eccleſiarum ſuarum: evolvant ordinem Epiſcoporum ſuorum ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, ut primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeveraverint, habuerit auctorem & anteceſſorem. Hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt, ſicut Smyrnæorum Eccleſia habens Polycarpum à Joanne collocatum refert, ſicut Romanorum Clementem, à Petro ordinatum edit: proinde utique & cæteræ exhibent, quos ab Apoſtolis in Epiſcopatum conſtitutos, Apoſtolici ſeminis traduces habeant. Confingant tale aliquid hæretici*, hoc eſt, catalogos ſuorum Epiſcoporum, origine ab Apoſtolis ſumpta, conficiant, ſi poſſunt; at non poſſunt, ſive ab Apoſtolis ad hæc noſtra tempora deſcendendum ſit, ſive ab his noſtris temporibus aſcendendum ad Apoſtolos. At nos poſſumus, & quod poſſumus, reipſa præſtamus, contextis Epiſcoporum indicibus à S. Petro uſque ad Paulum V. qui hodie cathedram S. Petri tenet; ita, *ut totus ille Epiſcoporum ordo ad originem reverſus, ſtet in Apoſtolum*, ùt loquitur Tertullianus: & quamvis hoc fieri nequeat, iis in Epiſcopatibus, qui diu poſt Apoſtolorum ætatem inſtituti ſunt, ſeries tamen illa Præſulum ſemper terminabitur in Apoſtolicum virum; qui ab Apoſtolica ſede Romana *mediatè* vel *immediatè* miſſus & conſtitutus fuerit.

Exemplum adduco hunc ipſum indicem Epiſcoporum Eyſtettenſium; nam ſi ab hodierno Rever.mo & Illuſtr.mo Præſule *Joanne Chriſtophoro* ad originem uſque aſcendere velis, invenies in capite S. Willibaldum, qui primus Eccleſiæ hujus paſtor fuit: poſt hunc ſi alium Eccleſiæ Eyſtettenſis Antiſtitem quæras, nullum invenies, quia S. Willibaldus primus fuit: at ſi quæras, à quo S. Willibaldus conſtitutus,

tus, & ordinatus fuerit, & cum quo communionem fidei & doctrinæ habuerit, statim occurret Zacharias Pontifex, cujus auctoritate & approbatione S. Bonifacius Willibaldum Eystettensibus Episcopum dedit. Cum quo autem Zacharias in fide & doctrina communicavit? Utique cum Gregorio III. Hic, cum Gregorio II. Iste cum suo antecessore, & hic iterum cum suo, & sic perpetuo tenore usque ad S. Petrum, eadem fide & doctrina semper perseverante, & à superioribus ad posteriores descendente, à sancto scilicet Petro per successorum ordinem ad sanctum Willibaldum, & à sancto Willibaldo ad ejusdem throni & infulæ hæredes; nam si quis diceret; discessum esse à doctrina sancti Willibaldi; ostendat, quæso, quando, & à quo discessum fuerit. Numerat sanctus Willibaldus quinquaginta octo successores. Quisnam ex his omnibus, spreta doctrina à S. Willibaldo accepta, aliam introduxit? Edatur nomen ejus. En omnium nomina oculis subjecta habes. Quis vel qui doctrinam mutârunt? Quis expulsa illa, quam S. Willibaldus tradiderat, eam, quæ hodie Eystadii docetur, substituit? Si nullum nominare potes; habebimus igitur illam, quæ hoc ævo in Eystettensi Diœcesi viget, pro genuina & germana illa, quam tenuit & prædicavit sanctus Willibaldus: qui & ipse hæc dogmata suo de cerebro non exsculpsit, sed à Zacharia Pontifice accepit; hic, ab antecessoribus suis: aut nominent, si possunt, eum, qui à majorum semita exerrans, novam viam sibi ineundam putârit. Hoc cùm millies ab istis postulatum fuerit, millies itidem præstari nequivit. Et si iterum millies postuletur, iterum millies suarum virium hac in re imbecillitatem, vel potiùs impotentiam patefacient.

Cùm ergo in tota serie Eystettensium Episcoporum, nullum monstrare possint sectarii, qui à vestigiis sancti Willibaldi recesserit; & sanctus quoque Willibaldus non nisi ea Almonis accolis annunciârit, quæ à majoribus didicerat, ùt planum fit, ex Episcoporum Romanorum ordine à Zacharia, sub quo sanctus Willibaldus ad Episcopalem dignitatem evectus est; usque ad sanctum Petrum pertexto, omnino sequitur, eam esse veram, à sancto Willibaldo & ab Apostolis traditam fidem; quæ hodie Eystadii floret: & hac ipsa perpetua successione, quasi regula fallere nescia, ad veritatem inducti, affirmamus, omnem illam fidem, quæ ab ista discrepat, esse *Apostaticam*, nec à Deo, sed ab adversario Dei introductam, nec fidem, sed perfidiam nominari debere; si verò nomine afficere velis: qualis est inprimis secta Lutherana, quæ Diœcesin Eystettensem fermè in orbem circumdans, eam, quoad spiritualem jurisdictionem valdè imminuit; Marchionatu Anspachensi, & utroque Palatinatu tam veteri, quàm novo ad Lutherum transeunte, deserto sancto Willibaldo; sed exhibeant desertores isti syllabum Episcoporum suorum; incipiant à Luthero, vel si velint, à recentiore quopiam verbi Lutherani præcone, & sine interruptione ulla hanc seriem ad Apostolum, vel ad Apostolicum virum, vel saltem ad S. Willibaldum usque deducant: hoc si præstiterint, palàm fatebor, injuriam eis fieri, quoties doctrinæ novatæ, & quod injucundius est, hæreseos accusantur.

Cæterùm ad has angustias redacti indignantur; fortè non admodum immeritò. Quis enim non stomachetur, quando à se æquissimè postulari videt, quod ipse ut faciat, omni jure obstringitur, nec tamen se facere posse, perspicuè intelligit? Dura hæc conditio est; à qua aliter se non expediunt (si tamen hoc est se expedire, & non potiùs impedire) quàm uno quasi saltu à Luthero usque ad Apostolos saliendo; sed nos eo, quod cuilibet hæretico promptum

esse

esse solet, non contenti, successionis quasi scalam & gradus poscimus, neque patimur nobis verba dari, quasi Evangelica & Apostolica doctrina à Christo & Apostolis absque interjecto Episcoporum & Præsulum ordine ad Lutherum & Lutheranos, vel ad Calvinum & Calvinianos pervenire potuerit.

Si iterum occlament; doctrinæ sinceritatem in istis successionibus violatam, contaminatam, imò penitus quoque extinctam esse; nos confestim regeremus veterem illam interrogatiunculam: quando, à quo, vel à quibus hæc violatio, contaminatio, quin & extinctio facta sit? Quo auctore, quo anno, res tanti momenti acciderit? Hic adversariis vox faucibus hæret, hærebitque, quoad à tramite patrum suorum devii, Lutherum S. Willibaldo, aut Calvinum S. Wunibaldo, aut Catharinam Borrham S. Walpurgæ anteponent. Neque nos, quando successione Novatores urgemus, successionem pro nudo Præsulum sese mutuò consequentium ordine, sed etiam pro ejusdem fidei & doctrinæ serie accipimus; *quæ quidem propriè successio existimanda est*; inquit S. Gregorius Nazianzenus Orat. in S. Athanasium, *nam qui eandem fidei doctrinam profitetur, ejusdem throni socius est: Qui autem contrariam sententiam tuetur, adversarius quoque in thronô censeri debet; atque hæc quidem nomen; illa verò rem ipsam, & veritatem habet successionis.*

Quanquam Tertullianus existimat, & quidem rectissimè, non opus esse simpliciter, ut Ecclesiæ posteriores originem suam vel ad Apostolum, vel ad Apostolicum virum, seu Apostolorum discipulum referant; ipsam doctrinam posteriorem comparatam cum priore satis ostendere; à quo spiritu utraque processerit. *Ipsa doctrina*, inquit Tertullianus, *cum Apostolica comparata, ex diversitate & contrarietate sua pronunciabit, neque Apostoli alicujus auctoris esse, neque Apostolici; quia sicut Apostoli non diversa inter se docuissent, ita & Apostolici non contraria Apostolis edidissent; nisi illi, qui ab Apostolis desciverunt, & aliter prædicaverunt. Ad hanc itaque formam provocabuntur ab illis Ecclesiis, quæ licèt nullum ex Apostolis vel Apostolicis auctorem suum proferant, ùt multò posteriores, quæ denique quotidie instituuntur, tamen in eadem fide conspirantes, non minùs Apostolicæ deputantur pro consanguinitate doctrinæ. Ita omnes hæreses ad utramque formam à nostris Ecclesiis provocatæ probent se, quaqua putant Apostolicas. Sed adeò nec sunt, nec possunt probare, quod non sunt; nec recipiuntur in pacem & communicationem ab Ecclesiis, quoquo modo Apostolicis, scilicet ob diversitatem Sacramenti nullo modo Apostolicæ.* Hæc Tertullianus.

Uterque modus coarguendi Novatores validus est & efficax; sed validior & efficacior primus, ac proinde etiam Novatoribus invisior; usurpatus, quod attinet ad successionem in cathedra Romana à priscis Patribus, præcipuè à S. Irenæo, ùt copiosè demonstravi in libello, quem *Pharetram Tertullianæam* inscripsi. Cœterùm, quæ de successione Præsulum Eystadianæ sedis disseruimus, ea ad quascunque alias particularium Ecclesiarum successiones accommodari poterunt; est enim eadem ubique ratio; & si ab ultimo ad primum usque progrediaris, semper aut Apostolum, aut Apostolicum virum, aut talem, qui cum Apostolica Romana sede communionem habuerit, reperies. Quòd si alicubi successio per diversitatem doctrinæ intercisa est; ùt in Ecclesiarum particularium thronis accidere posse, non diffitemur, id publicè constat, utpote literarum monumentis diligenter proditum & ad posteros transmissum. Quocirca ubi hujusmodi interruptionem intervenisse antiquorum testimoniis non cognoscimus, causæ nihil suppetit, cur successionis seriem mutato doctrinæ genere, abruptam esse credamus, aut temerè atque sine ratio-

ne id affirmantibus, assentiamur. Hactenus de primo fructu, qui ex Catalogis orthodoxorum Episcoporum capi potest.

Secundus est studium imitationis, quod in animis piorum accenditur, visis tot tam antiquis, tam præclaris, & tam sanctis populi Christiani ducibus. Quis enim salutis suæ amans ad imitationem aliquam non exardescat, haud sine laude: Ut enim S. Gregorius Nazianzenus Orat. in S. Basilium egregiè dixit: *Probis viris non exiguam laudem adfert, summorum virorum vel parva imitatio.* Quæ cura imitandi quamvis universim ad omnes pertineat, maximè tamen tangit eos, qui ejusdem sedis & honoris hæredes sunt: hos enim potissimùm decet oculos & mentem ad Willibaldos, Erchamboldos, Gundackaros, Reginoldos, Gebhardos, & id genus alios convertere, vitámque, & actiones suas ad illorum vitam & actiones componere & conformare, ita, ut quot habent antecessores, fidei orthodoxæ, virtutis & disciplinæ Ecclesiasticæ tenaces sectatores & professores; tot habeant ad imitationem sibi proposita exempla, & quidem domestica, quæ plerunque animum validiùs excitant, quàm externa.

Tertius fructus est, quia ex Indicibus Episcoporum, & ex adjuncta brevicula rerum gestarum historia, exsuscitatur lector, ut præstet id, quod à nobis præstari cupit Ecclesiasticus cap. 44. *Laudemus viros gloriosos & parentes nostros in generatione sua.* At qualis isti? I. *Dominantes in potestatibus suis.* II. *Homines magni virtute.* III. *Prudentia præditi.* IV. *Nuntiantes in Prophetis dignitatem prophetarum, & imperantes in præsenti populo, & virtute prudentiæ populis sanctissima verba.* V. *In peritia sua requirentes modos musicos, & narrantes carmina scripturarum.* VI. *Homines divites in virtute.* VII. *Pulchritudinis studium habentes.* VIII. *Pacificantes in domibus suis.* IX. *Viri misericordiæ, quorum pietates non defuerunt.* X. *Quorum nomen vivit in generationem, & generationem.*

Talium ergo ac tantorum virorum *sapientiam narrent populi, & laudem eorum nunciet Ecclesia*, cùm omnis, tum præsertim illa, ad cujus clavum sederunt; quibus Deus hanc quoque gratiam contulit, quam Ecclesiasticus his verbis exposuit. *Cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum; & in Testamentis stetit semen eorum, & filii eorum propter illos usque in æternum manent: semen eorum, & gloria eorum, non derelinquetur.* Quamvis autem quidam ex his, qui ad Willibaldinam diœcesin spectant; à S. Willibaldo ejúsque doctrina desciverint, nec in *Testamentis steterint*, illi tamen, qui non tantùm spirituali, sed & temporali jurisdictione & ditione S. Willibaldi, & successorum tenentur, constantissimè in fide Deo & Antistitibus suis debita perstiterunt, ita, ut quamvis circumcirca omnia in præceps ruerent, & avitæ religionis scita & instituta convellerentur, & eliminarentur, ipsi immobiles in ea doctrina perseverarent, quam olim in agro Eystettensi S. Willibaldus severat & feliciter plantârat; diverso prorsus ab aliis nonnullis exemplo; qui cùm Islebici Evangelii spiritu afflati essent, præsules suos, aliquando etiam armata manu, & aperta defectione denunclata, coëgerunt, ut ad Lutheri vel Calvini synagogas liberè transire liceret; nec transire tantùm; sed & in iisdem degere, palámque novorum dogmatum architectis operam dare. Procul hic genius abfuit à Willibaldinæ stirpis posteris. Nihil simile patrârunt, imò nec ut patrarent, somniârunt; Præsuli suo & Principi, tanquam vero & legitimo pastori obsecuti, aures occluserunt lupis, qui ululatibus suis non modò hanc Diœcesin, sed & totam Germaniam implebant, & ad seditiones contra Episcopos præcipuè inflammabant. Quam Diœcesanorum Eystetten-

Eyſtettenſium conſtantiam in tanta prævaricandi occaſione, adſcribo inprimis gratiæ Dei, tum Beato Willibaldo, & vigilantiæ eorum Antiſtitum, qui quando Lutherana hæreſis graſſari cœpit, in omnes partes ſollicitè excubabant, ne uſque adeò vicina peſtis aliquid ſtragis ederet. *Laudemus ergo viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua*, qui tantum favoris à Deo impetrârunt, ut propter illos ſeris quoque nepotibus propitius ſit, eóſque ſub alarum ſuarum umbra protegat. Et eò magis hac temporum lue ad laudes tantis viris dicendas incendi debemus, quò petulantiùs ab hæretica factione traducuntur & infamantur.

De Ægyptiis proditum eſt in ſacra geneſeos hiſtoria; quòd *omnes ovium Paſtores deteſtentur.* Idem genius agitat Lutheranos & Calvinianos: Omnes ovium Paſtores, hoc eſt, omnes Epiſcopos orthodoxos execrantur, ſublatóſque cupiunt; quia his ſublatis pronam & facilem viam ovium lacerandarum ſibi patere vident. Quapropter Lutherus ſtatim ſub initium ſui Evangeliſmi peſtilentiſſimum, ſeditioſiſſimum & planè diabolicum librum adverſus *falsò nominatum* Epiſcoporum Ordinem evulgavit: Cujus hoc unicum argumentum eſt, Epiſcopos non eſſe tolerandos, ſed exſcindendos, & tanquam atrociſſimos Chriſti hoſtes exterminandos, quod Tartareum negotium tanta impotentia agit, ut niſi Deus plerorúmque Germanorum mentes aliò avertiſſet, mirum non fuiſſet, licèt manu facta Epiſcopos omnes contrucidâſſent. Sed Deus non ſemper ſinit, ut diabolus tantum reipſa efficiat, quantum deſiderat. Jactant quidem ipſi quoque Lutherani aliquibus in locis Epiſcopos; quoſdam enim Epiſcopatus invaſerunt & occupârunt; quorum invaſores, & inſeſſores *Epiſcopi* ſalutantur; & Lutherus ſub exordium ſui Evangelii tam liberalis erat, ut parochos quoque, etiam ruſticanos & agreſtes, Epiſcopi titulo afficeret, qui poſtea majorum ſolummodo gentium Prædicantibus aſſervatus eſt, ſed ferè ſub *ſuperintendentis* vocabulo; animadverterunt enim Novatores, pectoribus Germanorum longè aliam de Epiſcopis notionem impreſſam eſſe, quàm ut ſibi perſuadere poſſent hujuſmodi *Logodulos & Verbicines*, licèt profundè capillatos & barbatos, in Epiſcoporum claſſem referendos eſſe. Quapropter non planè imprudenter ſub Latino & Germanis ignoto, *Superintendentis* vocabulo abſurditatem & turpitudinem larvatorum ſuorum Epiſcoporum occultant. Nam ſi qui ex illis *Epiſcopi* appellantur, quia Epiſcopatus olim à Catholicis Regibus & Principibus conditos, & liberaliſſimè dotatos occupârunt, eos non Epiſcopos, ſed *Apoſcopos* eſſe; è veſtigio intelliges, ſi te conferas ad catalogos & ſeriem ſucceſſionis in ſingulis Eccleſiis; videbis enim, eos ab antegreſſis veri nominis præſulibus deſciviſſe; nam ultra pauculos Lutheranos, ſi progrediaris, ſtatim reperies tales Epiſcopos, quales hodie ſunt in aliis Epiſcopatibus, ùt in Herbipolenſi, Bambergenſi, Auguſtano, Eyſtettenſi, orthodoxos nimirum & cum cathedra S. Petri ſociatos, quibus iſti non niſi æquivocè ſuccedunt: *Neque enim, qui per vim irrupit*, verba Nazianzeni uſurpo Orat. in S. Athanaſium, *ſucceſſor habendus eſt, ſed qui vim perpeſſus eſt; nec qui leges violavit, ſed qui modo legibus conſentaneo electus eſt; nec qui contraria dògmata tenet, ſed qui eadem fide præditus eſt; niſi fortaſſe ita ſucceſſorem dicat, quemadmodum morbum ſanitati, & tenebras luci, & tempeſtatem tranquillitati & mentis alienationem prudentiæ ſuccedere dicimus.* Sed ſat præfationis. Nunc Catalogum texamus.

Oraculum Roberti Turneri in Præfatione ad Illuſtriſſimum Præſulem & Principem Eyſtettenſem Caſparum à Seckendorff. præfixa orationi in obitum Martini Epiſcopi.

Fatale id eſſe Epiſcôpis Eyſtettenſibus comperio, ut non diu vivat is, qui non rectè vivit.

S. Gregorius Nazianzenus Orat. in S. Athanaſium.

Nec pium, nec tutum eſt, cùm impiòrum hominum vita memòriæ pròdatur, pietate præſtantes viros ſilentio tranſmittere.

INDEX
EPISCOPORUM
EYSTETTENSIUM.

I.	*S. Willibaldus.*
II.	*Gerochus.*
III.	*Aganus ſeu Agannus.*
IV.	*Adalungus ſeu Adelungus.*
V.	*Altinus ſeu Altunus.*
VI.	*Otkerus ſive Otkarius.*
VII.	*Godeſchalcus.*
VIII.	*Erchanbaldus ſeu Erchanboldus.*
IX.	*Udalfridus.*
X.	*Starchandus.*
XI.	*Reginoldus.*
XII.	*Megengozus.*
XIII.	*Gundackarus I.*
XIV.	*Waltherus.*
XV.	*Heribertus.*
XVI.	*Gotſmannus.*
XVII.	*Gebehardus I.*
XVIII.	*Gundackarus II.*
XIX.	*Ulricus ſive Udalricus I.*
XX.	*Eberhardus I.*
XXI.	*Udalricus II.*
XXII.	*Gebhardus II.*
XXIII.	*Burckhardus.*
XXIV.	*Conradus.*
XXV.	*Egilolphus.*
XXVI.	*Otho.*
XXVII.	*Hertvvicus.*
XXVIII.	*Fridericus I.*
XXIX.	*Henricus I.*
XXX.	*Henricus II.*
XXXI.	*Henricus III.*
XXXII.	*Fridericus II.*
XXXIII.	*Henricus IV.*
XXXIV.	*Engelhardus.*
XXXV.	*Hiltbrandus.*
XXXVI.	*Reymboto.*
XXXVII.	*Conradus II.*
XXXVIII.	*Joannes I.*
XXXIX.	*Philippus.*
XL.	*Marquardus.*
XLI.	*Gebhardus III.*
XLII.	*Fridericus III.*
XLIII.	*Henricus V.*
XLIV.	*Albertus I.*
XLV.	*Berchtoldus.*
XLVI.	*Rabno ſeu Rabanus.*
XLVII.	*Fridericus IV.*
XLVIII.	*Joannes II.*
XLIX.	*Albertus II.*
L.	*Joannes III.*
LI.	*Wilhelmus.*
LII.	*Gabriel.*
LIII.	*Chriſtophorus.*
LIV.	*Mauricius.*
LV.	*Eberhardus II. ab Hirnhaim.*
LVI.	*Martinus.*
LVII.	*Caſparus à Seckendorff.*
LVIII.	*Joannes Conradus à Gemingen.*
LIX.	*Joannes Chriſtophorus à Weſterſtetten.*

CA-

CATALOGUS HISTORICUS OMNIUM EPISCOPORUM,

QUI POST

S. WILLIBALDUM CATHEDRAM EYSTETTENSEM TENUERUNT,

USQUE AD REVERENDISSIMUM IN CHRISTO PATREM, & ILLUSTRISSIMUM PRINCIPEM,

DOMINUM

JOANNEM CHRISTOPHORUM à WESTERSTETTEN,

Qui hodie cathedram Willibaldinam feliciter tenet.

A EPiscopi nonnulli, qui post Willibaldum Ecclesiam Eystettensem aliquot sæculis gubernârunt, obscura nocte premuntur, ut præter nomina vix quidquam, in publicis & privatis monumentis superfit: Meretur tamen gratias non exiguas Gundackarus XVIII. Eystettensis Episcopus, vir rerum gestarum magnitudine, & vitæ sanctimonia conspicuus, qui antecessorum suorum memoriam, quantum licuit, reparare & conservare studuit, opere partim imaginario, partim scriptorio. Imaginarium voco, quia patronos Ecclesiæ & singulos antecessores suos depingendos curavit, pictura, prout ævum illud ferebat, rudi, multúmque ab elegantia hujus ætatis abeunte, addito cuilibet effigiei ver-
B ficulo, & annotato die electionis & mortis, nulla fermè rerum gestarum mentione facta. Extat hic Gundackari liber & labor Eystadii in codice manuscripto, quem *Pontificale* nominant. Quæ ultra hæc tempora sunt, à continuatoribus Gundackari sunt; quilibet enim ex successoribus operam dedit, ut Antecessoris sui imago cum brevicula vitæ historia in librum illum referretur, seriésque Præsulum perpetuo tenore usque ad nostra fermè tempora deducta est; unde etiam ea, quæ ad propositum nostrum facere videbuntur, depromemus.

C Vidit Gundackari Lucubratiunculam Anonymus quidam Hasenrietensis, quem calamo exaratum penes me habeo; qui Gundackari familiaris fuit, vitámque suam ultra vitam illius produxit; déque Episcopis quibusdam nonnulla literis mandavit, quæ alibi vix invenias. Post S. Willibaldi felicem ad superos transitum, secundus Episcopus Eystettensis creatur.

II. Gerochus. D

Geroch inde pius pascebat ovile secundus.

Episcopatum adeptus est eo anno, quo S. Willibaldus ad meliorem vitam migravit, nempe DCC. XXCI. vel sequenti, ùt habet Bruschianus Catalogus. Sedit XX. annis. De quo isthæc Anonymus: *S. Willibaldo Geroch filiolus in baptismo, successit, vir clarus natalibus, multarum possessionum, quas patri charissimo & patrono sanctissimo contradidit. Hic calicem illum aureum, quem nôsti, cujus magnitudinis sit, ex optimo auro fieri jussit, & veterem illam Evangeliorum capsam ex electro & auro purissimo gemmisque pretiosis parari fecit: altare quoque aureum liberaliter inchoavit, quod postea successorum devotio, prout hodie est, perpolivit.*

Scribit Adelbertus Abbas Heidenheimensis in commentariolo de eodem Monasterio, sub hoc Gerocho Heidenheimense Monasterium ab ordine S. Benedicti ibidem per S. Wunibaldum plantato, ad canonicos sæculares translatum esse. Quod Anonymus Hasenrietanus Ercheobaldo adscribit, ùt infrà videbis. Obiit Gerochus IV. Nonas, hoc est, secundo die Februarii anno Redemptoris DCCC. II. In Calendario seu Necrologio, quod Pontificali Eystettensi insertum est, notatur ad VII. diem Julii. *Irmengart obiit, mater Episcopi.* G. quod interpretor *Gerochi*, nisi quis malit *Gundackari*. E

III. Aganus seu Agannus. F

Tertius est Aganus cœlesti dogmate plenus.

Præfuit annis XIIX. ùt habet Gundackarus, non ùt Bruschianus Catalogus XVII. Excessit ex hac vita VIII. Idus, hoc est, VI. die Novembris.

A

IV. Adalungus seu Adelungus.

Laudibus eximiis Adalung micat ordine quartus.

Ad Episcopi officium evectus anno Christi DCCC. XIX. Præfuit annis XXII. Finem vivendi simul & gregem Dominicum pascendi fecit VIII. Kal. Augusti, hoc est, die S. Jacobi Apostoli.

B

V. Altinus seu Altunus.

Altine quos pastor sequitur, virtutis amator.

Iniit Pootificatum anno DCCC. XLI. tenuitque anois XVII. Mortuus VIII. Kal. Martii, hoc est, XXII. die Februarii. Consensu & auctoritate bujus Præsulis, levatum est ex terra corpus B. Solæ Abbatis, de quo bæc Ermenoldus Diaconus in S. Solæ vita Tom. IV. Antiquæ Lectionis Doct. Canisii. *Cum ego à viro venerabili Domino Altino Episcopo, ad cujus diœcesin locus ipse pertinet, rogarem, uti sepulchrum beati viri effodiendi, & in eodem pavimento aliquantò melius humandi, licentiam daret, concessit, ut rogavi. Factóque jejunio, cum his, qui tunc mecum adesse poterant, cepimus fodere. Quod cùm peractum est; levavi-* C *mus sarcophagi operculum, ex multis jam annis subtus terram positum, & tamen integrum. Et dum libentissimè, quid intus incorrupti haberet, contemplaremur, tantus, & tam ineffabilis mirifici odoris fumus inde egressus est, ut tota Basilica suavissimè ex eo redoleret impleta. At nos nimis attoniti in parte, qua steteramus, * domus regia, ut fragiles procubuimus; refocillati verò ex odore fragranti, divinam clementiam orantes, resumpsimus spiritum: & tunc demum propiùs accedentes, perspeximus non solùm sancti viri ossa integra, sed & ipsius beata gleba pulverem ita sibimet coharentem, nimiaque viriditatis speciem tenentem, ut quasi non olim mortuus, sed semper vivus putaretur.*

* Basilicæ.

D Ejusdem elevationis meminit in suo syntagmatio Anonymus. Profert Brovverus noster lib. 2. Antiquit. Fuldeosium cap. 15. veterem quandam inscriptiooem ad Altinum pertinentem, quæ est ista. *Anno Dominica Incarnationis DCCCXIX. Indictione XII. mense Januarii XVI. Kalend. Febr. dedicatum est hoc templum ab Altuino Episcopo Eihstadiensis Ecclesia in honorem S. Salvatoris Domini videlicet nostrè JESU Christi, & S. Dei Genitricis Mariæ, & S. Joannis Baptistæ, & S. Petri Apostoli & caterorum Apostolorum Domini, & S. Bonifacii Martyris Christi, & aliorum plurium Martyrum, Confessorum & SS. Virginum.* Hactenus ioscriptio, quam refert Brovverus ad ipsum S. Solæ domicilium. In numerum tamen irrepsit meodum; nam Anno Christi 819. Altinus seu Altuinus cathedram Willibaldinam oecdum obtinuerat, quippe electus demum Aono salutis 841. fortè rescribendum: DCCC. XLIX.

VI. Otkerus sive Otkarius. E

Post hos Otkerus succedebat vice sextus.

Idque anno salutis DCCC. LVIII. vixit in Episcopatu annos XXIII. vita functus II. Nooas, hoc est, VI. die Julii anno DCCC. XXCI. *Epitomator* Philippi anno DCCC. XXC. sub hoc Episcopo translata est S. Walpurga Heidenheimio Eychstadium; de qua translatione Wolffardus Haseorietaous lib. 1. de sancta Walpurga. *Parvo interjecto tempore, quo sacra Virginis cineres in eodem loco tellus avara retinuit, contigit, decedentibus prioribus ejusdem Ecclesia pastoribus, Ockarium, venerabilem virum, Eistettensem Cathedram meruisse. Qui dum minùs, quàm deposceret honestatis ratio, idem monasterium, quo beata sanctimonialis ossa tegebantur, excoleret, quadam nocte, corporis quiete sopitum, dum tetra ei tenebra silentium ministrarent, hujusmodi eum alloquio virginem compellâsse narratur: Cur, inquit, Ockari, qui prasul dici & esse meruisti,* F *domum Dei, in qua corporeo sopore quiesco, & sepulchrum, in quo carne seposita ultimum judicii diem expecto, inhonestè hactenus tractare voluisti? Nam servorum huc coëuntium lutulentis pedibus quotidie calcor, & indecentibus vestigiis premor. Sciens igitur scito, quoniam aliquod judicium pandam, quo non rectè te erga me, & domum Dei egisse comperias. Sed si reum te fore cognoveris, veniam merearis. Quod modicu explicito tempore, rei probavit eventus: nam statim in proximo, dum erecti essent parietes ejusdem fabrica prominentes, & trabium spatiosa compago sequenti die patentibus muris deberet apponi, subito facto jam noctis silentio, murus aquilonaris terratenus sese revolvens, pracipitium egit horrendum, terrorémque haud minimum tam domesticis cura familiaris, quàm cunctis circumquaque manentibus inauditum concussit.*

G *Facto autem manè, cùm ad hujusmodi spectaculum omnes pavidi convenissent, custos, qui tunc ibidem Reinfridus inerat, calle directo, pealibato prasuli, tremulis labiis nunciavit. Qui intelligens visionem, quam priùs in somnis viderat, esse completam, cum suis illò usque tetendit, atque cum omnibus penè comprovincialibus Ecclesiam repolivit, quam etiam sacro Chrismate dedicavit. Dein cùm in orbem transissent dies, memoratus Antistes Archipresbyteros * Vultonem & Adalungum illuc sedulus destinavit, Ommonem quoque cum Sanctimoniale Liubila ex Monasterio * Mouuenheim cum eis abire pracepit, ut sanctos cineres Virginis cum summa diligentia elevarent, ac cum Hymnis, ac psalmorum concentibus ad Eichstatense cœnobium deportarent.* H *Hi verò jussa felicia prospero itinere percomplentes, resonantibus in cælum campanarum melodiis, & concrepantibus undique canorum spiritualium * eufoniis, pia viscera, rure, in quo hospitata fuerant, flentes pra gaudio extulerunt, & ad jam dictum Monasterium devexerunt. Quod factum est XI. Kal. Octobr.*

* Walthonem.

* Monheim.

* Euphoniis.

A *Octobr.* hoc est, XXI. Septembr. Ita Wolffardus, qui addit, Heidenheimio simul allatas fuisse Reliquias S. Wunibaldi; sed tribus interjectis diebus nempe * VIII. Kalend. Octobris, hoc est, XXIV. Septembris eò, unde absportatæ fuerant, reportatas esse. Monasterium sanctæ Walpurgis sub Otkero Antistite inchoatum fuisse, tradit Catalogus Bruschianus. Quo loco antea templum S. Crucis erat; quod, translatis eò S. Walpurgæ lipsanis, mutato nomine, ab ipsa S. Walpurga appellationem sumpsit.

* Alius manuscript. Codex IX. Kalend. Octobris.

B Tradit idem Catalogus, S. Walpurgam ab Otkero Episcopo cœlitum numero adscriptam esse concessu & jussu Adriani II. Pontificis. Centuriatores Centur. IX. cap. 7. nasum corrugant, & Adriano, tanquam idololatræ, qui *mortuos homines pro diis coluerit;* diem dicunt. Sed nimis serò veniunt cum sua indignatione Centuriatores; qua id, quod factum est, infectum nunquam reddent, nec pietatis opus in idololatricum piaculum transmutabunt, licèt omnes Orci copias suppetiatum advocent.

Perrexit idem Otkerus cum exercitu in Boëmiam, cùm exul quidam injustè pulsus in patriam & in Imperium restituendus esset. Nec prospera fortuna cœptis defuit. De quo Aventinus lib. 4. Annalium.

In libro Gundackari additur istud. *Isti quinque Episcopi Gerhoch, Aganus, Adalunc, Altune, Otker centum annos vivendo* (in Episcopatu scilicet) *compleverunt;* non singuli, sed omnes simul.

C VII. Godescbalcus.

Septimus Ecclesiam Gotescalc procurat eandem. Sedit annos tres. Obiit anno Salvatoris DCCC. LXXXII. II. idus Novembris (ita habet Pontificale) hoc est, pridie Idus seu XII. Novembris. Meminit ejusdem Epitomator Philippi.

VIII. Erchanbaldus seu Erchanboldus.

D *Est Erchanboldus octavus in ordine magnus.* Qui cathedram Episcopalem tenuit annos XXI. Ita enim tradit Pontificale, tametsi alii Episcopatui ejus pauciores annos assignant. Mortuus anno Domini DCCCC. II. XIII. Kalend. Octobris, hoc est, XIX. die Septembris. Est hic Erchanboldus ille, cujus jussu Wolffardus Hasorietanus quatuor libris res gestas & miracula S. Walpurgis complexus est; ùt patet ex præfatione Wolffardi, quam ad Erchenboldum operi suo præfixit, quemadmodum videre est Tom. IV. Antiq. Lect. Doct. Canisii. Ad eundem Præsulem est ejusdem Wolffardi prooemium in librum tertium.

Sub hoc Episcopo translata est pars Reliquiarum S. Walpurgæ Eychstadio ad Monasterium Monheimense, cui Liubila, seu Lioba Abbatissa præerat; quæ ut aliquid de Reliquiis S. Walpurgæ nancisceretur, enixissimè petebat. Cui annuens Erchenbaldus partem concessit, per quam postea Deus ea miracula patravit, quæ soluta oratione Wolffardus & rhythmis Medibardus quatuor libris comprehendit. Ita ergo de hac translatione Wolffardus. E

F *Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi octingentesimo nonagesimo tertio, indictione tertia, regnante felici prosperitate Arnolfo serenissimo rege, apertum est * mausolum B. Walpurgis Virginis in basilica, in qua locata fuerat tempore Ockarii Episcopi. Mittens igitur prudentissimus ac sagacissimus in omnibus negotiis Erchenboldus Episcopus, religiosos Archipresbyteros, cum aliis boni meriti suos, ossa dicata sacræ Virginis jussit exquiri, & inventa diligenter attrectari, summáque cum reverentia partita recondi, ita ut optatæ diu reliquiæ darentur Liubilæ, & thesaurus ejusdem corporis per sæcula suæ servaretur Ecclesiæ; iidémque, ad quos jussio pervenit Antistitis, eandem ocyus, licèt simplici corde, titubantes accelerare curârunt. Cúmque se totos dominicæ miserationi committerent, & in psalmis & Hymnis sine cessatione persisterent, fodientes invenerunt cineres amplectendos beatæ matris nostræ Walpurgis, quasi lympha tenui madefactos, ut quasi guttatim ab eis roris stillæ extorqueri valerent. Qui licèt tanta essent humiditate referti, nec pulvisculus tamen manibus contrectantium quoquo pacto valuit adhærere. Sublata demum pro qualitate incomparabilis thesauri desiderantissima portione, reliquum loco restituerunt suo. Quis verò mæror, quæve angoris tristitia Eistattenses invaderet cives, cùm tanta pignora partirentur, putantium dominam Walpurgam sibi penitus ablatam, qui verum agnoscit, ùt veritas poscit, verissimus fateatur.* Hæc Wolffardus, sequentia Anonymus Hasenrietanus. *Inter innumera pietatis & virtutis opera Erchenbaldus patriam nostram, Haserensem Abbatiam, tunc Fuldensi, Elenvvangensi & Derensi Abbatiis jure & divitiis æqualem, S. Willibaldo acquisivit; sed tamen non totam; Arnulphus quippe tunc temporis princeps, eandem Abbatiam precibus & servitio prædicti Antistitis devictus, oblatis priùs regalibus circa Rhenum curtibus, in quibus & Thusburg, cum omnibus suis pertinentiis, ad Eystattensem Episcopatum regali donatione tradidit, & chirographo aureis literis inscripto stabilivit. His ita peractis prudens Episcopus, ejectis Monachis, canonicos ibi fecit, eorumque prabendam paucis ex reditibus instituit, cæteris tum sibi retentis, tum militiæ distribuit. Tunc primùm Aureacensis Episcopatus * milites habere cœpit, cùm antea aut nullum, aut perpaucos habuisset. Nam hodièque ex tanta Aureacensis militiæ multitudine tribus tantùm seu quatuor exceptis, cæteri omnes beneficiati sunt ex hujus Abbatiæ bonis.*

* Mausoleum.

G

H

* Nobiles vasalos, feudatarios.

Inter-

A Interfuit & ſubſcripſit Erchanbaldus Concilio Triburienſi, quod celebratum eſt ſub Arnulpho Imperatore anno ſalutis DCCCC. XCV.

B Parùm porrò intereſt, ſive *Erchenbaldum* ſive *Erchenboldum* ſcribas: utraque enim ſcriptura uſitata eſt; nec diverſum hominem facit; & fruſtra ſunt, qui Williboldum à Willibaldo, & Wuniboldum à Wunibaldo diſcriminant, & S. Bonifacii comitatum & ſocietatem novis comitibus & ſociis augent. Quoties in iſtis Germanicis vocabulis mutatur a in o. ùt *Reginaldus*, *Reginoldus*, Reinaldus Reinoldus, *Arnaldus*, *Arnoldus*, & ſimilia? neque ulla certa ſcribendi ratio in his Anglicis, Saxonicis, & Alamannicis vocabulis obſervatur, ùt videre licet tàm in impreſſis, quàm in calamo exaratis codicibus.

IX. Udalfridus ſeu Ulfridus.

Ecce poteſtatem capit Udalfridus eandem.

C Sedit annos XXXI. obiit Kalendis Januarii, anno Redemptoris DCCCC. XXXIII. Cæſaribus Ludovico III. Conrado I. & Henrico Aucupi, charus fuit, ùt ſcribunt ex Bruſchio Magdeburgici Cent. X. cap. 10. à quibus etiam multa privilegia Eccleſiæ ſuæ obtinuit. Idem cùm propter morbum ſynodo Dingelfingenſi intereſſe non poſſet, Legatos ſuos miſit, *Sarcolochum* & *Godbertum*. Et quinam iſti? *Sacrificuli*, inquiunt Magdeburgici Centur. X. cap. 10. *quos Chorepiſcopos vocant.* Nec hoc convicium ſemel poſuiſſe contenti ſunt; idem priùs ingeſſerant, cap. 9. ubi de ſynodis diſputant. Sed hic mos eſt Centuriatorum, ut omnibus bonis ſacerdotibus maledicant, & ignominioſa nomina imponant, ſolis illis parcunt, qui bonis adverſari ſunt, qualis inprimis, Clemens ille, Adelbertus, Samſon & alii S. Bonifacii hoſtes juratiſſimi. Iſti nimirùm Centuriatoribus non ſunt *ſacrificuli*, ſed viri vel inprimis *venerandi* ac *colendi*.

D Eſt autem hæc Dingelfingenſis ſynodus diverſa ab illa, quæ eodem in loco celebrata eſt ſub Thaſſilone Bojorum Duce anno Redemptoris DCC. LXXII. ùt ipſa temporum ratio docet. Ajunt Centuriatores, *Arnulphum Bavariæ Ducem deliberationi ſynodali præfuiſſe, & ſimul cum patribus decreta edidiſſe.* Unde hoc illis notum? Unde pleraque alia, nempe ex proprii cerebri bibliotheca, ubi aſſervant, & quando opus eſt, inſpiciunt, optimæ notæ manuſcriptos Codices, & ex illis Centurias ſuas farciunt. Inde tamen perſpicuè colligo, Arnulphum nec Lutherano nec Calviniano ſpiritu inſtinctum fuiſſe; nam *prædia Eccleſiaſticorum, quæ partim Ungari depopulati erant, partim alii occupârant, Epiſcopis ac Monachis reſtituit.* Quis Lutheranus aut Calvinianus hoc faceret? *Templis & ſacris ædibus reditus conſtituit, quibus reparari queant.* Da mihi Lutheranum aut Calvinianum, cui ſit eadem liberalitas & pietas? *Friſingenſi Epiſcopo, bona, quæ abrepta fuerant, reddit.* O rem miri, quin & inaudiri in ſchola Lutherana & Calviniana exempli. Sectarii noſtri non modò multa Epiſcoporum bona, ſed & integros Epiſcopatus invaſerunt. Quis vel unicam cogitatiunculam de reſtitutione ſuſcipit? E

Epiſcopos, Monachos, Sacerdotes, rurſus intra metas diſciplinæ retrahit; quia nimis populariter in iſtis rerum omnium turbationibus vivere didicerant. Nec hoc Lutheranum aut Calvinianum eſt; quia quò Sacerdotes & Monachi ſunt diſſolutiores & flagitioſiores, eò Quinç evangelicæ rei meliùs proſpectum eſt, cujus tales ſunt ſeminarium. Hæc hactenus occaſione Synodi Dingelfingenſis, ad quam Udalfridus Epiſcopus legatos ſuos ablegavit.

X. Starchandus.

Exin Starchandus regit Eccleſiam venerandus:

Et quidem tempore ſatis longo nempe annis XXXI. ùt habet Gundackarus; Bruſchianus Catalogus XXXII. annos tribuit; occiſus eſt ab Ungaris pugnâ commiſsâ in Campo Lyci (auf dem Lechfeld) cui etiam S. Udalricus Epiſcopus Auguſtanus interfuit, qui mortuum Starchandum ipſemet Eichſtadium ad ſepulturam revexit. Sanctus autem Udalricus *Eichſtadio diſcedens cùm ad veterem fagum, in monte Auſtrali hodiéque ſtantem, veniſſet*, inquit Anonymus, *verſa facie ad templum civitatis Aichſtadianæ, ſic exclamâſſe fertur. Vale Willibalde vir ſanctiſſime, vale: Ego omnium mortalium mihi chariſſimum jam prope te depoſui ac ſepelivi; iccirco ad tuam iſtam urbem poſthac venire ampliùs animus mihi non eſt: vive igitur & æternùm vale.* F

Cæterùm interfectio Starchandi incidit in III. Idus, hoc eſt, in XI. diem Februarii, anno DCCCC. LXV. ad quem, ùt & ad alios quosdam Germaniæ Epiſcopos Epiſtolam dedit Leo VII. Papa, cujus meminit Aventinus lib. 4. Extat jam ad finem Chronici Reicherſpergenſis inter diplomata, quæ eidem Chronico attexuit vir clariſſimus *Chriſtophorus Gevvoldus*, I. V. D. & Conſiliarius Bavaricus. Interfuit Starckhandus cum S. Udalrico Synodo Ingelheimenſi anno Domini DCCCC. XLVIII. celebratæ, ùt ſcribit Frodoardus in ſuo Chronico. G

De Erchanbaldo & Starckando ſimul, hæc Anonymus Haſenrietanus. *Hic Sacerdos magnus, ejúsque ſucceſſor Starckhandus, quales quantique Epiſcopi fuerint in vita, quàm periti & ſtudioſi in divina ſcriptura, optimorum, quos fieri juſſerunt, librorum, usque hodie teſtatur multitudo copioſa. Unde & memoria eorum non derelinquetur in ſæcula.* H

Impe-

A Impetravit Starckhandus ab Othone Magno Diploma, quo Heidenheimium, olim Monasterium à S. Wunibaldo conditum; tunc autem Canonicorum Collegium, in suam protectionem recepit. Diplomatis ex vitioso exemplari exscripti, hæc sunt verba.

B *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina ordinante clementia Rex, generali Collegio Cleri nostrorúmque fidelium præsentium, nec non futurorum notum esse desideramus, qualiter Venerandus Starchandus Eystettensis Ecclesiæ Episcopus, & Bruno carissimus frater noster, regalitatis nostræ supplicando adiêrunt eminentiam, quatenus locum Heidenheim nuncupatum, in pago Sualaveldensi situm, in comitatu Erunsti, ubi egregius Dei confessor Wunebaldus corporaliter requiescit, qui ad præfatum Eystettense respicit Episcopium, in nostræ defensionis emunitatem suscipere dignaremur, quorum utrinsque petitioni maximè pro amore divino; & nostri nostrorum antecessorum remedio, libenter satisfecimus, & inde hoc jussimus præsens conscribi præceptum, per quod volumus & firmiter regali sceptro jubemus, ut nullus publicus Judex, ne quilibet ex judiciaria potestate, seu aliquis fidelium nostrorum, cujuscunque sit ordinis vel personæ in eodem loco vel adjacentibus suis, quocunque modo augmententur Ecclesiis, aut in locis & agris seu cæteris possessionibus ad memoratum locum pertinentibus, habeat jus ad causas audiendas, vel feuda exigenda vel mansiones, vel paratas faciendas, sive tollendas, nec ipsius loci liberos & servos injustè distringendos, aut quaslibet redditiones & occasiones illicitas requirendas, aut parafredas, seu aliquas occasiones injustas unquam agere præsumat, sed idem locus cum omnibus pertinentiis suis sub nostra tuitionis emunitate perpetualiter quietus subsistat; & ut hæc liberalitatis nostræ auctoritas firmiorem perenniter habeat vigorem, hanc præceptalem chartam inde conscriptam manu propria roboramus, annulique nostri impressione jussimus sigillari.* Hactenus Diploma.

C Ad extremum omitti non debet, vocabulum *Starckhandus*, purè esse Germanicum, Starckhand, quasi dicas; *Fortimanus*. Olim quoque à manibus data sunt nomina: ut *Longimanus*, Rex Persarum à longis manibus.

XI. Reginoldus.

D *Musicus inde locum Reginoldus rexit eundem.*

De quo Bruschianus Catalogus. *Reginoldus vir doctissimus, trium linguarum egregiè peritus, Musicus eximius, tribus Othonibus Imperatoribus longè charissimus, à quibus multa insignia privilegia consecutus est. Eligitur in Episcopum Aichstadianum, post mortem Starchandi. Præfuit laudabiliter ac utilissimè annis XXIV. Obiit quarta Aprilis anno Domini DCCCC. LXXXIX. scripsit vitas sanctorum Nicolai, Blasii, Willibaldi item ac Wunibaldi fratrum. Ampliavit, ac illustriorem fecit Basilicam Cathedralem.* Utrum autem vita S. Willibaldi,

E quam Tomo IV. Antiquæ Lectionis D. Canisius intulit, sit illa ipsa, quam Reginoldus scripsit, difficile dictu est. Conjecturæ à D. Canisio allatæ eò ducunt, sed sunt, quæ etiam abducant. Judicet Lector.

F De hoc Anonymus Hasenrietanus, præter cætera, isthæc. *Cùm Monasterium * amplificare cogitaret, consiliúmque prænominati S. Odalrici Episcopi super hac re per legatum inquireret, vir sanctus hujusmodi responsum remisit, nec opus, nec bonum sibi hoc videri. Satis magnam esse Ecclesiam quantitate, maximam verò sanctitate. Neque enim se unquam in ullam venisse, in qua meliùs posset orare. Hoc responso paululùm revocatus ab incepto, pòst tamen satis fecit suo desiderio. Occidentalem namque templi partem, priùs cæteris tribus æqualem, ejus partis ampliavit adjectione, quæ nunc versus occasum est hodierna sacri fontis statione. Ex eo tempore paulatim cessabant signa & prodigia, quæ ibi priùs fiebant plurima. Ut enim majores nostros sæpe audivi dicere, appropinquante quotannis festivitate S. Willibaldi, tanta multitudo cæcorum, claudorum, mancorum, dæmoniacorum & multifariè debilium confluxit, ut porticus illa magna ad S. Martinum, nequaquam eos capere posset, tantúsque stridor ab eis in Vigilia sancti fieret, ut vesperam illam jocundissimam non nihil impedirent. Veruntamen antequam Missa in die sancto finita fuisset, fermè omnes sanati Deo sanctóque Willibaldo debitas grates referrent.*

* Templum cathedrale.

G *Diligebat autem idem Episcopus præpotentem quandam Dominam, Pia vocatam, quæ omnes illius temporis fœminas artificiorum subtilitate incomparabiliter dicitur superâsse, hæc multis & miris ornatibus Ecclesiam nostram decoravit, non solùm per semetipsam operando, seu tradendo, verùm etiam alias multas, multa artificiorum genera docendo. Ad ultimum perfectè conversa ad dominum, in proximo construxit monasterium sanctimonialium Bergen vocatum, quod regalibus, ùt erat ditissima, redditibus locupletatum, & omni ornamentorum genere multifariam decoratum Romanæ Ecclesiæ specialiter tradidit. Quam traditionem Joannes tunc Apostolicus privilegio suo, quod hodiéque nobiscum est, confirmavit, & omnes eidem monasterio aliquam injustitiam facientes terribiliter anathematizavit.*

H Porro Bergæ juxta infimum altare hujusmodi inscriptio legitur. Die Hochgeborne Fürstin, Bilidrut, Pia von angeborner Mildigkeit genannt, ein Tochter Hertzog Giselbrechts von Pemelgam und Lotring, und Frauen Gertwigen, des ersten Kaysers Otto Schwester, Stifftet nach Abgang ihres Gemahels Hertzog Berchtold in Bayrn diß würdig Gotts-Hauß, im 26. Jahr, ihres wittiben Stands, nach der Geburt Christi DCCCC. LXXVI. De hoc Monasterio plura Hundius in Metropoli, & Bruschius in Catalogo Monasteriorum. Situm est inter Eystadium & Neoburgum, Princi-

pis Palatioi sedem : olim Ordinis S. Benedicti.

XII. Megengozus.

A *Hinc malus ipse malis Megengoz., largus egenis.*

Variè scribitur hoc nomen, ùt pleraque alia hujus oota : etiam *Megingaudus* invenias & *Megingaldus; hoc nostro more*, inquit Tritbemius, lib. de origine Francorum; *illud, consuetudine Sicambrorum* L *in* V *mutantium.* Tenuit Megengozus Episcopatum annos XXIV. E vivis abiit anno M. XIV. IV. Kalend. Maji, hoc est. XXVIII. Aprilis.

B Fuit festivi & amœni ingenii, ùt ex pluribus, quæ de illo narrat Anonymus Haserensis seu Hasenrietanus, planum fit; ex quibus hoc non est postremum, quod verbis ipsius Auctoris, tametsi incultis, recitabo. *Alio tempore, cùm Junior quidam Clericus, legatione Hezelini Wirzeburgensis Episcopi functus, ad eum veniret : videns eum, scilicet Clericum à longè, accipitrem in manu ferentem, vocat unum ex Camerariis suis, & ait. Sic & sic facito cum adveniente Clerico. At ille venienti occurrens, & descendentis equum devotè suscipiens, addidit. Date mihi ad servandum & accipitrem, donec vestram peragatis legationem. Clericus verò nihil mali suspicatus, statim tradidit alitem. At ille apprehensum per * liguras accipitrem, ter & quater in faciem Clerici percussit; furcifer inquiens, quomodo ausus es ad Episcopum venire hujusmodi alitem ferens? Confusus & dolens Clericus ingreditur ad Episcopum, non jam legationis causa, sed querelarum: minitans hanc se contumeliam Domino suo lacrimabiliter conquesturum. Cui Episcopus; imò ego, inquit, nisi patienter feratis, mandabo Domino vestro quàm inurbanè ad me venistis, & non solùm gratiam ejus, sed & bona vestra, & ipsum ordinem perdam vobis. Vos equidem stultè egistis, stultè egit & meus, condonate alterutrum, quod invicem peccastis; & cavete de cætero, ne unquam ad me, vel ad aliquem Episcopum tam irregulariter veniatis. Deinde donatus & ipse non vili munere, abdicata injuria, recessit in pace.*

* ligaturas.

C Non dissimile factum narrat Dietmarus Episcopus Mersburgensis de Arnulpbo Episcopo, cùm in quendam Presbyterum accipitrem manu gestantem incidisset. Historiam invenies apud Diethmarum lib. 6. Chronici.

D Addamus & hoc ex eodem foote haustum. *Beata in Christo memoria Henricus Imperator, Babergensis Episcopatus institutor, cùm solemnes, tam sibi, quàm aliis ludos exhibere vellet, mandavit huic Episcopo nostro, suo verò propinquo, in parte consanguineo, ut plenum sibi in via Ratisponensi daret * servitium, Archiepiscopo cuilibet non nihil formidandum. Cui cùm Regius Legatus singulatim, quæ danda essent, magnificè enumeraret, tandémque ad immensam vini mensuram ventum esset; pessime, inquit, Dominus tuus apertè insanit. Unde deberem sibi tantum servitium dare, qui ne memetipsum satis queo pascere? Ego quidem socius ejus eram genere, sed ipse fecit me rebus quasi pauperem parochianum; & nunc regale poscit servitium? Unde sibi tot carradas vini? Ego quidem de vino nihil habeo, nisi unam parvulam carradam, quam dedit mihi sodes * meus Augustensis Episcopus tantùm ad sacrificium. Dicebat autem Brunonem ipsius Imperatoris germanum fratrem. Per sanctum, inquit, Willibaldum, ne una quidem gutta hujus villi intrabit in os Domini tui. Tandem cùm deferbuisset ira ejus, pretiosos Imperatori aliquot pannos misit, & Legato dixit. Hoc voluit Dominus tuus, hoc habeat : hoc est Eistettensium Episcoporum potius, quàm plenum regibus dare servitium.*

* omnia necessaria ad Aulæ sustentationem.

E

* socius, amicus.

F In manuscripto Pontificali dicitur, S. Willibaldum hoc procurante Pontifice à Leone VII. Canonizatum, & in Sanctorum numerum relatum esse. Quod subsistere nequit, ùt alibi monuimus, cùm Leo VII. multis annis ante Megingozi Episcopatum vitam finiérit. Adscribam verba Pootificalis.

G *S. Willibaldus filius S. Richardi regis Angliæ, devotus super terram Domino Deo, ab incarnatione Domini anno DCC. XLV. primus Episcopus Ecclesiæ Aureatensis, quæ nunc dicitur Eystettensis, factus est. Sedit in Episcopatu. XXXVI. annis. Anno verò DCC. LXXXI. Nonis Julii obiit. In medio crypta sepultus est septimo Idus Julii. ubi requievit CC. VIII. annis. Medio tempore Dominus Deus in laudem & honorem egregii Confessoris sui multa permisit fieri signa. Illa verò signa infinita, cùm à Leone Papa VII. satis essent examinata, & coram eo probata, procurante venerabili Patre Domino Megengozzo, qui fuit duodecimus Episcopus Eystettensis post S. Willibaldum, laudabiliter canonizatus, & sanctorum Catalogo insertus est. Anno verò DCCCC. LXXXIX. X. Cal. Maij de terra in crypta primò elevatus est, & ibidem retro altare S. Viti, * sacrofagatus, ubi requievit LXVII. annis. Illis temporibus S. Willibaldus multis vicibus manifestavit se, signa & miracula multa faciendo.* Hæc ibi. Quibus quis, & quomodo verus sensus subesse queat, docul lib. 1. observat. cap. 23.

* tumulatus, sive sarcophago inclusus.

H Hujus primæ elevationis memoria ootatur in Kalendario seu Necrologio ad X. Kal. Maij, hoc est, ad diem XX. Aprilis, his verbis : *Elevatio prima de terra corporis S. Willibaldi Confessoris & Episcopi anno 989.*

Idem Episcopus Megengozus lucernam sive lychnuchum orbicularem seu circularem in medio Templi cathedralis in honorem S. Willibaldi conficiendum curavit; quales hodie adhuc passim in Templis visuntur cum certo candelarum numero : *Pharos* appellabant. Adjecit Megengozus hos versiculos pro ratione ævi illius bonos.

Hanc Willibaldo pharum construxerat almo,

Præ-

A *Præſul devotus Mengoſus nomine dictus,*
Qui pius hunc ſanctis precibus conjungit eundem,
Turmis Angelicis cœleſti nomine ſanctis.
Hoc pater & natus, nec non & ſpiritus almus,
Efficiat firmum, fixum, ſolidúmque per ævum.

Interfuit Megingozus ſecundæ Synodo Francofurdienſi, in qua de Bambergenſi Epiſcopatu condendo præcipuè actum eſt, ſubſcripſitque unà cum aliis præſulibus diplomati Joannis Pontificis, quo conſilium Henrici Imperatoris de hoc Epiſcopatu inſtituendo approbabat. Vide vitam S. Henrici cap. 10. & notas noſtras ad caput X. & XII. Nunquam tamen conſentire voluit, ut aliquid de Jurisdictione diœceſeos Eyſtettenſis tolleretur, & Bambergenſi adjiceretur, prout paulò pòſt audies.

B Centuriatores Magdeburgenſes Cent. XI. cap. 10. cùm apud Bruſchium aliquid de canonizatione S. Willibaldi lectitàſſent, continere ſe non potuerunt, quò minùs calumniarentur Willibaldum in Deorum numerum, more gentilium, relatum eſſe. At nec Eychſtettenſes, nec alii Willibaldum pro Deo, ſed pro ſervo Dei habent, & colunt; & ſi vel ex infante quæras, num Willibaldus ſit Deus, ſonora voce non eſſe Deum teſtabitur, nec *canonizatio* eſt Deitatis, ſed ſanctitatis teſtificatio, & publica declaratio.

XIII. Gundackarus ſeu Gunzo.

C *Hinc Gundackarus virtutum germine clarus.*

Electus eſt anno Chriſti M. XIV. ſedit annis quinque. Rebus mortalibus valedixit anno M. XIX. XIII. Kalend. Januarias, hoc eſt, XX. die Decembris. Sub hoc Epiſcopo, etſi volente & conſentiente, non modica terræ pars Diœceſi Eychſtettenſi abſciſſa; & novo Epiſcopatui Bambergenſi adjecta eſt. De qua re liber Pontificalis iſthæc. *Anno Domini M. XV. tempore Gundeckari primi, Epiſcopi Eyſtettenſis, diviſio ejuſdem ſedis in terminis eſt facta, quæ extenditur ad proximam ripam, quæ nuncupatur Pagancia* (Pegniz) *& non ultra. Hæc determinatio & diviſio eſt facta apud Franckenfurt, præſente Imperatore Henrico, & multis principibus in Curia ſolenni, ad inſtantiam Eberhardi Epiſcopi Babenbergenſis primi & Imperatore precante, in ſubſidium eorum novæ plantationis Babenbergenſis, ut termini ex alia parte fluminis deinceps ſpectare dignoſcerentur, ſine conditione omni.*

D Cæterùm in Synodo Francofordienſi, cui Megengozus ſeu Megengaudus adfuit, nihil actum videtur de portione terræ Diœceſanæ ab Eyſtettenſi Epiſcopatu abſcindenda; cùm in vita S. Henrici, & in antiquis monumentis, quæ in Notis adduximus, nulla ſit hujus rei mentio; tantúmque ea loca recenſeantur, quæ ab Herbipolenſi Epiſcopatu ad novum Bambergenſem tranſlata ſunt; ſed poſtea ipſe quoque E Eychſtettenſis Epiſcopatus ad hanc novam Imperatoris ſponſam exornandam aliquid contribuere debuit. Rem narrat Anonymus Haſerenſis non ſine ſtomacho, cujus en verba.

F *Præſtantiſſimus Imperator Heinricus, cùm Babbergenſem Epiſcopatum regaliter ditatum conſummare non poſſet, niſi à circumjacentibus diœceſibus parochia terminos redimeret; Solus Agoniſta noſter, tam moribus, quàm genere fretus viriliter ſibi reſtitit, & ad vitæ uſque finem iniquo concambio nullatenus acquieſcere voluit. Illo verò feliciter defuncto, Eiſtetenſem Epiſcopatum ab initio uſque tunc à nobilibus & ſummis viris habitum, ingenioſus Imperator tunc demum ſervili perſonæ addixit, & Gunzoni cuidam Babbergenſis Eccleſiæ Cuſtodi, hoc ipſum ut ſtrueret, dedit. Sub hoc Epiſcopo cùm Cæſar propoſiti properus prædictum concambium maturare vellet, & novus ille Epiſcopus Capellanorum ac militum ſuorum tunc præcipuorum conſilio fretus, conſtanter reſtitiſſet, iracundo admodum animo Cæſar fertur dixiſſe. Gunzo quid hoc audio de te? An ignoras, quia propterea Epiſcopum te loci illius feci, ut quia voluntatem meam cum priore, utpote * ſocio meo, perficere non poteram, tecum, qui ejusmodi es, ſine dilatione perficiam. Cave, ne unquam tale quid audiam ex te, ſi vel Epiſcopatum vel gratiam meam velis retinere. Quibus auditis, Epiſcopus quidem obmutuit; Clerus verò & militia in contradictione perſtiterunt.*

* conſanguineo.

XIV. Waltherus. G

Poſt hunc Waltherius colit Eccleſiam venerandus.

Sedit annos duos. Exceſſit è vivis anno Redemptoris M. XXI. XIII. Kal. Januarii, hoc eſt, XX. die Decembris. Addit Bruſchianus Catalogus, obiiſſe & ſepultum eſſe Ravennæ, cùm Romam negotiorum cauſa peteret. Hallucinantur ergo Centuriatores, qui Cent. XI. cap. X. Gundackaro immediatum ſucceſſorem tribuunt Heribertum; cùm Waltherus ſeu Gvvaltherus interjectus fuerit. Subſcripſit hic Waltherus cum aliis multis Epiſcopis & Principibus Imperii, Diplomati, quo S. Henricus Imp. confirmavit omnes omnium provinciarum donationes, quibus Eccleſia Romana ab antecedentibus Imperatoribus & Regibus cohoneſtata fuerat. Quod Diploma extat apud Baronium anno M. XIV. Et quamvis Baronius hoc diploma ad hunc annum referat, non tamen credidit hoc anno H datum eſſe, ſed cùm diploma annum Domini non ſignet, ad hunc revocare voluit, quo Imp. Henricus diadema Imperatorium accepit; quia plerumque Imperatores in coronatione ſua Eccleſiæ Romanæ privilegia confirmare ſolebant. Cùm autem Waltherus Epiſcopatum adeptus ſit anno M. XX. nec ultra biennium tenuerit, ſequitur, Henricia-

ricianum hoc diploma datum esse anno Domini M. XX. aut sequenti.

A
XV. Heribertus.

Hunc Heribert, flentem qui nullum sprevit egentem.

Episcopatum tenuit annos XXII. Eundem ad Cœlites migrans reliquit anno salutis M. XLII. IX. Kal. Augusti. Bruscbianus Catalogus unum duntaxat & viginti annos sedi ejus tribuit. Alia quædam in Pontificali annotatio tantùm annos XX. Et certè ab anno M. XXII. quo Heribertus electus est, usque ad annum M. XLII. non nisi XX. anni computantur.

B Sub hoc Heriberto Reliquiæ S. Walpurgis ad summum altare Templi Walpurgini, ubi etiam hodie cubant, translatæ sunt: etsi Philippus, scriptor Walpurgicæ vitæ, primam translationem S. Walpurgæ Heidenheimio Eychstadium perperam Heriberto, adscribit, cùm sub Otkario sexto Eychstettensium Præsule contigerit, multis annis ante Heribertum, ùt suprà vidimus.

Sed non abs re erit, gesta Heriberti repetere ex Anonymo Hasenrietano, cujus
C licèt oratio iocoodita sit, res tamen cognitu dignas nobis exponit. Nam de Comite Lechsmuodio, unde accuratam narrationem accepissemus, nisi iste suppeditâsset? Ita ergo ille nominis expers Auctor. *Heribertus nobilis genere, nobilior moribus, vir*
* Heriberti. *eleganter literatus, Sancti illius H. Coloniensis Archiepiscopi cognatus, & æquivocus, divina favente gratia, factus est Episcopus. Hic Herbipoli nutritus, edoctus, egregia dictandi dulcedine in tantum enituit, ut tunc temporis hac in arte nulli secundus fuerit. Hic Spiritu sancto afflatus, sex hymnos pulcherrimos composuit. Unum de S. Cruce.* Salve Crux sancta. *Alterum de S. Willibaldo.* Mare, fons, ostium. *Tertium de S. Walpurga.* Ave flos virginum. *Quartum de S. Stephani Inventione.* Deus Deorum Domine. *Quintum de S. Laurentio.* Conscendat usque sidera. *Sextum de omnibus Sanctis.* Omnes superni Ordines. *De S. Maria verò fecit quinque intimas orationes; quarum omnium commune initium est.* Ave Maria gratia plena. *Fecit etiam duas has initiatas modulationes.* Advertite omnes populi. *Et:* Peccatores peccatrices quondam. *Hic LXX. canonicos Eystettensis congregationis invenit; sed ejectis una die XX. fratribus ad L. redegit. Quos tamen omnes parochiis datis satis devotos habuit.*

D Post varia de Heriberti studio nova ædificia exstruendi & antiqua destruendi, hæc subjungit Auctor. *Igitur noster ille, dirutis antiquis & inveteratis veterum Episcoporum ædificiis, nova subrexit, eáque in australi monasterii latere, ubi priùs claustrum nostrum erat, apposuit. Hodiernam S. Blasii capellam perantiqua illi S. Bertrudis substituit, quam postea Victor Papa mirificis, & quodammodo vivis picturis adornavit. Claustrum verò nostrum à Monasterio, ùt nôsti, penè alienavit;* E
quod tamen non sine causa fecit. Volebat quippe ipsum templum ex parte transferre, ita, ut pars monasterii, quæ nunc Orientalis est, Occidentalis fieret, sicque monasterium in editiori urbis loco consisteret. Cujus novæ fabricæ parietes decem pedum mensura vidimus altiores. Quod quidem monasterium si perfectum esset, tunc utique claustrum in meridiano ejus latere, prout deberet, consisteret. Quod quia S. Willibaldo non placuit, & opera & impensa periit. Monasterium in monte veteris urbis, ùt est hodie, primus ædificavit, & monachicam vitam, quæ nunc, proh dolor, defecit, laudabiliter ibi instituit. Distinctius Bruschius, *Monasterium condidit eo ipso in monte, in quo nunc Episcopale S. Willibaldi castrum situm est: quod postea iterum* F
concidit, solo S. Petri sacello permanente. Revertamur ad Anonymum. *Capellam S. Bartholomæi in eodem monte hac de causa fecit. Cùm quidam hypocrita in vestimentis ovium conspectus, intrinsecus autem lupus rapacissimus, brachium S. Walpurgæ, & calicem illum aureum, de quo suprà diximus, furtim surripuisset, & in monte jam dicto in quodam lapide concavo abscondisset, nullo modo inde auferre, neque ipse quoquam potuit abire. Quod maximum sacrilegium, quia in die S. Bartholomæi Dei gratia est revelatum, devotissimus Episcopus eidem Apostolo Capellam ibi fieri jussit, & postea in festa ejus solenniter dedicavit.*

Capellam S. Martini priùs parvam, per cognatum nostrum Dominum Wofforem tunc Camerarium, postea Merseburgensem Episcopum, ampliari, & ùt hodie est, meliorari fecit. Idem Camerarius veterem illam, & sanctissimam sanctæ Mariæ Capellam, in quo suprà diximus sanctissimum Willibaldum à S. Bonifacio in Presbyterii gradum promotum, dejecit, & hodie eam fecit majorem quidem quantitate, sed longè imparem sanctitate. Item Monasterium S. Walpurgæ per dominum Leodegarium innovavit, & monachas, cùm priùs essent canonicæ, ibidem instituit. Hic est sanctæ memoriæ Leodegarius ille, qui cùm esset genere & moribus divitiisque præpotens Comes, terrenum honorem pro Christi amore dereliquit, & deposito gladio, attonsâque barba, canonicus sancti Willibaldi factus est: qui & ipse, cùm esset Regis filius, Regnum mundi & omnem ornatum sæculi pro Christo contempsit, & terreni imperii abdicatione, cælestis regni consortium felici commercio taxavit. Quem imitatus & iste Dei famulus, hereditarias, quas habuit possessiones, S. Walpurgæ scilicet ea conditione contradidit, ut & congregationis numerus augeretur, & Monachica Sanctimonialium vita ibidem institueretur. Quod & factum est. G

In hoc autem Dei Electo specialiter hoc notandum, imò venerandum est: quòd cùm esset tempore conversionis satis provectæ ætatis, in accipiendis tamen ordinibus tanta discretionis extitit, H

A *tit, ut non nisi unum una vice accipere, & in eo aliquamdiu obedienter vellet ministrare. Ea promotionis tenore ad presbyterii dignitatem pervenit, & XL. prope annis in eodem ordine Deo devotissimè serviens, qinquennio ante obitum, instar veteris Tobiæ, oculis captus est. Sed & B. Job exemplo, caro ejus partim computruit. Quas tentationes ita patienter, itàque hilariter pertulit, ut sua sponte nullus, exceptis secretissimorum arbitris, omninò senserit. De hoc venerabili sacerdote gloriosissimus Imperator * Henricus pater istius æquè gloriosi, ad Dominum nostrum Gebehardum Episcopum ita solitus est jocari, ut irrideret Eystettenses, Comitis Missam se audisse, aut auditoros esse simpliciter dicentes.*

* Henricus III. cognomento Niger, pater Henrici IV.

B *Cum autem tempus remunerationis suæ appropinquaret, ipséque ad S. Magnum inter Alpes sepulturam suam præordinatam haberet, & in ipso itinere apud Monasterium suum Gemphingen, quod ipse instituit, defunctus esset, corpus ejus ab ipsis inhiantium faucibus ereptum, & Eichstat honorificè deportatum, in medio S. Walpurgæ, quod ipse construxit, monasterio, in ipso depositionis ejusdem sacratissimæ Virginis die, officiosissimè sepultum est. Cujus anima exeunte, ùt presbyterum sibi assidentem audivi veraciter dicere, flamma instar candelæ, de ore ejus exivit, tantúsque horror cunctos, qui aderant, invasit, ut omnibus se subtrahentibus, vix ipse perduraverit. Cujus vitam, conversionem, & obitum breviter eloquitur hoc epitaphium.*

En Leodegari reddis terræ sua matri,
Cœlis inde datam reddideras animam.
Presbyter ex Comite pro Christi factus amore,
Tunc tua Walpurga tradideras, modò te.
Ultima præsentis vitæ, sed prima perennis
Nona Kalendarum Lux tibi Martis erat,
Oramus pro te, tu pro nobis pater alme,
Ut te cum pace possideamus, Amen.

C *His compendiosius, quàm rei dignitas postularet, explicitis, ad Episcopum * redeo, & multis compendii causa prætermissis, de novissimus ejus pauca subjiciam. Ex quo Cathedram Episcopalem susceperat, modis omnibus solum agebat, totúsque in hoc erat, ut Episcopatum suum Babbergensi concambio nimis depravatum melioraret, & memorabile aliquid S. Willibaldo acquireret. Hujus rei gratia multas expeditiones admodum difficiles peregit, & dum efficeret, quod voluit, nec sibimetipsi, nec suis pepercit: Ad ultimum victus Imperator devotissima servitute ejus, * Nuenburgensem * Eystettensi Episcopatui attribuere destinavit, ea scilicet lege, ut corpore S. Willibaldi illuc translato, Episcopalis sedes in eo-*
D *dem constitueretur loco. Quod quia sanctissimo patrono nostro hunc locum specialiter amanti non placuit, ad effectum nequaquam pervenire potuit. Sed & Nuenbergenses Sanctimoniales propitiatrici suæ S. Mariæ constantissimis precibus usque adeò incubuêre, donec effectum petitionis obtinuêre. Nam dum Episcopus eandem Abbatiam jam sese in manibus habere putaret, & hujus rei gratia ad Curiam lætissimus veniret, repentè Regis animus immutatur & tam diutina præsulis expe-* E
ctationi penitus renunciatur. Quo ille audito graviter animo consternatus, in tantum ægrè tulit, ut & lachrimas non contineret, & palàm S. Willibaldum rogaret, ne unquam vivus Eistat rediret. Quod &, prô dolor, factum est, nam in redeundo ægritudinem incidit, & antequam Eistat perveniret, inter vias defunctus à Frisingensi Episcopo Egilberto illo mirabili, quem in vita plurimùm coluit, accuratissimè sepultus est. In tantum verò fratres de obitu tam benignissimi patris doluisse feruntur, ut ad tumulum ejus per vices usque ad tricesimum diem pernoctantes vigilarent, & nimio amore persuasi pro sancto eum fermè haberent. Cujus sepulcro tale appositum est Epitaphium ab egregio illo versificatore Willerammo Abbate, consanguineo scilicet suo compositum.

* Heribertum.

* Norimbergensem.

* fortè Abbatiam.

Ecce Dei servus Præsul jaceo hic Heribertus.
Et reliq.

F Hæc Annnymus. Cum quibus non satis consentiunt, quæ Hundius in Metropoli ex Brusehio tradit, nempe Engelbertum, Episcopum Frisingensem, mortuum esse anno Redemptoris M.XXXIX. si hoc ita est, quomodo post triennium, id est, anno M.XLII. Heribertus Frisingæ mortem obiit, justa funebria Engelberto seu Egilberto persolvente? Minùs adhuc cum vero concinit, quod scribit Andreas Ratisbonensis in Chronico, *Heribertum, Episcopum Eystettensem, consecrâsse Ecclesiam inferioris Altahæ cum Episcopis Passaviensi & Parentino:* nam cùm, ùt ipsemet Andreas scribit, Ecclesia ista flammis periêrit anno Redemptoris M.III. quarto Nonas Martii, & quinto post incendium, hoc est, anno M.VIII. reparata & dedicata fuerit; fieri non potuit, ut Heribertus dedicationi interesset; cùm Episcopalem Infulam anno demum M.XXII. obtinuerit.

XVI. Gozimannus seu Gotsmannus.

Gozmannus paucis præsul fuit inde diebus.

G Lambertus Schaffnaburgensis in Chronico, *Anno M.XLII. Heribertus Aichstattensis Episcopus obiit, cui frater ejus Gezman successit.* Sedit Gozmannus menses duos & paulò plus, ùt inquit Gundackarus. Vitæ finem imposuit XVII. die Octobris. Latinis est *vir Dei*, Græcis Theander; de quo Anonymus isthæc. *Licèt brevi tempore præfuerit, non tamen nihil memorabile in diebus suis egit, adjuncto namque Brunone Wirzeburgensi Episcopo sanctæ Walpurgæ Monasterium, in festo S. Burckhardi, ut & ipsum hic celebrem faceret, dedicavit, & deinde post tres dies defunctus, à præfato Wirzeburgensi Episcopo juxta fratrem suum honorificè sepultus est.*

XVII. Gebhardus.

H *Et post hunc Gebehard, Romam, qui deinde regebat.*

Sedit in Episcopatu annos XIII. In summo Ponti-

A Pontificatu annos duos cum tribus mensibus, Victorisque II. nomen accepit. Vitam cum morte commutavit anno Virginei partus M. LVII. XXVIII. die Julii, natus Comes de Tollnstein & Hirssperg, ùt est in Gundackaro. Bruschius ait fuisse Comitem de Calovia, seu Kalavv, hodie Kalb, quod est oppidum cum veteri arce horum Comitum sede in Ducatu Wirtenbergensi ad Nagoldum fluvium, teste Bruschio in prima Monasteriorum Germanicorum Centuria, ubi agit de Alba Augia Norici, Monasterio Benedictino, qund ab hoc Gebhardo conditum fertur. Interfuit Gebbardus Comitiis Norimbergensibus, & aliis Ratisbonensibus, ubi Leone IX. Pontifice præsente & præsidente, disceptatum est de corpnre S. Dionysii Areopagitæ, ubinam requiescat; num Parisiis, an Ratisbonæ? Videndus Aventinus lib. 5.

B De ejus electione, & ad cathedram S. Petri evectinne hæc Leo Ostiensis lib. 2. Chronici Cassinensis esp. 90. *Defuncto sanctæ memoria Leone Papa, Hildebrandus tunc Ecclesiæ Romanæ Subdiaconus, à Romanis ad Imperatorem mittitur: ut, quoniam in Ecclesia Romana persona ad tantum officium idonea reperiri non poterat, de partibus illis, quem ipse, tamen vice Cleri, populique Romani Pontificem elegisset, adduceret. Quod cùm Imperator annuisset, Gebhardum Aistettensem Episcopum, cujus suprà meminimus, de Romanorum consilio postulavit. Tristis adhac Imperator (nimis enim illi charus erat) cùm illum omnibus modis sibi necessarium diceret, & alios plerosque huic officio magis idoneos proponeret: Hildebrandus in sententia perstitit. Erat enim idem Episcopus, non modò prudentissimus, verùm in toto regno ditior, atque potentior omnibus. Hunc itaque invitum licèt, ac nolente Rege (propter quod postmodum monachos non amâsse dictus est) Romam secum adduxit.*

C Addit Hermannus electionem Victoris factam in Concilio Moguntino, ídque Imperatoris jussu, qui tum erat Henricus hoc nomine secundus, cognomento Niger. *Conventus ab Imperatore Moguntia factus est*, inquit Hermannus, *in quo Gebbardus Aystettensis Episcopus ab Episcopis electus Romam missus est:* ubi inauguratus & coronatus est in ipsa cœna Dnmini, teste Hermanno, annn M.LV. Venisse Rnmam eum Pontifice Imperatorem scribit Leo Ostiensis. At Hermannus, Pontificem præmissum, & Imperatorem subsecutum esse, docet his verbis: *Imperator Natalem Domini Goslaria celebravit, ac deinde expeditionem in Italiam paravit, ac diem sancti Pascha Mantuæ egit: diem autem Pentecostes Florentia, ibique coram eo à Domino Papa generali Synodo habita, multa correcta sunt.*

D Inter hæc autem ad Ecclesiæ correctionem spectantia, fuit procul dubio damnatin Berengarii Hæretici, de quo Landfrancus in libro de corpore & sanguine Domini. *Qua sententia Leonis Papa non effugit successorem quoque suum felicis memoria Papam Victorem. Sed quidquid de hac re seu de cateris ipse statuit, statuive præcepit, hoc etiam iste sua, atque omnium Conciliorum auctoritate firmavit.* E

F Huc refer constitutinoem de bonis & beneficiis Ecclesiasticis per Episcopos non abalienandis, de qua sanctione extat prnlixa epistnla Petri Damiani apud Baronium anno Christi M. LV.

G Idem Victor Hildebrandum, tunc Subdiaconum; postea Pontificem Maximum, Gregorii VII. nomine nobilitatum, legatum à latere in Gallias ablegavit, tum ad extirpandum Simnniacam hæresin, tum ad alios abusus abolendos. Hildebrandus munere sun strenuè functus synodum collegit, in qua memorabilis illa historia accidit, quam multi veterum referunt: inter quos Desiderius Abbas Cassioensis in Dialogis apud Baronium, ubi ipse Hildebrandus hunc in modum loquens introducitur. *Cùm essem Subdiaconus, & à beata memoria Victore hujus Apostolica sedis Pontifice, in Galliam pro Ecclesiastici negotiis discutiendis essem transmissus: cura mihi fuit Episcoporum convocare Concilium, ut illis coram positis de Ecclesiasticis negotiis tractaremus. In eadem verò civitate, in qua Synodus agebatur, Episcopus erat, qui pretio honorem comparâsse Episcopatus, à multis infamabatur. Igitur vocatus Episcopus venit in medium: Cùm ergo eum exhortari salutaribus monitis cœpissemus, ut quæ sibi opponebantur, conscientia jam fatente, humiliter confiteretur: ille tum quia ejusdem civitatis erat Episcopus, tum quia fretus auxilio Comitis terra ipsius, plenus superbia, omnino verba nostra vili pendebat. Sed cùm à nobis, & à cateris, qui aderant, Episcopis, sub justitia regula se (quod non speraverat) constringi conspiceret, nec effugiendi habere licentiam: negare pertinaciter cœpit, quod ante vix audire dignabatur.* H *Cúmque verba producerentur in longum, & maximum diei spatium esset consumptum, & ille nihilominus in sua pertinacia negando persisteret: hoc modo eum cum cateris, qui aderant, religiosis Episcopis adjurare visum fuit, & totum judicium in ostensione Spiritus sancti committere. In nomine, inquam, Patris & Filii, & Spiritus sancti, cujus donum gratia te comparâsse audivimus, ut hujus rei nobis veritatem edisseras, adjuramus. Quod si ampliùs, ùt cœpisti, negare tentaveris; Spiritum sanctum, donec, quæ vera sunt, confitearis, nominare non valeas. Qui Episcopus cùm abundè eloquens esset, & à nobis oraretur, ut Spiritum sanctum nominaret: Patrem quidem & Filium satis disertè nominabat, Spiritum verò sanctum, mirum in modum nominare nullo modo poterat. Tunc omnibus, qui aderant, luce clariùs patuit, quòd honorem Episcopatus, dato pretio, emerat, qui non nisi Spiritus sancti gratia largiente tribuitur. Tunc virtute Spiritus sancti tremefactus Episcopus, humiliter coram omnibus confiteri coactus*

actus est, quod ante inflatus superbia, Dei timore postposito procaciter negare præsumpserat.

A Collegit idem Hildebrandus Synodum Turonis contra Berengarium in hæresim abjuratam relapsum; qui argumentis convictus iterum palinodiam cecinit; in quem ista Landfrancus. *In Concilio Turonensi, cui ipsius Victoris interfuêre legati, data est tibi optio, defendendi partem tuam. Quam cùm defendendam suscipere non auderes: confessus coram omnibus communem Ecclesiæ fidem, juràsti te ab illa hora ita crediturum, sicut in Romano Concilio te juràsse, est superiùs deprehensum.*

B Miraculum porro, quo à præsentissimo exitio Victor Papa ereptus est, commemorat Lambertus his verbis. *Huic* (Victori Pontifici) *Subdiaconus toxicum in calicem misit. Quem cùm ipse post consecrationem levare vellet, nec posset: à Domino causam facti inquisiturus, cum populo ad orationem prosternitur; statimque toxicator à dæmone arripitur. Ita igitur causa manifestata, Dominus Papa calicem cum sanguine Dominico, cuidam altari jussit includi, & pro reliquiis in perpetuum conservari. Deinde iterum cum populo tam diu ad orationem prosternitur, quo usque Subdiaconus à dæmonio liberaretur.*

C Sequenti anno, nimirum M. LVI. Victor Pontifex in Germaniam abiit, invitatu Imperatoris, cui adventus tanti viri opportunus accidit; nam in ejus manibus spiritum Deo reddidit: de quo Hermannus. *Henricus Imperator Domino Apostolico ad se tempore autumnali invitato, Cùm in Saxonia in Bothfeldino commoraretur, morbo ingravescente infirmatus est, obiit anno ætatis suæ XXXIX. Regni verò XVIII. Imperii X. Indictione decima.*

D Fusiùs Marianus Scotus. *Iisdem temporibus multi diversarum provinciarum Principes perièrunt: fames multas provincias afflixit: egestas & penuria undique prævaluit: multa mala tunc temporis facta sunt. Henricus Imperator his doloribus corde tenus compunctus, infirmari cœpit, & perductus usque ad mortem, sapienti tamen usus consilio, ab omnibus, quibus potuit, veniam petens, quibusdam prædia, quæ abstulit, restituit: cunctis, qui contra eum culpas damnabiles fecerunt, relaxans. Filium suum Henricum Romani Pontificis tunc præsentis, cæterorúmque Pontificum & Principum electione Regem constituit. His & aliis, prout vitæ possibilitas admisit, benè dispositis, tertio Non. Octobr. vitam præsentem finivit, sepultúsque est Spiræ Papa præsente.*

Ex Germania Romam revenit Victor Papa initio Quadragesimæ. Anno M. LVII. ubi Trasimundum Comitem Theatinum piorum communione submovit cùm ob alia scelera, tum ob Legatos Constantinopoli redeuntes ab eodem Comite spoliatos. Abbatem quoque Cassinensem in ordinem redegit: & tandem XXIIX. Julii defunctus est Florentiæ, ibidémque sepultus, ùt Leo Ostiensis testatur. E De quibus omnibus consule Baronium. Non resignaverat Victor Pontifex factus Episcopatum Eystettensem; Itaque nullus in ejus locum usque ad obitum suffectus fuit. Lambertus in Chronico anno M. LVII. *Eystettensem Episcopatum Gunzo obtinuit, quo se Gebhardus factus Papa non abdicaverat.* Est autem Lamberto *Gundeckarus Gunzo*, qui Gebhardum seu Victorem in Episcopali munere excepit.

F Nunc audiamus Anonymum Hasenrietanum satis copiosè de Gebhardo scribentem, tametsi aliqua non consonent his, quæ hactenus dicta sunt, præsertim quod attinet ad locum mortis & sepulturæ. *Secutus est* (Gotsmannum) *Gebehardus Episcopus, qui utinam aut nunquam Præsul fieret, aut factus tam citò subtractus non esset. Tolerabilius enim esset tale bonum omnino nescisse, quàm cognitum tam citò amisisse. Hic patre Hartvvigo, matre verò Biliza natus, Suevia oriundus extitit, & etiam regalem, ùt ipse Henricus Imperator fatebatur, prosapiam ex parte attigit. Quam tamen arrogantiam, ùt erat facetissimus, suaviter ille declinabat, dicens, se quidem claris satis ortum parentibus, sed nequaquam ad hanc dignitatem pertinentibus.*

G *Hic verò hac occasione, imò, ut veriùs dicam, divina hac ordinatione factus est Episcopus. Postquam Episcopatus noster ad petitionem memorati Brunonis Episcopi duobus in simul Wirzeburgensibus datus est fratribus: Gebehardus Ratisponensis Episcopus, Regis patruus, postulare cœpit, ut suæ cognationis gratia Chunoni Archipræposito suo daretur. Cujus petitioni benignus Augustus in tantum acquievit, ut idem Præpositus de Episcopatu tam certus esse vellet, ut etiam quorundam clericorum servitium quasi jam debitum non recusaret. Comperto autem Imperator, quòd Presbyteri filius esset, cùm penitus sibi Episcopatum dare noluisset, patruus ejus in* H *tantum cœpit indignari, ut diceret non propter prædictam excusationem, sed magis propter sui despectionem hoc sibi denegari. Quam patrui suspicionem cùm Cæsar excludere vellet, ut sciatis, inquit, me nihil erga vos, nisi quod bonum est, moliri, offerte mihi quemcunque idoneum ex vestratibus, hoc tantùm excepto, & voluntatem vestram libenter adimplebo. Ad hæc ille cùm debitas egisset gratias, habeo, inquit, hic mecum juniorem quendam cognatum meum, cui si præfatum Episcopatum dederitis, devotissimum me semper in omnibus habebitis. Tum ille, facite, inquit, illum ad nos venire. Quem adductum Cæsar intuitus, valdè, inquit, minor est, & ad hanc dignitatem vix idoneus satis. Deinde consultis super hac re assidentibus Episcopis, & diversis diversa respondentibus, S. Bardo Moguntinus Archiepiscopus, subtus cucullam suam, ùt solebat, collectus & tacitus, cùm & ipse ad respondendum rogaretur, postquam sæpius eum intuitus est, demisso vultu tandem ad Imperatorem ait:*

Domi-

* A Domine benè potestis hanc sibi dare potestatem, quia aliquando dabitis sibi majorem. Quod Rex admodum miratus, quid, inquit, pater dixisti, de futura datione majoris potestatis? At ille subridens,* & tam inquit in dicendo; Veruntamen ùt dixi, benè potestis hunc sibi Episcopatum largiri. Quo Rex audito, securus jam tanti viri testimonio, annulum sibi mox dedit cum baculo. Quod cùm Pater ejus N. audisset, magno, ùt decuit, gaudio repletus, sciscitatur statim, quis esset hujus Episcopi Patronus, Cui cùm S. Wilibaldus nominaretur, Papè, inquit, somnium meum me fefellit. Olim quippe somniabat, quòd iste filius suus S. Petri pastor esse deberet. Sed nundum venit hora ejus

* locus corruptus.

B Posthac sublimatus Pontificali infula Dominus noster Gebehardus, licèt junior esset ætate, nihil tamen puerile gessit in opere, sed ita de virtute in virtutem certatim ascendit, ut inter omnes Regni Principes paucis inferior, multis verò esset superior. Denique inter cæteras virtutes, specialem hanc habuit, quòd in exercendis tam divinis, quàm humanis judiciis, talis scientia, tantaque velocitatis extitit, ut jam neminem mortalium hac in re superiorem habuerit, paucis itaque annis interpositis, adoptatus à Cæsare est in administrationem publici regiminis. In quo actu tam multiplici laude resplenduit, ut, quod rarissimum est, invidiam virtute superaverit. Unde factum est, ut exulante ad Ungariam Chunone duce, ipse ducatum Bajoaricum ad tempus susciperet regendum. Quibus diebus, inter alia gloriosè gesta, Schirenses latrociniis, ut hodièque sunt, deditissimos, in tantum devastavit, combussit ac contrivit, ut hujus afflictionis tam perpes memoria, quàm querimonia penes eosdem sit.

C Eo tempore cùm secundus à Rege esset, Rèxque eum solo Regni solio præcederet; Cæsar ipse aliique multi veraciter credidère, prophetiam illam S. Bardonis de majore potestate jamjam impletam esse. Sed neque adhuc venit hora, qua implenda erat hæc sententia. Illis diebus S. Papa Leo Romanam rexit Ecclesiam, qui jam secundus Imperatoria electione Apostolicæ sedi præfuit. Siquidem primus Suidegerus Babenbergensis Episcopus extitit. Qui venerabilis Pater, ùt præmisimus in libello Agnetis Imperatricis, propter hanc necessitatem ad Apostolicæ sedis assumptus est gubernationem. Cùm antiqua Romanorum avaritia inter alia, etiam Apostolicam sedem venalem faceret, & modò hunc, modò illum, nunc alium super alium constitueret; gloriosus Imperator indignitatem rei non ferens, cum magno exercitu Romam venit, & habita generali Synodo duos simoniacos uno die abjecit, & tertium

Leo IX.

Vide Baron. Tomo XI. anno M. XLVII. & seqq.

D Catholicum Apostolicæ sedi imposuit, prædictum scilicet Suviggerum Babenbergensem Episcopum, Clementem in Papatu vocatum. Qui eisdem Babenbergensibus hoc privilegium dedit, ut in summis festivitatibus, tum ministri altaris, tum etiam cæteri seniores mitras habeant in capitibus.

E Hoc Papa feliciter defuncto, & Babenbergæ in choro S. Petri, singulari fratrum devotione, sepulto, successit beatus hic, de quo diximus, Leo. Qui tam immensæ clementiæ fuit, ut capitalium criminum reis non nisi tres sextas ferias pro pœnitentia injungeret, & cætera misericorditer indulgeret. Quod cùm familiares ejus notarent, & simpliciores quosque ad audendum perpetrandúmque facinus impunitate incitari dicerent; clementissimus Papa suaviter respondit, & tam vera, quàm simplici sententia murmurantes compescuit. Ait enim, non displiceat vobis fratres, si ego peccator peccatoribus condescendo, imò displiceat potiùs, quòd peccantes graviùs equidem, quàm ille, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus, punio. Nusquam enim reperietis in toto Evangelio, quòd Dominus noster JESUS aliquem jejuniis vel verberibus afflixerit. Sed pœnitenti, vade ait, in pace, & ampliùs noli peccare.

F Hic contra Nortmannos pro pace Ecclesiastica bellum suscepit, & maximum suæ partis detrimentum incurrit. Unde insolabiliter contristatus cottidie missam cantavit pro interfectorum animabus. Quod cùm diu fecisset, tandem Angelus Domini per visionem sibi astitit, & cur cottidianas pro defunctis missas ageret, interrogavit. Cui cùm ille respondisset, quòd jure hoc pro interfectis suis faceret; Angelus ad hoc. Noli, inquit, pro defunctis cantare, potius, sancti tui Domine; quia pretiosa est in conspectu Domini mors Sanctorum, in illo prælio peremptorum. Quam missam postea cantavit pro illis ad vitæ suæ usque terminum.

G Appropinquante autem tempore vocationis ejus, vidit in visione juvenem quendam Papalibus vestibus indutum accedere ad se; tres calices in manibus portare. Cujus somnii interpretationem mox expergefactus sic exposuit suis familiaribus, juniorem quendam post se Papam futurum, & non nisi tres annos victurum, &c.

H Leone ergo Papa non simpliciter defuncto, sed verè in numero Sanctorum computato, Primates Romanorum Mogentiam veniunt, Papam sibi ab Imperatore deposcunt, & post longam deliberationem, nullum nisi nostrum Episcopum Gebehardum accipere voluerunt. Qui totis viribus renisus, quantò plùs oblatam dignitatem recusavit, tantò Romanorum desiderium ad obtinendum eum provocavit. Denique postquam legatos suos, clam, ùt putatur, Romam misit, qui eum ex industria flagitiis plurimis infamarent, & abominabilem Romanis quoquo modo facerent; sed frustra: postquam etiam per doctores quosque, in quibus & noster Magister, sibi faventia quæque Canonum collegit capitula: Sed & hoc frustra, non est enim, ùt scriptura dicit, sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Tandem Ratispona collectis universis Regni primatibus, omni tergiversatione deposita, cunctam controversiam brevi quidem, sed notabili consummavit sententia. En, inquit, ad Cæsarem, S. Petro totum me, hoc est, corpore & ani-

A & anima contrado, & licèt tanta sanctitatis sedi me indignissimum sciam, vestris tamen jussionibus obtempero, ea scilicet pactione, ut & vos S. Petro reddatis, quæ sui juris sunt. Hac sponsione à benignissimo Imperatore suscepta, Romam hilariter venit, singulari devotione susceptus est in consecratione Victor appellatus est, tribus annis Apostolicam sedem gloriosissimè rexit, tantaque inter cæteras virtutes, liberalitatis extitit, ut Romani non solùm viventi, verùm etiam mortuo singularia laudum præconia attribuerunt, & memoria ejus celebris habeatur. Interim non immemor pacti sui, tum consentiente, tum etiam invito Imperatore, multos sancto Petro Episcopatus, multa etiam castella injustè ablata, justè recepit, Romanámque Ecclesiam multis honoribus ampliavit, ditavit, sublimavit: & si diutius vivere licuisset, fortasse tale aliquod verbum incepisset, quod ambæ aliquorum aures tinnirent.

B Post hæc ab eodem Imperatore plurimis & accuratissimis legationibus evocatus, Goslariam venit, & inaudita quidem susceptionis gloria honoratus esset, nisi Deus, quàm nulla hæc sibi forent, ardenter ostenderet. In ipso susceptionis articulo, dum Regius apparatus cum exquisitissimis ornatibus obviam venienti procederet, tantus tamque subitaneus imber ingruit, ut totus ille tantæ ambitionis ornatus, usquequaque dissipatus sit. Veruntamen ubi fugiendo potiùs, quàm procedendo in monasterium ventum est, magnificè susceptus est, ùt Papam quidem decuit, non tamen ùt Imperator voluit. Aliàs verò quàm incomparabili apparatu tractatus sit, sicut supra modum fuit ipsa in re, ita longum est referre, hoc tantùm veritate ipsa non invidente licet dicere, nihil tam magnificum fuisse, quo devotionis suæ multitudinem pro desiderio suo posset ostendere.

C Paucis itaque interpositis diebus autumnali venatione, gratissimo utique sibi occupatus studio, in nemore Hart nuncupato, ultimam valetudinem incidit, & medicis desperantibus, ingravescente infirmitate III. Non. Octobris rebus terrenis exemptus, ad interminabilia cœlestis Regni gaudia, ùt verè credimus, est translatus. Et quid ni credamus? Cùm inter innumeræ virtutis & pietatis opera adprimè Catholicus fuerit, & in extremis suis ipsum Apostolicum sibi utique benignissimum, tótque venerabiles Episcopos, aliósque Sacerdotes præsentes habuerit. Quibus & confessionem fecit, & à quibus indulgentiam accepit, quósque devotissimos pro se intercessores habuit. Quem verò ex aqua duntaxat & Spiritu sancto renatum, & in fide Catholica defunctum non salvarent tot, tantæque orationes & eleemosynæ, quæ diem sepulturæ ejus

Mors Imperatoris Henrici III. Reg. Imper. II.

D præcessisse feruntur. Deportatus itaque à Saxonia usque ad Rhenum Spiræ in Monasterio S. Mariæ, juxta patrem suum & matrem sepultus est XXIII. obitus sui die, quinto Kal. Novemb. quo & natus est die, disponente hoc & egregio Papa, & Agnete Imperatrice, dudum Augusta, nunc vidua; ut, quo die exuit de utero carnalis matris, eodem reconderetur in gremium terræ communis, scilicet mortalium omnium matris.

E His ita transactis, dispositisque laudabiliter regni negotiis, Romam hen nunquam reversurus rediit, & apud Aritium Tusciæ civitatem V. Kalend. August. immatura morte vitam finivit præsentem, & ad gloriam provectus est indeficientem.

F Hujus venerabile corpus, cùm nostrates ad Eystettensem toparchiam perducere vellent, in via per dolum à Ravennatibus inhumanissimè spoliati sunt, & sepulto tam glorioso Papa foras muros Ravennatis urbis, in basilica S. Mariæ, ad similitudinem Romanæ Pantheon formata, piissimo desolati Domino, summa onerati tristitia repatriare contendunt. Quibus ex meridiana parte descendentibus, eadem hora septentrionalem partem, apertè Gundechar jam designatus Episcopus descendit; & illis pro amisso lugentibus Domino, iste pro adepto lætatus est Episcopio, &c.

XVIII. Gundeckarus hoc nomine Secundus.

G Gundekar Ecclesiam præsens modò dirigit ipsam qui ad Noticiam seu Indiculum Episcoporum Eystettensium ita præfatur. Gundekar peccator sanctæ Aureatensis Ecclesiæ non suis meritis, sed divina ordinante clementia octavus decimus Episcopus, hunc ordinem satis utiliter colligere, & ex propriis impensis conscribere fecit; & conscriptum ad altare S. Willibaldi Christi confessoris, scilicet in eodem loco corporaliter quiescentis, & ad servitium S. Salvatoris tradidit pro seipso & pro omnium debitorum suorum remedio, maximè autem pro antecessorum suorum Episcoporum refrigerio: pro quorum sacra reverentia & condigna memoria imagines eorum, & nomina, & tempus, quod in ordine Episcopali vivebant diésque discessionis eorundem hic annotare curavit, ut & ipsi apud Dominum assiduis precibus illum adjuvare dignetur.

H Alibi enumeratis breviter omnibus Episcopis, subjungitur. Post istos autem ejusdem S. Aureatensis Ecclesiæ, Gundechar fratrum ultimus, sed tamen tunc temporis Dominæ Imperatricis Agnetis Capellanus, in hanc eandem sedem XIII. Kal. Septembris, subnotatis Episcopis præsentibus, Luitboldo Maguntiacensi Archiepiscopo; Guntherio Babenbergensi Episcopo, Anselmo Lucensi Episcopo, Triburiæ est annulo investitus, & III. Non. Octobr. istis autem subnotatis Episcopis præsentibus, Luitboldo Moguntino Archiepiscopo. Annone Coloniensi Archiepiscopo, Eberhardo Trevirensi Archiepiscopo, Widone Mediolanensi Archiepiscopo, Gebehardo Ratisbonensi Episcopo, Adalberone Wirceburgensi Episcopo, Arnoldo Wormaciensi Episcopo, Chuonrado Spirensi, Hecilone Strasburgensi, Rumaldo Constantiensi, Dietmaro Curiensi, Dieterico Wirtunensi, Ermenfrido Situnensi. Udalrico Papiensi, exceptis Abbatibus, & alio multo Clero, virga pastorali sui ipsius Cleri, militiæque, & etiam familiæ communi laude & voto Spiræ

A *est honoratus, & XVI. Calend. Novembr. in sedem Episcopalem Dei gratia est inthronizatus. In die autem S. Joannis Apostoli plus cæteris Deo dilecti, in loco, qui dicitur Pfolede, ad summum gradum provectus est Sacerdotii. Interfuit etiam suæ consecrationi dominus ejus quartus Henricus Rex, & ejus mater dilecta Agnes Imperatrix ejus Augusta, cuncta ad ejus ordinationem necessaria disponens pro Capellano, quasi deberet pro filio. Interfuit etiam eidem consecrationi, dominus Hiltebrandus sanctæ Romanæ & Apostolicæ sedis Cardinalis Subdiaconus, tunc temporis in has partes ad Regem Henricum Apostolica legatione functus. Insuper etiam affuère jam præfati Episcopi confratres, fraternum & benignum in ordinando præbentes auxilium, Luitboldus Mogontinus Archiepiscopus, Engilhardus Magadeburgensis Archiepiscopus, Adalbertus Bremensis Archiepiscopus, Rumaldus Constantiensis Episcopus, Chuonradus Spirensis, Cuntheri Babenbergensis, Hecil Hiltenesheimensis. Immeto Podelbrunnensis, Sizo Verdunensis, Bruno Misenensis, Woffo Merseburgensis, Anshelm Lucensis, Ermenfridius Situnensis, & unus de regione, quæ dicitur * Bolani.*

*Polonia.

B Quæ omnia idem Indieulus in hanc summam conjicit: *In designatione ejusdem Pontificis Gundekari aderant IV. Episcopi: In susceptione virgæ pastoralis XIV. in ordinatione verò XIV. XIII. Kalend. Septembris erat designatio. III. Nonas Octobris virga pastoralis susceptio. XVI. Kalend. Novembris inthronizatio. VI. Kalend. Januarii Episcopalis consecratio.*

C In margine hæc annotantur. *Anno M. XIX. Gundekar peccator in festo S. Laurentii Martyris natus est Anno M. LVII. Episcopus electus est. Anno autem M. LVIII. Episcopus ordinatus est, ætate quippe XXXVIII. annorum.*

In eodem libro extat Indiculus Altarium, Sacellorum & Ecclesiarum, quas Gundackarus consecravit, præfixo hoc proœmiolo. *Hanc descriptionem Gundechar peccator, S. Aureatensis Ecclesiæ XVIII. Episcopus fieri præcepit, ut, quisquis eam videat, has subnotatas Ecclesias simul & altaria ab illo consecrata esse cognoscat.* Sunt autem Ecclesiæ & Capellæ (exceptis altaribus) quas variis in locis dedicavit numero C. XXVI. Qui certè commemorabilis & admirandus est numerus. *Anno M. LXV. Augustæ dedicatur Ecclesia matricularis* (cathedralis) inquit Chronica Augustensis, *ab Embricone ejusdem sedis Episcopo, & à Gunzone* (Gundeckaro) *Eychstettensi Episcopo.* Eadem Chronica anno M. LXXI. *Ecclesia, S. Afræ, & S. Udalrici ab Embricone Episcopo, & à Gunzone Aichstettensi est consecrata.* Interfuit Gundeckarus Synodo Moguntinæ, quæ sub Sigefrido Archiepiscopo collecta est anno M. LXXI. contra Carolum Episcopum Constantiensem Simoniacum.

D Obiit Gundeckarus anno M. LXXV. IV. Nonas, hoc est, secundo die Augusti: sepultus, ùt ait Catalogus Bruschianus, in S. Joannis abs se ædificato Sacello; non sine sanctitatis opininne, quam cùm aliis virtutibus, tum præcipuè Christianæ humilitatis studio sibi comparaverat. Quocirca, ùt paulò antea vidisti & audisti, non nisi *peccatorem* se indigitabat: felix officio Sacellani,* quo functus est apud Agnetem Imperatricem, feminam religiosissimam, & non boni filii optimam genitricem: felicior, quòd vivendi finem fecit, priusquam Henricus IV. Rex in apertum schisma prorumperet, & Gregorio VII. legitimo Pontifici palàm se opponeret. E

F Post mortem miraculis sanctimoniam vitæ comprobavit, maximè anno salutis M. CCC. IX. Ejusmodi miraculorum Index describitur in continuatione libelli Gundackeriani, qui continet narrationem de curatis claudis, mutis, surdis, cœcis, energumenis seu à Dæmone obsessis, paralyticis, nephriticis, strumosis, mortuis vitæ redditis, & id genus aliis, quin & vino, quo sacra lipsana abluta fuère, & nleo, quod inde manavit, multis salus obvenit; nam suprà dicto anno in Septembri exhumata sunt ossa Gundackari Pontificis, & ex loco, ubi minùs decenter tumulata fuerant, ad aliud bnnnrificentius sepulchrum translata, priùs vino reverenter lota. Cæterùm antequam ossa secundo sepulchro inferrentur, oleum tam de ossibus, quàm de superiore marmoreo lapide sepulchri *visibiliter emanavit*, inquit continuator. Quod Philippus Eystettensis Præsul duobus calicibus aliquando excepit, & ad multorum medelam ennservavit. Idem olei fluxus repetitus est Feria IV. post Festum D. Michaëlis ab hora precum matutinarum usque ad tempus pomeridianum; ídque in locis distinctis marmorei saxi, quo tumulus tegebatur.

G Vino, quo sacræ Reliquiæ fuerunt ablutæ, hoc inter cætera, miraculum patratum est; quod iisdem verbis recitabo, quibus ab initio scriptum est: *Henricus famulus honorati viri Magistri Udalrici Præpositi Spaltensis, cùm quodam die Sabbati post festum Paschæ; nunc transactum, nullam omnino corporis debilitatem sentiret, & sanus de nocte se ad stratum suum deponeret, guttur ipsius adeò magnum tumorem & dolorem contraxit, quod in manè nec de lecto surgere, nec absque maxima difficultate loqui poterat. Cúmque Dominus Rudige-* H
rus viceplebanus pro quadam cautela vocatus, cum Eucharistia venisset ad eum, & ipse famulus cum multa sibi difficultate peccata sua confessus fuisset, timens idem plebanus, & alii, qui præsentes fuerunt, ne forsitan in brevi ipsum contingeret suffocari, ea celeritate, qua potuit, Sacramentum ei Eucharistiæ ministravit. Sequenti verò die, videlicet feria secunda, manè prædictus tumor in gutture ipsius adeò invaluerat, quòd idem famulus omnem loquendi potentiam penitus amiserat, nec verba sua ab aliquo intelli-

gi

A *gi poterant, vel audiri, ita quòd per solum capitis motum vel nutum suam insinuavit quodammodo voluntatem. Quod audiens ipse Præpositus de vino, in quo ossa gloriosi Pontificis Gundeckari lota fuerunt, ad os ipsius fundi sub modica quantitate mandavit, & statim ipse famulus quendam ex hoc dolorem prætendens, loqui cepit, per potum, quem sumpserat, se omnino asserens liberatum. Et dum sibi per astantem familiam diceretur, quòd de vino ablutionis S. Gundeckari præsulis sumpsisset, in continenti cum magna devotione sepulchrum ipsius deinceps, quanto posset frequentiùs, se visitaturum promisit, & qui priùs nec linguam movere, nec se de lecto erigere poterat, cibum sibi dari petiit, & adhuc memoratum sepulchrum visitans, die crastino, hoc est, feria tertia manè, sanus & incolumis ad exercendos labores consuetos accessit.* Hoc ex quinquaginta sex Gundeckari miraculis isto loco recitâsse sufficiat.

B Videtur autem Gundackarus memoriam mortis seriò coluisse; quandoquidem tam diligenter annotavit nomina Pontificum & Episcoporum, quotquot tempore Episcopatus sui in Imperio supremum diem clauserant. Extat iste Catalogus in libro sæpe memorato hoc præfixo lemmate. *Hæc sunt nomina Episcoporum semper in Christo sanctorum ac felicis memoriæ post nostram ordinationem defunctorum;* hoc est, ab anno Christi M.LVII. usque ad annum M.LXXV. Quem Catalogum hic adscribere visum est in gratiam tanti Antistitis; & quia fortassis aliquid inde erui poterit, quod ad temporis illius historiam spectet.

C *Stephanus Papa.*
Nicolaus Papa.
Luitpoldus Moguntinus.
Arnolt Wormaciensis.
Chuno Spirensis.
Hezil. Starzburgensis.
Heinricus Augustensis.
Purchart Halberstatensis.
Sizo Verdunensis.
Gunther Babenbergensis.
Severus Pragensis.
Pelvinc Juvavensis.
Gebhart Ratisponensis.
Egilbertus Pataviensis.
Engilhart Magdeburgensis.
D *Wosso Mersburgensis.*
Winilbert Merseburgensis.
Rutpertus Monasteriensis.
Tancvart Brandenburgensis.
Brun Misenensis.
Appulin Fruest.
Hatto Tridentinus.
Dietbold Veronensis.
Gotebolt Aquilejensis.
Pernhart Paduensis.
Wolfram Bellunensis.
Waltolf Paduensis.
Megingoz de Pola.

Roitcher Tarvisiensis. E
Adalbero Regiensis.
Adalman Prixiensis.
Arnolt Regiensis.
Penno Cumanus.
Pernhart Vercellensis.
Ambrosius Pergamensis.
Penzo Adrianus.
Eberhart Trevirensis.
Reginbert Misenensis.
Huc Vesuntinus Episcopus.
Udalricus Papiensis.
Einhart Spirensis. F
Rabenger Aquilejensis.
Perenger Osneburgensis.
Rumolt Constantiensis.
Adalbero Wormaciensis.
Uto Tullensis.
Wolfram Tarvisiensis.
Tietmar Curiensis.
Adalbero Veronensis.
Petrus Asculensis.
Wido Mediolanensis.
Heinricus Ravennensis.
Kadelhohc Parmensis.
Adalbertus Premensis.
Borngerus Basileensis.
Bonifacius Albanensis.
Petrus Damianus Cardinalis tituli ad S. Rufinam.
Adalbero Metensis.
Udalger Tergestensis.
Perthold Abrutensis.
Hademar Polensis.
Ratolfus Slesvvigensis.
Liudegerus Vitentinensis.
Alexander Papa.
Husvvart Veronensis.
Udalricus Prixiensis.

In eodem Pontificali texitur alius Index hoc titulo. *Hæc sunt nomina fratrum Canonicorum, nostra recordationis tempore defunctorum;* in quo ponitur etiam Imperator Conradus, Salicus nimirum, & uxor ejus Gisila Imperatrix. Nec dubito, Indicis hujus Auctorem Gundakarum esse. Est & alius Indiculus, cujus hoc lemma. *Hæc sunt nomina fratrum Canonicorum, qui ex congregatione Eystettensi, nostra recordationis tempore, effecti sunt Episcopi.* G

Leobardus Radburgensis. H
Gebhardus Ravennensis.
Goteboldus Aquilejensis.
Gebehardus, qui & Victor Papa.
Burchardus Paduensis.
Erbardus Firmensis.
Richolfus Tergestensis.
Elisæus Mantuanus.
Wosso Merseburgensis.
Perengerus Osenbruggensis.
Gundechar Eystettensis.
Purchardus Basileensis.
Heribertus Tergestensis.
Pero Vincentiensis.

A Pater Gundeckari Reginherus nominabatur, cujus obitus notatur in Necrologio ad XXI. Octobris, & ad diem XXI. Novembris hæc adscripta leguntur. *Tuta soror Episcopi Gundeckari obiit.* Sed incompertum mihi, num primi an secundi Gundeckari.

XIX. Ulricus sive Udalricus I.

B *Nobilis Ulricus post hos virtutis amicus.*

Electus anno Domini M. LXXV. Sedit annos XXIII. Obiit anno Christi M. XCIX. XV. Kalend. Decembr. Interfuit Schismatico conciliabulo, quod anno M. LXXXV. celebratum est Moguntiæ, jussu Henrici IV. & Guiberti Antipapæ, contra Gregorium VII. legitimum Pontificem; præsidente Wezilone Archiepiscopo Moguntino, qui tamen postea à schismate pedem retulit, ad Catholicorum castra transgressus. Quod similiter de Udalrico sentire licet, cùm vitam in Episcopatu ad non paucos annos prorogârit. Quo temporis spatio plurimi, relicta schismatis discordia, ad unitatem Catholicam sese receperunt.

(Vide Apologiam Schismaticam pro Henrico IV.)

C Eodem anno M. LXXXV. habitus est conventus *in loco, qui dicitur Gerstungen*, ùt ait Auctor Apologiæ Schismaticæ pro Henrico IV. cui Udalricum interfuisse, fit admodum verisimile. Alii, ùt Urspergensis, locum hujus conventus Berbach, & quidem in Thuringia positum, appellant. Apud Dodechinum mendum irrepsisse oportet in hæc verba. Anno M. XCIX. *Conradus Eystettensis Episcopus obiit, pro quo Conradus constituitur.* Nam Ulricus hoc anno vita decessit; nec Conradum, sed Eberhardum successorem accepit.

D Sub hoc Episcopo transactio facta est cum Abbatissa Geisenfeldensi ob decimas in oppido Gamersheim, ùt constat ex veteri Diplomate, ex antiquis membranis descripto. *Notum sit omnibus Christi fidelibus, præsentibus scilicet & futuris, pactum, quod inter venerabilem Eichstettensis Ecclesiæ Episcopum N. & honorandam Friderunam Geisenfeldensem Abbatissam factum est. Tradidit namque eadem Abbatissa XII. hubas & dimidiam, in loco Wolfbuch dicto, & VI. mancipia in eodem prædio consistentia, & insuper X. libras denariorum, per manum Advocati sui Heberhardi, in manum prænotati Episcopi Udalrici, sui Advocati Ernesti, pro decimatione ad suam Ecclesiam, quæ est in loco Gaimersheim dicto, pertinente; ea scilicet conditione, ut nullus deinceps successorum ejus, potestatem habeat, hanc eandem decimationem, eidem Abbatissæ & suæ Ecclesiæ auferre, aut hujusmodi concambium ullo modo destruere aut infirmare. Hoc etiam pactum eodem die confirmatum est, & peractum, quo eadem Ecclesia à supradicto Episcopo dedicata est. Facta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis M. LXXXVII. Indict. X. regnante IV. Henrico Imperatore, tempore Udalrici sanctæ Eichstettensis Ecclesiæ * XVIII. Episcopi, & Ernesti Advocati. Hujus pacti utrinque testes per aures tracti nobiles viri, Arbo de Hunestat, Dietmar de Meccheuloch, Heinrich de Milenhart, Purchart de Raitenbuech, Wernhere de Tann, Megiuhart de Wangenbach, Gerunch de Lauvensdorff, Ulrich de Beran, & alii multi.*

E * Vocat XIIX. quia excludit S. Willibaldum. Quo incluso, XIX. est.

XX. Eberhardus.

F Ulrico successit Eberhardus, de quo versificator.

In vitiis tardus fuerat vivens Eberhardus.

Marchio à Schvveinfurto, ùt loquit Bruschius, Othonis Marchionis ac Suevorum Ducis apud Schvveinfurtum residentis, ac Dominæ *Petrissa* inclytæ à Wolfhartshausen Comitissæ filius. Electus anno Domini M. LXXXVIII. Sedit annos XIII. Mortuus anno M. C. XII. VIII. Idus Januarii, hoc est, ipso Epiphaniæ festo. Interfuit Eberhardus celeberrimo & frequentissimo illi conventui, qui ex toto Imperio Moguntiæ coactus est anno Redemptoris M. C. VI. unúsque fuit ex Legatis, qui communi principum decreto, Romam ad Pontificem mittebantur; etsi scelere Henricianorum Tridenti intercepti, eò, quò tenderant, non pervenerunt. Qua de re audiamus Urspergensis verba, tametsi pluscula; non tamen à proposito nostro divertentia.

G *Anno Domini M. C. VI. mediante Heinrico juniore, tantus apud Moguntiam factus est in natali Dominico totius regni Teutonici conventus, quantus per multa annorum curricula nunquam est visus. Referunt enim, qui aderant, LII. ibi tunc optimates, vel eo ampliùs affuisse, adeò, ut solus Dux Saxoniæ Magnus nomine, quem jam gravior ætas impediebat, notaretur defuisse. Ibi supervenientes Apostolicæ sedis legati, Episcopus scilicet Albanus cum Constantiensi, sententiam anathematis in Henricum seniorem, dictum Imperatorem, à tot sibi succedentibus Apostolicis sæpius sæpiúsque promulgatam, scriptis, simul & dictis testificantes, universam multitudinem, immo totam toto orbe diffusam Ecclesiam, ab ejus communione, Christi & B. Petri authoritate, multis jam annis sequestratum, confirmabant.*

H *Qua de causa, dum ipse se de Castello, quo manebat, Mogonciacam exhibere tentaret, Principes propter cavendum tumultum vulgi, sua potiùs, quàm filii parti favere solentis, ipsi Ingeleheim occurrerunt: tandèmque circumvenientes consilio, usque ad reatus confessionem, satisfactionisque professionem perducunt. Cui cùm Legati communionem seu pœnitentiæ modum absque generalis Synodi, & Apostolicæ discussionis censura reddere ad præsens non possent, ipse partis utriusque consiliis annuens, regalia vel Imperialia insignia, crucem scilicet & lanceam, sceptrum, globum atque coronam filii potestati tradidit, prospera illi imprecans, illum primatibus multo fletu commendans, & ex tunc juxta summi Sacerdotis, totiúsque Ecclesia*

A *sia decreta, suæ consulturum animæ promisit. Hoc ordine Henricus illius nominis quintus, primùm à Patre, deinde ab universis Germaniæ Principibus, in Regem jam secundò electus, ab Apostolicis quoque legatis, per manus impositionem Catholicè confirmatus, acceptis tam ab Episcopis, quàm laicis, juxta morem patriæ, sacramentis, regnare cœpit LXXXVIII. loco ab Augusto, quinquagesimo patris sui anno; ab urbe condita D. CCC. LVII. anno ab origine mundi VI. CCC. V. Dominicæ verò incarnationis, ùt dictum est, M. C. VI.*

B *Relatis igitur coram Rege, cunctisque totius Germaniæ optimatibus & præsulibus, omnique Clero simul & populo legationibus Romanæ Sedis, Ecclesiarum regni istius commaculatione diversa & inveterata, è contra emendatione ab universis unanimiter promissa, placuit tam regi, quàm primoribus ad sanctam matrem Romanam Ecclesiam, tantos ac tales à partibus istis legatos transmitti, qui & de objectis ritè rationem reddere, & de incertis sagaciter investigare, ac per omnia utilitatibus Ecclesiasticis sapienter consulere sint idonei. Separantur in hoc opus virì spiritu sapientiæ pleni, dignitatibus, natalibus & elegantia, seu divitiis præcipui, in illisque secundùm Deum sive sæculum veneratione insignes, à Lotharingia Bruno Treverensis, à Saxonia Henricus Magdeburgensis, à Francia Otto Babenbergensis, à Bajoaria Eberhardus Eichstattensis, ab Alemannia Gebehardus Constantiensis, à Burgundia Curiensis, nonnulli etiam nobiles de latere Regis Laicæ professionis, idque inter cætera suscipiunt in mandatis, ut, si fieri possit, Domini Apostolici præsentiam, Cisalpinis partibus impetrent exhiberi. Sic nimirum, sic per tot jam annos obnubilata lux oriri cœpit, nostris in partibus, orthodoxa: depublicatur & ventilatur, dijudicatur, & convincitur; fœtet & respuitur, condemnatur, & anathematizatur hæresis Wigbertina, vel Henriciana; abdicatis, sive fugatis hæresibus, Catholici cathedris Pontificalibus destinantur, è quibus etiam aliqui inter ipsa festa consecrantur.*

C *Denique in tantum divinæ legis subitò zelus efferbuit, ut etiam ipsa cadavera Pseudoepiscoporum ab Ecclesiis eliminarentur, quotquot autem ab ipsis erant ordinati, usque ad generalem audientiam ab officiis suspenderentur. Jam enim exaltatis sibi divinitus Ecclesia Romana cornibus, ad incutiendum timorem, cunctis usquequaque schismatum membris, etiam capitis ipsius ossa Wigberti scilicet dicti Papæ, de sepulchro suo, quod per quinque jam annos in Ecclesia Ravennensi possederat, projici fecerat, universáque ejus instituta, ùt verè non Apostolici sacerdotis, sed Apostatici invasoris annullari decreverat.*

D *Inter hæc Wernherius quidam, ex ordine ministerialium Regis, qui Marchæ, quæ in partibus Aquinæ, præerat, quasi hæresim eandem resuscitaturus, collectis undecunque per Italiam copiis, corruptis quoque multa pecunia Romanis* E *nonnullis, dum Dominus Apostolicus Beneventanis immoratur finibus, quendam Pseudoabbatem de Fafara, proh nefas, cathedra S. Petri imposuit, & ipsum Papam Cæsaris sub vocabulo Sylvestri appellari voluit, qui tamen post paululum turpiter, ùt merebatur, à Catholicis eliminatus, vesaniæ suæ præmium, malè conquisiti, pejúsque dispersi æris retulit, damnum præter fidei, quod miserunt, cæco non doluit corde dispendium.*

F *Porro proceres jam dicti, dum è suis singuli partibus in valle Tridentina convenientes, apud ejusdem nominis civitatem, id est, Tridentum pernoctarent, quidam Adalbertus adolescens, partium illarum quodam insignis comitatu, summo manè super ipsos, utpote inermes & peregrinos, concivibus armatis irruit, spoliat, capit, custodiæ tradit, idque sibi per legationes Domini sui Heinrici eximperatoris demandatum comprobat. Artibus quippe solitis, idem Heinricus usus, clámque religiosis epistolis, nunciis, quascunque poterat, regni civitates & provincias impleverat, quibus se vim à principibus passum, imò ab unico filio depulsum imperio, deplorabat regnum in suis miseriis confusum, cunctis usquequaque partibus ejusdem fortunæ timendum fore præmonebat exemplum. Qua de causa nullus jam per Italiam liber transitus eisdem patuit legatis. Gebhardus tantùm Constantiensis Episcopus cum suis per occultiores alpium semitas ingressus Mathildis comitissæ,* G *alterius nimirum Debboræ, Præsidiis, Apostolicis præsentantur vestigiis. Reliqui, ut diximus, magnates, ut nimirum à stultissimo captivatore deprehensi indignè tractantur, præter Ottonem Babenbergensem Episcopum: cui idem Adalbertus, eò quod esset suus miles, parcere cogebatur. Quo etiam mediante Bruno Trevirensis Episcopus, & Wigbertus Comes eo pacto dimittuntur, quatenus & imperatorem cum illo pacem facturi, conveniant, & quid idem reliquis ipse præcipiat, relatari redeant. At JEsus, qui semper prope est omnibus se invocantibus, & his juxta, qui tribulato sunt corde, repentè super eosdem sibi rebelles, Welphonem ducem Noricum, quasi gladium de vagina sua eduxit, qui tertia superveniens die, manu valida * clausas* * clusas. *obstructas effregit. Gebehardum virum probatum Tridentinæ Ecclesiæ constitutum à Rege Catholico novum Episcopum, quem nunquam se suscepturos cives ipsi conspiraverant, recipi coëgit, ipsum quoque Adelbertum, suique sceleris complices adeò perterruit, ut eductos, quos clauserant Principes, ipsúmque Castellum novo Episcopo redderent, ipsi insuper nudipedes, ab his, quos afflixerunt, veniam postularent.*

XXI. Udalricus II.

Ulrico cura fuerat disponere jura. H

Præfuit Episcopatui annis XIII. Excessit ex mortalium numero, anno M. C. XXV. III. Nonas Septembris. Quo anno sæva pestis plurimos sustulit, & in his etiam Udalricum

A rieum Antiſtitem; de qua Urſpergenſis io Chronico. *Hoc anno nonnullos ex nobilitate, unà cum innumera multitudine vulgarium moetalitas abſumpſit. Inter quos Udalricum Eibſtattenſem, ac Ruoggerum Wirziburgenſem, Arnoldum quoque Comitis Arnoldi filium, bonæ indolis adoleſcentem, pluréſque alios ſors ultima preſſit. Nam poſt vulgi ſtragem immenſam tam fame, quàm peſtilentia, judicio divino, pacata lues tanta, tàmque indifferens per populos ubique graſſari cœpit, ut nulli conditioni, ſexui vel ætati parcendum fore mors minitaretur pallida: vixque vivi ſufficerent ad curanda defungentium cadavera.*

XXII. Gebhardus hoc nomine Secundus.

B *Quando vivebat Gebehart, in jure vigebat.*

Ex nobiliſſima Comitum Hirſpergenſium familia. Electus anno M. C. XXV. Sedit aonos XXIV. Mortuus M. C. XLIX. XVI. Kalend. Aprilis. *Habuit germanum fratrem Comitem Hirsbergenſem Erneſtum*, ioquit Bruſchius, *qui anno Domini M. C. XXIX. pietatis Chriſtianæ zelo conſtruxit ac fundavit Blanckenſtetenſem Benedictinorum Abbatiam inſignem. Gebhardus iſte ex Præpoſitura Heidenheimenſi iterum Benedictinam Abbatiam fecit, ejectis cum conſenſu Pontificis Maximi Eugenij tertij, Sacerdotibus, qui aliquandiu ſub Præpoſito non admodum religiosè ibi vixiſſent.* Res tamen caruit felici ſucceſſu uſque ad Cooradum Epiſcopum, ùt liquet ex commeotariolo Adelberti Abbatis Heidenheimenſis de hoc ipſo negotio.

C Interfuit Gebhardus Synodo Rhemenſi anno Domini M. C. XLVII. contra delirum quendam hæreticum *Eum* ſeu *Eonem* eelebratæ, præſidente Eugenio III. Pontif. Maximo. Adfuit idem Præſul Moguotioæ Syoodo in cauſa Brunonis Epiſcopi Argentoratenſis, ùt ſcribit Dodechinus, qui licèt Gebhardum non oominet, oomioat tamen Epiſcopum Eyſtettenſem, qui anoo M. C. XXXI. alius noo erat, quàm iſte Gebhardus.

D Hoc Epiſcopo Willibaldinam cathedram moderante diſcuſſa eſt cauſa Ellenbardi Epiſcopi Friſingenſis, qui etiam poſt funera accuſabatur, ùt ſchiſmaticus. Cui tameo ceu innocenti, hoc teſtimooium datum eſt.

*Anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo vigeſimo nono, primo Kalend. Auguſti, collectis apud * Leſen quàm pluribus Salzburgenſis, Friſingenſis, Ratiſponenſis, Patavienſis, Aiſtetenſis Eccleſiarum Clericis, religioſis & literatis, inſuper Abbatibus, & Monachis, & non modico Principum ac populorum collegio; coram Archiepiſcopo Salzburgenſi Conrado, & Regiaberto Brixienſi Epiſcopo. Inter cætera, cauſa Ellenbardi Friſingenſis Epiſcopi, jam dudum ante annos quinquaginta duos feliciter viam univerſæ carnis ingreſſi, ventilata eſt.* E *Quia hoc ipſo tempore Gregorii VII. qui & Hiltbrandus, ſub hæreſi Wicbertina quibuſdam defunctus eſſe putabatur, à præfato Metropolitanæ ſedis Archiepiſcopo, plus annos quinquaginta duos, quibus ſine reclamatione canonica, tam mortuis quàm vivis verè Catholicus eſt habitus, irrationabiliter eſt impetitus; cùm utique duobus annis priùs ipſe de mundo exceſſerit, quàm Wicbertus Hæreſiarcha Romanæ ſedis cathedram invaſerit. Sed beati viri meritis exigentibus, probabili ſeptem probabilium virorum teſtimonio, canonicè excuſatus, imò meritorum prærogativa, & miraculorum atteſtatione, venerabilis ſemper inventus; reverentiam, quam apud Dominum & homines dudum vivens emeruit, etiam mortuus, Domino propitiante irrefragabiliter obtinuit.*

* Lauſſen.

F *Probatum eſt itaque legitimo ac Canonico Rudolfi Abbatis Aiſtettenſis teſtimonio, Diethmari S. Andreæ Decani, Hannonis Presbyteri, Chunonis Parochiani, Richeri Presbyteri de Glane, cæterarúmque venerabilium perſonarum, quòd Venerabilis idem Epiſcopus, in gratia ſedis Apoſtolicæ, & communione matris Eccleſiæ indubitanter obierit; ne ergo digna tantæ rei memoria, ulla poſterorum oblivione deleatur, placuit, ut hujus comprobationis notitia, per literarum indicia poſteris noſtris transmittatur.*

G *Acta ſunt hæc præſentibus ſubſcriptis teſtibus, & aliis quampluribus. Abbas Salzburgenſis Paldricus, Abbas Scitenſis Guntherus, Præpoſitus Salzburgenſis Hermannus, Peapoſitus Chimeſeenſis Hartmannus, Peapoſitus de Perchteres Kademan liberuuinus, Peapoſitus de Garze Hugo, Peapoſitus de Ovve Herebertus, Præpoſitus de Cella Burchardus, Tagibertus Præpoſitus de Werda, Archidiaconus Patavienſis Rubertus, Peapoſitus Aiſtettenſis Burchardus, Wernherus Canonicus Ratiſponenſis, Friſingenſes Canonici, Adalpero Præpoſitus, Adalpertus Decanus, Wichmannus Peapoſitus S. Andreæ, Henricus Scholaſticus ac Peapoſitus S. Viti, Herricus Peapoſitus S. Caſtuli, Hoboldus Præpoſitus S. Zenonis, Waltherus Tridentinus Præpoſitus.*

H Deſcriptum eſt hoc teſtimonium ex antiquiſſimo exemplari ab admodum Reverendo Domino *Andrea Scherer* S. Aodreæ Montis Friſingenſis meritiſſimo & digniſſimo Decaoo.

Interſuit tamem Ellenhardus Schiſmatico conciliabulo Wormaciæ celebrato, io quo inaudita & deteſtabili impietate Gregorius VII. Poot. Max. depoſitus eſt: & ſubſcripſit quoque, quia ùt Lambertus ſcribit in ſuo Chronico, omnes ſubſcripſerunt, præter Hermannum Metenſem & Adalberonem Wirzburgenſem Epiſcopos. Eodem tamen anno ab Epiſcopis Ultramontanis (inter quos oumerabatur quoque Ellenhardus,) literæ ad Pootificem Gregorium miſſæ ſunt, *in quibus confitebantur ſe erràſſe, & nimium deliquiſſe, qui poſtulabant quoque veniam, & omnem de cætero obedientiam firmiter ſpoponderunt*, ùt ex vi-

ex vita Gregorii Pontif. recitat Baronius Tomo XI. anno M. LXXVI. N. 22. Ellen-
A bardus anno M. LIII. Frisingensis Præsul factus est. Defunctus anno M. LXXVIII. postquam XXV. annos Ecclesiæ illi præfuisset. Obiit ergo ante Wiberti Antipapæ intrusionem, quæ biennio demum pòst, nempe anno M. LXXX. contigit.

XXIII. Burckhardus.

B *Non virtutis egens Burckhardus, erat bene degens.*

Qui sedit annos IV. Episcopatu se abdicavit anno Christi M. C. LIII. Quem Bruschianus Catalogus, tanquam ignavum & hominem nauci, valdè infamat; prædictóque versiculo subjungit istos.

Dedecus Ecclesiæ se fuit esse suæ.
Præsulis hic morem nullum tenuit neque honorem.
Sed tantùm nomen, cujus & umbra fuit.

In manuscripto nostro, præter primum versum, nullus alius comparet. Malè tamen audit Burckhardus iste, etiam in Commentariolo Adelberti; & in eum, tanquam in auctorem, conjicitur omnis fermè culpa turbarum & seditionum, quæ in Monasterio Heidenbeimensi extiterunt, quòd decreto Eugenii Pontificis sæculares Canonici inde migrare, & antiquis inquilinis Ordinis divi Benedicti cedere jussi essent. Vide Adelbertum libro secundo Observat. insertum.

C
XXIV. Conradus.

Conrado tota lex juris erat bene nota.

Sedit annos XVIII. Obiit anno M. C. LXXI. Idibus Januarii. Fundator Monasterii Rebdorffensis non procul Eichstadio ad Alcimülam seu Almonem fluvium, ubi etiam sepulturam accepit. Dicitur fuisse ex nobili familia à Morspach; Abbas primùm Wildsbergensis, Friderico Barbarossæ perquam charus & gratus, in cujus comitatu fuit, cùm expeditionem in Italiam susciperet anno Domini M. C. LVIII.

Iste Conradus Eugenii III. Pontificis Max. de Monachis Heidenbeimium reducendis decretum efficaciter exsequens, transactum dedit, quod vel improbitas, vel socordia, vel utráque priùs impedierat. Quapropter promeritas laudes ab Adelberto refert.

D
XXV. Egilolphus.

Post hos Dux gentis Egelolph fuit Aureatensis.

Præfuit undecim annos, & anno M. C. LXXXII. (Bruschius uno anno minùs) infula & omni potestate Episcopali sponte sua se abdicavit, propter amissam loquendi facultatem, & manus dexteræ paralysin.

XXVI. Otho.

Otto suæ vitæ deduxit tempora ritè.

Sedit annis XIII. Mortuus anno M.C. XCVI. Interfuit translationi S. Udalrici, Episcopi Augustani, ùt dicitur in Chronico Augustano, E
quod D. Joannes Pistorius publicavit. Construxit & consecravit anno salutis M. C. LXXXVIII. Capellam in honorem Resurrectionis Christi, & S. Mariæ Magdalenæ, cujus altare eximiis Sanctorum Reliquiis instruxit, parte etiam dono accepta ab Udelschalco, Episcopo Augustano.

XXVII. Hertvvicus seu Herdovicus.

Hervvicus vitam duxit virtute politam. F

Addit Bruschianus Catalogus.

Mente Deo gratus præclara stirpéque natus.

Hic in manuscripto Codice Othoni successisse dicitur anno M. C. XCV. Id si verum esset, non subsisteret, quod tradit Bruschius de morte Othonis anno M. C. XCVI. Additur de eodem Hervvico in eodem Codice. *Post hos Hertvvicus Germanus Comitis de Sulzbach* (alii faciunt Comitem Hirsbergensem) *major Præpositus ibidem succedens, qui gloriosè regnavit XXVIII. annis. Mortuus anno M. CC. XXIII. sub Imperatore Friderico, & Henrico Rege filio ejus.* obiit VI. Nonas Maji. Est hic ille, de quo Urspergensis anno M. CC. V. *Huic* (Conrado Herbipolensi Episcopo) *in officio Cancellarii successit Episcopus Eystettensis, frater Comitis de Tollenstein. Quo tamen brevi ab eo officio pulsò, Episcopo Ratisbonensi illud est collatum.* Anno autem M. CC. V. cathedram S. Willibaldi tenebat Hertvvicus sive Hartvvicus, quem Urspergensis ex Comitum de Tollenstein familia ducit.

XXVIII. Fridericus Primus hujus nominis. G

Hinc fuit electus Fridericus in ordine rectus.

Ex familia de Hovenstat seu Havvenstat. Præfuit annos duos. Obiit anno M. CC. XXVI.

XXIX. Henricus I.

Henricus paucis bona fecit multa sub annis.

Tenuit Episcopatum annos tres & duos H
menses. Morte extinctus M. CC. XXIX. IV. Idus Januarii. Progenitus ex nobili familia à Zipplingen. De hoc Præsule Urspergensis in Chronico *Anno Domini M. CC. XXVI. Ecclesia Urspergensis pro ducentis Marcis, quas B. Præpositus pro liberatione Ecclesiæ persolvit, ab Alberto de Nüunburg redimitur, & fidem Henrici Regis datam in manu bonæ memoriæ Henrici de Zupplingen tunc Episcopi Eychstettensis accepit.* Interfuit Straubingæ cum plurimis aliis Principibus tam sæcularibus, quàm Ecclesiasticis, nuptiis, quas Ludovicus Dux, filio suo Othoni splendidissimè apparaverat, teste Aventino lib. 7.

XXX. Henricus II. hoc nomine.

Vix fuit Henrico similis virtutis amico.

Oriundus ex nobili familia de Tischingen, sedit annos quinque minùs tribus mensibus. Obiit anno M. CC. XXXIV. XI. Kalend. Julii.

XXXI.

A XXXI. Henricus III. hoc nomine.

Henricus siquidem patri successit eidem.

Dictus à Ravensperg. Tenuit cathedram Willibaldinam annis sex. Mortuus M. CC. XXXVII. III. Kalend. Julii. Quocirca mendum irrepsisse oportet in Chronicam Augustensem, ubi dicitur, Henricus Eystettensis Episcopus interfuisse, quando Ulricus I. Lavantinensis Episcopus consecratus est anno salutis M. CC. XXXVIII. Nam boc anno non Henricus, sed successor ejus Fridericus gregi Willibaldino jura dabat.

B XXXII. Fridericus Secundus hoc nomine.

Est bunc non modicus in jure sequens Fridericus.

Fuit Jurisperitus, inquit M. S. Codex. Eam ob causam à Bruschio *eximiè doctus & sapientissimus* audit: ortus ex nobili familia de Parsberg. Sedit annos novem. Mortuus anno M. CC. XLVI. IV. Kalend. Julii. Habuit bie Fridericus cum Gebehardo Comite Hirsbergensi controversias quasdam de Jurisdictione in civitate Eystettensi, & de quorundam locorum rediribus & annuis ve-
C ctigalibus. Quæ lis anno Domini M. CC. XLV. XV. Kalendas Augusti per varios arbitros ad banc causam cognoscendam delectos, sopita est; tam Episcopo, quàm Comite id, quod arbitri definiêrant, laudantibus, comprobantibus, & proprii sigilli auctoritate confirmantibus. InterfuitConcilio Moguntino, quod anno Christi M. CC. XLIII. sub Sigefrido, III. seu Juniore Archiepiscopo, celebratum est; ibíque privilegia à S. Bonifacio Ecclesiæ Eystettensi concessa fortiter defendit; inter cætera etiam illud de primo loco post Archiepiscopum, ante omnes alios Suffraganeos, Episcopis Eystettensibus debito. De qua controversia plura in observationibus.

D XXXIII. Henricus hoc nomine Quartus.

Henricus morum flos labe carens vitiorum.

Dictus de Wirtenberg; sedit annos XII. minùs quatuor mensibus. Abiit ad superos anno M. CC. LIX. III. Idus Maji. Transtulit bic Episcopus Reliquias S. Willibaldi anno M. CC. LVI. De qua translatione, præter illa, quæ Philippus memorat, hæc etiam ex codice manuscripto accipe.

Anno Domini M. CC. LVI. IV. Idus Junii. S. Willibaldus cùm temporibus multis & annis in crypta esset honorificè sarcofagatus, bis verò temporibus personis religiosis & discretis sexus tam masculini, quàm fœminini, sæpius per divinam visum est revelationem, quòd ab eo loco, in quo reconditus erat B. Willibaldus, deberet transferri, & in alio loco locari, propter quasdam enormitates, quæ à stultis ibidem sæpius attentari solebant. Super quo Dominus Episcopus, qui tunc Eystettensem sedem regebat, & Prælati & Canonici ejusdem loci, sæpius consulti, à viris multùm discretis ac religiosis, super tanta ac celebri negotio; magno prahabito consilio virorum religiosorum, quorum consilium in hoc resedit, ut de crypta tolleretur, & ad medium monasterii transferretur, & ibidem honorificè locaretur. Dominus verò Episcopus hoc consilium tam salubre, in honore S. Willibaldi per plures provincias indici fecit, & manifestari in octava Pentecostes ejusdem anni, tanti Confessoris translationem. Eodem verò termino anno videlicet Domini M. CC. LVI. IV. Idus Junii, Dominus Episcopus Heinricus dictus de Wirtenberck, ejusdem loci, qui erat tricesimus tertius à S. Willibaldo, nec non Dominus Syboto Episcopus Augustensis, universis Prælatis & Clericis Eystettensis diœcesis eis cooperantibus, lucescente die propter pressuram hominum hymnis & canticis, devoto animo in cryptam cum cappis, infinitisque luminibus ad sepulchrum Confessoris egregii processerunt, F *& ibidem inventus vir Deocharus, de eodem loco, mærore maximo & fletu, divina gratia consentiente, & bona voluntate B. Willibaldi accedente, translatus est, & super altare majus in choro B. MARIÆ Virginis, in sarcofago benè deaurato, ut à supervenientibus videri posset, & eis in salutem ea die positus est. Ea verò die, quia Dominica, translatio per plures Provincias erat manifestata, causa devotionis Eystet multi confluxerunt S. Walpurgis de Maynheim per conventum ejusdem loci, & S. Confessor Wunebaldus, per Abbatem & conventum ejusdem etiam loci, Eystet honorificè, & magna devotione ob honorem B. Willibaldi, ipsorum Germani, ut sua adessent translationi, cum magna multitudine hominum hymnis & canticis convenerunt. Ecce quàm bonum & quàm jucundum, habitare fratres in unum, quod illa die bene habuit locum.*

G Hactenus Manuscriptus codex, ubi vides, etiam Reliquias S. Walpurgis Monheimio, & lipsans S. Wunibaldi Heidenheimio, majoris celebritatis ergò, adducta fuisse, illas sanctimonialibus Monbeimensibus; ista Monachis Heidenbeimensibus solenniter deducentibus, non sine ingenti populorum accursu. Recenset postea Codex, quæ in translatione Willibaldina Deus per sacras illas exuvias patrârit; quorum pleráque jam à Philippo enumerata audivimus. Additur.

Dies translationis S. Willibaldi de crypta ad H *Monasterium semper in octava Pentecostes in perpetuum in diœcesi Eystettensi debet celebrari. Unde fratres charissimi, in mente habere debetis gratiam, quam Dominus Deus ostendit & concessit Ecclesiæ Eystettensi, in honorem ejus genitricis & sancti Willibaldi, & propter hoc gratias agatis nostro Redemptori die ac nocte. Acta sunt hæc post obitum S. Willibaldi annis CCCC. LXXV. peractis; demum præfatus Dominus Heinricus Episcopus, post dictam translationem vixit annis tribus.*

In Calendario Pontificalis hæc ad IV. Idus Junii annotantur. *Anno Domini M. CC. LVI. IV. Idus*

A *Idus Junij S. Willibaldus de crypta tranſlatus eſt, & ſub magna cuſtodia habitus, & omni die Magnatibus terræ & ſuperventientibus oſtenſus eſt, donec III. Idus Octobris in Monaſterio ſarcophagatus,* (ſepultus) eſt. Quare etiam ad XIII. diem Octobris hæc adſcribuntur. S. Willibaldus anno M. CC. LVI. *in Monaſterio ſarcophagatus eſt;* & quidem in medio Mooaſterii, ùt habet Relatio de Translatione S. Willibaldi. Per *Monaſterium* aurem intelligitur templum cathedrale ſeu primarium. Nam quæ nuoc cathedrales Eccleſiæ dicuntur, olim *Monaſteria* vocabantur. Hioc Germanis Münſter, ùt jam alibi diximus.

XXXIV. Engelhardus.

B *Eſt Engelhardus rectis celer, ad mala tardus.*

Hic Chorum S. Willibaldi conſtruere aggreſſus eſt, in honorem ejuſdem S. Willibaldi, *ſed non complevit, quia ſolùm ſedit in Epiſcopatu per duos annos,* ùr ait Relatio de Traoslanooe S. Willibaldi; ſubſcriptio imaginia addit: *Minùs uno* menſe. Mortuus io Concilio Moguotino, anno Virgineì partus M. CC. LXI. cui Syoodo præſedit Wernerus Archiepiſcopus Moguntious. Vide Serarium lib. 1. Moguot. rerum cap. 33.

XXXV. Hiltbrandus.

C

Cunctis Hiltbrandus gratus fuit & venerandus.

Fuit de Mern, libera conditionis, inquit M. S. Codex, *qui chorum occidentalem ſeu S. Willibaldi complevit, & in eo duos Capellanos inſtituit, & completo eodem choro, S. Willibaldum III. Idus Octobris tranſtulit, magna cum ſolennitate, & in ſupremo altaris majoris ejuſdem chori, S. Willibaldum incluſit, & chorum S. Willibaldi ordinavit in perpetuum nominari, ubi divina clementia per ipſum multa quotidie miracula operatur.* Vide Pbilippum in S. Willibaldi vira. Interfuit iſte Præſul Comitiis Auguſtæ Vindelicorum ſub Rudolpbo I. Imp. celebratis anno gratiæ M. CC. LXXV. Sedit annis XVIII. Mortuus io profeſto Annuociationis B. Virginis, anno M. CC. LXXIX. ſepultus in medio choro S. Willibaldi, ùt inquit Bruſchianus Catalogus.

XXXVI. Reymboto.

D

Rimboto flos Cleri, decus orbis, regula veri.

Sedit anoos XVIII. Obüt anno M. CC. XCVII. VI. Kal. Septembris, ùr præter M.S. Codicem teſtantur Stero & Henricus Rebdorffeoſis in Annalibus. Fuit ex nobili familia de Mülenhart, corporis ſtaturâ eximiâ, & aſpectu adeò grato, ut aſpicientes in ſuam admirationem primo ſtatim intuitu raperet. Scientiæ liberalioris non expers; *juſtus in opere, verax in ſermone, conſtans in mente, devotus in oratione, modeſtus in verbis, moroſus in factis, caſtus in corpore, ſincerus in corde, in diſpenſatione providus, in con-*

E *verſatione maturus, liberalis, hilaris, hoſpitalis, affabilis, tractabilis, tutor pudicitiæ, & incontinentiæ perſecutor. Humilitatem ſervans in proſperis, & patientiam in adverſis. Per has igitur, & alias, quas habuit virtutes, dum à Deo diligeretur & hominibus, per Eccleſiam & diœceſim ſuam Eccleſiaſticam amplia vit honorem & vitam, & converſationem ſubditorum in melius reformavit. Præterea glorioſus ille Pontifex non ſolùm in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, commiſſam ſibi Eccleſiam ſalubriter gubernavit.* Nam ioter notas probi ptobatique Epiſcopi poſtrema non eſt, ut rei œconomicæ ſive familiaris curam curæ cordíque habeat.

F Interfuit Reimboto comitiis à Rudolpbo Habſpurgico Erpbordiæ celebraris anno M. CC. XC. ùt continuator Lamberti ſcribit; nam prædicto aono nullus niſi Reimboto cathedram Willibaldioam regebar. Idem præſeoa fuit Synodo, quam Aſchaffeoburgi collegit Gerardus, Archiepiſcopus Moguntious, anno M. CC. XCII. ùt eſt apud Trithemium in Chronico Sponheimenſi. De eodem præſule Kalendarium ſeu Necrologium ad XXVII. diem Auguſti, *comparavit duo caſtra Werdenfels & Abenberg cum eorum attinentiis. Inſtituit item haberi plenum officium diebus Sabbati de B. Virgine.* Imò Spaltam quoque oppidum Epiſcopatui adjecit; & duobus aliis Sacellanis Chorum ſive Baſilicam S. Willibaldi auxit.

XXXVII. Conradus hoc nomine Secundus. G

Conradus vitat ſcelus, Eccleſiam quoque ditat.

Mortuus eſt Rembotto Eyſtettenſis Epiſcopus anno M. CC. XCVII. ioquit Henricus Stero, *cui ſuccedit Dominus Conradus dictus pfeffenhauſen Ratiboneuſis Eccleſiæ Canonicus & Archidiaconus, vir multa induſtriæ & ſagacitatis. Electus eſt III. Nonas Septembris anno peadicto; in Commemoratione animarum confirmatus, & in vigilia B. Martini, quæ illo anno incidit in Dominicam, ſolenniter Moguntiæ conſecratus,* à Geratdo Epenſteinio, Archiepiſcopo Moguntioo. Sedit anoos VII. & VIII. meoſes, minùs duobus diebus. Obiit in Mooaſterio Heilsbrunnenſi anno Redemptoris M. CCCV. XVI. Kal. Junii, de Epiſcopatu præclariſſimè meritus, quem oppidis, caſtris, villis & prædiis ſupra anteceſſores ſuoa auxit; & in bis etiam celeberrimo comitatu Hirsbergenſi, quem ex donatione Gebbardi Comitis, ſuæ ſtirpis poſtremi, accepit, de quo ipſa M. S. codicis verba adſcribere liber. *Iſte Comes Gebhardus nomine, natus fuit de caſtro & comitatu in Hirzperch. Quod quidem caſtrum cum rebus, poſſeſſionibus & hominibus, militaris conditionis videlicet & vulgaris, hic juvenis tradit & aſſignat, per manus iſtius glorioſi Præſulis beatiſſimo Confeſſori Willibaldo, & Eccleſiæ Eyſtettenſi. Idem ad-*

A *vocatus fuit ipsius Ecclesiæ & ipsam advocatiam super omnes possessiones Episcopi & Capituli post mortem similiter absolutam dimisit, & super oppidum in Perchingen. Idem dedit Capitulo jura Patronatus quatuor Ecclesiarum Parochialium, videlicet Turingen, Wetzstetten, Lentingen & Haunstat. Idem fuit filius sororis illustrium Dominorum, Ludovici, & Heinrici fratrum, Ducum Bavariæ.* De hac donatione extant isti versiculi.

Montem cervorum clarum, castrúmque decorum,
Et res Chounrado Gebhardus ego tibi trado.
Quæ Willibaldi vice suscipias patris almi.
Æternam requiem mihi quòd petat, atque salutem.

B Mortuus est iste Comes in castro suo Hirsberg anno M. CCC. V. IV. Nonas Martii, & in Monasterio Rebdorffensi sepultus, quamvis Henricus Rebdorffensis mortem Comitis bujus ponat anno M. CCC.

Iotetfuit Cooradus Comitiis Norimbergensibus indictis ab Alberto Austrio, filio Rudolpbi Hsbspurgiaci anno M. CC. XCIX. ubi vetus controversia recruduit, quis propior Moguotioo Metropolitano assidere debeat. De qua lite suo loco diximus. Hîc audiamus Heoricum Rebdorffensem. *In hac solennitate, cùm contentio oriretur inter Suffraganeos Archiepiscopi Moguntini tunc ibi præsentis, videlicet Eystettensem & Wormatiensem Episcopos, super prioritate sedium, post eundem Archiepiscopum, eorum Metropolitanum, quia quilibet contendebat, se debere immediatè sedere post Archiepiscopum prædictum, prout etiam Eystettensis, hac privilegia habere dignoscitur ab antiquo, & Archiepiscopus Moguntinus, tunc ibi præsens magis declinare videbatur ad Episcopum Wormatiensem, sed Conradus Eystettensis Episcopus pro defensione honoris sui, & Ecclesiæ, auxilium Gebhardi Comitis de Hirschberg, tunc ejusdem advocati imploravit. Qui tunc eundem Wormatiensem prohibuit primam sedem tenere post Archiepiscopum eundem.*

C Eodem anno, ioquit idem Henricus, *ex permissione Dei Judæi in Nurenberg, Herbipoli, Rotenburg, Winsheim, Mirgaicheim, Eistet & in Perching cremati sunt.* Sub hujus Episcopi gubernatione, inquit Bruschius, ædificavit illustris Domina Comitissa, Domina Sophia de Hirsberg cum consensu & auxiliis fratrum suorum Gebbardi & Gerardi Comitum Hirsbergensium, Mooasterium Prædicatorum Aureatense, sive Eystettense.

D XXXVIII. Joannes.

Hoc digno laude spoliat nos Papa Joanne,
nimirum Clemens V. à quo ab Eychstettensi throoo ad Argentineosem evocatus & translatus fuit. De quo ista M. S. Codex. *Iste Joannes Episcopus, quondam Præpositus Thuricensis & præpotens Domini Alberti Romanorum Regis Cancellarius, magnus Clericus in Canonico jure fuit. Qui post obitum Domini Chunradi Episcopi, & Gebhardi Comitis, jam dictorum,* E *tum propter ipsius potentiam, tum ob ejus scientiam, in Episcopum istius Ecclesiæ, licèt priùs hic canonicus non fuerit, pro defensione ipsius Ecclesiæ assumptus extitit, & electus. Qui contra Duces Bavariæ de rebus Comitis ex morte vacantibus, obtinuit pro Ecclesia, plusquam ad quatuor millia marcarum. Quem etiam propterea Clemens V. transtulit in Argentinam, Sedit autem in Episcopatu isto tantùm per dimidium annum & unum mensem.*

F Porro Joanoi huic dissensiones Canonicorum Argentinensium infulam attuleruot. Nam tres vel quatuor elegerant, quorum quilibet Episcopatum sibi asserebat, non sine rei communis præsenti detrimento. Verùm tanta ex dissensione *cùm majores motus vereretur Cæsar Albertus, Consobrinum suum Oxensteinium: quia anteponi cupiebat*, inquit Franciscus Guillimanous in Commeotario de Episcopis Argeotinensibus; *Joannem Episcopum Aistadiensem, Cancellarium suum, & Philippum à Rathsamhause, Abbatem Perisiensem, utrumque singulari virtute & industria præditum, ad Pontificem expedivit, qui suo etiam nomine Ochsensteinium tuerentur, & præ cæteris commendarent. Clemens accepta legatione, & auditis partibus, anxius & ipse, & anceps, qua ratione & Cæsari satisfacere, & simul dissidium* G *absque offensione componere posset, postremò eundem, qui advenerat, Joannem, Argentinensem, & Philippum, Aistadiensem Episcopum agere jussit, & utrique inopinanti suæ cujusque dignitatis bullam ex insperato obtulit. Joannes contra opinionem mirificis honoribus & magno applausu, cum stupore omnium, non modò à civibus, sed etiam à Clero universo Argentinæ susceptus est, talémque se præstitit, ut ex omnibus dignissimum palàm crediderint, prædicarintque. Et Cæsar Albertus, postquam ita fors tulit, tanquam suum contra omnium infectationes, præcipuè Ochsensteiniorum, acerrimè defendit, & tutum præbuit.*

H Quis domo & stirpe fuerit, non satis liquet. Bruschius audaciùs fortè, quàm veriùs, nobilem Helvetium in agro Tigurioo illegitimè natum pronuociat. *Sed quiquis fuerit*, inquit apud Guillimannum Wimphelingius, *sive plebejus, sive nobilis, sive in fœdere conjugii, sive ex fœdo damnatóque concubitu procreatus, constat ipsum virum omni virtute, magnâ sapientiâ, religione, prudentia, sacrarum literarum, & utriusque juris doctrina, liberalitate, magnificentia, zelo, & charitate in Deum & proximos, subditósque suos ornatum, & à nullo prædecessorum suorum superatum fuisse. Qui non tam præesse, quàm prodesse desiderans, Ecclesiam Argentinensem prudentissimè rexit, spiritualibus, & his, quæ ad Dei laudem, animarúmque salutem spectant, potissimùm intentus, &c. Extant adhuc divini & Pontificii juris volumina, in quibus manus suæ scriptura indicatur, in argumentum honestissimi studii*

sui,

A *sui, atque fervida dilectionis. Præfuit subditis suis, ut pius, mitissimúsque pater filiis, benignúsque & misericors fuit in suos, quos & in dulci pace, & tranquillitate felicissimè gubernavit.* Cùm ergo tantus vir fuerit, mirum non est, Eystettenses eum sibi ereptum esse, graviter tulisse.

XXXIX. Philippus.

B Nobilis Alsata à Rathsambausen. Abbas priùs Barisiensis seu Perisiensis, quod est Monasterium Ordinis Cisterciensis non procul Colmaria, Episcopatum Eystettensem, eo, quo suprà audivisti, modo, Pontificis nimirum jussu & nutu, acquisivit, anno M. CCC. VI. De quo Manuscriptus Codex sequentia. Hic Philippus *Magister in Theologia & professus Ordinis Cisterciensium, & egregius prædicator ad populum, provisus in Episcopum Eystettensem, per Dominum Clementem Papam quintum, vacante tunc Ecclesia prædicta, per translationem Domini Joannis Episcopi suprascripti ad Ecclesiam Argentinam. Anno Domini M. CCC. VI. in Episcopatu XXXIX. Episcopus, Eystettensem rexit Ecclesiam XVI. annis, & duobus mensibus; vel circiter. Hujus tempore Ecclesia Eystettensis magnam persecutionem à diversis tyrannis patitur, &c. Idem Episcopus emit arces Wartbergensem, & Gredingensem. Recuperavit Herenriedium. Hujus Episcopi consensu vastatum ac solo æquatum est Erlishofense castrum, latronum ac raptorum infame latibulum.* In Italiam Imperatorem Henricum VII. secutus est; Joanni filio ejus præceptor & moderator attributus, cum eodem in Bohemiam abiit. *Hic etiam Episcopus Gundikarum hujus nominis secundum Episcopum Eystettensem miraculis coruscantem transtulit. Anno Domini M. CCC. IX. Miracula quoque plura, quæ per ipsum fiebant, populo prædicavit, hominésque ad devotionem prædicti sancti provocavit, qui adhuc à multis, ut sanctus adoratur ex devotione, licèt adhuc in sanctorum Catalogo non sit descriptus, nec canonizatus.* Tandem Philippus annis fessus ad superos migravit anno M. CCC. XXII. Postridie S. Matthiæ, hoc est, XXV. Februarii. cùm sedem Episcopalem tenuisset annis XVI. & mensibus
C duobus. De eodem circumferuntur hi versiculi

Regula Bernhardi divini sparsio verbi,
Dogma Theologicum sic & piè pavit egenum,
Hæc te Philippum fecerunt scandere thronum,
Hic præsularem, post hoc cœleste beamen.

Scripsit Philippus stylo non ineleganti vitam S. Walpurgis, quam edidit Tomo IV. D. Canisius; & vitam S. Willibaldi, quam hoc tomo publicamus, licèt de patre, fratre & sorore S. Willibaldi non pauca interserat.

D. XL. Marquardus.

Præsul Marquardus meritis redolens quasi nardus.

Jac. Gretseri Operum Tom. X.

Est virtutum dos, speculum, rosa, Pontificum flos. E

Ex nobili familia de Hagel. Sedit annos duos, electus anno Domini M. CCC. XXII. Mortuus anno M. CCC. XXIV. postridie Festi S. Richardi; nam qui Marquardo annos octo in Episcopatu tribuunt, ii computant quoque sexennium illud, quo Philippi Antecessoris sui Coadjutorem egit, Diligens & industrius paterfamilias, qui æs alienum non modò dissolvit, sed & bona Episcopatus oppignerata redemit; & magnis accessionibus auxit; *corpore decorus, statura procerus, literarum scientia eruditus, sermone facundus; in spiritualibus providus, in temporalibus circumspectus, in vita & conversatione placidus, & in moribus ordinatus,* his enim elogiis afficit illum M.S. Codex; qui, ut ejusdem Codicis verba usurpem, *inter alia famosa suæ pietatis opera ob laudabilem & perennem* F *recordationis suæ memoriam, ac suam suorúmque progenitorum remedium & salutem, in Parochiali Ecclesia S. Mariæ civitatis Eystettensis, honestum collegium canonicorum instituit, ipsúmque largis dotavit prædiis, & honoribus exaltavit.* Quare etiam in choro ejusdem Parochialis Ecclesiæ, sepeliri voluit. De quo versificator quidam istos versiculos cecinit.

Extulit Ecclesiam Marquardus honoribus istam,
Rebus & innumeris, pauci vixit quibus annis,
Laus, insigne genus, species, sapientia, virtus,
Hic præsul mitis alios præcellit in istis.

XLI. Gebhardus hoc nomine Tertius.

Ex familia Comitum de Graispach. Antea Præpositus Eystettensis Ecclesiæ cathedralis, præfuit annos duos & menses octo; secutus Imperatorem Ludovicum Bavarum in Italiam. Quo Pisas obsidente, cùm in Imperatoris exercitu pestis grassaretur, eadem lue ipse pariter correptus & confectus fuit, ut præter M. S. Codicem testantur Appendix ad Annales Stetonis, & Henricus Rebdorffensis anno Domini M. CCC. XXXXVII. in die Exaltationis S. Crucis, sepultus Lucæ in Ecclesia S. Frigdiani seu Frigidiani juxta S. Richardum, D. Willibaldi patrem. Excommunicationis sententia à Joanne XXII. percussus est, eò quòd partes Ludovici Imp. foveret ac tueretur. G

Fundavit in Ecclesia Eychstettensi altare in H honorem S. Richardi, illúdque copiosis proventibus instruxit. Statuerat, tanquam stirpis suæ postremus, Comitatum Graispachensem tradere Episcopatui Eystettensi. Sed mors præpropera cogitationes ad rem conferre haud permisit. Mortuo igitur Gebhardo, Ludovicus Imperator Comitatum illum, tanquam feudum imperiale, dedit cuidam Consiliario suo Comiti à Niven. Postea ad Bavariæ Duces pervenit, ab his ad Palatinos Rheni, à quibus hodiéque possidetur.

A
XLII. Fridericus Tertius hujus nominis.

Progenitus ex Illustrissima Landgraviorum Leichtenbergensium familia. Abbas Monasteriorum *Cisterciensis instituti, Lanckbenheimensis, ac Eboracensis. Constituitur & confirmatur Episcopus Aichstadianus anno Domini M. CCC. XXVIII. à Pontifice Maximo Joanne XXII. sed non est receptus à Senatu Canonicorum Aichstettensium, qui interim Episcopatus gubernationem commendabant Friderico Burgravio Noribergensi, Aystettensi & Ratibonensi Canonico prudentissimo ac optimo; qui mox ad Ratibonensem Episcopatum gubernandum postulatus, XXIV. annis ibi summa cum laude præfuit. Fridericus Leuchtenburgius ex hac vita decessit anno Domini M. CCC. XXIX, in arce Holnstein, prope Berchingam sita. Avehitur inde primùm Eboracum: postea verò in Waldsassense Cœnobium, ubi in Leuchtenbergensium principùm sacello, propè alios ejusdem stemmatis majores suos terræ Parenti redditur, anno à Christo nato M. CCC. XXX.*

B Magnæ tunc turbæ in Imperio erant propter schisma inter Sacerdotium & Imperium, id est, inter Joannem XXII. & Ludovicum Imp. ea de causa plerique Episcopos à sede Apostolica designatos, inter quos & iste Fridericus unus, non recipiebant, vel receptos postea expellebant: de quo Henricus Rebdorffensis In Annalibus anno M. CCC. XXXIII. *In Alemannia magnum schisma est, in Clero & populo, ex provisionibus sedis Apostolicæ ad Episcopatus, & solennes prælaturas, & alia beneficia, quæ idem Ludovicus in odium sedis Apostolicæ fortiter impedivit, multos etiam provisos à sede, qui ei obedire volebant, admisit, & ipsi tota quasi Alemannia, non obstantibus sedis Apostolicæ processibus, obedivit.*

C Idem Henricus anno M. CCC. XXX. *Eo tempore Ecclesia Moguntina bene octo annis, vel circa, stetit in schismate, & similiter Ecclesia Wormaciensis XI. annis, vel circa, quia canonici & capitula provisos ad easdem Ecclesias à sede Apostolica recipere noluerunt, tandem tamen sunt recepti. Sed pro tempore schismatis Baldvvinus Archiepiscopus Treverensis, frater Domini Henrici Imp. VII. à Canonicis & Capitulis earundem Ecclesiarum receptus est procurator, & bene rexit easdem Ecclesias, licèt in schismate.*

D
XLIII. Henricus hoc nomine Quintus.

Iste Henricus nobilis pincerna à Reichen-eck, Canonicus Ratisbonensis, & Præpositus S. Joannis ibidem, vir gnavus & industrius, cùm missus esset, ut patruelis sui Werntonis in Episcopum Bambergensem electi causam ageret, à Joanne XXII. Pont. Max. Episcopus Eystettensis designatus est, anno M. CCC. XXIX. & tam à Clero, quàm à populo *gaudenter receptus*, ùt inquit Co-
E dex M. S. sed veniente Ludovico Imper. ex Italia, cedere & administratione bonorum temporalium sese abdicare coactus est, constitutis administratoribus, Domino Rabno seu Rabano Dapifero de Wilburstetten, Canonico, & Alberto de Alta rupe seu Hohenfels, Præposito Eystettensi, quorum uterque postea ad Episcopalem dignitatem evectus est. Obiit tandem Henricus Norimbergæ mense Februario, die S. Scholasticæ Virginis anno M. CCC. XLIV. Et in Monasterio *Vallis Angelorum*, sub Regula Fratrum Ordinis Prædicatorum, Diœceseos Eystettensis, sepultus est, quamvis Bruschius eum obiisse dicat anno M. CCC. XLIII. Henricus verò Rebdorffensis in Annalibus anno M. CCC. XLV. Quem Bruschius ait præfuisse annis V. Codex M. S. annis XIII. computato nimirum etiam illo tempore, quo Episcopatus per procuratores administratus est.

F De hoc Episcopo M. S. Codex. *Hic Missam nunquam celebravit, nec officium suum Pontificale exercuit, propter sententias excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliásque diversas fulminatas per Joannem Papam XXII. in Ludovicum Imp. in fautores ejus, inque terras ei adhærentes, quibus quasi tota Alamannia fuit illaqueata.* Cæteroqui non contemnendus paterfamilias fuit, & jura Ecclesiæ suæ à multorum injuriis sedulò vindicavit. Interfuit conventui Spirensi, anno salutis M. CCC. XXXVI. quo decreta est legatio ad Pontificem pro absolutione Ludovici Imperatoris ab anathemate. Sed in irritum cecidit legatio, ùt videre licet apud Albertum Argentinensem in Chronico.

XLIV. Albertus I. G

Ex nobili sanguine Nobilium de Hohenfels, Canonicus & Præpositus Eystettensis & Administrator, post obitum Henrici à Capitulo concorditer ad sancti Willibaldi thronum evectus, anno M. CCC. XLIV. in Martio, confirmatus à Moguntino Metropolitano Henrico hujus nominis Tertio, quem postea Clemens VI. Papa, quòd excommunicatis adhæreret, de sede deposuit; Qua de re consule Serarium lib. 5. rerum Mogunt.

In Albertum quoque depositionis sententia lata est, quòd Clemens Pontifex diceret; Episcopos eligere & dare sui juris ac fori esse. Itaque in Alberti locum Berchtoldum Norimbergensem Burgravium subrogavit anno Domini M. CCC. LI. Qui Aichstadium veniens, facilè Albertum gubernationis socium tulit; donec tandem ad meliorem vitam translatus est, quod contigit anno M. CCC. LV. in Januario. Nam Berchtoldus spiritualia potissimùm curabat; Albertus administratorio nomine, temporalia: Quem M. S. Codex *valde fidelem, sapientem ac industrium* appellat, qui per H

VII.

A VII. annos vel circiter *laudabiliter, pacificè, & quietè præfuerit, quique maxima debita solverit, recuperatis castris & bonis, quæ ab Episcopatu abalienata, & à diversis invasoribus occupata fuerant*; quia, ùt ait Codex M. S. *pecuniosus erat & parcus*. Sepultus est in summo Templo ante S. Willibaldi chorum propè Baptisterium, ùt sit Brusebius. Quòd autem VII. annos vel circiter præfuisse dicitur, id referendum est ad tempus, quo Berchtoldus Ecclesiæ habenas accepit; nam ab Electione ejus usque ad mortem sunt anni plures nempe XI. Caruit majoribus ordinibus, ùt ait M. S. Codex. Vide Henricum Rebdorffensem in Annalibus anno M. CCC. XLV. & anno M. CCC. XLVIII.

B

XLV. Berchtoldus.

Ex illustrissima Burgraviorum Norimbergensium familia. A XIII. ætatis anno usque ad XXX. sacro Teutonicorum Ordini adscriptus, Deo & Ecclesiæ militavit, *Commendatôr Provincialis in Prussia & Franconia floridus ævo, corpore spectabilis, industria commendabilis*, ùt ait M. S. Codex, qui XXXI. vel circiter ætatis suæ anno Clemenos VI. studio, tiara Eystettensi redimitus est anno M. CCC. LI. Feria secunda Rogationum, quæ tunc in VIII. Kalend. Junij incidebat, quam annis XIV. tenuit; mortuus anno M. CCC. LXV. sepultus in Monsterio Heilsbrunnensi; solenni majorum suorum Burgraviorum ad sepulturam loco. Caruit majoribus Ordinibus, cùm à Clemente Episcopus designatus est: sed concessione Pontificia Ordinibus statim initiatur; Subdiaconatu, die Ascensionis Domini, Diaconatu in Vigilia Pentecostes; sequenti Sabbaco quatuor temporum, sacerdotio, postri-

C die in ipsis SS. Trinitatis festo Episcopali charactere. Aliud præferre videtur editio Henrici Rebdorffensis; sed res ita se habet, ùt dixi. Jura Ecclesiæ suæ gnaviter desendit & ab invasoribus asseruit; psce ubique & apud Clerum, & apud populum plantata. De quo commemoratione digoum est, quod in M. S. Codice traditur his verbis: *Ipse etiam pater venerandus pro cunctis vicinis seu vicinarum seu fortè remotarum Ecclesiarum Episcopis, in executione sui officij, videlicet in clericorum ordinatione Chrismatis & aliorum Sacramentorum, Ecclesiarum & altarium consecratione, & omnium ac singulorum, quæ ad executionem Pontificalis officij pertinere poterant, erat assiduus, sollicitus, attentus, & humillimus, ita ut hæc pro viribus continuaret usque ad finem vitæ.*

D Construxit ex imis fundamentis arcem in monte S. Willibaldi, juxta & supra civitatem Eystettensem, aliasque multos quà oppidis, quà pagis, quà villis & prædiis, nec non supellectili aurea & argentea Ecclesiam Eystettensem insigniter locupletavit; factus Caroli IV. Imp. Cancellarius, cum eodem Avenionem ad sedem Apostolicam E abiit. Rediens Spiræ in ægritudinem incidit, qua & consumptus est, omnibus Ecclesiæ Sacramentis, quæ moribundis administrantur, ritè perceptis. Igitur anno M. CCC. LXV. XVI. Kal. Octobr. *hora diei quinta Deo spiritum reddidit*. Hujus Berchtoldi est sanctio illa, qua coërcet eorum improbitatem, qui sacerdotum defunctorum bona liberè invadebant ac diripiebant, concessitque singulis Clericis liberam testandi facultatem, ea tamen conditione, ut quot annis per *Decurias* seu *Decanias* distributi certo in loco conveniant: rémque divinam faciant. Quod etiamnum fit, vocatúrque vulgò talis conventus *libertas*; quòd sacerdotes liberè de suis rebus disponendi libertatem obtineant. Edita est hæc constitutio anno Domini M. CCC. LXIV. postridie S. Maroni.

Sub hoc Episcopo accidit, quod Henricus Rebdorffensis in Annalibus his verbis F commemorat. *Anno M. CCC. LIX.* (ita habet Manuscriptus Codex. Freherus, Henrici editor, uno anno minùs LVIII.) *Dominica in medio Quadragesima, qua fuit II. Kalend. Aprilis, fures de nocte intraverunt Monasterium S. Walpurgis Eystettensis. Et cùm Campanarius ejusdem tardè intraret ad deponendum se in lecto, irruunt fures in ipsum velata facie, volentes eum occidere, qui, se defendendo, fuit in Monasterio graviter vulneratus. Propter quod stillicidium de Reliquiis beatæ Walpurgis consuetum hactenus manare, cessavit per quatuor septimanas vel circa, & post octavas Paschæ, appropinquante festo ejusdem Virginis, manavit ut ante.*

Sub eodem Pontifice anno M. CCC. G LXIII. in octava Pentecostes facta est translatio S. Wunibaldi Confessoris in novum chorum Ecclesiæ Heidenheimensis.

Eodem anno, in solennitate SS. Apostolorum Petri & Pauli horrida tempestas Eychstadium concussit, rupta derepentè imbribus gravida nube. *Ex qua per vallem Buchthal*, inquit Henricus Rebdorffensis, *versus Septentrionem tanta inundatio aquæ extitit, ut partem civitatis destrueret, hominibus in prædicta valle habitantibus ingentia damna inferret, & de montibus grandia saxa devolveret.*

Vigebant iis temporibus adhuc duella. H *Itaque die Abdon & Sennen Martyrum, commissum est duellum inter dictum Hopfferstatt & Perenvelder.* Sequenti anno simile *duellum institutum est in judicio provinciali Burgravii* (Norimbergensis) *& juxta Norimbergam cum quodam dicto Marschaldo de Gredingen*, ùt ait Henricus Rebdorffensis in Annalibus. Ut autem ad alias orbis partes, ita & in hunc terrarum tractum penetravit detestanda Monomachiæ consuetudo: contra quam jam olim Agobardus Episcopus Lugdunen-

A fia elegans opusculum ad Ludovicum Pium Imp. scripsit, *quibus feralibus certaminibus*, ioquit, *contingunt homicidia injusta, & crudeles ac perversi eventus judiciorum, non sine amissione fidei, & charitatis ac pietatis, dum putant, Deum illi adesse, qui potuerit fratrem suum superare, & in profundum miseriarum dejicere. Hic est pessimus error & ordo confusus, &c.* Et tamen ioveniuntur, qui stimulos addant. *Pugna securus, quia illum, qui tua repetit aut contendit, absque dubio superabis; & divinum eis promittunt adjutorium, qui tam contrarii existunt Evangelicæ pietati. Hinc jam ad certamen audacter proceditur; ubi duo cominus veniunt parati, ut se invicem* B *variis ictibus cadant, pro talibus rebus, quas multò minùs amare debuerant, quàm se ipsos ad invicem, nam eum, quem occidere aut superare cupit, jussus est, ut diligat sicut seipsum; recusas illas, pro quibus contendit arbitrari, ut stercora, ut Christum lucrifaceret.* Hæc & plura hujus generis io hunc perditum morem Agobardus; qui tam altas radices egit, ut etiam Tridentina Synodus seriam medicinam adhibere debuerit. Quam vide session. 25. cap. 19.

XLVI. Rabno seu Rabanus.

C Ex patre Dapifero de Wilburgstetten, ex matre de Pfalheim Diœcescos Augustanæ. Administrator antea Episcopatus Eystettensis sub duobus Episcopis; postea itidem Administrator Episcopatus Ratisbonensis. *Vir prudens, affabilis, providus & hospitalis; in armis strenuus, in consilio maturus, in amicorum auxilio virtuosus, in ulciscendo inimicorum injurias animosus, animo industrius, & universo clero pius & gratiosus.* His enim notis M. S. Codex Rabaoum istum depingit. Imò plura adjicit, fuisse enim ait, *formam justitiæ, exemplar pietatis, assertorem veritatis, defensorem fidei, ordinatorem clementem Cleri, pastorem pium plebis, refugium oppressorum, spem miserorum, tutorem pupillorum, judicem viduarum, ultorem scelerum, metum malorum. Gloriam bonorum, irreprehensibilem, sobrium, pudicum, ornatum; & in mensa seu refectionis tempore, semper hilarem & jucundum, modestum, non litigiosum, domui suæ bene præpositum: qui tam in spiritualibus quàm in temporalibus Episcopatum præclarè gubernaverit.*

D Electus ergo anno M. CCC. LXV. oon diu sibi cunctandum existimavit; sed statim Kalendis Octobribus iter Aveoionem versus ad Urbanum V. Pontificem pro confirmatione & designationis suæ approbatione iniit; & in festo S. Galli XVI scilicet Octobris, ad metam itineris pervenit; ubi superatis & perruptis variis difficultatibus, taodem io festo S. Wunibaldi, hoc est, XVIII. die Decembris, voti compos effectus, mox Sacerdos & Episcopus consecratus est: & XV. Kalend. Februarii Eichstadium redux, à Clero & populo solenni applausu recipitur anno M. CCC. LXVI. E qui & æs alienum dissolvit, & multa Episcopatui acquisivit, & priùs acquisita communiit & exoroavit; taodémque nonagenario oon minor hanc vitam reliquit aono M. CCC. LXXXIII. XV. Kaleodas Novembris, *die D. Lucæ, ante noctis medium*, anno XVIII. evectioois suæ ad cathedram Willibaldinam; sepultus io choro S. Willibaldi ad latus duorum Episcoporum Eystettensium, Hildebrandi de Meren, & Reimbotoois de Meilenhart.

De eodem Pontifice idem M. S. Codex. *Monasterium Ecclesiæ cathedralis Eystettensis vetus & ruinosum inter duos choros*, videlicet iuter chorum majorem beatæ Virginis & chorum S. Willibaldi demolitus est, & partem F ipsius mediam propriis impensis instauravit, designatis certis redditibus, quorum subsidio pars altera perficeretur.

Sub hoc Episcopo certa Regula, oimirum S. Augustini, adstrinxerunt se sanctimoniales habitantes Monasterii Bildenæuti, G noo procul Norimberga, io diœcesi tamen Eystettensi; nam ùt Bruschius ait in Catalogo Monasteriorum, *Anno Domini M. CCC. LXXVIII. subdidere se concordibus animis Rabano Episcopo Eystettensi, petentes ab eo certum ordinem, qui misso ad eos Canonico quodam de S. Willibaldi choro, Domino Burckhardo de Pleynfeld, consecrari ipsas, & sub obedientiam accipi, Canonissásque S. Augustini Regulares designari fecit, & Præpositam constituit anno M. CCC. LXXIX. die S. Thomæ Apostoli.*

XLVII. Fridericus IV. hoc oomine.

Comes Oettingensis. Electus anno M. CCC. LXXXIII. ætatis suæ XXIII. confirmatus ab Urbano VI. Pontifice, ad quem sta- H tim ab electione sua legatos, confirmationis impetrandæ gratia miserat: nec Pontifex difficilem se præbuit, postquam, quibus dotibus Fridericus insignitus esset, intellexit: Fuit enim, ùt ait M. S. Codex, *magna eloquentia & literatura; qui in Academia Paduana compluribus annis Canonico Juri operam dedit, strenuus, prudens & sagacissimus, in consilio maturus, in conversatione liberalis, in omnibus providus & circumspectus.* Laudem, quam Berchtoldo Episcopo M. S. Codex tribuit, huic quoque Friderico transcribit: fuisse videlicet in executione sui officii assiduum, *in celebratione*, inquam, *Missarum, in clericorum ordinatione, in chrismatis & aliorum Sacramentorum, Ecclesiarúmque & altarium consecratione.*

Laudatur ab eximio cultu, quo venerabile Sacramentum Eucharistiæ prosequebatur, quem inter alia testatur tabernaculum in summa Æde pro asservanda Eucharistia magnifi-

A magnificè conditum, ùt & fabrefacta *Monstrantia* seu Hierotheca; & mos quotannis per compita urbis Eucharistiæ ferculum propriis maoibus circumferendi. Erga pauperes, præsertim senio jam gravatos, & laboribus ineptos, perquam benignus & munificus: ad cleri disciplinam conservandam, & sicubi collapsa esset, instaurandam, attentus, subditorum suorum amans, ipse etiam ab illis redamatus. Paterfamilias præclarus, quì Episcopatum multis arcibus, oppidis, prædiis, fundis, aliisque opibus locupletavit. Cum nobilibus quibusdam ex Franconia, Episcopatus invasoribus, felici Marte congressus, insignem victoriam retulit: anno M. CCCC. VIII. debellata etiam hæresi: nam ùt M. S. Codex ait; *gloriosus iste Pontifex perfidos hæreticos Waldenses* B *valdè persequebatur, & eis infestus fuit; quos per totam suam diœcesin diligentissimè investigandos, plurimósque cruce signandos curavit, multósque perversos, & nefarios hæreticos*, Vulcano expiandos tradidit. Sedit annos XXXII. uno mense dempto. Mortuus anno M. CCCC. XV. XIII. Kalend. Octobris, primo anoo Coocilij Coostantiensis, aono ætatis suæ LV. sepultus apud altare oovum juxta ostium *sacristiæ* chori sancti Willibaldi, ad latus Domini Raboonis; qui cùm ægritudinem iovalescere videret, convocato totius civitatis Clero in Exaltatione S. Crucis, sacra communione & unctiooe ad conflictum cum morte ineundum sese communit. Eodem cœlesti cibo post paucos dies iterum sese refecit, nec postea quidquam perituri cibi aut potus degustavit.

C Sub hoc Episcopo, anno M. CCC. XCVII. pestilentiæ lues civitatem Eystettensem graviter afflixit; & in Conversiooe D. Pauli, tempore his locis insolito tooitrua & fulgura audita & visa sunt non sine plerorumque terrore.

D Sed quia paulò antè mentio facta est barbaræ, rusticæ & agrestis sectæ Waldensium, quæ Bavariam, Noricum, Fraoconiam, Austriam, & quasdam alias provincias non parùm iofecerat, quámque Fridericus justissimè persequebatur, etiam flammis, si pertinacia oullo alio remedio sanabilis esset, non possum, quio commemorem, quomodo iidem Waldenses, cùm in Angliam peoetrâssent, excepti, & eò, unde malum pedem attulerant, remissi fueriot. Non utar autem meis, sed Wilhelmi Neubrigensis verbis lib. 2. rerum Anglicarum cap. 13.

Eisdem diebus (sub Henrico II. Rege Angliæ circa annum Domini M. C. LXIII.) *errones quidam venerunt in Angliam, ex eorum* (ùt *creditur*) *genere, quos vulgo Publicanos vocant. Hi nimirum olim ex Gasconia incerto auctore habentes originem, regionibus plurimis virus suæ perfidiæ infuderunt. Quippe in latissimis Galliæ, Hispaniæ, Italiæ, Germaniæque provinciis tam multi hac peste infecti esse dicuntur: ut secundùm Prophetam, multiplicati esse super numerum arenæ videantur. Denique cùm à Præsulibus Ecclesiarum, & Principibus Provinciarum in eos remissius agitur, egrediuntur de caveis suis vulpes nequissimæ, & prætenta specie pietatis, seducendo simplices, vineam Domini Sabaoth tantò graviùs, quantò liberiùs demoliuntur.* E *Cùm autem adversùs eos igne Dei fidelium zelus succenditur, in suis foveis delitescunt, minùsque sunt noxii: sed tamen occultum spargendo virus nocere non desinunt. Homines rusticani & idiotæ, atque ideo ad rationem hebetes, peste verò illa semel hausta ita imbuti, ut ad omnem rigeant disciplinam, unde rarissimè contingit, eorum aliquem, cùm è suis latebris proditi extrahuntur: ad pietatem converti.*

Sanè ab hac, & aliis pestibus Hæreticis immunis semper extitit Anglia, cùm in aliis mundi partibus tot pullulaverint hæreses. Et quidem hæc Insula, cùm propter incolentes Britones Britannia diceretur: Pelagium in oriente hæresiarcham futurum, ex se misit, ejúsque in se processu temporis errorem admisit: ad cujus peremptionem Gallicanæ Ecclesiæ pia provisio semel & iterum beatissimum direxit Germanum. At ubi hanc insulam expulsis Britonibus natio possedit Anglorum, ut non jam Britannia, sed Anglia diceretur, nullius unquam ex ea pestis hæreticæ virus ebullivit; sed nec in eam aliunde, usque ad tempora Regis Henrici secundi, tanquam propagandum & dilatandum, introivit. Tunc quoque Deo propitio, pesti, quæ jam irrepserat, ita est obviatum, ut de cætero hanc insulam ingredi vereantur. Erant autem tam viri, quàm fœminæ paulò ampliùs quàm triginta, qui dissimulato errore, quasi pacificè huc ingressi sunt, propagandæ pestis gratia, duce quodam Gerardo, in quem omnes tanquam præceptorem ac principem respiciebant. Nam solus erat aliquantulum literatus: cæteri verò sine litteris & idiotæ, homines planè impoliti & rustici, nationis, & linguæ Teutonicæ. F G

H *Aliquandiu in Anglia morantes, unam tantùm mulierculam venenatis circumventam susurris, & quibusdam (ùt dicitur) fascinatam præstigiis, suo cætui aggregaverunt. Non enim diu latere potuerunt, sed quibusdam curiosè indagantibus, quòd peregrinæ essent sectæ, deprehensi, tentique sunt in custodia publica. Rex verò nolens eos indiscussos vel dimittere vel punire, Episcopale præcepit Oxoniæ concilium congregari. Ubi dum solemniter de religione convenirentur: eo, qui literatus videbatur, suscipiente causam omnium, & loquente pro omnibus, Christianos se esse & doctrinam Apostolicam venerari responderunt. Interrogati per ordinem de sacra fidei articulis: de substantia quidem superni medici recta de ejus verò remediis, quibus humanæ infirmitati mederi dignatur, id est, divinis sacramentis, perversa dixerunt; sacrum baptisma, Eucharistiam, conjugium detestantes, atque unitati Catholicæ, quam hæc divina imbuunt subsidia, ausu nefario de-*

A *eio derogantes. Cùmque sumptis de scriptura divinis urgerentur testimoniis, se quidem, ùt instituti erant, credere, de fide verò sua disputare nolle responderent. Moniti, ut pœnitentiam agerent, & corpori Ecclesiæ unirentur, omnem consilii salubritatem spreverunt. Minas quoque piè peatentas, ut vel metu resipiscerent, deriserunt; verbo illo Dominico abutentes;* Beati, qui persecutinnem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

B *Tunc Episcopi, ne virus hæreticum latiùs serperet, præcaventes: eosdem publicè pronunciatos hæreticos corporali disciplinæ subdendos; Catholico Peincipi tradiderunt. Qui præcepit hæreticæ infamiæ Characterem frontibus eorum inuri: & spectante populo virgis coërcitos urbe expelli, districtè prohibens, ne quis eos vel hospitio recipere, vel aliquo solatio confovere præsumeret. Dicta sententia ad pœnam justissimam ducebantur gaudentes, non lentis passibus præeunte magistro eorum & cantante,* Beati eritis, cùm vos nderint homines. *In tantum deceptis à se mentibus seductorius abutebatur spiritus. Illa quidem muliercula, quam in Anglia seduxerant, metu supplicij discedens ab eis, errorem confessa reconciliationem meruit.*

C *Porro detestandum illud collegium, cauteriatis frontibus justæ severitati subjacuit: eo, qui primatum gerebat in eis, ob insigne magisterij, innstiouis gemina: id est, in fronte & circa mentum dedecus sustinente: scissisque cingulo tenus vestibus publicè cæsi, & flagris resonantibus urbe ejecti, algoris intolerantia (hiems quippe erat) nemine vel exiguum misericordiæ impendente, miserè interiêrunt. Hujus severitatis pius rigor, non solùm peste illa, quæ jam irrepserat, Angliæ regnum purgavit, verùm etiam, ne ulteriùs irreperet, incusso hæreticis terrore præcavit.* Ita nimirum hæreticæ Vulpes à vinea Domini arcendæ & absterrendæ sunt. Quæ ratio si servata fuisset, quando post aliquot annos Cacodæmon Wiclephum in Anglia adversus Ecclesiam excitavit; haud tantas strages funestus ille Hæresiarcha edidisset.

D Addamus & hoc, quod de *Fossariis* Albigensium seu Waldensium posteris scriptum reliquit Trithemius io Chronico Spooheimensi, anno Redemptoris M. D. I. *His temporibus multiplicati fuerunt hæretici in Bohemia, qui vulgo Fossarii nominantur, propterea, quòd in fossis & occultis speluncis nocte conveniunt, turpitudinem sine differentia personarum, more bestiarum, exercentes, qui Ecclesiam Dei & ministros ejus contemnunt, sacramenta irrident, infinitos scaturientes errores. Crescit hoc nefandissimum genus hominum & mirum in modum quotidie augetur, in tantum, quòd anno prænotato numerus eorum major XIX. millibus fuit inventus. Sed & nobiles atque potentes quamplures in regno Bohemiæ ad eos turpissimos hæreticos declinârunt: è quibus unus, Christophorus nomine, vir nobilis & dives, quadraginta florenorum millia inter eosdem hæreticos pro eleemosyna distribuens, unus ex eis factus est.*

His temporibus in Bohemia nobilis quidam Laurentius Glaaz de Rotenhausen, fide & conversatione bonus Christianus, qui emerat oppidum quoddam, Gurricke dictum, in quo reperit oppidanos ferme omnes præfata secta hæreticos, quibus cùm legem proposuisset, ut aut renunciarent errori, aut bonis omnibus relictis ab oppido discederent, omnes unanimiter cum baculis suis exiêrunt, omnibus, quæ habuerant, relictis, profecti ad alios erroris sui conscios, à quibus tanquam martyres Christi fuerunt in gaudio & honore suscepti, & cunctis necessariis copiosissimè provisi. Apostolorum se profitentur imitatores, homines sine Deo, sine corde, Diabolo pleni. Sunt autem homines astutissimi, & in sua secta mirabiliter docendo, disputando ac defendendo periti, in tantum, quòd non facilè à quolibet rationibus disceptando poterunt superari: nullus tam grossi intellectus reperitur, qui tamen usum rationis habeat liberum, qui non mox hanc sectam fuerit professus, in ea defendenda rationibus (ùt eis videtur) doctissimus evadat. E

Sed ne quis rem alicujus miraculi existimet, causam tantæ mutationis dicemus, ut omnes non Deum, sed malignum spiritum in ipsis operantem intelligant. Quicunque in illam secretam intromitti prudentiæ societatem exoptat, primùm aliquo celebrante Catholico sacerdote, Ecclesiam ingreditur, & stans in angulo, vel secreto aliquo loco, per totam missam verba quædam contumeliosa (quæ nos propter infirmos exprimere non decet) contra Sacramenta loquitur sub silentio, cum intentione sibi à docente proposita, quibus post finem missæ completis, musca magni corporis advolat, & pennarum strepitu significans, se adesse præsentem, oris introitum petit: at verò mox ut ille os suum aperuerit, ingreditur illa, & homo spiritu diabolico impletur, efficitúrque in ea secta doctus & mirabiliter astutus. Verùm ipsi muscam illam non Dæmonem, sed Spiritum sanctum esse confirmant, qui in eos, ùt veros Apostolorum imitatores, sicut in die Pentecostes in illos quondam, descendens, eruditos faciat & constantes: & revera non constantes, sed pertinaces fiunt, nec ullis tormentorum generibus à suis erroribus ad rectam fidem reduci unquam potuerunt. Novimus Conversum unum, qui hæreticorum deceptus consilio, ea (quæ diximus) sub missa fecit & dixit, sed cùm strepitum muscæ caput circumvolantis audisset, pavefactus in terram cecidit, & vix muscam, ne os ingrederetur, abigere potuit. Verùm non omnes, qui eam profitentur sectam erroris, ad hanc secretam maligni spiritus infusionem venire permittuntur, ob certas rationes & causas. F G

Hæc de istis Hæreticis adducere placuit, ut, quos & quales sectarios Fridericus Episcopus eversum iverit, clariùs intelligeretur: oam omoes isti fuêre Waldensium stolones & genimina, perniciosa fœcun- H

ditati

A ditate adeò pullulaotia, ut nisi severior medicina adhibita fuisset, vix cohiberi potuissent, contra quos etiam scriptis certatum est à variis scriptoribus, quorum ooonullos oon ita pridem evulgavimus.

XLVIII. Joannes hoc nomine Secundus.

B Baro ab Heiderk, Præpositus catbedralis Ecclesiæ Bambergensis. Electus aoon M. CCCC. XV. ipso die S. Leodegarii; cúmque sedes Apostolica ruoc vacaret, à Metropolitano suo Moguooo Joanoe confirmatus est; & mox Bambergæ in Episcopum consecratus, *affabilis, pius, mitis, justus & mansuetus*, & its ratinoes suas instituens, ut, quantum in ipso erat, pacem cum omnibus coleret, amatus à summis, mediocribus & infimis, omnis pompæ, fastus ac superbiæ osor, ad id unum incumbens, ut jura & bona Episcopatus oon modò iotegra servaret, sed & augeret. Varias, eásque graves calamitates & ærumnas subiit, præsertim durante illo Priocipum fœdere adversus Ludovicum Ducem Bavariæ *de Ingolstadio*, ùt tunc loquebantur, in quod & ipse nomen suum dederat. Vide Chronicon Elwacense anno M. CCCC. XX. In Bohemiam pro extirpandis Hussitis subsidia hominum & armorum crebrò submisit. Diem Conceptinois Deiparæ Virginis, ùt & oatalem S. Kuneguodis Imperatricis in choro & in foro festum esse voluit, & lege lata mandavit. Tandem senio & ægritudine confectus obiit in Arce Montis Willibaldini anoo M. CCCC. XXIX. III. Nooas Junii. Sepultus io choro S. Willibaldi.

XLIX. Albertus hoc nomine Secuodus.

C Natus patre Joanne de Rechberg, & matre Sophia de Helffensteio Comitissa. Canonlcus Constantiensis & Eystettensis, & Collegiatæ Ecclesiæ Herrnriedensis Præpositus: Episcopatum adeptus anoo M. CCCC. XXIX. feria secunda ante festum oataliòum S. Joannis Baptistæ: non diu pòst à Martino V. tunc Anagniæ residente, ob pestiferam luem Romæ grassantem, confirmatus, & Eychstadii Episcopali consecratione inauguratus, *affabilis, mitis, humilis, hospitalis, pacis amator*, quam coluit, & inter vicinos priocipes fovit, quantum potuit: etiam ære suo & impensis; miræ prudentiæ & providentiæ, qua abuodè compensabat, si
D quid doctrinæ in scholis tradi & disci cooswetæ deesse videretur. Milites conductitios tam equites, quàm pedites propulsandis à Diœcesi Hussitis pluribus annis habuit, & ad limites quoque Bavariæ tuendos, ùt Chamum & Weidam, aliquos ablegavit, & in ipsam iòdem Bohemiam arma & milites magoo oumero misit, etsi occulto Dei judicio, & hæc & omnia alia hostibus in prædam cesseruot, nostris devictis, vel potiùs antequam viocerentur, fuga dilapsis.

E Facultates Episcopatus luculentis accessioibus ampliavit. Qui cùm cathedram S. Willibaldi laudabiliter annis XVI. Mensibus III. demptis duobus diebus, tenuisset, in gravem morbum incidit, quo & extinctus est. Anno salutis M. CCCC. XLV. die sancti Gorgonii Martyris, circa ætatis suæ annum LV. sepultus in choro S. Willibaldi ante altare B. Barbaræ Virginis & Martyris,

F Sub hoc Episcopo, anno M. CCCC. XXXVI. habitus est Eychstadii conventus principum ad reconciliandos Bavariæ Duces Henricum & Ludovicum; cui conventui ipsemet Ludovicus præsens ioterfuit, sed irrito conatu, dissensionibus non extinctis, ùt scribit in suo Chronico Andreas Ratisbonensis: eadem reconciliatio paulò pòst auctoritate Concilii Basileensis tentata est, scriptæque pacis leges, in quibus si quid dubitationis existeret, judex datus est Episcopus Eystettensis, quisquis pro tempore foret.

L. Joannes III. hoc nomine.

G Hujus Episcopi res gestæ in Codice M.S. seu in Supplemeoto Gundackari copiosè describuntur. Quam descriptionem hic verbatim inserere placuit. *Joannes de Eych, Præpositus Wezflariensis, Subdiaconus & Canonicus Ecclesiæ Eystettensis, Cal. Octobris, concordi canonicorum voto, non sine expectatione & plausu maximo populi, in Episcopum ejusdem Ecclesiæ eligitur. Qui post dies paucos à Theodorico Archipræsule Moguntino, super Romano Pontificatu, eo tempore Eugenio & Felice contendentibus, confirmatur, & in Decembri Diaconus, Quadragesima Presbyter & Episcopus ordinatur. Is ex parte Carolo de Eych, viro militari, propter singularem prudentiam & facundiam Franconiæ notissimo ac præcipuo: ex matre Margareta de Heltpurg, femina pudicissima, natus, ùt ingenio, sic eloquentia quamplurimos suæ ætate superavit, præter cæteras tamen bonas artes juris utriusque olim studiosior fuit, doctoralique mitra duplici redimitus, Wiennam postea accersitur, Pontificium jus publicè ac ordinariè lecturus. In quo exercitio diu versatus, tandem Alberti Austriæ Ducis, ad quem Romanum Imperium postea delatum est, eòque mortuo Alberti, qui Friderici Cæsaris frater fuit, curiis addictus, atque utriusque Cancellarius fuit. In Concilio Basileensi regium oratorem magnificè gessit, indiésque rerum humanarum experientia amplior ei accessit, ut etiam ad rempublicam gubernandam, mitto Pontificale officium, idoneus meritò videretur.*

H *Eloquentia igitur, prudentia & doctrina eximiè clarus, cùm jam pastoralem mitram accepisset, virtutéque se redimiret, ac exemplo boni pastoris, gregi sibi credito studiosè prodesse conaretur,*

A *vetur, multo fervore, tantâque gravitate pontificalia officia perfecit, ut assistentibus numen quoddam cæleste præsens videretur; ipsemet ad populum plerumque sermonem habebat, ipse Clericos, vestes sacras, vasáque consecrabat, & quod magis mirère, anno Jubilæo confessiones ipse audire non dedignabatur.*

B *Erat insuper clementia & humanitate conspicuus, suorum querimoniis aures perbenignas quotidie præbere, simplicitatem & ineptias eorum, quoad potuit tegere, aut humanissimè ferre solebat: Christi pauperibus potissimùm se clementem exhibens. Nam eorum nemini utcunque misero aut abjecto aures negabat, quos plerumque inter equitandum ad se tendere videns, incessu segnes, etiam inter pluvias & ventos operiebatur. Neminem præteriens, cui petenti eleemosynam non daret, asseverans opes Ecclesiæ idcirco tantummodo sibi gratas esse, quòd pauperum necessitatibus ex his posset succurrere. Sobrietatis ac parsimoniæ præcipuus amator fuit, quippe antequam rebus humanis eximeretur, per hebdomadem bis, in adventu verò quotidianum jejunium observabat, aliis diebus cœna exigua contentus, ubi magis auribus sacras lectiones, quàm ventri pabula deliciásque parabat. Voluptati deditos, maximè temulentos, mirum in modum aspernabatur. Extra refectioni destinata tempora, neque cibum neque potum sumere visus est. Denique veritati sic studuit, ut verba ipsius, veluti jurejurando firmata fidem facerent omnibus. Nam nemo unquam, ne joci quidem gratia, vanum quippiam aut fictum ex eo audierat. Modestus, patiens, blanda, eximiáque gravitate præditus fuit, ludos, jocósque omnes seu verum turpitudine, seu verborum obscœnitate diffluentes, atque adeò quidquid virtuti inimicum est detestari, honestis voluptatibus se oblectare solitus. Semel in anno cum canonicis suis pro consuetudine venationi interfuit.*

C *Primo Pontificatus sui anno & divini & humani juris peritorum consilio, statuta plurima edidit, quæ acclamatione cleri probata, & vulgatissima reddita sunt. Provincialia quoque, & peadecessorum suorum statuta, quæ jam per diœcesin, fermè consuetudine obliterata fuerant, in lucem reduxit. Multa insuper alia, quæ imperitos & rudes in regenda animarum cura adjuvaret, edidit, prout ex ordinationibus suis animadvertere licet. Synodum singulis bienniis, nisi communi patriæ periculo præpeditus, celebravit; cui ipse præsidens, auctoritate & doctrina sua plurimùm profecit; se quoque fraternæ correctioni cleri sui subjicere non dedignabatur.*

D *Monasterium S. Walpurgis in civitate Eystettensi situm, ubi regularis observantia jam exulaverat, labore maximo, obsistentibus sibi nobilibus multis, reformat, funditúsque dirutum, nam vetustate & incuria fermè corruerat, ædificiis renovari fecit. In dies, præsulis vigilantia, nedum in spiritualibus, sed temporalibus quoque monasterium augetur. Nam ubi olim vivebant decem tantùm, nunc triginta aut quadraginta Christi virginibus pro alimentis reditus monasterii sufficiunt. Ejusdem professionis Monasterium, nomine Bergen ædificiis, & observantia regulari optimè instauratum reliquit. Canonicos Regulares in Rebdorff vita severiore instituit, Windesheimensis observantiæ ritus ac statuta illuc transferens. Fratres Prædicatores in civitate Eystettensi, D. Dominici præcepta negligentes, regularem vitam umplecti compulit, rebellibus procul pulsis. Multa denique sollicitudine clero suo invigilavit, adeò, ut pæne omnium presbyterorum suorum, maximè curatorum nomina, vel personas, & mores probè cognosceret. Itaque diœcesim suam in spiritualibus, quantum hominis diligentia effici potest, optimè institutum reliquit.* E

Neque in temporalibus minùs solers fuit, quippe qui Ecclesiæ bona & census à prædecessoribus suis quæsitos, non modò conservatos, sed auctos etiam successoribus reddidit, tametsi plurimis incommodis & adversis premeretur. Duo quidem bella gravia sua tempestate emerserunt; primo, quod inter Albertum Marchionem Brandeburgensem, cui confœderatus erat, & Nurenbergenses gerebatur; Eystettensis Ecclesia biennia continuo rapinas, incendia, agrorúmque populationes, patitur, qua re impensam gravem facere, æsq; alienum contrahere cogitur. Nondum hujus belli ærumnas satis reparavit Episcopus: & aliud inter Ludovicum Bajcariæ Ducem, Henrici filium, & Albertum Marchionem prædictum exoritur, quo bello civitas Eystettensis à Ludovico Duce obsessa oppugnatur. De quo Trithemius in Chronico Sponheimensi. *Eodem anno M. CCCC. LVIII. Ludovicus Dux Bavariæ magno exercitu Bavarorum, Bohemorum & Australium congregato, civitatem Eystettensem obsedit. Sed concordia interveniente, discessit.* Ita Trithemius. Postea tamen anno M. CCCC. LX. rupta coocordia inter Albertum Marchionem & Ludovicum, Ludovicus Eichstadium & Episcopatus arces suam in potestatem redegit, ùt est io Chronico Elvvacensi, cujus Auctor est Matthæus Mareschalcus.

Capiendi Aichstadii hanc causam Ludovicus habuit, teste Andrea Ratisbonensi, vel potiùs Continuatore ejus Leonardo Bauholtz Presbytero, io Chronico. Occupaverat Ludovicus Donavverdam. Imperator nomine Imperii civitatem repetiit, & ut spolium redderet, mandavit. *Dux nolens eam spolii nomine possidere*, inquit Andreas, *tradidit eam in manus Joannis de Aich, Episcopi Eystettensis, donec judicialiter decerneretur, cui tradenda esset. Episcopus verò reddidit Imperio. Quo facto Ludovicus obsedit civitatem Eychstett, quæ per placita se dedit;* qua occasione bellum ioter Ludovicum & Albertum Marchionem Brandeburgicum recruduit. G

Sed jam denuò supplementum Gundackari audiamus. *Deinde fœdus, quod cum Alberto Marchione Johannes Episcopus pepigerat,* H

trans-

A transactione tollitur. Eo tempore belli, quod biennio, & eo ampliùs, inter Ludovicum & Albertum gestum est, Ecclesia Eystettensis, tametsi ab armis silebat, ab utroque exercitu, qui haud longè ab agro Ecclesiæ castra fixerunt, gravi incommodo & pressura affecta est. Præter publica bella, latrunculi quàm plurimi Ecclesiam etiam infestaverant, ad quorum temeritatem arcendam æris atque operæ multum impendit. Et inter hæc atque innumera alia infortunia, ùt suprà dictum est, censas Ecclesiæ auget, id ex rationum libris suis collatis Calendariis prædecessorum animadvertere licet, &c.

B Hic etiam pro Republica primo Pontificatus sui anno; Judæos, perniciem Christianorum, à civitate & oppidis suis propulit, ac sua, ne matinum ab eis sumerent, edicto publico vetuit. Taxillorum atque aliis illiberalibus ludis, quoniam eorum studiosi parùm rei suæ prospiciunt, similiter prohibitis. Comessationes ac convivia, nisi exiguo sumptu apparata, tanquam virtuti & rei augendæ contraria, mirum in modum tum pœna, tum exemplo parsimoniæ restinxit, quæ antehac in civitate creberrima fuêre: Jus cuique æquè reddere studium fuit. Multa, quæ in judicio reformanda viderat, prudentissimè limavit. Inter alia reformationem statutorum, ac judicij Eystettensis, summo consilio editam, perpetuò observari voluit. Ordinem etiam judiciarium compilaverat, juris scientiam præcipuam redolentem, sed nondum emanaverat, dum C mortem obiret. Edidit & alios tractatulos, ac monasteriis chartas, quæ rectè vivendi normam darent, de comparatione vitæ activæ & contemplativæ. Item de constantia ad virgines S. Walpurgis; ac alia quædam reipublicæ ac religioni proficua. Civium odia & simultates, tanquam reipublicæ pestem, acerrimè resecavit pacis amator præcipuus. Nihil sine consilio agere solebat. Fuit sanè speculum & decus Pontificum, testimonio omnium, qui ipsum noverant, jure optimo reputatus, qui & Principem & Episcopum ac patrem sese exhibere noverat. Canonicorum suorum amans fuit, eorum maximè, qui exemplo juventuti prodessent, vel quorum indoles senibus spem bonam polliceretur, &c.

D Die Innocentum velutì testamentum facturus, percepta priùs sacra communione, atque unctione extrema, seniores capituli, Johannem de Helpurg Decanum, Joannem de Leonrod, & quosdam alios accersiit, his verbis eos compellans. Non ignoratis, venerabiles viri, mortem communem omnibus, horam verò ejus nulli satis exploratam esse. Itaque ne me imparatum ea inveniat, Sacramentis, ùt religio nostra suadet, munitus itineri ex hac mortali vita me accinxi. Solent autem pari, atque ego sum, vinculo astricti, testamenta condere, ego cum D. Augustino sine testamento, quoniam, unde id faciam, non habeo, decedere tutius duxi: hoc tamen, si quid unquam de Ecclesia bene merui, exorari vos velim, ne, dum carnis jura persolvero, funus primò ad hospitale nostrum afferri, atque illic exequias peragi curetis, distributuri E miseris inibi degentibus argentum, ut habeant eleemosynam Ecclesiæ, ut pro nobis ad altare offerant, quam oblationem Deo gratam, & mihi profuturam maximè non ambigo. Deinde apud Ecclesiam cathedralem Deo optimo sacrificiis placato, S. Walpurgæ templo funus reddi, terræq; mandari jubeo. Præter id nihil efflagitârat, nisi ut mercenariis atque ministris, aliisque creditoribus satisfacerent. Respondebant canonici, quantum lacrymæ sinebant, si qua majora peteret, morem geri oportère, ita de Ecclesia meritus esset. Abscedunt mœsti, nam signa mortis certissima apparebant. Sed cùm nemo mortis nuncius esse vellet, eandem Joannes Mendel Cancellarius suus, quem eximiè charum habebat, animatus, velutì per ambages primùm progrediens, hujus sæculi vanitates detestatus, æternæ vitæ cupidinem, quo mortem æquiùs ferat, multa ratione persuadet, adjiciens mortem justo requiem, sceleratis verò, quas tormenta manent, formidabilem videri, morbum autem, quo premeretur, remedium atque piaculum peccatorum asseverans. Non sunt, respondit Præsul, condignæ passiones hujus seculi, ùt Paulus ait ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. At JESU Christe fili Dei, misericors humani generis Salvator, per mortem & passionem, quam pro nobis peccatoribus pertulisti, respice me indignam creaturam tuam, & ex hac vita migranti auxiliatricem manum porrige, Deus meus misericordia mea.

F Acceptam deinde Crucifixi imaginem, quam Cancellarius manu tenebat, pectori admovens, utroque brachio stringit, ac deosculatur, orationes devotissimas primò crucifixo ejus, deinde genitrici, Willibaldo, & Walpurgæ patronis postremò, dixit. Orabant presbyteri litaniam, quibus devotè respondebat. Manus post hoc auxilio eorum, qui aderant, elevans, atque ad cœlum protendens, multas ex ordine orationes habuit, hoc versiculo sæpius repetito, concludens. In manus tuas Domine commendo spiritum meum. Moritur autem Cal. Januarii manè hora quarta, anno Domini M.CCCC.LXIV. ætatis suæ sexagesimo, cùm jam sedisset annos octo & decem, menses tres, cujus corpus in monasterio S. Walpurgæ in Capella S. Agnetis conditum est.

G Pius II. Pontifex Maximus audita morte Joannis dixisse fertur in cœtu Cardinalium, Ecclesiam meritò lugere debere, quandoquidem columnam auream, & Ecclesiæ præcipuam, & Alamanniæ notabilem prælatum perdidisset. Hactenus Appendix ad Gundackarum, cui etiam inserta est epistola Æneæ Sylvii, postea Pii II. ad Joannem, cujus exemplar huc transcribere placet, tum alias ob causas, tum quia non parùm discrepat ab illa, quæ in editione Basileensi operum Æneæ Sylvii legitur lib. 1. epist. num 79.

H Æneas Sylvius Senensis, Imperialis Secretarius S. P. D. Reverendo Patri ac claro Principi Johanni de Aich, electo Eystettensi. Fecisti perbenignè, Pater optime, quòd in literis tuis, quas huc ad amicos misisti, de tuo successu, me quo-

A que memoriam habuisti. Nec enim Æneam tuum, quæ tibi obvenerant bona ignorare voluisti, quem sciebas tuo gaudio solidè gavisurum. Ego igitur, vir præstantissime, gratias inprimis Deo Opt. Max. refero, qui te dignis honoribus extulit. Post hoc magnoperè laudo Capitulum tuum, singulósque Canonicos, qui suæ provisorem Ecclesiæ, non ùt plerique faciunt, qui indoctos, imperitos, inexpertos, inertésque assumunt: Sed te virum scientia júris, ac omnium litterarum peritia clarum, in rebus agendis diu versatum, apud Principes etiam singulari solertia præditum, elegerunt. Utinam horum exemplum & alii sequerentur. Nempe non sic Laicorum impressionibus Ecclesiæ terrerentur, Si earum gubernacula apud eos essent, quos studere sapientia contigisset.

B Postremò tibi admodum regratior, qui factus major non despicis me minorem, ut plerúmque fieri solet. Mos enim hominum est, ut, quæ infra sunt, semper contemnant. Hinc vulgò proverbium est. Societates hominum dirimi, quoties alium alius dignitate vel opibus excedere cepit. Sed ista inter plebejos contingunt, qui non in virtute, sed utilitate omnem vitæ rationem ponunt. Viri autem boni & virtutis amatores, ut magìs elevantur, eò magis amicorum meminerunt. Nec enim Africanus junior Lælii unquam oblitus est, aut eum parvi fecit, quamvis ipse duos consulatus, cum summo populi desiderio, suscepit,
C ille verò candidatus ex petitione dejectus fuerit. Nec Perithens Archytam neglexit, quamvis fortunatus, ille verò captivus esset, sed libertatem amico impetravit. Amicitia enim, quæ inter virtutes est, nec varietate fortunæ, nec tempore minuitur. Ita inter nos esse video bonitate tua. Quia licèt inter Antistites Ecclesiarum, & sæculi principes sublimatus sis, qui modò privatus fuisti, non tamen mei memoriam ponis, sed inter varias occupationes, quæ in principiis dignitatum adeptarum evenire solent, inter magnas curas, intèrque diversos strepitus, de me scribere non neglexisti. Indicium est mihi hoc maximum, firmam esse, stabilem perpetuam & immortalem benevolentiam nostram.

D Verùm; Præsul amantissime, quamvis ego mihi gaudeo, quòd amicum honoribus auctum, & in sublimi positum video: Tibi verò an gaudere debeam, hæreo. Nam tuam dignitatem, tuásque divitias multa cura multæ, anxietates, multi metus sequentur. Nec enim augeri opes possunt, quin & labores crescant. Omnis potestas subjecta est invidiæ. Qui Episcopus est, in specula sedet, omniúmque oculos in se conversos habet. Si bene faciat, fecisse debitum dicitur; si male; linguis omnium carpitur. Addo, quòd nemo tam sanctè vivere potest, quin aliqui se offensos putent. Nihil est, mihi crede, in hac vita mortali durius, quàm Pontificatum gerere. In quo si Deo places, hominibus displices. Servare medium, arduum est. Utcunque sit, navigandum est hoc pelagus, pro salute communi serviendum est reipublicæ. Nec enim nobis nati sumus, (ùt Plato dicebat) sed ortus nostri par- E
tem amici, partem patria vendicant. Ego autem addo partem etiam Ecclesiæ deberi. Et si nos totos obligatos sibi dixerim, quæ nos Christo regeneravit, non erraverim. Exinde cùm te intui & in cute noverim, moderationémque tui animi sciam, nullum mihi dubium est, quin tuus honor perpetuò duret, cum tua sit virtus æterna. Et si Magistratus virum ostendit, ùt Bias inquit, in hoc Pontificio tuo præstantes animi dotes, quæ latebant, manifestabis, sed omnia hæc cum labòre multo, diversisque anxietatibus facies.

F In omnibus his tamen moneo te, precor, obtestórque, ne magis populo, quàm tibi vivere studeas. Metire tempus tuum, & aliud reipublicæ tribue, aliud tibi retine. Relaxa nonnunquam curas, animúmque oblecta. Scipio Læliúsque, de quibus suprà memini, quamvis magni essent viri, & rempublicam suis ingeniis, studiisque sustinerent, nonnunquam tamen in Laurentem agrum exeuntes, sic se otio, quietique dabant, ut conchas umbilicósque legentes, ad magnam diei partem jactu lapillorum oblectarentur. Oportet sic agere, mihi crede, præsul insignis. Nam qui semper seria tractat, quamvis non est mortuum, vivens tamen moritur. Tu ergo, qui jam maximam dignitatem adeptus es, effice, ne te magis dignitas possideat, quàm tu illam in potestate habeas. Multi sunt modi, quibus animus relaxatur. Interdum li-
G bris indulgendum, interdum venatibus non prohibitis ac piscationibus. Multi sunt modi mentis secessus. Cura, ut fideles comites habeas, cum quibus non aliter, quàm tecum ipse loquaris. Inter omnia hominum oblectamenta, nulla major voluptas est, nulla jocundior, nulla securior, quàm cùm fideles amici invicem coëunt. Denique ita est, nullius boni (ùt Seneca dicit) sine socio jucunda possessio est. Quantò quis major est, quanto ditior, quantò potentior, tantò fideli amico magis indiget. Tibi hæc pluribus verbis dico, quàm opus fiet. Tu hoc partim legendos, partim inter homines vivendo didicisti. Fac ergo uti opus sit. Ego mihi ipsi congratulor, quòd te sic sublimatum audio.

H Scripseram tibi nuper de miseriis Curialium longam Epistolam, sed tu jam in eo statu es, ut his scriptis non indigeas, curabo tamen, ut epistolam videas. Nam quantò majores sunt illorum anxietates, qui principibus servientes tædia subeunt curiarum, tantò magis lætaberis, cùm te his liberatum videbis. Apud Italos Antonius Massanus, ex ordine Minorum, magnus verbi Dei prædicator fuit, Cujus sermo tam populo acceptus erat, ut ad magnam diei partem absque cibo audiretur, callebàtque homo & græcas & latinas literas, hunc sua virtus generalem Ordinis Magistrum fecit, pòst Episcopum Massanum. Non tamen tot dignitatibus auctus, sermonem deseruit. Me præsente, Senis prædicare de paupertate cepit, multáque incommoda pauperum, multásque miserias in medium adduxit. Exinde quid dicam inquit? Tot

sunt

A *sunt paupertatis tadia, ut nihil supra. Ego quidem gratias Deo refero, qui per Episcopatum his liberatus sum. Sic ergo & tu dicere potes. Nam Episcopatus ex miseriis curialium te extraxit, quod tam mihi jucundum est, quàm tibi utile. Tu vide, ut dives factus sis non pauper: Jam tibi facultas est, qua potes quàm multos ditare. Cura, homines dignos promoveas. Non tamen sic te lege hac astrinxeris, quin etiam pro tuo libitu aliquibus non excellentibus omnino benefacias. Is, cui scripsisti de tua promotione, multum in te sperat, vir bonus est, & tui amantissimus. Fac, ut ejus notitia non sit apud te infructuosa. Inter alios autem, quos dignos & virtute prastantes ad beneficia Ecclesiastica promoveris, si unum vel alterum minùs dignum sublevaveris, non erit reprehendendum; quia non vituperatur, qui errat semel, sed qui errat magis, quàm benefacit. Concedendum est aliquid amicitia, atque consuetudini, non tamen cum prajudicio veritatis, quam Platoni pratulit Aristoteles, meo judicio magis fama, quàm veritatis amore. Michaël Pullendorf Secretarius regius, ex tua promotione mecum latatus est valdè. Nec ego quemquam sciò, qui dignitatem in te collocatam non magnopere commendet. Vale ex Vienna, die XXI. Octobris. Anno M. CCCC. XLV.*

B Teritur ejusdem Æneæ suprà memoratus, isque elegans libellus ad eundem Joannem, necdum Episcopum creatum, de Curialium miseriis, quas ùt copiosè, ita profectò scitè depingit, oculisque subjicit, scripsit autem Æneas hunc libellum eodem anno, quo Joannes Episcopali infula redimitus est, nempe anno M. CCCC. XLV.

C Cùm Galliæ Delphinus Alsatiam invasisset, misit ad eum Fridericus III. Imp. Episcopum Augustanum, & Joannem de Aicb, sciscitatum, quid causæ sit, cur Imperii fines cum valido exercitu intraverit, ùt scribit Æneas lib. 1. epist. LXXXVII. Ex quo apparet, magnam fuisse Joannis istius in Aula Imperatoris existimationem. Ejusdem tanquam Regii Legati ad Concilium Basileense meminit idem Æneas in ipso statim vestibulo Commentarii de Concilio Basileensi, eúmque *plurima lectionis Jureconsultum* appellat.

D Plures Synodos diœcesanas & plura synodalia decreta videtur Joannes edidisse; ex quibus in Compendio statutorum Eystettensium sub ipsa fermè Typographiæ incunabula excuso, reperitur Decretum de quatuordecim Articulis vel potiùs partim abusibus partim vitiis extirpandis; & Germanica instructio ad confessionem annuam ritè obeundam. Decretum illud editum est anno M. CCCC. LIII.

Successor quoque Joannis Wilhelmus synodales quasdam regulas ejusdem Joannis denuò publicavit, earúmque observationem omnibus diœcesanis injunxit bis verbis: *Statuta quadam synodalia, felicis memoria Domini Joannis, immediati pradecessoris nostri,* E *anno Domini M. CCCC. XLVII. in synodo pro tunc publicata, prout jam pridem similiter ac per nos actum est, ratificavimus, & nunc prasentibus ratificamus, certo moderamine in eisdem observato, prout ex infra scriptis nostris statutis intelligetis.*

F Extant istæ constitutiones Joannis in suprà dicta Epitome statutorum synodalium Eystettensium, ubi Joannes, inter cætera, ita præfatur. *Edidimus synodalia statuta nonnulla, in his per bona memoria quondam Reimbothonem, Philippum, Berchtoldum & Albertum immediatum pradecessores nostros promulgata renovantes, &c.*

Habuit graves controversias cum capitulo suo super Jurisdictione Cleri, qui est in civitate Eystettensi; nam hinc Episcopus, inde Decanus cathedralis eam sibi vendicabat. Tandem res à Nicolao V. Pontifice demandata est Nicolao S. Petri ad Vincula Cardinali, Apostolico per Germaniam Legato, qui litem composuit anno Domini M. CCCC. LI. Quæ compositio extat in epitome statutorum synodalium Eystettensium.

G Huic Præsuli à Pio II. Pontifice Max. demandatum est, quod in Chronico Sponheimensi his verbis Trithemius memorat. *Hoc anno M. CCCC. LXI. Pius Papa II. scripsit & commisit & mandavit Episcopo Eystettensi, quatenus assumptis ad se viris probis, religiosis & peritis, evocatisque evocandis, tres illas observantias Ordinis nostri, in Alemannica natione noviter instauratas Bursfeldensem, Mellicensem, & Castellensem, & si qua essent alia, reduceret in unum auctoritate Apostolica, contradictores per censuras Ecclesiasticas ad obedientiam compellendo. Hujus occasione mandati multi interea sunt facti labores & expensa diversis temporibus: sed usque in hunc diem nullus est secutus effectus, propter nimiam diversitatem ipsarum trium observantiarum in multis.* Hæc Trithemius.

H Hujus Episcopi jussu in membranis puris, mundo charactere descriptæ sunt historiæ patronorum Ecclesiæ Eystettensis; vita scilicet S. Willibaldi, Auctore Philippo XXXIX. Episcopo Eystettensi, quam nunc primùm in lucem protulimus. Vita S. Walpurgis, eodem Philippo Auctore. Vita & miracula ejusdem Virginis à Wolffardo Hasenrietano libris quatuor comprehensa unà cum rhythmis Medibardi de ejusdem Virginis miraculis. Hodœporicon seu Itinerarium S. Willibaldi, & vita S. Wunibaldi. Codex, qui hæc omnia continet, asservatur Eystadii in Arce Episcopali; absolutus anno Domini M. CCCC. LVI. Ex quo apparet, præsuli huic curæ fuisse, ut memoria divorum Eystettensium non intercideret, sed semper recens & quasi vegeta ad posteros transmitteretur.

A

LI. Wilhelmus.

Ex nobili familia de Reichenavv, Decretorum Doctor, antea Ecclesiæ Eystettensis Canonicus & Præpositus, electus in Episcopum XVI. die Januarii anno salutis M. CCCC. LXIV. Et à Pio II. Pontifice Max. confirmatus. Regalia accepit à Friderico III. Imp. Neustadii in Austria, cui charus & perquam acceptus erat, sæpiúsque in Comitiis & conventibus Imperii, vices Imperatoris gessit; à quo, ùt & à Maximiliano filio, postea patris in Imperio successore, varia privilegia & immunitates pro Ecclesia Eystettensi obtinuit.

B Sub hoc Episcopo conditum est sanctimonialium Monasterium *Marienstein*, (Mariæ Lapis) inter Eychstadium & Rebdorffum; & aliud ejusdem sexus Mariæburg prope oppidum Arnbergam, utriusque structuram & proventus non parùm sua liberalitate juvit, ac promovit. Festum præsentationis Deiparæ Virginis in Ecclesia cathedrali pérque totam suam diœcesin celebrari jussit. Reliquias vel aliquid de Reliquiis S. Willibaldi, S. Walpurgæ, & S. Richardi unà cum *Legendis*, *Officiis ac Responsoriis in Notis*, Regi Angliæ, (qui vel Richardus III. vel Henricus VII. erat) transmisit, Cui sacra ista munera gratissima acciderunt; móxque in honorem istorum Cœlitum diem festum indixit. Landishutæ cum Imperatore Friderico, multisque aliis tam Ecclesiasticis, quàm politicis principibus nuptias Ducis Bavariæ Georgii cohonestavit, ùt scribit Andreas Ratisbonensis in Chronico anno M. CCCC. LXXV. Facultates & reditus Episcopatus egregiè auxit, arcésque & civitates communiit, seditque XXXIII. años, duos menses & unum diem. Excessit hinc anno M. CCCC. XCVI. XV. Kal. Decembris, sepultus in choro S. Willibaldi cùm septuaginta circiter annos vitæ explêsset. Tumulo hoc Epitaphium adscriptum legitur.

C *Wilhelmo Episcopo Eystettensi, viro omnium virtutum genere ornatissimo, quem ob singularem fidem atque prudentiam, Fridericus Cæsar, & Maximilianus Rex, non modò in consilium de maximis Imperii rebus præcipuum asciverunt, sed etiam legatum, alter ad Matthiam Hunnorum, alter ad Carolum Gallorum reges miserunt: Maximilianus etiam post Friderici patris obitum, parentis loco in summis rebus habuit, & verbis compellare consuevit: Vixit in Episcopatu annis triginta tribus. Moritur in Messing, anno Domini M. CCCC. XCIV. XIV. Kal. Decembris.*

D

Magnam si qua viro tribuit sapientia laudem,
Hic summo præsul dignus honore jacet.
Cui nihil objiciunt inimici præter honestum
Crimen: quod Regi & Cæsari amicus erat.

Fuit hic Wilhelmus Academiæ Ingolstadiensis primus Cancellarius, & cùm anno salutis M. CCCC. LXXII. Academia à fundatore suo Ludovico, solenni more initiaretur & propalaretur, adfuit idem Episcopus cum Episcopis Frisingensi, Augustano & Ratisbonensi, Regísque Hungarici Matthiæ Legato. E

F Auctoritate & approbatione Wilhelmi typis excusa sunt Decreta nonnulla synodorum Eystettensium, quas tam ipse Wilhelmus, quàm Antecessores ejus celebraverant, additis etiam Constitutionibus synodalibus Moguntinis, quas ex variis Moguntinis Conciliis desumptas Petrus Archiepiscopus Moguntinus unum in librum collegerat & congesserat; ne illis quidem omissis, quas Theodoricus Archiepiscopus anno M. CCCC. LI. in Concilio quodam promulgârat. Petierat Matthias Walcker Reutlingensis Typographus à Wilhelmo Episcopo Codicem statutorum Eystettensium: cui Wilhelmus hoc Epistolio respondit. *Dei gratia Wilhelmus, Episcopus Eystettensis fideli nostro dilecto Matthia Walcker de Rentlingen, salutem. Statutorum nostrorum synodalium ac provincialium volumina, quæ à nobis summis precibus petis, ipsa itaque optata accipe: & accepta sedulò custodi: cúmque illorum opera usus fueris, nobis fideliter remittere cures. Data in castro nostro Montis S. Willibaldi die XX. Mensis Martii anno à Nativitate Christi M. CCCC. LXXXIV.*

G Sub hoc Episcopo natus est Eychstadii anno salutis M. CCCC. LXX.. Willibaldus Pirckheimer, patre Joanne Pirkeheimero, J. V. Doctore, & Episcopi Eychstadiani Consiliario. Felix fuisset Willibaldus, si in ejus, cujus nomen ferebat, vestigiis permanens, Luthero & Lutherani verbi declamatoribus aures occlusisset; nec ab Evangelio, quo ipse natu major erat, miserabiliter sese abduci permisisset: acer quidem hostis Sacramentariorum, ùt testantur scripta ejus in Joannem Oecolampadium. Sed quid prodest odisse unum Diabolum, si te alteri penitus & mordicus addicas? Id Willibaldo huic evenit; dum spretis Zvvinglio & Oecolampadio, totum se Luthero tradidit.

H De quo Rittershusius in vita Willibaldi. *Cùm adolevisset Bilibaldus à patre aulæ Eystadiensis Episcopi mancipatus fuit, non solùm ut aulicorum cognosceret mores, sed etiam ut in militia & artibus bellicis se exerceret; eò enim naturâ quodammodo ferebatur: Accidit eo tempore, ut Episcopus ille, à quamplurimis urgeretur hostibus, qui latrocinando, & prædas agendo improvisas potiùs, quàm justum ac indictum bellum inferendo provinciam ipsius quotidianis incursionibus infestarent & devastarent. Ibi se Bilibaldus equestri militia per biennium ita exercuit, ut non minùs apud hostes cognitus, quàm Episcopo, Domino suo, charus & acceptus esset: nullo enim se defatigari labore permittebat non vigiliis, non inediâ, nullum declinabat onus, nullum periculum: sed quidquid injungeretur, alacriter suscipiebat, & strenuè obibat, ea quoque, à quibus alii difficultate deterriti, refugiebant.*

Qua-

A *Qua tamen in re ita se gerebat, ut nihil temere, nihil inconsideratè, sed omnia circumspectè, & maturo consilio ageret atque perficeret. Unde fiebat, ut tam præfectis, quàm gregariis militibus acceptus esset.* Verùm hæc Martia Bilibaldi facinora fortè ad successorum Wilhelmi pertinent, cui cum perditis Episcopatus invasoribus diuturnum certamen fuit.

Interfuit Wilhelmus conventui, quando Carolus Dux Burgundiæ cum Friderico III. Imp. Treviris congressus est; teste Mejero in Annalibus Flandricis.

LII. Gabriel.

Res gestas vel potiùs epitomen rerum ge-
B starum hujus Antistitis transferam huc verbatim ex Appendice ad Gundackarum, nam qui scripsit, quisquis fuit, haud ineleganter scripsit.

Reverendus pater & Dominus Gabriel. D. G. Episcopus Eystettensis LII. ex celebri Equitum de Eyb familia, quæ antea Ecclesiastica dignitate & doctrina præstantes plures, cumprimis verò Albertum hujus patruelem Juris utriusque Consultum & Operis, cui Margarita Poëtica nomen est, auctorem protulit, hunc tamen primum dedit Præsulem; Parentibus Ludovico de Eyb, Equite aurato, & Magdalena Adelmenain de Adelmansfelden, natus, Anno M. CCCC. LV. in arce Arberg, cui Pater tum Præfectus erat;
C *atque ibidem primis literarum rudimentis diligenter perceptis, Erfurdiam ablegatus, eruditionem ac laudem adeptus est non vulgarem. Inde Ticinum profectus, continue septennio, in uno atque eodem domicilio, ut animi constantiam facilè agnosceres, juri Pontificio ita incubuit, ut Doctoratus consequeretur insignia. Reversus in Germaniam, cùm esset Bambergensis, Herbipolensis, & Eystettensis Ecclesiarum Canonicus; & è vivis excederet Reverendus Pater & Dominus Wilhelmus Episcopus Aystettensis, in demortui locum anno M. CCCC. XCVI. Non. Decembr. capitulariter lectus, & à Ruperto Episcopo Ratisponensi, Comite Palatino Rheni, assistentibus, utriusque Ecclesiæ Suffraganeis, aliisque suæ diœcesis Abbatibus & Prælatis, consecratus est.*

D *Ea in functione ita se gessit, ut summis Pontificibus & Cæsaribus gratus, Episcopatui ornamento, & suis omnibus charus esset. Etenim pietate & religione sua Clerum in officio, & Ecclesias in dignitate pristina, quantum per temporum malignitatem & emergentes subinde hæreses fieri poterat, retinere à contagione immunes studuit. Ecclesiastica autem jura, & subditos suos singulari industria semper, præcipuè verò in Bavarico bello, quod diœcesi Aystettensi utrinque imminebat, eámque in partes & perniciem suam rapturum videbatur; & postea in rusticis tumultibus summa prudentia tutatus est. Cúmque hostes haberet plurimos, quo tempore Suevica confœderatione needum inita, perditi homines passim impunè pacem publicam intertur-*
E *bantes, incendio & rapinis infesti, grassabantur; non minori usus est animo & vigilantia, in iis persequendis, & suis in securitatem asserendis. Etsi verò sæpius magnas in conventibus Imperii sequendis, & cohibendis Turcarum excursionibus, aliisque tam Italicis, quàm Germanicis bellis; nonnullas quoque in emendis, exstruendis & reparandis hinc inde ædibus faceret impensas, maluit tamen optimus Antistes parsimonia, quàm censu eam pecuniam conficere. Qua id quoque effecit, ut, cùm ter duntaxat Pontificatus sui tempore contributionem imperasset, & periculosa agricolarum seditione fermè solus Principum exactionibus abstinuisset, magnam tamen & pecuniarum & frumenti vim, post mortem relinqueret.*

F *Episcopos consecravit Vitum Truchset de Pomersfeldea Bambergensem. Henricum de Liechtenauu, & Christophorum de Stadion Augustenses. Gasparem, & Fabianum Suffraganeos suos. Walpuega de Absperg Abbatissa ad S. Walpurgam, Aystadii solenni rita initiata, benedixit.*

Ætate jam ingravescente, quanquam non modò à Principibus quibusdam, sed & ab ipso Cæsare atque Rege Rom. sollicitaretur, ut ex illustribus familiis, unde plures Episcopatum ambiebant, coadjutorem aliquem admitteret, nunquam tamen neque precibus, neque minis eò impelli potuit, quòd ea res juramento præstito adversa, & Episcopatus exilior videbatur, quàm qui Ducis sumptuosi, quales pleramque sunt, imperium sine detrimento ferre diuturnum posset.

G *Senio tandem multisque laboribus confectus, cùm mortem præsentisceret suam, triduo antè quàm è vivis excederet, convocatis ad se in arcem S. Willibaldi Canonicis primariis, administrationis suæ rationem reddidit, eósque ad concordem successoris electionem cohortatus est. Mox suppliciter veniam rogans, si cui gravior fortè fuisset, idem se quoque vicissim facturum adfirmans, postulavit, ut hoc extremum dilectionis suæ testimonium passim è suggesto proponeretur, ipséque Deo commendaretur. Abdicatis deinde omnibus hujus mundi curis, soli Deo vacare, & mortem meditari cœpit. Adfuerunt tum præter Canonicos duos, Gasparem de Hirnhaym, Mauricium de Hutten à Capitulo eò destinatos, Chilianus Leyb Cœnobiarcha Rebdorffensis, & Leonhardus Angermayr ejus Confessor, quos ad extremum usque spi-*
H *ritum secum esse voluit. Sanctissimi demùm corporis Dominici, & unctionis extremæ Sacramentis munitus, cereum tricubitalem, migrationis signum, manibus protendit, in hæc justi Simeonis verba erumpens. Nunc dimittis servum tuum Domine secundùm verbum tuum in pace, &c. eúmque ita ardentem pro sacra Eucharistia repositorio in sacello arcis poni jussit, qui postea eodem ferè momento, quo præsul extinctus est, & ipse ad imum absumptus defecit, quod Prior Rebdorffensis admiratione quadam observavit. Mortuus est ergo pridie Kalen. Decembr. anno Domini M. D. XXXV. Episcopatus sui XXXIX. ætatis verò LXXX. cùm solus inter LII. Episcopos Aystettenses*

A *tenses S. Willibaldi annos XXXVI. quibus eidem Ecclesiæ præfuisse perhibetur, excessisset. Oculi ejus nondum caligaverant, neque unquam conspicillis usus, aut memoria in tanta ætate destitutus erat. Elatus luctu publico in sepulchro, quod adhuc vivens in choro inter sacrarium & altare summum sibi locaverat, conditus est.*

Evulgavit Episcopus iste anno Domini M. D. XX. Diploma; quo omnibus Diœcesanis suis imperabat, ut Bullam Leonis X. qua Lutheri doctrina & libri damnabantur, reciperent, palàm promulgarent, idque, quod Bulla jubebat, sine cunctatione exequerentur. Quod diploma Luthero & Lutheranis Rhapsodis, ita placuit, ut in I. Tomum Germanicum Jenensem relatum fuerit; ùt & ejusdem argumenti aliud diploma Philippi Episcopi Frisingensis, anno M. D. XXI. datum, idque procurante clarissimo Theologo Joanne Eckio, cui promulgatio Pontificiæ Bullæ injuncta fuerat.

B De eodem Gabriele Episcopo Eckius in Oratione funebri. *Hoc mirandum occurrit in Reverendissimi nostri Principis Episcopatu. Quòd cùm ipse quinquagesimus primus fuerit* (ita numerat Eckius) *in ordine Episcopus à sancto Willibaldo, & nullus ante eum annos regiminis Willibaldi XXXVI. attigerit, adeò, ut sicut de Romano dicunt Pontifice; Non videbis annos Petri (scilicet 25.) sic Episcopo Eystettensi dicebant; non videbis annos Willibaldi. Et tamen noster Gabriel, licèt in provecta ætate ad regimen assumptus, puta circa quinquagesimum ætatis annum, tum vivacissimus ipse tribus fermè annis S. Willibaldum superavit.* Hæc Eckius in Oratione, qua Gabrieli parentavit.

43. & non plurium fuit annorum, cum electus, quomodo aliàs LXXX. decubuisset, si 39. præfuit annis?

C Idem Gabriel, ùt & plures alii Episcopi, Principes politici, & Civitates, anno Domini M. D. XXXV. fœdus ad novennium iniêrunt cum Carolo V. Imp. & Ferdinando Romanorum Rege; cùm enim vis & violentia improborum in Imperio quotidie invalesceret, consultum duxerunt, ut plurium coitione se adversus nefariorum machinationes communirent, scriptis etiam non paucis totius confœderationis legibus, quas manuscriptas legi; nescio num typis excusæ extent.

D LIII. Christophorus.

Hujus electio, gubernatio & mors his verbis in Pontificali describuntur. *Reverendus Pater & Dominus Christophorus ex Marschalckis in Bappenhaym S. Rom. Imp. ensiferis hereditariis, patre Wilhelmo Equite Aurato, & Magdalena à Rechberg prognatus, cùm à Patruo suo Gaspare Marschalko Canonico Eystettensi, bene educatus à puero, & canonicatu ibidem, prætereà etiam à fratre Wolffgango, Canonicatu in Ecclesia Constantiensi donatus esset, & utroque in loco ita se gessisset, ut de probitate sua, & quam habebat erga decôrem domus Dei, cura, magnam apud plerósque expectationem concitásset, quæ commendatior etiam erat, quàm eruditionis opinione; defuncto Reverendo Patre & Domino Gabriele, in Episcopum Aystettensem LIII. jam Presbyter declaratur, sub finem Decembris anno Domini M. D. XXXV. Is cùm religionis studiosus esset, & animadverteret temporum vitio, prælatorúmque negligentia disciplinam Ecclesiasticam collabi, & cultum divinum in templo Dei segniùs curari, indéque in vulgus offendicula quotidie emanare plurima, in hoc cumprimis incubuit, non modò crebris admonitionibus, sed suo quoque exemplo, ut Clerum in officio, ad populi Christiani ædificationem, contineret: Eámque ob causam festis diebus in templo Cathedra sua divinis officiis, etiam antelucanis frequens interfuit. Benedictionem solennem impertitus est Margarethæ de Seckendorff Abbatissa S. Walpurgæ.* E *A sede Apostolica magnis sumptibus impetravit, ut Præpositura S. Viti Herrnriedensis, assignato Præposito ibidem trecentorum florenorum stipendio, mensæ adunaretur Episcopali, & Canonicatus Chori S. Willibaldi, à Curialibus in posterum tuti, à solis Episcopis Aystettensibus conferrentur. Et cùm egregia multa meditaretur, quibus Ecclesiæ curam, quam habebat singularem, testatam reliquisset, è spe media rerum gerendarum, morbo, quem ex iracundia conflâsse videbatur, correptus, præter omnium opinionem, quòd in corpore procero & robusto bona elucebat habitudo, vigenti adhuc ætate, annum agens XLVII. constituto tamen priùs anniversario (ùt vocant) suo, è vivis sublatus, & ad latus supradicti patrui sui in sinistra chori parte sepultus est. Anno Domini M. D. XXXIX. die XIX. Junii.* F

LIV. Mauricius. G

Ex nobilissima Huttenica familia in Franconia progenitus, vir eximia pietate, multiplici doctrina, incomparabili morum suavitate ac variarum linguarum cognitione ornatissimus, ex Præposito summi Templi Herbipolitani constituitur Episcopus Eystettensis XXVII. Junii anno M. D. XXXIX. non tamen, nisi post triennium consecratus, prout ipse sua manu in sæpius jam nominato Kalendario notavit, his nimirum verbis. *Anno M. D. XLII. sum ego Mauricius in Episcopum consecratus per R. P. D. Christophorum Episcopum Augustanum ex familia de Stadion XVII. die Septembris.* Natus est Mauricius ipso die S. Catharinæ anno M. D. III. H patre Bernardo de Hutten, cujus Natalem adnotat filius in Kalendario ad Epiphaniam Domini anni M. CCCC. LXXIV. obitum ad IX. Kalend. Martii anni M. D. XXXIX. Quo fit, ut filium Episcopali tiara ornatum non viderit, aliquot nempe mensibus priùs extinctus, quàm Mauricius ad S. Willibaldi cathedram eveheretur. Mater tamen vidit, quippe anno M. D. XLIV. demum mortua. Interfuit Mauricius Synodo Provinciali Moguntinæ, anno M. D. XLIX. ùt & Comitiis

Impe-

A Imperialibus Augustanis anoo M. D. XLVIII. Quem Sebastianus Archiepiscopus Moguntious in præfatione Synodi vocat; *virum insigni eruditione præditum, & promovendæ religionis zelo mirificè flagrantem.* Heu quàm dissimilis Mauricius iste Huttenus, alteri ex eadem familia Hutteno, oempe Ulrico, furiosissimo & clamosissimo Sectario, summo Lutheri amico, fautori, & promotori, qui tandem ab omnibus, ab ipso etiam Luthero desertus & proscriptus, in Helvetia, quò ceu ad asylum confugerat, miseram animam exhalavit. Jussu Caroli V. Imp. præsedit Mauricius Colloquio Ratisbonensi, quod inter Catbolicos & Sectarios institutum est anno Christi M. D. XLVI. ùt non tantùm ortbodoxi scriptores, sed & ipse Hæreticus Schleidanus testantur. Ex quo intelligas, quantæ Mauricius auctoritatis fuerit apud Augustissimum Imperatorem Carolum V. Mortuus est Mauricius anno Redemptoris M. D. LII. cui Valencinus Rochmarus, in Annalibus Ingolstadieosis Academiæ tale monumentum erexit.

B *Vivat in ætherea præsul dignissimus arce,*
Et decus & generis gloria prima sui.
Non pietate minor, quàm fascibus ille superbus
Almoniis Princeps; nec minor arte fuit.
Clara viris domus illa sacris, domus inclyta Mu-
Nobilis ingeniis gens fuit illa bonis. (*sis;*

LV. Eberhardus.

Nobilis ab Hirnheim, Canonicus antea Eychstettensis & Præpositus Metropolitanus & Arcbidiaconus Salisburgensis. Electus aono M. D. LIII. Mortuus anno M. D. LX. cui Rotbmariana Musa in Annalibus Academiæ Iogolstadiensis hoc mnemosyoon posuit;

C *Nunc inter cœli vita meliore penates*
Jure suo fruitur princeps, Divûmque potitur
Aspectu, dura humanæ discrimina vitæ
Omnia post superata, æterna in pace repostus.

Reformavit, & in meliorem ordioem redegit Breviarium Eystettense. Editioni præfixum est hoc in gentilitia insignia Epigramma.

Cornua vivacis, domus, hæc, Hirnhaimia cervi,
Inclyta virtutum præmia ferre solet.
Candidus hæc ambit calor, exornata recumbunt
In galea pariter cornua fulva feræ.
Hæc ab avis Eberharde tuis insignia capta,
Ornâsti titulis, Pontificisque gradu.
Cornigeri utque solent per sæcula vivere cervi,
Sic Eberharde tibi vita perennis eat.

D Huic Eberhardo muneri misit Reverendissimus & Illustrissimus S. R. E. Cardioalis & Episcopus Augustanus Otho *Speculum Præsulis*, à R. P. Claudio Jajo uoo ex decem primis Societatis JESU Patribus collectum (quod non ita ptidem evulgavimus) cum boc suo chirographo, & Auctoris Encomio. *Speculum Præsulis collectum à Reverendo & sancto viro Claudio Jajo Societatis JESU, & mihi donatum pro xenio prima Januarii M. D. XLV. Hujus Speculi præsentem copiam transmitto Reverendissimo in Christo Patri ac Domino, Domino Eberhardo, Episcopo Eystettensi, Domino & fratri meo observandissimo.* E

Otho Card. Augustanus
& Elvvacensis.

LVI. Martinus. F

Eberhardo successit Martinus ex oobili & pervetusta Schaumbergiorum familia., electus aono Redemptoris M. D. LX. XVII. die Julii. Sedem tenuit trigiota aonos, obiit enim anno M. D. XC.

Nec scio, quis Episcopi hujus vitam, mores & res gestas meliùs depinxerit, quàm Robertus Turnerus, vir disertissimus, partim in Oratione, quam III. Nonas Julii in funere Martini Eychstadii dixit, Collegii Willibaldini tunc Professor & Præses, partim io epistola ad Cardinalem Alanum. Ex utraque breviter excerpemus, quæ ad rem oostram facere videbuntur.

Prima ætas Martini. G

„Hæc pars vitæ, etsi aliis plures maculas „aspergat, quàm quas possunt toto cursu ab„stergere: tamen huic ita acta, imò exacta „est, ut in eo nævulos illos communes, vix „ac ne vix quidem invenerimus. Nam post„quàm suas vitæ, & viæ rationes segregavit „à foro & mundo (segregavit autem in pri„ma ætate) vitam vixit semper puram sce„leris, sejunctámque à contagione morbi il„lius, qui Ecclesiam primò perdidit & pro„didit Luthero. At otiosam reprehendas hanc „ejus vitæ partem. Otiosam, & voluptatis „morbo correptam aut corruptam quis cre„dat? Nam voluptati & otio tam arcta est so„cietas & communio inter se, ut otium pri„mò molliat mentem & subigat ad volupta„tem, atque voluptas mox, falsa specie, sese „insinuet, veræque virtutis nervum penitus „incidat. Quanquam patior, ut reprehen„das hanc vitæ partem perditam otio, si non „invenias totam positam in virtutis studio, „pulchrè positam, & ad severioris discipli„næ calculum.

„Primam ætatem ooo primis modò Gram„maticis præceptis, sed interiori etiam illa H „& politiori literatura quàm probè tinxerit, „imò latè imbuerit & infecerit, abundè loqui„tur oratio latina, quæ seni tam pura, tam „prompta, ut videatur noo solii majestatem „jam diu consilio tueri, sed à schola ad cu„riam, aut à curia ad curam togámque prin„cipis jam primùm translatus. Neque dixit „solùm commodè, sed tam alto fuit in lite„ris judicio, sive illud ars excoluerit, sive in-

A ,,diderit natura, ut ſtupuerim ſemel cum in
,,Eraſmo, & laudantem illud liberum, & re-
,,prehendentem hoc, quod omnes vident,
,,affectatum. Neque hic ſtetit, ſed, quaſi
,,profiteretur ſecundæ linguæ artificem, inve-
,,nit & in Bembi illo perpetuo ambitu, quod
,,languebat, tardiúſque ingrediebatur, quàm
,,teres ejus atque rotunda auris ferebat: & in
,,Politiani arguto ſcitóque genere, quod ho-
,,minis non omnino plumbei, aurem men-
,,témque mirificè afficit ac demulcet. Ac ne
,,puteris hanc ejus orationem petitam ex alie-
,,no corde & ore, ipſe mihi oſtendit Politia-
,,ni epiſtolas, & Herodianum ſua manu no-
,,tatos, & aſteriſcis præſcriptos ad memori-
,,am, ſubjecitque eandem ſe operam in Bem-
,,bi hiſtoria. Venera fixiſſe, ſed duriuſcu-
,,lum, & longioris periodi circumductu rep-
,,tantem veriùs quàm incedentem, non fa-
,,cere ad ſuum ſtomachum. O delicatum
,,ſtomachum, & ſi hoc habitu natum, divi-
,,num; ſi arte factum, primæ ætatis incu-
,,riam nemo mihi reprehendat.

B ,,Quanquam quid probo primam vitæ par-
,,tem poſitam in ſtudio & ſtadio virtutis?
,,Loquebatur id fama, loquebatur pectus in-
,,ſtructum à prudentia, loquebatur perpe-
,,tuus in menſa ſermo, loquebatur ingenii
,,oculus purus & acer, quo ſtatim videbat
,,in alicujus, & vultu, quod amaret; & ora-
,,tione, quod reprehenderet. Audivi à vi-
,,ro bono, benéque oculato, cui illius vi-
,,ta non nævo & crepundiis, ſed veris notis
,,cognita, in hiſtoriæ, canonum, conci-
,,liorum pervolutatione ita contritum, ut
,,quoties vellet mentem traducere à cura
,,graviori ad quietem, ſolitus ſit in hæc ady-
,,ta quaſi diverſoria opportuna divertere,
C ,,ût antea ſæpe trita, & jam nullo ſibi la-
,,bore pervia: id quod ut ego crederem,
,,fecit illius perpetua conſuetudo, qui in
,,menſa plerumque nodum ex canone Con-
,,ciliόque ita commodè nexuit, & vel ip-
,,ſe ſolvit, vel aliis, tanquam Gordium,
,,dente incidendum reliquit, ut ſæpe mira-
,,tus fuerim, hac labe ætatis & principum,
,,tantum aut ſenem potuiſſe, aut voluiſſe
,,principem. Iſta fortaſſe poſtea commodi-
,,ùs, niſi pertineret ad rem, videre nunc,
,,ex quo ſemine non otii, ſed laboris, illa
,,pòſt ſeges Principis nata eſt, & effloruit.

D *Peregrinatio Martini in Italiam.*

,,Neque hoc ſemen eſt Germanici tantùm
,,ſoli, quanquam ſparſum, hic primò dili-
,,gentia, occatum labore, pietate irriga-
,,tum, & gratiæ, tanquam ſolis, percoctu
,,maturum éxierit tandem in hanc Eccleſiæ
,,Germanicæ meſſem. Quippe cùm pro-
,,bè intelligeret, poſſe Troiæ, id eſt, do-
,,mi, naſci Hectores; ſed non poſſe niſi fo-
,,ris fieri Ulyſſes, uſu fieri, conſuetudine
,,fieri, peregrina diſciplina fieri, & quaſi
,,Minervæ manu, fingi: profectus Bono- E
,,niam, omni ſemper humanitatis & do-
,,ctrinæ laude politiſſimam, ita perpetuo &
,,nunquam interciſo prudentiæ humanita-
,,tiſque tenore exegit duos annos, ut æquè
,,cieret amorem & in Germanis Italicæ ſua-
,,vitatis, & in Italis prudentiæ cujuſdam Ger-
,,manicæ. Poſt ſtudia Bononiæ cœpta, for-
,,tuna vel potiùs providentia, fortunæ vi-
,,ctrix aut rectrix tulit in Italiam Auguſtanum
,,Cardinalem, cujus Aulæ Martinus aggrega-
,,tus Romam vidit, atque in media labe ita
,,nitidus vixit & ſine labe, ut præbuerit oc-
,,caſionem cuidam prudentiſſimo viro,
,,committendi Martinum adhuc juvenem
,,cum Cardinale, mirandíque duos ex una
,,gente diverſiſſimi ingenii homines, quo-
,,rum unus ita Germanizabat, ut nihil vi-
,,deretur velle habere Itali; alter ita Itali-
,,zabat, ut nihil penitus Germani.

,,Quare cùm multis prudentiæ & mitita- F
,,tis partim inſitæ, partim adſcitæ ſignis
,,probâſſet Italis eſſe in Germano homine,
,,quod debeat amari & coli, reddidit ſe Ger-
,,maniæ ſuæ, ſecúmque refert: quid?
,,prudentiam? rem notam; judicium? di-
,,xi. doctrinam? vidiſtis. quid tandem no-
,,vum retulit, & non auditum? ipſe ſe retu-
,,lit (mirum myſterium verbi) ipſe ſe retu-
,,lit Germanorum Germaniſſimum, non
,,Itali ſimiam, ipſe ſe, expreſſionem cando-
,,ris, non factum arte vultum; ipſe ſe, ſua-
,,vitatis vivam imaginem, non delicias fi-
,,ctas; ipſe ſe affectuum magiſtrum, non
,,aucupem ceremoniæ; ipſe ſe retulit, non G
,,oblitum externis moribus & ſceleribus ad
,,contagionem, ſed molliſſimi ſimul & gra-
,,viſſimi genii formam quandam & exem-
,,plar: Quam gravitatis & mititatis perſo-
,,nam tam conſtanter tuebatur juvenis, ſe-
,,nex, ſubditus, privatus, ut diſcrimina-
,,retur tantùm à ſene juvenis, crine, à ſub-
,,dito privatus, loco.

Decanatus Martini.

,,Hæc cum vel morum modeſtia, vel mo- H
,,tuum migratio primum poſuit in Deca-
,,natu. quem hic virum? omnia ut dicen-
,,do exequar, non ſinit tempus: & ipſius
,,primus princepſque honor orationem hic
,,tanquam ad vadum hærentem, ad ſe to-
,,to impetu rapit. id tamen impetro & à re
,,ipſa, & ab ipſius principatu, ut moneam
,,illum geſſiſſe Decanatum, ſumma mode-
,,ratione; verbo, ùt magiſtratum; re ùt ſub-
,,ditum, vix ut poſſit ſtatui, fueritne ſeve-
,,rior in ſe ſubditus, an mollior in alios ma-
,,giſtratus. Mitus hic modus gerendæ rei-
,,publicæ, & eò magis mitus, quò veriùs
,,tuebatur dignitatem, inveniebátque nova
,,arte, ut ex auctoritate timorem, ſic ex au-
,,ctoritatis uſu amorem.

Prin-

A *Principatus Martini.*

„Cùm duo sunt, quæ homines commendant „omnes maximè maximos, eósque ponant „propè divinitatis gradum, facere & credere: tum hæc duo ita sunt plena difficultatum, & interseptu obicum pene invia, ut „in tota antiquitate vix legeris, qui & facinos non impegerit, & credens non titubârit, &c. Martinum ut non liberem omnino hominem ab ea pedica, quæ Apostolos ipsos implicuit; tamen Episcopum „ut vindicem & asseram, facit ejus omnis „sermo, consuetudo, omnis actio. Nota „est illa illius vox ad principem virum, cur „Luthero potiùs quàm Ambrosio? Witembergæ quàm Romæ credis? crederem, inquit ille, incredibilia? imò subjecit sanctus senex; idipsum credere, est incredibilia credere. Quanquam malè pono momentum in una ejus voce, qui tota vita B „ita dixit, ita fecit, ut & vita verbo, & „verbum vitæ, & utrumque fidei fecerit fidem: usque eò, ut ab hæretico audiverim, si omnes sacerdotes fuissent hac vita Martini, nunquam secessio fuisset facta à Roma. Etsi hæreticus præposterè peteret momentum fidei à vita hominis, tamen maxima fuit laus Martino, „sic vixisse, ut ipsi hostes statuerint ejus fidem & vitam, vitæ sibi & fidei æquissimam regulam. Calvino exprobranti levitatem nobis, qui credimus sub specie „panis esse Christi carnem, respondisse fertur medicus verè & argutè; qui non credit Christo dicenti, graviter impudens: qui „credit, feliciter est stultus. Ad hanc normam Martinus Episcopus. Etsi enim oportuerit afferre rationem, cur crederet: tamen ita totus in orbis & urbis nutu acquievit, ut sine ratione mallet credere, „quàm cum ratione insanire.

C „Purè ergo Episcopus noster credidit, profectò ùt Episcopus. Purè tantùm! imò constanter & piè. pietatem vidimus omnes, quicunque eum vidimus gementem, suspirantem, & tantùm non flentem, quotiescunque rei vel in Gallia, vel in Flandria malè „gestæ susurrus increbuit, & quasi amore „in Romam gravidum, non priùs conquiescentem, quàm aliquam è cœlo spei & consolationis auram sentisceret. Martine, possúntne hæc tempora te carere Episcopo? „debent potiùs, quàm possunt. Quàm clarè nos vidimus ejus pietatem, tam verè hæretici stupuerunt ipsius constantiam. Principes enim non nostrarum partium etsi omD „ni suavitatis & officii genere complecterentur, tantúmque deferret, quantum suo „sanguini debuit, aut potuit viciniæ, tamen „cùm ageretur Christus, cùm Ecclesia, cùm „Roma, animus magnus & fœtus amore „cœli, non cogitavit, contra quos, sed pro „quibus diceret. Ex hoc genere multa sunt; „verùm, quia mysteria aulæ semper cum offensione, aliquando cum periculo efferuntur in vulgus, tantùm tango, quod cuidam magno, & alioqui bono viro se excusanti; quasi à Luthero, non à Calvino stantem; constanter responderit; Luthero, „Calvino, omnibus æquè extra septa Ecclesiæ unam esse viam, aut prolapsionem „potiùs, in flammam perpetuò vindicem. „Quam senis aureoli vocem aureolus Princeps Bavariæ *Dux Philippus* ita arripuit, ut „eam, quasi è cœlo lapsam, & gemmam „constantiæ, quæ Episcopos debet maximè „ornare, literis ad patrem suis intertexuerit. „Macte Princeps *Philippe*, & tenax disciplinæ, in qua es imitatione exemplóque magni „Martini, hoc modo cresce ad magna.

„Nolite tamen putare Martinum sic zelatorem, ut non meminerit modestiæ. Nam F „hæresin sic perdidit, ut hæreticus vellet „suam hæresim, si perderetur, sic perdi. „Oderat quidem hæresim, ùt pestem; sed „odio sancto, odio judicii, odio, quod habuit amorem. Quanquam in eos, qui carnem sapiunt & sensum, vix cadit, ut intelligant amorem cum odio conjunctum, & ad „concordiam miraculo mistum: tamen Episcopus Marónus hæresim ab hæretico, morbum, à morbido, contagionem ab infecto tam exquisitis judicii lima secrevit, ut „arderet ejus, quantum odium in hæresin „tantus amor in hæreticos: factúmque est hac „moderatione, ut viderentur æquè & hæreses odisse ejus amorem, & hæretici ejus „odium amâsse. Tanti est principem bene „uti voce, bene uti ratione. In fide, & „pro fide bene quidem & generosè: pendamus actionem.

„Nitida illa, & (ut uno verbo dicam) G „prisca. Nam Principem & Episcopum sustinebat tam pulchrè, ut nec Episcopum „pollueret majestate, nec utilitate minueret „Principem. In incessu quid desideratis „Principis? ita altus. Quid Episcopi? ita „gravis. Vestis quidem Episcopi tota, sed „vestis eam auctoritatem conciliavit, ut „videretur Principem non alia vestis meliùs „ornare posse, quàm Martiniana. In „victu nec luxus, ut agnoscas Episcopum, „nec luctus, ut mireris Principem. Alia „sunt majora, & quæ vix videntur posse in „Principem simul & Episcopum cadere. „Profusio fuit, quanta debuit esse Principis, & parcitas, quanta potuit esse Episcopi, &c.

„Examinemus jam judicii tanquam au- H „rificis staterâ separatim illa, quæ sunt ita „Principis, ut non videantur Episcopi. „Principis duæ sunt Principes functiones, „punire, audire. at quid punivit? vix statuo apud me, laudem clementiam, an „admirer justitiam. Nam sic egit, aut potiùs sic omnia egit, ut æquè ejus & ama-

A „retur mititas, & timeretur severitas; si
„tamen severitas possit dici, quæ tam fuit
„mitis ad veniam, aut mititas, quæ tam
„severa ad normam. Non potest, bac car-
„nis & temporis labe fieri, ut non inveniat
„aliquando Princeps in subdito, quod se-
„veriori verbo non perstringat. Hæc cau-
„sa si Martino objecta (arrepta enim fuit
„nunquam) num oculum creditis acrem?
„labrum tremulum? ardentem maxillam!
„alia vultus te'ra ad speciem? omnia po-
„tiùs contraria extra vocem, quæ judicii
„sale mista, & earpebat aculeo, & capie-
„bat amore: nisi culpa gravior aculeum
B „requirebat & solum, & altum. Deus
„bone, quàm acriter tum infixit? quem
„tamen, aut texit semper, aut deposuit,
„quoties exibat in publicum, explicuitque
„frontem, vocem, manum, alias mitita-
„tis suæ divitiss, tam abundè, tam apertè,
„ut facilè peccans intelligeret, se correctum,
„non despectum, & ipsum finxisse, non
„exeruisse iram. Hoccine est, esse judi-
„cem? patrem potiùs, ita amat. At quo
„modo non judicem, qui punit? inveni
„exitum. Fuit judex pater, quæ laus est
„Principis una omnium maxima, &c.

„De feminis stupor est, eum exegisse vi-
C „tam, semper integram ab hac communi
„temporis & ordinis nostri contagione, &
„cavisse in vita nibil catius aut cautius, quàm
„ne admitterentur illæ in societatem sermo-
„nis, aut si admittendas postularet necessitas,
„nec solas, nec nisi illustres: Cum quibus
„animadvertebatur, ita loqui, ita agere, ut
„ipsas, credo, suppuduerit aliquando, vir-
„ginem pudorem, qui solet in oculo femi-
„næ babere sedem, mutata jam sede, tutio-
„rem locum invenisse in vultu, in oculo,
„in toto corpore Martini.

Qualis Episcopus fuerit Martinus.

D „Principem inumbravi, in quo nihil Epi-
„scopi, Episcopum jam saxo videris, in
„quo nihil Principis. Episcopi verum vul-
„tum, qui pingunt, non lineas tantùm pri-
„mas, sed eminentias, umbras, totum de-
„nique babitum exprimunt ad formam Chri-
„sti, qui boni Pastoris, id est, Episcopi no-
„men sibi, & facto primus confecit, & ver-
„bo solus vindicavit. Ego (inquit Joan-
„nis 10.) sum pastor bonus. Non dicit
„tantùm, ùt pastor, sed facit, ùt bonus,
„& facit tria, numero quidem pauca, sed
„fructu feracia, & posteritati semper futura
„indicia, veràsque notas boni pastoris. Non
„tenen vos circuitionibus. Prima boni Pa-
„storis nota est, quoddam quasi insigne non
„inductum, aut eductum è ferie majorum,
„sed Christi voce, & vita, tanquam filis pu-
„rissimis prætextum. Ut animam suam po-
„nat pro ovibus. Durum inquis, durum,
„sed necessarium, nisi mercenarii nomen, &
„labem, velit subire. Mercenarius fugit, E
„atque quia oves curat sibi, non se ovibus,
„lupi eas denti & laniatui objicit, se ut præ-
„stet immunem. Ad banc normam Marti-
„nus sanè pastor, & optimus pastor, posuit
„quidem animam pro ovibus suis, qui, quid-
„quid vixit, illis vixit non sibi, tam scilicet
„mori, ut illæ viverent, quàm promptus
„vivere, ne illæ morerentur. Testis enim
„tota vita ejus, in qua nihil ex bonis, qui-
„bus circumfluebat, terrenis præcerpens sibi
„ad voluptatem, dominus quidem omnium,
„se fecit servum singulorum; sic enim preci-
„bus dispescuerat diem, mensæ, causis, li-
„tibus, aliis pietatis functionibus, ut sibi se
„servaret, quantum Deus & suorum negotia
„reliquum facerent, &c. Non potuit qui-
„dem omnia, quæ instillavit amor, potuit
„tamen maxima; quæ tamen non potuit per
„se, voluit sanè per alios. Hæc causa, cur F
„seminarium in civitate sua, ad Concilii Tri-
„dentini præscriptum instituerit, & primus
„Episcoporum in Germania instituerit: quòd
„suis instituerit; optimus pater, quòd ad
„nutum Concilii, obedientissimus filius;
„quòd primus Episcoporum, omine sanè bo-
„no, & vero, primus in Germania Episco-
„pus. Nec sinè fructu instituit. Nam in
„hoc seminario primum virtutis, doctrinæ-
„que lae suxerunt parochi, Jurisconsulti,
„Theologi, plurimi, optimi, doctissimi,
„si vivi, rectè indiees; si mortui, verè te-
„stes: & vivi & mortui, profectò coronæ,
„& laureæ suæ in rempub. charitatis: Quo-
„rum opera dum utebatur (utebatur sæ-
„pissimè & lubentissimè) tacetè, sed qua-
„si in sinu gaudens de suæ charitatis messe,
„dicere solebat, se metere, quicquid hi
„serunt, verè sui, &c.

„Charitas illius emanavit quemadmodum G
„boni ad bonos, sic Episcopi ad omnes:
„subditi si morerentur; moritur; si ægro-
„tent, ægrotat: si angantur, angitur,
„si quid à flamma, aut imbre patian-
„tur, ille mox vel flammam ignis, flam-
„ma charitatis, vel imbrem cœli, im-
„bre oculi conatur æquare, imò vin-
„cere, sie ut omnes unus omnium dolores
„doleat, usurpétque cum Paulo, quis in-
„firmatur, & ego non infirmor? Singula-
„re id est, & mentis in cœlum penitus sub-
„reptæ indicium, quòd, quo tempore pe- H
„stis civitatem hanc depascebatur, fœdóque
„populatu affligebat, ita sibi curæ fuit cura
„suorum, ut parochum, qui infectos adi-
„bat ipse infectus, sæpè ad se accerseret,
„neque periculo deterreretur, quò minùs
„eum partim consilio juvaret, partim mul-
„ceret consolatione, & viva charitatis voce
„exemplóque serio instillaret mortem, quam
„charitas induxerat, facilè esse contemnen-
„dam, periculum quicquid alii inculcabant,
„periculum sui, periculum Ecclesiæ, peri-
„culum reipubl. ille constanter perstabat in
„ipso

A „ipſo virtutis veſtigio, edebátque voces il-
„las verè Apoſtolicas, ſe mercenarium non
„eſſe, ſed cum ſuis ùt velle vivere, ſic poſ-
„ſe mori. Menti verò, quam haber opti-
„mus parochus non deſerendæ ſtationis è
„cœlo impreſſam, ſe id adjecturum mo-
„menti, ut bunc charitatis circum, quem
„divino inſtinctu ingreſſus eſt, ſuo exemplo
„ſeriò currat, & percurrat. Stupemos io S.
„Carolo Borromæo, urbis & Italiæ vero
„ſtupore, eum Mediolanenſes ſuos, peſte
B „poſt natos homines longè contagioſiſſima,
„tabentes adiiſſe, excitâſſe, luſtrâſſe, exem-
„plo luſtrâſſe, ſacramenro luſtrâſſe, omni
„verbi factique luce luſtrâſſe, verè Epiſco-
„pum. Martinum noſtrum, ſi non æquo
„propè latere, certè proximo poſt eum ve-
„ſtigio pono, qui, quod non valuit viribus
„effœtus, voluit Epiſcopus periculo, &
„quod fecit exemplum Borromæus, illud
„bie ſecutus ſit majori fortaſſe judicio, qui
„mediam viam cœli inſiſtens, ſe præbuerat
„orbi viſendum, imò ſtupendum, mortis
„oec incurſu temerarium principem, nec vi-
„tatu mercenarium Epiſcopum.

Morbus & mòrs Martini.

C „Poſtquam quatuordecim ſeptimanarum
„laoguor, qui diecbatur potiùs, quàm
„morbus, eum adfixerat lecto, rationes
„meæ ferebant, ut ab illo peterem auris co-
„piam. Intromiſſus pro more, poſtquam
„dolueram, verè dolueram, ſuboexuerám-
„que ſpem, cauſam ſpci, alias aulæ potiùs
„tricas, quàm Chriſti voces: excidit mibi
„tandem vox illa Chriſtiana, è morbo nec
„multo, nec magno elucere valetudinem
„certam, tamen me ſperare ad DEI vo-
„luntatem, ita eum jam factum uſu, fa-
„ctum exemplo, factum librorum ſacro-
„rum lectiooe, ut ſit excepturus æquè
„mortem, ſi feriat; atque vitam; ſi exci-
„piat. Ille oeulo in me contra mortem in-
D „tento, audaciam (inquit) verbi, ſed vul-
„tu, inquit, medio inter ridentem, & pal-
„leotem, tu mihi primus mortem minaris
„& ominaris? excuſaoti mibi libertatem ver-
„bi, & pro timore ſpem, pro Chriſto ob-
„trudenti mundum, fruſtra ſubjecit, & ex
„aulæ diſciplina arguraris poſt veram vo-
„cem: nec tamen eſt, cur timeas offenſio-
„nem. Nam accipio, ſi Deus velit, nun-
„cium; ſi nolit; amorem tuum. Iſtud eſt
„amare, illo tempore mibi mortis mentio-
„nem injicere, quo alii vitam promittunt, &
„ſeni certius, & morbido liberius, quàm ro-
„buſtoaotea, & firmo à valetudine. Quo
„magis mibi places, qui ſic mortali ſperas
„vitam, ut morbido timeas mortem. Neque
„ſum tam ignarus mortalitatis, ut ſtatuam
„mihi legem moriendi, alienam potiùs vo-
„cem, quàm Dei voluntatem, neque hic
„primùm lectus, me doeuit mori, ſed il-
„le, qui aote decem annos meam valetudi-
„nem tentârat, & ad mortis portam, tan- E
„quam lapidem, graviſſimè adflixerat. Lu-
„crum ergo jam mibi eſt, quicquid vivo,
„& ab eo tempore vixi. Propè eſt, ut in
„Martino pingam Paulum, ita juſtis verbo-
„rum pooderibus pendit, lucrum vitæ,
„mortalitatis vim flabilem, mortis certam
„rationem, alienæ vocis ventum, ſui lecti
„timorem, omnia tandem executia in Dei
„voluntatem. At na puteris vocem potiùs
„caſus, quàm judicii: neque ſemel fuit di-
„cta, neque uni, neque in unâ cauſâ.
„Gratulanti Principi vicioo reſtitutam va- F
„letudinem (exiêrat enim in vulgus ſpes)
„jubet agi gratias per literas, quæ, quòd
„præferrent ſpem, omitte mibi ſis (inquit
„Secretario) ſpem, & ſubjice, de me fore
„illud, quod Deus vult. Laus Germano-
„rum eſt, valere judicio, & inter Germa-
„nos bæc laus Thuriogiorum & Saxonum
„maximè eſt. Verùm ooſter Princeps,
„quantum Thuringii reliquos Germanos,
„tantum Thuringios unus omnes judicii vi
„vicit, & ſuperavit. Quicquid vidit titu-
„batum aut in officio, aut contra artem,
„id is quadam judicii vel acie tam probè vi-
„dit, vel lima tam probè correxit, ut G
„nihil ultra. Id firmus, quàm exquiſitè fe-
„cit, non eſt, cur mooeam: eùm morbi-
„dus: imò moribundus (quo tempore
„acies mentis corporis dolore retuſa, vix ſe
„exerit) viderit pro ſpe humana divinam
„voluntatem ſufficiendam. Torum hunc,
„non dicam ſolius Dei, qui ſui totius
„Deum ſolum vult regulam; nibil mirum,
„ſi valetudinarius in Deum ſe totum abdat,
„qoi valens omnia dicta, facta, cogitata ad
„Dei voluotatem, tanquam normam revo-
„cavit. Quæ vivi valentésque terimus, ea
„morituri arripimus, boni bona, mali ma-
„la, ſive dicta, ſive facta.
„Solent, fama illuſtres & nomine, illu- H
„ſtria uſurpare elogia, pompæ hic, *plus ul-*
„*tra*; conſtantiæ ille, *preſſus reſurgo*; ſu-
„perbiæ uous, *vel Cæſar, vel nihil*; alter mo-
„deſtiæ, *ſto quaſi caſurus*; alius denique aliud,
„quod proximè repræſeotet, quam quiſ-
„que mentem habet, vel libatam ex cœle-
„ſti igoi, vel terrenæ fæci immerſam. Mar-
„tious verò noſter quid præfert? ad pom-
„pam nibil, ad uſum verò illud, ich ſetʒ
„Gott heym, id eſt, commendo rem Deo,
„O bonam, bone ſenex, Cynoſuram, ad
„quam dum vitæ tuæ, tanquam naviculæ,
„clavum dirigis, appuliſti in portum, &
„gloriæ, quæ vana, & felicitaoſ, quæ ve-
„ra, quam nullus aut invidiæ ventus ever-
„tere, aot calamitaoſ tempeſtas poteſt cor-
„rumpere. Quærin? quam habent hæc
„verba vim? princeps, ſi qua cura paulò
„mordacior, aut moleſtior incurrerat,
„cogitabat primùm ipſe ſecum, conſulta-
„bat deio eum aliis. Nihil proficit ſuum?
„id reliquum eſt illi in Deo, ich ſetʒ Gott

„heym,

A „henm. Poſt hoc verbum, ſi urgeret cu-
„ra; certè eum urſit, non preſſit quaſi ho-
„minem in eura, ſine cura, unde ut io vi-
„tæ perpetuo dolore, non audiebantur vo-
„ces querelæ, nec ùt fœminæ fractæ; ſed
„(quaſi ſemel mendis non poſſet ſel verbi
„edere patientia, *Deus, quod tu vis: fiat*
„*voluntas tua Domine*, in manu Dei ſum, ia
„figat, refigat; quod Domino placitum eſt.
„Etiámne Martine? tam non tuus, ut to-
„tus ſis Dei? iſtud quidem eſt exprimere ve-
„rè Epiſcopum, niſi veriùs Chriſtum, qui
„quantus fuit, obedientiæ filius fuit, vo-
„luitque nullus eſſe in morte, ut poſſit eſſe
„totus ad voluntatem Patris, &c.

B „Propè mortem, mirum eſt, quàm
„contempſit mortem. Roganti uni, quid
„optaret in bac vita amplius, reſpondit;
„mori, nec aliquid in bac aut ſcelerum ſor-
„de, aut bæreſeon labe poſſe eſſe, quod ei
„vitam poſſet facere aut dulcem, aut opta-
„bilem: eſſe quidem ſibi cordi & curæ, Ec-
„cleſiam ſuam, populum ſuum, Eyſtadium
„ſuum, (ô voces paſtoris bonas!) ſed ut
„ſe, ſic hæc in manu eſſe Dei. Hactenus
„ſperamus illi vitam. Poſtquam Medicus
„clamat, mortem certam, Deus bone, quos
„gemitus? quas lacrymas? quos dolores ſuo-
„rum? nibil neceſſe, mercede eliciamus præ-
„ficarum pullam & lacrymam. Tota civitas
„eſt luctus, tota ditio imber lacrymarum.
„Is tamen recto, & erecto animo ridere hanc
„bominum de ſe curam, in illam ſolùm
„cogitationem intentus, altéque defixus,
C „quomodo moriatur Deo. Quanquam
„fruſtra hanc curam curat. Nam unus eſt
„ille bene moriendi modus, quem ſemper
„tenuit, benè vivere. Qui illi erat à ſacra,
„ſecretáque aure, quia novit Principum ani-
„mos difficillimè divelli, à pleno titulo-
„rum, dignitatum, rerum humanarum
„affectu, voluit etiam bunc affectus in il-
„lo fundum tentare. Deus bone, quàm
„reperit purum? quàm defæcatum? quàm
„limpidum? & nullo mundi limo in-
„ſperſum? eſt (inquit Confeſſarius) *Illu-*
„*ſtriſſime Princeps*, tempus, quo teſtêre
„mundo, quanti facias mundum; reſpon-
„deáſque mentem tuam clarè, an res terre-
„nas, ùt neceſſariò, ſic libenter relinquas.
„Egon', inquit, libenter non relinquam
„res terrenas? nec meas? nec veras res?
„Quæ nobis videntur res, ſunt umbræ;
„quæ firmæ, ſunt planè fluxæ.

D „Non multò pòſt ſiſtitur illi Chriſtus pa-
„nis ſpecie tectus. Mox ille, titulos, in-
„quit, bone JESU, honores, agros, pa-
„latia, vitam, omnia, ſingula, quibus
„me ſupra me ornâſti, tibi nunc cedo, li-
„berè libenter. Quid bic primùm laudo?
„mentem? eſt ſupra omnem laudem. Ver-
„bum? peribit illi vis à me verbo. Exem-
„plum? exemplum quidem boc, ſi qua
„laude aut via poſſum, optem ſubjici non
„principibus modò, ſed omnibus etiam E
„hominibus, qui in hujus ſtadii meta, &c.
„Venit ad agonem, in quo quidquid athle-
„ta Chriſti debet, facit, piè facit, & cum
„fonte lacrymarum: ac quemadmodum
„ſacerdos eum munit ſacra confeſſione, &
„menſa; ſic is ſe piat ſacra lacryma, nec
„priùs facit flendi finem, quàm ille muni-
„endi. Piato, imò ſacrato nulla ampliùs
„fluit lacryma, ungitur placidus, dicit va-
„le placidus, monet placidus, & audit
„monentes, orat placidus, & quaſi non
„pars mundi, ſic ex mundi ſtatione placi-
„dè exit. Multa veſtigia divini bominis,
„tanquam ad Deum rectà exeuntis. Qua
„quiſque vita fuit, fæda, integra; ejus ſi-
„gnum, anima clauſtrum jam corporis præ-
„ruptura, clarè edit. Dicunt avarus, opes; F
„libidinoſus, delitias; miles bella; nauta
„ſcopulos; bona, boous. Martinus ùt ve-
„rus Epiſcopus, & in mundo vivens ſine
„pice mundi: diſpenſat partes, Suffraga-
„neo ſuo, concionandi, Capellano, ce-
„lebrandi, aliis, alias functiones piè, di-
„ligentérque obeundi. Si quid offert jam
„mens in corpore, quaſi extra corpus, quid
„putatis illud? non mundum aut mundana,
„ſed Miſſas, Pſalmos, Evangelium, reſur-
„rectionis ſpem, cœlum, Eccleſiam ſuam.
„Quid pergo? agon illius & extremus vitæ
„circus fuit totus in cura Epiſcopali, mo-
„net & monetur, movetur & movet; be-
„nedicit & benedicitur.

„Id memorabile, quòd ſæpe ſuis, huic G
„ſacram manum, illi ſacrum oculum, al-
„teri ſacrum oſculum, omnibus ſacram
„crucem & benedictionem ſæpe impertiê-
„rit, quaſi ſacer ſacra tantùm cogitans, fa-
„ciens, dicens. Duobus illis diebus, qui
„fuerunt ſeni, vitæ ultimi, *Adamus Fabri-*
„*cius*, qui præerat ſacris ejus concionibus
„& confeſſionibus, & *Laurentius Eiſzephi-*
„*us* Suffraganeus, viri à zelo & doctrina
„inſtructi, ſemper penè aderant illi, ope-
„rámque, quam malebant vigenti & vivo;
„moribundo jam piè navant. Præeuntes, H
„nunc bunc, *Pater noſter*, nunc illum,
„*Credo*; utrumque jam alias orationes pius
„ſenex ſequitur, tanta vultus vocíſque ſua-
„vitate, ut viderint omnes in illo animi
„ſubmiſſionem, quantam oratione mea
„nunquam æquem, qui ſenex juvenum,
„paſtor ovium, pater filiorum, vocem,
„nutúmque non ſequi tantùm, ſed obſerva-
„re etiam videbatur, atque hoc ultimum
„& maximum, vel ſuis modeſtiæ exem-
„plum, vel ſibi obedientiæ monumentum
„conficiebat. Omnia bic tanquam ovis, &
„obedientiæ infans alieno ductu, niſi quòd
„ſæpe juſſerit ſibi præiri illum pſalmum.
„*Expectans expectavi Dominum*. De boc pſal-
„mo video ſanè fulgorem Spiritus ſancti
„emicantem ex voce. Nam Sacramentis,
„lacrymis, orationibus piatus non clamat,

„*De*

A „*De profundis*, nec gemit, *miserere.*; sed „quasi carnem, mundum, Satanam du„cens in triumpho, id unom cogitat, di„cit: *Expectans expectavi Dominum, & in„tendit mihi.*

„Nocte, quæ fuit illi ultima, cœpit se- B „riò rogare de decima hora: quam, quia „omnes norant lungissimè abesse, putant „delirium esse vocis. Magis putant, quod „non multò pòst subjecerat voce conten„tiùs elata, decimâ adhuc non audita? tao„dem quasi ægrè ferens, horam optatam, „diutiùs, quàm pro votó hærere, iterum „atque iterum, etiámne tam tardè decima? „Quid urges sancte senex decimam? veniet „illa, veniet, quam festa tibi & fausta, tam „nobis lacrymabilis & mœsta: cùm cogni„turi sumus, quod priùs interpretabamur, „delitium vocis fuisse mysterium. Audi„tur enim jam decima, & ecce tu tuam „animam nitidam illam, & à carnis Sa„tanæque nexu liheram reddis Deo tuo, „núsque deseris inter mundum & Dæmo„nem medios, imò sine te mortuos. Be„nè dixit unus, cui senis cor visum, aut „certè sæpius auditum, eum toto vitæ cur„su creditum optimum, sed meliorem ta- C „men semper fuisse, quàm creditum. Id „jam videmus clarè. Credimus antè tan„tùm Confessorem, vidimus in morte etiam „Prophetam. Fuit præterea aliquid, eum „mortuum in octava corporis Christi. „Nam cùm is corpus Christi tanta reve„rentia io vita semper coluisset, quan„ta hominum quisquam, & rem sacram „toties fecisset, ut in funere, ejus Suffra„gaoeus argutè dixerit, res sacras fecisse eum „plures, quàm audièrint alii: profectò hoc „credo ex cœlo fluxisse in eum beneficium, „ut quam diem reverendissimè semper ha„huit, & Ecclesia Christi corpori vero, sed „mysticè velato, triumphum contra hære„ticos decrevit, eum is videret, & in ter„ra ultimum, & in cœlo primum. Mal„lem non tam citò videret, non quòd bea„to quicquam vellem præcerpere de sua „felicitate, sed quòd hæc ejus felicitas, oo„bis fuit iofelicitas, quantam scribendo non „possum consequi.

D Hæc ex Turnèro de Vita, rebus gestis, & morte Illustrissimi Martini excerpere volui; quia Turnero mores & actiones Martini cognitissima erant, qui ùt Martini eximius cultor, ita & singularis admirator fuit. Magna porro huic Episcopo familiaritas fuit cum Serenissimis Bavariæ Principibus Alberto & Wilhelmo, à quibus sæpius Monachium invitabatur.

LVII. Casparus.

Justis Martino defuncto ritè persolutis, ventum est ad novi Præsulis & Principis creationem. Creatus igitur concordibus Patrum suffragiis Joannes Otho à Gemmingen, cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Decanus, & Eystettensis Canonicus. Sed nullis sive Capituli, sive aliorum etiam principum virorum precibus & auctoritate adduci potuit, ut in Electionem consentiret, qui tamen paulò pòst, nempe anno salutis M. D. XCI. die XXI. Martii cathedram Augustanam moderandam suscepit, cùm morte sua eam rectore destituisset Marquardus à Berg Episcopus. Cùm igitur Collegium Canonicorum de obtinendo consensu ab Othone desperavisset, de alio Præsule subrogando circumspexit, lectúsque est Casparus ex nobili familia à Seckendorff, XIII. Augusti anno salutis M. D. XC. qui, ùt paulò pòst audiemus, Episcopatum invitus, nec sine lacrymis, suscepit, ratus, nec forsan vanè, onus istud suis humeris impar esse; quod postea eventus quoque comprobavit; dato ei à Collegio Canonicorum coadjutore, XVIII. Novembris, anno gratiæ M. D. XCIII. qui fuit Joannes Conradus à Gemmingen Canonicus Ecclesiarum Eystettensis & Augustanæ; & hujus etiam Decanus. Robertus Turnerus, vir & humanis & divinis literis excellenter excultus, in præfatione ad Casparum à Seckendorff, præfixa orationi funebri in obitum Martini Principis, laudat Casparum à cultu D. Virginis. *Primum*, inquit, *verúmque semen boni Principis & Episcopi in vobis fuit D. Virginem amâsse, coluisse, & intra annum, mille supra aureos in ejus cultum posuisse, sic ut ausim Illustrissimum appellare D. Virginis filium, &c. Deinde lacrymæ illæ, quibus post Episcopatum oblatum, aliquot dies non ponebant modum, mihi videntur & filiæ boni animi, & ingentis spei, tanquam messis, piæ matres: nam quemadmodum Episcopatum, tanquam consulatum prensare, infinita semper fuit ambitionis, & mali plerunque exitus: sic in Episcopalus curam subire, publicæ non privatæ rei ergo, est animi gravidi charitate, quæ parit exemplum, famam, zelum, tandem cœlum, nisi fortè à Dei contemptu & neglectu pessimis obstetricibus excepta, exeat in abortum, Ecclesiæ heu infaustum semper abortum.* Obiit Casparus supremum diem XXVIII. Aprilis anno Redemptoris M. D. XCV. eo ipso die, quo Eystettensis populus participem se faciebat Jubilæi seu plenariæ Indulgentiæ, quam Casparus à summo Pontifice impetraverat.

(E, F, G, H in the right margin)

LVIII. Joannes Conradus.

Ex vetustâ familia Nobilium à Gemmingen, successit Casparo, cui jam antea Coadjutor datus fuerat. Laudes hujus Principis continentur in ejus Epitaphio velut in quadam Epitome, & est tale.

Joannes Conradus à Gemmingen, Episcopus Aichstadianus, summa religionis, justitiæ, prudentiæ gloria, sa-

cro

cro instrumento, in quo hierotheca gemmis insignis eminet, splendidè aucto & exornato, grandi ære alieno per superiorum temporum difficultates contracto, dissoluto, ditione prolata, Arcis Willibaldinæ ædificio magna impensa inchoato, auro longa parsimonia collecto, in ærarium illato, optimè de Ecclesia & tota diœcesi meritus, vixit annis LI. sedit XIX. obiit anno Christi M. DC. XII. VII. Idus Novembris. Joannes Christophorus à Westerstetten Episcopus Aichstadianus Decessoris memoriæ grato animo P.

Erat Joannes Conradus non tantùm in gravioribus, sed etiam in politioribus disciplinis apprimè versatus: neque latinæ tantùm, sed & Italicæ & Gallicæ linguæ peritus. Optimus Oeconomus, ùt in Epitaphio rectè prædicatur: Qui exemplo suo docuit: quantum vectigal sit parsimonia, & attentio ad rem, tametsi parsimonia hæc non erat cymini sectrix, nam quando & ubi opus erat, liberalitatis suæ fontes largiter aperiebat, & quotidianus victus procul ab omni tenacitatis sorde aberat. Quis autem nescit, inter cæteras dotes, quas Apostolus Paulus 1. Tim. 3. in Episcopo desiderat, esse itidem Oeconomiam, seu rectam familiæ, & rerum, quæ ad familiam spectant, administrationem? hanc enim indicavit, cùm postulat Episcopum, *qui suæ domui bene præpositus sit*, & hoc ideo, *quia qui domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?* Ordinariè enim, qui rem familiarem negligunt, omnésque proventus inaniter effundunt & dilapidant, res quoque Ecclesiasticas in postremis ducunt. A quo vitio longissimè sejunctum fuisse Joannem Conradum, testantur tot aurea & argentea vasa, tot pretiosissima & splendidissima vestimenta, aliáque utensilia, quibus Ecclesiam, præsertim Sacellum Aulicum, exornavit.

Deinde his maximè temporibus necesse est, ut Episcopi ad Oeconomiam diligenter attendant; cùm enim non tantùm habeant oves, ùt pastores; sed etiam temporali jurisdictione adstrictos subditos, ùt sacri Romani Imperii Principes; omnino curare debent, ut possint, si quæ violentia ingruat, eam vel soli, vel ab aliis amicè adjuti, propulsare, &, quod vulgo teritur, vim vi repellere. Quem ad finem quid pecunia in promptu conferat, notius est, quàm ut longa oratione egeat. Circumfremunt undique lupi hæretici, insidiantur non tantùm animabus, sed & Episcoporum ditionibus; quarum licèt complures jam in Germania devoraverint, necdum tamen satiati sunt; habent enim naturam *ignis, qui nunquam dicit:* SUFFICIT, ùt Salomon in Proverbiis ait; oportet igitur, ut paratum sit subsidium, quo lupi faucibus siccis hiantes arceri queant, si qua vi repagula perrumpere, & in Episcopales possessiones irrumpere tentent. Quod sapienter Joannes Conradus animadvertit. Nervo tamen belli conficiendo ita operam dabat, ut nemini gravis esset, nec insuetis exactionibus subditos vexaret & exhauriret, sed reditus annuos ea prudentia colligebat, impendebat, & expendebat, ut quid novendecim annorum spatio facturus fuisset, si amplior & opulentior Episcopatus obtigisset, omnes intelligant. Nec plura de hoc Illustrissimo Præsule, quia, ùt initio dixi, omnia ejus Encomia Epitaphio breviter veluti compendio illigata sunt.

LIX. Joannes Christophorus.

Joanni Conrado successit Joannes Christophorus ex nobili & veteri stirpe à Westerstetten, IV. Decembris anno M. DC. XII. olim Ecclesiæ cathedralis Eystettensis Decanus; ex Decano Præpositus & Dominus Elvvacensis; quem principatum aliquot annos sapienter, justè, & summa cum æquitatis laude administravit, ùt rectè factorum præmiator munificus, ita malefactorum vindex & ultor severus, præsertim veneficii: quam luem, latiùs præsertim per sexum fœmineum, manantem, ut cohiberet, nihil intentatum reliquit. Evectus postea ad Cathedram Willibaldinam, Elvvacensi Præpositura sese abdicavit, & ad S. Willibaldi montem commigravit; in quo, tanquam in vivo exemplari intueri licet notas illas, quas in Episcopo desiderat S. Paulus, cùm ait; Episcopum debere esse *irreprehensibilem, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, suæ domui bene præpositum. Episcopus ex ipso nomine*, inquit Isidorus Pelusiota, *quid ipsius muneris atque officii sit, perspectum habere debet. Eum enim invisibilium & occultarum ferarum impetus, Ecclesiæ ignavias, Monachorum negligentias, iniquorum hominum improbitates, viduarum calamitates, pupillorum egestates, altaris suspiciones, Diaconorum morbos, juvenum flagitia, senum mala consilia speculari oportet, atque omni ex parte oculum esse, omnia prospicientem, nec quidquam negligentem. Quorum si quid per incuriam prætermittatur, non ipse solus plectitur, sed etiam cum eo universa persæpe Ecclesia.*

Isid. lib. 1. epist. 149.

Societatem JESU, quam semper amavit & fovit, Eystadium introduxit, Collegium Willibaldinum pro sede attribuit. Scholas aperire, vel potiùs veteres jam fermè collapsas instaurare, & alia ministeria Societati

nostræ

A nostræ consueta obire jussit, jámque fundamenta magnifici Templi pro Societatis usibus jecit. Arcis quoque Willibaldinæ structuram ab Illustrissimo antecessore suo *Joanne Conrado* cœptam, magno animo & sumptu persequitur, cui nihil magis cordi est, quàm ut pietas & religio vigeant. Qua de causa nullis laboribus impensisve parcit; & quia à Parochis salus animarum præcipuè pendet, in id incumbit, ut pastorali curæ inepti removeantur; apti substituantur:
B qui per Diœcesin quoque suam Romanum Breviarium; Missale, & alia ad ritus sacros spectantia promulgavit; quod à nonnullis vicinis Præsulibus, jam antea præstitum noverat. Vivat optimus Pastor & Princeps, quia Episcopus *non sibi ipsi, sed subditis vivit*, ùt ait suprà nominatus Pelusiota. Nec plura addo; addent posteri, quibus major res præclaras describendi copia, quàm mihi.

EPILOGUS
AD
DIOECESEOS EYSTETTENSIS INCOLAS,
QUI
TAM SPIRITUALI, QUAM TEMPORALI JURISDICTIONE
ILLUSTRISSIMI
PRÆSULIS
TENENTUR.

C NUnc ad vos Diœceseos Eystettensis incolas, qui in S. Willibaldi fide immobiles perstitistis, mea se convertit oratio. Summis laudibus evehenda est vestra in tantis finitimorum ruinis constantia, aliis enim ad Lutherum, aliis ad Zvvinglium & Calvinum, aliis ad alios Sectarios sturnorum advolitantibus; vos insuper omnibus habitis, fidem Deo & Ecclesiæ Catholicæ in ipso salutifero baptismatis fonte obstrictam; sanctè & religiosè servâstis, nec operarios iniquitatis, sectarúmque fabros, & Satanæ admi-
D nistros audiendos existimâstis. Verè Satanæ ministros appellaverim; nam quidquid hîc per ministerium *Prædicantium* seu *Logodulorum* fit, id totum fit impulsu & magisterio Satanæ, qui, ùt ait S. Leo, *quos apertis & cruentis persecutionibus impugnare non finitur, sub falsa Christiani nominis professione corrumpere nititur, habens hæreticos* (Prædicantes) *huic operi servientes, quos à Catholica fide devios sibique subjectos, militare in castris suis sub diver-*

S. Leo ferm. 5. de jejunio decimi mensis.

sis erroribus fecit: & sicut decipiendis primis hominibus ministerium sibi serpentis assumpsit; ita horum (Prædicantium) *linguas ad seducendos rectorum animos veneno suæ falsitatis armavit, quorum sermo serpit ùt cancer: humiliter irrepunt, blandè capiunt, molliter ligant, latenter occidunt: veniunt enim, sicut Salvator prædixit, sub vestitu ovium, intus autem sunt lupi rapaces. quia non possent veras & simplices oves fallere, nisi Christi nomine tegerent rabiem bestialem: in quibus omnibus operatur, qui cùm sit veræ illuminationis inimicus, in lucis se Angelum transfigurat. Hujus arte* (Lutherus) *hujus* (Carlstadius) *callet ingenio. Hoc duce agitur* (Zvvinglius) *hoc præcipitatur rectore* (Oecolampadius) *hujus potestati famulatur.* (Calvinus) *hujus spiritui servit* (Beza) *Tota denique bestiarum talium cohors, hoc præside ab Ecclesiæ unitate discessit; hoc magistro à veritate descivit; qui non solùm per carnis concupiscentias, & per corporeas insidiatur illecebras, sed inter ipsa quoque semina fidei spargens zizania falsitatum, veritatis studet violare culturam, ut, quos non potuerit corrumpere malis actibus, impiis subvertat erroribus.* E

S. Leo ferm. 17. de passione Domini.

F *Fugite ergo, ùt hactenus, ita & in posterum mundanæ argumenta doctrinæ, & viperea hæreticorum vitate colloquia. Nihil vobis commune sit cum illis, qui Catholicæ adversantes fidei; solo sunt nomine Christiani: non enim templum Spiritus Dei, nec membra sunt Christi, sed falsis opinionibus implicati, tot species habent Diaboli, quot simulacra mendacii.*

G Optimè à vobis factum, *noluistis imitatores esse noctuæ, quæ licèt per noctem vigilet, per diem tamen pigra vel cæca est, quæ grandibus oculis tenebrarum caligines diligit, splendorem solis horrescit. Istud animal hæreticorum atque gentilium figura est, qui tenebras amplectuntur Diaboli, lucem Salvatoris horrescunt, & grandibus disputationum oculis cernunt vana, non respiciunt sempiterna. Sunt enim acuti ad superstitiosa, hebetes ad divina, qui dum se putant subtilibus evolare sermonibus, tanquam noctuæ veri luminis splendore turbantur,* quibus nihil optatius & jucundius, quàm ut & alios in noctuas & vespertiliones transforment: *quia enim ipsi à veritate Evangelii recesserunt, & mendacia Diaboli sunt secuti, alios quoque volunt socios suæ perditionis efficere.* Sed studiosè vitandi sunt, nec ulla cum illis habenda consuetudo: *nam justo judicio ab Ecclesiæ unitate rejectis, nulla est tribuenda communio, quam non nostris odiis, sed suis sceleribus perdiderunt:* H *propria enim pertinacia perit, & sua à Christo discedit insania, qui eam impietatem, per quam ante se multos scit periisse, sectatur, & religiosum sibi atque Catholicum putat id, quod sanctorum Patrum judicio & in* (Lutheri) *perfidia, & in* (Zvvinglii) *dementia, & in* (Calvini) *insania constat esse damnatum, ut adhuc quasi nova*

S. Maximus hom. 2. de non timendis hostibus.

S. Leo ferm. de vitandis hæreticis.

va & necdum damnata in perniciem animarum suarum consciatiant pravitati.

A Aspicite seriem Præsulum vestrorum à S. Willibaldo usque ad hodiernum Reverendissimum & Illustrissimum Antistitem ac Principem *Joannem Christophorum*. Nullus inter hos Lutheranus, nullus Zvvinglianus, nullus Calvinianus, omnes ejus fidei professores, defensores & propagatores, quæ in hanc Diœcesin à sanctissimis viris Bonifacio, Willibaldo & Wunibaldo illata est. Crudeliter sanè Deus vobiscum & cum majoribus vestris egisset, si à temporibus S. Willibaldi vos à recto religionis tramite aberrare permisisset; nec reduxisset, nisi post annum salutis millesimum quingentesimum, quando flagitiosus Apostata, immemor Dei promissorúmque suorum, Monialem incesto Hymenæo sibi copulavit.

B Si ætas S. Bonifacii & S. Willibaldi tale portentum in luminis oras extulisset, bone DEUS, quo studio, qua cura impiis conatibus sancti viri non occurrissent. Si enim tanta diligentia sese opposuerunt Ethelvvolffo, Adelberto, Clementi, Samsoni, & aliis pestiferæ doctrinæ disseminatoribus, quid non fecissent jam, cùm *singularis iste Ferus*, omnia demoliri & depasci natus, plaudente tota Orci cavea, in publicum, publico omnium malo, processit? qui cum suis asseclis, in Confessionibus suis tam inconstans & variabilis fuit, ut Lutherani eas vix usque ad hoc ævum nostrum fingere & refingere destiterint, ut proinde

C in illos conveniat, quod S. Basilius de Arianis scriptum reliquit: *Quoties fidem exponendo novârunt? Ancyra dederunt aliam; Seleucia aliam: aliam Constantinopoli, & aliam in Lampsaco, postea aliam dederunt in Nicæa Thraciæ, jam quoque aliam in Cyzico. At fides apud vos non alia in Seleucia, alia Constantinopoli, in Zelis alia, in Lampsaco alia, & alia Roma*, sed una eadémque ubicunque S. Bonifacius & S. Willibaldus evangelizârunt. *Stats in fide*, monet S. Basilius. *Ipsum orbem inspicite, & videte, quàm modica sit ea portio, quæ hoc morbo* (hæreseos) *laborat, reliqua verò universa Ecclesia, quæ ab orbis finibus usque ad fines Evangelium recepit, sanam hanc & rectam doctrinam sectetur.* Concludo cum sancto Leone Pontifice: *Confidimus, quòd protectio DEI corda vestra, fidémque custodiat: ut cui hactenus fideliter obedistis, in æternum, perseverantes Catholicæ fidei observantia, placeatis.*

(S. Basil. epist. 82. & Epist. 73.)

(Basil. epist. 72.)

D

(S. Leo serm. de vitand. hæret.)

Finis Catalogi Historici.

APPENDIX
DE
AUREATO,
PRO
LIBRO PRIMO
OBSERVATIONUM.

CAPUT I.

De nomine: & cui competat.

NOmen est ab *Auro*. Unde Aventinus lib. 2. Annalium Germanicorum, vertit, Goldberg, Goldstatt. Satis vetustum videtur; extant enim *Aureatenses* seu *Auraatenses* Episcopi apud Adelbertum, secundum Abbatem Heidenheimensem, & apud Anonymum Hasenrietanum, scriptores rerum Eystettensium admodum antiquos, quorum testimonia & monumenta jam alibi produximus. At longè vetustius habendum, imò ab Ethnicis temporibus deducendum est, si Aventinus hanc lapidis antiqui inscriptionem rectè interpretatur. E

DEO MERCVRIO CL. ROMANVS F
DVPL. ALÆ AVR. V. S. L. L. M.

hoc est, Aventino Interprete. *Deo Mercurio Claudius Romanus dupla ala Aureati vivus sibi legit locum monumenti.*

Extabat olim hic lapis cum aliis duobus, de quibus postea; in Arce Nassenfelssensi, nunc unà cum aliis Eystadium translatus est; teste Aventino.

Gruterus in Appendice fol. 1085. N. 8. aliam inscriptionem refert his verbis:

In columna rupta inter Aureatum & G
** Walkerstoven Bavariæ*

[* Wolkerzhofen pagus est Episcopi Eystettensis proximus Nassenfelsio, & ad ejusdem parochiam spectans.]

. . . . S. L. SEPT. SEVERO
. . . . . ARABICO. ADIAB
. . . . . TRIB. POT. XIX. M. . . :
. . . . . ET IMP. CÆS. M. A. . . . .
. . : NINO. PIO. INVIC. . . .
. . . PRINCIPI. TRIBVNIC
. . T. XIIII. IMP. III. COS. III.
. . . . . ORD. AVR. FELIC. PRIN
. . . . IN. INDVL. . . . . . . ISSIMIS

Ubi vides literas AVR. quas Aventinus proculdubio de *Aureato* acciperet, quandoquidem hæc inscriptio prope Nassenfelsium, quod ipse pro *Aureato* habet, reperta est. Visitur quoque Nassenfelsii in exteriore parte muri, quo cœmeterium ambitur, vetus inscriptio, in qua hæ etiam literæ leguntur AVR. quas Aventinus si vidisset, haud H

haud gravatè de *Aureato* interpretatus fuiſſet.

A Ad alterum quod attinet, quidam *Aureati* appellationem tribuunt Ingolſtadio, moti ipſo vocabulo Germanico, quaſi Ingolſtadium ſit ein Goldſtatt. Hinc Græciſſantibus nonnullis *Chryſopolis*, Latinogræcè *Auripolis* nominatur. Alii Eyſtadium hoc nomine honorant. Hinc paſſim Epiſcopi *Aureatenſes*; imò & *Chryſopolitani* à *Chryſopoli*, hoc eſt, *Aureato* ſeu *Aureata* civitate. Aventinus, cui aſſentior, *Aureatum* pro Naſſenfelſio habet (eſt autem Naſſenfelſium, oppidum tribus horis Ingolſtadio diſtans, ſub ditione Epiſcopi Eyſtettenſis) probant id antiquæ inſcriptiones Naſſenfelſii repertæ, quas antea attulimus: Nam Ingolſtadium ab Anglis, quaſi *Engelſtadium*, nomen accepiſſe, mihi ſit probabile, ùt ſentit
B quoque Cambdenus in ſua Britannia; & ſuntalia ejuſdem nomenclaturæ loca, ut *Ingelheim*, ſeu *Engelheim*, patria Caroli Magni; *Engelburg*, *Egelreute*, & in Italia, *Angleria*, nam Angli Germani erant, gens quippe Saxonica, & ſæpe ex ſuis ſedibus in interiores Germaniæ partes, quin & in Italiam, cum aliis populis penetrabant, ſedéſque condebant & figebant, & nomine nationis inſigniebant. Quocirca non malè illi, qui *Ingolſtadium*; *Anglopolim* ſivè *Anglipolim* vocant: & eſt etiamnum Ingolſtadii villa, der Engelhoff, quam vulgò urbis incunabula fuiſſe cenſent; nam ineptè ab *Angelis*, quaſi *Angelorum urbem*: Deduxeris; quamvis non defuère, quibus hæc originatio arriſerit, quia nihil tam abſonum fingitur, quod approbatorem & laudatorem non inveniat.

C Si quis tamen ab illis Anglis Ingolſtadium nomen adeptum putat, qui pietatis & fidei Chriſtianæ propagandæ cauſa, ex Anglia Britannica in Germaniam magno numero venticare ſolebant; cum hoc non pugnabo. Veriſimile enim eſt hic aliquem hujus generis conſediſſe, & modico initio præclaræ urbis fundamenta jeciſſe; ſuadet id vicinitas Eyſtadii, quod totum ab Anglis eſt; Item S. Bonifacii, S. Willibaldi, & S. Wunibaldi per Boicam doctrinæ Evangelicæ prædicatio, pro quorum diſcipulis hoc loco manſiunculam aliquam conditam fuiſſe, à vero non abludit: quamvis fortè Ingolſtadium Principibus & Regibus Francicis Carolo Martello, Carolomanno,
D & Pipino antiquius eſt, quia ejus non ùt rei novæ meminit in ſuo *Teſtamento* Carolus Magnus; nam Ludovico filio ſuo natu maximo Bojariam attribuit, *ſicut Thaſſilo tenuit, exceptis duabus villis, quarum nomina ſunt, Ingoldeſtat, & Lutrahahoff, quas nos quondam Taſſiloni beneficiavimus, & pertinent ad pagum*, (hoc eſt, ad ditionem, territorium) *qui dicitur Nortgowe*. Ubi vides *Ingolſtadium* in *Nortgeja*, ſive Norico poni, E quia ex ea parte ſitum eſt, ubi Noricum aſt; tametſi hodie uſque ad Danubium *Nortgavia* terminos ſuos non extendat; & Ingolſtadium non *Nortgaviæ*, ſed Boicæ annumeretur. Oportet autem jam eo tempore Ingolſtadium non exigui pretii fuiſſe, cùm Taſſiloni in Feudum conceſſum fuerit.

Nec obſtat nomen *Villæ*, quia vocabulum hoc, more Francico, etiam hodie, non tantùm ſolitarias colonorum ædes, quas Germani *Hofas* vocant, ſed & integros pagos, oppida & civitates ſignificat. Et hoc iidem ævo lingua Gallica Lutetiam, *Villam* appellat: eſt autem Lutetia *Villa* profectò ſatis ampla & ſpatioſa.

Quæres, cui datum ſit Ingolſtadium, ſi F non Ludovico? Id Carolus Magnus in ſuo Teſtamento nobis dat explicatum. Ita enim infit imperator. *Partem Bajoariæ, quæ dicitur Nortgaun, dilecto filiò noſtro Carolo conceſſimus.* Cùm ergo Ingolſtadium eo tempore Norico accenſeretur, non Ludovico, ſed Carolo in diviſione ceſſit.

Ingolſtadii quoque crebra mentio fit in Diplomatibus Ludovici Pii, Caroli Magni, filii, ùt & aliorum Regum ac Imperatorum Francicorum, quibus varia privilegia Monaſterio S. Mauricii inferioris Altaichæ conceduntur, ut proinde ex his antiquitas Ingolſtadii ſatis eluceſcat; nam Carolus Magnus creatus eſt Imperator anno Domini DCCC. Ex quo tempore alteri tanti anni cum aliquo additamento fluxerunt. Et tamen jam ante Carolum Magnum Ingolſtadium ſtabat, & ùt conjectura eſt, florebat. Hæc de Ingolſtadio breviter dicta ſunt.

Aureatum non eſſe perſuaſum habeo, uti G nec Eychſtadium; quia nec in Hodœporico S. Willibaldi, nec in hiſtoria S. Wunibaldi, nec in S. Bonifacii vita ſcripta tam ea, quæ ſcripta eſt ab Othlono, quàm ea, quæ eſt à S. Willibaldo, Eychſtadium, aliter, quàm Eychſtadium nominatur; nec *Aureati* nomen uſpiam apparet; & tamen probabile eſt, ſcriptores iſtos primævæ origini Eyſtadianæ ſynchronos, *Aureati* nomen haud ſilentio ſuo ſuppreſſuros fuiſſe. Maneat ergo hoc nomen & nominis gloria Naſſenfelſio.

CAPUT II.

Aureatum ſeu Naſſenfelſium fuiſſe ſtationem Romanorum.

Liquet hoc primò ex antiquis inſcrip- H tionibus Romanis, quæ Naſſenfelſii detectæ. Duas vel tres antea protulimus. Nunc & iſtas duas accipe ex Aventino. Ex quo eas edidit Appianus, ex utroque Gruterus.

Inſcriptio lapidis eſt iſta.

A IN HO. D. D. MARTI VICTORI
LILLI F. V. S. L. M.

Quem ita interpretatur Aventinus. *In honore Deorum Dearum* (vel, *dedicatum*) *Marti Victori Lillius filius vivus sibi legit Monumentum.*

Inscriptio alterius lapidis sic habet.

I. O. M. DIIS DEABUSQUE PUB.
CONSTITUTIANUS.

hoc est, *Jovi Optimo Maximo Diis Deabúsque Publius Constitutianus.*

B II. Quia idem Aventinus testatur, sibi à Reverendissimo Gabriele ab Eyb, Episcopo Eystettensi, narratum esse; quotidie adhuc Nassofelsii erui præter numismata, *calcaria, fictilia Samia, & hujusmodi instrumenta, quæ mihi Gabriel Pontifex Eystettensis ostendit*, inquit Aventinus: & hodie etiam fama est, ab agricolis Nassofelsiis, dum arant, prisca numismata, arma Ethnica, & hastas fractas reperiri; quæ omnia sunt argumenta stationis Romanæ contra incursus Germanorum. Imò Aventinus valli, quod Romani cohibendis Germanis objecerunt, principium ducit à Nassenfelsio, & per Köschingam Neostadium usque traducit, ubi ejus finem ponit: quod vallum ingenti fossa cingebatur, immissa palude, cujus fossæ vestigia adhuc circa Nassofelsium apparent; & imperita multitudo credit, *esse veterem Danubii alveum*, illac enim fluxisse Danubium. Quod paulò verisimilius est, quàm si quis diceret, Rhenum illac iter habuisse. Ipsius etiam *Valli* Germanis objecti satis luculenta indicia non tantùm Nassofelsii, sed & alibi visuntur; & vulgus appellat, auff dem Wal.

C III. Quia circumcirca fuêre Romanorum stativa, ubi adhuc hac ætate effodiuntur numismata aurea, argentea, ærea, varia supellex, instrumenta domus, saxa Romanis literis inscripta. *Quamvis lapidum atque hujusmodi monumentorum maxima pars partim confracta, & in calcem soluta, coctáque sit, partim obstructa, infossa, tectoriòque oblita, & literis inversis intrinsecus ad humum, parietemve, legi non possit; in quibusdam injuria cæli imbriúmque elisæ sunt literæ.* Quæ Aventini verba ad Nassofelsium quoque propriè pertinent: eandem enim aleam subiit. Enumerat postea Aventinus speciatim inscriptiones, quas temporis longinquitas ad Danubii oram reliquas fecit. Quas quilibet apud ipsum legere poterit.

D Illam tamen supra Ingolstadium ad Sebucarum in pago Dinzelavv prostantem, prætermittere nequeo. Et est talis:

MERCVRIO TEMPLVM EX VOTO
SVSCEPTO C L. AVGVSTANVS
L L M.

hoc est, interprete Aventino, *Claudius Augustanus legit locum monumenti.*

Illud sæpius miratus fui, Ingolstadii nihil penitus hujusmodi monumentorum effodi, aut erui; & in tanta vicinia effodi aut erui. Nam *Keschinga* seu *Cæsarea* uno duntaxat milliari hinc distat; ubi in hunc usque diem aurei, argentei, ærei nummi sive ab aratoribus in agris, sive à fossoribus in ipso oppido inveniuntur, quorum plurimos vidi. Extant ibidem tres lapides antiquis inscriptionibus decorati, quos, si lubet, apud Aventinum spectabis. Nihil simile Ingolstadii, quamvis & agrum latissimum possideat, & intra mœnia singulis fermè annis altissima fundamenta pro variis ædificiis jaciantur. E

IV. Accedit, quòd Nassofelsii etiam quædam simulacra videntur, Ethnica, ùt vulgaris persuasio est, v. g. non procul à Templo, imago feminæ conspicitur, terræ infixa, ad cujus pedes cubare fertur canis; nam infra terram est, si est; non supra; inde Dianam esse conjectant. F

Juxta inferiorem portam visitur in saxo mulier bovi insidens. Quæ sine dubio est Europa à Jove sub schemate tauri rapta. Alii in his nihil antiquitatis agnoscunt; sed recentioris ævi plasmata esse censent; & tales effigies, quales olim, etiam in quorundam Christianorum templorum vestibulis saxeis sculpebantur, prout hodiéque multis locis videre licet. Cæterùm, ùt *velle*, ita & *sentire* suum cuique est, & ùt non uno voro, sic nec uno sensu vivitur.

V. Turris, quæ in Arce est, non planè incassum creditur à Romanis extructa: solebant enim se & sua munitissimis & solidissimis turribus munire, unde & in hostes eruptiones facerent, & quò se, tutelæ gratia, reciperent. Talis certè turris est hæc Nassofelsica, in medio Schutari alveo, saxo imposita; quæ, si bombardæ, novitium inventum, absint, ut tempore Romanorum aberant; assultus hostium facilè elidet. G

Ejusdem generis arbitror turrim illam altissimam & densissimis muris constantem; quæ est in pago seu *Hoffmarchia Kaltenberg*, infra Landspergam, in latere Boico; nam & hanc oram ad Lycum amnem defendebant olim Romani adversus Germanos; cui rei etiam hoc argumentum do; quia ante paucos annos, alio in pago, non procul inde dissito, cùm colonus vomere terram proscinderet, eruit ollam plenam argenteis, iisque non paucis nummis, adjunctis nonnullis æreis; qui excocti ita splendent, quasi jam primùm ex monetaria officina prodiissent, quos non sine admiratione vidi; nec tantùm Augustorum sunt, ùt Trajani, Titi, Antonini Pii, Severi, Septimii Getæ, Alexandri, sed & Augustarum, ùt Juliæ Mammææ; Juliæ Mœsæ, Juliæ Paulæ, Plautillæ, Faustinæ, Juliæ Aquiliæ Severæ, Julia Soëmiadis, & similium. H

Porrò

A Porrò ex sacris quoque literis manifestum evadit, multis turres pro præsidio, asylo, & propugnaculo fuisse, ùt videre licet Judicum cap. 8. & 9. & lib. 1. Machab. cap. 5. 6. 13. 16. & lib. 2. cap. 10.

VI. Denique in Pago Oebel, qui trans Scutarum, exiguo spatio à Nassenfelsio distat, ajunt nonnulli exstare itidem veteres inscriptiones, quas ego non vidi. Templum Pagi *Meggelavo*, qui est inter Nassenfelsium & Weissenkirchen, pro Ethnica structura vulgus habet. Et certè forma abit à communi Christianis Templis usitata forma. Secus est de Templo S. Laurentii Weissenkirchensis, in eo enim ædificio nihil antiquitatis elucet.

CAPUT III.

Quanta civitas fuerit Aureatum.

B Civitatem fuisse, facilè concesserim; ùt & hoc, eversam cum aliis multis ab Hunnis, aliisque Romanorum hostibus; ùt legere est apud Aventinum lib. 3. Annalium Boicorum, indéque quasi ex sparsis cineribus enatum hoc oppidum, quod hodie cernimus: Testantur id etiam rudera, quæ proximà sylva spectatum exhibet, & in ipso oppido, ferunt superesse subterraneos specus ac fornices.

Fuisse verò tantam civitatem, quantam vulgus prædicat, maximam videlicet, amplissimam, & fermè ad Weissenkirchium usque extensam, haud adducar, ut credam.

C I. Quia si tanta fuisset, plura ejus passim eruderarentur rudera, plures patierinæ se se conspiciendas præberent, plura monumenta colonus vomere, vel fossor ligone detegeret; plura itidem sponte sua emergerent, quasi ab ipso ævo protrusa. Quis enim nescit spaciosissimas civitates, non posse ita aboleri, quin relinquantur frequentia indicia, ùt videre licet in aliis eversis civitatibus: nam Augusta Rauracorum seu Rauricorum, non procul ab hodierna Basilea, magna erat civitas, sed postea funditus deleta, & in exiguum pagum, cui *Augst* nomen, conversa. Et tamen quid ruderum, quid fornicum, quid ædificiorum sub terra dirutorum & semidirutorum non comparet? Quid insuper agricolæ & fossores quotidie non inveniunt? Consule Rhenanum lib. 3. rerum Germanicarum. Aliquid simile hic fieri debebat, si Aureatum tanta civitas fuit. At in tota via, qua Nassenfelsio Weissenkirchium itur, quæ facies, quæ species eversæ quondam urbis? Nec, ùt audio, qui agros illos colunt, valde conqueruntur, nimis crebro ad rudera allisu & attritu, vomeres suos obtundi atque hebetari.

D Accedit, quòd ipse situs loci tantam Aureati amplitudinem, dissuadere videatur; unde enim in hoc solo tot incolæ vitam tolerâssent? An ex agricultura? At quinam agri tantæ multitudini suffecissent? An ex militia? At fieri nequit, ut omnes militent. An ex mercatura? At nec omnes mercatores esse possunt; nec video, quàm locus ille tantæ mercaturæ factitandæ idoneus fuerit; hostibus ex propinquo perpetim insidias tendentibus. An ex opificiis? Sed & hoc difficile creditu est. E

Adde ad extremum, minores civitates longè esse aptiores pro præsidiis & propugnaculis, quàm vastissimas & amplissimas urbes: cum igitur Romanis *Aureatum* pro præsidio & propugnaculo fuerit, longè proclivius est credere, in mediocribus potiùs, quàm in maximis civitatibus numerari debere. F

CAPUT IV.

Quid Henricus Pantaleon, & Franciscus Irenicus Novatores de Aureato scripserint.

Pantaleon in opere Germanico, quod inscripsit, das Heldenbuch, hoc est, *librum Heroum*, valde suaviter de *Aureato* delirat. Ait, Willibaldum vel Svviggerum Comitem Hirsbergensem *excidisse querceetum juxta Arcem Nassofelsiam, & ibi ædificâsse Monasteriolum Aureatum dictum.* Quis verò veterum hujus rei Auctor? nam ut tibi tam novo Novatori fidem habeamus, sine veterum testimoniis, id nunquam à nobis impetrabis. Nullus ex antiquis unquam scripsit, S. Willibaldum consedisse Nassofelsii, condito ibidem cœnobio, priusquam ad Almonem seu Alcimylam fluvium migraret, ibique Monasterium exstrueret: multò minus à quoquam proditum est, Monasteriolo juxta Nassenfelsiam Arcem exstructo, *Aureati* nomen inditum fuisse, quia ipsum Nassofelsium, etiam longè ante S. Willibaldi tempora, *Aureatum* appellabatur. Videtur Pantaleon existimâsse, Arcem Nassofelsiam eodem loco esse, quo est Eichstadium; sed fallitur; cùm aliquot horis inde distet. Abeat ergo eò, unde venit, hoc Monasteriolum, non Nassofelsii, sed in cerebro Pantaleonis ædificatum. Qui addit Willibaldum, *querceto probè exciso, extruxisse ibi Monasterium Benedictinorum, nomine* Altmül, pulchrè profectò. Altmül seu Almonius fluvius est, qui Monasterium illud præterlabebatur, quemadmodum etiam hodie præterlabitur Eychstadium. Fluminis nomen imperitè imponit Monasterio; & periode facit, ac si diceret; *Domus Petri juxta Constantiam est Monasterium ad Rhenum, ergo vocatur Rhenus. Inferior Altaicha in Bavaria est Monasterium ad Danubium; ergo vocatur Danubius.* Monasterium Benedictinum à S. Willibaldo exstructum, non aliud, quàm Eychstadii nomen habuit, à primo statim ortu suo; & G H

inde ad civitatem ex Monasterio prognatam transiit.

A Pôsthæc, inquit Pàntaleon, *ibidem condita est civitas, à succisis quercubus Eychstat nominata.* Posterior fuit civitas Mooasterio, & per conseqoens, posterius quoque oomen Eychstadii, civitati impositum est. Laudo tamen Pantaleooem, quòd suo in *Heroum libro* etiam Episcopis Eychstettensibus locum concesserit; & quidem ea beoignitate, ut, licèt eorum Indicem contexuisset, deinde tamen separatim de quibusdam scriberet, ùt de Udalfrido IX. Episcopo, de Reginoldo, de Heriberto, de Gebhardo, postea Pontifice Maximo, de Gundackaro, de Joanne 38. Præsule, de Friderico IV. denique de Wilhelmo à Reicheoavv. Istis omoibus peculiaris sedes & statio ioter Heroas tribuitur. Non culpo, laudo magis. Illud quærere lubet, ex Pantaleone, an in tota serie Episcoporum Eystettensium usque ad Illustrissimum Martinum à Schaumberg (eò enim Catalogum perduxit) aliquem Lutheranum Prædicantem aut Zvvinglianum Ministrum invenerit, aut qui ejus fidei fuerit, quæ à Luthero, Zvvioglio & Calvino tradita est?

B Franciscus Irenicus lib. XI. Exegeseos Germaniæ ita scribit:, *Aureatenses Bavari sunt incolæ regionis juxta Eichistadium, ubi Reliquia. S. Walpurgis sunt. Sic Celtes lib. 2. Odarum.*

Aureatensis decus omne terræ
Virgo, quæ pulchra rigat arva valle
Almonus, cunctos superans saporo
Flumine pisces.

Istis ergo Aureatensis terra est tota ditio circa Eystadium. Sed uode *Aureatensis* vox & appellatio? utique ab *Aureato.* At ubi boc Aureatum? Id isti non explicant. Nec est insolitum, ut à looo aliquo toti territorio nomen veniat. Quid mirum ergo, si & ab Aureato totus ille Tractus, qui usque ad Almonium flumen, Eystadium versus protenditur, *Aureatensis* appellatus sit.

C Pergit Irenicus. *Æneas Sylvius in Epistola de laude Germanorum, vocat Eychstadium Dryopolim, ἀπὸ τῆς δρυὸς, καὶ πόλεως, à quercu & civitate.* Idem ab aliis quoque factum scio, oec admodum inscitè, cæterùm ostata nomina retinere semper melius est; nam quid, & ubi sit Eychstadium, nôrunt pariter docti & indocti Aureatensis terræ indigenæ. At si sciscíteris, ubi sit *Dryopolis*, non taotùm illiterati, sed & multi ex literatis sibi nihil de hac civitate constare, palàm profitebuntur.

D Alii, ioquit Irenicus, *Eichstadium quasi Edstadium à solitudine dixerunt, & à S. Willibaldo in deserto degente, principium duxisse.* Hoc posterius verum est; nam Eichstadium debet suam originem S. Willibaldo. Illud de *Edstadio*, quasi à solitudine deducto, commentis annumero, quia veteres à succisis quercubus nomen impositum constan- E
ter tradunt.

Illic, nempe Eychstadii, ioquit Irenicus, *omni miraculo B. Walpurgis clarior coruscat, è cujus sepulchro oleum destillat.* Hoc elogium eò pluris pendendum est, quia venit à Prædicante; Fuit enim Irenicus quioti verbi tubicen. Quare quòd B. Walpurgam laudat, quódque miraculum olei agnoscit, in eo genium *Prædicanticum* superavit, qui in celebrandis sanctis Virginibus valdè parcus & restrictus esse solet.

CAPUT V.

De Aureantensibus Episcopis.

EYchstadiani Antistites crebrò etiam *Au-* F
reatenses appellantur; vel quia à multis creditum est Aichstadium esse vetus *Aureatum*; vel quia totus ille tractus, qui est à Nassenfelsio, veteri *Aureato*, Aureatensis, à primaria urbe olim ouncupabatur. Quo io Tractu cùm Episcopi Eystettenses domicilium habeant, & resideant, jure etiam *Aureatenses* audiunt: Quod Coorado Celtæ & Irenico placuisse videtur.

Nec est, quòd quis dicat; Aureati fuisse E- G
piscopos ante eversionem urbis, & multis annis ante S. Bonifacii & S. Willibaldi in eas oras adventum; oam hoc jam alibi rejecimus, oec ullo vel in speciem verisimili argumento demonstrari potest: ùt nec illud Pantaleonis plasma, ad Arcem Nassenfelsiam à S. Willibaldo Monasteriolum, cui nomeo *Aureato*, extructum fuisse, & inde Episcopis *Aureatensis* appellatiooem fluxisse.

Illud tamen exploratum est, vicinum Neoburgum ad Danubium suos Episcopos habuisse, usque ad aooum Redemptoris DCC. LXXII. quo *Manno* Ecclesiæ Neuburgensi præerat; & in Concilio Diogolfingensi primas inter omoes præsules tenebat. Hic tamen Episcopatus postea desiit; nam post Mannonem oulla ullius Neoburgensis Episcopi mentio extat, & Diœcesis magna pars Augustanæ Vindelicæ coojuncta & inserta est, ùt ait Marcus Velserus lib. 5. rerum Boicarum. Rectè dicit: *Magna pars*, nam quæ ex oostra parte Danubii, sita sunt, Eychstadiano Episcopatui cessisse videntur, quæ divisio etiamnum durat; nam ipsum Neoburgum, & quæ oobis trans Danubium sunt, ad Augustanum Episcopatum spectant; Reliqua ad Eychstadianum, nisi quòd juxta Ingolstadium pagus, trans Danubium, cui à Salvatore nomen est, cum aliquot adjunctis, sub Diœcesi Eystettensi censetur.

Meminit quoque Episcopatus Neoburgi- H
ci Aventinus lib. 2. Annalium Boicorum, & lib. 3. ubi bujus Ecclesiæ Episcopum oominat *Beichterbum.* Causam dissolvendo Episcopatui Neoburgico dedisse videtur novus jámque emergens Episcopatus Eystetten-

ftetteofis; nam quo tempore Manno Dingelfingenfi Synodò intererat, jam S. Willibaldus aliquot annis novam cathedram Eyftettenfem, Neoburgicæ viciniffimam, rexerat. Hactenus de Aureato.

LECTORI.

Jam aliquoties diximus, clariffimum virum *Henricum Canifium* I. V. D. & in Academia Ingolftadienfi SS. Canonum Profefforem inclytum, optimè de hiftoria Eyftettenfi fuiffe meritum, quia Tomo IV. Antiquæ Lectionis produxit in lucem non modò primogeniam vitam S. Bonifacii, fed & Hodœporicum S. Willibaldi, hiftoriam S. Wunibaldi, & aliam S. Walpurgis fcriptam à Philippo XXXIX. Eyftettenfi Epifcopo; eam denique, cujus Auctor eft Wolffhardus Hafenrietanus. Quia tamen plerumque uno duntaxat manu fcripto codice, eóque non fatis correcto ufus eft, non abs re fore judicavi, fi ex alio exemplari, quod mihi Epifcopalis Bibliotheca fubminiftravit, varias lectiones enotandas curarem; ut, fi quis fortè aliquando Canifiana illa monumenta recufurus eft, habeat, unde menda emendet, & editionem fuam meliorem faciat, delectu tamen adhibito, quia nec omnes codicis manufcripti fcripturæ probæ funt.

VARIÆ LECTIONES *IN* HODOEPORICON SANCTI WILLIBALDI

TOM. IV.

Antiq. Lect. Edit. Ingolftad. M. DC. III.

Pag. 481. V. 13. (bagio, fancto) M. S. ooo habet.

Pag. 482. V. 8. ego fœmina, fragilique fexus imbecillirate corruptibilis. M. S. fragibilique fexua, &c. V. 13. ex multis frondofia frugerífque arboribus, florum varietate miftorum M. S. frugiferífque, &c. florum varietate onuftorum. V. 15. veftræ memoriæ apta pauca excerpere M. S. memoriæ coapta pauca, &c. V. 18. non temeratis audacia freta M. S. temeritatia, &c. V. 21. & nihilominus M. S. non habet, &c. V. 23. Ut tanti operis celfitudine, &c. perficere dignatus eft. M. S. celfitudinem, &c.

Pag. 483. V. 13. ipfo videnie & referente. M. S. & nobis referente. V. 20. quod benè noo noverim ego multo virorum M. S. multos veftrorum. V. 24. legis eruditione ei nihilominus indagatione. M. S. & nihilominus, &c. V, 26. de illorum genealogiæ ftirpe, non aliundè propagatam. M. S. non habet. non. V. 31. perfectè proficifcentibus aliquid memoriæ dignum lectoris legendi manibus imponere me libet. M. S. perfectè proficifcentium.

Pag. 484. V. 3. Billibaldus. M. S. Willibaldus. V. 4. ferocia polite planitans, pravorum gentilium, protervâfque peccatorum fpurcitias, &c. M. S. planitans fpiffas pravorum gentilium protervâfque, &c. V. 10. Bunebaldus. M. S. Wunebaldus. V. 14. protectionis arma. M. S. protectionis parma. V. 15. veftræ commendamus perceptionis. M. S. perceptioni. V. 23. alme priorum exempla. M. S. alma, &c.

Pag. 485. V. 3. cunaculis amabilis, M. S. cunabulis amabilis. V. 6. providentia curam gerentium coofortatus atque enutritus. M. S. conforus atque enutritus. V. 23. extinctum, glebáqoe coopertum, dolore timebant. M. S. dolere timebant. V. 28. ut magis poftea per orbem fua norma neophytis patula panderet vitæ præmia, M. S. ut multis poftea, &c. V. 30. ad priftinam redeamus iterum. M. S. nunc redeamus iterum.

Pag. 486. V. 16. ftatímque priusquam illi vota voverunt. M. S. Statímque poftquam, &c. V. 25. illuftrium, &c. præparare atque perficere feftinabant. M. S. atque proficere. V. 31. Abbati, &c. Egbalt. M. S. Egvvalt.

Pag. 487. V. 16. fecundùm prophetiarum vaticioium. M. S. Prophetarum, &c. V. 26. inftrumenta, &c. diu noctúque follicitè volutabat. M. S. die noctúque, &c. V. 29. Cúmque ifta fedulò intra mentis volubilitatem revolveret. M. S. fedulè, &c.

Pag.

Pag. 488. V. 3. cúmque aliquanti temporis intereapedine transacta M. S. intercardine transacta. V. 13. ita ut, &c. literarum studiis inhærendo die noctúque eatenus ingeret. M. S. vigeret V. 20. nec non in manissima mari discrinare decrevisset æquor M. S. nec non immanissima mari diseriminare, &c.

Pag. 489. V. 1. illum demum præmiis, blandis oraculorum studiis alloquendo. M. S. illum demum primitus blandis, &c. V. 17. frater Bunebaldus. M. S. frater S. Wunebaldus. V. 24. sumptibus secum vitæ stipendiis. M. S. sumptis, &c. V. 26. Hamelea multa. M. S. Hamelea Mutba. V. 28. temporis intercapedine. M. S. intercarpedine. V. 30. Circio flante, ponte pollente. M. S. Ponto pollente. V. 31. velocem ascenderunt. M. S. celocem, &c.

Pag. 490. V. 14. ut præteritis temporum intercapedinibus prope est jam instaret exitus sui dies. M. S. intercarpedinibus propè instaret, &c. omisso. est.

Pag. 491. V. 16. febricitando & totiens algore frigescens. M. S. non babet. &c.

Pag. 492. V. 3. inbiando desiderabat, quàm illa fuit. M. S. inhiando desiderabat, & majorem jam tunc peregrinationis ignorantiam adire optabat, quàm illa fuit. V. 4. Tunc ille strenuus. M. S. Tum. V. 6. ut suarum opitulationem orationum illum sequi dignarentur, rogabat. M. S. opitulatione orationum, &c. V. 15. venerunt ad urbem Caretanam. M. S. Cajetam. V. 27. ubi requiescit corpus S. Agathæ. M. S. omisit. requiescit.

Pag. 493. V. 4. inde navigantes in Asiam, &c. M. S. inde navigaverunt, &c. V. 10. ibant ad fontem unum in Mediavilla. M. S. disjungit. media villa. V. 12. tinguebant panem in aquam. M. S. in aqua. V. 18. Ibi sedebant duo solitarii in stulite. M. S. in silice. V. 29. Post nativitatem Joannis Baptistæ M. S. S. Joannis, &c. V. 31. & inde ambulaverunt, &c. M. S. ambulabant.

Pag. 494. V. 1. Castellum, quod dicitur Arthæ. M. S. Archæ. V. 9. Confestímque pagani. M. S. confestímque illi pagani. V. 20. legem Deorum adimplere cupiunt. M. S. legem eorum, &c.

Pag. 495. V. 20. illum rogavit, ut Regi indicaret & præsidio illis foret. M. S. & in subsidio illis foret. V. 24. ille interrogavit. M. S. ille Rex interrogavit.

Pag. 496. V. 1. inermes fuerant. M. S. fuerunt. V. 11. & illi orantes. M. S. illic. V. 14. Et ille est vicus, in quo est Ecclesia, est Nazareth. M. S. Et ille vicus, in quo est Ecclesia, est Nazareth. V. 18. Dominus aquam in vinum convertit. M. S. aquas, &c.

Pag. 497. V. 5. Ibi fuit domus. M. S. Ubi fuit, &c. V. 25. æstivali tempore. M. S. Æstuali, &c. V. 30. monasterium S. Joannis Baptistæ. M. S. omisit. sancti.

Pag. 498. V. 10. noster Willibaldus. M. S. noster S. Willibaldus. V. 16. ad Galgala super unum milliarum. M. S. super V. mil. V. 121. fons, &c. venit Helisæus Propheta, & suscitavit illum. M. S. sanctificavit, &c. V. 26. Et perrexerunt ad monasterium. M. S. & inde pertexerunt, &c.

Pag. 499. V. 3. quando invenit, collocavit, M. S. quando invenit, crucem collocavit. V. 14. in illa petra sepulchri est janua, per quam. M. S. est janua facta, per quam. V. 17. Crateres aurei. M. S. cratetæ aurei. V. 21. ante januam sepulchri jacet ille lapis. M. S. jacet ibi ille lapis. V. 26. & tunc quando aliquantulum recreatus fuit. M. S. quando aliquid recreatus fuit. V. 30. illic jacent infirmi M. S. jacebant.

Pag. 500. V. 14. tunc eos reliquerunt abire. M. S. non babet. abire.

Pag. 501. V. 16. Ubi Dominus noster natus est, septem miliariis ab Hierusalem. M. S. non habet: noster. VI. milliatiis, &c.

Pag. 502. V. 2. & ibi sedit Abbas. M. S. sedet V. 27. Et ibi suscitavit viduam. M. S. illic. V. 32. venit in Cæsaream. M. S. ad Cæsaream.

Pag. 503. V. 2. venit ad urbem Ptolomaidam. ista est, &c. M. S. venit ad urbem Salamancha. illa est, &c. V. 11. Ptolomaida. M. S. Salamancha. V. 17. & inde venerunt quarta vice ab Hierusalem. M. S. ad Hierusalem. V. 18. ibi manentes aliquantum tempus. M. S. Et ibi, &c. aliquantulum, &c. S. Joannes Baptista & Abdias, & Helisæus Propheta. M. S. Prophetæ.

Pag. 504. V. 3. qui ducebat mulierem. M. S. unam mulierem M. S. babet in sequentibus. munerbam pro munerbæ. Item claudebant pro claudebat.

Pag. 505. V. 6. balsamum, &c. non reperiebant: & sic eos reliquerunt. M. S. non reperiebunt &c. V. 21. Et illa Ecclesia filialis est illi Ecclesiæ in monte Oliveti. M. S. similis est illi, &c. V. 24. qui erant in Synodo. M. S. qui erant ibi in Synodo.

Pag. 506. V. 8. nivans candidas nivalésque cadentes de aëreis ætherum arcibus, &c. M. S. nivalésque cadentes catervas de æriis, &c. V. 15. Ille fomex vel pumex. M. S. ille pumex vel fomex. V. 16. de inferno illo ascendentem. M. S. non habet. illo. V. 22. visionum spectaculum explorata. M. S. visionum spectacula explorata.

Pag. 507. V. 4. & omnium erant & anni. M. S. & omnium erant X. anni. V. 9. Statim ille magno mentis moderamine & dogmatum ingenio, felicem fratrum contubernium, &c. M. S. Statímque ille, &c. felicem fratrum contubernium, &c. V. 20. in alio monasterio, quod infrà stat juxta Raphito. M. S. juxta amnem Raphito. V. 25. illotúmque adminiculo, quam &c. requirebat, M. S. quos requirebat.

Pag.

Pag. 508. V. 7. se commendaverunt piùm precum patrocinio. M. S. pio, &c. V. 23. qualiter modò multas migrando mundi istius permeavit mansiooes. M. S. quali modo, &c.

Pag. 509. V. 10. placidis illum orationum oraculum rogando seu præcipiendo accessivit. M. S. oraculis, &c. arcessivit. V. 13. petitionibus Pontificis simúlque visionibus, se, &c. obedieotiam perficere promittebat. M. S. simúlque jussionibus, &c. V. 31. manebat ad S. Benedictum. M. S. manebat ibi ad, &c..

Pag. 510. V. 1. & inde venit Ticine urbem. Et inde venit ad urbem Brixiam. M. S. non repetit venit. V. 2. ad locum, qui dicitur Charinta, &c. M. S. Charta, &c. V. 16. almúmque ibi habitatioois locum explorando eligereot. M. S. ibidem. V. 23. uodecimo Calendas Augusti fuit. M. S. XI. Kalend. Augusti fuit. V. 27. præcepit, ut, &c. M. S. præcepit illi, ut, &c. V. 28. vir Dei S. Willibaldus. M. S. noo habet sanctus. V. 30. in domo fratris sui Wunibaldi. M. S. S. Wuoibaldi. V. ult. ab eo, quo de Roma pergebat. M. S. quod de Roma, &c.

Pag. 511. S. Bonifacius Archiepiscopus, atque S. Burchardus & Wizo, &c. illum ordinandi consecraverunt. M. S. ordinando, &c. V. 11. quando io Episcopatum consecratus erat. M. S. in Episcopum, &c. V. 14. ante natale S. Martini in Episcopatum consecratus est. M. S. aote nativitatis S. Martini in Episcopum, &c. V. 17. terminabo prolixo itineris meatu. M. S. prolixi, &c. V. 26. cum tribus cootribulibus. M. S. addit suis. V. 28. in locum, qui dicitur Eyster, monasterium construere incipiebat. M. S. in loco, &c.

Pag. 512. V. 6. apes prudentissimæ, &c. properaot. M. S. apes prodentissima properat. V. 24. regendos suos enutrire fœtus. M. S. tegeodo. V. 26. & quemadmodum alumnos suos alere solet infantes. M. S. alumnus suos, &c.

Pag. 513. Inde nunc clarat credentium turba. M. S. clara credentium turba. V. ult. Finit vita S. Willibaldi. M. S. Explicit, &c.

VARIÆ LECTIONES IN VITAM S. WUNIBALDI ABBATIS.

Tom. IV. Antiq. lect. p. 516.

Pag. 516. V. 4. exordiúmque B. Wunebaldi. M. S. exordiúmque virtutum B. Wunebaldi. V. 6. & licèt opaca mentis ignaviæ præpedita. M. S. & licèt opaca mentis ignaviæ præpeditæ. V. 10. non audacitate propriarum confidens virium. M. S. Non audacitati, &c. V. 10. sed quod Christo cooperante. M. S. sed quia, &c. V. 20. & tam ille strenuus. M. S. Et tune, &c. V. 21. despectis pueritialibus inceotivorum lasciviis. M. S. puerilibus. V. 23. ad celsioria vitæ æternæ meritorum profectiones inhiaodo properabat. M. S. ad celsiora vitæ æternæ meritorum provectibus inhiando, properabat.

Pag. 517. V. 1. usque ad maturam LX. annorum. M. S. usque ad maturam ætatem sexaginta annorum. V. 2. vitæ moribus pollendo, proficiendo ad felicem vitæ proventus est exitum. M. S. vitæ moribus pollendo ad felicem vitæ provectus est terminum. V. 6. amicorúmque suorum carnalium affectum postponens. M. S. effectum postponens. V. 10. maluit, quam præsentis vitæ hujus flis. . . divitiarum florere prosperitatibus. M. S. vitæ hujus falsis divitiarum, &c. V. 12. in extremis barbarorum finibus. . M. S. in exterois. Ibid. Vitam ducere monachialem. M. S. Mooachicam. V. 15. Cùm sagax ille votiva voluntatum adimplere optabat desideria. M. S. votiva voluntatis adimplere optaret desideria. V. 16. statímqoe Domino dispensaote ad optatum & desideratum inchoaverit iter. M. S. statim Domino, &c. dispensante ad optatum, & diu desideratum inchoaverunt iter. V. 19. statímque ille suaviter. M. S. statim ille. Ibid. sociatus est comitatu patris. M. S. comitatui. V. 22. Cum consilio & consultu nautarum. M. S. cum, &c. consulto nautarum. V. 23. navilia adepti fuerant loca. M. S. navicularia. Ibid. Et Oceani tunn illi margioem scandentes. M. S. Et ocius, &c. V. 24. cerulæ aquæ limpharum jovaserunt liquida. M. S. cœruleáque lympharum invaserunt liquida. V. 29. voti campi. M. S. voti empotes. V. 30. Deo impendebaot gratias, quòd, &c. portum videre meruerint. M. S. meruerunt.

Pag. 518. V. 3. multísque in itinere sanctorum sacris se commendabant patrociniis. M. S. sanctorum se commendabant patrociniis. V. 8. aura vitiosa & nebulosa, borridè itruentes congelescerentur. M. S. aura invita & nebulata borridè irruens, enogelesceret. V. 10. basilicam Petri. M. S. Basilicam B. Petri. V. 13. sicut in alio scripto lib. ---- ordioe asserimus: M. S. & sicut alibi in alio scriptum ordine asseruimus. V. 14. ægrotantem, etiam seminecem obtuleruot illic. M. S. ægrotantem, & jam seminecem obtulerunt illuc. V. 16. terra tumatus. M. S. terra humatus. V. 17. per campestria campium. M. S. per campestria camporum. V. 19. contra immensas alpium ardua, &c. M. S. per immensa alpium. Ibid. usque ad nivatas atque nubilatas rupium saxaces desudantes scandere conabantur. M. S. usque ad nivata atque nebulata rupium saxa desudaotes scandere ennarentur. V. 22. usque dum idonei am-

ampla militum intrârunt terminos. M. S. usque dum condonei amploa militum intravenunt terminos. V. 24. cum comitatu contribulum, ac collegum cœtu. M. S. cum comitatu contribulium ac collegarum cœtu. V. 25. & ſtatim. M. S. ſtatim. V. 27. remiſſionem omnium peccatorum poſtulantes. M. S. remiſſionem peccatorum omnipotentem poſtulantes. V. 28. ut illius promoti patrocinio. M. S. ut illius parmati patrocinio. V. ult. Et ſic ſollerter. M. S. & ſic ſollers.

Pag. 519. V. 3. ſuperni roris humida irrigatus. M. S. humido. V. 6. perſcripta pandimus. M. S. per ſcripta pandimus. V. 7. quia ſicut illic ſore ſolet. M. S. quia ſic illic. V. 9. illic venientes. M. S. illuc venientes. V. 10. Aſt ſic ut per centenos. M. S. Aſt ſic per centenos. V. 11. falangas magna clade comprehenſas. M. S. phalanges magna clade comprehenſas. V. 14. Willibaldus & Wunebaldus. M. S. ſanctus Willibaldus & B. Wunebaldus. V. 16. ut adjuvaret ambobus. M. S. ut adjuvaret ambos. V. 19. cùm vegetata illius ſovere cœperunt membra. M. S. quando vegetata illius fore cœperunt membra. V. 23. ut magis jam didaſcalus, quàm diſcipulus eſſe poterat. M. S. poſſit. V. 25. contribulum collegas. M. S. contribulium. V. 26. pandebantur in pudente illius pectore. M. S. pandebant in prudenti illius pectore. V. 27. amoris ſuavitas manſueta, & zelus rectitudinis robuſtæ. M. S. amoris ſuavitatem manſuetam, & zelum rectitudinis robuſtum. V. 29. ſeptem. M. S. & ſeptem.

Pag. 520. V. 1. ſi ullum, &c. ſecum ducere poterat. M. S. potuiſſet. V. 6. incipiebat, &c. propinquos exhortare. M. S. exhortari. V. 9. delabentis mundi hujus liminis ad anguſtam. M. S. de labentis mundi hujus limine. V. 11. & ſic ammonendo. M. S. & ſic monendo. V. 12. propinquorum atque cognatum vicos & domos permeavit. M. S. cognatorum vicos perviabat. V. 19. Poſthæc itaque cùm electus Chriſti athleta. M. S. poſthæc itaque electus ille Chriſti athleta. V. 20. ſancti Petríque baſilicam. M. S. ſanctíque Petri. V. 21. providæ circumſpectionis gravitate. M. S. provida circumſpectionis gravitate. V. 30. qua res reperire poſſit. M. S. quales reperire poſſit. V. 32. multos contribulum. M. S. contribulium.

Pag. 521. V. 2. ad ſacræ verbis obſequium. M. S. ad ſacri verbi obſequium. Ibid. ut illæ ſuiſſent cooperatores, rogabat. M. S. ut illi fierent. V. 3. protinúſque tunc, dum ſciſcitâſſet, venerandum virum Wunebaldum manere. M. S. Protinúſque dum ſciſcitaretur venerandum virum B. Wunebaldum, &c. V. 5. ſtatimque alloquendo M. S. ſtatim. V. 7. ut, &c. ſolatium &c. illo foret: M. S. illi Ibid. propinquitatis & ſanguinis copulatione. M. S. propinquitate, &c. V. 10. Exhortationum ejus oraculis, &c. ſe perficere promiſit. M. S. Exhortationum oraculis, &c. perficere promiſit. V. 12. Non multo tranſacto temporis ſuppuratione. M. S. non multa tranſacta, &c. V. 18. collegum comitatu. M. S. collegarum. V. 19. cúmque perrexerunt. M. S. perrexiſſent. V. 20. per prærupta. M. S. & per, &c. Ibid. per plana camporum, per lata, &c. M. S. & per plana, &c. & per lata. V. 28. ſermocinabant. M. S. ſermocinabantur. V. 29. ſacra ſubter illis indagabant myſteria. M. S. ſacra inter ſe indagabant myſteria.

Pag. 522. V. 1. aliquanto temporis ſpatio. M. S. aliquanti, &c. V. 2. regulatium monachicalis vitæ normam. M. S. regularis monachialis, &c. V. 3. mente & moribus adimplevit. M. S. & mente, &c. V. 4. & ſecundùm canonicam ritè inſtitutionis formam. M. S. rectæ inſtitutionis, &c. V. 8. commendatus erat illo ſacro moderationis regimine. M. S. commendatum erat illi ſacræ moderationis regimen. V. 10. diuturnæ meditationis ſpeculatione. M. S. diuturna. Ibid. ei aſſiduè ſcripturarum recitatione. M. S. & aſſidua, &c. V. 11. primordiales prophetarum vaticinias. M. S. primordialis prophetarum vaticinia. V. 12. expoſitiones manu aptos habere ſolet. M. S. manu aptas habere ſolebat. V. 13. ut de illorum imitatione ſcripturarum. M. S. de illarum, &c. V. 15. quotidiana ſemper habuit memoria. M. S. & quotidiana. V. 16. & illa, quæ mente meditabatur, Dei gratia, in ore prædicando, & in opere faciendo compleverat. M. S. hæc omninò non habet. V. 17. Cùm enim aliquantis evolutis annorum ſpatiis, incertas Bajoariorum probare volebat incolas. M. S. Evolutis itaque annorum ſpaciis, cùm Bajoariorum incertos probare vellet incolas. V. 19. Ut latior & ſpatioſior Evangelici ſermonis ſata pullularent. M. S. ut latiora & ſpatioſiora. V. 22. magníſque ab illo ditatus erat donorum dignitate. M. S. magníſque ditatus eſt ab illo, &c. V. 24. atque in aliis pecuniarum opulentia. M. S. atque in alia, &c. V. 26. multóſque potentium. M. S. multos potentium. V. 27. mediocres injuſtæ copulationis conjugio nuptiarum, & nihilominus & luxuria pollutos, variósque paganorum præſtigia, quantum potuit à pravitate prohibuit morum. M. S. copulationis conjugio nuptos, & nihilominus fornicariè pollutos, variíſque paganorum præſtigiis, &c.

Pag. 523. V. 2. tantò quis divitior elatus, magnanimitate tumidus, plaude pomposus. M. S. quantò quis divitior elatus magnanimitate, tumidúſque laude pompoſus erat. V. 6. gravi multatur culpa ſententiæ. M. S. culpæ ſententia. V. 9. id eſt, per humilitatem omnibus pari modo divina partiebat. M. S. ut per humilitatem, &c. divina partiretur. V. 11. quia homines natura

tura

tura æquales genuit. M. S. omnes homines, &c. V. 13. quæ vocatur Nordfisule. M. S. Nortfilise. V. 15. & ab illo tempore, quo illie veniebat. M. S. illuc. V. 16. desudans ut illos, quos sub sua habebat potestate. M. S. desudans illos, &c. V. 18. sed secundùm Evangelicam vocem. M. S. secundùm Evangelii, &c. V. 20. pax vestra super eam. M. S. super eam erit. V. 21. pax vestra ad vos revertatur. M. S. revertetur. V. 22. in non multis terrarum locis. M. S. in nonnullis, &c.

Pag. 524. V. 3. aliis diversa dapium dogmata, &c. pandebat. M. S. diversarum dapium, &c. impendebat. V. 4. Aliis, qui arcana. M. S. & aliis, &c. V. 6. lac & lenia ciborum. M. S. leniora, &c. V. 12. ut rigorem correptionis ore proferret peccanti. Sed pietatem compassionis elementer custodivit in corde, M. S. ut, &c. proferret, &c. sed, &c. custodiret in corde. V. 14. omnia omnibus, &c. M. S. & omnia, &c. V. 15. Tum, ille vir. M. S. Cùm, &c. V. 18. cùm illius sic utebatur. M. S. qui illius, &c. Ibid. & illam sic in operatione complevit coopertam. M. S. in oratione complevit, &c. V. 19. Ut nulli, &c. nisi sola superni judicis contemplatione, &c. nota claruerat. M. S. ut nulli, &c. nisi soli superni judicis contemplationi, &c. nota claruissent. V. 22. sed mens humilis, & Deo devotus, &c. M. S. devota. Ibid. nunquam de bonorum dignitate elatus, nec jactantia extollatur humana, nec laude lætabitur labendo. M. S. hæc non habet. V. 26. opera exectando emendare non poterat. M. S. emendari non poterant. V. 29. Et sicut dignus didasculus. M. S. sicut dignus didascalus. V. 31. zelum, &c. ostendebat per timorem. M. S. ostendebat timorem.

Pag. 525. V. 1. multa fari non est opus. M. S. multifariè non est opus. V. 2. Quia nisi sic infirmitate cogebatur corporis, parvum vini potum uti solebat. M. S. Quia si quando infirmitate, &c. parvo vini potu, &c. V. 3. ut jam, &c. probando majorem parcebat gustando continentiam. M. S. ut jam, &c. probando majorem pateretur gustando continentiam. V. 6. in corde cogitando volutare cœpit. M. S. in corde volutando cogitare cœpit. V. 7. an ospiam quidem locum intentioni suæ aptum investigare possit. M. S. menti suæ, &c. investigare posset. V. 13. timebat ne, &c. vini opulentia monachicalem vitæ frangeret disciplinam. M. S. & timebat, ne, &c. monachialis. V. 16. Cúmque inde perrexit. M. S. perrexisset. Ibid. & venit, M. S. non habet, &c. V. 15. Et illi inter se disputantes, & sollertis voluntatis arbitrio effectum perficere, atque implere potuissent. M. S. Et ibi inter se disputantes, & sollerter voluntates consiliabantur, qualiter suæ voluntatis arbitrio effectum perficere atque implere potuisset. V. 22. locum aptum illic reperiérunt. M. S. repererunt. V. 24. monasterium construxisse. M. S. non habet. V. 25. Quod Dominus virtute suæ pietatis, meritáque, &c. Christi confessoris clarere volebat, M. S. virtutem suæ pietatis, &c. V. 28. & clara coram Deo, M. S. omittit, &c. V. 29. Dei agonithetus. M. S. agonista. V. 30. homines dabant illo. M. S. illi.

Pag. 526. V. 1. optaotes, &c. cum illo partire. M. S. partiri. V. 2. ut ille in futuro perpetua illis præstare postularet. M. S. præstari. V. 3. regio, &c. agrestum erat, & sylva totum. M. S. inculta erat & sylva per totum. V. 5. agresta sylvarum loca, suo labore latantes arbores cædebat. M. S. agrestia sylvarum loca, sua labore latans, &c. V. 7. cardôs erutando. M. S. carduos, &c. V. 8. paucósque, &c. casulas instruendo collocavit. M. S. & paucas, &c. V. 9. Ast tunc ille subsummatim, ut fore possit. M. S. ut fore poterat. V. 11. Quia jam olim &c. M. S. quam jam olim, &c. V. 14. adoptaodo ceu desiderans supernæ pietatis suffragio coarctatus inchoaverat. M. S. adoptando seu desiderando supernæ pietatis suffragio cohortatus inchoaverat. V. 15. & tunc perferre, &c. decrevisset. M. S. decreverat. V. 18. belligerus atque beatus barilion. M. S. belligerosus, &c. V. 19. Cùm, &c. inhabitare cœpit. M. S. dum, &c. inhabitare cœpisset. V. 20. idololatria colentes, alii aruspicia observantes, alii. M. S. idololatriam colentes. ibidem invenit. Alii namque Aruspicia observantes, &c. V. 21. divinationes dæmonum dicentes. M. S. docentes. V. 22. Alii incantationum frivola facientes, alii nigromanticas, sed & alias multas, quas nuoc longum est enumerare, quas popularem & publicè perniciosa perficiebat, pro nefas, & nihilominus alios, qui injustæ copulationis conjugio conjuncti, contra legem Domini vitialiter viciabant fornicaciali polluti spurcitia. M. S. Alii nicromantici. Sed & alia multa, quæ nunc longum est enumerare, popularie & publicè perniciosè perficiebant profani. Et nihilominus alii qui, &c. vicialiter victitabant, fornicali spurcitia polluti. V. 28. nonnulli, qui cum suis propriis propinquis, &c. nupti fuerant. M. S. Nonnulli cum propriis, &c. V. 30. & quod his adhuc pejus erat. M. S. pejus est. ibid. quod multi, qui sacerdotalis ordinatione presbyteros, & sacro altari deservire debuerant. M. S. multi, qui sacerdotali ordinatione presbyteri sacro altari, &c. V. 32. immunditia & fornicatione magis, quàm divina servitutis solertia subditi, & refrænati fuerant, aliósque laicorum & clericorum concubinas injustæ copulationis societate contaminatas. M. S. immunditiæ & forni-

& fornicationi magis, quàm divinæ servitutis solertiæ, se subdiderunt, refrænati sunt, aliíque laicorum & clericorum concubioatum, injustæ copulationis societate contamioati erant.

Pag. 527. V. 3. Istis omnibus ipse contradicendo, eósque increpando, disjungebat. M. S. Istos omoes, &c. V. 6. & licèt lugubrem tamen discidiam & distensionem inter illos faciebat. M. S. & licèt lugubré tamen discidium, & discessionem, &c. V. 9. demeotatioois causa, contra illum fremebando Insidias illo tendebant, &c. ad comburendum, &c. M. S. dementiæ causa cootra illum fremendo, iosidias illi tendebant, &c. ad conterendum. V. 11. totiens, &c. illum perdere volebant. M. S. multotiens, &c. V. 17. sacra seminando, M. S. sacra dogmata seminando. V. 20. opera pravorum perniciosa corrigendo corrigebat. M. S. perpera pravorum perniciosa corripiendo corripiebat. V. 21. suadendo sedavit. M. S. sedabat, &c. V. 22. quoniam contra atroces, &c. M. S. qui contra, &c. V. 28. ut ille, &c. mirialiter demulcebat, M. S. demulceret. Ibid. & secundùm scripturam. M. S. & juxta scripturam. V. 30. sic faciebat ille, M. S. & ille, V. ult. ad rectam veritatem viam. M. S. veritatis.

Pag. 528. V. 2. non habetur, quod est in M. S. Et iterum, & diligenter auditur, qui diligitur. V. 5. Cúmque, &c. celsius & celsius cooscendebat. M. S. cúmque, &c. celsius consceodisset. V. 9. cum divinis seu sæculariis vitæ alimentis ubertim alendo pascebat. M. S. seu secularis vitæ, &c. V. 13. acris luporum morsibus circumeundo obstabat. M. S. aeribus, &c. V. 14. intra ovile & Christi gregis caulas coovocando. M. S. iotra ovilia, &c. V. 17. super gelidas aquarum latices. M. S. soper gelidos, &c. V. 18. de occidentali occasui plaga ad orientale ortu solis suo gregi gubernatorem, &c. præbere prædestinavit. M. S. de occidentali occasus plaga, ad orientalem ortum solis, suo grege gubernatorem, &c. præbere, &c. V. 22. ad oemorosis æternæ vitæ arvis præeundo perducebat. M. S, ad nemorosa æternæ vitæ arva præeuodo perducebat. V. 23. Denique posthæc cúmque. M. S. Cùm. V. 24. magisteriale dignitatis indole subditis. M. S. Magisteriali dignitatis indoli subditis. V. 25. sed & etiam M. S. omittit &. V. 28. patula paodens. M. S. panderet. Ibid. ita ut raró, &c. cessavit modulatio. M. S. cessaret.

Pag. 529. V. 1. permanentes claruerunt oracula. M. S. permanentia. V. 2. per arctam & celeberrimam cœlestis vitæ callem. M. S. per artum & celeberrimum. V. 4. tuoc transactis temporibus. M. S. omittit, *tunc*. V. 5. Cúmque venerandus. M. S. omittit. cúmque. V. 7. ægritudo jam tunc magis, quàm membra iovalescebat. M. S. per membra. V. 10. babebat corporis attos. M. S. artus. V. 11. antequam de muodo pergeret. M. S. migraret. Ibid. tam infirmus tam imbecillus. M. S. cúmque imbecillis. V. 12. ut pergere non poterat. M. S. non potuerit. V. 14. pergebat in Francios ad Megingozo. M. S. pergebat io Fraocos ad Megingozum. Ibid. veniebat ad Fulda. M.S. ad Fuldam. V. 17. ita etiam tuoc obitus sui diem imminere æstimabat. M. S. ita ut jam tunc, &c. æstimaret. V. 18. Et tunc post tres hebdomadas meliùs habebat. M. S. & post tres bebdomadas meliùs babere cœpit. V. 19. pergebant, & veneruot, &c. & ibi manebant. M. S. pergebat & venit, &c. & ibi maoebat. V. 23. & venit ad urbem, quæ vocatur Wirzburch. M.S. & venit ad Wirzburg. V. 27. Cúmque mens, &c. devotus & multò agilior, quàm corpus perferre poterat. M. S. mens, &c. devota, &c. potuerit.

Pag. 530. V. 1. ut cum illis consortium, ut ejus communionem illo babere licitum foret. M. S. consortium vitæ & communionem illi, &c. V. 6. ut illic transiret. M. S. illuc. Ibid. Cúmque ista cogitaverat ipse &, &c. volutabat. M. S. cogitaret, &c. &, &c. volutaret. V. 10. ut, &c. consilium darent. M. S. sibi dareot. Ibid. Cúmque congregaveruot & loquebantur, &c. M. S. congregarent, & loquerentur, &c. V. 11. & ille iodicavit. M. S. & illi indicaret. V. 14. sic dixerunt. M. S. sine *sic*. V. 15. Quod illis melius videtur fuisse propter iofirmitatem & imbecillitatem. M. S. Quod illis melius esse videretur pro infirmitate & imbecillitate. V. 17. habitaculum, quod, &c. in agresta adquiesceret silvia. M. S. in agresti adquisierat sylva. V. 19. sed inbabitaret, sed adoptivos natos, &c. M. S. & adoptivos. V. 21. Domino acquisivit. M. S. noo habet, *Domino*. V. 23. sed, &c. coronatus virtutibus beatificatus ad vitæ æternæ pervenisset bravium. M. S. virtutibúsque beatificatus, &c. perveniret, &c. V. 26. Et tunc, &c. M. S. non babet. V. 28. io uno latere canimate. M. S. camioate. V. 29. quando pro infirmitate poterat. M. S, præ infirmitate, &c. V. 30. qui prius quando ægritudo illa non fuerat impedimentum, aut raró aut nonquam dies transiit, quin missam non faceret. M. S. quia prius, &c. quin missam faceret.

Pag. 531. V. 1. tunc itaque cúmque. M. S. non habet, cúmque. Ibid. membra, quas ille ipse per, &c. ad instar martyrio affligere solebat. M. S. membra, quæ, illa per, &c. ad instar martyrii. V. 6. affecta ac confecta, &c. maoifestabant. M. S. atque constricta, &c. V. 8. de temporalis bujus laboribus. M. S. de temporalibus, &c. V. 10. fratrem suum venire rogabat ad eum.

M. S. ad

M. S. ad ſe. V. 11. Cúmque, &c. Willibaldus, &c. veniebat, & introibat. M. S. Cúmque, &c. S. Willibaldus, &c. veniret, introivit, &c. V. 15. Tunc quippe, cùm ille mortem propè inſtare viderat. M. S. dum ille, &c. inſtare videret. V. 21. & Deo promiſiſtis. M. S. non habet. Ibid. in omnibus ſervate properate. M. S. conſervare, &c. V. 23. vinculum obedientiæ, quod mihi promiſiſtis, & ego vos ligatos habebam. M. S. & quo ego vos obligatos habebam. V. 24. rectæ inſtitutionis formam, quam vos Deo ſubdidiſtis. M. S. qua vos Deo ſubdidiſtis. V. 25. Nec meum eſt vobis laxare. M. S. hoc vobis laxare. V. 27. verborum & factorum, quæ, &c. oblivione tradidiſtis. M. S. aut factorum, quæ, &c. oblivioni tradidiſtis. V. 29. Et quidquam vobis per me contrarium accidiſſet. M. S. quidquid. V. 31. remiſſionem vos omnium tribuite. M. S. remiſſionem nobis omnium tribuite.

Pag. 532. V. 2. quod nunc eſt, propè etiam imminet dies exitus mei, quia anima mea, &c. M. S. quia nunc propè imminet dies, &c. quo anima mea, &c. V. 4. à laborum requie, &c. ſicut ipſe mihi concedere dignetur, debeo pervenire. M. S. ad laborum requiem, &c. ſicut, &c. concedere dignatur, debet pervenire. V. 8. & rurſum elevatis in cœlum oculis. M. S. & ſurſum, &c. V. 11. exhalavit ſpiritum. M. S. exhalabat, &c. V. 14. oblationibus illum de mundo tranſiturum comitabantur. M. S. illius de mundo tranſitum, &c. V. 17. Illud ſarcofagum, &c. fuerat exciſum. M. S. Ille ſarcofagus, &c. fuerat exciſus. V. 21. diem obitus ſui, antequam de mundo pergeret, ille ipſe præſcivit. M. S. antequam de mundo tranſiret, ipſe præſcivit. V. 30. vitam B. Wunebaldi Confeſſoris quod à ſorore ejus, & ab aliis venerandis viris, quas illo, &c. conjuncti fuerunt. M. S. Confeſſoris à ſorore ejus, & ab aliis venerandis viris, qui illi, &c. conjuncti fuerant.

Pag. 533. V. 2. illo, &c. ſubditi. M. S. illi, &c. V. 3. Iſtas, quas nunc capitulamus. M. S. Iſta verò, quæ nunc capitulamus. V. 6. Dominus per ſuam gratiam & merita Chriſti confeſſoris comparuere, hominibúſque præparere dignatus eſt. M. S. per, &c. merita ſui confeſſoris comparare, hominibúſque comparare dignatus eſt. V. 9. Poſtquam ille ſanctum corpus ejus &c. tumatus. M. S. Poſtquam ſanctum corpus ejus, &c. tumatum. V. 12. Ille & alius presbyter cum eo. M. S ille & alii presbyteri, &c. V. 13. totam ſeptimanam illam quotidie, &c. M. S. per totam ſeptimanam illam. deeſt, *quotidie*. V. 14. Cúmque unus intravit in Eccleſiam. M. S. intraret. V. 16. & cito, ut intravit, tam magnus Eccleſia miranda ſuaviſſimi odoris nectar obviam illo, quando aperuit januam, veniebat. M. S. & citò intravit. Tum magnus & mirandus ſuaviſſimi odoris nectar obviam illi. *Cætera non habet.* V. 20. Quod cùm ille reperiebat, ſtatim exibat foras. M. S. Quod cùm ille ſentiret, ſtatim exivit foras. V. 22. qui cum eo teſtis aſſertor fuiſſet fidelis. M. S. teſtis & aſſertor eſſet fidelis. V. 24. non poterant cognoſcere. M. S. non potuerunt. V. 26. accidebat in illa Eccleſia. M. S. in ipſa, &c. V. 27. ſancti Confeſſoris. M. S. non habet, *ſancti*. Ibid. quod lumen, quod intus erat. M. S. ut lumen, quod, &c. V. 28. ſine manibus hominis ardere cœpit. M. S. ſine manibus hominis incenderetur.

Pag. 534. V. 1. in dextera manu & in brachio illo, & ſic, ut jam paralytica & pœne arida fiebat. M. S. in dextera manu & brachio illius, ſic ut jam, &c. fieret. V. 3. illic veniebat. M. S. illuc, &c. V. 4. Et ſic in iſtis primis apparuit. M. S. & ſic in iſtis primùm apparebat. V. 7. nunc longum omnia, &c. intimare. M. S. longum eſt omnia, &c. intimare. V. 8. quas conſtat, quòd Dominus ſuæ pietatis ſolatio, affectúque confeſſoris perficere dignatus eſt. M. S. quæ conſtat, quòd, &c. affectúque ſui confeſſoris. V. 10. cúmque Epiſcopus noſter Willibaldus. M. S. Poſt aliquot annos Epiſcopus noſter ſanctus Willibaldus. V. 14. Eccleſiam, &c. majora quàm priora. M. S. majorem quàm priorem. V. 15. magnificatus fauſtus fulgebat. M. S. magnificatus fauſtúſque fulgebat. Ibid. ita jam tunc, &c. celeberrimæ creverint, &c. modulationes. M. S. jam tunc, &c. ita celeberrimæ, &c. modulationis. V. 17. Cùm illi congregati celeriter cum Clero, &c. M. S. Tum illi. V. 20. confodentes fundaverunt lapides. M. S. fodientes, &c. V. 21. & finitimis firmando fabricaverunt. M. S. cum finitimis. V. 25. & ſic illi attonantes ſonitum audientes, &c. M. S. attonantis, &c. V. 29. poſtquam illud ſublimatum in alto erectum. M. S. in alto eſt erectum. V. 30. ſacro ſæculorum ſatore ſeu omnium ſalvatore ſacratum ipſo die, &c. M. S. ſacra ſæculorum Satori ſeu omnium Salvatori ſacravit. In ipſo die, &c.

Pag. 535. V. 1. Ipſo die priùs poſt unum annum Willibaldus Eccleſiam, &c. conſecravit Salvatore. M. S. ipſo inquam die poſt annum unum S. Willibaldus Eccleſiam, &c. conſecravit, &c. Salvatori. V. 5. Quod de illo viro præfecti illius. M. S. de illo vico. V. 12. eſuriebat, tulit de farina Domini ſui. M. S. tulítque. V. 13. Quod cùm fecerit, timens tremere cœpit. M. S. quod cùm feciſſet. V. 15. furata eſt de farina monachorum. M. S. furabatur, &c. V. 16. replevit modicum, quod priùs dempſit. M. S. quem priùs dempſit. Ibid. poſtquam illa molavit duorum modium, quæ intus faciebat nihil exivit foras, &c. Poſtquam autem illa molere cœpit, duorum modiorum quod intus miſit intra molam, nihil exivit foras. V.

18. cúmque illa ſic molans magnum temporis inducium, uaque dum omne granum, quod babuit, molatum fuit, & nihil venit foras. M.S. cúmque illa molendo magnas temporis inducias conſumeret, usque dum omoe granum, quod habuit, molæ immiſit, & nihil venit foras. V. 21. quia neſcit, quod evenerat. M.S. quæ neſcivit, &c. V. 22. indicavit molario, quid acciderat. M.S. indicavit molendinario, quod acciderat, &c. Ibid. tunc illi conſiliantes inter ſe, quid feciſſent. M. S. quid facerent. V. 25. ut, &c. illis adjuvare digneiur. M. S. ut, &c. illos adjuvare dignaretur. V. 26. & confitens poſtea peccatum. M. S. & confeſſa. V. 27. petitionúmque patrandam optimè meruerunt. M.S. petitionúmque patratym obtinere meruerunt. V. 31. &c. pietate creditoris, ſuíque ſanctitaris potentia, facinora, &c. vetaverat in vivis pravè agentibus. M. S. pietate conditoris ſuæque ſanctitatis potentia, facinora, &c. vetuerat, in vivis benè agentibus.

Pag. 536. V. 3. En igitur. M. S. non babet, *En.* Ibid. tranſacto temporum inducio & annorum curticulo. M. S. tranſactis temporum induciis & annorum curriculis. V. 4. cúmque jam Dominus virtutem, &c. clarete panderéque procurabat. M. S. cùm jam Dominus virtutem; &c. clarificare panderéque procuraret. V. 6. Cùm autem geminaes, &c. M. S. non habet *autem*. V. 7. perſpicuus aurora lucis ortu cum ſole prorumperet, dies conceptione Joannis Baptiſtæ & nihilominus æquiparante, &c. M. S. perſpicuus auroræ ortus cum ſole prorumperet, diésque conceptionis S. Joannis Baptiſtæ illuxiſſet, & nibilominus æquiperante, &c. V. 10. quod æquinoctium vocarur, quod denuo in anno primùm creſcente die, & ſecundò decreſcente die ſolet fieri. M. S. quod æquinoctium autumnale vocatur, quod denuo io anno ſolet fieri, hoc eſt, primum, creſcente die, & iterum decreſcente. V. 13. quem, &c. patula pandebat. M. S. quæ, &c. patula pandebatur. V. 15. Cùm prædictus illc illuſtrandus. M. S. cùm prædictus inquam illuſtratus. Ibid. inclytus æquinoctii per vitreas camporum planities oriendi illuxiſſet. M. S. inclytus æquinocii dies, &c. oriendo illuxiſſet. V. 18. tegumentum tugurii. M. S. tegmen. V. 19. in tellure tectus tenebatur movere. M. S. tectum tenebatur. V. 20. Cúmque illi foderunt. M. S. foderent. V. 21. velamen tegere, nares ſuas cooperire tentaverunt. M. S. velamine nares ſuas tegere cooperitéque tentaverunt. V. 24. nectarem neſciebant, quæ intus celata latebatur limo. M. S. Nectar neſciebant, quod intus celatum laticabat in limo. V. 25. cúmque illi fodere cœperunt, &c. & illi duo intus manebant. M. S. fodere cœpiſſent, &c. & alii duo, &c. V. 26. quorum alter ſacerdotali digniete presbyter & alter. M. S. presbyter erat & alter, &c.

V. 29. Cúmque illi fodientes ad antrum venerunt, &c. M. S. veniſſent, &c. V. 30. ſtatimque illam reperientes, integram & illæſam aperiebant. M. S. ſtatim illum reperientes integrum atque illæſum aperiebant. V. 32. omniáque tuta in terra tumata compatuerunt. M. S. tumulata.

Pag. 537. V. 1. illum moventes de ſepulchro, &c. gaudentes, noti campi leviter de terra levaverunt. M. S. votique compotes. V. 2. de toto corpore integrum. M. S. non habet *de.* V. 4. Ille Epiſcopus hæc omnia ſuſtinendo foras manebat. M. S. Epiſcopus autem omnia hæc ſuſtinendo foris manebat. V. 5. ambiguitate timidus. M. S. timidus erat. V. 6. incerta futurorum fata neſciens ſollicitudine ſuſceptus, de ſui fratris corpore tam longè in terra tumato, qualis ipſe, &c. apparere concederetur. M. S. facta neſciens ſollicitudinéque ſuſpectus, de ſui fratris corpore tam diu in terra tumulato, qualis ipſe, &c. V. 9. Sed tum Epiſcopus mentis triſtitiam mæſtitiámque deponens. M. S. Sed tu ô Epiſcope mentis mæſtitiam triſtitiámque depone. V. 12. fœtidum reſurgere reveniréque fecit. M. S. reviviſceréque. Ibid. Ille nunc ſolidatum, &c. ſervabat. M. S. idem nunc, &c. V. 16. Epiſcopus intravit cum ſuo Clero in Eccleſiam. M. S. omiſit, *cum ſuo Clero.* V. 17. Cúmque illius Clerici bora complera fuerat tertia, Epiſcopus noſter Willibaldus ſacerdotali veſtiebatur indumento, ut facta miſſarum ſolemnia, fidelis finitimum falangis canendo celebraret. M. S. Cúmque bora diei tertia completa fuiſſet, Epiſcopus noſter S. Willibaldus ſacerdotali veſtiebatur indumento, ut ſacra miſſarum ſolemnia, fidelibus finitimorum phalangibus canendo celebraret. V. 20. Nec longum fuit, ſed quod celebratur Miſſarum ſolemnitatibus, illum potdcum, qui fabricatus atque paratus in Orientali tenebatur plaga, illum dedicando almis orationum exercitationibus Chriſto commendando. M. S. Nec longum fuit, celebratis miſſarum ſolemniis, ſtatim illam porticum, quæ fabricata atque parata in Orientali plaga tenebatur, hoc eſt, ſanctuarium, almis orationum benedictionibus Chriſto commendando, &c. V. 25. Non omnis illa Eccleſia adbuc edita ſubtiliter in ſublime erigebatur, ſed unus porticus in Orientali plaga præpropere ponebatur, ut illic almus altiſſimi athleta poneretur in cripto. M. S. adhuc edita, ſubtilitérque in ſublime fuerat erecta, ſed una tantùm porticus, &c. præpropero ponebatur opere, &c. ut illic, &c. in cripta. V. 28. Poſtea Epiſcopus, & cuncta cum illo ſacra piûm ſenatus, & nibilominus alii civium cuneos intrantes tumultuabant, & viſione lætabantur, cùm ſanctum Chriſti confeſſorem, viſibilem coram populo publicè prolatum perſpicere meruerunt. M. S. & cunctus

ctus fatrapum fenatus, & nihilominus civium cuneus, intrantes tumultuabantur, & lætabantur visione, quòd sanctum Christi confessorem visibiliter publicè coram prolatum prospicere meruerunt.

Pag. 538. V. 1. iotraverunt suppliciter, & sanctnrum subsidia rogabant, suóque sanctitatis suffragin, suas commendaverunt animas. M. S. Intraverunt itaque suppliciter, & sanctum suffragia rngabant, suæque sanctitatis suffragin, &c. V. 3. nulln erat latitus. M. S. nulli erat lateni. V. 7. almnm hnnorate Wunebaldum sanctum, & cum Deo veneratum. Tunc ille venerandus atque pius populi speculatnr intravit, fignum atque pscis proprin porrigebat fratri, &c. M. S. almum hnonrate, Wunebaldum sanctum atque pium pnpuli speculatnrem, intravit saoctus, & saoctum salutavit, atque figoum pacis proprio pnrrigebat fratri. V. 11. Dominum glorificandn. M. S. Dnminúmque glnrificando. V. 12. nsculabatur fratrem ipse Episcopus. M. S. osculabatur ergo fratrem, &c. V. 13. mnoasterium habebat. M. S. mnnasterium servandn docebat. V. 14. sed & aliæ amicæ ejus, atque juniores, quos ille erudiendo docebat. M. S. hæc nnn habet. V. 18. Cúmque sursum levatus fuerat in excelso, Presbyteri. M. S. Cúmque sursum levatus fuisset in excelsum. V. 19. Mooachi tumultuaotes circa tumbam. M. S. Monschi tumultuantes circa tumbam, condensabaotur. V. 20. & qui nno poterat ad eum contingere, conabatur, ut saltem una manu ad eum pertingendn perveniret. M. S. & qui nnn poterant eum cnntingere conabantur, ut saltem unam manum porrigendn pervenirent. V. 22. Cúmque illi psallentes, cœlestia modulantes portabant eum ad sepulchrum. M. S. cœlestiáque modulantes portarent. V. 25. jueundis juvenum jubilatinnibus, qui suavis sanctnrum sempiternis modulatinnibus garrulè concioendo crepitabant eliganter, &c. M. S. jocundis juvenum modulatinnibus, qui suavibus, &c. crepitabant eleganter. V. 27. multis vocibus. M. S. multísque vncibus. V. 29. cum magnn honore ambulantes portabant sanctum, &c. M. S. nnn habet, *ambulantes*. V. 30. in illn portico, de quo suprà diximus. M. S. in illa porticu, de qua, &c.

Pag. 539. V. 1. Cúmque missa acta erat. M. S. cúmque missa esset peracta. Ibid. & sancta snlemnia celebrantur, omniáque, venerabiliter cnmpleta sioiuntur, gratias agehaot Deo, sanctóque Wuoebaldo. Et posteaquam nmnia benè erant acta, illi remeantes pergehaot io arva ad suas macellas. M. S. & sancta solemnia celebrata nmniáque venerabiliter completa, gratias agentes Deo & S. Wunebaldn remeabant unusquisque ad propria. V. 6. Crastina die. M. S. Crastina verò die. V. 8. cúmque illa veniebat & sedebat ad sepulchrum sancti Confessoris Christi. M. S. Cúmque venisset & sederet, &c. sancti Confessnris. oon habet, *Christi*. V. 10. Subitn statim, &c. M. S. caret, *statim*. ibid. membra crepitare cœperunt & revivere. M. S. & revivisceere. V. 12. ejus artus calebant. M. S. calefiebant. V. 13. statim pristina restituta erat illa sanitas, & sic illa salva facta in illo lnco revixis artubus, & sann cnrpore sacrum velamen assumpsit. M. S. statim pristinæ restituta sanitati, in eodem loco sacrum velamen assumpsit. V. 16. evenit, quòd unus homn vinctus ducebatur. M. S. ut unus, &c. duceretur. V. 18. ducebatur vioctus & astrictus. M. S. onn habet. V. 19. mooasterium illud. M. S. non habet, *illud*. V. 23. Dnminum deprecabat, sanctúmque Confessorem. M. S. Dominum deprecabatur per sanctum Coofessorem suum. V. 26. vineula, cum quibus erat ligatus. M. S. non habet, *cum*. V. 28. sancto Crucis signn suam signabat faciem. M. S. nnn habet, *crucis*. V. 29. Et dum ille lætus & hilaris Dnminum laudabat. M. S. Tum ille, &c.

Pag. 541. Dun paragrapbi sequuntur, in editinne Canisiana, quibus nmninn manuscriptus caret.

VARIÆ LECTIONES
IN VITAM
S. WALBURGIS
TOM. IV. ANTIQUÆ LECT. pag. 563.

Pag. 564. V. 1. Hinc est, quòd sinceritati, &c. vitam, &c. nffero. M. S. nfferre. V. 5. S. Walpurgis vitam à me transcribi petistis. M. S. prædictam S. Walpurgis vitam, &c. V. 6. cum ex re petita. M. S. cùm ex nre petita. V. 18. fili Dei JEsu Christe. M. S. filii, &c. V. 31. in æternam sublimaoonem cnmmutantes. M. S. in æternam sublimitatem, &c.

Pag. 565. Emeodatinri stylo, quo pnssumus, ùt decet, exnrdiamur. M. S. quo possimus, &c. exnrdinamur. V. 15. Virgn Deo placita. M. S. Dei placita. V. 18. nbducto tenebris ignnrantiæ mundo. M. S. abductn. V. 21. constituta est suis præire. M. S. cnnstituta & suis præire. V. 28. Nimirum eum decebat. M. S. Nimirum enim decebat.

Pag. 566. V. 5. fratres germanitate uterinos habuisse legitur. M. S. Uteri hos. V. 11. Beatus etiam Willibrordus. M. S. Sanctus etiam, &c. V. 12. Sola sanctitate mirabilis, de ejus. M. S. mirabilis martyr, de ejus, &c. V. 16. scriptum est, fore potest

test iotelligi. M. S. scriptum est, & fore potest intelligi. V. 23. saoctæ genealogiæ. M. S. sacræ, &c.

Pag. 567. V. 2. miræ fragrantiæ. M. S. flagrantiæ. V. 6. Sole justitiæ. M. S. solo. V. 16. depasti, &c. revertamur. M. S. depasci. V. 25. Sciendum igitur. M. S. ergo.

Pag. 568. V. 6. ac Wuoebaldi. M. S. ac B. Wunebaldi. V. 8. quæ etiam pauperibus gravis esse solet. M. S. quæ & pauperibus, &c. V. 23. Quod ita factum est. M. S. Quod & ita factum est. V. 25. S. Bonifacius. M. S. Beatus, &c.

Pag. 569. V. 9. transmitteret. M. S. cum transmitteret. V. 12. in Alemannia ad Pipioum. M. S. in Alamanniam ad Pyppioum. V. 19. ad sacerdotii gradum, &c. promovit. M. S. oon babet, *ad.* V. 20. io laude, &c. acclamantibus. M. S. in laudem. V. 27. ad tantum culmen perfectionis provexit, ut, &c. M. S. provexerit, ut, &c. V. 30. Cùm hæc, &c. gererentur. M. S. agerentur.

Pag. 570. V. 7. Jerosolymam. M. S. Jerosolymam venit. V. 17. in mooachum & fratrem. M. S. &c. coofratrem. V. 30. quam, &c. multoties eum liberavit. M. S. multotiens eum liberaverit.

Pag. 571. V. 1. lumen oculorum, &c. orbatus. M. S. lumioe V. 19. & obediendum missus fuerit. M. S. & obediendum ei à Domioo Papa missus fuerit.

Pag. 572. V. 7. qui utrique ad S. Booifacium venientes. M. S. qui uterque. V. 19. & in omni. M. S. non babet, &c. V. ult. successores ejus. M. S. successores sui.

Pag. 573. V. 6. omnibus ritè succedentibus. M. S. &c. ritè sibi succedeotibus. V. 8. Vestis illa, &c. M. S. Vestis ista, &c. ibid. quo & summus Pontifex. M. S. quo etiam summus Pootifex. V. 12. in exhibitiooem coosummatæ virtutis. M. S. io exhibitione. V. 16. tractanda præmisimus. M. S. promisimus.

Pag. 574. V. 2. decretum in factum prodiit. M. S. in factum producuot. V. 20. cùm ei aliquid licet. M. S. cùm enim, &c.

Pag. 575. V. 14. io expensis & impensis. M. S. expensis vel impensis. ibid. provisiooe, &c. quæ requirebaotur. M. S. requirebatur. V. 20. ut Deus deorum, &c. M. S. Et Deus, &c. V. 22. benedictioois æternæ charismata requirens. M. S. futuræ benedictionis charismata ioquirens.

Pag. 576. V. 23. loca sanctificatiooum circueuntes. M. S. circumeuotes. V. 27. laudabilem atque amabilem omnibus oobis ostendit. M. S. amabilem atque laudabilem.

Pag. 577. V. 24. quatenus ad fratrem suum, &c. destinaret. M. S. quatenus eam ad fratrem, &c. V. 25. Videlicet Wunebaldum Abbatem sanctissimum. M. S. Videlicet sanctum Wuoebaldum Abbatem sanctissimum. V. 26. sub regulari custodiâ. M. S. ooo babet. *sub.*

Pag. 578. V. 5. Ut ioibi Deo famulantes. M. S. Ubi inibi Deo famulantes. V. 13. spirituali cooversatiooe. M. S. spirituali ædificatiooe. V. 18. Et studio earuodem se perfici satagebat. M. S. Et in studio, &c. V. 23. sollicita in re & modo. M. S. sollicitè jure, & modo, &c. V. ult. & circa partes Reni. M. S. etiam circa partes, &c.

Pag. 580. V. 3. Non tamen longè petitum. M. S. noo tamen loogè positum. V. 4. quas & verbo. M. S. quas etiam verbo, &c. V. 26. Veriti extollentiam oculorum. M. S. excellentiam, &c. V. 30. mendicitate paupertatis laborantibus. M. S. mendicitati, &c.

Pag. 581. V. 7. Et, item: & ipse impendat, &c. M. S. Et iterum, &c. V. 11. asile & portus. M. S. asilum & portus. V. 14. Cùm S. Wunebaldus. M. S. cùm autem S. &c. V. 27. oec non propter fratris dilectiooem. M. S. *propter.* omisit.

Pag. 582. V. 3. bumano adminiculo. M. S. amminiculo, &c. V. 11. fratris sui Wunebaldi. M. S. oon babet, *Wunebaldi.* V. 23. bumili obedientia. M. S. humili obeditione. V. 28. fuit, &c. tanta, &c. pietatis. M. S. tantæ, &c.

Pag. 583. V. 8. charitate sibi cuoctos coovenientes superabat. M. S. sibi coovivent̃es, &c. V. 12. à, calore, charitatìve dilectionis. M. S. &c. charitativæ dilectionis. V. 16. quod scriptum est. M. S. quoniam, &c. V. 19. Et idem advertit. M. S. Et iterum advertit. V. 31. & forma. M. S. io forma, &c.

Pag. 584. V. 4. io oratiooe positus Deo loquitur. M. S. ooo habet. *positus* V. 5. ut frequentiùs studeaot esse in oratiooe. M. S. frequeoter, &c. V. 9. ut in dubio melius eligaot; in adversitate non deficiant. M. S. & in adversitate, &c.

Pag. 585. V. 1. Luminaribus accendeodis. M. S. incendendis. V. 7. Injurias suas ac penurias coosodalium suarum. M. S. omisit. *suas ac penurias.* V. 10. Deo permittenti. M. S. petenti. V. 18. sorores erant. M. S. Sorores ejus erant. V. 26. propter infirmitatem filiæ. M. S. ooo babet, *infirmitatem.*

Pag. 586. V. 9. sub custodia Christi custodita. M. S. Coostituta, &c. V. 15. io domum suam recepit. M. S. recipit. V. 27. solam cum sola oocte illa reliquerunt. M. S. non babet: *solam, cum.*

Pag. 587. V. 5. aures suæ pietatis M. S. deest suæ. V. 30. iovincibilem eorum iosaniam. M. S. eorundem, &c.

Pag. 588. V. 2. virgioem gratiosam devotè loclamaverint. M. S. virginem gratiosè devotam

cam inclamaverint. V. 15. & tandem ægritudioe. M. S. omisit. *tandem*.

Pag. 589. V. 2. Odor etiam nimiæ suavitatis. M. S. Odor enim miræ suavitatis. V. 18. Deus omoipotens. M. S. Dominus omnipotens.

Pag. 590. V. 3. salubritate suavitatis tam recreati odoris curati sunt. M. S. tam recreativi odoris, &c. V. 8. ad feretrum, in quo sanctum corpus ferebatur, transivit. M. S. noo habet. *ad*. V. 15. quod Mavvenhaim dicitur. M. S. Mavvnbaym, &c. V. 16. inhabitabatur. M. S. inhabitatur.

Pag. 591. V. 6. ei per visum apparuit, ut ad Ecclesiam suam pergerer, imperavit. M. S. & ut ad Ecclesiam, &c.

Pag. 592. V. 6. ostia Ecclesiæ, &c. patula, &c. M. S. bacula. V. 9. præsidiarequirentes. M. S. inquirentes. V. 10. utraque manuum curvedine inhonestam gerens. M. S. utraque manum curvedine inhooestam gerens. V. 18. Nam cùm dies festus &c. adveniret, omnes de provincia, &c. M. S. cùm dies festus, &c. adveniret anous, omnes de provincia, &c. V. 24. secundùm formam artis, quam in retroactis temporibus visitaverat. M. S. secundùm, &c. temporibus in usu habuit. V. 28. evelli facilè noo poterant. M. S. facilè non poteraot separari. V. 29. manus, incidit in taotum horribilem. M. S. &c. incidit in tantam horribilem.

Pag. 593. V. 3. Nam vivens ad limina virginis. M. S. Nam veniens, &c.

Pag. 595. V. 18. perfectè illuminatus. M. S. illuminatur. V. 22. & perscrutator majestatis. M. S. & ideo perscrutator, &c. V. 25. miraculum, &c. quod non est silentio consequendum. M. S. &c. silentio conegendum.

Pag. 596. V. 4. de manibus evanuerunt. M. S. evaouerant. V. 5. itaque quod nulla, &c. M. S. ita quod oulla, &c.

Pag. 598. V. 18. interpella pro me ad Domioum pro conditione peccatorum meorum. M. S. pro condonatiooe peccatorum, &c.

Pag. 599. V. 7. receptum in vasa mundo. M. S. receptum etiam in vase mundo. V. 9. peccata illecebra, &c. M. S. peccata illecebræ. V. 16. injurias, quas Episcopus, &c. sustiouit. M. S. omisit. *quas*. V. 26. liquor, quo iotra spatium unius anoi nequaquam destillaverat. M. S. qui infra spatium, &c. V. 28. ut ampulla, &c. adimpleretur. M. S. ut ampullam, &c. adimpleret.

Pag. 600. V. 8. emanatio sacri olei.. M. S. omisit, *sacri*. V. 15. Et item M. S. Et iterum. V. 19. babet enim promissionem vitæ. M. S. promissiones, &c.

FINIS variarum lectionum in Historias S. Willibaldi, S. Wunebaldi & S. Walpurgis.

PARALIPOMENA
PRO
DIVIS EYSTETTENSIBUS.

A S. Walpurgam sororem sanctorum Willibaldi & Wuoibaldi, & Abbatissam Heidenheimensem obiissa 25. Februarii, & eo die ab Ecclesia Eystettensi anniversariam ejus commemorationem celebrari, satis liquet ex veteri Breviario & Missali Eystettensi, & ex proprio festorum Dioeceseos Eystettensis, quod ouper post introductum in illam Dioecesin Breviarium & Missale Romanum typis evulgatum est. Quapropter non immeritò miratur D. Stevartius, quid Arnoldo Wioni lib. 3. ligni vitæ in Martyrologio Monastico Benedictino ad 25. diem Februarii in mentem venerit; quòd eo die Walpurgam nostram Ordinis S. Benedicti Abbatissam omiserit, substituta in ejus locum Walpurga Moniali, & fundatrice Monasterii Hersvverdensis sorore Luthardi, Episcopi Padeboroensis, quæ vixit circa annum Domini 840. Occisus est Luthardus cum aliis sex Episcopis à Wandalis anno Christi 877. ùt est in Catalogo Episcoporum Padebornensium. Walpurgæ oostræ obitum signat Wioo 27. Aprilis, testémque laudat Trithemium lib. 3. de Viris Illustrib. Ordinis S. Beoedicti cap. 250. sed Trithemius contrarium disertè adstruit. Id ut videas, en tibi Trithemii verba: *Walpurgis Abbatissa in Heidenheim Eistettensis dioecesis, soror S. Willibaldi Episcopi, natione Anglica, Virgo sanctissima conversationis, multis virtutibus & signis clara enituit; cujus inclyta gesta diligenter conscripta sunt. Claruit circa annos Domini septingentos quinquaginta. Obiit V. Calend. Martii.* Ecce V. Calend. Martii, hoc est 25. Febr. mortua est. Ad primum diem Maji notat cum Molano idem Wion translationem Reliquiarum Furnos in Flandriam S. Willibaldi Episcopi, S. Wunibaldi Abbatis, & S. Walpurgis anno salutis M. C. IX. Nam Furnis B

A hoc die agitur anniversaria hujus Translationis commemoratio, in quo Molano rerum Ecclesiasticarum Belgii peritissimo, libenter assentior. Quòd si res ita se habet, cur Wion ad IV. Augusti anouam commemorationem hujus Translationis refert? An Furnenses bis hoc beneficium sibi concessum recolunt? Sed de hoc infrà. Addit Wion: Omnibus, qui Martyrologia scripserunt, primum diem Maji esse natalem S. Walpurgis, *sed se ex Thrithemio didicisse, translationis diem censeri debere.* Martyrologium Romanum nihil de natali, sed præcisè istud: *In Anglia sanctorum Asaphi Episcopi & B. Walpurga Virginis.* Nec aliud olim Martyrologium Adonis, quàm hoc: *Eodem die S. Walpurgis. Virginis.* Martyrologium Usuardi: *Ipso die*

B *sancta Walpurga Virginis.* Nihil de natali. Fateor in Martyrologio Bedæ Calendis Maji notari natale S. Walpurgæ Virginis. Sed idem 25. Februarii ponit idem natale sanctæ Walpurgæ Virginis; nec explicat, de qua Walpurga loquatur. Si tamen hæc & plura talia in eodem Martyrologio sunt à Bedæ manu, non à calamo ejus, qui Bedam additamentis auxit: nam ùt Martyrologium Adonis, ita & Bedæ variis accessionibus locupletatum est; & nominatim quidem Calendis Maji, hæc verba in Adonis Martyrologio: *Eodem die sancta Walpurga Virginis.* Non ab Adonis, sed ab alterius manu esse, notârunt Mosander Carthusianus, & Heribertus Rosvveidus noster; quorum ille primus Martyrologium Adonis publicavit; hic post illum denuo ad manuscriptos codices collatum, notísque illustratum & veteri Martyrologio Ro-

C mano auctum in lucem dedit. Sive enim Beda vitam ad annum salutis 776. produxerit, sive citiùs vivendi finem fecerit (de quo legi poterit Baronius Tom. 9. Anno Christi 731.) credibile non est, S. Walpurgam à Beda in suo Martyrologio poni potuisse, cùm S. Walpurga obièrit anno Christi 776. ùt diximus lib. 1. Observationum ad D. Eystetenses cap. 7. Si igitur Beda ante hunc annum Christi vivere desiit, quomodo S. Walpurgam diu post mortuam suo Martyrologio inserere potuit? Si autem eo anno, quo S. Walpurga vel paulò pòst ad cælestem patriam migravit, credibile non est, eodem statim anno S. Walpurgam à Venerabili Beda in Martyrologium relatam esse, cùm demum post annum Domini 858. per Canonizationem Sanctorum numero accensita sit, ùt diximus in libro de Episcopis Eystetensibus in Otkario VI. ejus sedis Episcopo.

D Die septimo Julii notatur in Martyrologio Bedæ memoria S. Willibaldi. Quis hoc à Beda factum credat, cùm S. Willibaldus ex hac vita excesserit anno redemptoris 781. ad quem annum Bedam pervenisse ægrè etiam illi concedent, qui terminos vitæ ejus quàm longissimè proferunt. Primus ergo dies Maji non est Natalis, seu dies obitus S. Wal-

E purgis, sed est festum Canonizationis & translationis S. Walpurgæ. Ita disertè Philippus Episcopus Eystetensis in Vita S. Willibaldi cap. 21. *Virgo Walpurgis* Deo *charissima finem imponens hujus sæculi laboribus ac doloribus ad bravium æternæ vocationis anhelans ægritudine, quæ ipsam invaserat, invalescente, Ecclesiasticis sacramentis munita, plena Spiritu sancto obdormivit in Domino V. Calend. Martii, hoc est, in crastino S. Matthiæ Apostoli. Festum verò Canonizationis ac Translationis ejus in die Beatorum Apostolorum Philippi & Jacobi consuevit solenniter celebrari.* Eadem idem Philippus in Vita S. Walpurgis Tom. 4. Antiq. Lect. Canisii. Auctor Vitæ Walpurginæ, quam cum Wolfardi Hasenrierani de eadem Virgine li-

F bris quatuor edidit D. Stevartius cap. XI. *Canonizatio* (Walpurgæ Virginis) *facta est ipso die Apostolorum Philippi & Jacobi. In quo usque hodie celebratur festum Canonizationis ejus. Cujus rei gratia eodem die omni anno, processio solennis ab Ecclesia Cathedrali, per Episcopum & Canonicos fit, ad Ecclesiam parochialem S. Walpurgis, ibique officium divinum summa cum celebritate à Canonicis perficitur, eisque Reliquiæ, seu stillicidum ejusdem sanctæ Virginis ad potandum ministratur.* Et cap. 12. *Cujus rei gratia* (oleum S. Walpurgæ) *singulis annis, in die S. Marci, nec non* (primo Maji) *in die Canonizationis sanctæ Walpurgis, Episcopo Eystetensi, & Canonicis, haud non sacerdotibus & Clericis processionaliter in eadem parochiali Ecclesia sanctæ Walpurgis convenientibus ad divinum officium devotè peragendum, sumendum porrigitur in remedium tam corporis, quàm animæ.*

G Sit ergo dies primus Maji festus Canonizationi pariter & Translationi S. Walpurgis, tametsi Trithemius translationis solummodo meminit, ùt & Nona Lectio Proprii Sanctorum Diœceseos Eystetensis; cujus hæc sunt verba *sacræ ejus reliquiæ Calendis Maji translatæ Eystadium perenni fulgent miraculo.* Sed nec Trithemius nec Philippus explicant, quænam translatio sanctæ hujus Virginis celebretur primo die Maji: nam quatuor translationes literis proditas legimus. Prima est totius corporis Heidenheimio Eystadium sub Otkario sedis Willibaldinæ sexto Episcopo, qui sedem illam tenuit ab anno Redemptoris 858. us-

H que ad annum Domini 880. vel ùt alii volunt 888. vide Wolffardum Hasenrietanum lib. 1. de Vita S. Walpurgis Tom. 4. Canisii, & auctorem Vitæ Walpurginæ editum à D. Stevartio cap. 9. Philippus hanc translationem tribuit Heriberto seu Herberto Episcopo XV. sed perperam, ùt ex Wolffardo liquet. Secunda Translatio est illa Furnos in Flandriam, cùm portio aliqua de Reliquiis S. Walpurgæ eò deportata est, unà cum Reliquiis S. Willibaldi, & S. Wunebaldi, anno Domini 870. quæ translatio sub eodem Otkario Episcopo facta est, ùt constat ex ratione temporis. Tertia translatio

A latio portionis cujusdam Reliquiarum S. Walpurgis Eystadio Monheimium, rogatu Liubæ Abbatissæ Monheimensis sub Erchanbaldo VIII. Episcopo Eystettensi, qui cathedram Willibaldinam obtinuit anno Redemptoris 882. & tenuit usque ad annum 902. de qua translatione auctor anonymus Vitæ Walpurginæ cap. 12. Accidit hæc translatio anno Redemptoris 893. ùt idem auctor affirmat. Quarta translatio sub Heriberto XV. Eystettensi Episcopo facta est ex loco, in quo ab Otkario Reliquiæ S. Walpurgis conditæ fuerant ad summum templi Walpurgini altare, ubi hodie requiescunt. de qua idem auctor anonymus loc. cit. Iniit autem Heribertus Episcopatum anno Christi 1022. & tenuit usque ad annum 1042. Quæ igitur ex his quatuor translationibus agitur Ca- B lendis seu primo die Maji? Secundam eo die, sed Furnis tantum agi, facilè mihi cum Molano persuasero. Plerúmque enim solent Ecclesiæ, quibus tale beneficium obtigit, recolere quotannis ejus memoriam, ut se gratos erga DEUM & Cœlites exhibeant. Primam translationem Eystadii & alibi recoli primo die Maji, asserit Nona Lectio in Officio Matutino, quod Calend. Maji in Ecclesia Eystettensi recitari consuevit; disertè enim asserit, Reliquias S. Walpurgis Kalend. Maji translatas Eystadium: At non sunt translatæ Eystadium nisi Heidenheimio. celebratur ergo Kalend. Maji cum Canonizatione translatio Heidenheimo Eystadium.

C Verùm his palam adversatur auctor Anonymus à D. Stevartio evulgatus, qui hujus translationis festum IV. Idus Octobris, hoc est, 12. die ejusdem mensis peragi scribit cap. 11. Et hoc die in monasterio Walpurgino, eóque solo, non extra hæc translatio celebratur, ùt est in Breviario Eystettensi; quo tempore etiam per triduum patet locus ille, ubi ex sacris reliquiis in subjectum vasculum oleum destillat. Wolfardus Hasenrietanus lib. 1. de Vita & miraculis S. Walpurgæ Tom. 4. Canisii ait; translationem hanc factam esse XI. Calend. Octob. hoc est, XXI. Septemb. qui dies S. Matthæo Apostolo dicatus est. Quod si verum dicere oportebit, anniversariam commemorationem hujus translationis in XII. diem Octobris rejectam esse, ita, ut tunc in solo Walpurgino cœnobio agatur, Calendis autem Maji in templo Cathedrali & alibi cum Canonizatione conjuncta, licèt eo die non acciderit, ùt totum est ex Wolfardo & auctore Anonymo suprà adductis.

D Tertiam fortè olim sanctimoniales Monheimenses quotannis celebrabant, quando ea in urbe vetus religio & avita fides regnabat. Nunc hæresis omnia sustulit, & exterminavit. Quartæ translationi nullum diem dedicatum legi, quod sciam. Observa autem S. Walpurgam Adriani II. auctoritate canonizatam esse, sub Otkario Episcopo Eystettensi; licèt scriptor innominatus Vitæ Walpurginæ cap. 11. id factum scribat sub Erchanbaldo VII. throni Præsulis. E

Arnoldus Wion in Martyrologio Benedictino pridie Nonas, hoc est, IV. die Augusti, ita scribit. *Furnis in Flandria translatio S. Walpurgis Virginis, cujus reliquiæ sacræ ibi requiescunt.* Probat hoc ex Molano in Additionibus ad Usuardum, & ex Indiculo Sanctorum Belgii. Verba Molani 4. die Augusti sunt ista: *Item sanctæ Walpurgis Virginis, cujus Reliquiæ sacræ Furnis habentur.* Non dicit 4. die Augusti recoli memoriam translationis Reliquiarum in oppidum Furnense, quod est Diœceseos Iprensis in Flandria, sed ait: eum diem esse sacrum S. Walpurgæ, cujus reliquiæ habentur Furnis. Non dicit, hunc diem S. Walpurgæ dicatum propter translationem Reliquiarum Furnos; imò nec dicere potuit, cùm expressè scribat, memoriam hujus translationis quotannis coli Kalendis, hoc est, primo die Maij. Audi Molanum. *Furnis translatio Reliquiarum Walpurgis, Vuilebaldi, & Wilibaldi* (scribe Wunibaldi) *anno millesimo centesimo nono.* Sed mendosè: cùm in Indiculo expressè dicat translationem hanc factam anno Redemptoris octingentesimo, G septuagesimo, adstipulante etiam Jacobo Meiero, apud quem lib. 2. Annalium Flandriæ anno 870. hæc leges: *Eodem tempore Ferreus Comes* (Balduinus) *Carolum Regem comitatus in Sueviam, deportavit inde secum corpora* (partem corporum) *sanctorum Walpurgis, & fratrum ejus Willibaldi & Winnibaldi, eáque magno cum honore Furnis servanda tradidit, templo, sacerdotibúsque ad id institutis Benedictini nominis, qui postea Canonici facti sunt.* Oportet ergo hanc translationem in Flandriam factam esse sub Otkario VI. Episcopo Eystettensi; nam ipse eo tempore Cathedram Eystettensem tenebat. Vide librum de Episcopis Eystettensibus. Nisi dicere velis, quod D. Stevartio visum, loqui Molanum de translatione, qua in ipso oppido Furnis, vel ad alium locum translatæ sunt.

Cur ergo dies IV. Augusti S. Walpurgæ H dicatus est? Propter egressum seu discessum ex Anglia, ùt ex manuscripto Walpurgini monasterii antiquo codice docet D. Stevartius in Notis ad vitam S. Walpurgis. Ut autem Divorum Eystettensium obitum uno aspectu intueri queas, noveris S. Wunibaldum obiisse anno Redemptoris 760. S. Walpurgam anno 776. S. Willibaldum 781. quos reverenter obsecramus, ut incolas Diœcesis, quam olim doctrina & sanctitate sua illustrârunt, precibus & intercessione sua apud Deum perpetuò adjuvare, & illos, qui à veritatis tramite avii abiêrunt, ad Ecclesiæ Catholicæ unitatem reducere dignentur.

FONS OLEI
WALPURGINI



APUD
EYSTETTENSES
EXPLICATUS ATQUE DEFENSUS
A
JACOBO GRETSERO
SOCIETATIS JESU THEOLOGO.
ACCESSIT
Appendix recentium quorundam
miraculorum, quæ Deus per Oleum
S. WALPURGIS
PATRAVIT.

REVERENDISSIMO
ET
ILLUSTRISSIMO
PRINCIPI
AC
DOMINO, DOMINO
JOANNI CHRISTOPHORO
EPISCOPO EYSTETTENSI, &c.
JACOBUS GRETSERUS.

INter Græcos Patres, ILLUSTRISSIME PRINCEPS, valdè claret Theodoretus, vir doctissimus, Episcopus Cyri; qui magnam luctam suscepit cum Marcionitis, Magis & hæreticis, ab antiquissimo hæresiarcha Marcione Pontico nomen hoc adeptis; quos intra suæ diœceseos limites nullo loco passus est consistere; sed aut ad Catholicam fidem redeundum, aut aliò eundum fuit. Qua sua pastorali cura tam dæmonum, quàm eorum, quos nefarii spiritus miserè deceperant, odia in se concitavit, ita, ut vitæ etiam ipsius insidias struerent. *Execrandus Marcio multas spinas seminavit in regione urbis Cyri*, inquit Theodoretus in historia religiosa cap. 21. quo vitam & res gestas Jacobi sanctissimi Eremitæ describit. *Eas cùm conarer evellere radicitus, omnem laborem subibam, & omnibus machinis assiduè utebar. Qui autem mea fruebantur cultura, cùm me eo nominè deberent diligere, pro eo, ut prophetice dicam, detrahebant mihi: ego autem orabam, & reddebant mala pro bonis, & odium pro dilectione mea: & magicis utentes præstigiis, & malignorum freti ope dæmonum, conabantur bellum gerere, quod sub visum non caderet: & noctu venit quidam dæmon exitialis, clamans, & lingua utens Syriaca: Cur tu bellum geris cum Marcione? Cur hanc pugnam adversus eum suscipis? Quanam is te unquam affecit molestia? Desine belligerare, desiste à malevolentia; aut disces experientia, quantum bonum sit quies. Scias, quòd te jam pridem confodissem, nisi chorum martyrum te custodientem vidissem cum Jacobo.*

Subjungit Theodoretus. *Hæc ego audivi, & dixi cuidam ex familiaribus, qui prope me dormiebat. Audis, inquam, quæ dicuntur? ille verò, Omnia, inquit, audivi: & cùm vellem surgere, & respicere & scire, quis loqueretur, tua causa quievi, cùm te putarem quiescere. Ambo itaque surgentes respeximus, neque ullum, qui moveretur, vidimus, nec qui loqueretur, audivimus. Illa verba alii quoque, qui nobiscum habitabant, audiverunt.*

Quid autem malus genius per CHORUM MARTYRUM innuerit, his verbis explicat Theodoretus. *Intellexi, quòd martyrum quidem chorum dicebat lecythum Olei Martyrum, qui cùm à multis Martyribus collectam haberet benedictionem, pendebat à meo lecto: sub meo autem capite erat magni Jacobi vetus amictus, qui quovis clauftro adamantino validior mihi fuit.* Theodoretus ergo contra veneficos & hæreticos fortiffimè dimicans, oleo ex variis Martyrum monumentis collecto, & à lectulo, in quo quietem capiebat, penfili, fanctíque viri lacernâ, tanquam pretiofiffimo, ùt verè erat, lipfano, fe adverfus Tartareas molitiones communiebat.

Intelligit opinor, ILLUSTRISSIMA CELSITUDO VESTRA, quorfum tendam, quæ dira cum gente lamiarum & hærefeon tot annos jam bella gerens, non parvulam olei facri ampullam, ùt Theodoretus, fed integrum limpidúmque fontem tutelæ loco poffidet, nempe eum, quem fluxus olei ex caftiffimis B. WALPURGÆ Reliquiis efficit: Fontem verè divinum, admirandum omniúmque vocibus & calamis decantandum. Vice magni illius Jacobi, in quo Theodoretus prælia Domini adverfus Marcionitas prælians, plurimum fpei collocabat, funt Divi, patriæ indigetes, WILLIBALDUS, WUNIBALDUS, RICHARDUS, SOLA, SEBALDUS, & alii, qui procul dubio ILLUSTRISS. CELS. VESTRAM apud Altiffimum precibus fuis indefinenter adjuvant.

Et fi quis hodie fimilis Anachoretæ Jacobo exifteret, fortaffe fimile quid audiret ejus, quod audivit Jacobus: cùm enim Theodoreto periculofiffimo in loco certamen cum Marcionitis ingreffo, Jacobus in fomnis noctem integram precibus & lamentis impendiffet: *Audivi, inquit, vocem dicentem; ne timeas ô Jacobe: Magnus enim Baptista* (cujus Reliquias ex Palæftina Theodoretus fibi afferendas curaverat) *tota nocte orat DEUM univerforum: facta enim fuiffet magna cædes, nifi illius interceffionibus fuiffet extincta diaboli audacia.*

Nec minùs folicitè à S. WALPURGA, S. WILLIBALDO, S. WUNIBALDO, aliifque domefticis Divis ILLUSTRISSIMAM C. V.ram poftulâffe & impetrâffe, etiamnum poftulare & impetrare arbitror, quod Theodoretus à fuo Jacobo poftulavit & impetravit: *Supplex ab eo contendebam, ut oraret DEUM univerforum, ut redderet mihi fegetem mundam à zizaniis, & à feminibus hæreticis eam omnino liberaret: me enim valde angebat abominandi Marcionis error, qui plurimùm invaluerat.* Erant autem Marcioniftæ hæretici fimul & Venefici, ùt antea dictum; quorum machinas & tendiculas cœleftibus iftis præfidiis, & amuletis Theodoretus amoliebatur, præfertim urceolo facri olei; cujus loco CELS. VESTRÆ integer fons S. WALPURGIS conceffus eft; de quo, nefcio qua ratione, cùm non ita pridem Divos Eyftettenfes in publicum darem, concifiùs, ne dicam jejuniùs, quàm decebat, à me difputatum eft. Sed quod tunc omiffum, id nunc refarcio, & quidem, nifi fallor, cum fœnore; cujus rei ipfam ILLUSTR.mam CELS. V.ram judicem fero. Cui cùm totum opus de Divis Eyftettenfibus facrum atque dicatum fit; haud æquum eft, ut hæc operis grandioris Appendix alterius patroni nomen præferat.

Quod C. V. non modò volente, fed & bene volente fieri perfuafum habeo. Ingolftadii VI. Calend. Aprilis Anno Redemptoris, M. DC. XX.

Olea-

Oleaceus liquor è sacratissimo D. Walpurgæ corpore, uberrimè destillans, adeò, & origine mirabilis est, & virtute potens, ut eum naturalibus effectibus adnumerare, non sit aliud, quàm naturæ divinam tribuere virtutem: quod ipsum, quia præsens ab Admodum Reverendo P. Jacobo Gretsero, Societatis JESU Theologo eximio, explicatus atque defensus fons Walpurginus clarissimè demonstrat, inprimis dignus est, qui editus in lucem, omnibus innotescat; inde namque non ipsum DEUM solummodò, qui adeò mirabilis est in sanctis suis, verùm & B. ejus Virginem Walpurgam dignè venerari addiscent.

Ita censeo.

LEO MENZELIUS, SS. Theologiæ Doctor, ejusdémque in Academia Ingolstadiensi Ordinarius Professor, Procancellarius, hoc tempore Rector, & Collegii Theologici Decanus.

INDEX CAPITUM.

DIS-

DISSERTATIO DE OLEO S. WALPURGIS VIRGINIS, APUD EYSTETTENSES SEPULTÆ.

CAPUT I.

Fluxum liquoris Walpurgini videri naturalem.

A Condita sunt lipsana Beatæ Walpurgis Virginis Eystadii in summi altaris lapide duro, solido, excavato, & supernè concluso, eo ipso loco, quo à sacrificante sacerdote Corpus & Sanguis Domini immolatur, ita, ut probabile sit, banc tumbam fungi vice sepulchri, quale in omnibus aris consecratis ex ipso consecrationis ritu & præscripto visitur. Infra prædictum lapidem est cavitas seu foramen quadratum, in quo destillat
B stillicidium de lapide superiore, qui sacra Virginis ossa tenet. Videas guttas modò majores, modò minores pisi aut nucis avellanæ magnitudine de lapide supino dependentes, quas omnes excipit latè patens argentea concha. Miraculis & rebus supra naturæ vires fluxum bunc annumerari debere, communis est bominum persuasio, & paulò pòst luce clariùs demonstrabitur.

Posset tamen fortassis Cardanus, aut
C Pomponatius aliquis existere, qui nihil hia supra naturæ facultatem agnoscat, aut veneretur, idque propter hæc argumenta.

I. Quia liquor iste in foramine illo pro-
D duci videtur, eo modo, quo in spelæis & cavernis producitur aqua, vaporibus nimirum sursum attractis, & ad lapidem frigidum iterum frigefactis, & in aquam conversis; aut eo modo, quo aër in vaporariis & calentibus hypocaustis ad vitreas fenestras allisus, in aquam mutatur; & in æstate cantharos scyphósque frigido potu plenos, foris, hoc est, in superficie extima, guttis etiam defluentibus, ubertim manare videmus. Cur? nisi quia calidus aër hostili frigore constrictus, & ad metallum adhærescens, in aquam abit?

II. Forsan lapis, qui Sanctæ Walpurgis E
conditorium est, ea constat materia, ut certis temporibus sudet? Esse enim hujus generis lapides, in Hodœporicis Hierosolymitanis proditum legimus. Et Vitruvius prohibet, ædificio materiam è mari adhiberi, eò quòd semper madeat.

III. Quomodo liquor ex sacro Virginis corpore emanans, lapidem minimè porosum, aut spongiosum, sed durum & solidum penetraret? Num adversus naturæ leges duo corpora in eodem loco collocabimus?

IV. Sudatio illa seu generatio liquoris F
non tantùm fit in lapide, cui impositum est corpus; sed & in laminis argenteis, quibus teguntur parietes, qui lapidem sustinent; item in janua argentea interiore, & in janua ferrea extrema. Quapropter credere non nemo posset, sudationem & liquefactionem istam, babere naturalem originem ex antri vaporositate & vaporum exhalatione, quos madens bumus fortè exhalat & suggerit: qui deinde condensati per appulsionem ad corpora frigida; ùt sunt lapis & laminæ, simul cum portulis; in aquam resolvantur.

V. Nihil de boc liquore ex ossibus S. Wal- G
purgæ fluente traditum est, cùm S. Walpurga adhuc Heidenheimii conderetur. Magna etiam pars Reliquiarum ejusdem Virginis Monheimium venit, ùt ex Wolffhardo Hasenrietano liquet, & tamen nulla olei ex Reliquiis illis manantis uspiam mentio est; cùm alioqui plurima & testatissima quotidie propemodum miracula ederentur, quæ idem Wolffhardus quatuor libris exequitur.

VI. Compertum non est, quando Ey- H
stadii, postquam Virginis lipsana eò translata sunt, liquor iste manare cœperit; & ex iisdem Reliquiis Furnos in Flandriam pars non modica venit, nec tamen Belgici scrip-

scriptores quidquam de oleo inde profluenta memorant.

A Hæc præcipua sunt argumenta, quibus audaculus quispiam, & parùm consideratus fluxum Walpurgini liquoris in ordinem rerum naturalium cogere posset; vel saltem tentare, ut cogeret. sed irrito conatu, ùt jam videbimus.

CAPUT II.

Liquorem S. Walpurgis non esse naturalem, probatur inde, quia medetur variis morbis.

B *De Virgineis Walpurgæ membris, maximè tamen de pectoralibus*, inquit Philippus Eystettensis Episcopus in vita S. Walpurgæ, *sacrum emanat oleum, quod gratia DEI, & intercessione B. Walpurgæ Virginis cæcos illuminat, surdos audire facit, & gressum claudis reddit, cunctisque debilibus optatum effectum devotè petentibus misericorditer indulget.*

Tom. 4. Antiq. lect. D. Canisii.

C *Quam etiam gratiam curationis ipsi experti sumus. Nam gravi infirmitate ægrotantes ad excidium vitæ pervenimus, & rememorantes gratiam, quam B. Walpurgis suis dilectoribus indesinenter ostendit, præcepimus de oleo sacrosanctæ suæ emanationis nobis copiosius afferri, & desiderabili haustu phialam plenam ebibimus; orantes in hæc verba: O Beata Walpurgis Virgo, ob reverentiam B. Willibaldi, fratris tui dilectissimi, cujus successor indignus sum ego Philippus peccator, interpella pro me ad Dominum pro conditione peccatorum meorum, & ut respirem à gravamine hujus ægritudinis, ad laudem DEI omnipotentis, & intemeratæ Matris ejus Virginis MARIÆ. Ut quid plura? Eadem die * creticavimus, & brevi post in tempore sanitati omnimodè restituti sumus.*

* criticum diem habuimus. Edidit D. Stevart.

In alia vita ejusdem Divæ, quæ est quasi compendium Philippicæ historiæ: *De quibus* (Reliquiis) *mirabiliter DEO cooperante, usque in hodiernum diem manat sacrum oleum, seu stillicidium, in signum castitatis: & maximè tempore, quo in eodem altari sacrum Eucharistiæ conficitur Sacramentum. • Quod quidem stillicidium ægris & prægnantibus dignè sumentibus permaxime præstat sanitatis augmentum. Cujus rei gratiâ singulis annis in die Sancti Marci necnon * in die canonizationis Sanctæ Walpurgis, Episcopo Eystettensi, & Canonicis, haud non Sacerdotibus & Clericis processionaliter in eadem parochiali Ecclesia Sanctæ Walpurgis convenientibus ad divinum officium devotè peragendum, sumendum porrigitur in remedium tam corporis quàm animæ.*

* primo Maji.

D An liquor iste, si nil nisi mera & naturalis aqua foret, cæcis lumen, surdis auditum, claudis gressum, aliisque ægrotis optatam sanitatem impertiret? An Clerus & alii statis diebus singulari pietatis affectu liquorem hunc bibissent, si nil aliud fuisset, quàm aqua ex vaporibus generata? E

CAPUT III.

Idem tribus aliis rationibus ostenditur.

Oleum hoc maximè fluit, quando à Sacerdote Eucharistia in altari conficitur, & populo adoranda proponitur. *Hoc quòque sciendum*, inquit Philippus, *quòd hora celebrationis Missarum, cùm Sacramentum Corporis & Sanguinis JEsu Christi in altari conficitur, in quo recondita est, frequentius necnon uberius oleum de sacro corpore ejus distillat. Unde hæc hora pro receptione ejusdem olei diligentissimè observatur.* An hoc naturali fluxui aquæ congruit?

Deinde oleum hoc evanescit, nisi reverenter habeatur; nec defluit; nisi vasculo mundo & decenti excipiatur. *Ipsum quoque oleum*, inquit Epitome Philippicæ historiæ, *seu stillicidium prædictum, si ab aliquo portatum, vel tentum in vase, fuerit irreverenter tractatum, aut quid inhonestum circa illud perpetratum, evanescit: Quod pluribus per experientiam claruit, & nostris temporibus edoctum est. Quare summa cum reverentia servandum, & in loco sacrato conservandum locatur.* F

G *Si phialæ, in quibus sacrum oleum recipiendum est:* inquit Philippus, *non directè vel perpendiculariter destillationi supponantur, guttæ ejusdem olei sic cohærent dependentes, ad modum botri vel favi mellis, nequaquam in alium locum decidentes, sed postquam negligentia corrigitur, & vasa, in quibus mundè sacrum oleum recipi debet, destillationi aptantur, eisdem sine omni cooperatione illabitur. per quod apertè monstratur, ut in vasa munda recipi debeat, quia ab immundis locis vel vasis omnino se præservat.*

Et sæpe compertum est, quòd receptum in vase mundo, si immundè vel irreverenter teneatur, vel ad locum, ubi peccati illecebra perpetrari consueverunt, deportetur, omnino evanescit, vel orificium vasis ipsum oleum nequaquam ad effectum sanationis egreditur. An hæc naturæ facultatem non excadunt?

H *Cùm civitas Eystettensis interdicto Ecclesiastico mulctata fuisset, sacer iste fons exaruit. Certa relatione fide dignorum intelleximus* (verba Philippi recito) *quòd civitas Eystettensis unà cum tota diœcesi, Ecclesiastico interdicto quodam tempore supposita fuerat, propter quasdam damnosas injurias, quas Episcopus, qui tunc præerat, à baronibus terræ & incolis sustinuit. Ex tunc liquor sacræ emanationis stillare cessavit, usque in diem, qua Ecclesia restituta esset indemnitati. Et idem venerabilis Episcopus cum universitate civitatis indicto jejunio nudipes, & absque lineis ad monasterium B. Walpurgis ascendit, devotè ac subnixè cum universitate populi sui supplicans, ne effectum tantæ benignitatis, sicut est emanatio sacri liquoris, in amplius civitas privaretur. Et accedens ad altare dictus* Pon-

A *Pontifex, Missarum solemnia, astante populo devotè peregit, & in confectione Sacramenti, & ejusdem perceptione sacratissimus liquor, qui intra spatium unius anni nequaquam destillaverat, nec ullo modo se ostenderat, adeò abundè erupit, ut ampulla dimidiæ pinte capacitatis, vel unius scrici adimpleretur. Quod Pontifex videns cum plebe DEO devota, plusquam narrari potest, gaudio repletus, immensas gratiarum actiones DEO ac B. Walpurgæ pro concessione tanti beneficii persolvit.* Hæc Philippus.

B Audi nuoc Henricum Rebdorffensem in Annalibus. *Anno M.CCC. LVIII. Dominica in medio Quadragesimæ, quæ fuit 11. Kal. Aprilis, fures de nocte intraverunt Monasterium S. Walpurgis Eystettensis, & cùm Campanarius ejusdem tardè intraret ad deponendum se in loco, irruunt fures in ipsum, velatâ facie volentes eum occidere; qui se defendit. Fuit in Monasterio graviter vulneratus: propter quod stillicidium, de Reliquiis B. Walpurgis consuetum manare, cessavit per quatuor septimanas, vel circà, & post octavas Paschæ, appropinquante festo ejusdem Virginis, manavit ut antè.* An fons Almonis, seu Altmylæ exaruit, quando civitas Eystettensis Ecclesiastico interdicto subjacuit? An origioes & scatebræ aliorum fontium Eystettensium quicquam damni propter interdictum acceperunt? Cur solus iste Walpurginus fons aut ioterdictum, aut sceleratorum hominum nefariam invasionem luere debuit; si iisdem, quibus alii legibus tenetur? Perspicuum ergo relinquitur, hic digitum Dei esse, & grandius quid, quàm ut virtute naturali præstari queat.

C Cæterùm quæ de S. Walpurga io summo altari sepulta, déque oleo copiosiùs manante, qoando Eucharistia conficitur, scripsimus, revocant mihi in memoriam, quæ de alia Gualpurge Oddo Abbas Cluniacensis litteris prodidit lib. 2. Collationum cap. 28. *Est Ecclesia Beatæ Gualburgis in hac vicina nobis regione, in qua miracula fiunt. Contigit autem, sicut Dominus Berno Abbas refert, ut ejusdem sanctæ Gualburgis Reliquiæ super altare per aliquot dies manerent. Sed mox miracula cessaverunt. Tandem verò ipsa Virgo cuidam ex infirmis apparens, idcirco, inquit, non sanamini, quia Reliquiæ meæ sunt super altare Domini, ubi, majestas divini mysterii debet solummodo celebrari. Quod cùm ille custodibus referret, tulerunt capsam, & protinus miracula fieri cœperunt. Si ergo,* subjungit Oddo, *ob illius mysterii reverentiam nec ipsa sua pignora Sancti volunt propius vicinari, quid censendum est de immunditiis?*

D Hæc sive de nostra, sive de alia Walpurga, quod mihi fit verisimilius, iotelligantur; noo obstant nobis, quia Deus est mirabilis in Sanctis suis, & quod uno in loco propter certas causas, tametsi semper sibi notas, nobis autem sæpius incognitas, fieri prohibet, id alibi justissimè fieri permittit.

E Miracula igitur ad Gualburgæ Virginis Lipsana edi consueta, ideo fortè postquam in altari posita sunt, desiêrunt, quia periculum erat, ne homines ex simplicitate & ruditate pluris Reliquias æstimarent, quàm sacrosanctum illud mysterium, cui tractando altare dicatum est. Jam adeò usitatum est Lipsaoa esse in altaribus, ut nullum altare sine Divorum Reliquiis consecretur; ut taceam illas, quæ pretiosis & speciosis thecis inclusæ palàm io altaribus spectaodæ & colendæ proponuntur.

F Porrò vitam D. Walpurgis jam aliquoties à nobis citatam & laudatam, & sæpius adhuc citandam, scripsit Philippus XXXIX. Episcopus Eystettensis, rogatu Agoetis, quæ fuit filia Alberti Cæsaris, uxor Aodreæ cognomento Veneti, Regis Huogariæ, ex hac vita Anoo 1301. evocati: post cujus mortem Agnes soli DEO vivere statuit, exstructo cum matre Elisabetha, uxore Alberti, Monasterio in Ergovia, quod Küngsfeld, hoc est, *campus regius* appellatur: eo ipso in loco, ubi Albertus Cæsar truculentissimè à nefariis sicariis interfectus fuerat.

G De quo cœnobio hæc Felix Fabri, origine quidem Thuricensis, seu ùt hodie loquuotur, Tigurinus, sed diuturna habitatione, Ulmensis. *Relicta uxor occisi Regis Domina Elisabeth filia Comitis de Tiroli, in loco interfectionis viri sui, incæpit construere Monasterium Monialium, & altare summum in eo loco posuit, in quo exspiravit. Interea Rex Ungariæ etiam obiit, cujus uxor Domina Agnes prædicti Regis Alberti filia in patriam propriam reversa, in constructione Monasterii prædicti coadjutrix fuit; sicque in viduitate sancta ambæ manserunt, & Moniales S. Claræ in constructum Monasterium posuerunt, & pro seipsis habitacula annexa ædificârunt; sed & pro duodecim fratribus Minoribus locum ædificârunt juxta Monasterium, & tam pro sororibus, quàm pro fratribus provisionem copiosam in temporalibus fecerunt. Fundatio Monasterii illius facta fuit Anno 1308. in loco interfectionis Regis, in campo, qui dicitur Campus Regis, vulgariter* Küngsfeldt, *sub castro Habspurg, ubi hodie serviunt DEO.*

H Narrat deinde, quomodo eadem Regina Agoes ædificârit amplum Monasterium Virginum Regulam D. Dominici profitentium, sub castro Kyburg prope oppidom Wintertur, & in ipso castro Capellam propter Imperiales Reliquias, quæ aliquando Kyburgi asservabantur. Hæc anootare volui, ut scires, qualis & quantæ dignitatis & saoctitatis fuerit Agnes, quæ vitam B. Walpurgis cognoscere avida, à Philippo precibus obtinuit, ut eam ex antiquis monumentis colligeret ac reconcinnaret.

CA-

A

CAPUT IV.

Liquorem Walpurginum non esse à naturali causa, ostenditur ex ejus ad multos annos duratione, limpidissima claritate, & aliunde.

NOtandum, inquit Philippus, *quòd etiam idem sacrum oleum tantæ mundiciæ ac meracitatis existit, ut sine omni corruptione, & fœda maculationis feculentia per ducentos annos servatum consimilis puritatis invenitur cum illo, quod hodierno die de stillicidio ejusdem sacræ emanationis susceptum est.* Eadem idem Philippus in Commentario de S. Willibaldo. Num hæc competunt aquæ naturali, & ex evaporationibus natæ?

B Vidimus in libris de Benedictionibus, etiam aquam solemni Ecclesiæ ritu consecratam, & aquam Jordanis fluvii annare, perennare, hoc est, plurimos annos absque contagionis macula ferre; sed perennitas hæc non est illis à natura; sed à benedictione, & à sanctificatione, qua Jordanis Aquæ, Christi in eas descensu & baptismo, consecratæ sunt. Si quid vel aquæ, vel olei alibi eâdem gratiâ donatum est, id semper ad cœlestes causas reduci debebit; non ad istas terrestres, certis agendi legibus adstrictas. Nec exiguum momenti in eo est, quòd hoc oleum non semper stillat, sed hyberno duntaxat tempore, à 12. Octobris, hoc est, à festo Translationis S. Walpurgis, usque ad 25. Februarii, quo die B. Virgo ad immortalem vitam migravit. Quamvis boni ominis loco habeatur, si stillatio ultra hunc terminum proferatur, prout hoc anno Domini M. DC. XX. prolatam esse, ex Reverendissimo Domino *Georgio*, Suffraganeo Eystettensi intelleximus, de quo paulò pòst iterum.

C Quæ ratio naturalis hic apparet; quòd liquor iste ab uno festo Virginis ad alterum manat? Dicat quis: etiam hanc esse quorundam lapidum indolem, ut non nisi certis anni temporibus sudent ac rorent.

Respondeo, ut hoc ita sit; tamen huc non quadrat; quia lapis ille non est exoticus, & peregrinus; sed domesticus, quales nimirum in montibus Eystadianis nasci solent. ubi nullus hactenus vel erutus vel visus, qui à festo Virginis ad alterum ejusdem festum oleo incolas ditet ac beet; licèt fluxus ille hos limites inviolabiliter non observet; nam ùt ex Henrici Rebdorffensis Annalibus liquet Anno 1358. etiam XI. Kalend. Aprilis, hoc est, 20. Martii, & postea iidem, fluor iste ex sacris Lipsanis stillabat. Subtrahe lipsana Virginea lapidi, D ubi oleum erit?

Placet hic usurpare elegans epigramma, quod Novariæ tumulo S. Laurentii, & puerorum Martyrum, ex quorum ossibus oleum fluit, adscriptum est.

Aspicis hoc marmor tumuli de more cavatum. E
Id solidum est intus, rima nec ulla patet.
Unde queat tellus occultas mittere lymphas,
Manat ab ingestis ossibus iste liquor.
Si dubitas, medio sudantes tolle sepulchro
Reliquias, dices: Unda salubris ubi est?

Hic planè idem canere licet. Tolle de sepulchro Virgineas S. Walpurgis Reliquias; & mox quæres:

Unda salubris ubi est? Si Novariæ per solidum marmor oleum fluit & penetrat, cur hîc ad sepulchrum Walpurginum hæsitas?

F Quàm verò mirabile illud? Adstet quis, quamdiu velit, oculos intendat, & diligentissimè attendat; nunquam tamen guttulæ alicujus casum advertet; quantumvis prægnans & matura casui sit. An hoc fit iis in locis, ubi natura aquam sive ex aëre immediatè, sive mediatè ex vaporibus progenerat? An nullus unquam vidit in antro stillas ex superiore parte, aut in vaporariis ex fenestris, aut æstate ex poculis frigida plenis decidentes? Nemo non vidisse potuit; qui oculos habuit, & videre voluit. Nihil ergo hîc naturale; sed omnia supra naturæ leges peraguntur.

G Nec digni sunt, quibus aures præbeantur, si qui quæritent; quomodo ex aridis & exsuccis ossibus liquor tot annorum spatio manare queat? Isti eadem oris libertate sciscitentur; quomodo ex mandibula asini Samsoni sitienti salutaris potus, aut ex rupe virga Moysis percussa uberrimi fontes populo Israëlitico profluere potuerint. Miracula non essent id, quod nominantur, si naturæ finibus & legibus includerentur, & circumscriberentur.

CAPUT V.

Exempla aliorum Sanctorum, ex quorum Reliquiis oleum seu liquor oleosus aut unguentosus fluit.

H NOmina tantùm edam. Uberiorem catalogum inveniet lector in Notationibus D. Stevartii ad vitam S. Walpurgis. Sunt ergo sequentes Divi, eodem, quo D. Walpurga dono à Deo exornati.

I. S. Andreas Apostolus. II. S. Nicolaus Myrensis Episcopus. III. S. Theodorus Trichinas. IV. S. Demetrius Martyr Thessalonicensis. V. S. Euthymius Abbas. VI. S. Becharius Abbas. VII. S. Sampson. VIII. S. Eligius. IX. S. Joannes Eleemosynarius. X. S. Quirinus Tegernseensis. XI. S. Laurentius, & pueri Martyres, quos educandos susceperat. XII. Quatuor milites Martyres ad Militenem Armeniæ, de quibus Pro-

A copius lib. 1. de ædificiis Justioiani. XIII. Juveois quidam Ægyptius, de quo Menæum Græcanicum 2. die Decembris. XIV. S. Matthæus Apostolus & Evangelista, teste Marsilio Columna Archiepiscopo Salernitano io libro de vita & rebus gestis S. Matthæi. XV. S. Felix Nolanus. XVI. Gundackarus Episcopus Eystettensis, teste Philippo io S. Walpurgæ vita. Plures non adfero, non quia plures noo sint, sed quia plures mihi oon sunt comperti. Non dubito, lectionem Græcorum & Latinorum mooumeotorum lectori plures suppeditaturam.

B Ex femineo sexu occurrit I. S. Catharina. II. S. Hermione filia Philippi Diaconi. III. S. Elisabetha Landgravia Hassiæ. IV. S. Hedvvigis Polooiæ Ducilla. V. S. Euphemia Martyr. VI. S. Agnes Politiaoa io Tuscia, ex cujus exaoimis corpore integra ampulla pleoa oleo fluxit, quod oleum adbuc Reliquiarum loco cum ipsa ampulla asservatur.

De S. Euphemia hæc litteris tradidit Theo-
C phylactus Simocatus lib. 8. historiæ Mauricianæ cap. 14. *Chalcedon urbs est ad ostium Ponti sita, ex adverso Byzantii. In eu templum est S. Euphemiæ martyris, ubi ejusdem sacratissimum corpus in arcu asservari, inde à majoribus ad nos fama pervenit. In annos porrò singulos, die, quo martyrium obiit, res maximè admiranda editur, & ut breviter dicam, iis, qui non viderunt, minimè credibilis, propter divini illius operis excellentiam. Nam cum ejus corpus jam annis quadringentis in monumento jaceat, die tamen, de quo dicebamus, in conspectu omnium, loci Episcopus, spongiis à corpore mortuo plurimum sanguinis colligit. Videas non secus quàm è recens occiso corpore, vulnerum tabo commistam erumpere vim sanguinum, unguenta, nulla arte comparata redolentium, & per vascula vitrea ab eodem adventantibus distribui.*

D *Mauricium igitur duodecimum jam annum imperantem subit imbellis & ignava quædam circa res divinas cogitatio, extenuátque & rejicit tam insigne miraculum, & mysterium hoc fallacium hominum commentum esse asserit. Ornamentis igitur argenteis sepulchrum nudat, & obsignat, id quod incredulitatis audacia postulabat. Ubi statim dies affuit, arcanum exploratur: in mysterium inquiritur; miraculum probatur; fitque martyr suæ virtutis hoc admirando opere testis omni exceptione major, iterúmque sanguine unguentifero meatus corporis per monumentum, instar fontium fluit, & scaturit emissionibus mysterium, odoréque cruoris suaviter spirantis spongia imbuuntur. Eum fluxum tum martyr adauxit. DEUS enim, quamvis illi non credatur, non tamen hominibus cognitionem suæ virtutis & bonitatis invidet. Atque ita martyr incredulitatem Imperatoris sapere docuit: qui sanguinis emanationibus lacrymarum effusiones remisit: & fluentibus unguentis imbres oculorum sue-*
rum rependit; mirabilis, inquiens, DEUS in E
sanctis suis.

Plura Evagrius lib. 2. Hist. Ecclef. cap. 3. scribit, & post eum Nicephorus l. 15. c. 3. cujus verba adscribam. *Quæ olim Martyr* (Euphemia) *ediderit miracula Christianis omnibus constat. Loci namque ejus persæpe Episcopum, in somnis sese ei exhibens, aut alium etiam quempiam præclarè vitam agentem, obiter templum ejus ingressum, ut miraculorum talium fructum perciperent, est cohortata. Quod ubi in urbe Constantinopolitana innotuit, universa eò populi turba sunt profecta: ipse etiam Imperator, & qui sacras Ecclesiarum habenas regunt, quique honores & magistratus alios in republica gerunt, ut, quæ ibi peragerentur, viderent. Atque etiam inspectantibus omnibus, Episcopus Constantinopolitanus cum sacerdotibus suis templum id, ubi martyris ejus corpus repositum est, visit.*

In tumuli lævo latere fenestella quædam admi- F
randa est, operculo quàm maximè obfirmata, per quod ferramentum longiusculum, cui in extrema parte spongia alligata esset, immittebant, spongiámque ipsam in sacrosanctis martyris reliquiis obvolutam, sanguinéque & guttis cruore illius delibutis refertam extrahebant. Hanc ubi plebs conspexit, homines statim in terram inclinati, vociferatione maxima DEUM honorabant, miraculóque eo stupefacti manus sustollebant. Tantus autem inde profluxit ubertim humor, ut non solùm Imperatores & Episcopi, populúsque, qui ibi congregari solitus fuit, affatim eo perfruerentur, verùm etiam quocunque quivis vellet locorum, de eo aliquid secum auferret. Neque guttæ tempore ipso defecère, neque divinus ille sanguis aliqua ex parte mutatus est, sed semper colorem suum summè rubrum conservavit.

Facta hæc non certo aliquo temporis curriculo, G
sed pro eo, atque Episcopi ipsius vitæ morúmque sanctitas ferret. Sic enim fertur, cùm is, qui Ecclesiam gubernaret, præclarè viveret, & virtute exornatus esset, frequentius hoc miraculum exhibitum esse. Cum autem Antistes sacrorum talis non esset, rariùs eam rem tam admirandam, nec tam facilè à martyre processisse. Hoc sic factum esse novi.

Cæterùm quòd neque dies, neque tempus ullum H
intercipit, sed perpetuò omnibus fidelibus simul & infidelibus affluit & accedit, id nunc dicam. Si quis in sacrarium id, ubi tumulus, & sanctæ martyris reliquiæ perinde atque thesaurus nunc repositæ sunt, veniat, odor immensus, & naturæ captum, odorésque omnes, quos ars humana conficit, supergrediens, ad eum perfertur. Eum siquidem, qui ex prato versicolore colligitur, longè superat: neque alicui eorum similis est, qui ex bene olentissimis rebus profluit. Tum autem neque ei par est, quem unguentarius odoribus suavibus ad certum modum temperatis miscet; verùm multis modis, qui inde redditur præstantior est, vim & potestatem ejus, à qua redundat, declarans.

Quæ

A Quæ de fragrantia gratiſſimi odoris Nicephorus poſt Evagrium commemorat, non ſunt diſſimilia illis, quæ in Epitome vitæ Walpurginæ leguntur cap. 10. cùm ſancta Virgo Heidenheimio Eyſtadium deportaretur. *Cùm autem venerabile corpus ſupradictæ Virginis de loco ſepulturæ ſuæ ſupra terram eſt collocatum, omnia membra ejus quaſi rore perfuſa cunctis apparuerunt: fragrantiam nihilominus inæſtimabilis ac mirifici odoris omnes, qui aderant, ſenſerunt, ac infirmi, qui pro eo tempore præſentes fuerant, quocunque dolore tenebantur, ſalubritate ſuavitatis tam recreativi odoris curati ſunt.*

B Agmen claudat S. Glyceria Martyr Heracleæ, de qua Simocatus ſequentia lib. 1. c. 11. *Eodem anno Paulinus quidam, civis haud obſcurus & doctrina liberali inſtructiſſimus, qui animam ſuam in barathrum præſtigiarum, incantationúmque demerſerat, deprehenditur. Modus, quo ſceleris hujus compertus eſt, plurimum admirationis habet, quem exponemus. Erat venefico huic pelvicula ex argento, eâ hoſtiarum, quas dæmonibus ſacrificabat, ſanguinem excipere ſolebat, quoties eorum colloquio uti liberet. Hanc pretio vendit argentariis; emptam illi præ foribus domuncula ſua venalem proponunt. Eo ipſo tempore Antiſtiti Heracleæ (quæ olim dicta eſt Perinthus) Byzantii commorari neceſſe erat. Is venditionis cauſa ſuſpenſam malefici pelvim*
C *conſpicatus; eam percupidè mercatur, & ad ſedem ſuam revertitur. Quia verò divinitus ſtillans unguentum, ſive oleum de oſſibus S. Glyceriæ martyris ænea pelvis etiamnum excipiebat, Epiſcopus rei tam venerandæ reverentia contactus vaſcula commutat, & à cultu ſacratiſſimo æneum removens, argenteum cœleſti ſtillicidio ſupponit. Ex eo operum mirandorum rivus deſinit; fons gratiæ evaneſcit; non prodit publicitus vim ſuam martyr; beneficium retrahit; donum aufert; ſibique legem indicit, propter deteſtandum excipulum unguento in poſterum non ſcaturire. Sanè quod purum eſt, non debet impurum contingere: ut aliquid externæ eruditionis narrationi commodè interſeram.*

D *Hoc cùm diebus compluribus eveniſſet, calamitatémque rumor per civitatem diſſipaſſet, Epiſcopus ſe ſe in luctum dat, & quod fiebat lamentatur: effectorum ſupra naturam interruptionem deplorat; donum repoſcit; detrimentum non ſuſtinet; cauſam indagat; dedecus indignatur; Eccleſiáque re tam admirabili viduata, vitam ſibi vitalem non putat. Igitur jejunia, & comprecationes inſtituuntur; profunduntur lacrymæ; ducuntur gemitus; totæ noctes in DEO ſuppliciter rogitando ponuntur; conjunguntúrque omnia, quæ iram ejus convertere in miſericordiam poſſunt. Cum itaque DEUS & execrandum illud ſcelus jure averſaretur, & ignorantiam juſtè miſeraretur, Epiſcopum de abominandis ſacris in pelvi illa factitatis per quietem monet. Ille nil moratus, pelvim argenteam templo ſubducit, illatámque in medium æneam, perinde ùt caſtam, & antiquam famulam, &*
E *virginem aliquam incorruptam pro execranda præſtigiatrice venerabili monumento rurſum ſubjicit. Statim ſeſe miracula denuo effundunt, oleum depluit, beneficium ſcaturit, donum profluit, lacrymæ inhibentur, luctus præciditur, triſtitia fugatur, piaculúmque deteſtabile, perinde ùt in columna inciſum cognoſcitur ab omnibus, & pelvis ænea poſtliminio gloriam ſuam recuperat. Paratus eſt enim DEUS tribuere miſericordiam piè ſupplicantibus.*

Epiſcopus in urbem imperialem reverſus, venditoréque pelvis illius ab argentarijs exquiſito, & invento, ad Joannem Patriarcham adit; rem totam à capite arceſſens ei commemorat. Patriarcha exclamare indignum facinus, aureſque avertere; è veſtigio in palatium abire, & ſibi cognita Imperatori nunciare, qui maleficum correptum debitis pœnis affecit. Eadem fermè ex Simocato Nicephorus lib. 18. cap. 32.

F Hæc de ἐλαιοφόροις, & unguentiferis Divis afferre voluimus, ut cogitatio ſeu ſuſpicio de naturali cauſa olei Walpurgini ab omnium pectoribus, quàm maximè procul pellatur: Si enim nullus ſanæ mentis tam audax & tam ſciolus eſt; qui fluxum olei ſeu unguenti ſeu liquoris in omnibus jam commemoratis Cœlitibus ad cauſas naturales revocet, cur in ſolo S. Walpurgiæ oleo intempeſtivè ingenioſus eſſe cupit? Si tamen hoc ingenii eſt, non potiùs ſtuporis, aut ſupinæ ſtoliditatis?

G Obſerva autem, quàm pulchrè oleum S. Glyceriæ cum Walpurgino noſtro conveniat. Illud nefariam & magicarum ſuperſtitionum conſciam concham fugit, eáque ſuppoſita curſum ſuum ſtitit; noſtrum quoque non depluit & defluit, niſi ſubjecto decenti vaſculo, &, ut ſic loquar, *excipulo*. Ut ſuprà vidimus.

In Menologio Græcorum, quod Cardin. Sirletus olim ex Græco in Latinum ſermonem tranſtulit; fit Martyris cujuſdam die 13. Julii talis commemoratio. *Sancta Martyris Miropis, temporibus Decii Imperatoris, quæ primùm habitavit in Inſula Chio, poſtea verò ad Epheſiorum urbem profecta, religioſè admodum hauriebat unguenta ex ſanctorum Martyrum corporibus profluentia, ex quo & nomen ſortita eſt*, nimirum à myro ſeu unguento.

H De eadem S. Mirope die 3. Decembris idem Menologium. *Hæc, mortuo patre, baptizata incumbens ad monumentum S. Hermiones unius ex filiabus S. Philippi, unguentum ex ſepulchro Martyris ſuſcipiebat, idque omnibus abundè tribuebat; Ex quo & ipſa nomen eſt adepta, Mirope dicta.* Eadem in Menæo Græcanico, ſed die ſecundo Decembris, additur hoc diſticho.

Μύρον μυρόπη τῷ δεσπότῃ προσήχθης,
Τῷ εὐωδίας τῆς αὐτῦ σε μυρίσαν.
Unguentum, ô Myrope, Domino facta es
Suaveolentia ſua te perungens.

 My-

A Myropes ergo nomen hæc Sancta Martyr invenit, quòd Martyrum & aliorum cœlitum tumulis unguentiferis & elæophoris assidere, oleúmque piè colligere, collectúmque piis distribuere soleret.

CAPUT VI.

Satis fit argumentis initio propositis.

B IMò jam plerisque satisfactum est; jam enim ruit primum & secuodum de vaporibus, & evaporationibus, & de allisu aëris ad lapidem superum, ranquam ad valde frigidum. Vappa fuerit, qui mirum hoc vaporibus adscripserit, præcipuè post tot allata io contrarium argumenta, & testimonia. Er quomodo ex vaporibus aut aëre liquor ille oleosus, seu oleum nasceretur? Vapor aut aër calens in frigida impactus non vertitur in oleum, sed io aquam; nec aqua est liquor oostet, sed oleum, vel certè oleosæ substaotiæ. Quomodo igitur vaporis aut aëris frigefacti proles est? Infundat, qui voler, oleum hoc aquæ, an non supernatare vèdebit? Gustet, ao non olei saporem sentiet? Philippus certè XXXIX. Eystettensis Episcopus, qui haustu hujus olei gravissimum morbum depulit; sic historiam de S. Walpurga Virgioe concludit.

C *Nunc videamus, quid sibi vult per significationem emanatio sacri olei in B. Walpurga, vel aliis Sanctis, puta in B. Nicolao, vel B. Katharina, vel glorioso Gundakaro Pontifice nostro, vel quibuscunque Sanctis, quibus concessum est ex speciali prærogativa meritorum, & ostensione magnitudinis præmiorum. Juxta quod sciendum, quòd oleum cuicunque liquori infusum supernatat, unde misericordiam ex similitudine designat. Superexaltat enim misericordia judicium. Et item: Misericordia ejus super omnia opera ejus. Oleum nihilominus magna est levitatis, & multa utilitatis; nam illuminat, pascit, & sanat. Sic pietas secundùm B. Apostolum ad multa proficiendo valet, habet enim promissionem vitæ, quæ nunc est, & vitæ futuræ. Hinc etiam est, quòd oleum cordialem pietatem sua proprietate exprimit, & ideo de Sanctorum corporibus sacri olei emanatio plenitudinem exuberantis misericordiæ, ac redundantiam viscerosæ pietatis, ac lenitatem mititatis præostendendo figurat.*

D *Fuerunt namque hi Sancti, qui habent scaturiginem emanationis sacri olei, misericordissimi ac piissimi in vita, & ideo misericordiam consecuti per signa misericordiæ & pietatis hominibus post mortem laudabiliter innotescunt. Sic B. Walpurgis Virgo, tanquam oliva in domo Domini fructuosa, & quasi oliva in campis Ecclesiæ speciosa per oleum effusum dilatavit nomen suum. Rivulo enim suæ sacræ emanationis notitia sanctitatis ejus derivata est in fines terræ. Oleo misericordiæ & pietatis illuminans cæcos, spiritualiter & corporaliter pascens esurientes in bonis per affectum sancti desiderii, ac corpore sauciatos sanans, contritis corde medetur, Amen.*

Philippus ergo liquorem istum oon aquæ, sed olen acceotuit.

E Ad tertium argumeotum de penetratione, Respondeo, forsao lapidem porosum esse, per cujus poros seu meatus oleum ex sacris ossibus decurrat. Et ut lapis hujusmodi meatibus careat; quid mirum, si miraculum miraculo jungamus; hoc est, si fluxui liquoris oleosi ex aridis ossibus S. Walpurgis penetratiooem duorum corporum adjungamus; quam Deo possibilem esse, docuit nos Christi Domini ex clauso Virgiois utero nativitas; & resurrectio ex clauso sepulchro; & post resurrectionem clausis januis ad discipulos ingressus. Nec ratio refragatur; loquor autem de illa ratione, quæ rationis capax, & ratiooes percipere ac perpendere gnara sit. Nam sunt, qui ratione præditos sese existiment, & tamen nulli penitus rationi cedaot; quorum ratio potiùs *irratio* mihi videtur, quos oon tam in animalium rationalium, quàm in *irrationalium* oumero deputandos censeo.

F Ad quartum respondeo, non mirum, si guttulæ in lateralibus lamiois argenteis aliquaodo appareant; id enim fit ex repercussu stillicidii: notum enim est, cùm liquor aliquis decidit, eum casu suo etiam vicina tangere, tiogere, & adspergere. Idem judicium esto de jaoua argentea ioteriore; seu de ioteriore januæ superficie. De ferrea portula extrema, seu de iotteriore ejus superficie, major est difficultas; non enim apparet, quomodo per argenteam januam ad iotimam ferreæ portulæ superficiem guttulæ deveniant; nam ex superiore lapide decidere non possunt, cùm quidquid ejus stillat; argenteâ coochâ circumscriptum sit; ita, ut quidquid defluit, in argeoteum receptaculum decidat. G Verùm quia in miraculi tractatiooe versamur, mirum non erit, si hic aliud miraculum agnoscamus, dicamúsque DEI, & B. Walpurgis virtute guttulas oonnullas in prædictis locis conspici: nam si liquor iste ex vaporibus est, cur non extima etiam superficies argenteæ jaouæ iisdem repletur? Cur ipsa superficies ioterior ferreæ portæ non magis madet? cui interdum pauculæ guttulæ adhærescunt; quæ paucitas non esset, si à vapore essent; omoia, ùt alibi in antris valde vaporosis, madefacta cernerentur.

H Ad quintum argumentum Respondeo: mirum non fuisse, si, dum B. Walpurgis Heidenheimii coodita est, oleum ex ossibus ejus non maoavit: quia in terra tumulata fuerat. Et tamen ubi ejus sacra lipsana effossa sunt, madefacta apparuerunt: ita enim Philippicæ historiæ Epitome. *Cùm* Heidenheimii *venerabile corpus supradictæ Virginis de loco sepulturæ suæ supra terram est collocatum,*

omnia

A *omnia membra ejus quasi rore perfusa cunctis apparuerunt, fragrantiam nihilominus inæstimabilis ac mirifici odoris, omnes, qui aderant, senserant.* Eadem Philippus in historia Walpurgina. Ergo jam Heidenheimii sacra hæc ossa sacro rore rorabant, qui nec animadverti, nec excipi potuit, Reliquiis humo opertis.

B Et hæc translatio Heidenheimio Eystadium facta est sub Otkero, sexto Episcopo Eystettensi. Vide Catalogum Episcoporum Eystettensium.

Eystadii iterum Virginea lipsana humo tecta sunt; sed ab Erchembaldo VIII. Eystettensi Episcopo refossa anno Domini 893. & in aram, ubi nunc cubant, illata. Lipsana tamen hic quoque oleo madefacta apparuerunt, de quo Wolffhardus Hasenrietanus lib. 1. de vita S. Walpurgis: *fodientes invenerunt cineres amplectendos Beatæ Matris nostræ Walpurgis, quasi lympha tenui madefactos, ut quasi guttatim ab eis roris stillæ extorqueri valerent. Quare licet tanta essent humiditate referti, nec pulvisculus tamen manibus attrectantium quoquo pacto valuit adhærere.*

C Clarum ergo videtur, si Heidenheimii, & primis annis Eystadii Virgo sancta tale Mausoleum habuisset, quale nunc habet in summo altari templi Walpurgini; oleum ex sacris lipsanis, prout nunc fit, emanaturum fuisse. Et quamvis Wolffhardus innuere videatur, quasi hæc elevatio sub Erchembaldo eo fine instituta sit, ut Liobæ Abbatissæ Monheimensi pars Reliquiarum tot votis expetita traderetur, eóque peracto, reliqua Reliquiarum portio suo loco sit reddita; compendium tamen vitæ VValpurginæ à Philippo scriptæ disertis verbis tradit, sub Erchemboldo, hoc est, anno Domini 893. regnante Arnulpho Rege, cùm Lioba Abbatissa portionem Reliquiarum impetrasset; Reliquias S. Walpurgis summo altari ab Erchemboldo esse impositas, & conditas, eo modo & situ, quo hodie conditæ videntur.

D Etsi meminí me in Catalogo Episcoporum Eystettensium scribere, translationem Reliquiarum S. Walpurgis ad summum altare, factam esse sub Heriberto XV. Episcopo Eystettensi; sed necdum Epitomen vitæ Walpurginæ accuratè expenderam; nisi fortè Heribertus altare illud innovârit, & hoc titulo quasi secundus Translator censeri queat. Et sanè divinis beneficiis plusquam ingrati fuissent, si animadversâ illâ olei seu liquoris oleosi scaturigine, rursus Reliquias humo obruissent.

Quid autem restet eo loco, quo antea Eystadii S. Virgo sepulta fuerat, ita exponit paulò antè nominata Epitome: *Ubi hodierno die quidam circulus ex lapidibus factus, cum imagine S. Walpurgis evidenter apparet, in quo quidem circulo corpus ejus quievit, donec Episcopus Eystettensis chorum cum summo altari congruo tempore funditus, ob honorem S. Walpurgis, prout hodie cernitur, instauraret.* E Quod factum ab Erchemboldo, postquam publicè compertum est, qualis liquor ex sacris ossibus emanaret. Statim ergo liquoris hujus fons fidelibus apertus est, tametsi argenteam illam concham, & latera argentea, & si quid aliud elegantius & opulentius est, posterioribus sæculis accessisse, nullus dubitem.

F Partem illam, S. Walpurgæ, quæ Monheimium venit; oleum reddidisse, nuspiam legi. Edidit Wolffhardus Hasenrietanus libros quatuor ad Erchemboldum Episcopum de Miraculis S. VValpurgis Monheimii editis, quos libros in rhythmos conjecit Medibardus; nuspiam olei mentio est, nuspiam unguenti; cùm tamen plurima & testatissima, imò & frequentissima miracula memorent; nec ab ævo suo remota; sed quæ sub ipso Erchemboldo, cui VVolffhardus libros suos consecrat, contigerant; sub illo, inquam Erchemboldo, cujus concessu Lioba, Monheimensis Abbatissa, partem Reliquiarum pro Monheimensi suo Monasterio impetraverat.

G Cur autem hoc loco Reliquiæ istæ oleum non fuderint, prout Eystadii fiebat; DEUS novit; cujus in Sanctis suis mirabilia opera plerumque inscrutabilia esse, ipsimet curiosi scrutatores tandem fateri coguntur. Satis fuit DEO mirifico fluxu olei Virginem Walpurgam Eystadii illustrâsse: Monheimii aliis, iisque continuis miraculis sanctitatem Virginis toti terrarum orbi patefecit. Et ut id dicam, quod meritò miremur; quæ miracula Eystadii edita sint per oleum Walpurginum, sacrásque ejusdem Virginis Reliquias, vix scimus; nisi quòd Philippus in commentario de S. VValpurga sub finem, & in altero syntagmate de S. VVilibaldo nonnulla litteris prodidit. At VValpurga Monheimensis miraculorum suorum copiosum præconem nacta est VVolfhardum Hasenrietanum, & Rhythmicum Medibardum: quidquid enim miraculorum quatuor libris in litteras miserunt; id Monheimii patratum est; ubi florens olim Virginum Cœnobium, & magnus ad sacras Virginis Reliquias accursus; quæ in arca argentea inclusæ publicis in processionibus à quatuor primariis civibus circumferebantur, ùt testantur illius loci quidam Lutherano evangelio viri & fœminæ grandæviores.

H Monasterium ita delevit hæresis, ut vix superent vestigia. Nomen tamen à Monasterio etiamnum retinet der Klosterbauer; hoc est, ille, qui fundos & agros Monasterii colebat. Larga insuper stipe recreabantur olim quotannis pauperes. Beneficentiam hanc hæresis non penitus sustulit, sed sine dubio accidit. Quo devenerint Reli-

quiæ

A quiæ Walpurginæ, hæresi omnia sacra profanante ac demoliente, comperire non potui. Quæ tamen S. Walpurgæ memoriam ex hominum memoria adeò expungere non potuit, ut ipsi etiam Lutherani suis infantibus femellis, S. VValpurgæ, ùt & masculis sancti *Solæ* nomen, medio in Lutheranismo imponerent. Hinc circa illa loca omnia redundant Bürgle, & Solei, hoc est, *Walpurgis & Solis;* non enim procul Monheimio distat Solenboffium, sancti Solæ olim habitaculum, & in Suanefeldiço tractu nihil erat olim notius & celebrius, quàm Sancta VValpurga, & Sanctus Sola.

B Nec ex illa parte Reliquiarum, quæ Eystadio Furnos in Flandriam missa est, oleum manâsse Belgici scriptores tradunt. Cur non etiam hic sacræ Reliquiæ sacrum liquorem stillant? Ratio hujus cessationis non ab homine, sed à Deo petenda est; ipse quippe novit, cur hoc miraculum hoc loco faciat, & alibi non faciat; licèt ejusdem Cœlitis Reliquiæ utrobique asserventur, & colantur.

Porro ut hoc obiter annotemus, Molanus in Martyrologio Usuardi, non contentus Kalendis Maji hæc annotâsse: *Furnis Translatio Reliquiarum Walpurgis, Willibaldi, & Wunibaldi. Anno 1109.* ad diem quartum Augusti hæc insuper adjicit. Die 4. Augusti, *S. Walpurgis Virginis, cujus Reliquiæ sacræ Furnis habentur.* Alii, ùt notat D. Stevartius in Notationibus ad vitam S. VValpurgæ, quartum diem Augusti dicant memoriæ egressus ex Anglia, quando S. VValpurgis natali solo valedixit, & in exteras regiones se contulit.

C Utrum Heidenheimii aliquid de Reliquiis S. VValpurgæ relictum sit, quando Lipsana ejus Heidenheimio translata sunt, certò non constat. Obscurus quidam & mendosus Henrici Rebdorffensis in Annalibus locus (de quo vide lib. 2. observat c. 2.) id insinuare videtur; nec hoc tantùm, sed etiam ex illis Reliquiis oleum manâsse. Quem locum iis nuper Editor Henrici D. Christophorus Gevvoldus V. C. Consiliarius Bavaricus edidit. *Anno 1358. in Octava Pentecostes, S. Wunibaldi Confessoris in Haydenhaim facta est translatio in novum chorum, cujus Reliquiis cùm postea deferrentur in stillicidium, in magna abundantia manatum est, ad hoc ex urna S. Walpurgis.* Quæ lectio satis clarè indicat, fuisse etiàm Heidenheimii sacri olei ex Reliquiis Walpurginis stillicidium; præsertim si pro *Reliquiis* substituas *Reliquia*, ùt orationis constructio exigere videtur.

D Nec silendum illud, quod Epitome vitæ Walpurginæ tradit, tertio die post translationem S. Walpurgis corpus S. Wunibaldi deportatum esse ad locum, unde corpus sororis tulerant; *diebus interjacentibus ternis*, inquit Epitomator, *hoc est, IX. Kalend. Octob. corpus S. Wunibaldi ad locum, unde sororis tulerunt, deportârunt;* nisi sensus sit, corpus S. Wunibaldi Eystadium cum corpore S. Walpurgis majoris celebritatis gratia ductum, tertio die ad locum, unde sororis corpus tulerant, hoc est, Heidenheimium, reportatum esse. Ex his etiam sextum argumentum, de quo cap. 1. perspicuè solutum relinquitur; ut qui contra oleum S. Walpurgis in posterum pertinaciter disputare velit, non modicam suspicionem moveat, quasi Sanctorum honori parùm faveat. E

CAPUT VII.

Varia genera miraculosi olei.

MOnet me oleum S. Walpurgis, ut etiam oleum alterius generis adducam. F Neque enim DEUS tantummodo per oleum ex Sanctorum corporibus manans, sed & per alias olei species crebra & grandia miracula patravit.

Primus locus jure debetur oleo sanctæ & primæ Crucis, in qua Christus animam cœlesti Patri reddens nos redemit: nam ex hac Sacrosancta Cruce oleum manâsse, testis est Adamannus Scotus, nuper à nobis evulgatus, & Epitomator ejus Venerabilis Beda in libello de situ terræ sanctæ. Quod vasculis inclusum Hierosolymitani incolæ, ex collo pensile pietatis & tutelæ causa ferre solebant. De quo vide, quæ scripsimus tom. 1. de S. Cruce l. 1. c. 91.

G Secundus locus debetur oleo, quod ante primam Crucem, Reliquiásve ejus in lampadibus ardere solebat, quod divinitus aliquando auctum est. Item illi oleo, quod benedictionis & sanctificationis gratia in templo vel Oratorio S. Crucis fideles reponebant; & suo tempore repetebant. Vide tom. 1. de S. Cruce l. 1. c. 87.

Tertio loco memoretur oleum S. Crucis, hoc est, quod ex imaginibus S. Crucis emanare consueverat, cujusmodi præcipuè fuit Crux Sozopolitana, cujus oleo viri sancti multa mira patrârunt. Consule lib. 1. cit. c. 91.

H Quartum locum obtineat oleum, quod variis locis ex imaginibus Deiparæ Virginis effluxit, cujusmodi unguentifera imago erat etiam olim Sozopoli, plurimorum liquore suo miraculorum effectrix. Vide loc. cit. operis de S. Cruce.

Nec prætereunda est imago illa, de qua Arnoldus Lubecensis Abbas in Chronico Sclavorum. l. 7. c. 10. *A Damasco ad tria milliaria est locus quidam in montibus situs, qui Saydaneida vocatur, & à Christianis inhabitatur, & est ibi Ecclesia, in rure sita, & in honore gloriosæ Virginis dedicata, in qua moniales virgines duodecim, & Monachi octo assiduè DEO serviunt, & B. Virgini, in qua Ecclesia vidi tabulam ligneam, ad mensuram unius ulnæ longam, & latam ad modum dimidiæ ulnæ, retro altare*

A *altare in muro sanctuarii in fenestra positam, & ferro laqueariter cancellatim firmatam, in qua tabula effigies B. Virginis aliquando depicta fuit, sed nunc, quod dictu mirabile est, pictura super lignum est incarnata, & oleum odoriferum super odorem balsami incessanter ex ea manat. De quo oleo multi Christiani, Sarraceni & Judæi de diversis languoribus sæpè liberantur.*

B *Et nota, quòd oleum illud nunquam imminuitur, quantumcunque inde accipiatur. Nec prædicta tabula à quoquam tangi audetur, videri autem omnibus hominibus conceditur. Oleum verò illud à Christiano religiosè conservatur, augmentatur, & pro quacunque re cum devotione & fide syncera sumptum fuerit, pro honore Sanctæ Virginis, commissisque solennitatibus indubitanter impetrabitur. Ad locum in Assumptione gloriosæ nativitatis suæ omnes Saraceni illius provinciæ, unà cum Christianis, causa orandi confluunt, & Saraceni cæremonialia illic sua offerunt cum maxima devotione.*

C *Nota, hæc tabula primò Constantinopoli facta & depicta fuit. Tunc temporis quædam Abbatissa supra dicti loci causa orationis Jerusalem descenderat, & impetratu tabula à Patriarcha Jerosolymitano, eam secum ad Ecclesiam sibi commissam transportavit. Fuit autem hæc Incarnationis anno DCCC. LXX. Sed postea per multa tempora cœpit oleum sacrum ex ea manare.* Hæc Arnoldus, quæ etiam Baronius recitat, Tom. X. Anno Domini DCCC. LXX.

Nec refert, quòd ex recentioribus nonnulli miraculum hoc in dubium revocant; ut enim posterioribus sæculis fons iste gratiæ exaruerit ob invalescentes magis atque magis Sarracenos, & decrescentem Christianismi cultum; olim tamen miraculum hoc vigebat, teste etiam Legato Friderici Imperatoris anno 1175. qui vidit, & ex cujus relatione Arnoldus sua litteris mandavit. Quinquam huic miraculo amplissimum, & ut ita loquar, oculatum testimonium reddit etiam Rudolphus Parochus Westphalus in suo Itinerario, qui terram sanctam anno Redemptoris 1336. obivit.

D Quinto loco sit oleum, quod ad sepulchra Martyrum, vel aliorum Cœlitum accendebatur; vel in eorum Ecclesiis & Basilicis, benedictionis contrahendæ gratia, ponebatur, ut postea ad varios casus usui esset. Vide Tom. 1. de S. Cruce lib. 1. cap. 91.

Denique huc veniat oleum, vel solenni Ecclesiæ benedictione, vel privatim quoque à Sanctis præsertim viris, signo Crucis, aut precibus consecratum. De cujus miraculis copiosè scripsi lib. 2. de Benedictionibus cap. 22. & 23.

CAPUT VIII. E

S. Walpurga Antverpiensium patrona cum encomio ex Notkero, ejúsque Reliquiæ Wtteberga in Saxonia.

Miræus vir doctus & clarus, Canonicus & Bibliothecarius Ecclesiæ Cathedralis Antverpiensis hæc de S. Walpurga litteris consignavit. *Willibrordus anno DC. XCVII. ex Britannia in Galliam transiens Belgicam ferme universam Apostolico more peragravit. Huic adhuc viventi Rothingus vir prapotens dedit Ecclesiam in Antverpo castello sitam super Scaldi in pago Rienssum, cum villis, appenditiis, & parte tertia telonii ejusdem castelli, quod nunc est marca regni. Litteris hæc* F *consignavit Theofridus, Epternacensis apud Lucemburgenses, monasterii à S. Willibrordo exædificati abbas, qui Henrico IV. Imp. vitam ejusdem Divi stilo complexus est prolixiore. Eadem leguntur in tabulis Testamenti S. Willibrordi, quæ typis extant edita in Caroli Scribanii Antverpia. Atque hæc ipsa apud Antverpianos Basilica hodiéque Castrensis nuncupatur, est S. Walpurga nunc sacra. Quæ quidem Virgo SS. Willibaldi & Wunibaldi germana soror, in eadem Basilica DEO aliquandiu traditur servisse; visitúrque ibidem etiamnum ejus oratorium; in quo & vetus in pariete inscriptio ejus rei testis, ante furores hosce Iconoclasticos extitit. Ut non immeritò Virginem hanc velut patronam domesticam Antverpiensis Ecclesia solenni quot annis rita veneretur.*

Notkerus in suo Martyrologio die quinto G Junii. *Eodem die in Frisia passio S. Bonifacii Episcopi, qui de Britannia veniens & fidem Christi evangelizans, cùm maximam multitudinem in Frisia Christianæ religioni subjugâsset, novissimè à paganis, qui supererant, gladio peremptus, martyrium consummavit, cum Eobano Episcopo, & aliis servis DEI, quorum hæc sunt nomina: Wintrug, Walthere, Skirvvald, Bosan, Hamund, & Hethere, Wacchar, Gundachar Willehere, Hadovolf. De quorum collegio fertur etiam fuisse Willibaldum Presbyterum, virtutibus, & doctrina clarissimum, & sororem ejus Waldpurgam sanctitate conspicuam.*

Nec silere hîc decet, Reliquias S. VValpurgis in Saxoniam quoque, Wittebergam H nimirùm devenisse, nam ùt in libello de Reliquiis Wittebergæ quot annis die Lunæ post Dominicam *Misericordia*, maximo populi accursu, ostendi solitis, memoratur, inter cætera pretiosissima Reliquiaria, duo itidem erant, in quibus asservabatur & monstrabatur oleum S. VValpurgis, & de vestimento ejus duæ, déque sacris ossibus quinque particulæ cum tribus dentibus; Et in aliis Hierothecis de S. Sola & S. Wunibaldo sacra frustilla inerant. Quæ Duces Saxoniæ ab Episco-

A po quopiam Eystettensi obtinuisse, mihi admodum fit verisimile. Sed quò postea devenerint, quando hæresis Urbem illam, totámque Saxoniam occupavit, mihi non liquet; quamvis si indolem hæreseos penitiùs intueri velimus, satis liqueat; ejus enim hoe proprium est, Reliquias flammis voracibus absumendas tradere; aurum verò, argentum, gemmas, margaritas, & id genus alia, quibus ornabantur, in proprios usus converrere ac convertere.

B Ex hac præda obtigit Luthero vitrum Crystallinum S. Elizabethæ Hassorum Landgraviæ. Quod plenum de eadem Diva Lipsanis, ante omnes alias Reliquias VVittebergæ populo spectandum venerandúmque proponebatur. Quis hoc crederet, nisi testem haberemus Matthæsium, Lutheri commensalem? qui concione XVI. de Actis Lutheri hoc palàm affirmat, imò & addit; cùm Lutherus in convivio, quo nonnullos ex valle Joachimica advenas exceperat, nonnihil incaluisset, eum prompsisse hoc poculum; & inde haustum cyclicum seu orbicularem instituisse, singulis, Luthero ipso pocillatore & auspice, poculum hoc devotè; ut par erat, elambentibus. Quis autem non miretur ex tota illa tot hierothecarum seu Monstrantiarum & pretiosissimorum Reliquiariorum, ut sic loquar, hæreditate, poculum ad Lutherum pervenisse? An hoc factum sine omine? Haud crediderim, & ne credam, obstat Sobrius Lutherus M. Conradi, & Poculum Catecheticum, de quo in Colloquiis sympos iacis; & plura alia. Sed hæc per digressiunculam obiter.

CAPUT IX.

De Reliquiis S. Willibaldi in pago Joshoffen, unà cum particula S. Crucis, déque Lipsanis S. Willibaldi cum oleo S. Walpurgis in Angliam misso.

C EST Joshoffen pagus ad Danubium paulò infra Neoburgum Palatinorum sedem, cujus templum in edito colle situm Lutherus, jam aliquot annorum decuriis, malus possessor insidebat; sed nuper inde facessere jussus est, antiquis honoribus S. Cruci & S. VVillibaldo restitutis; quod ut acciderit, hunc in modum exponitur in charta typis Neoburgi excusa, ubi primùm de prima Templi hujus consecratione agitur his verbis:

D *Consecratum est hoc Altare primum à Venerabili Domino, Domino Alberto Episcopo Ecclesiæ Castoriensis, in honorem S. CRUCIS, & omnium SANCTORUM. XI. Calend. Septembr. Anno Domini M. CCC. LXV.*

Inclusæ sunt illi tunc hæ sacræ Reliquiæ. Particula S. CRUCIS. Cineres de S. PANCRATIO Martyre. Dens molaris S. WILLIBALDI Episcopi Eystettensis. E

Ita de Consecratione ipsa & Reliquiis istis testatur gemina inscriptio: Una chartacea Schedæ; altera plumbea Capsellæ, quæ in Altari fracto, cum Reliquiis ipsis divinitus, sub septuagenario ferè his locis Lutheranismo, servatis, reperta sunt. XIII. die mensis Octobris Anno Domini M. DC. XVII.

Quas Reliquias non fuisse dissipatas ab hæresi, præsertim Altari fracto, mirum est. Et quidem de S. VVillibaldi dente tam fuit apud omnes constans persuasio, ut, cùm Sacerdos Catholicus incolis needum à Luthero liberatis, diceret, se in Altari insignes Sanctorum Reliquias reperisse; ipsi responderent, nimirum *Dentem S. Willibaldi.* Sed jam regrediamur ad chartam Neoburgicam.

F *Quo anno* (nempe 1617.) *divinâ gratiâ, Principe WOLFGANGO WILHELMO, Comite Palatino Rheni, Bavariæ, Juliæ, Cliviæ, Montium Duce, &c. Catholica Religio, pulso Lutheranismo, in hoc templum inter alia, die XII. mensis Februarii postliminio reducta est.*

Eadem verò demum sacræ Reliquiæ cum quibusdam aliis de SS. Martyribus Achatio, Sulpitio, & Aurelia, de S. Wolfgango Episcopo Ratisbonensi, &c. primùm solenni Supplicatione indicta, comitante populo, ex Urbe Neoburgo Feria II. Rogationum in hoc Templum delatæ; tum Altari huic denuo reparato, & in honorem S. CRUCIS, ac SS. Omnium consecrato illatæ sunt

A

G *Reverendissimo & Illustrissimo Principe ac Domino, Domino JOANNE CHRISTOPHORO Episcopo Eystettensi, &c. Die Mensis Maji XXI. Anno salutis reparatæ M. DC. XVIII.*

De fonte S. VVillibaldi, qui dicitur esse inter Neoburgum & Monasterium Bergensē, sileo; quia non vidi. Fertur extitisse ex lapsu equi, cui S. VVillibaldus insidebat. Vix notus jam est, post tantas Lutheranismi tenebras, nisi venatoribus & silvicolis, vepribus & dumetis omnia obtinentibus, & obsepientibus. Longè præclarius facinus faceret, qui hunc locum expurgaret, quàm M. Tullius, cùm sepulchrum Archimedis vepribus obsitum in lucem vendicavit. Vide lib. 5. Tuscul. quæst.

H In catalogo Episcoporum Eystettensium in Willhelmo de Reichenavv, diximus, ab hoc Episcopo Reliquias S. Willibaldi, S. Richardi & S. Walpurgis unà cum ejusdem oleo, ad Regem Angliæ missas esse; id qua ratione acciderit, ipsemet Legatus annotavit: quam annotationem veteri in Codice repertam exscripsit admodum Reverendus & doctissimus Dominus M. Georgius Brunner Eystadii ad D. Walpurgis parochus. Ea sic se habet:

Anno

A *Anno salutis 1492. 13. Calend. Septembris. Fui ego Bernardus Adelmann de Adelmansfelden, Canonicus Eystettensis, à Reverendissimo in Christo patre ac Domino Guilielmo de Reichenavv Episcopo Eystettensi, ad Inclitum Henricum * sextum Angliæ ac Franciæ Regem, Dominúmque Hiberniæ, cum historiis ac reliquiis Sanctorum Willibaldi, Wunibaldi, Walpurgis, Richardi missus, quas in Civitate Cantuariensi in templo Salvatoris 10. Calend. Octobr. summâ cum Veneratione ac devotione idem Rex à me suscepit, eodem Anno 1492. atque Ultro promisit, se curaturum, ut in futurum quotidie, in honore prædictorum sanctorum Missa celebraretur, ac singularum * septimanium ea die, quo ei reliquiæ per me præsentata essent, solemne officium decantaretur, præsentibus ibidem Archiepiscopo Cantuariensi, Episcopo Batoniensi, - - - -*

[* L. Septimanarum.]

[* locus corruptus.]

B *Et inter omnes reliquias Rex Angliæ, qui se de stirpe S. Richardi esse asseruit, ab Episcopo Eystettensi missas, in primis oleum S. Walpurgis maximè admiratus ac veneratus est. Ita ego Bernardus ob gloriam meorum patronorum, qui secundo Vento meum iter comitati sunt, manu propriâ testor, precibus quorum me indignum commendo, &c.*

Hactenus nobilis legati Annotatio. Sed ubi hodie sacræ istæ Reliquiæ in Angliam missæ? Nimirum unà cum innumerabilibus aliis à Calviniana charybdi absorptæ sunt.

CAPUT X.

De adversariis S. Bonifacii.

C HOstes S. Bonifacii fuêre itidem hostes S. Willibaldi, S. Wunibaldi, S. Walpurgis, quia omnium causa communis erat. De his actum quidem est l. 1. observat. cap. 10. sed concisiùs, quàm par erat. Primus fuit Adelbertus sive Adalbertus, natione Gallus. Secundus Clemens Scotus seu Hibernus, manifesti hæretici, & prorsus fanatici ad modum ferme Carlstadianum, damnati in Concilio Suessionensi sub Zacharia Papa anno Christi 744. regnante Childerico Rege. Iterum damnati in Concilio Germanico anno 745. Tertiò damnationis sententiam tulerunt, in Synodo Romana sub eodem Pontifice Zacharia anno 745. in qua Synodo utriusque somnia & deliria fusè exponuntur. Inseruit eam libro secundo Vitæ Bonifacianæ Othlonus, quem Tomo IV. Canisiano, & lib. 3. rerum Moguntiacarum apud Serarium invenies. Fit mentio eorundem Epist. 135. 144. & 148. Uterque in custodiam missus est, & quidem Fuldæ. Vide Serarium notat. 32. ad Vitam S. Bonifacii. Uterque Episcopus fuerat. Liquet hoc ex Epist. 138. & 139. quæ sunt Zachariæ Papæ ad S. Bonifacium.

D Ex iisdem epistolis Zachariæ ad Bonifacium discimus alios duos S. Bonifacii adversarios, quorum alteri Geoleobo; alteri Godalsacio,

E seu Godeschalco nomen erat. Uterque videtur Episcopus fuisse, æquè ac Adalbertus, & Clemens Scotus: Vocantur enim post dejectionem ex Episcopali dignitate Exepiscopi, & ille Geoleobus *falsè Episcopi honore functus* scribitur à Zacharia Papa. Quintus inter adversarios S. Bonifacii est Sampson Scotus, de quo Zacharias Papa in Epist. ad S. Bonifacium, quæ est 140. inter Bonifacianas. *Scripsit reverenda fraternitas tua, reperisse quendam Presbyterum, genere Scotum, nomine Sampson, errantem à via veritatis, dicentem & affirmantem, sine mysterica invocatione, aut lavacro regenerationis posse fieri Catholicum Christianum, per Episcopalis manus impositionem. Hoc autem qui dicit, vacuus est Spiritu sancto, & alienus à gratia Christi, atque à consortio sacerdotali abjiciendus. Quis enim, nisi baptizetur juxta præceptum Domini.* In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, *& sic per manus impositionem consecretur, potest esse Catholicus? Hunc nequissimum virum talia prædicantem, ab Ecclesia DEI sancta condemnatum expelle.*

F Sextò in Thuringia invenit multos fidelium seductores, & falsos magistros; quorum in vita S. Bonifacii Willibaldus quatuor nominat, *Torthune, Berechtbere, Tanbercht & Hunred.* In Boica erat Erenvvolfus, de quo idem S. Willibaldus & Othlonus; & breviter lib. 5. rerum Boicarum anno 733. Marcus Velserus, cujus verba adscribam. *Vix obierat Corbinianus, cùm infaustum nomen Erenvolfus, homo hæreticus; primus cujus memoria inter Bojos extet, si his quoque pestibus annotandis opera pretium facimus, flagitiosa impiorum dogmatum labe ferendâ grassari cœpit. Bonifacius, ut erat acri in divinum cultum studio, properè accurrens, ne virus latiùs serperet, auctorem sceleris, maturè ex sacrorum canonum præscripto damnatum ab Ecclesiæ communione rejicit, simul populum salutaribus concionibus admonitum, in viam revocat.*

G Tales sese S. Bonifacii hostes professos esse non magis est mirum, quàm quòd hodie Lutherani & Calviniani pessimè oderunt omnes illos, quicunque patrocinium Catholicæ religionis tuendæ ex instituto suscipiunt. Nec S. Bonifacius alio animo erat, quàm Sanctus ille Pater, qui dixit, *se operam sedulam dedisse, ut hostes Ecclesiæ fierent etiam hostes sui.*

H Septimò inter hostes seu adversarios S. Bonifacii numerant sectarii Virgilium & Sidonium duos Episcopos; sed absit, ut hos viros sanctitate præclaros S. Bonifacii hostibus accenseamus. Simultas quædam inter illos extitit, pessimorum flabellis excitata & nutrita, eò usque tamen progressa, ut S. Bonifacius querelas suas, & contra duos illos accusationes ad Pontificem detulerit, ut planum fit ex epist. 140. quæ est Zachariæ ad Bonifacium. Quamvis ipsi quoque non fuerint eliogues adversus Bonifacium in literis suis ad Pontificem Zacha-

Aaaaa 2 riam

A riam, ùt patet ex epistola Zachariæ. Nimirum etiam sancti homines, dum in hac vita vivunt, tenebris quibusdam circumfusi sunt; nec aliorum sensa, dicta, facta satis semper assequuntur, ut ea in bonam partem accipiant, vel candidè interpretentur, præsertim si aliquid pravæ æmulationis vel invidiolæ accedat.

B De tota hac alienatiuncula breviter & eleganter ita scribit M. Velserus lib. 5. rerum Boicarum. *In Boiis jam tunc Virgilius & Sidonius pietatis docendæ causa versabantur, quorum sequentibus temporibus virtus & dignitas magnopere inclaruit. Virgilio Hibernia patria; qua Sidonio fuerit, non est proditum. Iis gravis cum Bonifacio disceptatio inciderat, de sacerdote, qui latinitatis ignoratione, in sacra baptismatis formula peccare solitus: re ad Pontificem delata, adversus Bonifacii sententiam, in hæc verba rescriptum est.* Et post recitatam Zachariæ epistolam aliisque nonnullis interjectis subjungit Velserus. *Discordia inter* C *Bonifacium & Virgilium interim gliscebat, improbis pessimorum hominum rumoribus excita auctàque: tantò nimirum faciliùs, quòd Moguntiaci unus Episcopus, alter apud Bojos, procul agerent, suffundit enim vires calumniæ longinquitas. Bonifacius Zachariæ questus, responsum sibi honorificum, in adversarium asperum abstulit. Cæterum Pontifex se Vergilium evocaturum, coram de causa cogniturum ostendit.* Epistolæ Pontificiæ hæc addit. *Disceptationis exitum non comperio. Fit verisimile, aut purgâsse se Vergilium Pontifici, sive coram, sive per litteras: aut cognitis invidorum utrinque fraudibus, nam quà Virgilius animi probitate & vita sanctimonia fuit, quæ Bonifacio renunciata, neque dixisse, neque fecisse potuit, ultrò, quod inter bonos solet, in gratiam esse reditum. Sanè Bonifacius toto deinde septennio superfuit, neque istius tamen dissensionis præterea vestigium apparet. Quòd quidam conjecère, non abnuerim, Virgilium de terræ specie acutiùs quàm pro vulgi captu disputâsse, globosam esse, & vivere e contraria parte, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos antipodas vocemus, hos perinde ac nos sole & luna lustrari: ea ignoratione audientium perperam accepta, detortàque, longè alio sensu ad Bonifacium perlata, offensionum præbuisse sementem.* E

F Cæterùm, ut & hoc addamus, à damnato Clemente longè diversus est Claudius Clemens Scotus, qui cùm Joanne Scoto, quem etiam Mailrosium vocant, venit ad Carolum Magnum, offerens ei operam tradendi doctrinas liberales, ùt est apud Balæum centur. 14. cap. 32. & 33. & Monachum Sangallensem Tom. 1. antiq. Lect. qui alterum vocat Clementem; alterum non Joannem, sed Albinum; quem Ticinum docendi causa missum dicit, retento in Gallia Clemente. Nihil his commune cum superioribus; nec adversari potuerunt S. Bonifacio; nam ex Scotia seu Hibernia venerunt regnante, & ùt videtur jam imperante Carolo Magno. at imperium adeptus est anno 801. regnum mortuo Pipino. 768.

G Ille Joannes Scotus vocatur etiam Erigena, à patria vom Irland, sic enim Germani vocant Hiberniam insulam. Vertit S. Dionysium Areopagitam. Multa scripsit, de quibus Balæus loco cit. & Possevin. Erroribus nonnullis infectus; & extant contra illum opuscula in Auctario ad Bibliothecam SS. PP.

APPENDIX

RECENTIUM QUORUNDAM MIRACULORUM, QUÆ VIRTUTE OLEI

S. WALPURGÆ

ACCIDERUNT, IDONEIS AUCTORIBUS TESTATA.

D Quod in rebus humanis solenne est, ut res maximæ quotidiano usu, si in promptu & oculis omnium sint, admirationem venerationémque exquisitiorem amittant, illud idem prodigioso oleo, quod è S. Virginis Walpurgæ sepulchro ubertim in hunc usque diem destillat, usuvenire videmus. Etsi enim plurimi salutari hoc liquore mediante, varias corporis ægritudines & extrema etiam vitæ pericula frequenter à se avertant, contenti tamen privatim Sospitatrici Virgini gratias habere, incolumitatémque ipsi referre in acceptis, publicè se beneficium accepisse non testantur, nec apud eos omnes suum profitentur, qui Virginis gloriæ propagandæ rem publicis monumentis consignare aut cupiunt, aut debent. Quod partim ejusmodi hominum simplicitati condonandum est, partim effusæ S. Virginis benefi- H

centiæ

A centiæ imputandum, utpote quæ tantâ beneficiorum mole supplices sibi mortales obruere statuerit, ut beneficia sua numerari nolle videri possit; quòd non guttatim ea subinde affluant, sed perenni rivo è sacro oleo prorumpentia in quoddam beneficentiæ flumen exereverint.

B Verùm ne tanti miraculi fides paulatim obsolescat, dum rariùs Virginis beneficia palàm hoc quidem tempore emanant, quæ sæpius audirentur, si evenirent rariùs, visum est sacri olei divinam vim tot per sæcula sibi constantem, pauculis quibusdam nuperisque exemplis testatam facere, suppeditavit ea vir virtute & doctrinâ conspicuus *R. D. Georgius Brunner* Eystadii ad D. Walpurgæ Parochus, Artium & Philosophiæ Magister, qui omnia, quæ jam narrabimus, prodigia aut præsens spectavit, aut ab iis, quibus ea evenerunt, cognovit, aut laudatis aliis testibus confirmare potest.

C Inprimis retinet sacer liquor solenne suum in eo, quòd si contemptim & non reverenter habeatur, repentè evanescat. Præcipuè verò blasphemiarum impatiens est, adeò ut longâ experientiâ compertum sit, si ii, qui sacrum oleum penes se habent, blasphemis vocibus Deum lædant, tanto thesauro eos mox privari. Et non pauci aliunde è locis dissitis ad S. Walpurgam vel venerandam, vel implorandam profecti Eystadium, sanctè affirmârunt, se sacrum oleum in vasculo probè clauso sibi afferri curâsse, sed vacuum recepisse, eò quòd tabellarii, genus hominum in blasphemando non indisertum, maledicia in Deum vocibus sacrum liquorem fugaverint. Ita nimirum non vult Deus & S. Walpurga oleum suum peculiari divinæ suæque gloriæ augmento scaturiens, maledico ore contemerari.

D Parturientium maximè necessitati hoc oleum opitulatur, & ideo si difficilior partus periculum minetur, solent Eystettenses feminæ id pro præsenti remedio adhibere, eventu ferè secundo.

I. Anno 1618. puerpera inopis fortunæ è D. Walpurgis Parochiâ, jam præsentium omnium judicio cum morte conflictari cœperat, ergo Parochus advocatur, qui mulieri de peccatis confessæ & sacrâ Eucharistiâ refectæ, suasit ingentem de salute, ope sacri olei potiendâ, fiduciam conciperet. Fecit illa, sacrum liquorem hausit, & S. Walpurgæ utique patrocinio, mox restitui cœpit, hodiéque superstes est.

II. Mense Majo anni hujus 1620. Walpurga Krausin operarii Eystettensis uxor, fœtum mortuum eniti non poterat, ubi S. Walpurgæ oleum pharmaci vice adhibuit, partu simul & periculo soluta est. Beneficium hoc 29. ejusdem mensis die in ipsâ S. Virginis æde, Missæ sacrificio in gratiarum actionem oblato pensari curavit.

III. Georgius Müller Fullo & Civis Eystettensis in tantum lippiebat, ut caecutientibus oculis tenuem etiam meridianâ luce, fulgorem, solummodo perciperet; quo malo integrum biennium laboravit, mirè E
interim patiens & in cæcos adeò beneficus, ut uxori liberisque præceperit, ne ullum mendicum oculis captum sine stipe dimitterent, se testem esse posse, cæcitatis malum omnium miserationem mereri. Fortè circumforaneus quidam medicus Eystadium delatus erat, is huic homini remedium pollicitus, affectos oculos curare aggressus est tali successu, ut miserum senem omni visu privatum in Cimmerias tenebras conjecerit. Quatuor continuos menses, multis DEUM precibus pro oculis restituendis fatigaverat, & ardenter calamitosam noctem deprecatus erat, cùm nescio cujus suasu, monetur S. Walpurgæ oleum collyrii vice usurpare, pluribus hoc malo laborantibus id saluti fuisse. Acqui- F
escit senex, tribus diebus continuis, oculis illius Virgineus liquor instillatur; ille quavis nocte, D. Walpurgis ope oculorum lumen sibi redditum non vanè somniat. Tertiâ quippe nocte exactâ expergefactus, visus se compotem sentit, hypocaustum solus intrat, pendula è parietibus vasa stannea conspicatus, uxorem & liberos inclamat, & in gratulationis partem venire jubet. Ne verò gratitudinis officio deesset, cereum collati beneficii testem D. Walpurgæ obtulit, & quinque reliquis, quibus supervixit annis tantùm visu valuit, ut nec duce egeret, nec ab arte suâ factitandâ impediretur. Totam rei seriem ipsa fullonis uxor Barbara Müllerin 70. annos nata, Parocho ad D. Walpurgis retulit; idem eidem testatus est Joannes Belenhofer vir ætate & moribus gravis, qui rem publicâ famâ celebratam fuisse asserit. G

IV. Anno 1617. die Septembris 15. animam egit juvenis quispiam Wilibaldus Pelenhofer fullo & civis Eystettensis; is omnibus Ecclesiæ Sacramentis, quibus tunc usus esse solet; ad ultimam luctam ritè comparatus, subito nervorum stupore manus movere non poterat, quæ ubi sacro oleo D. Walpurgis unctæ fuerunt, mox pristinus vigor & nativa mobilitas illis rediit. Et quamvis juvenis hic fato postea concesserit, abundè tamen manuum receptâ incolumitate monstravit, se totum à D. Walpurgâ sanari potuisse, nisi magis è re ipsius fuisset, potiùs deinceps in cœlo vivere, quàm in terris. Rem ità gestam esse testantur R. D. Parochus ad D. Walpurgis, & demortui parentes fratres ac sorores.

V. Eodem anno, cùm R. D. Conradus Brunner tunc Parochus Thannensis prope H
Elvacum, nunc Ecclesiastes Collegiatæ Ecclesiæ Comburgensis, primitiis patrui sui R. D. Georgij Brunneri Parochi ad D. Walpur-

A gis, Eystadii interesset, vasculum oleo D. Walpurgis plenum dono accepit. Id deinde vasculum, cùm Eystadio domum revertens, ad nobilem quandam matronam à Neuhausen diverteret, in pago Fünffstetten dicto, muneris loco eidem matronæ reliquit. Illa, quòd unâ aure prorsus capta esset, remedium hoc cœlo sibi demissum credebat, quare sine mora unam alterámve sacri olei guttulam surdastræ auri immisit, totâ interim mente S. Walpurgam inclamans; Et noluit Diva Virgo tam ad hominum preces aurita, devotam sibi matronam diutiùs surdastram manere, ergo eadem horâ aurem auditúmque incolumem illi præstitit. Hujus miraculi fidem, R. D. Conradus Brunner missis ad patruum suum litteris obsignavit.

B VI. Anno 1618. hiemis tempore, puella sedecim annorum Barbara Avverin, Wolffgangi Avveri Eystettensis filia, in silvam abiverat fratre comite, ut communi operâ ligna seu potiùs sarmenta in usum pauperculæ familiæ, solenni pauperum more, conquirerent. Inciderant in vastiorem truncum infelicis alicujus arboris, eúmque in humeros sublatum unà domum deferre inceperant; at in progressu puella labante vestigio sub onere corruit, truncus verò tantâ vi cadentis capiti illisus est, ut ubertim sanguis ore, naribus, auribus erumperet, puellâque ægrè languentem spiritum traheret. Quare frater corbi impositam domum retulit morienti quàm victuræ longiùs, propiorem; ibi rursus sanguis ore, naribus, auribus torrentis instar effusus, aliquot vascula implevit, & Chirurgus omnem salutis spem mox deposuit.

C Accersitus ergo animæ saltem servandæ Parochus ad D. Walpurgis, ubi ægram nec linguæ, nec propè etiam auditus compotem esse vidit, ne fortè absque criminum expiatione moreretur, nutu, ùt poterat, se accusantem absolvit, & suasit, ut S. Walpurgis oleo extremo huic malo medicinam quæreret; paruit illa, & vix sacrum liquorem libavit, cùm mox linguæ officio fungi potuit, quare de peccatis distinctè confessa, postquam Christi corpore animum paverat, extemplo convalescere cepit, hodiéque mortis suæ, cùm omnino auferri nequeat, dilationem saltem sana ac integra B. Walpurgis sacro oleo acceptam refert.

D VII. Eodem Anno R. D. M. Sebastianus Megerlin Monacensis, dum Theologicis studiis incumbit, adeò graves catharros, seu humorum defluxus sustinuit, ut aures illis obsessæ omni audiendi facultate quinque hebdomadum spatio caruerint. Obtulit illi hospes, apud quem morabatur, sacrum Virginis nostræ oleum, quo simul ac voto ad S. Walpurgam concepto, usus est, omnem illam humorum colluviem divina olei vis diluit. Adfuit Eystadii voti reus 16. Aprilis, & in templo sospitatricis suæ sacris E operatus, coram ejus sepulchro, de precibus suis à S. Virgine auditis miráque sacri olei efficaciâ, quam expertus esset, fidem præsentibus omnibus fecit.

VIII. Hoc ipso sacro liquore surdastris auribus instillato auditus obicem se removisse, testata est eodem anno mense Junio Antistita sacrarum Virginum in Holzhaim Anna Rehlingerin.

F IX. Festo die Visitationis Deiparæ Virginis anno eodem, S. Walpurgis sepulchrum invisit Nobile par conjugum unà cum Sacerdote, qui illis à sacris Confessionibus erat; accubuit uterque conjunx sacris epulis, & magnâ cum veneratione sacrarium virginei liquoris à Parocho ad D. Walpurgis sibi reclusum spectavit, coram quo Nobilis illa matrona attestante tam marito, quàm sacerdote, professa est magno se beneficio S. Walpurgæ obstrictam teneri, ob oculum salutaris olei ope servatum; quippe se conjuge absente, domestico operi cuipiam intentam, cultro incautiùs librato, à re, quam scindere destinârat, aberrâsse, & cultri mucrone in oculo defixo, mediam ejus pupillam secuisse; quare desperatis humanis remediis, sacerdotis, qui præsens aderat, suasu, sacrum oleum læso oculo illevisse, ejus vi pupillæ vulnus mox in integrum & ad sanum coivisse, nec se ullam ampliùs ex eo vulnere visus diminutionem passam. Inspexit curiosè oculum Parochus, nec ullum vulneris vestigium deprehendit.

G X. Laborabat annum jam integrum morbo caduco puella decennis, Anna Bromin nomine, Michaëlis Brom de pago Rottenbuch ditionis Eystettensis filia, & remedia multa incassum adhibita de humana ope desperare cogebant; ad divina ergo confugiunt familiares, de sacro oleo puellæ præbendo deliberant, & ea quidem hebdomade, qua misella tricies singulis diebus miserandos epilepsiæ æstus humi volutata passa est. Vix allatum fuit divinum pharmacum, & loco, ubi ægra decumbebat, illatum, cùm morbi vis remitti cœpit; sacro deinde oleo sumpto, triduo convaluit, & quæ antè funesto impetu sæpiùs in terram dejiciebatur, pòst in suavem somnum labi crebrò visa est. H Obiit hæc puella cum parente suo publicam pagi sui supplicationem, quam Calendis Maji hujus anni ad S. Walpurgis sepulchrum incolæ instituerunt, parens in gratitudinis pignus aliquot ova S. Walpurgæ monasterio obtulit, tenue munus de tenui censu, gratius Medicæ Virgini futurum, quàm si aureorum centurias superbis loculis Crœsus aliquis deprompsisset, magis divitiarum testes, quàm gratitudinis. Res est plurimorum testimoniis firmata & maximè parentis puellæ, qui cum illa apud æditaum Virginei templi Paulum Marstaller divertit, & omnia disertè narravit.

XI. Eo-

A XI. Eodem hoc anno in pervigilio Ascensionis Dominicæ Anna Fasserin Martini Fasser de Braitensort uxor domi suæ à rabioso fele occupata fuit, qui pestilenti morsu manum illius laniavit, nec quidquam verò vicinorum opem inclamans, felem pertinaci morsu de manu pendulum fuste quidem abegit, vulneris tamen periculum non depulit. Anxia igitur de remedio, audit duos pagi sui incolas, aliquot abhinc annis, similes morsus sacro Virginis Walpurgæ oleo feliciter curâsse; Non dubitabat, etiam sibi hoc remedio consultum iri; quater itaque ad sacras virgines Monasterii S. Walpurgis accessit rogatura sacri olei subsidium, quæ ubi vulneri sacrum liquorem instillârunt, mulier omni doloris sensu libera mansit, & à virginibus ad Parochum remissa, audiente Michaële Schepsel, Monasterii janitore, beneficium sacri liquoris recensuit, & S. Walpurgæ grato animo assignavit.

B XII. ipso autem Ascensionis festo, S. Walpurgam supplex venerata est Anna Ringerlin, virgo annos admodum 40. nata, de pago Pollenfeld dicionis Eystetensis; ea de peccatis suis confessa & SS. Eucharistiâ pasta, Parocho ad D. Walpurgis narravit, se cùm duodecim abhinc annis, aliquando sana ædibus egressa esset, repentino morbo correptam, ipsum triduum rationis usu destitutam, velut in phrenesi decubuisse; allato deinde haustóque sacro liquore omnem morbum repentè evanuisse.

C Eadem femina sanctè affirmavit, bis se gravem ophthalmiam sacri olei collyrio depulisse, imò addidit, cùm primùm oculis laboraret, se à S. Walpurga contendisse, ut iteratò eo morbo multaretur, quò sæpius tam potentem manum posset experiri, admirari & prædicare.

Audiverunt hæc narrantem, præter Parochum, duo viri religiosi ordinis S. Benedicti P. Andreas Scheffler, & P. Georgius Geyger, hic monasterii Plankstetensis Supprior, ille Prior.

D XIII. Non ita dudum R. D. M. Georgius Simon Ecclesiastes principis templi Elvacensis, sorori febrienti sacrum oleum libandum dederat, quo sumpto febris mox decessit, & illa convaluit. Idem cœleste hoc pharmacum feminæ ægrotanti, ac hæresi imbutæ suasit, quo cùm usa esset, sacer hic liquor omnem corporis animíque morbum paulò pòst detersit; rediit enim ad Ecclesiæ gremium, unde turpiter hæresi impellente profugerat. Hæc suis litteris ad R. D. Parochum D. Walpurgis D. Joannes Simon bona fide confirmavit.

XIV. Joannes Krell patria Monacensis, Illustri Domino de Tylli totius Bavarici exercitus copiarúmque fœdere Catholicorum Principum collectarum supremo Tribuno militari à pedibus, in reliquo Domini comitatu Eichstadium pervenit V. Calend. Martii, anno post millesimum sexcentesimum vicesimo; E Ibi dum dies complusculos substitit, multa, ùt fit, quotidianis oppidanorum sermonibus, & de D. Walpurgæ sanctimonia, & de operibus admirandis, ac præsertim de sacro olei fonte, quem Divæ illius ossa copiosè exsudant, commemorari audivit. His ille rebus inescatus, ita animum addixit, ut statueret & ipse ad eam Virginem religiosè colendam nonnihil facere: atque ne longiore fortassis mora animus intepesceret, aut pietatis consilia in oblivionem desinerent, voluit proximè statim secuturo Sabbati die ædem S. Walpurgæ sacram adire, rebúsque divinis interesse, & præmissa peccatorum expiatione cœlestibus animum epulis pascere; totúmque in S. Virginis patrocinium sese tradere.

F Nec hic pietas stetit: insuper etiam miraculosi olei sibi copiam fieri petiit. Vitream bullam eo plenam, cum ejusdem S. Walpurgæ iconismo haud difficulter impetravit. Præsagæ nimirum sunt pietatis artes: Nam quasi præsciret, qua parte periclitaturus esset, ita & iconem illam oleo perfusam, recenti in Divam amore atque studio, quasi æs triplex interiori tunicæ assutam gestare cœpit; & priùs nudatum pectus eodem liquore, tanquam ad palæstram, animosè perunxit.

Nec frustrata est spem Walpurga. Ita enim ossa oleo delibuta induravit, ut in quemvis casum durarent; cujúsque vitam dissipari noluit, ejus nec ossa violarentur.

G Accidit fortè, ut proximo Lunæ die, qui secundus Martii erat, Eichstadio digressus, Donavverdam peteret, inter cæteram cursorum turbam Dominum comitatus: mediam omnino jam horam ponè carpentum adambulando consumpserat, cùm in eo loco, quem à situ Profundam Vallem nominant incolæ, obvium habet aurigam, cujus plaustrum vino onustum totas pænè vallis angustias obtinebat. Hìc Joannes dum de via cedere, & in sublimiorem collem evadere cogitat (nec enim fuga facilis erat in tam repentino casu) subita eversi totius plaustri ruina occupatur. Et quanquam vix spatium erat, magnis tamen vocibus JESUM ingeminat, opémque magnæ virginis implorat. Erant quantò breviores eæ preces, tantò magis seriæ. Vix clamor precantis audiri cœperat, cùm mox seu terror, seu quod creditu proclivius est, ipsa plaustri moles desuper incumbens unà & hominem & vocem oppressit. H Viginti hominum facilè aderant. Hi omnes, alter altero citiùs advolare, & currum erigere allaborant. Frustra sunt omnes: nimio pondere conatum vincente, humi perseverat plaustrum, & sub plaustro obtritissimo similis elinguis Joannes. Vectes expediunt, trochleam admovent, ac tandem summa vi dolis plaustrúmque super rotas restituunt. Quartam adeò jam

A jam horæ partem Joannes vino (sed sobriè) sepultus jacuerat, postquam extrahendi illius facultas est data.

Sed & postquam moli subtractus est, mediam planè horam tenuit, qua nullius vitæ aut animæ vestigium ostendit. Conclamatum erat à circumstantibus, & jam de humando cogitaverant, nisi priùs in auri-
B gam animadvertere placuisset. Is nimirum cùm ad necem postularetur, vox Joanni est reddita, qua aurigam immunem culpæ pronunciaret, liberúmque mitti flagitaret. Ad hæc se præsidio Virginis Matris sanctæque Walpurgæ præsenti non jam vitæ periculo, sed morti subductum esse, quæ nisi in ultimo discrimine succurrissent, jam sese non modò ad plures, sed & in plura abiturum fuisse. Enimverò casu periculi plenissimo funestissimóque, à quo humana vi salvus abire nequaquam potuisset, in memoriam sibi quàm primùm reductas esse, quas nuper de S. Walpurga concepisset animo cogitationes. Hunc favorem gratiámque à præpotenti Deo, Augustissima Virgine Maria, ad cujus Lauretanam ædem hoc ipso die, anno proximè præterito invisisset, denique à D. Walpurga, cujus ante oleo, (quod secum gesserat) pectus armavisset, haud dubiè profectam esse.

C Posthæc æger equo impositus, & Eichstadium reductus est. Ibi in hospitio & lecto cùm haud exiguos pectoris percussi cruciatus persentisceret, magnósque sanguinis globos ex ore ejiceret, oleum sacrum D. Walpurgæ, quod adhuc & ipsum unà cum vase, sibi integrè constabat, poposcit. Porrectum est. Etiamnum præcordia pendente digito inungebat, & jam dolor omnis evanuerat. Sed & vires pristinæ redierant. Quare sanus ac valens V. Nonas Martii ad S. Walpurgæ, rem sacram inibi in gratiarum actionem procuraturus, accessit; sempérque se servum D. Walpurgæ fore statuit, quem Walpurga servatum voluisset.

Porrò ut constaret, rem bona fide narratam esse, ex Archigrammateo Eichstetten-
D si hoc testimonium illi attributum: miraculum autem totum infrà nominandorum Dominorum chirographo subscriptum subsignatúmque est. Eichstadii 8. Idus Martii Anno Christi M. DC. XX.

Casum ego hunc coram spectavi, biduóque antè quàm hoc accideret, sacra illum synaxi in S. Walpurgæ æde refici vidi.

Ita testor.

Victorius Gilg de Imola Serenissimi Bavariæ Ducis Aulicus, & suprà memorato Domino de Tylle supremo Tribuno à secretis.

E *Huic ego quoque rei præsens astiti*

Sic testor.

Joannes Ludovicus Piesser de Wiltburn prædicti Domini de Tilli ephebus cubicularius.

Mirum hoc ego ipse non modò spectavi, sed & Joannem hunc in civitatem comes deduxi.

Ita testor.

Adamus Camerloer, Perill. Domino de Tilli indignus substitutus.

F *Biduo antè mihi de peccatis, quàm casus iste, de quo fit hic mentio, contingeret, honestus vir Joannes Krell confessus est, & postea cursus, ubi sacro S. Walpurgis oleo adjutum sensit, confessione se expiavit, ac SS. communione refecit.*

Ita testor.

Joachimus Megglinus Societatis JEsu Sacerdos.

G *Honestus vir Joannes Krell Monacensis 29. Februarii Anno 1620. infra octavam festi S. Walpurgis, quod 25. Februarii celebrari solet, D. Walpurgis Parochiale Templum, ejúsque tumbam invisit, ibidem sacra synaxi refectus, antrum, ubi è S. Walpurgæ Reliquiis per lapidem suis temporibus destillat limpidissimum oleum, vidit; urceolum sacro oleo plenum accepit. Rediit ad me altero, postquam casus hic enumeratus acciderat, die, qui fuit tertius Martii, casum hunc sanctaq; Virginis auxilium exposuit. Ejusdem sacræ Virginis imaginem, quam thoraci versus pectus affixerat, ostendit, & S. Walpurgis ædem sanus & incolumis gratias acturus revisit.*

Ita testor,

M. Georgius Brunner Parochus ad D. Walpurgam.

S. Augustinus lib. 22. de civit. DEI cap. 8.

H *Etiam nunc fiunt miracula in ejus* (Christi) *nomine, sive per Sacramenta ejus, sive per orationes vel memorias Sanctorum ejus, sed non eadem claritate illustrantur,* (cum miraculis in Bibliorum volumine comprehensis) *ut tanta, quanta illa, gloria diffamentur. Canon quippe sacrarum literarum, quem diffamatum esse oportebat, illa facit ubique recitari, & memoria cunctorum inhærere populorum: hæc autem ubicunque fiunt, ibi sciuntur vix à tota ipsa civitate; vel quocumque commanentium loco; nam plerumque etiam ibi paucissimi sciunt, ignorantibus cæteris, maximè si magna sit civitas, & quando alibi aliisque narrantur, non tanta ea commendat auctoritas, ut sine difficultate quamvis Christianis fidelibus à fidelibus indicentur.*

FINIS TOMI DECIMI.

INDEX

INDEX
IN
TOMUM DECIMUM.

A.

B.

lieres

C.

Cam-

D.

E.

F.

G.

d Ro-

H.

I.

 Hhhhhh

K.

L.

f. ea

M.

N.

Otho III.

P.

Plutar-

Q.

R.

decuit,

Suevan-

T.

V.

Visio-

Z.

F I N I S.

Errata	*sic corrige.*
Pag. 10. d. corporis	corpori
20. g. Dmascenus	Damascenus
279. f. *acceptatione*	*acceptione*
230. b. Audi	Adi
280. d. *inquisitoris*	*inquisitorii*
280. f. quòd repeto	*dele* quòd
281. d. Vomitaris	Vomituris
291. a. *contemnetur*	*condemnetur*
299. g. tentationes	& tentationes
311. h. publicarum	publicorum
323. g. infima	infirma

Errata	*sic corrige.*
Pag. 321. d. non dubito	non disputo
342. g. Apioni	Apion
342. h. Mercurius	Mercurianus
344. b. *revertentur*	*revertar.*
439. f. tonm	totum
578. g. ptoponitur	proponitur
604. f. & venerabili	à venerabili
639. h. revisite	revisit
852. d. Diplomtae	Diplomate
886. f. *Aurcantensibus*	*Aureatensibus.*